Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXII
D
1
NAPOLI

Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

TRACTATVS
DE BRACHIO REGIO,
SIVE
De Libera, Ampla, & Abſoluta Poteſtate
IVDICIS SVPREMI
In Proſequendo, Iudicando & Exequendo.

AVCT. D. HORTENSIO CAVALCANO I. V. D.
FIVIZANENSE.

OPVS SANE' MVLTO QVA'M antea magis locupletatum.

Cui nuper ab eodem AVCTORE addita eſt Pars Sexta.

DE AEQVITATE ET RIGORE.

Cum notabiliſſimis CXXV. Fragmentis: nec non cum

THEORICA, ET PRACTICA DE TESTIBVS
recens multis Additionibus Exornata.

Acceſſit Index triplex, & materiarum compendium.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS. M. DCVIII.
Apud Bernardum Iuntam, Io. Bapt. Ciot. & Socios.

Digitized by Google

SERENISSIMO
COSMO MEDICES
ETRVRIAE PRINCIPI.

Hortenſius Caualcanus I.C. Fiuizanenſis Fœlicitatem.

SVperioribus annis cum Sereniſſimi Mantuæ Ducis benignitas ſingularis mihi adminiſtrandæ ibi iuſtitiæ munus demandaſſet, conatus ſum, Sereniſſime Princeps, vt ſi minus doctrina ac prudentia, labore certè & induſtria tanto beneficio par eſſem: ac, quod mearum virium imbecillitas potuit, ſtudijs & lucubrationibus non defui, quin & ea quæ à præclariſſimis Iuriſconſultis dicuntur de Principum adminiſtratione, & quæ mihi dicenda viderentur in vnum volumen, quaſi in exiguum quoddam meæ literariæ ſupellectilis penu congererem: his autem fere abſolutis, vbi de iuſtitia agitur, complurium amicorum meorum hortationibus compulſus ſum, vt ea alijs impertirer, quæ vni mihi paraueram; quare tantum abeſt vt mihi viderer ſtudiorum meorum vtcumque curriculum confeciſſe, quin immo & id mihi fuit incitamento ad ampliorem curſum conficiendum. Cum enim volumen illud bis editum Sereniſſimis Mantuæ Ducibus dicatum non omnino ſapientes viri auerſati fuerint, animum meum cupiditas fortaſſe non reprehendenda inuaſit, eius addendæ partis, in qua ſuis vndique partibus ornata ſpectaretur Æquitas, quam in Sereniſſimi parentis tui egregijs inſtitutis quaſi Pictor in præſente exemplo inſpicere potui, cum ipſius benignitate, ac mea fœlicitate obtigerit, vt ei hanc qualemcumque operam meam Florentiæ præſtare poſſem in cauſis dijudicandis. Excitauit profectò eius Æquitas admirabilis, qua ſibi non ſolum Etruriæ, ſed Italiæ, ſed Europæ totius, ac remotiſſimarum regionum beneuolentiam comparauit, magnam in me cupiditatem eius partis abſoluendæ. Quod ſi virtutem hanc Principe viro dignam, minus perfectè pictam, viuiſque coloribus expreſſam cernes, Sereniſſime COSME, ea tamen non eſt adeo ruditer expolita, niſi amor laboris mei me decipit, vt quam in tui præclariſſimi parentis rebus geſtis deprehendis, non queas, ſi vacat, agnoſcere in volumine hoc; quod tibi pluribus nominibus debitum, ob perpetuum meæ erga Amplitudinem tuam obſeruantiæ teſtimonium dono, dico, conſecro. Et quidem non eo conſilio, vt te iſto egere arbitrer, ſed quia idipſum te eget

ac tuo fœliciſſimo patrocinio. Non deſunt tibi omni genere bonarum artium inſignes viri

Vnde haurire queas vitæ præcepta beatæ.

Non ex marmoribus exculptis, non è pictis tabellis, non ex vetuſtatis monumentis quærenda tibi ſunt incitamenta virtutis; habes è Sereniſſima familia tua admiranda, quæ depromere poſſis exempla, quæ præſens ætas miratur, quæ veneratione excipiat memoria ſæculorum omnium. Eſt tibi maximus genitor FERDINANDVS, cuius nomen apud Chriſtianæ Reipublicæ hoſtes terrorem, apud probos omnes beneuolentiam, nullibi non excitat admirationem; hic bellicis virtutibus, ac mira pacis æquitate, ſuorum maiorum, eorumque quos ad Cœlum effert Antiquitas, famam ac gloriam adæquauit; cuius tu veſtigijs inſiſtens, habes profectò præclariſſimum regiæ imitationis exemplar, imperij hæres, & virtutis. hæc tibi firmiſſimum præſidium parauit non ſolum in ciuium tuorum, ſed in omnium virorum inſigni beneuolentia, & obſeruantia; quo fit vt ea vbique colantur, quæ COSMI MEDICES nomine ornata conſpiciuntur. Quapropter huic libro deeſſe nolui, quin eum tuo nomine inſignirem, vt illum in hoc literatorum theatrum egredientem excipiant homines ſi minus plauſu, non tamen ſibilo, & conuicijs: quippe omnis, vel peſſimus ad maximi nominis intuitum, niſi ſtultus plane ſit, fortaſſe penitus deponet, at certè celabit, quam contra me criminoſe dicendi, habeat cupiditatem. Excipe igitur Sereniſſime Princeps, qualecumque hoc munus, mentis meæ habita non minus ratione, quam rei, quod in hoc fertili virtutum omnium quaſi agro Florentia creuit, Sereniſſimi tui luminis adſpectu. Tuum eſt, quoniam tibi debetur, tuus eſt Autor, tui Parentis, tuæque Celſitudinis incredibili Virtuti ac Æquitati deuinctiſſimus, quam ad Etruriæ beneficium, ad Orbis totius ornamentum Deum Optimum Maximum rogo atque obſecro, vt perpetua felicitate fortunet.

Florentiæ Cal. Auguſti. MDCVIII.

SERENISSIMO

COSMO MEDICES

ETRVRIAE PRINCIPI

Ioannes Baptiſta Strozza.

SI genus auguſtum regali ab origine ducis,
Ac tibi, COSME potens, ſi fortis Etruria paret,
Et proprijs vtrumque decus virtutibus ornas,
Nonne tibi merito ſummi debentur honores?
Hinc alacres iuuenes, hinc te veneranda ſenectus
Suſpicit, & magnis te ad cælum laudibus effert,
Nec queritur longos tremebunda ſubire labores
Virtutis cupiens ſublimem aſcendere cliuum,
Quo ſuper excelſum te mentis acumine cernit
Spernere non vllum; nam cunctos fronte ſerena
Excipis, inde graui annorum ſub pondere curuos,
Nobilium moles curarum quos premit ingens,
Subleuat illa manus, Regni quæ ſceptra tenebit.
At nunc quod prudens, ſapienſque Hortenſius optat
Porrigere, accipiat non paruı pignus honoris.
Dogmata mille amplo hoc miranda volumine habentur;
Et quibus eſt hominum cuſtos mandata poteſtas
Cælitus, ac debent moderantem cuncta referre,
Principis eximij valeant vt munere fungi,
Percipient altis puros hinc fontibus hauſtus,
Imperijque dati vt numquam frangantur habenæ,
Et premere addiſcent, interdum etiam & dare laxas
Dummodo non ſumat maleſida licentia vires,
Semper at immoto maneat ſubnixa ſupremo
Motori mens: non illam veſanus habendi
Tentat amor ſtabilem, non ira repellere præceps
Talia dum volues Regi dilecte ſupremo

Princeps, cura hominum ſuperas quos [illegible]it ad oras
Virtus, agnoſces primordia laudis auita.
Hanc peperere prius Coſmus, Laurenſque togati,
Pòſt alij proceres, quorum prudentia cælo
Delapſa apparet, tanto hic fulgore coruſcat,
En tibi FERNANDI *ſimul oſtro inſignis & armis*
Gloria, non vllis vnquam damnanda tenebris,
Dum rútilos ſpargit radios terraq́ue, mariq́ue
Concutit inſolito tot barbara corda tremore
Claſſibus Odryſias Thuſcis vrentibus vrbes
Tu Princeps memoranda imitans exempla parentis
Regnabis fælix, decus immortale ſequetur,
Et t ceæleſtis cælo Sapientia ſiſtet.

Digitized by Google

CANDIDO LECTORI

Modeſtus Iuntæ de Modeſtis. S. D.

IAM iterùm, ac tertiò (benigne lector) commoneris vix vnquam poſſe lucubrationes ſuas ita in lucem à quopiam proferri, vt, & Amanuenſium, & impreſſoris diligentia nullo mendo, quaſi næuo deformentur. Cuius difficultatis teſtes (ſi mihi eſſent in præſentia proferendi) eos proferrem omnes, qui ſui fœtus ingenij typis hactenus ediderunt, vt immortalis animæ filij ad immortalitatem conſequendam naſcerentur. Quæ incuria typographi damna illi potiſſimum ſenſerunt, qui remotas in regiones libros imprimendos, quaſi filios abſenti nutrici, educandos tranſmiſerunt, & ne de iniuria queri videar aliena; Id omnino huius de Brachio Regio tractatus, eorumque omnium quæ hoc libro continentur Author ſibi vſu veniſſe animaduertit. Hæc etenim ſcripta Veneti impreſſores nacti (ſiue id temporum illorum calamitatibus, ſiue eorum typographorum feſtinationi tribuendum vitio ſit) dùm opus volunt, quã primum perficere, vel maximè imperfectum emiſere, nulla ſcriptionis, vix vlla grammatices (in aliquibus) habita ratione. Quot illi orationis membra, Quot integros numeros omiſere? Quot rationum momenta ſuo mota loco in alienum reiecerunt? Denique opus ipſum, ea eſt vſum, Fortunæ infelicitate, vt naufragium in ipſo portu feciſſe, non immeritò, videri poſſet. Ex quo tanto naufragio, quæ colligi fragmenta potuerunt, ad ſextæ partis calcem, quæ multa de rigore, & æquitate, tùm vſui neceßaria, tùm cognitu difficillima explicat, congeſta reperies. Neque verò quæcumque irrepſerunt menda in vnum, vt ferè fit, locum, reiecta fuere, ne tam multis paginæ illæ, ſcatentes erratis, monſtrum veluti quoddam, ex mutilatis totius operis membris compactum referrent; ſed tùm in ipſis fragmentis collecta, tùm in ſingulis Indicibus correcta facilè tibi erit reperire. Deinde cum in tria præcipua, volumen hoc ſecetur membra, tripartitum etiam laborem, eſſe debere quis neget? Sint ſcriptoris, primæ laboris partes: ſint impreſſoris ſecundæ: ſint denique tertiæ correctoris, atque huius in præſentia, perſona tibi erit (amice lector) gerenda. Cuius enim ſiue imperitia, ſiue ignauia factum eſt, vt toties erraretur, huius tibi erit, tua diligentia, & amore reſarcienda ſocordia. Eo planè conſilio (niſi mea me fallit opinio) multis partibus obſcuratũ prodiji opus, ut tua opera, animaduerſioneque illuſtraretur. Nã quemadmodum Agricola (vt omnes intelligunt, Varroque de re Ruſtica affirmat) ea ſpe ſementem facit, quæ ſegetem feliciſſimam pollicetur; & apud Hebræos in more poſitum fuit, vt meſſores ita metendæ ſegetis onus ſubirent, vt aliquid quod metendi laborem requireret, ijs qui ſuis inhærerent veſtigijs, relinquerent: ita profectò poſt diuturnos ſcribendi labores, qui communis vtilitatis ſpe condiebantur; poſt typographi meſſem, a-

Princeps,cura hominum ſuperas quos i[illegible]it ad oras
Virtus,agnoſces primordia laudis auita.
Hanc peperere prius Coſmus,Laurenſque togati ,
Pòſt alij proceres, quorum prudentia cœlo
Delapſa apparet,tanto hic fulgore coruſcat,
En tibi FERNANDI *ſimul oſtro inſignis & armis*
Gloria,non vllis vnquam damnanda tenebris ,
Dum rutilos ſpargit radios terráque,maríque
Concutit inſolito tot barbara corda tremore
Claſſibus Odryſias Thuſcis vrentibus vrbes
Tu Princeps memoranda imitans exempla parentis
Regnabis fœlix,decus immortale ſequetur ,
Et t cœleſtis cœlo Sapientia ſiſtet.



CANDIDO LECTORI
Modeſtus Iuntæ de Modeſtis.S.D.

IAM iterùm,ac tertiò (benigne lector) commoneris vix vnquam poſſe lucubrationes ſuas ita in lucem à quopiam proferri,vt,& Amanuenſium, & impreſſoris diligentia nullo mendo,quaſi næuo deformentur . Cuius difficultatis teſtes(ſi mihi eſſent in præſentia proferendi)eos proferrem omnes,qui ſui fœtus ingenij typis hactenus ediderunt , vt immortalis animæ filij ad immortalitatem conſequendam naſcerentur . Quæ incuria typographi damna illi potiſſimum ſenſerunt,qui remotas in regiones libros imprimendos,quaſi filios abſenti nutrici,educandos tranſmiſerunt , & ne de iniuria queri videar aliena;Id omnino huius de Brachio Regio tractatus, eorumq́ue omnium quæ hoc libro continentur Author ſibi vſu veniſſe animaduertit . Hæc etenim ſcripta Veneti impreſſores nacti(ſiue id temporum illorum calamitatibus , ſiue eorum typographorum feſtinationi tribuendum vitio ſit)dùm opus volunt , quã primum perficere,vel maximè imperfectum emiſere, nulla ſcriptionis , vix vlla grammatices(in aliquibus)habita ratione .Quot illi orationis membra,Quot integros numeros omiſere ? Quot rationum momenta ſuo mota loco in alienum reiecerunt? Denique opus ipſum,ea eſt vſum,Fortunæ infelicitate,vt naufragium in ipſo portu feciſſe,non immeritò,videri poſſet.Ex quo tanto naufragio, quæ colligi fragmenta potuerunt,ad ſextæ partis calcem,quæ multa de rigore, & æquitate,tùm vſui neceſsaria,tùm cognitu difficillima explicat, congeſta reperies.Neque verò quæcumque irrepſerunt menda in vnum,vt ferè fit,locum , reiecta fuere,ne tam multis paginæ illæ,ſcatentes erratis , monſtrum veluti quoddam , ex mutilatis totius operis membris compactum referrent;ſed tùm in ipſis fragmentis collecta, tùm in ſingulis Indicibus correcta facilè tibi erit reperire . Deinde cum in tria præcipua,volumen hoc ſecetur membra,tripartitum etiam laborem , eſſe debere quis neget? Sint ſcriptoris , primæ laboris partes : ſint impreſſoris ſecundæ:ſint denique tertiæ correctoris,atque huius in præſentia , perſona tibi erit (amice lector)gerenda.Cuius enim ſiue imperitia.ſiue ignauia factum eſt,vt toties erraretur,huius tibi erit , tua diligentia,& amore reſarcienda ſocordia . Eo planè conſilio (niſi mea me fallit opinio)multis partibus obſcuratũ prodijt opus,ut tua opera,animaduerſioneq́ue illuſtraretur.Nã quemadmodum Agricola(vt omnes intelligunt, Varroq́ue de re Ruſtica affirmat)ea ſpe ſementem facit, quæ ſegetem feliciſſimam pollicetur; & apud Hebræos in more poſitum fuit , vt meſſores ita metendæ ſegetis onus ſubirent, vt aliquid quod metendi laborem requireret , ijs qui ſuis inhærerent veſtigijs,relinquerent: ita profectò poſt diuturnos ſcribendi labores,qui communis vtilitatis ſpe condiebantur ; poſt typographi meſſem,a-

liquid lectori ſuperfuit, in quo reſecando, purgandoq́ue ſuam poſſet prudentiam commōſtrare. Latini vatis vox eſt: Surgentem ad zephyrum paleę iactātur inanes. *Erratorum hæ paleæ obloquentium nebulonum vento concedantur. Illi paleas, hoc eſt pecudum cibos ſibi apponi exiſtiment: mordicus arripiant, ſe illis in gurgitent. Modò veritatis triticum his mendorum paleis immixtum, in ſuæ mentis horreo recondant ij, qui virtutem, rerumq́ue verarum cognitionem habent in delicijs. Hi, ſi quid in libri editione peccati animaduerterint, ſe nactos occaſionem exiſtimabunt, eius, qua ſunt præditi, prudentiæ commōſtrandæ, in frumento à paleis ſecernendo. Quis enim tanti faceret ſplendentis lucem ſolis, niſi conſequturas tenebras horreret? An poma foliorum inuolucris plerunque deliteſcentia, Ruſticus decerperet, ſi oculorum ſuorum acie frondibus terminata, numquam poma contingeret? Quæ cum ità ſint in ſpem venio (amice lector) fore vt aliqua dignos excuſatione libri huius, tùm Authorem tùm impreſſorem exiſtimes. In qua etenim, ſe quiſque accuſat, in eo ſe alijs excuſat humilitatem amplexus: ſic ipſe author facit. Amico igitur animo hijs fruere, quæ alienus labor tibi cōparauit, & quos maledicorū latratus, ac morſus huius Scriptor operis ſubterfugere omninò non poterit, poterit ſilentij patientiæq́ue pharmaco, (vt moris eſt) omninò curare. Vale.*

COMPENDIVM TOTIVS OPERIS

IN PRIMA PARTE.

DE Brachio Regio, ſeu de manu Regia, & eius viribus.

De Brachio ſeculari, vel eccleſiaſtico imploran do, & in fragm. 97. & 98. par. 6.

De Brachio militari concedendo, & in Fragm. 26. par. 6.

De Principe, & de eius vicegerente, & quas vices concedere debeat, quando, qualiter, & qui bus perſonis, & cauſis ſint concedendæ.

De iudice ſupremo, ordinario, delegato, pedaneo, & inferiori, ac de ſubſtitutis, & qualitatibus eorum.

De arbitrio libero, amplo, & abſoluto iudicis ſupremi, vel Delegati vices Principis habentis in cauſis criminalibus, tractandis, & Iudicandis.

De clauſulis diuerſis, quibus tam ampla facultas conceditur.

De arbitrio Ducis Belli in milites, de bello iuſto, vel iniuſto, ac de rebus, & perſonis, in bello terreſtri, vel maritimo captis, necnon de delictis, ac ſtipendijs militũ, & latius p. 6. frag. 25.

De arbitrio viri in vxoré, de debito maritali, de oneribus matrimonij, de diuortio, ſeparatione thori, de nimia ſæuitia, de adulterijs, recuperatione vxoris, ac de multis alijs occurrenſibus, inter virum, & vxorem, vt latius in ſummario car. 37. egregiè tractatur.

De arbitrio parentum in filios, & obedientia filiorum erga parentes, de emancipatione, & de varijs accidentibus inter eos.

De arbitrio domini in ſeruos de libertate, & de ſalario famulorum, & alijs in dies occurrentibus.

De arbitrio magiſtri in diſcipulos, & de nimia ſæuitia.

De mandatis, & delegatis Principum.

De iuriſdictione omnium Iudicum, ſiue ordinaria, ſiue delegata: libera, vel limitata: prorogata, aut declinata: laicali, aut eccleſiaſtica.

De delictis præſertim exceptuatis, in quibus præcipuè opus ſit authoritate Brachij Regij, & de diuerſis alijs grauibus, & atrocibus criminibus, ac de qualitatibus delicta aggrauãtibus vel diſgrauantibus, de delictis fori eccleſiaſtici, aut laicalis, vel mixti.

De quibuſdam perſonis, & criminibus, quæ veniam, remiſſionem, vel gratiam non merentur, & in decreto gratioſo non comprehendantur.

De cauſis ciuilibus, criminalibus, & mixtis, & quando iudex criminalis poſſit cognoſcere de cauſa ciuili, & iudex ciuilis, de cauſa criminali, ac quando cauſa criminalis faciat ceſſare cauſam ciuilem, & de præuentione etiam in 4. par.

De pluribus iudicibus in vna cauſa concurrentibus, quando intelligantur dati in ſolidum, vel cumulatiuè, aut priuatiuè, & de eorum ſententijs conformibus, aut diſcrepantibus.

De coaceruatione cauſarum ſummarum, & pœnarum.

De accuſationibus, aut abſolutionibus delictorum.

De repertis cum armis, vel rebus furatis, & de delatione, & abuſu armorum, vide etiam in 4. & 6. par.

De quibuſdam omiſſis à Typographis, videlicet num. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. & 99. recollectis in frag n. 13. & 14. car. 160. par. 6.

Ac de pluribus alijs quæſtionibus ſæpe in Practica contingentibus, vt latius in Indice generali apparet.

IN SECVNDA PARTE.

De carceribus, & earum manſionibus, tàm publicis, quã ſecretis, & de Arreſtatis in domo, aut in Prætorio, & in alijs locis, ac de priuatis carceribus.

De capturis iuſtis, vel iniuſtis, pro cauſis ciuilibus, vel criminalibus.

Quibus competat iuriſdictio capturas concedendi, & quando, qualiter, & contra quos captura ſit concedenda.

De Franchitijs in domibus, ſeu Palatijs magnatum, & de perſonis priuilegiatis, quæ capi minime poſſunt.

De Beroarijs, & alijs publicis executoribus, qualiter ſe gerere debeant in capiendo, & exequẽdo, & quænam fides danda ſit eis, & an Baricellus teneatur pro eis, & quid ſi non teneat ipſe familiam conſuetam.

De cuſtodia, & cuſtode carceratorum, & ad quæ teneatur, ac de alimentis, & expenſis pro captura, & pro carceratis, Medicis, & medicinis corporalibus, & ſpiritualibus.

De captis non eximendis a familia Beruariorum nec ex carceribus facto, vel conſilio, aut alia perſuaſione.

De reſiſtentia licita, vel illicita, & de delictis, & damnis in capturis contingentibus, & de diſputatione Fori, & de pœna contrafacientiũ, & quid in cauſis ciuilibus.

De carceratis relaxandis, qualiter, quando, & ſub quibus cautionibus, & qui relaxandi non ſint, & de carceratis recommendandis in carceribus, & ſtagiendis, vel ſequeſtrandis.

De fuga eorum, qui ex cauſa, aut ciuili, aut criminali capti ſunt de inditio fugæ, & de fractura carcerum, de ſcalis, funibus, & de multis alijs accidentibus, ac de pœnis fugientium.

De conuocatis in auxilium iuſtitiæ, & qui te neãtur accurrere, & de pœna inobedientium.

Digitized by Google

De ſyndicis, denuntiatoribus, ſaltuarijs, accuſatoribus, & huiuſmodi perſonis.

De pluribus, ac diuerſis cautionibus, & ſatiſdationibus, quam prætorijs, quam ex ſtipulatu conuentis.

De fideiuſſoribus, & fideiuſſionibus, pro priuatis, quam ex ſtipulatu iuxta caſuum contingentium circa modũ, & tempus, quando incipiat eorum obligatio, & quãdo extincta remaneat ac de multis alijs quæſtionibus inter plures fideiuſſores, naſcentibus, dilucide, & practicanter explicitum.

De pace, & tregua, & quando, qualiter, quibuſve de cauſis ruptæ dicantur, & an rumpens aſſiciat alios comprehenſos, & qui in eis intelligantur comprehenſi: & an rupta cum vno intelligatur rupta cum alio, & quid in dubio, an ex noua, aut veteri cauſa rupta dicatur, & plura alia in hac materia deciſa reperiuntur.

De ſaluaguardia, ſaluoconductu, ſcalafranca, & eorum differentijs, & effectibus, & de rumpentibus, & contrafacientibus.

De præceptis pęnalibus, de mulctis, & pęnis contumaciæ, & in p. 3. & 4.

Ac de alijs quæſtionibus iuxta ſubiectam materiam quotidie occurrentibus.

IN TERTIA PARTE.

Practica iuridica, & obſeruata apud magna Tribunalia circa modum procedẽdi, ad torturam etiam per proceſſum informatiuum.

De tortura, & diuerſis generibus tormentorum, quando, & qualiter ſit adhibenda, & quibus in cauſis, an in pœnis pecuniarijs, vel ciuilibus cauſis.

De modo torquendi, quid ad iudicem ſpectet ordinare, & quid ad eius officiales, & exequutores pertineat exequi.

De Brachio Regio impetrando.

De perſonis torquendis, & qualiter perſonæ priuilegiatæ, vel quæ alias non poſſunt de iure torqueri, tamen ex cauſa torqueantur.

De diuerſis inditijs, præſumptionibus, & coniecturis, & alijs probationibus, ad capturam, torturam, & condemnationem ſufficientibus.

De modo interrogandi reos, & de interrogationis fiendis oportune à teſtibus.

De gradibus torturæ quoties, & vſque quo reus ſocij criminis, mandans, mandatarius, & huiuſmodi complices, ac teſtes torqueri debeant.

De confeſſione ſpontanea, voluntaria, vel metu torturæ, aut in tortura, vel ſpe impunitatis emanante, & de confeſſione vera, aut erronea, vel ficta vi contumaciæ.

De ratificatione, repetitione reorum, & teſtium, ac de confrontatione, & reuocatione confeſſionis, quando, & qualiter hæc omnia fieri debeant.

De defenſionibus reorum, & teſtium, & de admiſſis ad nouas defenſiones.

De mandato mandante, & mandatarijs, ac de exequutione, vel reuocatione mandati, quando prodeſt, & quando non.

De mutatione ſtatus poſt delictum, & de quampluribus, ac diuerſis effectibus circa mutationem ſtatus.

De exculpationibus, ſeu excuſationibus ſociorũ criminis, teſtium, offenſorum, accuſatorum, Dominorum, ac aliorum, luculenter explicatum.

De recuſatione, & ſuſpicione iudicis, qualiter proponi, liquidari, & terminari debeant.

De iure iniquo, an, & quando, & a quo ſtatui liceat, fragm. 70.

& De multis alijs in practica occurrentibus circa præſentem materiam.

IN QVARTA PARTE.

De officio, & diſcretione iuſti iudicis in ſententiando, & qualiter tuta conſcientia iudicare debeat, & de conſcientia communi, & particulari.

De foro competenti, vel incompetenti, & in ſexta par.

De pęnis diuerſorum criminum corporalibus, aut pecuniarijs, capitalibus, exulatus, & de damnatis in metallum, vel ad remigandum, ſeu ad Triremes, ac de confinatis, ſeu deportatis, vel bannitis, & de pęnis alternatiuis, quando electio ad iudicem, vt fragm. 80. aut partem ſpectet, Quando vna pęna faciat ceſſare alteram, quando plures pœnæ cumulatiue concurrant & multa alia in hoc propoſito reperies.

De pœnis iuris communis, aut Canonici, ſtatutarijs, vel ab alijs ordinibus, aut bannis comminatis, & publicatis, ac de pęnis arbitrarijs, & quando iudex teneatur, vel non ſeruare eas, & quibus ex cauſis augere, vel diminuere poſſit pœnam ordinariam, vide quoque in fragmentis.

De condemnationibus, vel Abſolutionibus diffinitiuis, vel conditionalibus, quæ forma, & tempus ſeruentur in eis, & an iudicandum ſit ſecundum iura loci delicti, vel Iudicij, & an attendatur ſtatutum nouum, vel vetus, vt etiam in Fragmentis.

De præceptis inulctis, ac confiſcatione bonorum.

De Principalibus, & fideiuſſoribus condemnandis, & an ſententia contra principalem aſſiciat fideiuſſorem. De alienatione bonorum, & de ſucceſſione deliquentium, & in Fragmentis.

De loco tractatus, delicti, originis, & Domicilij, & quot quibuſve modis Iuriſdictio dicatur prorogata, & de Declinatione, aut variationi Fori & in 6. par. & de varijs diſputationibus in materia iuriſdictionis, quotidie occurrentibus, etiam Fragm. 90. & 108.

De cogitatione, conſilio, tractatu, mandato, & executione ad malum de verbis iniurioſis, vel de iniuria ſcripto, vel facto. De percuſſionibus, vulneribus, deturpationibus, & membrorum mutilationibus, & damnis datis.

De homicidijs caſu, vel penſate, Aſſaſinijs, Falſis, Falſarijs, Rapinis, Roberijs, Latrocinijs, Incendijs, Vaſtis, & alijs publicis violentijs, & priuatis, & de memoria defuncti damnanda, & de expilata Hereditate.

De Bannitis, Delinquentibus, Latronibus, Vagabundis, & diffamatis, ſeditioſis, & conſpiratoribus, & viris Brauoſis, Fautoribus, Auxiliatoribus, Socijs, & Receptatoribus.

An acta, ſeu proceſſus factus ab vno iudice fidem

faciat coram alio Iudice, & an punitus, uel abſolutus ab vno poſſit iterum puniri vel abſolui ab alio, & an delinquens eadem de cauſa poſſit proceſſari à diuerſis iudicibus, puta delicti, originis, & domicilij.

De præuentione, reconuentione, delictorumque præſcriptione, aut compoſitionibus, vel tranſactionibus licitis, aut illicitis, & de pacto quotæ litis.

De ſtatutis ſeruandis, & interpretandis, & quando nouum faciat ceſſare vetus, & quando ambo concurrant, & de multis alijs quæſtionibus circa extẽſionem, vel reſtrictionem ſtatutorum, cum multis exemplis, & de loco, tempore, & ſolemnitatibus ſeruandis.

De extenſione, & reſtrictione ſtatutorum, in fauorabilibus, & odioſis, in abſurdis correctorijs, & pęnalibus, luculenter tractatum regulis, & exemplis declaratum.

De diuerſis generibus armorum, de prohibitis, vel non, de iure communi, vel ſtatutario, & de perſonis priuilegiatis Forenſibus, atque viatoribus, de vſu, & abuſu armorum, & de cridis, & ordinibus in materia Armorũ, & an liceat manu armata pertranſire per alienam iuriſdictionem, cauſa Iuſtitiæ, & quãdo, ac qualiter in ius Armis eſſe dicatur: de his omnibus in s. 2. & in hac 4. pat. necnon in 6. fragm. 25.

De aduocatis, Procuratoribus, Cauſidicis, præuaricatoribus, tergiuerſatoribus, & colluſoribus, atque ſollicitatoribus, & fumum vendẽtibus, & de pœnis, ac infamia eorum etiam in 2. & 5. par. & ſupra de pacto quotæ litis, & de mala fide.

De aſſumentibus ſibi authoritatem publicam, & pœnis eorum.

De ſententijs interlocutorijs, & de deffinitiuis, & de condemnationibus vel abſolutionibus delictorum, & de ſententia contra ſententiã, & an ſententia contra principalem noceat fideiuſſori, & inter plures reos, quando ſententia lata contra vnum pariat exceptionem rei iudicatæ, contra alios.

De appellationibus, ſupplicationibus, nullitatibus, reſtitutionibus, & reuiſionibus hic, & in alijs partibus, & in fragm.

De damnatis, ad mortem, qualiter, & quantum temporis ſtare debeant in confortatorio, de confeſſione, & ſacroſancta Euchariſtia, & an extrema vnctio ſit eis concedenda.

De executione Iuſtitiæ, de veſtibus Iuſtitiatorum, de ſepultura, & de expenſis in confortatorio factis, atque de Anotomya, & de cadaueribus debitorum non ſequeſtrandis.

De gratijs Principum, & de pace, & remiſſione partium.

De ſalarijs, ſportulis, & expenſis, participationibus pęnarum, & de pręmio dando capienti bannitum, vel reuelanti malefactorem, & maleficia, & de alijs in hoc propoſito, in hac, & in alijs partibus explicatis, & deciſis.

IN QVINTA PARTE.

De ſyndicatu, ſyndicandis, & ſyndicatoribus, ac de tempore, & modo ſyndicandi, & de omnibus alijs in materia ſyndicatus occurrentibus practicabiliter tractatis.

De quibus cauſis iudices, & alij officiales ſint ſyndicandi.

De querelis, & querimonijs, recipiendis, vel non, & qui querelare non poſſunt.

De accuſatoribus, querelatoribus, conſultoribus, procuratoribus, inſtigatoribus, ac teſtibus contra ſyndicandum, & eius curiam.

De vnionibus, conuenticulis, & conſpirationibus, contra officiales in ſyndicatu.

De deſiſtentia, ſimulatione, Taciturnitate, & abolitione, et renuntiatione, quando proſunt & quando non, & de pęna ſenatus conſulti turpiliani, & in ſeq. p.

De bonis, vel malis officialibus, iudicibus, & alijs, qualiter puniendi & excuſandi ſint, nec non de familia domus, vel curiæ poteſtatis, & de eorum meritis, & demeritis.

De extorſionibus, dolo baraterijs, muneribus illicitis, ac concuſſionibus, & culpis.

De forma libelli peruentorij ad fauorem ſyndicandorum, vtiliter, & practicanter ab Authore inuenta.

De inquiſitione generali, vel particulari formãda contra eos, & de effectibus diuerſis dictarum inquiſitionum.

De reconuentione in cauſa ſyndicatus tam quoad reintegrandum honorem, quam quoad recuperandum expenſas duplicatas, triplicatas & quadruplicatas.

De condemnationibus, aut abſolutionibus, & paſſim de alijs pluribus occurrentibus in hac materia ſyndicatus, vt nil melius deſiderari poſſit.

IN SEXTA PARTE.

De æquitate diuina, naturali, ciuili, canonica, ſcripta, & non ſcripta, ſimiliter de rigore, & quando ſint compatibilia, vel incompatibilia, de cauſis & effectibus, vtriuſque.

De decem prædicamentis, tàm legalibus quàm logicis in quibus æquitas, & rigor locum habent.

De origine iuris, de legibus, de iuſtitia, de iure, ac de iuſto, & de bono regimine Principum terrenorum.

De deitate, dè natura angelorum, de donis cęleſtibus, & de ſcripturis ſanctis, de eccleſię immunitate, & libertate ſua, de locis pijs, de religione, perſonis, & rebus eccleſiaſticis, ac de alijs ſectis remiſſiue, ſic de cęlo, aere, mari, & centro, & de contentis in eis.

De aula, & conſiſtorio, ac ſupremis tribunalibus Principum, de ſilentiarijs Auditoribus, & conſiliarijs, ac conſultoribus, de aulicis, curialibus & quantum in prædictis omnibus, vſus æquitatis, & rigoris ſit neceſſarius.

Qualiter æquitas, & rigor locum habeant in omnibus rebus, præcipuè in Grammatica, dialectica, rhetorica, poetica, & in omnibus alijs ſcientijs, & artibus liberalibus.

Item in iudicijs, curia mercantiæ potiſſimum, in omnibus contractibus, ultimis voluntatibus, feudis, ſtatutis, opinione hominum, in pęnalibus, reſcriptis, iure poſtliminij, & ſpiritualibus, iure congrui, & ſeruitutibus, & de ſingulis ſuis locis tractatum.

De

Digitized by Google

De ſubſtantia, accidentibus, quantitate, qualitate, relatione, vbi, quando, actione, paſſione ſitu, & habitu.

De contractibus, venditionis, & emptionis, locati, & conducti, ſocietatis, mandati, mutuationis, dotis, alimentorum, ac alijs mutuis obligationibus, de cambijs, recambijs, vſuris, fructibus, & intereſſe.

De montibus pietatis, abundantia, gabellis, & alijs pulchris excitationibus, & functionibus.

De gratijs, priuilegijs, indulgentijs, Remiſſionibus, diſpenſationibus, reuiſione, reuiſionis, & reſtitutionibus.

Tandem de multis alijs in dies occurrentibus, & deciſis circa negotia forenſia.

IN FRAGMENTIS. CXXV.

1 De authoritate, dignitate, et ſignificatione manus regiæ.

2 De hijs quæ præſcribi non poſſunt, & infra fragm. 78. & 83.

3 Qui munere iudicaturæ criminalis fungi non poſſunt.

4 De iudæis, & qualiter ſint tolerandi, vel non.

5 De appellationibus non recipiendis.

6 Statutum criminale in volumine ſtatutorum ciuilium, & econtra, quale ſit.

7 Procurator in criminalibus quando, & quibus caſibus admitti debeat. & vi. fragm. 32. & 66.

8 Incidens criminale, quando retardat iudiciū ciuile, & coram quo cognoſci debeat.

9 De peccato, & de delicto, ac de eorum differentijs.

10 De aſſaſſinio, & quid ſi committatur à clerico.

11 de adulatoribus, & ſuſpectoſis.

12 De flagitijs, facinoribus, & facinoroſis.

13 De quibuſdam numeris in prima parte omiſſis videlicet. num. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. hic recollectis.

14 De nume. 99. pariter in eadem prima part. omiſſo.

Item an cauſa ciuilis, & criminalis ſimul intentari poſſint.

15 De clerico poſſidente feudum laicale, & qualiter ſubditi ſecundum iura laicalia iudicari debeant.

16 De componentibus, vel legentibus, aut penes ſe tenentibus ſcripturam infamatoriam, & eā non lacerantibus.

17 Principes quando, & quibus de cauſis ſelices dici poſſunt.

18 De ſummo Pontifice ius vtriuſque gladij habente, & de eius magna authoritate, & poteſtate.

19 De aulæ conſiſtorio, & tribunali Principis, & quæ differentia ſit inter iſta.

20 De mortuo reperto, vel ſuffocato in puteo, vel alibi.

21 Quid ſibi velint hæc verba: *facite vobis amicos de Mammona iniquitatis.*

22 De conſcientia iudicis, in iudicando.

23 De natura, & ordine Angelorum.

24 De immunitate perſonæ, & qualiter alteri demandari poſſit.

25 De rebus in bello captis, et quid cùm ſint merces fidelium, quod nam dicatur bellum iuſtū, qui ſint verè inimici Chriſtianorum, & de latronibus, & piratis, de ementibus res furtiuas, ac de multis alijs quotidie occurrentibus, tam in bello maritimo, quam terreſtri.

26 De Brachio militari, & an miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto poſſit locare.

De conductore à creditore rem debitoris in locationem habente, bona vel mala fide.

De moleſtia debitoris aduerſus dict. conductorem, &c.

De nominatione Authoris, quando releuat, & quando non, & vide in propoſito fragm. 97. 98. 118.

27 De coitu licito, aut illicito, etiam inter coniugatos.

28 An maritus teneatur pro debito vxoris, & an vxor pro debito mariti.

29 De meretrice nupta, & de adulteris, & adulterijs.

30 De Patre filiam receptante, ob malam tractationem mariti, & an repetat expenſas. vi quoque Fram. 34. 35 & 85.

31 De alimentis vxori præſtandis.

32 An emancipatio peti, & fieri poſſit per Procuratorem.

33 De filijs quando non teneantur obedire Patri in certis caſibus.

34 Actio furti qualiter inter patrem, & filium, inter virum, & vxorem non datur, & de actione rerum amotarum, de inofficioſis donationibus, & de expilata hæreditate in quarta part.

35 Pater cui de iure ciuili in certis caſibus vindicta non denegatur, an illam demandare poſſit filio ſuo.

36 De poteſtate dominica, & de peccatis Dominorum, & eius famulorum.

37 An frater fratrem pauperem alere teneatur.

De magiſtris, & dominis ſeu Patronis.

38 De meretrice ſponte conuerſa, & de loco nū cupato *delle mal maritate.* quid ſi recluſa in eo, poſtea ex eo fugiat, de perſuadentibus exire, ac de pœna auxiliatorum Fragm. 47. 49.

39 Captura an iureiurando probari poſſit.

40 de pertranſeuntibus per alienam iuriſdictionem manu armata, & frag. 84.

41 Iudex laicus abſtinere debet à concedendo capturas in locis ſacris, & eccleſiaſticis.

Item recollectio quorundam numerorum ab impreſſore omiſſorum in p. 2. vt num. 26. 27. 28. & 29.

42 Ne agricultores, vel laboratores in actu agricolendi pro debito ciuili capiantur, & de infamia & alijs præiudicijs de iure ciuili comminatis contra tranſgreſſores.

43 An vindicare ſe liceat.

44 Contumelias ſuſtinere, & mala pati pro amore eius qui tantum paſſus eſt pro nobis, omnino tenemur.

45 de captis non eximendis, & de tumultuoſis, & ſeditioſis. frag. 49.

46 de fugientibus è carceribus, & quando excuſandi ſint.

47 de raptu mulierum honeſtarum, & de deo dicatarum, & de pœna extrahentium illas à monaſterio.

de

48 De captura partim tantum, ſed non in totum iuſtificata nunquid in totum corruere debeat.

Item de Actore pro parte tantum probante.

Item de Delicto in parte tantum confeſſato.

Quid ſi delinquens in delinquendo facit in parte actum laudabilem.

49 Affines, vel amici eius qui a Berroarijs ducitur ad carceres, an impune illum eximere valeant, non vt fugere faciant, ſed gratia tantum aſſociandi ad carceres, ad euitandum dedecus.

Et de mulieribus recluſis fugientibus, & Fragmen. 38.

50 Alieni boni inuidia & oppreſſores, quibus moribus veſtiuntur.

51 De agnatis, & alijs pro delictis aliorum conueniendis.

52 De inſtantia perempta, & appellatione deſerta, & de appellante nulliter, & de reſtitutione nel buondi. vt Florentiæ ijs verbis vtitur in reſcriptis, quando quis ex reſcripto Principis in integrum reſtituitur, dicitur enim, ſi rimette nel buondi.

53 Sententia lata contra principalem, an nouat fideiuſſori contractus, & quid in fideiuſſore iudicij in cauſis criminalibus, fideiuſſore non citato. vi in Frag. 87.

54 Inobedientia inobedientibus nocet, ſicut obedientia obedientibus prodeſt.

55 Tempus quo fuit compoſita ſcriptura obligatoria, nunquid attendatur, vel tempus ſubſcriptionis, & quid ſi diuerſis diebus à diuerſis perſonis fuerit ſubſcripta, an attendatur tempus vltimi ſubſcribentis.

56 Actus in dubio, in non delictum, ſed in benigniorem partem interpretandus eſt, & quando ac qualiter.

57 De præcepto ne quis exeat de Palatio prætoris, vel quod ſiſtat in propria domo, vel quod non tranſeat per quandam viam, ſub pœna.

58 Securitas alicui data, quod capi non poſſit, maleficio iam commiſſo, vel in futurum committendo non prodeſt, & qualiter ſaluus conductus datus ineundo, vtique, & in redeundo intelligitur datus.

59 Conuictus, & non confeſſus, quando in pœnam ordinariam, & quando in arbitrariam condemnari poſſit, quid ſi nec confeſſus, nec plenè conuictus ſit, ſed quia perſona eſt de illis quæ torqueri non poſſunt, vel ſi ex conſuetudine poſſint, an aliqua pœna ſit condemnanda.

60 Qualiter tacitum taciti non datur, nec reſtitutio reſtitutionis, ſeruitus ſeruitutis, & quid de reuiſione reuiſionis Fragmenta. 122.

61 Interrogatus ad cautelam an velit vti ſcriptura, vel teſtibus exhibitis, & ſimpliciter reſpondens quod fie non poteſt deinde ſe excuſare prætextu ignorantiæ.

62 Fuga ſola, an ſit delictum, quid de contumacia. Frag. 101.

63 Gratiam petens an faciat inditium contra ſe, vide etiam Fragm. 94. & 103.

64 Tortus quoties fatetur, toties negat, ſic neuum ſemper inditium contra ſe facit ad torturam, ſed quoties, & qualiter ſit torquendus ne in infinitum procedatur.

65 Probatio priuilegiata quæ ſit, & qualiter in ciuilibus faciat inditium in criminalibus.

66 Aduocatus, vel Procurator partis, quæſtionibus reorum de conſuetudine generali minimè interuenire poſſunt, & alia, vi Fragmen. 6. & 32.

67 Confeſſio, an, & quando pro parte tantum acceptari poſſit, & debeat.

68 Confeſſio validat dicta illa teſtium, quæ ſine tali confeſſione nullius eſſent valoris, & Fragm. 113.

69 Confeſſus factum, & negans eius qualitates, non gaudet beneficio confeſſionis.

70 De iure iniquo, etiam ab habente liberum arbitrium non ſtatuendo.

71 Quod propter delicta Iudicum, quandoque ciues puniuntur.

72 Qualiter cauſa & origo in delictis, & contractibus attendi debeant.

73 An per media illicita liceat acquirere dignitates, & honores.

Item an iudex teneatur condemnare in pęnam legalem & conuentionalem. & vide Fragm. 89.

De colluſione, colluſoribus, & eorum pœnis, &c.

An qui ſemel renuntiauit accuſationi, poſſit iterum accuſare ſuper eadem cauſa, &c.

An variare forum liceat. Frag. 99.

74 De ſpeciebus pœnarum, & ijs, quæ magis vſu frequentantur, & in 4. p.

75 Ignorantiam allegare contra Banna, ſeu cridas vel proclamata non releuat.

76 Damnare ad remigrandum, & damnare ad triremes differunt, & an damnare in metallum idem ſit hodie, & de importantia, & effectibus vtriuſque.

77 Pœna ipſo iure impoſita, an moderari, vel alterari poſſit, vi etiam Frag. 82.

78 Actio iniuriarum quanto tempore præſcribitur, & Fragm. 83. & 89.

79 Reiterare delictum infert pœnam grauiorem contra reiterantem.

80 Electio pęnarum ad quem ſpectet.

81 Confiſcatio bonorum quando principaliter in condemnatione venit, & quando in conſequentiam.

82 In pęnis imponendis, iam ex ordinibus determinatis, an opus ſit declaratoria, &cæt.

Quando bona ipſo iure effecta ſint fiſci, fragm. 77.

83 In pœnis an attendatur ſtatutum nouum, vel vetus, & an attendatur tempus delicti, vel condemnationis, & an attendenda ſint iura loci delicti, vel Iudicij.

Item an præſcriptio incipiat, à primo delicto, vel ab vltimo. & in 4. p.

84 Arma quibus liceat ex priuilegio iuris communis portare, & de delinquente prorogante iuriſdictionem iudicis non ſui, ſupra Frag. 40. & in 6. p.

85 Pater an teneatur pro filio, & Fragm. 34. & 35.

86 Augumentum in delictis,quando attendendum ſit.
87 De ſententia abſolutoria, an teneat parte non citata. ſupra frag. 53.
88 Damnum datum de corpore in corpus, ſiue rationale, ſiue non, qualiter emendandum ſit, & quando ob incertitudinem abſolutio ſequi debeat.
89 De pęna conuentionali, de pace & tregua non rumpenda vel de non offendendo, & an pœna conuentionalis ſit ſurrogata in loco damnorum, & intereſſe, vel vtrumque debeatur, & de iniurijs,& iniuriarum actionibus.& fragm. 73.78.
90 Delinquens in plus, quam deliberauit,quando eius animus, uel euentus tantum ſit attendendus.
91 Auxiliator quando eadem pœna puniri debeat,qua principalis delinquens.
92 Vis priuata quomodo & quando efficiatur publica.
93 Irregularitas quando, & quibus modis incurratur,& quando non.
94 De Gratia, Remiſſione, & Indulgentia, an intereſſe partis ſublatum eſſe cenſeatur.
95 Reſcriptum primum, quando per ſecundum aufertur.
96 De raptore, & quando teneatur raptam ducere in vxorem.
97 De Brachio ſæculari impetrando, & fragment.26.
98 Brachij ſæcularis imploratio, & quando familia ſæcularis aduerſus clericos excuſetur.
99 Abſolutione ſecuta, an accuſator eandem accuſationem amplius inſtituere poſſit, &c.
An accuſatione pendente, liceat accuſatori variare forum, & an reus teneatur ſiſtere in vtroque foro.
100 Sententia contra ſententiam quando teneat.
101 Contumacia de ſe, an ſit delictum, & fragmen.62.
102 Appellare ad Principem omiſſo medio, an liceat.
103 De pace præſentanda,& de termino ſtatuti intra quem pax haberi debeat. & fragmen. 63. & 94.
104 Executio capitalis quibus ex cauſis poſſit retardari.
105 Quomodo etiam inanimata dicātur puniri.
106 Quando contra fiſcum, vel pro fiſco iudicandum ſit.
107 Quod per argumentum à contrario ſenſu venit, non intelligitur illatiuè, ſeu per extenſionem venire, ſed eſt ac ſi expreſſum fuiſſet in illa diſpoſitione.
108 Tractatus quando, & vbi ſit puniendus, & an per litteras receptas, in vno loco ibi puniri poſſit, promittens, & reſcribens, ſe facturum illud delictum.
109 Communis vſus loquendi, qualiter præferatur propriæ ſignificationi.
Prohibitio localis vſque quo extendatur, & ibi de termino à quo, ad terminum ad quem.
101 Stante ſtatuto quod maleficia debeant reuelari, de quibus maleficijs,& perſonis ſit intelligendum.
111 Pars pęnarum debita iudici, an debeat dari iudici condemnanti, aut exequenti.
112 Iudex non debet officio durante ſyndicari, niſi ex cauſa ob quam priuandus eſſet officio.
113 Mandatarius, qui eſt tanquam mandans, & non mandatarius inquiſitus, an ſit ob tale æquiuocum abſoluendus.
114 Libros exiberi, qui cogi poſſint; & de Procuratore ad negotia, qualiter teneatur reddere rationem, & quid de eius hærede.
Quando cauſa ob negligentiam iudicis inferioris deuoluatur ad ſuperiorem.
115 Condemnatio facta,in duplo,triplo,et quadruplo continet ſimplum.
116 De legibus condendis, & de earum vtilitatibus.
117 De exceptionibus priuilegiatis, ad fauoré pauperum debitorum,ne egeant,vt in Patre, Marito,donatore,liberto, & huiuſmodi pulcrè,& practicabiliter tractatum.
De exceptionibus reiectis à ſtatuto, quænam intelligantur reiectę.
118 Emens rem alienam, aut conducens ſcienter,aut ignoranter, nunquid conuentus nominando authorem liberetur à moleſtia.
De læſione enormi,vel fraudolenta,&c.
De reuocatoria contra tertium, & vi Fragment.26.
119 Templum quot modis reddatur profanum.
120 Veſtium appellatione, quæ veniant, & de Toga,& prætexta, ac alijs veſtibus magiſtratuum.
121 De regalibus,& quæ ſint regalia.
122 Reuiſio, reuiſionis quibus ex cauſis concedi debeat, & quantum ſit in certis caſibus æqua,vtilis,& neceſſaria,& qualiter ſummus rigor in ea deneganda,non ſit laudabilis.
123 Condemnatus criminaliter eſt obligatus ſoluere pœnam, & expenſas à Fiſco factas: fideiuſſor pro eo coactus ſoluit: accuſator prętendit ſuam partem pœnæ: Iudex delegatus non vult perdere ſalarium: et debitor non eſt ſoluendo omnibus. Quis horum in eo quod debitor eſt ſoluendo, præferendus ſit, qua actione, & qua via ſalarium petatur, noua quidem, & non ſpernenda diſputatio.

IN

Digitized by Google

IN PRACTICA DE TESTIBVS

PARTE PRIMA.

DE habilitate,& inhabilitate teſtium, & quando ſint conſiderandæ, an tempore iuramenti, vel eorum depoſitionis.

De qualitatibus quas neceſſario requirũtur habere teſtes idonei.

De fide dignis, & teſtibus iurare, & deponere cogendis, & de atteſtatiooe mulierum.

De doctorum excellẽtia,meritis,& Priuilegijs, & an filij Doctorati, nati ex patre ignobili debeant in Collegio. DD. Aduocatorum admitti,luculentet explicitum.

De ſtatutis, Ordinibus, & Decretis, Genuenſis Reipub.circa artes mecanicas,& de ijs qui in Collegio.DD.recipi non debent.

De Doctoribus Ripetiæ Genuenſis, & de forenſibus in ciuitate Genuenſi habitantibus, & Domicilium habentibus.

De medicis,& notarijs,ac eorum filijs.

De Equitibus Illuſtriſſ. Religionis Diui Stephani.

IN SECVNDA Parte.

DE numero teſtium in quolibet contractu, tam inter viuos, quam in vltima voluntate,ac etiam in cauſis Foraneis, ſiue ciuilibus,ſiue criminalibus,& in omnibus alijs negotijs.

De Iudicijs, proximis, & remotis,ad capturam,inquirendum, formandam inquiſitionem,& ad condemnandum.

De teſtium ſingularitate.

De effrenata teſtium multitudine reijcienda.

De Inſtrumenti continentia impugnanda.

Ac de alijs varijs cauſis in practica occurrentibus.

IN TERTIA PARTE.

DE probatione teſtium,oretenus, vel in ſcriptis, & quæ melius probantur per teſtes quam per ſcripturã, & econtra,ac de diuerſis alijs probationibus, & quæ probationes præualere debeant.

De iuramento teſtibus dando,& de renuentibus iurare,vel deponere, & de iuramento ſuppletorio, & eius forma in practica ſeruanda.

De citatione, & an ſit de ſubſtantia, & quibus cauſis,non ſit neceſſaria citatio.

Qualiter teſtes,cauſam,& bonam rationem reddere debeant per alterum ex quinque ſenſibus corporeis,quid in negatiua probanda, & qualiter teſtes debeãt remouere actum à ſenſu, & non ſenſum ab actu. & de atteſtantibus ſuper facto proprio vel alieno. Sic de viſu,vel auditu,proprio, vel alieno.

De notorio,fama,filiatione,Pace,negatiua, tempore,dominio,Poſſeſſione,præſcriptione,bona,vel mala fide,ſolutione,adulterio,præſumptionibus,partu,matrimonio, dote, coſanguinitate,morte,vita,finibus,Iuriſdictione ac alijs multis probandis, vt in diſcurſu.

An probationes factæ in vno iudicio fidem faciant in alio,& quid de alijs Actis, & an probationes factæ coram arbitris fidem faciant in alio Iudicio, quid de factis coram Arbitratore.

Probationes factæ in cauſa criminali, & in prima inſtantia,an fidem faciant in alia.

Probationes factæ in cauſa ciuili, an probent in criminali,quid econtra.

Probationes factæ in ſummario iudicio, an fidem faciant in plenario,& an factæ in poſſeſſotio proſint in petitorio.

De pluribus alijs in practica occurrentibus.

IN QVARTA Parte.

DE teſtium reprobatione,repulſa,& reiectione,qualiter,quãdo, & quibus ex cauſis fiant.

De teſtibus non recipiendis,& ſi recepti fuerint,an probent,& de multis eorũ exceptionibus.

De teſtibus domeſticis,familiaribus,amicis,inimicis,ſubditis,vaſallis,religioſis,Affinibus, ſocijs criminis, intereſſatis, vilibus, infamibus, falſis, ſingularibus, & de omni alio genere teſtium.

De teſtibus torquendis, & de eorum dictis, de contrarietate, & variatione, ac titubatione, de ſponte ſe ingerentibus,& de ſuſpectis.

De concordandis teſtibus,& eorum dictis,de repetitione,& confrontatione,ac de reuocatione,& correctione dictorum teſtium,etiam in 5. part.

De concluſione in cauſa, & publicatione teſtiũ, & alijs in practica ſeruandis.

IN QVINTA PARTE.

De officio iudicis in materia admittendi vel non admittendi teſtes, & de eius arbitrio, in credendo, vel non credẽdo teſtibus, & qualiter ex officio procedere poſſit.

Practica producendi, & ſubminiſtrandi teſtes, iuramenti præſtandi, interrogandi, & examinandi eos. & quid ſi ſint perſonæ egregiæ, vel priuilegiatæ, repetendi, & confrontandi, refrenandi, & publicandi atteſtationes, & recipiendi teſtes, ad æternam rei memoriam, ac cõuincendi de falſo, tàm teſtes, quam producentes.

De litteris ſubſidialibus, concedendis, vel non pro examinandis teſtibus.

De authoritate maioris magiſtratus, & de ſuperiori, & inferiori iuriſdictione, & de feudatarijs.

De ſalario, & expenſis ſoluendis pro examinandis teſtibus in loco iudicij vel alibi.

De erroribus Notariorum, & aliorum, in teſtibus recipiendis, examinandis, & interrogandis.

De delictis teſtium, tortura, & eius practica, & de cogendo teſtes iurare, & reſpondere.

De teſtibus falſis, ſuſpectis, & alias exceptiones patientibus.

De ſententijs, & earum executionibus.

Poſtremò loco eſt conſ. in materia teſtium, vltimarum voluntatum valdè practicabile, et magiſtrale, ad multa in dies occurentia. Vbi declarantur. l. hæredes palam. ff. de teſtam. & l. duo ſunt Titij. ff. de teſt. tutel.

F I N I S.

Digitized by Google

TRACTATVS
DE BRACHIO REGIO
HORTENSII CAVALCANI
PRAESTANTISS. I. C.
·PARS PRIMA·

SVMMARIVM.

1 *Brachium Regium cur concedatur.*
2 *Brachij Regij practica hactenus indigeſta.*
Manus Regia: Brachium Regium: & Brachium forte, idem dicitur.
Manus Regia apud quos, & quibus in locis tractentur.
3 *Brachium Regium crimina proſequitur.*
4 *Intereſt Reip. delicta puniri.*
Brachij Regij vires ignotæ.
5 *Iudices ignari abutuntur Balia Brachij Regij.*
6 *Iudices quidam gloriantur in malitia.*
7 *Brachium Regium quid ſit.*
Diffinitio Brachij Regij.
8 *Brachiũ Regiũ non recognoſcit aliũ iudicem ſuperiorem?*
9 *Arbitrium ob Brachium Regium eſt tàm ſuper expreſſis, quàm ſuper non expreſſis, & num. 26.*
10 *Melius eſt regi à iuſto Rege, quàm à lege ſcripta.*
11 *Brachium Regium non eſt circumſcriptum ab vllo ordine nullo tempore.*
12 *Brachium Regium arbitrium liberum dicitur.*
13 *Arbitraria Principum pro legibus erant.*
14 *Manu Regia proceditur executiuè.*
15 *Brachij Regij Deſcriptio ſecundum practicam.*
16 *Brachium Regium multiplici nomine appellatur.*
Remedium extraordinarium.
Item iuriſdictio.
Item Manus Regia.
Item vices Principis.
Item liberum, & abſolutum arbitrium.
Brachium Regium nil aliud eſt, niſi arbitrium liberum, amplum, & abſolutum, num. 27.
17 *Arbitrium liberum quot modis ſumitur.*
18 *Arbitrium liberum cunctæ humanæ creaturæ datum à Deo, & num. 115.*
Bona omnia à Deo. remiſſiuè.
Perditio à nobis. remiſſiuè.
19 *Arbitrium liberum dotandi filias, remiſſiuè.*
Arbitriũ liberum datum executori vlt. volunta. remiſſiuè.
Arbitrium liberum teſtandi remiſſiuè.
20 *Brachium Regium appellatur. Balia.*
Præeminentia a Regnicolis.
Authoritas Brachij Regij conceſſa locumtenentibus Vrbis Romæ.
21 *Differentia inter Brachium Regium, & Arbitrium liberum.*
22 *Arbitrium requirit bonam conſcientiam, nu. 37.*
23 *Conſcientia bona quæ ſit.*
Arbitrium liberum vſque quo & contra quos extẽdatur.
Iudices & Prætores in Statu Mediolani, & Magni Ducis, qua authoritate fungantur.
Capitaneus Iuſtitiæ Mantuæ habet arbitrium liberum, & abſolutum.
24 *Authoritas quanto maior, eo præſtantior dignitas.*
Arbitrio iudicis, quæ conceſſa dicantur.
Arbitrium regulatum eſſe debet, vt minus lædat ius commune quam fieri poſſit.
25 *Arbitriũ liberũ dat latas habenas, nõ in totũ relaxatas.*
Arbitrij liberi exemplum.
26 *Brachij regij authoritas quanta ſit.*
27 *Brachium Regiũ pro libero, & abſoluto arbitrio ſumitur.*
Princeps eſt ſupra conſuetudinem.
Brachium Regium tantũ poteſt, imo plus quã conſuetudo.
28 *Conſuetudo vice Principis fungitur.*
Multa in iure traduntur, quæ de conſuetudine non ſeruantur, num. 30.
Captus ob vnam cauſam iniuſte, an pro alia retineri poſſit, remiſſiuè.
29 *Reus nemo de iure conſtituitur, niſi præcedentibus inditijs remiſſiuè.*
Tortura an inferenda, non datis defenſionibus.
30 *Aliud de iure, aliter de facto ſeruari.*
Conſuetudo facit licitum de illicito.
31 *Conſuetudo deuia a iure communi ſeruanda.*
Specialia non ſunt multiplicanda.
Arbitrium regulari iuxta bonam conſuetudinem.
32 *Arbitrium abſolutum limitatur a conſcientia, non a iuris ordine, vel conſuetudine.*
33 *Princeps poteſt auferre conſuetudinẽ pteritã, & ẽt futurã.*
Iudex liberi arbitrij ex officio procedere poteſt.
Princeps eſt ſupra ius poſitiuum, & ei derogare poteſt: & nu. 165. & 166.
Princeps eſt pro bono publico prouidere melius ſtatuto.
Prouidere non eſt derogare.
34 *Iudex liberi arbitrij an poſſit cogere offensũ ad accuſandũ.*
Et inquirere non monito offenſo.
Et formare inquiſitionẽ, licet ignoretur nomẽ delinquẽtis.
35 *Diffamatio an præcedere debeat antequam procedatur.*
Ex officio quomodo procedatur.
36 *Arbitrio libero generali, & abſoluto conceſſo, non intelligitur contra bonum publicum.*
Inducta ad vnũ finẽ, non debent contrariũ effectũ operari.
37 *Authoritas Brachij Regij numquid limitata, & a quo limitetur.*

A *Era-*

38 *Brachium regium vbi, & quando originem duxit.*
Ordo iudiciarius cur et quando inuentus.
39 *Brachij Regij facultas a quibus concedi poſſit.*
40 *Domini recognoſcentes ſuperiorem, non habent ius concedendi Brachium regium.*
Iuriſdictio limitata apud quos.
41 *Domini qui nomine Principis, vel Ducis carent, tamen aliqui habent plenitudinem poteſtatis.*
42 *Brachium Regium quibus perſonis concedendum, & inf. num 47.*
Male digeruntur exhibita frigido ventriculo.
Auaritia Iudicum quanta mala parit, nu. 47.
43 *Iudæis nulla iuriſdictio competit.*
Iudæus etiam factus Chriſtianus, non poteſt eſſe Iudex, Rector, Doctor, Tabellio, nec tutor Chriſtiani.
Immunitas conceſſa incolis, etiam intelligitur conceſſa Iudæis.
Iudæi non debent eſſe immunes plus Chriſtianorum.
44 Res *furtiua empta ſine pretio reſtituenda.*
Iudæi, ſicut Chriſtiani reſtituunt malè ablata, ita & ipſi debent reſtituere abſque pretio.
Iudæorum conuerſatio prohibita, niſi in conuertendo.
Iudæi qua de cauſa inter Chriſtianos tolerandi.
Iudæi an ſecundum leges ciuiles Chriſtianorum agere debent: & eis ius ita reddatur.
45 *Negans Chriſtum coram hominibus, negabitur coram Patre cæleſti.*
Iuriſdictio non eſt danda carentibus membris.
46 *Brachij regij authoritas concernit periculoſam materiam.*
47 *Princeps eſt ſecurus de legum dictamine, non autem de voluntate, & paſſione Iudicum.*
Arbitrium liberum concedendum eſſe viris probis, & fidelibus, doctis, & non ignaris.
48 *Brachium* Regium *quibus ex cauſis concedendũ, & quibus ex cauſis non debere concedi.*
49 *Cauſa vtrum criminalis ſit, an ciuilis, vel mixta, ſciri oportet ob multos effectus iuris.*
50 *Criminalis cauſa quæ ſit merè.*
51 *An merè criminalis ſit cauſa, cùm pars pœnæ applicatur parti.*
52 *Ciuilis cauſa quæ ſit.*
53 *Mixta cauſa quæ ſit.*
54 *Delicta pro quibus concedendum ſit Brachium regium.*
Delicta atrociſſima quæ dicuntur.
55 *Delicta reſeruata, quæ non comprehenduntur in abolitione generali, ſeu in Decreto gratioſo.*
56 *Vtilitas cognoſcendi quæ delicta ſint atrociſſima, & quæ non.*
In delictis atrociſſimis, quomodo procedendum.
57 *Vbi maius delictum ibi maior rigor.*
Rigor vbi pro æquitate habetur.
58 *Abolitiones criminum quando, & quibus ex cauſis fieri ſolent.*
Subditi in primo aduentu noui Domini tenentur obuiam ire proceſſionaliter Domino, et donare Domino ſubſidium charitatiuum.
59 *Anno 1598. memoranda facta, Italiæ, Galliæ, & Hiſpaniæ necnon Vngariæ.*
Summus Pontifex Clemens VIII. Ferrariam venit, & Ferraria redijt ad Eccleſiam.
D. Cæſar Eſtenſis Dux, & Chriſtiana eius reſolutio ſummopere laudanda.
60 *D. Cæſar Dux abnegauit dictum Cæſaris dictatoris.*
Ius ſi violandum eſt, regnandi cauſa violandum eſſe, eſt dictum Tyrannicum.
Nuptiæ Reginæ Hiſpaniarum a Clemente VIII. Papa celebratæ in Ciuitate Ferrariæ.
Nuptiæ ibidem celebratæ Sereniſſimæ Infantæ Iſabellæ filiæ Regis Hiſpaniarum, cum Sereniſſimo Archiduca Alberto Auſtriaco.
Ducis Sereniſſ. Mantuæ gaudia, & liberalitates, ac magnitudo ob aduentum Summi Pontificis, & Reginæ Hiſpaniarum.
61 *In delictis leuibus non eſt concedendũ Brachium Regium.*
62 *In cauſa graui grauiter procedendum, & leuiter in cauſa leui, & ſup. nu. 52.*
63 *Delicta quæ ſunt exceptuata, & quæ non, & nu. 60.*
64 *Latro famoſus qui.*
65 *Crimina excepta quæ ſint.*
66 Rebellio *quid ſit.*
67 *Crimen læſæ Maieſtatis quid ſit, qualiter, & a quibus committatur.*
68 *Hæreſis, & hæreticus, qui propriè dicatur, & nu. 64.*
69 *Hæreſis qualiter probetur.*
Hæreticus manifeſtus qui.
70 *Abſolutus ſemel ob hæreſim, an iterum poterit moleſtari.*
71 *Simonia quæ dicatur.*
Simonia peior Idololatria.
72 *Sacrilegium quid ſit, & quomodo committitur, & 70.*
73 *Res ſacra quæ dicatur.*
74 *Res ſacra an alienari poſſint.*
75 *Sacrilegium non eſt furari rem non ſacram in Eccleſia non ſacrata.*
76 *Aſſaſſinium quid, & quomodo committatur.*
77 *Aſſaſſinium vt commiſſum dicatur quatuor requiruntur.*
78 *Delictum per Aſſaſſinium quando eſſe dicatur.*
79 *Aſſaſſini qui vere dicantur.*
80 *Proditio, & delictum proditorium.*
81 *Proditor qui, & ex quibus cognoſcitur.*
82 *Proditor quot modis dicatur.*
83 *Proditorum ſigna.*
84 *Lingua adulatoris peior manu interfectoris.*
Defectuoſus ſemper alios eodem morbo appellat.
85 *Delicta grauia, grauiora, grauiſſima.*
Delicta enormia, enormiſſima.
Delicta atrocia, atrociſſima.
86 *Delicta quæ in domo, in curtili, in horto, in officina, in hoſpitio, in ſtabulo, in mari, in Inſula, naui, & in portu, remiſſiuè.*
87 *Reſp. Ianua ab optimatibus gubernatur.*
Tirar il colpo, & aſcondere il braccio. *dicitur error communis.*
88 *Brachium* Regium *petere an ſpectet ad fiſcum, vel ad partem offenſam.*
89 *Reip. intereſt delicta puniri.*
97 *Immunitate Eccleſiaſtica, caſus quibus non gaudetur.*
98 *Latro viarum an gaudeat immunitate Eccleſiaſtica.*
Bulla Papæ Gregorij XIIII. in materia immunitatis Eccleſiaſticæ.
99 *Excommunicatio ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſemper timenda.*
Iuriſdictionem tueri verbis & facto expedit.
100 *Clericus notoriè malefactor ſi ſit incorrigibilis, a laico capi poteſt.*
101 *Extrahens ſine licentia ab Eccleſia laicum, an excommunicari poſſit, ſi extractus non gaudet ea immunitate.*
102 *Arma prohibita ferens in Eccleſia, an capi poſſit ab executoribus Iudicis laici.*
103 *Iudex Eccleſiaſticus eſt competens contra Laicum in Eccleſia delinquentem.*
104 *Laicus delinquens in clericum, non gaudet eodem priuilegio fori.*
105 *Brachij regij authoritas eſt danda in ſcriptis: & qua de cauſa.*
Iudici an ſit credendum de commiſſione Principis.
Mandatum procuræ exigit ſcripturam.
D. Capitanei Iuſtitiæ Mantuæ qualis, ac quanta ſit authoritas.
106 *Clauſula ordine ſeruato, & non ſeruato, quid importat remiſſiue.*
107 *Statuta quod credatur teſtibus inhabilibus, vel quod deueniatur ad torturam etiam ſine indicijs, qualiter ſunt intelligenda.*
108 *Reſcripti verba ſemper ponderanda.*
Reſcripta *extraordinarij modi procedendi ſunt ſtricti iuris.*
Reſcripti verba tantum valent, quantum ſonant.

Reſcri-

Digitized by Google

Reſcripta ſunt interpretanda ſecundum mentem reſcribentis.

109 *Arbitrium liberum, & abſolutum quibus verbis datur.*
Arbitrium ſimpliciter ſonat iuriſdictionem.

110 *Arbitrium liberum in procedendo, an intelligatur datum in ſententiando.*
Iudex talis eſſe debet in iudicando, qualis in procedendo contra.
Arbitrium datum in definiendo, an cenſetur etiam datum in cognoſcendo.
Arbitrium datum in condemnando, an intelligitur datum in abſoluendo.

111 *Arbitrium datum ſuper cauſa principali, an etiam intelligatur datum ſuper acceſſoriis, incidenti, & emergenti: annexis, & connexis.*
Continentia cauſæ non debent diuidi.

112 *Inuidens, emergens, annexum, & huiuſmodi, quæ ſunt.*
Princeps in dubio præſumitur velle vti poteſtate ordinaria.

113 *Arbitrium in condemnando, an etiam in procedendo.*
Iudex excedendo fines mandatæ iuriſdictionis facit tanquam priuatus, cui reſiſti poteſt.
Exceſſus non operatur quidquam, ſed ad congruum modũ factum reducitur.

114 *Iudici excedenti de facto an & qualiter poſſit reſiſti.*
Exceſſus Imperatoris, Regum, Ducum, Principum, Conſiliariorum ac aliorum qui ſunt, remiſſiue.

115 *Iudex in dubio non præſumitur, quod exceſſerit, fallit, vt ibi.*

116 *Brachium Regium calore iracundiæ non eſſe concedendum.*
Ratio vbi deficit motum cauſat iniuſtum.

117 *Authoritas regulariter ſecundum legem ſcriptam danda.*
Ratio naturalis non ſemper bona, nec recta.
Quilibet abundat in ſenſu ſuo.

118 *Princeps eſt ligatus dictamini rationis.*
Princeps dicitur animal politicum.
Princeps licet ſit Dominus legum, non eſt Dominus morum.

119 *Principis iuſſiones propter bonum, & iuſtum, & non aliter.*
Princeps mandans procedi manu regia, intelligitur iuxta bonam conſcientiam.

120 *Princeps dicitur lex animata in terris.*
Habitus malus malam rationem parit naturaliter.

121 *Ratio ſola naturalis non eſt ſufficiens in regendis populis, ſed iuribus eſt adhærendum.*

122 *Aequitas non eſt ſumenda a propria ceruice.*

123 *Ratio cur Brachij regij authoritas hodie frequentius conceddtur.*

124 *Delictorum occultorum, & præmeditatorum frequentia, expoſcit remedia ſuperextraordinaria.*
Diluuium cur fletus ſuper terram vniuerſam.
Reges quando inuenti fuere.
Brachium regium cur concedendum.

125 *Mores antiqui quantum diſtant a modernis, & dantur exempla.*
Petardus inſtrumentum Bellicum nouiter repertum.
Turcæ timent bellicum inſtrumentum nomine Petardum.
Mores militandi moderno tempore.
Mores Medicorum modernorum in medendo.

126 *Quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio.*
Delicta vt plurimum impunita remanerent, ſi ſeruaretur ius, & modus ordinarie.

127 *Delinquentium graſſatur iniquitas, ſi impunitas tranſit in exemplum.*
Publica lætitia turbatur cum facinoroſi non puniuntur.

128 *Ex cauſa licet recedere a regulis iuris communis, & a via ordinaria.*
Aetas antiqua probitate plena ſecus moderna.

129 *Tortura olim erat remedium extraordinarium, hodie vero fit ordinarium, & qua de cauſa.*
Accuſatio, & ex officio procedere non confunduntur, nec vnum facit ceſſare alterum.
Ex officio de conſuetudine procedi poteſt pro quolibet delicto.

130 *Teſtibus inhabilibus quandoque credendum, & cur.*
Domus ſua vnicuique tutiſſimum refugium eſſe debet.
Latrunculatores moderni exquiſita, & non audita in ſcholis practica vtuntur quandoque, & cur.
Iudices quanto iuniores, tanto perſpicatiores.
Iudicum virtuoſorum laudes & epitheta.

131 *Clauſula quibus Brachium regium concedatur.*

132 *Clauſula ſine ſolemnitatibus.*
Clauſula ſecundum cor tuum.
Secundum ſenſum tuum.
Secundum appetitum tuum.
Secundum carnem tuam.
Clauſula ad libitum voluntatis tuæ.
Clauſula nullo iuris ordine ſeruato.
Procedas de facto.
Altè, & baſsè.
Clauſula authoritatem noſtram impartimur.
Brachium regium concedimus.
Manu regia procedas.
Procedas viriliter, ac rigoroſè.
Extraordinario modo.
Prout tibi placuerit.
Prout volueris.
Clauſula committimus cognitionem cum pleno, & libero arbitrio, vel facias ad tuam voluntatem.
Clauſula quod omnia poſſis facere, quæ noſmet poſſumus.
Clauſula, Vices noſtras concedimus, eſt amplior cæteris.
Clauſula diſcretioni tuæ committimus, vel conſcientiæ tuę.
De conſcientia quo vbi.

133 *Quando per proceſſum informatiuum recte procedi poſſit: infra, nume. 169.*

134 *Clauſula ſummarie ſimpliciter, etc.*
Impij ambulant in circuitu.

135 *Clauſula de plano.*

136 *Geminationis vires.*
Virtus vnita fortior.

137 *Clauſula ſine ſtrepitu.*

138 *Delinquens ad aures ſecreto tantum iudicis delictum pate faciens an poterit condemnari.*
Conſcientia propria nil ſecretius.

139 *Iuſtitia in carceribus an exequi poſſit.*

140 *Clauſula ſine figura iudicij.*

141 *Acta cauſæ, & acta iudicij differunt.*
Probatio neceſſaria eſt de iure diuino.

142 *Clauſula ſola facti veritate inſpecta.*

143 *Clauſula velo leuato.*

144 *Oculi & aures ſimul ſunt teſtes certi.*

145 *Turpis perſona, & facinoroſa, an audet oſtendere faciem.*
Brachium forte a quo originem habuiſſe dicitur.

146 *Velum leuare quid ſit: quid denotat ſcindere velum.*

147 *Clauſula altè & baſſe.*

148 *Clauſula cum mero, & mixto imperio, ac gladij ampla, & abſoluta poteſtate.*

149 *Principi ſoli quæ conueniunt, & reſeruata ſunt.*

150 *Imperij meri & mixti, pleniſſimi, plenioris, & pleni differentia.*

151 *Imperium merum, & mixtum, an etiam circa cauſas ciuiles verſatur.*
Magiſtratus maiores, & ſupremi qui ſunt.

152 *Gladij poteſtas eſt de reſeruatis Principi.*
Gladij poteſtas quid ſit.

153 *Mutilatio membrorum quibus competit, et quibus modis intelligitur.*
Gladius quot modis accipitur.
Gladij poteſtas conceſſa Beato Petro.
Vbi maior minor ceſſat.

154 *Iudex inferior præſente maiori magiſtratu ius non dicit.*
Conſtantinus Imperator reſignauit Beato Silueſtro Papæ gladij poteſtatem: & cur.

155 Gladium, ſeu enſem nudum, & eleuatum anteferre, quid ſignificet.
Imperatoria Maieſtas cur enſe nudo in dextera pingitur eleuato?
156 Arbitrium qualiter ſonat in iuriſdictionem, & qualiter non.
Regula in concedendo Brachio Regio.
Verba quibus arbitrium conceditur, & de earum interpretatione, & quibus verbis datum non intelligitur.
157 Verba arbitrium importantia tam in procedendo, quam in condemnando.
158 Arbitrium liberum collatum iudici ordinario, quid importat.
159 Bonus vir dicitur iudex ordinarius.
Verba non cenſentur appoſita ſuperfluè.
160 Clauſula, procedas ſecundum imperium tuum.
161 Verba importantia liberam voluntatem, nō operantur contra tertium.
162 Exceptio acquiſita parte nūquam cenſetur per reſcriptum ablata.
163 Progreſſus factus manu regia, debet nihilominus intimari parti.
164 Solemnitates iuris quæ ſint.
165 Clauſulæ quibus rigor relaxari dicitur.
Rigor quando præfertur æquitati.
166 Clauſula vices noſtras concedimus, quæ conceſſa etiam dicuntur.
167 Iudex quando dicitur ſubrogatus loco Principis.
Iudex Clericus ſubrogatus loco Iudicis laici.
Subrogatus Iudex quæ poſſit facere.
168 Princeps contra ius naturale, & Diuinum non poteſt de plenitudine poteſtatis ſtatuere.
169 Papa, nec Imperator, an teneantur ſeruare pacta ſuorum prædeceſſorum.
Princeps quomodo ſit ſupra ius poſitiuum.
170 Princeps plenitudine poteſtatis vtendo ſine iuſta cauſa peccat.
171 Princeps non poteſt quidquam turpe, vel inhoneſtum iubere.
Princeps tenetur ſeruare legem, quam fecit, actiuè, & non paſſiuè.
172 Princeps an poſſit tollere citationem.
173 Principi an parendum ſit, quando imminet ſcandalum.
174 Clauſula nulla iuris ſolemnitate ſeruata.
Per proceſſum informatiuum, quibus ex cauſis proceditur.
175 Princeps poteſt ſupplere, vel adimere ijs quæ non ſunt de ordine ſubſtantiali Iudicij.
176 Ordo Iudicij duplex.
Subſtantialia iudicij quæ ſunt.
177 Ordinis iuſtitiæ quæ ſunt: & iudicij criminalis.
178 Subſtantialia iudicij criminalis quæ dici poſſunt.
179 Citatio an die feriata in honorem Dei fiat.
Feriati dies in honorem Dei ſunt, quamuis operari poſſit, quando feriæ ſunt in honorem Dei.
180 Reus indefenſus condemnari non poteſt.
181 Proceſſu informatiuo quando procedatur.
Reus quomodo cognoſcatur quod indefenſus minimè condemnatur.
182 Princeps non poteſt denegare iuſtitiam, cui competit.
Princeps non tenetur ſeruare inſtantiam, poteſt etiam abbreuiare terminos.
183 Renuntiari defenſionibus, nemo conſuli debet.
184 Notorijs criminibus proceditur ſolemnitatibus non ſeruatis.
Notorium crimen poteſt habere aliquam excuſationem.
185 Reus quando ſine defenſionibus expediri poteſt.
186 Princeps non poteſt auferre defenſiones, niſi formam.
187 Defenſionibus quando renuntiari poſſit.
188 Princeps nequit condemnare quenquam niſi prius conſtito de delicto.
Delicta facti tranſeuntis.
189 Captura quibus caſibus ſtatim ſit concedenda.
Delicta facti permanentis.
De delicto per teſtes quibus caſibus conſtare poteſt.
190 Delicti corpus oculis ſubijciendum.
Practica ſeruanda in inueſtigando corpore delicti.
191 Corpus offenſum qualiter viſitari debet, & quid ſi non reperiatur.
192 Reus quando non conſtito de delicto puniri poſſit.
193 De delicto triplici de cauſa conſtare debet.
194 De delicto quando non poteſt conſtare quid agendum.
195 Reus antequam condemnetur oportet habere indicia.
Princeps an poſſit torqueri facere Reum ſine indicijs.
196 Practica viſitationum delictorum.
197 Cadauer occiſi, cuius ignoratur nomen & patria ſolet exponi in plateis publicis.
198 Iudex conſtito de delicto poteſt procedere, licet erraret in nomine delinquentis: quid in furto.
Cadauer repertum an a ſeipſo, vel ab alio fuerit occiſus quo modo cognoſcatur.
199 De delicto per ſententiam conſtare poteſt.
200 De delicto conſtare poteſt ex præſumptionibus.
201 Delicta, quæ noctu, domique fiunt.
202 Delictum coram Principe commiſſum dicitur notorium, & atrox, licet aliunde non ſit.
Qualitates delictum aggrauantes.
203 Delictum notorium quibus modis dicitur.
204 Delictum factum coram Iudice.
205 Notorius delinquens an audiendus: exceptiones friuolæ reijciuntur.
206 In notorio crimine an accuſator & alia requirantur, prout in delictis non notorijs.
In notorijs ordo eſt, ordinem non ſeruare.
207 Notorium nuda tergiuerſatione celari poteſt.
Notorium poteſt habere excuſationem.
Defenſiones ſemper dandæ.
208 Deus qui ſcit omnia, nihilominus conſtituit Adam coram ſe & interrogauit.
209 Deus condemnauit Adam in ſudore, Euām in dolore, & Diabolum in obtruncatione crurium.
210 Defenſiones etiam Diabolo an dandæ: dic quod non, ratio hic aſſignatur.
211 Angelus non eſt ſuſceptibilis pœnitentię.
Natura ſpiritualis fuit ſemel tantum vertibilis.
Angeli boni in gratia confirmati.
Angeli mali in æternum damnati.
212 Deus datis defenſionibus Adæ, Euæ, & Cain, reiectis friuolis exceptionibus eos condemnauit, ſed diuerſimode.
213 Deus reiecit friuolam exceptionem Caini.
214 Citatio peremptoria eſt de iure.
Citari num debet notorius delinquens.
215 Captus in fragranti qui dicitur, & quando non.
216 Berouarijs in leuibus creditur.
Berouarij in grauibus faciunt inditium ad torturam.
217 Cautela tutè procedendi contra notórios delinquentes, aut captos in fragranti crimine.
Reperti cum armis qualiter puniantur.
218 Arma, qui ignoranter accommodauit, an ſit puniendus.
219 Iudices ordinarij caueant a repentinis executionibus, quando carent libero arbitrio.
220 Maior Magiſtratus poteſt mandare, vt ſtatim pœna exequatur, intellige vt hic.
Maior Magiſtratus cum libero arbitrio æquiparatur præfecto Prætorio.
221 Iudices ſupremi de quibus iudicare poſſunt.
Iudices prohibentur ire cū equis curribus ad ſpectacula.
222 Informationes ſumi debent etiam contra captum in fragranti.
223 Captus in fragranti quando dicitur re conuictus.
Berouarijs an licet verberare reſiſtentem, vel etiam occidere.

Cautela

254 *Cautela pro Berouarijs quando exceſſus committitur in captura contra perſonam capti.*
Reſiſtentia officiali quando licita ſit.
225 *Executores publici licentiam in ſcriptis oſtendent in actu executionis.*
Reſiſti an poſſit de facto iudici, & quomodo, qua de cauſa, quibus in locis.
226 *Reſiſtentia fieri debet cum moderatione inculpatæ tutelę.*
227 *Præmium pro capto in fraganti quando debetur.*
228 *Capere delinquentem in fragranti cuilibet licet.*
Capiens quando excuſatur a pœna de priuato carcere.
229 *Contra captos in fragranti ordo eſt ordinem non ſeruare.*
Capto in fragranti non datur copia inditiorum.
Nec defenſiones de iure, ſocius de conſuetudine.
230 *Contra propriam confeſſionem multa adduci poſſe.*
Confeſſio qualiter impugnari, vel excuſari poteſt.
Defenſiones contra propriam confeſſionem.
231 *Capto cum armis defenſiones, quæ poſſunt competere.*
232 *Arma quando portare licet.*
Qui vult conſequens vult & antecedens.
233 *Executione conceſſa, an cognitio etiam cenſeatur conceſſa.*
234 *Priuilegium alleganti, vel aliam qualitatem ad defenſam tenetur docere.*
235 *Princeps poteſt iudicare ſecundum conſcientiam.*
Conſilium malum præbens maius peccatum habet.
Princeps ob malum conſilium excuſatur.
236 *Conſiliarij ob malum conſilium non excuſantur.*
Conſilij mali, quam mali effectus naſcantur.
237 *Iudex an poſſit damnare illum delinquentem, qui ad aures ei ſecreto delictum propalauit.*
Iudex ſupremæ authoritatis poteſt iudicare ſecundum conſcientiam.
238 *Principi mandanti ſtatim delinquentem puniri ſine proceſſu an obediendum ſit.*
239 *Principi ſoli quando credendum, & de vi eius teſtimonij.*
Papa in terris non habet parem.
Papam venerantur Imperatores, & Reges genu flexo.
240 *Iudex inferior non poteſt amplius ſe ingerere in cauſa quā ſuperior ad ſe vocauit.*
Nec coram ſuperiori ſuo ius dicere poteſt.
241 *Iudex ſuperior corā Principe non poteſt gladij poteſtatem exercere.*
242 *Princeps committendo Iudici, vt iuſtitiam faciat, cenſetur elegiſſe viam ordinariam, a qua diſcedere non debet.*
243 *Clauſula, iuſtitiam faciat, quid importat.*
Principis proprium eſt manu regia cauſas expedire celeriter.
Cauſa ſemel commiſſa, non debet alteri delegari.
Princeps non poteſt ſine cauſa variare.
Princeps ius alteri quæſitum non debet auferre.
244 *Cauſa ex quibus Princeps poſſit aduocare ad ſe, vel alteri mandare cognitionem cauſæ iam commiſſæ.*
Principi ſemper cauſa ineſſe dicitur.
Princeps non eſt interrogandus cur ita facis.
245 *Princeps ſine cauſa an poſſit remouere officialem.*
Principis ſucceſſor tenetur ſtare officiali electo.
246 *Princeps faciendo aliquid contra ius præſumitur circumuentus.*
Conſilium ſanum ſanat omnia.
Princeps cuncta recte facit conſilio ſano, & prudentia.
247 *Princeps in dubio non præſumitur vti velle plenitudine poteſtatis.*
Error iuris non cadit in Principe.
Princeps dicens ſic volo, ſic iubeo, manum ponit ad poteſtatem abſolutam.
248 *Princeps vtendo poteſtate ordinaria, eius reſcripta redarguere licet.*
Principis mens præſumitur, qualis eſt mens legis.
249 *Princeps abdicando cauſam a Iudice ordinaria dicitur priuare illum iuriſdictione quo ad illam cauſam tantum.*
Cauſa ſemel abdicata, & alteri delegata morte delegantis reuertitur ad Principem.
Iuriſdictio omnis a Principe, & ad Principem refluit ſicut aqua ad mare.

250 *Iudex ordinarius quando efficitur delegatus.*
A priuatione ad habitum non datur regreſſus.
251 *Cauſa ſemel delegata, ſemper delegabilis.*
Cauſa ſemel compromiſſa, ſemper compromiſſibilis.
Cauſa ſemel coram Principe cœpta, non egreditur amplius.
252 *Iudex qui ſemel extraiudicialiter iudicauit, iterum extraiudicialiter iudicare poteſt.*
Cauſa ordinaria ſemel effecta ſummaria ſemper dicitur ſummaria.
253 *Res ſemel effecta alienabilis, ſemper eſt alienabilis.*
254 *Merum imperium ſemel delegatū de cætero delegabitur.*
Merum imperium regulariter non eſt delegabile.
Adiunctus datus ab initio Iudici ordinario, non propter ſuſpicionem, ſed vt cauſa prudentius, & magis viriliter expediatur, dicitur delegatus, & facit pariter ordinarium delegatum.
Adiuncti ratione conceditur, quod ſimpliciter non concederetur.
255 *Vna & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri.*
Adiunctus iudici ordinario quando dari poteſt.
256 *Suſpitio Iudicis per iuramentum calumniæ deducitur.*
257 *Princeps, & in notorio ſuſpecto non tollit exceptionem recuſationis.*
258 *Iudex ſuſpectus allegari non poteſt in delictis notorijs.*
259 *Delegare, & excitare iuriſdictionem differunt.*
260 *Iudex an ſit ordinarius, vel delegatus quomodo cognoſcitur.*
261 *Commiſſio Principis quando Delegationem importat.*
262 *Statutum quando dicitur tantummodo recitatorium iuris communis.*
263 *In maiori ſumma ineſt minor.*
264 *Iudex qui poteſt ferre ſententiam tanquam ordinarius, & tāquam Delegatus in dubio præſumitur tuliſſe tanquam ordinarius.*
265 *Secretarij an valeant declarare reſcripta Principum*
266 *Cancellariorum, & ſilentiariorum fides quanta ſit.*
267 *Verbis ambiguis, & amphibologicis, qui vſi ſunt.*
Exitus acta probat.
269 *Delegatus Principis an ſubdelegare poſſit.*
271 *Induſtria perſonæ quando electa dicitur.*
272 *Capitaneus Iuſtitiæ Mantuæ an ſubdelegare poſſit.*
273 *Delegatus Principis, licet poſſit alteri ſubdelegare, tamen non poteſt committere, vt etiam alteri ſubdelegari poſſit.*
274 *Proceſſus a non habente iuriſdictionem non poteſt ratificari, niſi a Principe.*
Ratificatio non habet locum in iuriſdictionalibus.
275 *Cognitio an ſubſtitutus potuit ſubſtituere, ſpectat ad ſubſtituentem, & ſic ad primum Delegatum.*
276 *Delegatio eſt ſtricti iuris.*
277 *Iudex Brachij Regij multa facere poteſt, de quibus hic.*
278 *Duces belli latum habent arbitrium.*
279 *Bellum iuſtum quod ſit.*
280 *Bellum idem poteſt iuſtum eſſe & iniuſtum.*
281 *Etiam inter Chriſtianos poteſt bellum eſſe iuſtum.*

DE BRACHIO REGIO:

PARS PRIMA.

1 SAepenumero contingit ob delictorum grauitatem Brachium (quod Regium nuncupatur) à Regibus, & Principibus, necnon ab alijs Dominis talem poteſtatem habentibus impartiri iudicibus maleficiorum, vel delegatis pro indaganda, & eruēda veritate criminum atrociſſimorum, occultorumq; vt rigoroſiſſimè, ac viriliter manu regia procedāt contra quoſcunque ſuſpectos, & culpabiles, & delinquen-
2 tes ſeuerè puniant, † de quo trad. Innoc. in c. 1. de conſtitut. & Bald. in l. obſeruare, §. proficiſci, 1 1. q. ff. de offic. proconſul. & in l. 1. C. de prec. imper. offer. & in l. ſi

Digitized by Google

ſeuerior,3. col. C.ex quib.cauſ.infam.irrog. & ſcribenẽ
ſerè omnes in l.2.& ibi gloſ. ff de orig.iur. vbi propria
ſedes.Iaſ.num.11.Cagnol.num.7.Oriſc.nume.3 Bart.
in l.frater a fratre,num.12.de cond.indeb. Salyc.& Iaſ.
in l.ex hoc iure,de iuſt.& iur.omnes in Rubr.de verb.
oblig.Soc.Sen.num.7.Iun.num.89. Bald. Nou ll.nu-
me.13.verius num.27.Bulgar.num.13. Buttigel.num.
1.Ruin.num.4. Galiaul.num.198.& ſeq. Niger.nume.
7.& ſequ. Card.Bolognet.ea.rubr.c.12.per tot. Fortu.
Garz.in l.iuriſgentium,num.4.de pac.Cano.in ca.quæ
in Eccleſiarum,de conſtit.vbi Abb.num.14.Felyn.nu
me.55 But.num.27.Imol.num.13.Natt.in clemen.ſæ
pe,§.1.col.9 de verb.ſign.& ibi Lanfranc.ver. & libel-
lus,Card.in clem.diſpendioſam,q.44.de iud. Aret.in §.
in bonæ fidei, Inſtit.de act.Bart.in tract.ad reprim.ver.
& figura,num.12 Oldrad.conſ.615.Cor.conſ.216.nu
me.20.vol.1.Dec.conſ.434.num.4.Mandes.ad Lap. al
leg.128.lit.g.num.4.relatus a celeber. D. Burſat.in eius
magiſtrali conſ.201.pro dilucidatione nu.117. Olden.
lib.act.commun.tit.de vet.act.num.3.Bertazol.conſil.
143.num.6.Marant.4.part.iud.diſtinct.9. num.11. A-
ſin.in eius pract.§.1.num.2.& §.3.c.3.Mar.Lauden.de
repręſal.num.12.Ill.Præſes D.Menoch.de arb.iud. lib.
1.q.7.nume.69. Leopol.Dichius enconomia iuris.fol.
22.& 25.Franc.Conna.de iur.ciuil.lib.1.cap.7.num.3.
Anton.Cordua de Padill.in l.ſi quis à liberis, in 1.nu.
53.de lib.agnoſc.præfat.Car.Bolog.de leg.iur. & æquit.
3 cap.10.num.14.cap.11.num.15.† Et hæc facultas Bra
chij Regij crimina ſic proſequitur,vt lege maior,nullo
limite ſit circumſcripta.Aſin.d.cap.2.nume.6.Conna.
d.cap.7.num.3.Bolog.mox adduc.in cap.12.nume.20.
4 & d.cap.11.nume.8.† Nam Reip.intereſt delicta, &
improbos puniri,l.bonę fidei,ff.de poſ.l.ita vulneratus,
ad leg.Aquil.Soc.d.Rubr.de verb.oblig.nu.4.ibidem.
Bol.num.3.& 13.& 14 Quodque glorioſius eſt,bono-
rum conſulit ſaluti vindex innocẽtiæ. Iacob. Omphal.
de vſurp.leg.lib.1.cap.11.& de Princ.functio.lib.1.c.1.
& 6.& tandem D.Decia.tract.delict.tom.1.lib.4.c.25.
car.164.Et licet multi multa miſcellaneè in theorica
ſcripſerunt, tamen practicandi modum minimè do-
cuerunt, eo quia prius facere non cœperunt, vt apud
Luc.c.1.ad Theophilum in Actis Apoſtol. in propoſi-
to Afflict.ſuper 2.feud.tit. Quis dicatur Dux,Rub.36.
ſub num.9.verſ.ſecundo requiritur,quod ſit eruditus,vt
primo diſcat,quam doceat,& 61.diſtinctio.cap. ſtatui-
mus,& cap.miramur. At Deus pro ſui largitate impar-
tiri ſolet ſcientiam timentibus illum,Pſal.111. & Luc.
cap.12.& ideo non debemus cum Iudæis mirari,dicen
tes, quomodo hic literas ſcit, cum nondum didicerit.
Luc.Euang.cap.7.& qui donum hoc à Deo datum poſ
ſident,eorum doctrina eſt tuta, & ſalutaris. Verùm vt
plurimum datur tam ampla poteſtas, & ignorant eius
vires,neſciunt calles,neque terminos; more illius, cui
gladius datur,ſed qualiter cum eo ſe gerat,penitus igno
5 rat: habet enſem, & neſcit digladiari.† Quo fit vt Iu-
dices ſub prætextu, tam lati, & abſoluti arbitrij exce-
dant Baltam,inanem gloriam affectantes,nedum rigi-
dè, ſed vt quàm maximè rigoroſiſſimè ſuper dorſum
pauperum inculpatorum procedant, & contra omnes
iuris terminos,approbatos mores, & vſus conſuetudi-
narios,alios quippe perdunt;alios mactant;alios man-
cos reddunt;in maximum eorum animæ detrimẽtum,
nec non ad deſtructionem,perditionemque magis ſub
ditorum,quam ad eorum conſeruationem, & quod pe
ius eſt, magna tormentorum ſæuitia erroneas confeſ-
ſiones extorquent, & innocens punitur, nocens vero
6 abſoluitur,† & alij non deſunt,qui gloriantur,cum ip-
ſi malefecerint,ſub prætextu zeli,& virilis iuſtitiæ, vel
rationis ſtatus(miſcendo ſacra prophanis)quorum finis
interitus,contra quos Sacra pagina inuehit. Noli æmu
lari malignantibus,neque zelaueris facientibus iniqui-
7 tatem.† Quum. bi em ne vagemur in tenebris; Primo
quid ſit Brachium Regium,vel manus regia ſic defini-
re placet,vt videatur omnibus numeris, & legibus ab-
ſoluta poteſtas. cuius manus verbum metaphoricè ſi-
gnificat, quandoque poteſtatem regiam, per Caball.
milleloq.33.p.3.quandoque poteſtatem paternam, vt
l.fin. cum glo. C.de emancipat. quandoque poſſeſſio-
nem,& Dominium,l.Titius,de ſer.expor. & in noſtro
idem eſt dicere Brachium Regium, vel manus Regia,
nam pręſupponimus eſſe Brachium viuum,& integrũ,
in quo ſit coniuncta manus viua,& non mortua, nam
ea eſt in operando organum organorum, vt ait Afflic.
Deciſ.299.nume.7.Sed quid ſit manus mortua in iure
noſtro, vid.Boer. Deciſ.263. num.10. & 11.Ranch.ad
Guid. Pap. Deciſ.361. Brachium igitur Regium dici-
mus eſſe arbitrium ſupremum non recognoſcentis Iu-
dicem ſuperiorem nullo iure certo, forma, tempore,
aut ordine reſtrictum, ſed liberum prorſus, cuncta re-
gens,vel naturalis rationis dictamine,vel effreni libidi
ne,de fortunis ſtatuens,& vita hominum,in contracti
bus voluntarijs exigens fidem, & debitum execunue,
in non voluntarijs,& capitalibus pęnas ſcelerum. Qua
definitione ſtante cuncta verba verificantur, & primo
arbitrium appellatur à gloſ.iam allegat. in l.2. vbi Zaſ.
num.21.de orig.iur.aliqui appellant poteſtatem, vt pla
cet Cagnol.ibi num.7.& Aſin.d.§.1.cap.2.nume.10.in
fin.Soc.Iun.in d.Rubr.de verb.obl.num.75. Secundò
ſupremum eſſe dixi, vt inter cæteros ſic præſupponunt
Zaſ.d.l.2.num.13.Cagnol.nume.7.Oldend.de vet.act.
fol.num.4.Bolog.de leg.iur.& æquitate, cap.10.nume.
8 13.Tertio † ſequitur non recognoſcentis Iudicem ſupe
riorem duplici de cauſa, vt conceſſum videatur a Prin-
cipe non recognoſcente ſuperiorem, (vt infra dicetur)
& cui conceſſum eſt,nemini ipſe ſit inferior, imo om-
nibus Iudicibus ſuperior, Zaſ. exemplificat in ipſa re
Imperatoris in d.l.2.nume.13.Leopol.Dich.Oecono-
mia iuris.fol.25.facit Berou.conſ.170.nume.14.vol.3.
Quarto dicitur nullo certo iure reſtrictum, hoc probat
Oldend.d.num.4.& Aſin.d.cap.2. num.6.Connan.de
iur.ciuil.lib.1.cap.7.num.3.Bolog.d.cap.10.nume.13.
cap.11.num.1.12.20.& cap.13.num.6.& 7.Dich.mox
9 adduc.num.22.† quia per arbitrium iſtud nedum cir-
ca non expreſſa à iure, ſed etiam ſuper expreſſis, Iudicẽ
noſtrum poteſtatem habere præſupponitur: conferrũt
dicta Felyn.in cap.ex literis, de conſtit. Marant.par.4.
nume.65.& Boſſ.in tit.de remed.ex ſola clemen.Prin.
nu.44.& 45. vbi melius eſſe ait regi a iuſto rege, quam
a lege ſcripta, nec arctatur a ſtatuto de compromiſſo
fiendo,licet generale ſit quod in cauſis criminalibus ta
le ſtatutum locum nõ habet. DD. tenent in l.Iulianus,
§.non diſtinguemus,ff.de arb. Aſin. pract. §.27. cap.8.
10 num.3.† Quinto & nullo iudicio, ſic ait Barto.in d.l.
frater a fratre,num.12.de cond.indeb.& Galiaula,in
d.Rubr.de verb.obl.num.128.Cordu.in d.l.ſi quis,nu
me.52.de liber.agnoſ.Marant.d.par.4.Dich.nume.11.
Bolog.de leg.iur.& ęquitate,cap.10.num.13.Sexto nul
la forma ita Oldend.d.tract.de vet.act.fol. num.3.Bo-
logn.d.cap.10 nume.13. Leopol.Dich.d.tract.œcono-
11 mia iuris,fol.24.† Septimo nullo ordine, ſic exponit
Zaſ.d.l,2.num.13.Galiau.d.Rubr.de verb.obl.nu.198
Cagnol.in d.l.2.nume.7.& Leopol.Dich.ſol.15.Aſin.
d.cap.3.num.1.Marant.diſtinct.9.num.11.Octauo.&
nullo tempore tam in procedendo,quam in iudicãdo,
quaſi de nocte,ſicut de die, etiam feriata in honorem
Dei,talis facultas exercenda.Aſin.d.cap.2.§.1.num.10
ibi etiam momento temporis.Hoc in delictis præſcri-
ptis talis facultas intelligitur data. Bol.in l.Lucius, §.
quę manto,ff.de legat.2.& Boer.deciſio.26.num.9.Eſt
verũ quod de conſuetudine etiam die feriata ſolet pro-
cedi in ijs cauſis,ita exigente neceſſitate, per l.impoſſi-
bilium,de reg.iur. Nec iudex noſter inſtantiam ſeruare
tenetur, Marant.de or.iud.p.5.nume.13. Afflict.deciſ.
183.in fin.cum illa ſit de iure poſitiuo. Aſin.pract.§.1.
cap.3.num.32.& 33.Hinc tempus probatorium,non
eſt ita anguſtandum quod ſi actor,eo elapſo non proba
uit,Reus ſtatim ſit abſoluendus,vt in l.qui accuſare,C.
de eden.l.actor.C.de probat. Quoniam talis regula fal-
lit

Digitized by Google

lit quando cauſa agitur coram Principe, vel eius vice gerente. Sic per Alciat.& Pur.in d.l.qui accuſare & per Maſcar.concl.36.num.20. Nono,quod ſcriptura nulla, apud Cagnol.d.l.2.num.7. Aſin.d.cap.2.num.10.& ſic
12 reiectæ ſunt ſolemnitates. † Decimo dicitur arbitriũ prorſus liberum ad differentiam arbitrij ſimplicis. Zaſ. d.l.2.numer.11.Oldend.d.tract.de vet.act.ſol.nume.3. Aſin.cap.2.num.7.& 10.& §.3.cap.3.num.6.Connan. de iur.ciuil.d.cap.7.num.3.lib.1.Bologn.d.cap.10.nume.19.cap.11.num.11.cap.13.num.6.& 7.de leg.iu. & æquita. Soc.Iun. d.Rubr.de verb.obl. vbi ait tale arbitrium eſſe voluntatis,& ſic irregulatum,& prorſus liberum. Bart.in extrauag.ad reprim.in verb.iudicij, num. 3. Aret.in d.§.in bonæ fidei,nume.5.Inſtitu.de act. Afflict.decıſ.371.num.8.in cap.1.num.51.& in cap.ex literis,de conſtit. Iaſ.in l.ſi ſic, num.27.de legat.primo.
13 D.Menoch.de arb.iud.lib.1.q.7.num.2. † Iuſtinus in princ. Hiſtor.ibi arbitraria Principum pro legibus erãt in quo ſuperiore dato liberum agnoſcitur Ioan. Baptiſta,de arbitrarijs,lib.8.c.15.Benint.deciſ.31.numer.3. Sed Bald.in l.dudum,verſ.tertio, C.de contrahen.empt.pro notat.tradit,quod non habet arbitrium,qui non habet ipſum ſimpliciter,ſed coarctato modo, vtputa inter conſortes tantum & ait coarctatam libertatem non eſſe libertatem, & concludit dicens, ſiue quis non poſſit quod bonum eſt in ſe, ideſt natura rei, ſiue quis non poſſit, quod bonum eſt ſibi, ſiue quis non poſſit, quod bonum eſt alij, non dicitur habere libertatem arbitrij abſolutè loquendo,& alleg.l.ſi optio,ff.qui & a quibus paria enim ſunt tollere, & arctare facultatem, & liberam poteſtatem in actibus, qui fundantur in libero arbitrio,l.cum ita legatur, ff.de condit.& demonſtr. C.ſi de terra,de elect. Anc.conſ.155.ſub num.7. Vndecimo, tale regimen probat, d.l.2.de orig.iur. & Oldend.de vet.act.ſol.num.4. Bulgat.d.Rubr.num.3. Aſin.d.ca.3. num.8.Bol.d.cap.10.num.13.Galiau.in d.Rub. num. 298. Duodecimo de naturalis rationis dictamine loquuntur Canon.in d.c. quæ in Eccleſiarum, vbi Abb. num.14.Felyn.ibi.num.55.Butr.nume.27.Matt.Laudenſ.de repręſal.num.12. Oldend.d.num.4. Bologn.d. cap.10.num.15 & Connan.vbi ſupra cap.7. numer.3. Tertiodecimo effrenatam libidinem dicunt Connan. loco citato,& Bolog.de verb.oblig.cap.12.num.21. & de leg.iur.& æquita.d.cap.13.num.6. Aſin.d.cap.2.vbi exemplificat in Appio vindicias pro Virginia,quam deperibat libera vltro concedente,num.7.& ſeque. quod exemplum an ſubſiſtat pro nunc, ſat eſt. Quartodecimo,ſic ſtatuere de fortunis hominum, Connan.d.cap. 7.& Bologn.ſupra adduc. Quintodecimo idem de vita hominum dixere. Sextodecimo in contractibus voluntarijs,tam in reciprocis,vt per Nigr.in d.Rub.de verb. oblig.num.11.Soc.Iun.nume.92. Bolog.cap.9.nu.20. quam in contractibus ex ſimplici pacto nudo, vt per DD.quos adducit Aſin.communiter in d.§.3. cap.26. num.3.Galianl.in eod. Rubr.num.199. Niger,nume. 7.& 16.Bald.Nouell.num.13.Bolog.d.cap 8.num.10. & 13. Decimoſeptimo, fidem obſeruari ait Niger.d. Rubr.num.16.Bolog.d.cap.10. num.13. Decimooctauo,debitum reſpectu creditorum Bart. in l.frater a fratre,num.12.& ibi Iaſ.nu.34.Connan.d.cap.7. Bereng. in l.pacta conuenta, num.24. & 25. de contrah.empt. Zaſ.d.l.2.num.7. Grat.conſ.10.num.13.lib.1.ex com-
14 mun. Bologn.d.cap.11.num.14. Decimonono † dixit executiuè,quia manu Regia proceditur amotis circuitibus,Niger.d.Rubr.4.& 10.vbi ex omn.ſen.dicit quod fiebat authoritate propria executio.Cagnol.d.l.2.num. 8.Bolog.d.cap.10.num.4. Vigeſimo,tandem dixi executionem exigens etiam in cõtractibus non voluntarijs, delictis,& pœnis,vt per Connan.ſæpe allegat.de iur.ciuil.d.cap.7.nu.3.vbi ſcelerum pœnas. Cord.d.l.ſi quis a liberis,num.53. Bolog.d.cap.3.num.13. Aſin.d.ca.3. vbi tam in cauſis ciuilibus,quam in criminalibus. Veruntamen non obſtante ſupradicta noua definitione, & loquendo tantum in materia criminum, & quoad eius exercitium, prout eſt noſter principalis ſcopus,
15 † ſic practicabiliter Brachium noſtrum Regium deſcribere cenſui,eſſe quandam facultatem, vel poteſtatẽ extraordinariam, Iudicibus ordinarijs,vel delegatis cõceſſam,procedendi extraordinariè nulla iuris ſolemnitate inſpecta,de qua pro Put.de Synd in ver.arbitrium cap.2.num.2.& Amad.eod.tract.num.141. cum plur. ſeq.& tex.in tit.de var. & extraord.crimin. & tantum ſit appellari Brachium Regium,quam manus Regia, vel liberum arbitrium. Aſin.d.eius pract.§.3.cap.3.nume. 12.& 14.de quo Sigiſmund. Scacc.tractat.ſuo de iudic. cau.ciuil.& crim.& hæret.cap.53.ſub nume.41.vbi dicit idem importare,vt clauſula ſola facti veritate inſpe-
16 cta, de qua ſuo loco dicetur, † ſic Brachium Regium appellari remedium extraordinarium per ſupradicta. Quãdoque dicitur authoritas,& manus Regia, de qua in d.l.2.de orig.iur. quandoque vices Principis, vel iuriſdictio; prout ſonat hoc verbum Regium ſecundum Iaſ.in l.ex hoc iure, num.3.ff.de iuſt.& iur.ſcrib.in l.2. ff.de publ.iud.& in auct.ſed nouo iure,vbi Cæpo.C.de ſer.fug. Caball.Milleloq.33.quandoque Brachium Regium dicitur liberum,& abſolutum arbitrium, vt explicant glo.& DD.in d.l.2.de orig.iur. Et ipſe proprius accedens nil aliud eſſe præſuppono, niſi liberum arbitrium amplum,& abſolutum ſub hoc nomine Brachij Regij in procedendo,puniendo, & futuris delictis prouidendo,vt infra in 2.part.nume.311. & in 3.par.243.
17 † ex quo notandum quod quatuor modis dici poteſt liberum arbitrium, ſecundum Iaſ.in l.ſi quis maior, nu. 16.C.de tranſact. Primo,quod nullo ſit coactum imperio,ſed ſpontaneam,& ſolam habeat voluntatem. DD. in l.ſi quis maior,vbi Bertazol.num.325.C.de tranſac, ſecundo quando quis poteſt præferre iniquum æquo, l. cum quidam,la ſeconda,de legat.1.& in l.fideicommiſſo, §.quanquam, vbi gloſ.in verb.arbitrium, de legat. tertio, & infra dicam in materia iuris iniqui. Tertio modo dicitur liberum arbitrium, ſed regulatum ſecundum ius commune,l.1.C.de ſacr.ſanct. Eccleſ. Quarto quando iudex per illud dicitur abſolutus a ſolemnitatibus iuris communis, quia dicitur liberum arbitrium habere, vt in l.1. ff.de milit.teſtam.& ijs quatuor mo-
18 dis apud Bertazol.loc.ſupra cit. Addo,† quinto dicitur liberum arbitrium facultas humanæ creaturæ a Deo conceſſa,vt ſummum bonum amaret, & amando frueretur, vt inquit S.Auguſt.in Enchirid. ſed hoc non eſt præſentis ſpeculationis,ſat eſt dicere cum ſacra pagina, a Deo cuncta bona procedunt, & perditio tua ex te Iſrael, Oſe.cap.13. & hæc pauca de libero arbitrio dicta
19 ſufficiant;† Eſt etiam liberum arbitrium,quod alicui conceditur dotandi filias defuncti, de quo trad. Decia. conſ.54.num.9.vol.1.& conſ.17.nume.21. volum.2. ſimile arbitrium ſolet dari executori vltimæ voluntatis,& de hoc Bart.in l.alio,de alim.& cib.leg.& in propoſ. D.Menoch.q.68.& caſ.149. Et quoad liberam facultatem teſtandi datam,& alia huiuſmodi,vide Mar-
20 ſilium in §.conſtante, ſub nume.24. † Rurſus alio nomine appellatur Brachium Regium noſtrum, videlicet Balia,apud Clar.§.fin.q.43.& q.64.ver.dixi,& ver. dixi quoque, & D. Menoch. de arb.iud. qu.7. & apud Regnicolas hoc Brachium præeminentia dicitur, vt per Carauit.Rit.259.num.10.& Afflict.ſuper conſtit. cap.humanitat. Niger.in cap.ſi cum ſceleratis, Franc. deciſ.143. Et tandem ſimilem facultatem attributam eſſe à ſummo Pontifice Leone X. Locumtenentibus
21 Vrbis Romæ inuenitur in Bullar. Pontific.Bul.7.† ſed videtur forte cõſtitui poſſe differentia inter Brachium Regium,& liberum arbitrium ſecundum Marſil. in eius pract.§.conſtante,num.25.cum ſeq. Nam arbitriũ debet eſſe regulatum ſecundum ius commune, vt dixi verſ.tertio modo dicitur,per l.1.C.de ſacr.ſanc.Eccleſ. & Monticell.pract.crim.Reg.2.vbi 41.caſus proponit quibus arbitrium a lege conceditur Iudici,& Bal.in l.ſi quis filio,§.hic autem,ff.de inoff.teſta.& Afflı.de feu. 4.tit.ex quib.cauſ. feud.amitt.a nu.14.vſque ad nu.25.

† & at-

22 † & arbitrum hoc velle videtur, quod Iudex bona con
ſcientia procedat, & ſecundum iura, & Gand. in tit. de
quæſt. & tor. ſub nu. 41. dicit, arbitrium liberum dare
nil aliud eſt, niſi vt bona conſcientia Iudex procedat,
23 & ſecundum quod eius conſcientia dictauerit, † ſed
conſcientia bona debet regulari à iuſto, & æquo, Mar-
ſil. d. §. diligenter, nu. 24. vide Put. de Syndic. in verſic.
iudicare, c. 2. per tot. & infra num. 28. & excell. D. Fari-
nac. tanquam criminaliſtarum Princ. hac noſtra tem-
peſtate, in tit. de iudic. & tor. q. 37. num. 190. & 194. vbi
pulchra docet documenta, item liberum arbitrium in-
telligi poteſt vſque ad ſententiam excluſiuè, & contra
quaſcunque perſonas, etiam priuilegiatas, contra quas
ſine hac liberi arbitrij conceſſione, aliàs procedere non
poſſet, tamen ſeruatis ſeruandis intelligitur ad diffe-
rentiam illorum Iudicum, qui non habent iuriſ-
dictionem in omnes, nec omnia poſſunt, licet iuri-
dica ſint, vt torquere torquendum, & condem-
nare condemnandum, hæc inquam quidam face-
re non poſſunt inconſulto ſuperiore, vt in Statu Me-
diolani abſque voto Senatus; & in Statu Sereniſſimi
Magni Ducis Etruriæ Domini mei, inconſulto offi-
cio D. Octo Virorum de Balia, & in alijs Ciuitatibus
Metropolitanis, quod ſecus eſt in Ciuitate Mantuæ, in
qua Capitaneus Iuſtitiæ eſt Iudex ordinarius, ſed ha-
bet liberum arbitrium procedendi vſque ad ſenten-
tiam diffinitiuam, ſine aliqua relatione. Hinc eſt
quod D. Capitaneus Iuſtitiæ Mantuæ, in hoc eſt ma-
ior D. Capitaneo Iuſtitiæ Mediolani, qui nil poteſt
prædictorum inconſulto Senatu, cui nunquam fuit
conceſſa tàm lata facultas, vt dicit Boſſ. in tit. de indic.
24 & conſid. ant. tor. ſub num. 143. in fin. † Igitur quantò
maior eſt authoritas, tantò præſtantior dignitas. Beron.
in tract. de auth. Magn. conſ. num. 8. præterea ſub Iudi-
cis arbitrio conceditur, quod à lege, vel à conſuetudine
certa regula non datur, aut deciditur. Afflict. de feu. tit.
ex quib. cauſ. feud. amitt. ſub num. 8. quæſtio. 10. & 11.
vbi multa in propoſito dicit, & in tit. anteced. de mil.
Valuaſ. num. 29. vbi ſecundum ipſum arbitrium non
intelligitur conceſſum in ijs, quæ ſpecificata ſunt à le-
ge, ſed in ijs quæ cum conſilio reguntur, per l. 1. ff. ad
Turpil. vbi allegat Baldum, tametſi liberum arbitrium
regulatum eſſe debet, vt minùs lædat ius commune,
quàm fieri poſſit, iuxta l. fin. §. ſi in computatione, vbi
25 gloſ. C. de iure deliber. † etſi liberum arbitrium dat la-
tas habenas ſecũdum interpretationem Albert. Gand.
in ſuo tract. de maleſ. tit. de quæſt. & tor. ſub num. 41.
nihilominus Iudex non eſt ſolutus in totum, ſed ad-
huc eſt obnoxius iuſtitiæ, & corrigiæ habenæ ſtant in
manu Principis, & conſcientiæ recti Iudicis, vt de illo
qui ad brauium currens, relaxat habenas, vt dicitur ſu-
per collo equi ſolutis habenis, tamen equus frænum in
ore, & ipſe corrigias in manibus tenet, vt illum cohibe-
re valeat tempore quo libuerit; ad prædicta facit etiam
Marſil. in eius pract. §. conſtante, à num. 24. vſque ad
num. 31. & Alex. conſil. 65. num. 2. vol. 1. inquit, quod
conceſſio liberi arbitrij non derogat illis, quæ legibus
diſpoſita ſunt, niſi dictum ſit, Maran. de ord. iud. 4. par.
diſtinct. 1. num. 56. vi. Ant. Maſſ. tract. de interpret. Iu-
riſprud. lib. 2. num. 84. vbi ait quod Iudices noſtri in
terminandis rebus liberas habenas penitùs non ha-
bent, ſed eorũ arbitrium regulari conforme iuri com-
mu. ſtatuto, conſuetudini, & Patriæ moribus, vel ſecun
dum quod æquitati magis conſonum erit, niſi rigore
opus ſit, vt latè in 6. par. dicam. Nec quidquam poteſt
contra æquitatem naturalem, per quæcunque verba ar-
bitrium liberum datum ſit, ſed duntaxat Regulis, quæ
ſunt de iure gentium, non eſt aſtrictus. Conſtan. Ro-
ger. in l. ſi ſic, de leg. idem in tract. de iur. interpret. verſ.
12. & vltimo. Item non operatur quod ius tertio auferri
ri poſſit. Bart. in Extrauag. ad Reprim. in ver. videbi-
26 tur. vi. Aſin. d. pract. §. 3. cap. 22. † Veruntamen autho-
ritas huius Brachij Regij eſt adeò potens, vt excedat
regulas iuris communis, vt infra dicetur, & per eam
Iudex habet poteſtatem nedum ſuper à iure non ex-
preſſis, vel indeterminatis, ſed etiam ſuper expreſſis, &
determinatis, ſecundum terminos definitionis prædi-
ctæ, vt per Felyn. in cap. ex literis, de conſtitut. vide in
2. par. ſub num. 311. At remota differentia excitata,
27 quicquid ſit: † Brachium Regium, & arbitrium libe-
rum, amplum, & abſolutum, ſic vnum, & idem eſſe, &
ita in hoc tractatu appellari placet, & tantum valere
dicimus, quantum ipſa conſuetudo, ex quo Iudex per
illud habere dicitur vices Principis, qui eſt ſupra con-
ſuetudinem, arg. §. ſed quod Principi, Inſtit. de iur. nat.
28 gent, & ciuil. vbi gloſ. in verb. perſonales, † & conſue-
tudo vice Principis fungitur, cap. ſuper quibuſdam, §.
præterea, de verb. ſignific. & in §. nos igitur, cum §. ſeq.
vbi etiam Bald. in Auth. de defenſor. & multa in iure
traduntur, quæ de conſuetudine non ſeruantur, vt pæna
in retinendo iniuſtè capto ob vnam cauſam pro alia,
Bart. & alij in l. ſed eximendi, §. 1. ff. ne quis eum, idem
in q. incip. Lapus fuit captus, & Boſſ. in tit. de cap. nu. 9.
29 † Et ſicut quis non deberet conſtitui Reus de iure, niſi
præcedentibus indicijs, tamen conſuetudo contrarium
obſeruat, excepto Statu Mediolani, vt latè in tertia par
te explicabo. Pariter non eſſe deueniendum ad rigoro-
ſum examen, niſi prius datis defenſionibus, nihilomi-
nus etiam ex proceſſu informatiuo de facto proceditur
ſtante hac regia facultate, vt etiam de hac re in ſecunda
30 parte, & in 4. dicetur. † Et quicquid ſit de apicibus iu-
ris, & de iure, multoties aliter de facto ſeruatur, Fari-
nac. eod. tit. de Carcer. & car. q. 27. ſub num. 52. & 53.
vbi de hac re plura adducit, & cõſuetudo facit licitum,
quod aliàs eſſet illicitum; vt per Ro. in l. certi conditio,
§. ſi vnus, ff. ſi cert. pet. & tantum ferè ſit dicere, hoc non
ſeruatur de conſuetudine, vel hoc non ſeruatur à Iudi-
ce Brachium Regium habente. Videtur tamen dicen-
31 dum, quòd ſicuti † conſuetudo, quæ eſt deuia à iure
communi, ſeruanda eſt, ita per Iudicem noſtrum illa
ſeruari debet, ne nimium, vt ſupra relaxentur habenæ,
nevè multiplicentur ſpecialia contra l. quæ doris, de
dot. prælег. Nam licet pœna in certis caſibus ſit arbi-
traria, tamen arbitrium regulandum eſt iuxta bonam
conſuetudinem, vt in 4. parte dicam, vide in 4. par. nu-
32 mero 58. Eſt verum, † quòd arbitrium liberum, & ab-
ſolutum refertur ad poteſtatem limitatam tantùm à
conſcientia bona, & non ad omnimodam conuenien-
tiam cum iure communi, vel conſuetudinario, quo fit
vt etiam à conſuetudine ex cauſa recedi poſſit, l. con-
gruit, de offic. Præſid. & l. 2. C. quando lic. ſin. Iud. quia
33 fungitur ea poteſtate ſibi tributa, vt † Princeps, qui po-
teſt auferre conſuetudinem nedum præteritam, ſed
etiam futuram, Decia. conſil. 32. num. 50. vol. 2. intelli-
ge ex cauſa, & ideò etiam non obſtante ſtatuto Iudex
noſter inquirere poterit ex officio, quia Princeps eſt
ſupra ius poſitiuum, vt latè dicetur in 6. & 8. præmiſſ.
verſic. ſed primo. Princeps ita derogare poteſt eſt cauſa
d. §. ſed quòd Principi, Inſtitut. de iur. nat. & cum cau-
ſa honeſta, pulchrè Do. Ant. à Petr. d. tract. de pot. Prin-
cip. c. 1. q. 3. nu. 70. 71. 72. & 73. quinimò pro bono pu-
blico Princeps dicitur prouidere melius, quàm facie ſta-
tutum; nam plura ſunt negotia, quàm vocabula, l. natu-
ra, ff. de præſcript. verb. & prouidere non eſt derogare,
Bart. Iaſ. & alij in l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iur. &
in l. cunctos populos, C. de leg. Caualcan. deciſ. 30. nu-
34 mero 10. par. 1. † & poteſt Iudex cogere offenſum ad
accuſandum, quamuis ius vetet, vt tot. tit. C. vt nemo
inuitus ager. vel accuſ. & Clar. q. 15. verſic. item quæro,
quod intelligendum puto quoad propalandum offen-
ſorem, pro intereſſe fiſci fiſco inſtante, ſed etiam poteſt
Iudex inquirere non monito offenſo ad accuſandum,
Arno. comm. 41. & poteſt formare inquiſitionem, etſi
nomen delinquentis ignoretur, ſecundum Boſſ. in tit.
de delic. num. 33. & in tit. de inquiſitione, num. 78. vbi
in practica ita ſeruari ait, dummodò conſtet de corpo-
re, cuius corporis certitudo poteſt, vel ex præſentia, vel
à parentibus, & cognatis, ac ex alijs circumſtantijs de-
ſumi,

Digitized by Google

ſumi, vt infra in vlt. præmiſſ. & per Farinac. eod. tit. de
35 inquiſit. vbi multas qq. facit, & in q. 9. declarat † præ-
cedere debere diffamationem ſaltem ad hoc, vt ex offi-
cio procedi poſſit, ita Clar. q. 5. verſic. ſcias. At Boſſ. in
d. tit. num. 72. tenet quòd quãdo proceditur ex officio,
non requiritur vt ſama præcedat, nec indicium, nec vt
detur copia indiciorum ante inquiſitionem. Sed hæ
ambiguitates, & alia ceſſant, quando proceditur manu
Regia, quoniam Iudex noſter ſtatim, atque ad eius au-
res nomina venit de aliquo delicto, poteſt committere
capturam contra nominatos, & quoſcũque ſuſpectos,
& alia facere, prout opportunum ſibi videbitur, nullo
ordine ſeruato, vt in ſeq. par. in princ. Eſt benè verum,
36 † quòd per quamcunque conceſſionem arbitrij gene-
ralis, liberi, & abſoluti nunquam intelligitur data po-
teſtas contra bonum publicum, imò propter bonum
publicum datur, & propterea non debet contrarium
effectum operari, l. legata inutiliter, de legat. 1. Card. in
Clement. 1. §. 1. de probatio. & de vi, ac poteſtate huius
arbitrij vide Burſat. allegat. conſil. 201. num. 132. vo-
lum. 2. Oſaſc. deciſ. 29. & Bertazol. conſil. 143. num. 6.
37 & conſil. 145. num. 3. vol. 1. † In ſumma hæc authori-
tas non eſt limitata, nec penitus libera, vt ſupra dixi,
non limitata à iure, vel à conſuetudine, nec à ſtatuto,
nec ab ordine Iudiciario, nec circa ſolemnitates, ſed
non libera in totum, quia eſt obnoxia voluntati Prin-
cipis, & conſcientiæ, ac prudentiæ recti Iudicis.

Verùm de origine Brachij Regij, de vi, & authori-
tate eius, quæ, qualis, quanta ſit, à quo, & contra quos,
vbi, & quando, & quomodo exercenda infra per diſcur
38 ſum demonſtrabitur. † Et primò præmitto manum
Regiam vires habuiſſe, quando populus olim guber-
nabatur ſine certa lege, & ſine Imperio viuebat, & nõ-
dum inuentæ erant actiones, porrò omnia regebantur
manu Regia, d. l. 2. & ibi Gloſ. de orig. iur. Ant. à Petr.
d. tract. de Princ. cap. 25. num. 73. ſed abutentibus hac
libera, & ampla poteſtate, fuit inuentus ordo iudicia-
rius, vt inquit Aſin. d. §. 3. num. 3. cap. 7. Inde authoritas
Regia ſublata extitit Iudicibus, & illa ſola remãſit pe-
39 nès Reges, & Principes ſupremos, quò fit, † vt talis po-
teſtas concedi nequeat, niſi à Regibus, à quibus origi-
nem duxit, vel à Principibus, ſeu ab alijs Dominis ſu-
periorem non recognoſcentibus, vt placuit Bart. in l.
relegat. ff. de pœn. Alex. conſil. 1. vol. 5. & quales ſint iſti
Domini, plura dicit Boſſ. in tit. de Princ. & priuil. eius,
& in tit. quæ ſint regal. per tot. nouiſſimè per D. Iaſ. in
§. bonæ fidei, num. 56. Inſtit. de act. gloſ. fin. & cap. fin.
in ver. figura, de Hæret. lib. 6. Idem dicimus de Vicere-
ge, & Gubernatoribus Generalibus Status Mediolani,
vel Montisferrati, de Magna Vicaria Neapolitana, &
de Senatu Mediolanenſi, Boſſ. d. tit. de Princ. num. 7.
DD. in l. à Iudice, C. de Iudic. Canon. in cap. Paſtoralis,
& in cap. venerabilis, de offic. deleg. & de ijs latiùs in-
40 frà dicetur. † Alij verò Domini, qui recognoſcunt ſu-
periorem non poſſunt Brachium Regium concedere,
Felyn. in cap. cum non liceat, de reſcript. idem in cap.
cum non nobis, de præſcript. Alex. conſil. 15. vol. 5. Ia-
cob. in eius inueſtit. in verb. Princeps, vbi diffuſè, & hi
habent poteſtatem valdè limitatam, & non poſſunt vti
plenitudine poteſtatis aliquo modo, quia illam non
habent, DD. in l. Imperium, de Iuriſdict. omn. Iud. l. ne
mo plus iuris, de reg. iur. & limitata iuriſdictio limita-
tam tribuit poteſtatem, arg. l. in agris, ff. de acq. rer. do-
41 min. † At ſunt quidam Domini, qui non ſunt Princi-
pes, ſed inferiores Principe, & tamen habent plenitu-
dinem poteſtatis, quia ſuperiorem non recognoſcunt,
de quibus idem iudicandum eſt, quod de Principe ſu-
premo, & econtra ſunt Duces, & Principes, qui reco-
gnoſcunt ſuperiorem, vt in Regno Neapolitano, & Si-
ciliæ, & ij minùs poſſunt, quàm illi Domini, qui ſupe-
riorem non recognoſcunt. Poſt hæc ſcripta vidi typis
editas deciſiones Rotæ execut. Gen. D. Cartarij, inter
quas deciſ. 67. vbi tractat, an ad Sereniſſimum Sena-
tum, vel ad duo Collegia ſpectet Brachium Regium
concedere, vel ad Conſilium 400. optimatorum Prin-
cipem repræſentantium: & concludit ad Senatum, &
ita conſuetudine fuiſſe interpretatas in hac parte nouas
reformationes, alioquin ſæpè fruſtatorium hoc reme-
dium eſſet, ſi ad maius Conſilium ſpectaret.

42 † Secundò eſt aduertendum, ne Brachium Regium
concedatur lucri & auræ popularis auidis, quod etiam
aduertit Cicer. 1. Offic. Si enim auaritia Iudicum
animabus adhæreat, quis non ſine periculo furabitur?
quis non latrocinabitur? quis non faciet homicidium?
adulteria? & ſimilia? ut recenſet Pap. in for. inquiſitio-
nis ſub nu. 4. ſed viris probitate & ſcientia præditis, &
ſuper omnia Deum timentibus, diuque in criminali-
bus officijs verſatis & practicis; alioquin malè dige-
runtur, quæ frigido ventriculo exhibentur, ſecundum
Hippocrat. Aphoriſ. not. in l. 1. in auth. de frig. & ma-
leſ. Ideò Cvi Des Videto, Marſ. ſing. 397.
& de hujuſmodi tyronibus dicitur: Væ vobis qui dici-
tis bonum malum, & malum bonum; Eſa. c. 5. Nauis
quippe commendanda eſt illi qui clauum forti ma-
nu tenet non tremebundo, qui peritiam gubernandi
habet, vtiturque diligentia, non autem cęteris in re-
munerationem alicuius ſeruitij, ſed magna tribunalia
ſunt conferenda Benemerentibus ob bonum publi-
cum ad illa aptis actu & potentia. Iero. Per bo. trac. de
Princip. nuncupato ocularium. Hoc potiſſimùm con-
43 gruit † Iudæis, quibus nulla iuriſdictionis competit
facultas contra Chriſtianos, c. nulla officia, 54. diſt. &
in l. fi. C. de Iud. niſi inter ipſos, Fab. à Monteleo. in ſua
pract. arbitraria, vbi pariter de hæretic. in verſ. vndeci-
mo, car. mihi 39. p. 1. & de Iudæis etiam loquitur Iaſ. in
Rubr. ff. de iuſt. & iur. vbi nu. 3. cum ſeq. dicit, quod
Iudæus non poteſt eſſe Poteſtas, vel Rector, nec Ta-
bellio, nec Doctor, etiam factus Chriſtianus, nec tutor,
nec curator Chriſtianorum, nu. 25. & ſeq. in fin. & ſub
nu. 27. ait, quod immunitas conceſſa per Principem
incolis intelligitur conceſſa Iudæis, ergo Iudæi non
debent eſſe immunes ab ijs omnibus, à quibus Chri-
44 ſtiani non ſunt immunes, vt de † re furata empta, quæ
ſine reſtitutione pretij reſtituenda eſt, ſed Iudæi vix re-
cepto pretio in aliqua Italia ciuitate rem furatam re-
ſtituunt, vnde occaſio datur filijsfamilias & famulis
furandi quod nullo modo permittendum eſt, tot. tit.
ne Chriſtia. mancip. Iud. haber. lic. nec Iudæi deberent
eſſe familiares aut domeſtici Chriſtianorum, niſi con-
uertendi eos gratia tantum, ergo non alia de cauſa, ſat
eſt eos tolerati inter Chriſtianos ad finem, vt conuer-
tantur, ſed & neceſſe eſt, vt ſecundum leges ciuiles &
politicas Chriſtianorum, & non ſecundum legem Iu-
daicam ius eis reddatur, alioquin qui negauerit Chri-
ſtum coram hominibus, Chriſtus negabit eum coram
Patre ſuo, qui in cœlis eſt. Matth. c. 10. c. & ſi iudæos, de
iudic. Abb. in c. quæ ſincera. 45. Diſtin. ipſi. n. nituntur
primordio veritatis. Io. Nic. arlet. de Herect. no. 25. nu.
3. vi. Mar. conſ. 58. nu. 15. circa eorum priuilegia. Nec
talis abſoluta iuriſdictio eſt danda carentibus mem-
bris, quia hæ perſonæ non poſſunt habere officia pu-
46 blica ſecundùm Bald. in proœm. Decret. † Cæterùm
hæc tam abſoluta poteſtas non eſt danda paſſim cun-
ctis, tanquam concernens maximam & periculoſam
materiam, vt admonet Fab. à Monteleo, in pract. arb.
de præeminentia magnæ Vicariæ num. 12. & ſeq. &
ſummoperè eſt conſideranda qualitas perſonæ, cui da-
47 tur, Marſ. in d. ſing. 397. † Nam Princeps eſt ſecurus
de legum dictamine, non autem de arbitrio & paſſio-
ne Iudicum, qui ob tam latum arbitrium ſæpè ea cura,
diligentia & virtute non vtuntur, vt expedit Io. Bott.
de ratione ſtatus, lib. 1. tit. de continendis Magiſtrati-
bus, vnde legitur apud Valer. Max. lib. 6. c. 5. in Grac-
chum & Claudium, qui ob nimis ſeuerè mœſtam cen-
ſuram maiorem ciuitatis partem exaſperant, & auari-
ria excœcat cupidos nimis, eoſque qui auaritiæ adhæ-
rent; tandem arbitrium liberum dandum eſſe illi cu-
ius fidelitas & integritas eſt cognita, à quo iniquitas,
dolus,

Digitized by Google

dolis,& ignorantia abeſſe debet, vt inquit Put.de Syndic.in verb.arbitrium, c.1. & 2.nu.8.& Fab. à Monteleo. pract.arb.ver. tertio per tot.fol.22. par. 1. ubi nu.5. dicit quod loca bene geruntur à viris literatis, & non ab Aſinis ferratis. Item requiritur quod ſit aptitudine intelligens, nequaquam negligens, nil prorſus artogans, bonum meritum, ut ait Caſſiodor & neceſſarium eſſe Reip. perſonas dignitate aptas eligere, ut cui iuſtitia committitur, malis is moribus non grauetur, & potius ſenex quàm iuuenis, magis nobilis quàm plebeius, & Deum laudare debemus cum à parentibus uita & moribus nobilitatem ducimus, Prouerb. 18. & Seneca in Epiſt. 40. ait, quod ſapientia in corpore deformi minùs accepta eſt. Vnde claudi, monoculi, natib. defor̄mes, gibboſi, & huiuſmodi nequaquam approbantur ab Afflicto ſuper 2. feud. rit. quis dicatur Dux, Rubr.36.ſub nu.9. qui ait, quòd Iudex noſter debet eſſe manſuetus & rigidus, ut erranti uindictam imponat, lites Sophiſtarum diſſoluat, oblatrantes remordeat, obloquentes reprimat, delinquentes caſtiget, & alia ut ibi, unde uerſus:

Degenerant homines vitiis, fiuntque minores,
Exaltat virtus, nobilitando genus.

Et no. quod uir temerarius hac authoritate eſt indignus ſicuti dicitur carere arbitrio boni uiri, ut ait Fely. in c.tua nos.poſt med.de ui.intran.& Homo groſſi capitis nihil ualet, ſed ingenioſus ſic, Bar.in l liberti, C. de oper. liber. unde de ingenioſo legitur apud Cato. uerſ. Ingenio pollet, cui uim natura negauit. At nimium aſturi gallinam pelant ſine ſtrepitu, à quibus liberet nos Deus. Et Amad.tract.de Syndic.ſub nu.141. cum plur. ſeq. multa bona documenta tradit circa materiam Brachij Regij ſeu liberi arbitrij, omninò uidendus, & de qualitatibus ſpectantibus ad Iudicem noſtrum infra dicetur, præſertim in 4.parte.

48 † Ternò aduertendum ne concedatur Brachium Regium, niſi grauiſſima, atque urgentiſſima ſubſiſtente cauſa, no.gloſ.in c.non debet, de conſang. & affin.l.de ætate, §.quod autem, ff.de inter act. Dec. conſ. 234.& æquè rationabili, uidelicet in delictis enormibus, attociſſimis & occultis, remedio ordinario deficiente, & de quibus delictis paſſim legitur in §. publico, ff.de adult.& in l.iubemus, ff. de prob. tot. tit. de uar. & extraor. crim.l.1. C.de male.l.palam. ff.de rit. nupt. l.fin.ff.de effr act.l.non exiſtimo, ff.de adm.tut. Put.de Syndic.in uerb.tortura, c.5.nu.7.

Sed quæ cauſa dicatur criminalis, ciuilis, uel mixta
49 prius dicamus. Cauſa † an ſit merè criminalis uel ciuilis, aut mixta, ſciri debet ob multiplices effectus. Primò propter iuriſdictionem, quoniam in multis ciuitatibus, præſertim Metropolitanis, officia ſunt ſeparata & diſtincta. Alij enim ſunt Iudices cauſarum criminalium tantùm, alij ciuilium tantùm; Item alij ſunt cognitores cauſarum mixtarum; quandoque Iudex criminalis habet etiam iuriſdictionem cauſarum mixtarum, ut Mantuæ de Capitaneo Iuſtinæ; quandoque Iudices cauſarum ciuilium habent etiam cognitionem cauſarum mixtarum, ut Florentiæ Iudices Rotæ: & de huiuſmodi omnium iuriſdictionibus latè Scrib. in l. Imperium, de iuriſdict.omn. Iud. & de hoc primo effectu quoad iuriſdictionem tradit Menoch. de arb. Iud. q 28. Item non poteſt iuriſdictio in criminalibus prorogari, l.1.de Iud. Marſ.pract.§.expedita, nu.67. ſecus in ciuilibus.

Secundò propter appellationem, cum in cauſis criminalibus ſæpè à ſtatutis non detur appellatio, Boſſ.in tit.de appellat.num.8.niſi tractetur de præiudicio irreparabili, Marſ.d.pract.§ expedita, nu.69.& 70.item ab inordinato modo procedendi. Fallit in cauſis mixtis, Alciat.conſ.12.nu.6.uol.7.Rim.conſ.529. uol.3.Boſſ.de appel. nu.8. item ab exceſſu, iam dixi & c. ab exceſſiua taxatione expenſarum, etiam ab exigua. Franc. in c. ſępe.q. 10.de appel.Rol. conſ.43.nu.6.lib.1.Bero.conſ. 31.nu.8.lib.2.Rebuff.de ſen.exc.ar.1.gloſ.12. poſt Bar. & Salic.in l.ab executione, de appellat. Item ſi non poteſt appellari, poteſt ſupplicari, querelari, & de nullitate dici. l.1. de Offic. pręfor. dummodo infra decem dies fiat. Auth.hodie de temp.ad appel. Put.de Syndic. in uer.appellatio.c.2.nu.in 4.& 5.par.

Tertiò, propter iuramentum ſuppletorium, aut litis deciſiuum, Alex. conſ.66. uol.1. nam in cauſis criminalibus non habent locum hæc duo potiſſimum iuramenta, quamuis Marſilius dicat, quòd nec etiam ſit locus iuramento calumnię, in pract. §.expedita, nu.64. 65.& 66. ubi reum non teneri reſpondere cum iuramento, tamen conſuetudo eſt in contrarium.

Quartò, propter modum procedendi à ſtatutis & conſuetudine introductum, quamuis de iure dici ſoleat, quòd in cauſis criminalibus proceditur ad inſtar ciuilium; per text. l. abſentem. ff. de pœn. Ludo. Ro. ſing.713. incip. quæro nunquid, Marſ. d. §. expedita, nu.65.

Quintò, propter probationes, quoniam in criminalibus exiguntur teſtes omni exceptione maiores; Marant.de ord.Iud.4.p.diſt.1.nu.33.

Sextò, quia in criminalibus non attenditur concluſio libelli, ſecus in ciuilibus, vt infra in 4. par. ſub num.37.

Septimò in criminalibus non admittitur regulariter procurator, ſecus in ciuilibus, c.tuæ, in princ.& c. veniens, extra de accuſat.& Marant. d.4.par. diſtinct. 1.nu.35. Aſin.pract.§.1.c.6.nu.2. quinimmò ſi procurator ſpecialis in cauſa criminali exceſſum committeret, dominus non tenetur, niſi ſaltem tacitè ratum haberet, Lancellot. de attenta.1. p.c.1. nu.43. & ſeq.vbi allegat Boſſ. ſed aliud eſt conſtituere procuratorem ad agendum in iudicio, aliud dare mandatum ad delinquendum. Scias tamen quod vbi tractetur de pęna pęcuniaria circunſcriptis ſtatutis, procurator admittitur. Similiter quando quis occidit Bannitum impune pro obtinendo pręmio. D.Caball.Caſ.Cri.23. nu.3.vt infra in 4.p.ſub nu.225.ver.& poſtquam.

Octauò, quia in criminalibus non ſufficit habere mandatum generale, quoniam requiritur in indiuiduo & in ſpecie; l.non ſolum, §.fin.& l. Pomponius, in princ.ff.de procurat. Vant.de nullit.ex defec.inhab.aut manda.nu.92.

Nonò, ex quo accuſator de iure in cauſa criminali tenebatur ad pœnam talionis, c.tuæ, in princ. & c. inquiſitionis, & c.ſuper ijs, extra de accuſat. ſecus in cauſa ciuili, Aſin. d.§.1. c.6. nu.3. tamen de conſuetudine non ſeruatur, ſed in teſte falſo doloſè, & in falſo accuſatore talionis pęna non videtur ſublata. Bart.in l.1. §.1. ff. ad leg. Cor.de Sic. Mille. prac.§.fin. num.25. & 93. Menoch. de arb.Caſ.322.Couarr.uar.reſolut.c.9.nu.1.

Decimò, in cauſis criminalibus non dantur deliberatoriæ, auth. offeratur, C.de lit. conteſta. & ſic non dantur induciæ, ſecus in ciuilibus, not. gloſſ.in c.1. incip.de inducijs, 3. q.2.de qua Ludo.Ro.ſing.718.

Vndecimò, ſtatuta criminalia non comprehendunt in ſui generalitate minores, niſi in ijs quæ ſunt de iure com. Ro.ſing.vlt.

Duodecimò, in cauſa criminali non incurritur vitium litigioſi; Marant.d.4. par.c.1.diſtinct. nu.34. latè Lancellot. de attenta. in 2. par.c.4. de attenta. lit. penden.nu.497.

50 Cauſa merè criminalis † quælibet dicitur, ſiue à publicis, ſiue à priuatis deſcendat, tot.tit.ff. de public. Iud. & tot.tit. ff.de priuat. delic. & in C. vbi de crimin. agi opor.& Inſtit.de obligat.quæ ex delic.naſc.cum tit.ſeq. & hoc ſemper verum, ſiue agatur tantummodo ad publicam vindictam, ſecundùm Cano.omnes in rubr.de Iudic. ſiue agatur ad vtrumque, ſcilicet ad publicam & priuatam vindictam, vt in puniendo maleſactores in pœnam, & in condemnando ad emendam damni; & ſiue pœna ſit corporalis, ſiue pecuniaria, l.1. & fin. vbi Bart. ff. de priuat. delic. Clar. §. fin. q.1. per tot. Aſin.plurium opiniones recenſet in pract. §.1.c.5. per tot.

Digitized by Google

tot. & Marant. de hac re in pract. par. 4. diſtinct. 1. & Iaſ. Aret. & alij ſparſim varijs in locis, Maſcard. de probat. concl.463. & non ſufficiat quod pęna ſit applicata fiſco, ſed quod deſcendat a Delicto, & quod cauſa ſit in iudicio criminali criminaliter intentata, Viui. Deciſ.350. nu.4.par.1.vbi per plura iura.

Sed ad tollendas difficultates de conſuetudine procedi poteſt ex officio ſuper quolibet crimine etiam leuiſſimo, quo caſu reſpectu inquiſitionis dicitur cauſa ſeu iudicium criminale, quamuis pars pœnæ ſit applicanda accuſatori, Clar.§.fi.q.2. verſ.ſed certè, vbi allegat Gand. de maleſ. in tit. quom. cogn. maleſ. Alex. conſ.132.nu.5.vol.1.Bart.in l.1. §. quæritur. ff. de ſtat. hom. Hinc dicimus quod cauſa damni dati eſt criminalis, Caual.deciſ.11.nu.37.p.1.2.nu.41.deciſ.17.nu.2. p.5.ſimiliter cauſa turbatæ poſſeſſionis, Ioſeph. Ludo. concl.7. Similiter ſi quis alienauit in forenſem videtur tenere Berrazzol.conſ.399.nu.6.

51 Quærunt Doctores ſupradicti, ſi † pœnæ pars applicetur accuſatori, an dicatur merè criminalis cauſa; & dicunt quòd ſi is accuſator non ſit pars, ſed tantummodo delator, tunc cauſa dicitur criminalis; pulchrè Alex. conſil. 172. nu.5. Ratio eſt quia is nomine fiſci accuſare dicitur, Bart.in l.fiſcus, in fin.n.3.ff.de iur.fiſc. Hinc eſt quod ad fiſcum pertinet tota condemnatio, l. quod commune, de reg. iur. qui tenetur poſtea dare partem accuſatori aut parti; idem Bar. in l.1.nu.4.C.de ven. rer. fiſc. vbi ſpeciale hoc eſſe in fiſco ait. Sanè ſi pars pœnæ ſoluta iam fuerit accuſatori vel priuato, fiſcus nequaquam repetit, l.res, §.1.ff.de iur.fiſc. & Bart.in d. l.1.ſub nu.4. C.de ven. rer.fiſc. quod extende etiam ad Iudicem, & ad alios de Curia, quia inter ipſos quandoque nimis pollet lucri auiditas, & alter alterum decipit, præueniendo in exactione, licèt modus iſte minimè laudandus ſit. Concordia res paruæ creſcunt, diſcordia minuuntur, vide Peregr.de iur.fiſc. in verſ. Iudicium criminale dicam in fi. 4. par. & ad prædicta vi. D.Caball. Caſ. Cri.110. nu.17. qui tenet quod ſit caſus mixtus. Et noua ex mente Doctorum afferri poteſt diſtinctio inter criminale & ciuile iudicium; nam ſi pœna pecuniaria habet ortum à non delicto in ſe (vt puta quòd aliquid non prohibitum fuerit prohibitum) vt mingere propè murum, non tranſire per quandam viam, non exire de domo, vel ne quis paſcat vel ducat oues per quoddam territorium, vt ſupra in materia extenſionis dictum eſt, hoc in caſu magis diceretur cauſa ciuilis criminaliter intentata, arg. eorum quæ dicit Accurſ. in l.3.§.eſt autem.ff.ad exhib. aliud eſt enim damnum date aliud eſt ſimpliciter per locum prohibitum tranſire, cogita. quoniam non eſt bona conſequentia, proceditur per inquiſitionem, ergo cauſa eſt, ſed criminalis: id verum eſt, quando proceditur ex officio; Clar. §.fin.q.3.at quando proceditur inſtante parte, ſuper huiuſmodi, quæ non ſapiunt naturam delicti, vt mox dixi, & ſtatim dicam verſ. ſeq.nu.52. & 53. ego in dubio contrarium tenerem, præſertim pro manutentione iuriſdictionis meæ, ſi eſſem Iudex cauſarum ciuilium vel mixtarum, per trad. à Iaſ. in l. Titię textores, ſub nu.28. & 29.de leg.1.maximè quando iam iuriſdictionem prǫoccupaſſem, Iaſ. in l. ſi pluribus, de leg. 1. per regulam vulgarem, de qua in l.patre furioſi, ff. de iis qui ſunt ſui vel alie.iur. vbi facta tenēt, & Iaſ.nu. 12.ait, quod à ſententia in poſſeſſorio lata nō appellatur de iure ciuili, tamen ſi Iudex admittat, poterit appellans obtinere. ſimile habetur de procuratore nu.30. & faciunt quę dixi in pract.de teſt.p.3.nu.32.vbi de pace admiſſa per teſtes, quę virtute ſtatuti erat admittenda per ſcripturam tantùm. Verũ an & quādo Iudex ciuilis de cauſa criminali, vel criminalis Iudex de cauſa ciuili cognoſcere poſſit, vide omninò (vltra Farinac.& alios) Excellentiſſ. D. Petrum Caball.in ſuis Caſ. Crimin. Caſ.82.

52 Cauſa ciuilis eſt illa, quę † deſcendit à contractu vel quaſi, & ciuiliter agitur, Inſtit. de oblig. quę ex contract. vel quaſi naſcit. per tot. Marant. d.4.par.1.diſt.nu. 2.& 25.etiamſi cauſa originem duxiſſet à delicto, dummodo agatur non ad publicam uindictam, ſed ad commodum priuatum, Marant.ubi ſupra, ubi attenditur quod principaliter fit, l.fin. C. de author.tuto.cum concord. idem quando ageretur, ut quis priuaretur officio, Marant.d.diſtinct.1.nu.24.& 25.Clar.d.q.1.uerſ. quartus caſus, cum uerſ. ſeq. quæ uera propter Doctorum authoritates, ſed prima uerior ſecunda in actu practico, quoniam ſi quis officio priuaretur, non eſt dubium, quòd id fieret uno modo ad publicam uindictam, ut in priuatione officij publici, alio modo in priuatione priuati officij, ut in amotione tutorum & curatorum; tot.tit. de ſuſpect.tut. & curat. quod ad commodum priuatum fieret, & ſi detegeretur aliqua fraus, etiam criminaliter puniri poſſet, & de priuato oriretur iudicium publicum.

Prætetea ampliant in repellendo teſtem à teſtimonio ob aliquod crimen, uel aliam exceptionem, non autem ad puniendum; de quo Marant. d. diſtinct. 1. num. 29. Sed ſi ageretur coram Iudice criminali ad repellendum tantummodò teſtem à teſtimonio ob aliquod crimen, de quo nondum fuiſſet cognitum, caueat teſtis, quia Iudex illum punire poſſet, ſi culpabilis reperiretur. Hinc eſt quod ſi cauſa criminalis incidenter emergat in Iudicio ciuili, iudicium ciuile ſuſpenditur, donec cognitum fuerit ſuper incidenti criminali. Lancellot.trac.de Prætor. Rubr. in cauſis ciuilibus. §.11. De incidenti. nu.6. & per eundem. §.3. De offic. prætor. in Cauſ. crim. quibus in locis ſumi poſſunt aliquę declarationes pro diſtinguendo inter utrúque officium ciuile & criminale. Lancellot.de attenta. 2.p.cap. 4.limit.23.Boſſ.tit.de plur. uiolent. nu.113. Nat. conſ. 402. nu. 2. Marant. Diſput.7. & Not. quod ſententia ciuilis faciat ſilere criminalem, & econtra quando una præiudicat alteræ. Put. Deciſ.99.& tunc dicitur præiudicare quando utraque eſſet incompatibilis & dici poſſet ſententia contra ſententiam.ui.nu.287.p.4.

53 Cauſa uerò mixta dicitur, quando † pœna applicatur pro parte fiſco, & altera pars priuato, Marant. d. diſtinct.1.nu.73.& 74. Clar. d.q.1. uerſ.tertius eſt caſus, Aſin.d.§.1.c.6.per totum, ſumitur ex gloſ.in l. Prætor, ff. de ſepulcr. uiol. ubi DD. Et quia DD. allegant duo conſilia Alex.primum conſ.66.& ſecundum conſ.132. ſub nu.5.uol.1. quæ uidentur contrariari; eſt aduertendum, quòd in conſ.66.dicit, quod pœna applicatur fiſco, & parti; ultra quod agitur etiam pro intereſſe partis: tunc uocat hoc iudicium mixtum, ſed in conſ.132. dicit, quod pœna uenit applicanda fiſco & accuſatori, ideoque dicatur cauſa criminalis, et Marant.d.diſtinct. 1.nu.75.ait, quòd ex quo pœna tota debetur fiſco, deinde fiſcus dat portionem accuſatori, iux. Bart.in l.fiſcus, in fin. ff. de iur. fiſc. uideatur magis criminalis, quàm ciuilis. Sed re uera conſideranda ſunt duo in hac materia, uidelicet modus procedendi & qualitas facti: nam ſi factum de ſe non ſit delictum, & tamen à ſtatuto ſit prohibitum, ut uendere forenſibus, & animalia domeſtica non tenere, & huiuſmodi, & criminaliter procedatur, dicitur caſus mixtus; item ſi ſit crimen, ſed ciuiliter agatur, dicitur mixtus: uerum ſi magis de uno quàm de alio participet, tunc ſumus in caſu l. quæritur, ff.de ſtatu hom.de quo Aſin.d.§.1.c.4.nu.10.ubi attenditur quod magis præualet.

Et omiſſis varijs Doctorum diſtinctionibus circa
delicta nominata, & innominata, quædam ordinaria,
& quædam extraordinaria, de quibus latè Farinac. de
54 delict. & pœn.q.18. † ponam hic delicta in quibus de-
bet cōcedi hoc amplum, & abſolutum arbitrium pro-
cedendi, quæ recenſet ex ore Senatus Mediolanenſis
Clarus ille clariſſimus, cuius memoria ſit (vt opinor)
in benedictione lib.5.Sent. §.1. verſic.ſunt etiam, vbi
ait ſic Senatum illum excelſum reſpondiſſe Regi in-
terroganti, quæ nam ſunt delicta atrociſſima? & ea eſ-
ſe, videlicet Rebellionis læſæ Maieſtatis, homicidij ex
propoſito, falſificationis monetæ, & earum tonſio-
nis,

Digitized by Google

nis, tertij homicidij, proditorij vulneris, raptus virgi-
num, incæſtus cum ſacris Monialibus, ſodomiæ, latro-
55 num famoſorum, ac in publicis vijs graſſatorum, † fal-
ſificantis ſigillum Principis, aut Senatus, & in nouis
ordinibus Caroli V. Sogoruię datis die 9. Auguſti 1565.
Rex Hiſpaniarum Philippus II. hæc delicta ſibi reſer-
uata, & in generali abolitione non comprehenſa de-
clarauit, videlicet homicidium ab eo commiſſum, qui
alia duo homicidia patrauit, etiamſi pro eis damnatus
nondum ſit, vulnus proditoriè ſclopo rotato illatum,
etiamſi mors non ſuccedat, diminutionem moneta-
rum, vbi amplius quàm ſemel fiat, raptum mulieris ho
neſtæ, etiamſi copula non ſequatur, vſum venereum
cum ſanctimoniali in habitu intra Monaſterium de-
gente, ſodomiam, ſpoliatores viarum, ſeu derobato-
res ſtratarum, adulterantes ſigillum Principis, vel Se-
natus, propinationem veneni, cædem officialis Du-
calis, qui ſeditionem mouent populumque, aut ple-
bem aduerſus Principis, aut Senatus decreta, & proui-
ſiones concitant, qui teſtimonium falſum in cauſa in
qua ingeritur pœna mortis naturalis ad alicuius offen-
ſam dicunt, aut ab alio dici curant, aut mandant, qui
executiones Reorum, vbi de mortis, vel mutilationis
membrorum pœna agitur, impediunt, vel impediri
curant, aut mandant. Sed vtique his addendæ erunt in-
cantationes, & maleficia Lamiarum, de quibus latè
Franc. Ponzinibius Placentinus, & contra quas ſunt
tex. in l. 1. & 2. & per totum illum tit. C. de Summa Trinit.
& Fide Cathol. item falſæ religionis perſuaſio, de qua
Paul. Ghirlandus in ſuo tract. de Hæret. & Arleta. Vil-
ladeg. & Carer. eodem tract. hæreſis. Decia. tract. crim.
cap. 28. num. 3. tom. 2. & de depopulatoribus agrorum
loquitur Baldus in l. 1. ff. de offic. Præfect. vigil. non mi
nùs de incendiarijs doloſis, vt per Aret. in eius pract. §.
incendiarios, & de ſacrilegis Clarus in §. ſacrilegium,
& Vant. tract. nullit. ex defect. Iuriſdict. n. Sic de illis
priuatam iuſtitiam criminaliter exercentibus, & de
Iudicibus iuſtitiam per dolum, aut baratariam venden
tibus, Decia. d. tract. crim. tom. 1. lib. 4. tit. de abolit. vbi
alias quamplures delictorum grauiſſimorū ſpecies enu
merat, ſub nu. 18. cum ſeq. & allegat totum titulum de
Indulg. Princ. & ad ſupradicta vide Boſſium, qui ferè
omnium delictum (præſertim grauiſſimorum) titulos
fecit, & iura, & Doctores per eum adductos, & Boni-
facium in tract. crimin. Rubr. de extraordin. crim.

Multi, vt exactius (hæc materia tractetur) dixerunt,
Delicta demonſtrari per decem prædicamenta, inter
quos Marc. Ant. Blanc. in ſua praxi crim. in verſic. vi-
ſis indicijs, num. 58. vbi recenſet Bal. in l. ea quæ, C. de
condict. indeb. dicentem, quod ſubſtantia in maleficijs
dicitur eſſe principale, per quod diffinitur maleficium,
exemplum de homicidio, quod dicitur exanimatio
corporis humani; aut dicas ſeparatio animæ à corpore,
ſcelere facta: ſimiliter de furto, quod ſit contrectatio
rei alienæ inuito Domino, Inſtit. de ob. quæ ex delic.
naſc. §. 2. Sed alio modo Blanc. ibi ſub num. 62. in deli-
ctis ſubſtantiam aſſumit eſſe eſſentiam delicti conſu-
mati, ex Bal. in l. non ideò minus, num. 2. C. de ac-
cuſat. quas duas inueſtigationes, idem Marc. Ant. im-
pugnare videtur ſub numero 63. & dicit quod malefi-
cium eſt ipſa contrauentio legis, etiam quod pœnam
non mereatur. per l. 1. ff. de leg. at Bal. in l. ſi ex pretio,
ff. ſi cert. pet. ait quod ſubſtantia pluribus modis acci-
pitur, quandoque pro cauſa, quandoque pro conſenſu,
pro forma, pro ſubſtantiali qualitate, vel materia, &
quandoque pro eo ſine quo actus valere non poteſt, per
iura ibi paſſim adducta, qui in d. l. non ideo minus.
nu. 2. C. de accuſat. declarat illa tria, quæ in delictis re-
periuntur, videlicet Delictum eſſe factum, nomen
Delicti, & eius qualitas. At cum omnis diffinitio in iu
re habeat contradictorem; dico quod maleficium eſt
omne malefactum repugnans legi naturæ humanæ,
& Diuinæ, ſuper quo ſunt pœnæ expreſsè, vel tacitè ar-
bitrariæ, Et quod Delictum, Maleficium, & Crimen,
ſunt ſinonyma, quamuis aliqua conſtituatur differen-
tia: cum maleficium (vt dixi) ſit generalius, quia omnia
malefacta complectitur, in quo inſunt & delictum, &
crimen, quæ duo præſupponunt culpam, vel dolum,
& in eo aliquando fit malum ſine dolo vel culpa.
Nam aliqua maleficia fiunt, quæ non ſonant in Deli-
ctum, & conuenire poſſunt cum cauſa ciuili, vt in tu-
tore, & negotiorum geſtore malè per negligentiam,
vel imprudentiam rem alienam adminiſtrantibus, in
locatori, & conductore operarum, & huiuſmodi, de
quibus ſunt multa iura, vt l. ſi cui locauero, l. qui ope-
ras ſuas, ff. locat. & tot. tit. ff. ſi menſor. falſ. mod. dixer.
& l. 2. ff. de tut. & rat. diſtrahere cum ſimil. Item altius
tollere, vel per locum prohibitum, vel hora prohibita
ire, de quibus in 4. par. in materia extenſionis exempla
dabo. Præterea Delictum nomen videtur genus eſſe
ſubalternum, comprehendit enim omnia crimina, &
ſunt illa delicta, quæ proprium nomen habent, vt cri-
men ſtellionatus, expilatæ hæreditatis, peculatus, &
huiuſmodi & vbi caret proprio nomine, tunc factus
eſt tit. De var. & extraor. cri. cog. facit Iacob. Nouell. in
ſua pract. crim. in verb. quam plurimos. nu. 1. 2. & 3.
& ſeq. vbi explicat ſpecies omnium ferè criminum, li-
cet Blanc. loc. cit. nu. 61. dicat quod Delictum ſit genus
generaliſſimum, & Crimen genus ſubalternum, ſic &
Arch. in cap. 1. de cler. coniug. lib. 6. ſed hoc paruæ vti-
litatis eſt. Criminoſi ideò ſunt qui dolo, vel magna cul
pa damnum alteri, vel ſibi inferunt in rem vel in per-
ſonam turpiter agendo, & id abſque actione, vel cum
actione, tamen in contemptum humanę, & Diuinæ
Iuſtitiæ (quæ duo ſolent in inquiſitionibus deduci) ſed
non quicquid fit contra ius dicitur delictum, ſed iniu-
ria, §. 1. Inſtitut. de iniur. & dicitur iniuria id omne
quod de iure non fit in alterum. dixi in pract. de teſt.
par. 5. num. 94. Hæc autem Delictorum ſubſtantia aſ-
ſumit qualitates tanquam accidentia, quæ faciunt eſſe
vnum delictum maius altero ſimili vt leue, vel graue,
Atrox, vel enorme, vt quando delicta ſunt præmedi-
tata, & facta ſcelere, & data opera, vel reiterata, vel cum
maxima (vt ita loquar) ſuperchiaria, & inhumanitate,
tunc dicuntur eſſe in prædicamento quantitatis, vt in
4. par. dicam, per tex. in l. quoniam multa facinora, C.
de vi. pub. Quando fiunt in locis inſignibus, vt in Ec-
cleſia vel in Palatio Principum, vel Prætoris, ſunt in
prædicamento, Vbi. Quando fiunt tēpore paſchatis &
huiuſmodi, ſunt in prædicamento Quando: & ſi Deli-
ctum oriatur inter Patrem, & Filium, virum, & vxo-
rem, & ſimiles, dicitur eſſe in prædicamento Prælatio-
nis: ſi delinquitur in facie, vel pulſu, & in vi valdè no-
tabili, dicitur in prædicamēto Situs: ſi delictum fiat ar
mata manu, vel data opera, dicitur in prædicamento
Habitus, hoc eſt habuiſſe animum delinquendi: ſed
quando delinquitur in offendendo, & non defenden-
do, vel de conſuetudine, dicitur in prædicamento A-
ctio: tandem quando delinquitur in Pari, puta in deli-
ctis carnalibus & patientibus, in mandantibus, in
ſcientibus, & non reuelantibus, in non prohibentibus,
cum poſſint, & de ijs omnibus per Blanc. loc. cit. hæc
non ſunt tacta à molris fimbrias dilatantibus, quia nō
nouerunt Porphyrium. & de ijs vtiliter loqui pollice-
mur in 6. par. in qua de Rigore, & æquitate, curioſe
quoque dicemus, aliqua amabilia, & perſpicacis inge-
nij lectoribus, nequaquam inuidis, ſed honoris pro-
prij, & proximè ſui amatoribus.

56 † Eſt enim vtile ſcire quænam ſunt delicta atrociſ-
ſima, tam reſpectu modi procedendi, quoniam magis
vitaliter in magis grauibus eſt procedendum, vt ſolet
ſæpè Senatus Mediolanenſis reſcribere iudicibus,
quàm etiam reſpectu modi iudicandi, & gratias fa-
57 ciendi. † Nam vbi maius delictum, ibi maior rigor
ſeruatur, imò rigor pro æquitate habetur, Bonifac. vbi
ſupra, num. 16. cum ſeq. & maior pœna irrogatur, l.
quid ergo, §. pœna grauior, ff. de ijs, qui not. infam.
Farinac. q. 23. de pœn. & Luc. de Pen. C. de exact. &
executo.

Digitized by Google

executo.lib.12.l.3.in fin.vt eſt etiam quando commit-
titur procedi ſine ſolemnitatibus, vt cauſa ciuilis expe-
diatur, ad trad. per Dec. in l. in omnibus maximè,
num.6. de reg.iur. & infrà latius demonſtrabo; reſpe-
ctu modò gratiarum,& abolitionis criminum,quæ ge-
neraliter fieri ſolent à Principibus: talia delicta non
comprehenduntur in delicto gratioſo ob publicam læ-
58 titiam, Decia.in dict. tract. tit. de abolit. per tot. † vbi
multæ enumerantur cauſæ, ex quibus excipiuntur ma-
lefactores à beneficio gratiarum,& abolitionum, lib.3.
tom.1. Baiard.ad Clar.queſt.59.ſub num.97.cum plur.
ſequent. Cauſæ videntur eſſe infraſcriptæ,quæ ſunt cau-
ſæ abolitionis criminum; Prima, quando Reges, aut
Principes noui Regni, vel ditionis poſſeſſionem in-
grediuntur, Guidon. Pap. Deciſio. 36. 108. 153. 624.
in quo aduentu tenentur ſubditi obuiam ire Domino
proceſſionaliter,& donare ei ſubſidium charitatiuum,
& per eundem Deciſio. 125. Secunda in primis nup-
tijs. Tertia in natiuitate Primogeniti. Quarta in ad-
uentu Summi Pontificis, Imperatoris, vel Regis in
aliqua eius Ciuitate. Sexta, quando per alienas Ci-
uitates itinerando pertranſeunt. Septima, pro gau-
dio pacis generaliter initæ inter Reges, vt ſequuta eſt
pluries inter Catholicum Hiſpaniarum, & Chriſtia-
niſſimum Gallorum Reges. Octaua, quando fauen-
te Deo exercitus Chriſtianorum victor eſt contra In-
fideles inſigni victoria, vt fuit Anno 1571. die 7. Octo-
bris in ſinu Lepanti. facit text. cum Gloſ. in l. vnica,
C. public. lætitiæ,& ſupra lib. 12. vbi Luc. de Penna, la-
59 tè de pace, & † de ijs omnibus Anno memorando
1598. Italia, Gallia, Hiſpania, & Pannonia exempla
viderunt ob aduentum Ferrariam Summi Pontificis
Clementis Octaui, Florentini, quo tempore Ferraria
redijt ad Eccleſiam abſque obſtaculo propter Chri-
ſtianam Religionem,& deuotionem Sereniſſimi Du-
cis Cæſaris Eſtenſis, qui vti Princeps Chriſtianus ex-
horruit illud diabolicum dictum Cæſaris Imperator.
60 † ſi violandum eſt ius, regnandi cauſa violandum eſt,
quod ab Euripide prius dictum fuit: ſed de hoc aliàs
dicetur; & per hanc heroicam, & Catholicam actio-
nem Deus Omnipotens propitius erit præfato Sere-
niſſ. Principi, & eius Principatui; & in dicta Ferratiæ
Ciuitate Summus Pontifex Regalia matrimonia ce-
lebrauit die 15. Nouembris inter nouum Hiſpania-
rum Regem filium, & ſucceſſorem potentiſſimi Phi-
lippi, & Reginam Margaritam Auſtriacam ſponſam;
necnon inter Sereniſſimas perſonas Archiducem Al-
bertum olim Cardinalem, & Sereniſſimam Iſabel-
lam Infantem primam Philippi Hiſpaniarum Regis
Secundi, Caroli Quinti filij, pro cuius tantæ Reginæ
in Ciuitate Mantuæ aduentu Sereniſſimus Dux eius
Sobrinus,& Reginæ Galliæ ſororius, Dominus meus,
ſplendidiſſimè pluſquàm centum millia aureorum hi-
lariter expendit, & in ſignum eximiæ lætitiæ vltra
Theatra, Arcus, Pyramides, Comædias, torneamenta,
choreas, & alia regalia, mandauit mihi ſua Celſitudo,
vt incarceratos in magno numero ob Reginæ introi-
tum exſoluerem & liberarem, ut ſtatim ſequutum eſt,
vidente Regina,& exultantibus incarceratis, & ad ſy-
dera gratias agentibus.
61 Modò ad rem, † Brachium Regium non eſt con-
cedendum in delictis leuibus: & ſi conceſſum reperia-
tur, nihilominus intelligitur arbitrio regulato, &
non libero & abſoluto, & non poteſt extendi ad ex-
traordinarium procedendi modum, Bart. in l. ſi qua
pœna, in fin. in ver. vltimo ego ſirino, ff. de verb. ſign.
gloſ. in cap. non debet, de conſang. & affin. l. de ætate,
vbi Bart. §. quod autem, ff. de interrog. act. Dec. alleg.
conſ. 334. Hinc eſt quod ſi cauſa eſſet leuis, non debe-
ret concedi Brachium Regium, dixi ſupra ſub nume-
ro 48. in cauſis capitalibus, de quibus in l. capitalium,
ff. de pœn. & in l. capitalium, ff. de interd. & relegat.
ſed ſi iam conceſſum fuiſſet generaliter ad omnes cau-
62 ſas, vt ſit Mantuæ D. Capitaneo Iuſtitiæ, † tunc in
cauſa graui grauiter & acriter procedendum eſt, &
in cauſa leui leuiter, & iuxta terminos ordinarios, vt
vnaquæque res ſecundum ſubiectam materiam re-
guletur, arg. l. ſi vno anno, ff. locat. Luc. de Pen.
C. de reſer. lib. 12. in l. 1. numero 41. vbi pulchrè lo-
quitur.
Et quoniam ſupra de delictis grauibus dictum eſt,
63 † pro declaratione aduertatur; nam etſi multa de-
licta connumerantur inter delicta atrociſſima, vt
eſt homicidium, cap. fin. de homicid. & tot. tit. ad
leg. Cor. de ſic. nihilominus non omnia dicuntur
eſſe inter crimina ſeu delicta exceptuata, niſi homi-
cidium ſapiat naturam Aſſaſſinij, de quo per Cla-
rum in §. Aſſaſſinium, & poteſt eſſe homicidium
caſu fortuito, vel in pura rixa. Similiter adulte-
rium eſt crimen atrociſſimum, ſed non eſt de ex-
ceptuatis, vt per DD. in l. ſi quis non dicam, C. de
epiſcop. & cler. gloſ. in l. auxilium, ff. de minor. ni-
ſi cum Domina ſua committatur, Clar. in §. adulteriū,
& Afflict. de feud. tit. quib. mod. feud. amitt. §. item ſi fi
delis,& in tit. quæ ſit prim. cauſ. benef. amitt. §. ſed quia
& niſi concurreret ſimul homicidium, vel aliqua alia
qualitas magis grauatoria. Pariter furtum dicitur atrox
delictum, ex quo pœna furcarum punitur, iux. tex. l. ca-
pitalium, ff. de pœn. & tamen non eſt inter delicta ex-
ceptuata, niſi cum furto concurrat violatio pacis, c. ſi
quis quinque ſolidos, de pac. tenen. vel niſi res furetur
64 ſacra, † vel ſint famoſi latrones ad ſtratam furantes, qui
graſſatores appellantur, quamuis tantum ſpolient, &
non occidant, tex. gloſ. Bart. & alij Doctores in l. capita
lium, §. famoſos, ff. de pœn. facit Cæpol. de ſeru. fug.
nu. 103. cum ſeq. & de ijs tribus exemplis habetur apud
Grammat. conſ. crim. 36.
65 † Quæ autem ſint propria crimina exceptuata po-
nit gloſ. fin. in l. fin. C. de accuſat. quæ tamen non ſunt
reſtricta in tam paruo numero, vt ait Auguſt. ad An-
gelum, in ver. & Sempronium mandatorem, nu. 5. cri-
minis læſæ Maieſtatis, hæreſis, ſimoniæ, aſſaſſinij, par-
ricidij, ſacrilegij, incendij, raptus virginum. Primum
hæc locum obtinent in criminibus exceptuatis, Spec.
in tit. de accuſatio. §. 1. verſic. item repellitur, & Bart. in
l. repeti. ff. de quæſtin. vbi deriſit dictam glo. Adde ſorti-
legij,& libelli famoſi in dedecus famæ,& honoris per-
ſonarum Nobilium, de quibus infra ſub nu. 79. Sed De
cia. in d. trac. crim. in tit. Clerici, quando laici, c. 10. nu.
8. lib. 3. tom. 1. infraſcripta eſſe crimina exceptuata po-
nit hæreſis, c. Sacerdotes, 2. q. 7. & not. in c. oues, ead. q.
7. Simonia, c. tanta, vbi not. ext. de Simoni. Clar. in §.
Simonia, verſ. ſcias, læſæ Maieſtatis, c. ſanè 15. q. 3. ſacri
legium, §. qui autem 17. q. 4. Dilapidatio bonorum Ec-
cleſiæ, c. non licet, 12. q. 2. tenet gloſ. in ſumma 2. q. 7.
Gigas verò in tract. crim. læſæ Maieſta. addit crimina
fraudati cenſus publici, annonæ, & crimen dilapida-
tionis, q. 15. nu. 16. & inſta in 4. præmiſſo in Bulla Gre-
gorij XIV. habentur, quæ ſint talia delicta. Verum de
conſuetudine omnia delicta, pro quibus ingeritur pœ-
na vitæ, poſſunt dici exceptuata, & in eis rigoroſè pro-
ceditur,& pœnæ augeri ſolent, vt infra dicetur de cauſis
pœnam augentibus, & quæ non comprehenduntur in
abolitione generali, & gratijs à Principibus generali-
ter conceſſis ob publicam lætitiam, vt ſupra dictum eſt.
66 † Quid autem rebellio ſit, vide Bartolum in Extra-
uag. qui ſint rebelles, & Gigantem alleg. tract. de crim.
læſ. Maieſt. quæſt. 25. qui dicit, quod rebellio conſtat ex
eo, quòd homines alicuius loci, vel eorum partem
à ſubiectione eorum domini quis ſubtrahit, & eos a-
lieno dominio ſubijcere tentat, iuraque eorum Domi-
ni extinguere, ex Bruno. conſil. 28. & in crimen rebel-
lionis incurrunt non ſolùm Authores, ſed etiam ſub-
diti ſcientiam tantum habentes, & non reuelantes,
Clario d. §. læſ. Maieſt. & Gig. loc. cit. & dicam in 4. p.
67 † Crimen verò læſæ Maieſtatis eſt vbicunque ſubdi-
tus contra Principem, Rempublicam, vel alium ſu-
periorem minimè recognoſcentem, aliquid molitur,

vel qui ad hoſtes profugit, vel hoſtes qualitercunque
adiuuat contra Dominum ſuum pecunia, armis,
conſilio, eiſque nuntios, vel literas mittit, ſecretave nũ-
tiat, vel ſubiectas prouincias nititur facere rebelles, vel
in Ciuitate ſeditionem mouet, vel efficit, vt Principes,
Senatores, Collateralesve illius occidantur, vel qui ar-
ma ſumit, vel loca occupat contra Rempublicam, vel
Principem, vel qui de proditione, vel tractatu contra
Principem, vel Rempublicam ſcientiam habet, &
non reuelat, vel quodcunque aliud dolo malo facit,
quo Princeps, Reſpublicave directè damnum patia-
tur; & hæc eſt lata deſcriptio, quam iuxta legalem Phi-
loſophiam deſcripſit Gigas dict. tract. de crim. læſ. Ma-
ieſt. in Rubr. num. 5. quæ in effectu multum placet, ad
quem, & de multiplicibus quæſtionibus in hac mate-
ria, & ad Clar. in d. §. læſ. Maieſt. cum addit. me re-
mitto. vbi Baiar. ſub num. 2. enumerat caſus 44. qui-
bus Crimen læſæ Maieſtatis committitur, & de ver-
bis contra Dominum prolatis, vid. eundem Baiard.
qui ſub num. 11. plures allegat. Et ſcias, quod ſubditus
non committit Crimen læſæ Maieſtatis, ſi à Domi-
no odio priuato proſequitur, & ipſe verbis, vel facto
ſe defendat. Nam primi motus non ſunt in noſtra po-
teſtate, & vim vi repellere licet, l. 1. de iuſtitia, & iu-
re, l. vt vim, eodem l. 1. ff. de vi, & vi arma. dixi in
2. par. ſub numero 57. & 67. & conturbans Principem,
non committit hoc crimen, Andr. de Iſern. cap. 1. §. 1.
quib. mod. feu. amit. Bul. in l. hoſtes, ff. de capt. nec ma-
ledicens eum. Add. ad Clar. num. 11.

68 † Hæreſis eſt falſa opinio & pertinax circa Deum &
ipſius Catholicam fidem, ſecundum Decia. in tract. de
delic. lib. 5. de hæreſi, c. 9. tom. 1. & ſecundum Boſſ. eod.
tit. num. 1. Hæreticus propriè & ſtrictè dicitur, qui ſen-
tit aliter de articulis fidei, quàm Romana Eccleſia ſen-
tit, 24. q. 1. in c. hæc eſt fides, item quando malè ſentit
de Sacramentis Eccleſiæ, cap. ad abolendam, in prin-
cip. de hæret. Item quando malè ſentit de authoritate
ſummi Pontificis, & de approbatis Concilijs, dete-
ſtando ritus Chriſtianos ab Eccleſia Rom. approba-
tos, tot. tit. C. de ſacroſanct. Eccleſ. tit. de Epiſc. & tit. de
ſum. tri. & fid. Cathol. & prout etiam in Symbolo San-
cti Athanaſij, incip. Quicunque vult ſaluus eſſe, &
Clar. in §. hæreſis, addit etiam eſſe hæreticum, qui ha-
bet peruerſum dogma, vel gignit nouas opiniones fal-
ſas, aut veteres, & falſas ab Eccleſia damnatas, & pro-
ſequitur, Clar. in d. ver. 1. & ſeq.

69 † Quis autem ſit Iudex competens, qualiter hæreſis
probetur, quis dicatur hæreticus manifeſtus, quis oc-
cultus, quis dicatur relapſus, & quomodo ſit facienda
abiuratio, vltra Clarum vide Boſſ. Gig. & Decia. ſu-
per allegat. & Scaccia, tract. ſuo, de iud. cauſ. ciuil. crim.
hæret. per tot. & Decia. cap. 47. & ſeq. tom. 1. ponit de
70 purgatione ab Hæreſi, † & in hoc iudicio ſemel abſo-
lutus definitiuè iterum poterit moleſtari, ex nouiter
deductis à Scaccia, d. tract. c. 95. in fin. fol. 181.

71 † Simonia ſecundum Clarum in §. ſimonia, eſt ſtu-
dioſa voluntas ſiue cupiditas ſiue vitium emendi, aut
vendendi aliquod ſpirituale, vel ei annexum, iux. gloſ.
& DD. in Rubr. de ſimonia. & Sanctum Thom. 2. 2.
quæſtio. 100. artic. 1. in princ. & eſt proxima hæreſi,
imò hæreſis ſpecies, cap. eos, 1. quæſtio. 1. Sanctus
Thom. 4. ſent. diſtinct. 13. art. 3. & latiorem definitio-
nem ponit Decianus de delict. tom. 1. lib. 5. tit. qui poſ-
ſint eſſe ſimoniaci, cap. 77. & ſimonia eſt peior idolo-
latria, Gig. d. tract. de crim. læſ. Maieſt. quæſtio. 15.
numero 7. c. citò turpem, il 1. in §. cætera de ſimonia,
ſed cum hæc pars magis tangere videtur Rectores ani-
marum, ſat eſt.

72 † Sacrilegium dicitur de iure ciuili, quando furatur
res ſacra, & in loco ſacro, quia hæc duo requiruntur,
DD. in l. Diui. ff. ad leg. Iul. peculatus, ſed de iure Ca-
nonico ſufficit alterum de duobus, vel quod res ſit ſa-
cra, vel quod aliqua res in loco ſacro furetur, Clar.
d. §. ſacrilegium, & ibi Baiar. vbi quoad perſonas, res,
loca, & quot modis committatur, trad. Decia. d. tract.
crim. tom. 2. lib. 6. cap. 4. & cap. 14. numero 7. Follér.
73 pract. crim. Cano. par. 2. cap. 17. † Et hæc ſacra dicun-
tur, videlicet Cuſtodia, Calix, Ara, veſtimenta ce-
lebrandi, & ſimiles res, quæ pertinent ad ornatum &
cultum diuinum neceſſariò, licet plures ſint ad eun-
dem effectum; ſic vaſa, in quibus aqua & vinum po-
nuntur pro celebratione Miſſarum, vel aliquod pal-
lium, vel lignum quo cooperiuntur altaria, & crux
etiam ſacra dicitur, propter repræſentationem veræ
Crucis D. N. Ieſu Chriſti, ſecundum Gomeſ. var. re-
ſol. tit. de delict. cap. 5. numero 21. eſt tex. in §. ſacræ,
Inſtit. de ret. diuiſ. ſacræ res ſunt quæ ritè per Pontifi-
ces Deo conſecratæ ſunt, veluti ædes ſacræ, & dona-
74 ria, quæ ritè ad miniſterium Dei dedicata ſunt, † quæ
etiam per noſtram conſtitutionem alienari & obliga-
ri prohibuimus, excepta cauſa redemptionis captiuo-
rum, vt in l. iubemus, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & per
gloſ. in ver. excepta, vbi propter debitum, quod habet
Eccleſia, & propter alimenta pauperum alienari poſ-
ſunt; & remitto ad determinationem Sanctæ Ma-
75 tris Eccleſiæ, † ſed ſi res furata ſit in Eccleſia non
conſecrata, non dicitur ſacrilegium, niſi res ſit ſa-
cra, vt ſupra, & Archid. in cap. ſi quis 17. quæſt. 4.

Sed quo ad iuriſdictionem, cum ſacrilegium ſit
mixti fori, habet locum præuentio. capit. propoſui-
ſti, de Foro competenti, Decian. cap. 36. numero 7.
Caball. caſ. crimin. 194. numero 7. ipſe autem obſer-
uari vidi, quod de rebus in Eccleſia furatis à laico
laici, Iudex laicus proceſſit, verbo concorditer fa-
cto cum Reuerendiſſimo Epiſcopo, vel eiuſdem D.
Vicario, quia eſt modus in rebus, ſunt certi deni-
que mores (non dico tantum fines) quibus vtriuſ-
que iuriſdictio in timore Dei ſeruatur, & non de-
uenitur paſſim, ad contentionem Iuriſdictionalem,
alioquin, Chi troppo la tira, facilmente la rompe.
& ideò omnes vnanimes ad vnum bonum finem,
& effectum preparamus, & Deo ſit in omnibus laus,
honor, & gloria, & non nobis, ſed nomini ſuo.
Pſalm. 113. Ad prædicta l. vid. Iacob. de Bell'ouiſ. in
princip. tit. de fug. Reor. numero 4. & Eccleſiaſtici
dum tradunt fures Curiæ ſeculari, vel alios delin-
quentes in Eccleſia ſolent proteſtari citra pœnam ſan-
guinis, ne incidant in irregularitatem. Decian. dict.
cap. 36. numero 4. & licet, non obſtante tali prote-
ſtatione, ſi fur puniretur in pœnam ſanguinis vide-
retur Eccleſiaſticus irregularis effectus, tamen con-
trarium eſt verius quando dedit, & acceptus fur fuit
cum tali proteſtatione, & promiſſione à laico, pul-
chrè Didac. variarum reſolut. tom. 1. de Homicid.
§. 5. ſub numero 1. verſic. quarto, ſed quando fur res
ſacras ſurripuit, vel aliud Deo dicatum, qui in Ec-
cleſia ſit arreſtatus, tunc Iudex Eccleſiaſticus proce-
dit, verum ſi fur ab Eccleſia fugijt, & extra Eccle-
ſiam, & eius Iuriſdictionem, ab executoribus lai-
corum capiatur, Iudex laicus cognoſcit, nec tradi-
tur Curiæ Eccleſiaſticæ. At cum dubitari contin-
gat, an vterque Iudex præcedere valeat. Doctor. ſu-
pradicti videntur tenere quod ſic, cum non ſit in-
conueniens, quod qui deliquit diuerſis pœnis ab di-
uerſis Iudicibus afficiatur. Caball. dict. caſ. 94. ſub
numero 8. & ſequ. & ad hunc propoſitum vid. quæ
infra dicam in quarta parte, ſub numero 250. & quan-
doque altercari contingit inter duos Iudices Eccleſia-
ſticos, vt puta inter Reuerendiſſimum Nuntium, &
Reuerendiſſimum Archiepiſcopum, ad quem huiuſ-
modi ſpectet cognitio, dico quod ſi Delinquens ſit Ec-
cleſiaſticus Regularis quorum Reuerendiſſimus Nun-
tius habet primam cognitionem, tunc ipſe cogno-
ſcet, in alijs verò cognoſcet Reuerendiſſimus Epi-
ſcopus. Facit Rach. annot. ad Guid. Pap. Deciſio.
562. in fin. & vide quæ dicam in quarta parte, ſub nu-
mero 244. Decia. dict. Tracta. tom. 1. lib. 4. capit. 20.
Grammat. Deciſio. 30. D. Menoch. de arbit. caſ. 389.

ipſe

Digitized by Google

ipſe verò me remitto illorum priuilegijs, & con-
ſuetudini.

76 † De aſſaſſinio multi multa ſcripſerunt, ſed dico
pro nunc aſſaſſinium eſſe homicidium ex propoſito
factum ab vno, & ab altero mandatum pretio, ſi-
ue pecunia, vel alia re data aut promiſſa. Quouis
modo quis occidat Chriſtianum aſſaſſinium com-
mittit, dummodo data opera ex propoſito ſeu cogi-
tate, & pretio dato, vel promiſſo id fiat, Canon.om-
nes in cap. 1. de homicid. Bald. in l. non adeò minus,
de accuſat. Plac. latiſſimè, epito. delict. cap. 19. Aret.
conſ. 163. Clar. §. aſſaſſinium, & alij per eum allegati.
Sic hodie interpretatur conſuetudine, quicquid di-
cant contrarium tenentes, in cap. 1. de homicid. & D.
Menoch. de arb. iud. caſ. 360.

77 † Et vt verè dicatur homicidium per aſſaſſinium ſe-
quutum, hæc quatuor requiruntur: primò mandatum;
ſecundò pretium; tertiò vt dedita opera, ſeu animo de-
liberato fiat, aliqui dicunt à ſangue freddo; quartò,
vt ſequatur mors Chriſtiani, Gabriel. co. concluſ. lib. 7.
conclu. 1. Niger. in cap. frequens, ſub num. 48. quòd
78 quis mandauit. † Eſt benè verum quod ſi mors non
ſequatur poterit appellari delictum per aſſaſſinium, &
comprehendetur in ſtatuto de aſſaſſinio loquente, de
hoc Maſcar. de probat. concluſ. 137. & 138. p. 1. Et Aſ-
ſaſſini ſunt qui homines per pecuniam occidunt, ſe-
cundum Ioan. And. in Nouell. ſed ſecundum Boſſ. in
tit. de for. compet. num. 141. Aſſaſſini etiam dicuntur,
qui vulgò ſpoliant in via & ſtratis homines, vel in do-
mibus, & non occidunt; ſed cur non farinellos appel-
lat, quorum theriaca ſunt Capelleti, quibus Veneri
vtuntur. Vtinam & vicini Domini exemplo eorum
hanc peſtiferam & malè toleratam gentem ſimili an-
79 tidoto extirparent pro bono publico. † Et hoc genus
ſceleſtorum poteſt vbique puniri, Plac. epit. delic.
cap. 19. & Mart. Laud. conſil. 40. & in materia aſſaſſi-
nij vide D. Menoch. de arb. iud. caſ. 360. Et dicitur
etiam aſſaſſinus ille, qui accepit præmium pro vulne-
rando tantùm, Decia. d. tract. crim. tom. 2. cap. 30. nu-
me. 22. cum plur. ſeq. fol. 228. Et licet aſſaſſinium non
compleuit, tamen non deſinit eſſe aſſaſſinus, ſi per
eum non ſtetit. Et aſſaſſini omni legum priuilegio
carent, & ab omni legum auxilio ſunt deſtituti, &
abſque alijs indicijs torqueri poſſunt, quia ſatis de ſe
indiciati ſunt. Et ſi renunciant defenſionibus ſtatim
condemnari poſſunt, vt de ijs omnibus Placa. d. c. 19.
per totum. Cano. in cap. 1. de homic. Bal. in l. non ideo,
de accuſat.

80 † Fraternizat aſſaſſinio delictum proditorium, quod
pluribus modis fit, vt per Bartol. in l. reſpiciendum,
§. delinquunt, ff. de pœn. quod eſt vnum habere in
mente, & aliud in corde, ſignis exterioribus fingen-
do incautum offendere: & vt paucis abſoluam, pro-
ditio nil aliud eſt, che tirare il colpo, & aſcondere il
braccio. Heu quot ſunt iſti proditores, exempli gra-
tia, ſi tecum quis ſocius itineris veniat, & nulla in-
teruenieníte rixa te percutit, vel tecum ſedendo in
menſa te occidit, vel venenum præbet, vel cum te-
cum amicitiam fingit, te percutit à tergo, ijs omni-
bus modis dicitur delictum proditoriè, vt per Clar.
in §. homicidium, ver. proditoriè, vbi de homici-
81 dio proditorio. Hinc eſt etiam, † quòd ſi eſſet ini-
micus, dicitur proditoriè occidere, ſi laruatus, aut
de nocte, vel in inſidijs ſtans in loco abſcondito ini-
micum occidat eo tempore, quando præcauere non
debuerat, vel non poterat veriſimiliter cogitare de
huiuſmodi offenſa ab incognito ſibi facta. Id etiam
eſt de mente Bart. loco ſupra cit. & Farinac. quæſtio.
crimin. 18. numero 76. quicquid in hoc aduerſatur
Baiar. ad Clar. dict. verſic. proditoriè, quoniam ita
82 practicatur. † Pluribus igitur modis proditor dici-
tur, de quibus etiam Gigas in tract. crimin. læſ. Ma-
ieſtat. quæſtio. 5. numero 21. quæſtio. 10. numero 18.
quæſtio. 21. numero 2. latiùs in tit. de proditoribus,
quæſtio. 1. fol. 162. & D. Menoch. de arb. iud. caſ. 361.
numero 26. vbi dicit illum dici proditorem, qui per
inſidias incautum occidit retrò, vt vulgò dicitur, da
traditore; Bonacoſſ. in ſuis quæſtion. crim. in ver. pro-
ditor. Et notandum, quòd qui infligit vulnus tan-
tum (ſed armis venenatis) dicitur delictum prodito-
rium commiſiſſe, quando ſcilicet qualitas dicti vul-
neris non eſſet mortalis, niſi propter venenum ar-
mis adiectum à traditore, per DD. in l. 1. de maleſic.
& Mathemat. & ita proditores appellantur à Gomes,
tit. de delict. cap. 3. numero 5. vbi dicit quòd in Hiſpa-
nia proditor appellatur aleuoſia. Luc. de Penna, in l.
83 ſeruum, C. de delict. lib. 10. † dicit proditoris mores eſ-
ſe ſigna oſtendere fidelitatis, dulcia ac ſuauia verba
proferre, proditor amplexatur, applaudit, blandè ri-
det, maxima pollicetur, obteſtatur Deum, ſub pa-
cis fœdere oſculatur, ad iurandum eſt pronus, liben-
ter adulatur, quod eſt eſca proditionis, 46. diſtinct.
cap. clericus. Item qui ſoporoſa vina propinat, &
cibaria delicata præparat & ſubdit: ob quàm crudelia
& mortifera ſunt iacula proditorum; vix enim erit,
aut nunquam, qui ſibi poſſit ab illorum ictibus præ-
84 cauere, † & plus nocet lingua adulatoris, quàm ma-
nus interfectoris. Hæc ille. Et vt Dauid in Pſal-
mis, virum ſanguinis & doloſum abominabitur Do-
minus, & in alio Pſal. 42. ab homine iniquo & dolo-
ſo erue me. Et in materia proditoris circa ſtatutorum
interpretationem vide Bonacoſ. in d. quæſt. crim. in d.
verb. proditor, & qui dicatur proditor homicida expli-
cat Plac. epit. delict. lib. 1. cap. 21. vbi ait quod Socius
homicidæ proditoris eadem pœna ſit plectendus.

A ✱ Crimen libelli famoſi inter atrociſſima crimi-
na connumeratur, ſecundùm Bartol. in l. leuia, §. fin.
ff. de accuſation. Farinac. de delict. & pęn. quæſt. 18.
numero 83. vſque ad numero 88. idem in tit. de indit.
& tor. quæſt. 42. numero 8. cum ſequ. text. in l. vnica,
C. de famoſ. libell. vbi Scrib. & in l. lex Cornelia,
§. ſi quis libellum, ff. de iniur. & 5. quæſt. 1. cap. ſi quis
famoſum, & in hoc crimine ex officio procedi poteſt,
& ſtatim ad capturam, & ad torturam deueniri per
proceſſum informatiuum, Bartol. in l. ſi quis ex ar-
gentarijs, ff. de eden. Hipp. pract. §. diligenter, nu-
mero 80. & 81. Alexand. conſil. 215. in fin. volum. 2.
& conſil. 156. colum. 4. volum. 5. Dec. conſil. 162. nu-
mero 14. Grammat. vot. 21. numero 5. nouiſſ. Mo-
ſcatell. in tit. de iniurijs, & famoſ. libell. numero 18.
Et priuilegiati in hoc torquentur, ſiue Clerici, ſiue
Doctores, Vulpell. conſil. 141. numero 11. quia rea-
tus omnia priuilegia tollit, Franc. Marc. Deciſio.
707. par. 1. & quæſtio. 81. pag. 32. eodem titulo. Quin-
immò Clericus ſit irregularis, exhibendo in Iudicio
ſcripturam infamatoriam, vbi pęna ſanguinis ingeri-
tur, Cæpol. conſil. 78. Clar. quæſtio. 40. & ſi iniuria
ſit ob falſam cauſam vltra infamiam, etiam pęna fal-
ſi punitur, Clar. §. falſum, ver. fabricans, Diaz. in
ſua pract. crimin. Canon. cap. 87. Borgaſ. de irregul.
tit. de crim. falſi. multò magis ſi delictum concomi-
tetur à qualitatibus delicta aggrauantibus, de quibus
aliàs dixi ſuprà, par. 1. numero 197. par. 3. numero 210.
& 295. & alibi; & illa præcipua eſt, quando verbis
adduntur facta, vt puta pictura aliqua obſcæna, &
infamis, quia ſola de per ſe habetur pro libello fa-
moſo, Scrib. in dict. l. vnica, C. de famoſ. libell.
circ. princip. Rom. conſil. 378. & Soc. conſil. 1. vo-
lum. 1. Bertazol. conſil. 265. volum. 2. idem conſil.
273. volum. 1. Clar. §. fin. quæſtio. 68. verſic. libel-
li famoſi, & ibi Baiard. numero 62. & multos al-
legat D. Borgn. Caual. deciſio. 35. par. 1. quibus in lo-
cis multa traduntur exempla, in hoc tractatu, nec alibi
nequaquam digna ſcribenda.

Secunda qualitas principalis eſt ſignificatio litte-
ris expreſſa, ad cuiuſcunque iniuriam, aut contume-
liam dicta, aut facta, vel ſcripta ſit, ad trad. per Mu-
ſcatel. loc. cit. ſub nu. 28. & 29. & DD. in d. l. vnica, C. de

Digitized by Google

vel qui ad hoſtes profugit, vel hoſtes qualitercunque
adiuuat contra Dominum ſuum pecunia, armis,
conſilio, eiſque nuntios, vel literas mittit, ſecretave nū-
tiat, vel ſubiectas prouincias nititur facere rebelles, vel
in Ciuitate ſeditinnem mouet, vel efficit, vt Principes,
Senatores, Collateralesve illius occidantur, vel qui ar-
ma ſumit, vel loca occupat contra Rempublicam, vel
Principem, vel qui de proditione, vel tractatu contra
Principem, vel Rempublicam ſcientiam habet, &
non reuelat, vel quodcunque aliud dolo malo facit,
quo Princeps, Reſpublicave directè damnum patia-
tur; & hæc eſt lata deſcriptio, quam iuxta legalem Phi-
loſophiam deſcripſit Gigas dict. tract. de crim. læſ. Ma-
ieſt. in Rubr. num. 5. quæ in effectu multum placet, ad
quem, & de multiplicibus quæſtionibus in hac mate-
ria, & ad Clar. in d. §. læſ. Maieſt. cum addit. me re-
mitto. vbi Baiar. ſub num. 2. enumerat caſus 44. qui-
bus Crimen læſæ Maieſtatis committitur, & de ver-
bis contra Dominum prolatis, vid. eundem Baiard.
qui ſub num. 11. plures allegat. Et ſcias, quod ſubditus
non committit Crimen læſæ Maieſtatis, ſi à Domi-
no odio priuato proſequitur, & ipſe verbis, vel facto
ſe defendat. Nam primi motus non ſunt in noſtra po-
teſtate, & vim vi repellere licet, l. 1. de iuſtitia, & iu-
re, l. vt vim, eodem l. 1. ff. de vi, & vi arma. dixi in
2. par. ſub numero 57. & 67. & conturbans Principem,
non committit hoc crimen, Andr. de Iſern. cap. 1. §. 1.
quib. mod. feu. amit. Bul. in l. hoſtes, ff. de capt. nec ma-
ledicens eum. Add. ad Clar. num. 11.

68 † Hæreſis eſt falſa opinio & pertinax circa Deum &
ipſius Catholicam fidem, ſecundum Decia. in tract. de
delic. lib. 5. de hæreſi, c. 9. tom. 1. & ſecundum Boſſ. eod.
tit. num. 1. Hæreticus propriè & ſtrictè dicitur, qui ſen-
tit aliter de articulis fidei, quàm Romana Eccleſia ſen-
tit, 24. q. 1. in c. hæc eſt fides, item quando malè ſentit
de Sacramentis Eccleſiæ, cap. ad abolendam, in prin-
cip. de hæret. Item quando malè ſentit de authoritate
ſummi Pontificis, & de approbatis Concilijs, dete-
ſtando ritus Chriſtianos ab Eccleſia Rom. approba-
tos, tot. tit. C. de ſacroſanct. Eccleſ. tit. de Epiſc. & tit. de
ſum. tri. & fid. Cathol. & prout etiam in Symbolo San
cti Athanaſij, incip. Quicunque vult ſaluus eſſe, &
Clar. in §. hæreſis, addit etiam eſſe hæreticum, qui ha-
bet peruerſum dogma, vel gignit nouas opiniones fal-
ſas, aut veteres, & falſas ab Eccleſia damnatas, & pro-
ſequitur, Clar. in d. ver. 1. & ſeq.

69 † Quis autem ſit Iudex competens, qualiter hæreſis
probetur, quis dicatur hæreticus manifeſtus, quis oc-
cultus, quis dicatur relapſus, & quomodo ſit facienda
abiuratio, vltra Clarum vide Boſſ. Gig. & Decia. ſu-
per allegat. & Scaccia. tract. ſuo de iud. cauſ. ciuil. crim.
hæret. per tot. & Decia. cap. 47. & ſeq. tom. 1. ponit de
70 purgatione ab Hæreſi, † & in hoc iudicio ſemel abſo-
lutus definitiuè iterum poterit moleſtari, ex nouiter
deductis à Scaccia, d. tract. c. 95. in fin. fol. 181.

71 † Simonia ſecundum Clarum in §. ſimonia, eſt ſtu-
dioſa voluntas ſiue cupiditas ſiue vitium emendi, aut
vendendi aliquod ſpirituale, vel ei annexum, iux. gloſ.
& DD. in Rubr. de ſimonia. & Sanctum Thom. 2. 2.
quæſtio. 100. artic. 1. in princ. & eſt proxima hæreſi,
imò hæreſis ſpecies, cap. eos, 1. quæſtio. 1. Sanctus
Thom. 4. ſent. diſtinct. 13. art. 3. & latiorem definitio-
nem ponit Decianus de delict. tom. 1. lib. 5. tit. qui poſ-
ſint eſſe ſimoniaci, cap. 77. & ſimonia eſt peior idolo-
latria, Gig. d. tract. de crim. læſ. Maieſt. quæſtio. 15.
numero 7. c. citò turpem, il 1. in §. cætera de ſimonia,
ſed cum hæc pars magis tangere videtur Rectores ani-
marum, ſat eſt.

72 † Sacrilegium dicitur de iure ciuili, quando furatur
res ſacra, & in loco ſacro, quia hæc duo requiruntur,
DD. in l. Diui. ff. ad leg. Iul. peculatus, ſed de iure Ca-
nonico ſufficit alterum de duobus, vel quod res ſit ſa-
cra, vel quod aliqua res in loco ſacro furetur, Clar.
d. §. ſacrilegium, & ibi Baiar. vbi quoad perſonas, res,
loca, & quot modis committatur, trad. Decia. d. tract.
crim. tom. 2. lib. 6. cap. 4. & cap. 14. numero 7. Foller.
73 pract. crim. Cano. par. 2. cap. 17. † Et hæc ſacra dicun-
tur, videlicet Cuſtodia, Calix, Ara, veſtimenta ce-
lebrandi, & ſimiles res, quæ pertinent ad ornatum &
cultum diuinum neceſſariò, licet plures ſint ad eun-
dem effectum; ſic vaſa, in quibus aqua & vinum po-
nuntur pro celebratione Miſſarum, vel aliquod pal-
lium, vel lignum quo cooperiuntur altaria, & crux
etiam ſacra dicitur, propter repræſentationem veræ
Crucis D. N. Ieſu Chriſti, ſecundum Gomeſ. var. re-
ſol. tit. de delict. cap. 5. numero 11. eſt tex. in §. ſacræ,
Inſtit. de rer. diuiſ. ſacræ res ſunt quæ ritè per Pontifi-
ces Deo conſecratæ ſunt, veluti ædes ſacræ, & dona-
74 ria, quæ ritè ad miniſterium Dei dedicata ſunt, † quæ
etiam per noſtram conſtitutionem alienari & obliga-
ri prohibuimus, excepta cauſa redemptionis captiuo-
rum, vt in l. iubemus, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & per
gloſ. in ver. excepta, vbi propter debitum, quod habet
Eccleſia, & propter alimenta pauperum alienari poſ-
ſunt; & remitto ad determinationem Sanctæ Ma-
75 tris Eccleſiæ, † ſed ſi res furata ſit in Eccleſia non
conſecrata, non dicitur ſacrilegium, niſi res ſit ſa-
cra, vt ſupra, & Archid. in cap. ſi quis 17. quæſt. 4.

Sed quo ad iuriſdictionem, cum ſacrilegium ſit
mixti fori, habet locum præuentio. capit. propoſui-
ſti, de Foro competenti, Decian. cap. 36. numero 7.
Caball. caſ. crimin. 194. numero 7. ipſe autem obſer-
uari vidi, quod de rebus in Eccleſia furatis à laico
laici, Iudex laicus proceſſit, verbo concorditer fa-
cto cum Reuerendiſſimo Epiſcopo, vel eiuſdem D.
Vicario, quia eſt modus in rebus, ſunt certi deni-
que mores (non dico tantum fines) quibus vtriuſ-
que iuriſdictio in timore Dei ſeruatur, & non de-
uentur paſſim, ad contentionem Iuriſdictionalem,
alioquin, Chi troppo la tira, facilmente la rompe.
& ideò omnes vnanimes ad vnum bonum finem,
& effectum properamus, & Deo ſit in omnibus laus,
honor, & gloria, & non nobis, ſed nomini ſuo.
Pſalm. 113. Ad prædicta l. vid. Iacob. de Belloui. in
princip. tit. de ſug. Reor. numero 4. & Eccleſiaſtici
dum tradunt fures Curiæ ſeculari, vel alios delin-
quentes in Eccleſia ſolent proteſtari citra pœnam ſan-
guinis, ne incidant in irregularitatem. Decian. dict.
cap. 36. numero 4. & licet, non obſtante tali prote-
ſtatione, ſi fur puniretur in pœnam ſanguinis vide-
retur Eccleſiaſticus irregularis effectus, tamen con-
trarium eſt verius quando dedit, & acceptus fur fuit
cum tali proteſtatione, & promiſſione à laico, pul-
chrè Didac. variarum reſolut. tom. 1. de Homicid.
§. 5. ſub numero 1. verſic. quarto, ſed quando fur res
ſacras ſurripuit, vel aliud Deo dicatum, qui in Ec-
cleſia ſit arreſtatus, tunc Iudex Eccleſiaſticus proce-
dit, verum ſi fur ab Eccleſia fugijt, & extra Eccle-
ſiam, & eius Iuriſdictionem, ab executoribus lai-
corum capiatur, Iudex laicus cognoſcit, nec tradi-
tur Curiæ Eccleſiaſticæ. At cum dubitari contin-
gat, an vterque Iudex procedere valeat. Doctor. ſu-
pradicti videntur tenere quod ſic, cum non ſit in-
conueniens, quod qui deliquit diuerſis pœnis ab di-
uerſis Iudicibus afficiatur. Caball. dict. caſ. 94. ſub
numero 8. & ſequ. & ad hunc propoſitum vid. quæ
infra dicam in quarta parte, ſub numero 250. & quan-
doque altercari contingit inter duos Iudices Eccleſia-
ſticos, vt puta inter Reuerendiſſimum Nuntium, &
Reuerendiſſimum Archiepiſcopum, ad quem huiuſ-
modi ſpectet cognitio, dico quod ſi Delinquens ſit Ec-
cleſiaſticus Regularis quorum Reuerendiſſimus Nun
tius habet primam cognitionem, tunc ipſe cogno-
ſcet, in alijs verò cognoſcet Reuerendiſſimus Epi-
ſcopus. Facit Rach. annot. ad Guid. Pap. Deciſio.
561. in fin. & vide quæ dicam in quarta parte, ſub nu-
mero 244. Decia. dict. Tracta. tom. 1. lib. 4. capit. 20.
Grammat. Deciſio. 30. D. Menoch. de arbit. caſ. 389.

ipſe

Digitized by Google

ipſe verò me remitto illorum priuilegijs, & con-
ſuetudini.
76 † De aſſaſſinio multi multa ſcripſerunt, ſed dico
pro nunc aſſaſſinium eſſe homicidium ex propoſito
factum ab vno, & ab altero mandatum pretio, ſi-
ue pecunia, vel alia re data aut promiſſa. Quouis
modo quis occidat Chriſtianum aſſaſſinium com-
mittit, dummodo data opera ex propoſito ſeu cogi-
tate, & pretio dato, vel promiſſo id fiat, Canon. om-
nes in cap. 1. de homicid. Bald. in l. non adeò minus,
de accuſat. Plac. latiſſimè, ep. 10. delict. cap. 19. Aret.
conſ. 163. Clar. §. aſſaſſinium, & alij per eum allegati.
Sic hodie interpretatur conſuetudine, quicquid di-
cant contrarium tenentes, in cap. 1. de homicid. & D.
Menoch. de arb. iud. caſ. 360.
77 † Et vt verè dicatur homicidium per aſſaſſinium ſe-
quutum, hæc quatuor requiruntur: primò mandatum;
ſecundò pretium; tertiò vt dedita opera, ſeu animo de-
liberato fiat, aliqui dicunt à ſangue freddo; quartò,
vt ſequatur mors Chriſtiani, Gabriel. co. concluſ. lib. 7.
conclu. 1. Niger. in cap. frequens, ſub num. 48. quòd
78 quis mandauit. † Eſt benè verum quod ſi mors non
ſequatur poterit appellari delictum per aſſaſſinium, &
comprehendetur in ſtatuto de aſſaſſinio loquente, de
hoc Maſcar. de probat. concluſ. 137. & 138. p. 1. Et Aſ-
ſaſſini ſunt qui homines per pecuniam occidunt, ſe-
cundum Ioan. And. in Nouell. ſed ſecundum Boſſ. in
tit. de for. compet. num. 141. Aſſaſſini etiam dicuntur,
qui vulgò ſpoliant in via & ſtratis homines, vel in do-
mibus, & non occidunt; ſed cur non farinellos appel-
lat, quonim theriaca ſunt Capelleti, quibus Veneti
vtuntur. Vtinam & vicini Domini exemplo eorum
hanc peſtiferam & malè toleratam gentem ſimili an-
79 tidoto extirparent pro bono publico. † Et hoc genus
ſceleſtorum poteſt vbique puniri, Plac. epit. delic.
cap. 19. & Mart. Laud. conſil. 40. & in materia aſſaſſi-
nij vide D. Menoch. de arb. iud. caſ. 360. Et dicitur
etiam aſſaſſinus ille, qui accepit præmium pro vulne-
rando tantùm, Decia. d. tract. crim. tom. 2. cap. 30. nu-
me. 22. cum plur. ſeq. fol. 228. Et licet aſſaſſinium non
compleuit, tamen non deſinit eſſe aſſaſſinua, ſi per
eum non ſtetit. Et aſſaſſini omni legum priuilegio
carent, & ab omni legum auxilio ſunt deſtituti, &
abſque alijs indicijs torqueri poſſunt, quia ſatis de ſe
indiciati ſunt. Et ſi renunciant defenſionibus ſtatim
condemnari poſſunt, vt de ijs omnibus Placa. d. c. 19.
per totum. Cano. in cap. 1. de homic. Bal. in l. non ideo,
de accuſat.
80 † Fraternizat aſſaſſinio delictum proditorium, quod
pluribus modis fit, vt per Bartol. in l. reſpiciendum,
§. delinquunt, ff. de pœn. quod eſt vnum habere in
mente, & aliud in corde, ſignis exterioribus fingen-
do incautum offendere: & vt paucis abſoluam, pro-
ditio nil aliud eſt, che tirare il colpo, & aſcondere il
braccio. Heu quot ſunt iſti proditores, exempli gra-
tia, ſi tecum quis ſocius itineris veniat, & nulla in-
terueniente rixa te percutit, vel tecum ſedendo in
menſa te occidit, vel venenum præbet, vel cum te-
cum amicitiam fingit, te percutit à tergo, ijs omni-
bus modis dicitur delictum proditoriè, vt per Clar.
in §. homicidium, ver. proditoriè, vbi de homici-
81 dio proditorio. Hinc eſt etiam, † quòd ſi eſſet ini-
micus, dicitur proditoriè occidere, ſi laruatus, aut
de nocte, vel in inſidijs ſtans in loco abſcondito ini-
micum occidat eo tempore, quando præcauere non
debuerat, vel non poterat veriſimiliter cogitare de
huiuſmodi offenſa ab incognito ſibi facta. Id etiam
eſt de mente Bart. loco ſupra cit. & Farinac. quæſtio.
crimin. 18. numero 76. quicquid in hoc aduerſatur
Baiar. ad Clar. dict. verſic. proditoriè, quoniam ita
82 practicatur. † Pluribus igitur modis proditor dici-
tur, de quibus etiam Gigas in tract. crimin. læſ. Ma-
ieſtat. quæſtio. 5. numero 21. quæſtio. 10. numero 18.
quæſtio. 21. numero 2. latius in tit. de proditoribus,
quæſtio. 1. fol. 162. & D. Menoch. de arb. iud. caſ. 361.
numero 26. vbi dicit illum dici proditorem, qui per
inſidias incautum occidit retrò, vt vulgò dicitur, da
traditore; Bonacoſſ. in ſuis quæſtion. crim. in ver. pro-
ditor. Et notandum, quòd qui infligit vulnus tan-
tum (ſed armis venenatis) dicitur delictum prodito-
rium commiſiſſe, quando ſcilicet qualitas dicti vul-
neris non eſſet mortalis, niſi propter venenum ar-
mis adiectum à traditore, per DD. in l. 1. de malefic.
& Mathemat. & ita proditores appellantur à Gomes,
tit. de delict. cap. 3. numero 5. vbi dicit quòd in Hiſpa-
nia proditor appellatur aleuoſia. Luc. de Penna, in l.
83 ſeruum, C. de delict. lib. 10. † dicit proditoris mores eſ-
ſe ſigna oſtendere fidelitatis, dulcia ac ſuauia verba
proferre, proditor amplexatur, applaudit, blandè ri-
det, maxima pollicetur, obteſtatur Deum, ſub pa-
cis fœdere oſculatur, ad iurandum eſt pronus, liben-
ter adulatur, quod eſt eſca prodinionis, 46. diſtinct.
cap. clericus. Item qui ſoporoſa vina propinat, &
cibaria delicata præparat & ſubdit: ob quàm crudelia
& mortifera ſunt iacula proditorum; vix enim erit,
aut nunquam, qui ſibi poſſit ab illorum ictibus præ-
84 cauere, † & plus nocet lingua adulatoris, quàm ma-
nus interfectoris. Hæc ille. Et vt Dauid in Pſal-
mis, virum ſanguinis & doloſum abominabitur Do-
minus, & in alio Pſal. 42. ab homine iniquo & dolo-
ſo erue me. Et in materia proditoris circa ſtatutorum
interpretationem vide Bonacoſ. in d. quæſt. crim. in d.
verb. proditor, & qui dicatur proditor homicida expli-
cat Plac. epit. delict. lib. 1. cap. 21. vbi ait quod Socius
homicidæ proditoris eadem pœna ſit plectendus.
A. * Crimen libelli famoſi inter atrociſſima crimi-
na connumeratur, ſecundùm Bartol. in l. leuia, §. fin.
ff. de accuſation. Farinac. de delict. & pęn. quæſt. 18.
numero 83. vſque ad numero 88. idem in tit. de indit.
& tor. quæſt. 42. numero 8. cum ſequ. text. in l. vnica,
C. de famoſ. libell. vbi Scrib. & in l. lex Cornelia,
§. ſi quis libellum, ff. de iniur. & 5. quæſt. 1. cap. ſi quis
famoſum, & in hoc crimine ex officio procedi poteſt,
& ſtatim ad capturam, & ad torturam deueniri per
proceſſum informatiuum, Bartol. in l. ſi quis ex ar-
gentarijs, ff. de eden. Hipp. pract. §. diligenter, nu-
mero 80. & 81. Alexand. conſil. 215. in fin. volum. 2.
& conſil. 156. colum. 4. volum. 5. Dec. conſil. 162. nu-
mero 14. Grammat. vot. 21. numero 5. nouiſſ. Mo-
ſcatell. in tit. de iniurijs, & famoſ. libell. numero 18.
Et priuilegiati in hoc torquentur, ſiue Clerici, ſiue
Doctores, Vulpell. conſil. 141. numero 11. quia rea-
tus omnia priuilegia tollit, Franc. Marc. Deciſio.
707. par. 1. & quæſtio. 81. pag. 32. eodem titulo. Quin-
immò Clericus fit irregularis, exhibendo in Iudicio
ſcripturam infamatoriam, vbi pęna ſanguinis ingeri-
tur, Cæpol. conſil. 78. Clar. quæſtio. 40. & ſi iniuria
ſit ob falſam cauſam vltra infamiam, etiam pęna fal-
ſi punitur, Clar. §. falſum, ver. fabricans, Diaz. in
ſua pract. crimin. Canon. cap. 87. Borgaſ. de irregul.
tit. de crimi. falſi. multò magis ſi delictum concomi-
tetur à qualitatibus delicta aggrauantibus, de quibus
aliàs dixi ſuprà, par. 1. numero 197. par. 3. numero 210.
& 295. & alibi; & illa præcipua eſt, quando verbis
adduntur facta, vt puta pictura aliqua obſcæna, &
infamis, quia ſola de per ſe habetur pro libello fa-
moſo, Scrib. in dict. l. vnica, C. de famoſ. libell.
circ. princip. Rom. conſil. 378. & Soc. conſil. 1. vo-
lum. 1. Bertazol. conſil. 265. volum. 2. idem conſil.
273. volum. 1. Clar. §. fin. quæſtio. 68. verſic. libel-
li famoſi, & ibi Baiard. numero 62. & multos al-
legat D. Borgn. Caual. deciſio. 35. par. 1. quibus in lo-
cis multa traduntur exempla, in hoc tractatu, nec alibi
nequaquam digna ſcribenda.

Secunda qualitas principalis eſt ſignificatio litte-
ris expreſſa, ad cuiuſcunque iniuriam, aut contume-
liam dicta, aut facta, vel ſcripta ſit, ad trad. per Mu-
ſcatel. loc. cit. ſub nu. 28. & 29. & DD. in d. l. vnica, C. de

Digitized by Google

libell. famoſ. Farinac. d. q. 18. num. 75. & 94. & Boſſ. tit. de iniur. num. 13. & alibi, Alba. conſil. 46. Vulpell. conſil. 126. qui dicunt animum doloſum ex tali qualitate præſumi.

Tertia qualitas eſt locus, vt ſi in publico, vel in priuatis locis, vel in magnatum Palatijs, aut in muris ſacrarum ædium; d. l. vnica, & per Muſcatel. vbi ſupra, num. 9. & pictura, ſeu ſcriptura obſcœna in locis, & muris ſacris affixa, aut aliter ſcripta, vel picta, aſſumit qualitatem ſacrilegij polluendo muros Eccleſiæ, l. ſi quis hoc genus, & in l. iubemus, C. de Sacroſanctis Eccleſijs, l. Prætor, §. fin. de iniur. Muſcatell. d. tit. numero 19. idem in tit. de Sacrileg. num. 4. Foller. pract. crim. Cano. 2. par. num. 4. fol. 172.

Quinta qualitas eſt tempus, vt in die feſto, vel quando populus magis vno tempore congregatur, Alciat. conſil. 40. num. 7. lib. 5. Bero. conſil. 161. col. 3. & 4. volum. 3. Bertazol. conſil. 257. num. 6. vol. 1. Aug. ad Ang. de Malefic. in verb. de mane, vel de ſero, circ. fin. & in ver. in ſcalis, pulchrè Farinac. tit. de delict. & pœn. d. q. 18. num. 66. 67. & 68.

Sexta qualitas eſt, quando vnà cum iniuria verbali falſum apponitur, contra virum honoratum; Boniſac. In dict. Rubr. de famoſ. libell. Plac. epit. delict. cap. 3. num. 2. Gomeſ. de delict. cap. 6. numero 1. Farinac. de indic. & tor. quæſt. 42. num. 12. & ſeq. & de delict. & pœn. quæſt. 18. num. 82.

Septima qualitas eſt, quando per libellum famoſum tota familia, aut collegium infamatur; Nam dicitur vniuerſale delictum, & tantò grauiorem requirit pœnam; l. fin. de iniur. & in l. lex Cornelia, eodem tit. Guid. Pap. deciſ. 88. num. 1. vbi de Doctoribus, Crauet. conſil. 168. num. 10.

Octaua qualitas eſt, quando libellus infamatorius cum cœtu, & vnione gentium caueretur, data opera, cum vnio ad malum in dubio præſumatur, & ſit de ſe prohibita, Boſſ. in tit. de vnio. & per Grammat. vot. 21. vbi ponderat quando noctis tempore.

Nona qualitas eſt, quando in populo ſcandalum oritur ob talem libellum famoſum, quia magis crimen aggrauatur ob ſcandalum, Abb. not. in cap. at ſi Clerici, extra de Iudic.

Decima qualitas eſt praua illorum qualitas, qui ſolent delinquere, D. Farinac. de delict. & pœn. d. quæſtio. 18. numero 80.

Tandem quibus modis hoc peſſimum crimen fiat domorum deſolator, factionum inuentor, & animarum pernicies, & qualiter quis canendo, vel lacerando puniatur, ac qualiter quis excuſetur à pœna d. l. vnicæ, Cod. de libel. famoſ. vide D. Borgn. Caualca. d. deciſio. 35. p. 5. & ideò cauendum eſt, tanquam ab igne, ob tam graues pœnas ſpirituales, & temporales inflictas; quas qui non timet, actum eſt de illo, & quàm ſit difficile reſtituere famam puellis, & perſonis honore, & virtute præditis, nemo eſt qui ignoret: videatur vltra alios Nauar. in Manual. Confeſſ. cap. 17. & Ludou. Carbo. in ſuo tractat. de reſtitut. omn. rer. Et pro complemento nota, quod actio iniuriarum reſpectu partis offenſæ præſcribitur poſt annum, Plot. in conſil. 131. numero 17. inter Conſil. crim. diuer. tom. 1. non ſic quoad intereſſe fiſci, cum per tale crimen libelli famoſi lædatur ius publicum, vt in dictis iur. Nec talis actio tollitur proteſtatione contraria, l. iubemus, §. quid tamen, ff. de act. empt. pulchrè Bertazol. Conſil. crim. 390. numero 15. volum. 2. Et ſcias, quod libellus in actione iniuriarum procedit etiam ſi iniuria ſit æſtimata vltra id quod iniurians facere poſſit, Afflict. in Conſtitution. varietates pœnarum refert Baiard. ad Clar. §. iniuria, verſic. ſed nunquid, numero 45. & 46. vbi tradit practicam quod in libello dicatur, quòd iniuriatus voluiſſet potiùs amittere centum, quàm talem iniuriam pati, Plot. in l. ſi quando, numero 285. Bertazol. conſil. 17. numero 15.

B ✱ Cæterum pœna ſortilegij eſt maxima, vt fuſtigationis, & perpetui carceris, iuxta qualitatem ſortilegij, 26. quæſtio. 5. capit. quod contra ſortilegos, Rom. ſingul. 660. & quando ſortilegium ſapit hæreſim, pœna eſt vltimi ſupplicij, Menoch. de arbit. caſ. 488. Nauarr. in dict. ſuo Manual. Confeſſ. capit. 11. numero 38. & ſequ. & an Iudex ſecularis poſſit cognoſcere de ſortilegijs, & de differentijs ſortilegiorum circa inuocationem Dæmonum ad diuerſos effectus, hic omitto, ne videar cum ſcrupuloſis altercare; vide text. & Canon. in cap. 1. & 2. extra de ſortileg. vbi Abb. & Hoſtien. in ſumma, Oldr. conſil. 210. Ioann. Andr. in Addit. ad Specul. in tit. de ſortileg. in quarta par. Geminian. in cap. Sacerdotes, 2. 5. & 6. de Hæretic. Alber. in ver. ſortilegium, Pauſ. Ghirland. eodem ſuo Tracta. de Sortileg. & in tit. de Lamijs, & Clar. in §. hæreſis, aliqua per Riminald. Iunior. conſil. 414. volum. 4. & poſt omnes latiſſimè more ſolito Farinac. tit. de delict. & pœn. quæſtio. 20. à num. 72. cum mult. ſeq.

Flagitium eſt Delictum carnale per vim contra pudicitiam alterius inſtanter attentatum. Inſtitut. de pub. Iudic. §. item lex Iulia. verſic. ſin autem. & flagitioſus apud Calep. appellatur Vir, ſceleſtis, ribaldus, & maluagius. in quo autem differat, Flagitium à Facinore, vid. Archidiac. 32. quæſtio. 7. & text. & Doctor. in l. quoniam multa facinora, Cod. ad legem Iuliam, de vi. priua. & de pœna Flagitij vid. in quarta par. ſub numero 79. litera E. Facinus verò eſt pluſquam ſcelus, & in priorem partem ſonat apud Decia. de Delic. tit. de facinore, tom. 1. char. 12. De Plagitio habui exemplum Mantuæ, Nam in terra Vitilianæ noctis tempore quidam Salinerius in via à furibus captus nolens dicere, vbi tenebat in Domo pecunias, illum cum ſtillis continuò perforando duxerunt verſus Padum, ibique ſummerſerunt, luerunt pœnas.

85 † Quæ autem ſint delicta leuia, grauia, grauiora, grauiſſima, enormia, enormiſſima, atrocia, atrociſſima, vltra relata à Clar. in dict. §. 1. & à Decia. lib. 4. qui multos titulos de eis fecit, in ſuo Tracta. Crimin. tom. 1. & 2. eſt Doctrina Bartoli in l. non ſolùm, §. ſi mandato, numero 7. de iniur. Abb. in cap. tuæ diſcretionis, numero 3. de pœn. Sforz. Odd. de reſtitutio. in integrum, quæſtio. 80. artic. 1. Cæpol. conſil. 11. colum. 4. Boſſ. pleniſſimè in tot. eius pract.

86 † & quæ delicta in domibus fieri dicantur, quæ in horto, vel curtili, aut in apotheca, in hoſpitio, in ſtabulo, in naui, & in mari, inſula, & portu, ponit Iaſ. in l. plerique, ff. de in ius vocan. à Molignat. tracta. de appellatio. nonnulla colliguntur, & à Cæpol. in eius tract. de ſeruitu. paſſim in proprijs locis, & Rubr. Fab. à Monteleo. in eius pract. arbit. par. 4. numero 638. fol. 132. & dicam infra per diſcurſum. Idem Iaſ. in l. ſerui electione, §. Labeo, numero 28. de legat. 1. Angel. de Malefic. inuen. & fecit inſultum, verſic. quid autem ſi ſtatutum, & infra numero 196. & in quarta parte, numero 86. & per tot.

Quid ſi delictum fiat, in via publica, & in Ciuitati ſint duo Iudices maior, & minor, à quo Delinquens condemnandus eſt? & breuiter dic à Iudice ſuperiori, Quia via publica inter Regalia continetur, §. 1. tit. quæ ſint Regal. hoc de ſtricto iure, tamen contrarium obſeruatur, quoniam via publica dicitur eſſe ſub iuriſdictione illius Iudicis, qui Prouinciam regit. Iacob. Nouell. in ſua Pract. de libellis circa iuriſdictionem, in fin. §. Quarto nunc, & hic Nota, quod ſi ſtatutum punit minus delinquentem in via, quàm in Platea, quod ſi platea ſit in medio viæ, vel de via ingrediatur in plateam, & per plateam eundo via ſequatur, & delictum fiat in principio plateæ, nihilominus punitur, ac ſi in platea, quoniam ſtatim, quod via intrat plateam,

definit

deſinit eſſe via. Bart. in l.fin. de itiner. actuque priuat.
refert,& ſequitur Cæpol.de ſer. vrb.præd. Rubr.de via.
num 11.12.& 13. & ſi delictum magis puniatur in via
publica, quàm in priuata, ſi per viam priuatam publi-
cè catur, nihilominus ibi ſtatutum quoque locum ha-
bere videtur, l,1. §.ſumma cum vtilitate, ff. de ijs, qui
deiec.vel effud.tenet Ang.de malefic.in.in ver.& Pen.
percuſſ.& inſult. ver.& pone Alber.de Roſat. ſuper 2.
par. ſtat. in ver. ſtatuto cauetur, quod vulnerans. con-
trarium verò tenet Cæpol. vbi ſuprà, numero 33. cu-
ius opinio ęquior videtur; vid. Bald. in l. quicunque,
colum. 2. Cod. de ſeru. fug. vbi loquitur de vulneran-
te in via, & de occidente in platea vulneratum, dum
fugit.
Et quoniam dictum eſt Brachium Regium ex cau-
ſis grauiſſimis, & occultis concedi, hic occurrit du-
bitari de eo quod ſæpè controuerſum fuit in Ciui-
87 tate Genuæ, † quæ Ciuitas cùm ſit magna Reſpu-
blica, & ab Optimatibus guberneiur, ſi contingat
fieri aliquod enorme delictum, de quo veritas mi-
nimè inueniri poſſit via ordinaria, recurrendum eſt
ad remedium extraordinarium, quo caſu ſæpè alter-
catur inter fiſcum, & partem offenſam (præſertim
ſi agatur cauſa criminalis inter nobiles, qui vellent
extraordinariè procedi contra delinquentem æquè
nobilem, ſed volunt, vt vulgò dicitur, tirare il col-
po, & aſcondere il braccio, quod vitium vndique
admodum viget, vt dici poſſit error communis)
altercatur ad quem ſpectet petere Brachium Re-
gium.
88 † Fiſcus autem exiſtimat, hanc curam ad offenſos
pertinere petendi extraordinariam prouiſionem à Se-
reniſſimo Senatu, quia paratum ſe eſſe dicit ea pro
ſui parte facere, ad quæ tenetur, & pars offenſa, &
fiſcus ambo tractant de ſeſe exonerando metu indi-
gnationis delinquentium, & eorum cognatorum;
interim ne iuſtitia retardetur, quæro ipſe quid iu-
ris? Et quidem Deciſione Cæſarea opus eſſet; nihi-
lominus pro parte fiſci allegari poteſt illud ſimile,
quod ad infirmum, ſeu ad eius caros pertinet petere
remedia, & Medicum, iuxta illud Virgilij:
Omnis in Aſcanio cari ſtat cura parentis.
Et apud Horatium habes: qui fomenta paret, Medi-
cum roget: & in Euangel. Vis ſanus fieri? Pro parte
verò offenſa poteſt dici hanc ſolicitudinem magis ſpe-
ctare ad fiſcum, qui omni cura,& via quærere,& veri-
tatem inueſtigare tenetur, vt in l.fiſci Aduocatus, C.de
Aduoc.fiſc.eo maximè, quia hoc Brachij Regij reme-
dium extraordinarium non petitur,neque conceditur,
niſi pro cauſis valdè grauibus, in quibus de conſuetu-
dine poteſt ex officio procedi, vt inquit Clar. §. fin.
quæſt.3. verſic.ſed certè. Secus in ijs,in quibus procedi
non debet, niſi ad inſtantiam partis; hoc in caſu ſpe-
ctat ad partem offenſam,& fiſcus tenetur etiam ſuis ex-
penſis,ſi non adſit accuſator, perſequi malefactores, &
89 facinoroſos, quia intereſt Reipublicæ, † vt mali pu-
niantur, l. ita vulneratus, ad leg. Aquil. Peregr. de iur.
fiſc. fol. 154. Vnde credo hoc onus ad fiſcum ſpectare,
videlicet ad procuratorem fiſcalem,non autem ad Ad-
uocatum,per l.fi.C.de procur.fiſc. tot.tit. C.de ſentent.
Aduoc.fiſc. lib. 10. niſi conſuetudo ſit in contrarium,
vt Genuæ cauetur per nouas leges, c.6. facit Clar. §.fi-
nal.quæſtio.3.verſic.ſed certè quicquid ibi, & ratio eſt,
& quæſtio. 10. verſic. fin. & text. in l.3. C. de Aduoc.
fiſc. Ad contraria autem conſuetudo reſpondebit pro
97 me, & vide ſupra, num. 41. † qui ponit multos caſus
eorum, qui non gaudent immunitate Eccleſiaſtica,
vbi pulchrè loquitur, & dat quaſdam notabiles decla-
rationes ſub num.2. circa latrones,& viarum graſſato-
res, omninò videndas in materia ſtatutorum, vbi vult
98 † quod latro viarum, qui non occidit, ſed ſimpliciter
furtum in via publica committit, gaudeat Eccleſiaſti-
ca immunitate, niſi plura, vel tetia furta commiſerit,
quoniam iſte efficitur famoſus latro, l. capitalium,
§. graſſatores, & §. famoſos, ff. de pœn. Nauar. in ſuo
Manual.Confeſſ.cap.25. ſub num.19. vbi ponit eos qui
immunitate Eccleſiaſtica non gaudent;& ſeruanda eſt,
alia Bulla Papæ Gregorij Decimiquarti in hac immu-
nitatis materia,quę vult immunitatem Eccleſiaſticam
minimè ſuffragari ſecularibus ad Eccleſiam cõfugien-
tibus pro infraſcriptis delictis, videlicet, publici latro-
nes,viarum graſſatores: qui itinera frequentata, vel pu-
blicas ſtratas obſidẽt,ac viatores ex inſidijs aggrediun-
tur: depopulatores agrorum, quivè homicidia, & mu-
tilationes membrorum in ipſis Eccleſijs,earumvè Cę-
miterijs committere non verentur: qui proditoriè pro-
ximum ſuum occiderint: aſſaſſini, hęretici,& læſæ Ma-
ieſtatis criminoſi, qui in perſonam ſui Principis fece-
rint. Sed quando iuriſdictio eſt euidenter notoria lai-
calis,ſeu Eccleſiaſtica,tũc quilibet Iudex poterit etiam
cum armis, & fuſtibus ſuam iuriſdictionem tueri, ac
defendere, ita dicit Baldus in ſua Margarita, in verb.
Iudex,quando ſcilicet de facto proceditur aduerſus eos
de facto procedi poteſt,l. vt vim, ff. de iuſtit.& iur. l.1.
ff.de vi,& vi arma.cum ſimil.
100 † At quando Clericus eſt notoriè malefactor,& fa-
cinóroſus, non incedens in habitu, & tonſura, ſi ſit in-
corrigibilis, & ter admonitus non deſtiterit ſe atroci-
bus delictis immiſcere, tũc poterit à laico retineri abſ-
que metu cenſuræ,& contra eum procedere,quia dici-
tur exclusus à priuilegio fori, Clar. §.fi.q.36.per tot. De-
cia.q.crim.lib.9. cap.30. num.11. tom.2. Farinac.q.8.
num.28. Decia.conſ.82.vol.2. Cano.in c. 1.de homic.
Rim.Iun.conſil.685.vol.6. vbi in materia delictorum
atrociſſimorum loquitur,& ne erres,vide Concil. Tri-
dẽt. Seſſ.23. & circa diſputationes vide Doctores quos
adducit Baiar.ad Clar.q.36.verſ.item quæro nunquid,
& ſi delinquens de facto eſſet ab Eccleſia extractus per
officialem laicum, cognito per Eccleſiaſticum, quod
non gaudeat immunitate Eccleſiaſtica, non poteſt ex-
101 trahens † per vim, aut vrbaniter delinquentem, ab
Eccleſia excommunicari,neque puniri à Iudice Eccle-
ſiaſtico, quia tali caſu non dicitur illata iniuria Eccle-
ſiæ,nec fregiſſe illius immunitatem etiam licentia Epi
ſcopi non requiſita, nec obtenta ſecundùm commu-
nem opinionem, quam referunt, & ſequuntur Guid.
Pap.deciſ.121. car.189. Rebuff.in conſtitut. Regni,tit.
de immun. Eccleſ.gloſ.2.num.4.tom.2.hos,& alios al-
legat Caualca.in Reper.deciſ. 1.par. in verſ. Iudex Ec-
cleſiaſticus,& non ſecularis.verſic.ad votum eſt aduer-
102 tendum. ſub num.16.17.& 18. † vbi dicit, quòd por-
tans arma prohibita,& aufugiens ad Eccleſiam, poteſt
ibi ſpoliari dictis armis à Berouarijs, & à ſatellitibus,
ſiue ſit laicus, ſiue ſit clericus, per Didac.var.reſolut. c.
20.in fin.& Clar. q.36. verſic.vlterius quæro. Sed cum
prædicta typis traderẽtur,nondum prædicta Bulla Pa-
pæ Gregor. XIIII. nata erat, nunc verò ea durante ali-
ter dicendum eſt. Vide de cõfugientibus ad Eccleſiam
latè per Farinac. q. 27. per tot. tit. de carcer. & carcer.
103 † Item quando nollet remittere laicum ad Iudicem
ſecularem, qui laicus eſt Iudex competens, vt ſupra di-
xi.& per Clar.q.28.ver.vidi.& q.57. ver.ſed hic occur-
rit. Gomeſ.var.reſol. tit. de captura Reorum, c.10. ſub
num.2.col.3.ver.& adde,trad. Cano.in c.cum ſit gene-
rale,de for.comp.vbi Maria.nu.25.& Barba.num.235.
in omnibus autẽ caſibus, in quibus Iudex ſecularis po-
teſt punire clericum pœna pecuniaria,non poterit,niſi
in bonis proprijs patrimonialibus, & nõ in alijs bonis
104 Eccleſiaſticis. † Et notandum etiam quod laicus qui
deliquit in clericum, ratione correlatiuorum non
poteſt gaudere eodem priuilegio, quo gaudet cleri-
cus, ea etiam ratione quod æqualitas in iudicijs ſit ſer-
uanda, l. non licet actori. de reg.iur.quia eſt textus qui
hoc decidit in cap. cum non ab homine de iud. & ita
practicari communiter teſtatur Gomeſ. var. reſol. tit.
quando Reus gaudet immu. Eccleſ. ſub nu.6.& nu.34.
trad. quomodo Iudex ſecularis poteſt iudicare con-
tra clericos, facit l.auxilium in fi.de minor.c.bone, in
B 3 prin.

Digitized by Google

princ.de elect.& tandem de quibus rebus,& perſonis, & quando Iudex Eccleſiaſticus cognoſcere poſſit, vide omninò Maran.de ord.iur.4 par. 11.diſt. vbi latiſſimè, & ibi nu.34.ponit caſus, in quibus Iudex ſecularis poteſt exercere ſuam iuriſdictionem in Clericos.

105 † Quintò Brachium Regium quando ex aliqua vrgenti cauſa conceditur, commiſſio debet in ſcriptis dari, ad quod ſummoperè aduertant Iudices, vt has Principum extraordinarias iuſſiones in ſcriptis per ſyngrapham, vel aliter habeant, & penes acta conſtet de eis, inibique diligenter cuſtodiantur pro exoneratione iniuncti oneris, alioquin tempore ſyndicatus, & fortè non expectabitur finis officij quod malum ſibi obuenire poſſet. Nam per teſtes poſſet difficillimè probati oretenus, vel vt aiunt, viuæ vocis oraculo emanata commiſſio Principis, niſi tabellio fuerit rogatus, vel ex ſyngrapha conſtiterit, Lap. alleg. 55. & Vant. pulchrè de nullita.iuriſd.nu.28.& ſeq. Nec credendum eſt Iudicem tale habere mandatum, l.vnic. c. de mandat. Princ.gloſ.pen. in c.fin. de offic. ord. ſicut ex ſimili de mandato procuræ, ſecundum communem opinionem eorum, qui negatiuum tenent relati à Maſcar. de probat.concluſ.1011.vol.2. & præſumitur contra officialem; qui procedit ad aliquid agendum ſine iuſſu principis, l.facultas, de iur. in ver. præſumptio, c.1. in princ. Verùm D. Capitaneus Iuſtitiæ Mantuæ eſt Iudex ordinarius maleficiorum, nec habet parem, neque ſuperiorem, niſi Principem, & eſt conſtitutus cum ſimili poteſtate, & balia procedendi ordine ſeruato, & non ſeruato, & de vi dictæ clauſulæ vide Luc. de Penna, C.de Decurio. lib.10. in exemplo, nu.7. & latiùs ſuo loco dicetur, habetque præfatus Capitaneus Iuſtitiæ liberum arbitrium, latum & amplum, ita ut etiam procedere poſſit per proceſſum informatiuum, quod proprium eſt Brachij Regij, ut in Diplomate ſeu patentibus Mantuæ exprimitur ijs ſequentibus verbis: VINCENTIVS Dei Gratia Dux Mantuæ, & Mõtis ferrati, &c. Quæ nobis de prudentia, animi integritate, optimiſque moribus Magnifici, & Excell. D.N. relata fuere. Nos ad eius operam in munere Capitaneo Iuſtitiæ vrbis huius noſtræ loco Magn. & Excell. D. N. dicto met munere functi vtendam inducunt: Idcircò præſentium literarum noſtrarum obſignatione ipſum N. eiuſdem vrbis noſtræ Capitanei Iuſtitiæ per biennium proximum creamus & conſtituimus cum mero & mixto Imperio, Gladijque ampla & abſoluta poteſtate, in iuredicendo, & adminiſtranda iuſtitia in dicta met vrbe noſtra, eiuſque ditione (oppidis exceptis, vbi Gubernatores, & Prætores ius dicunt) in quibuſcunque cauſis criminalibus, & mixtis, ac dependentibus, & connexis, & nullo laicalis fori priuilegio obſtante aduerſus noxios quoſcunque & quoſuis inobedientes, qua iniunxerit ſumma mulctandos, ſuſpectoſque de alio crimine, delicto, maleficio, & exceſſu capiendi, in vincula conijciendi, torquendi, & repetendi, prout ei videbitur, & in atrocibus etiam non præcedentibus, vel ſubſiſtentibus indiuijs; & denique vbicunque de re noſtra, ſeu Camera noſtra fiſcali agi contigerit, ſe, vt noſmet ipſi poſſumus, interponendi omni appellatione remota, niſi vllas nobis fortè, ex ſententijs ſuis denuò cognoſci placuerit, cum ſtipendio, &c. Iis quoque conferunt nonnulla decreta, & ſtatuta, quibus expreſſim cauetur D. Capitaneum Iuſtitiæ poſſe procedere per proceſſum informatiuum ad torturam, & credere teſtibus etiam inhabilibus, vt socijs criminis, & huiuſmodi in quibuſdam delictis atrocibus etiam ſine inditijs deuenire ad tormenta, & examen rigoroſum, vt ipſe practicaui tempore, quo dictum officium geſſi, & diſceſſi auxilio diuino cum amplo & honorabili diplomate boni ſeruitij, beneque geſti officij mei, & niſi vanę gloriæ applauſus effugerem, de verbo ad verbum ad æmulorum & inuidorum morſus reprimendos continentia huius diplomatis recenſerem; At Deus ſcrutator cordium ea nouit, & Sereniſſimus Magnus Dux D. meus, ac alij Principes benè certiorati fuere, quod mihi ſufficit, & in hoc propoſito arbitrij ſcias quod ſtatutum loquens de poteſtate comprehendere videtur etiam capitaneum Iuſtitiæ ſecundum Bar. in l.2. §. equidem, ff. ad Tertull.gl.in l.à Diuo Pio. §.2.de re iud. intellige ſi capitaneus ſuper eadem & circa idem Iuriſdictionem habeat quam habet poteſtas, vi.Bal. in l.non valet. C. ad leg. Iul. de plagiar. & an Capitaneus æquiparetur Ducibus, & Comitibus vi. Bar.in Conſ. Quidam cap-
107 tus. Et † ſuper præmiſſa facultate, virtute ſtatutorum procedendi ad torturam ſine inditijs, vel credi teſtibus inhabilibus, intellige quando inditia non poſſunt inueniri, alioquin Iudex habens aliunde plenas probationes peccat mortaliter torquendo reum. Andr. de Iſer. ſuper conſtitut. ſi damna clandeſtina, col.7. Ideò prius debet vti diligentia; de qua latè in 3.p.dicam. Sanè Iudices aperiant oculos, vt Notarij actorum ad amuſſim eorum iuſſiones & ordinationes ſcribant, & præcepta maximè in materia torturæ, & conſiderent diligenter importantiam reſcriptorum, vires authoritatis ac naturam clauſularum, & quibus verbis Bra-
108 chium Regium conceſſum ſit. † Nam verba reſcriptorum ſunt ſemper ponderanda, & ad vnguem obſeruanda, alioquin factum contra eorum formam non valet, Rimi. Iunio.conſ.355.nu.24.& ſeq.vol.4. & reſcripta huiuſmodi ſunt ſtricti iuris, Iaſ. in l. beneficium, in princ. C.de conſtitut. Princ. Abb. & Dec. in c.ſignificante, & in c.ſedes, de reſcr. Rimi. Senio. conſ. 410.nu.12.vol.3.Burſat. conſ.73. nu.6. vol.1. & verba reſcripti tantum valent quantum ſonant in materia ſtricta, & à iure communi extraordinaria, Oſaſc. Pedemont. deciſ.4.nu.20. Rip. de reſcr.c.1.nu.21. & 22. & 23.& in c.fi.vbi iuxta mentẽ reſcribentis reſcriptum vires aſſumit, l.ex facto, ff.de vulg.& pup. facit Afflict. deciſ. 366. nu.3. quia reſcripta iſta derogant viæ ordinariæ, & ordinariæ iuriſdictioni, Iaſ.in l. ſerui electione, nu.18.de legat.1. Apoſtil.ad Put.de ſindic. in verb. arbitrium, c.1. in princ. lit.a. Fely. & alij in c. Canonum de conſtitut.

109 † Quibus autem verbis liberum arbitrium detur vide D.Menoch.de arb.iud.q.7.& Doct. in clem. ſæpè, de verb.ſig. Scias tamen quòd verbum arbitrium intelligitur de iuriſdictione, niſi ex circumſtantijs, & alijs verbis appareat, quod ſonet liberam voluntatem, Abb.in c.1. in 3.col.d.ſeq. poſſ. & fruc. quem ſequitur Fely.in d.c.canonum ſtatuta, ſub nu.51. col.3.verſ. & adde quod iſta clauſula de conſtitut. Aliquando enim datur liberum arbitrium in procedendo tantum, quod in dubio eſt intelligendum propter rationem aſſignatam, de qua per Iaſ.in d.l. ſerui electione, nu.28. de legat. 1. & per Doct. mox adduct. Aſin. pract. in princ.
110 † quia arbitrium datum in inquirendo, & procedendo non intelligitur datum in ſententiando, iux. l. qui procuratorem, ff.de procur. vbi Butrig. Fely. in c. licet, in ver.ſummariè, nu.4.de iudic. Bar.in conſ.177. dubia occurrentia, & ſtatim dicam, non obſtante eo quod Caſtrenſ. dicit in l.ſi Prætor, ff.de offic. eius, vbi vult quod Iudex talis eſſe debeat in iudicando, qualis fuit in procedendo (ſed in l.qui procuratorem, contrarium tenet, ff. de procur.) Aſin. pract. Rubr. de mod. proceden.nu.1. & D.Menoch. quæſt.37. vbi infert ad multa, & q.38. tenet quod arbitrium datum in definiendo & exequendo dicitur datum in cognoſcendo, l.& ſi non cognitio, de re iud. Euerar. in loc. à conceſſ. conſequenti, lit. C. & infra, & q.43. & arbitrium datum in cognoſcendo operatur quod Iudex non aſtringitur ad obſeruantiam ordinis proceſſus per not. per Bar.in l.filius, ff.de Donat. & Euerar. nos allegatus ait quod arbitrium datum in condemnando, vtique intelligitur datum in abſoluendo, eſt materia l.nemo qui
111 condemnare de reg. iur. & in q.45. † ait, quod arbitrium datum ſuper cauſa principali in dubio datum eſſe cenſetur etiam ſuper incidenti, emergenti, dependenti,

Digitized by Google

dẽti,annexis,& connexis,ne continentia cauſæ diui-
dantur,l.nulli,C.de iudic.& in l.1.& 2.ff.de quibus re-
bus ad eum iudicatur, Marãt.in 4.par.6.diſtinct.nu.15.
112 † Quid autem ſint incidens, emergens, dependens,
annexum, & connexum, vltra ea quæ de teſtibus dixi
in 5.par.ſub nu.132. cum ſeq. vide plura exempla, quæ
ponunt Signorol.& Raphael Fulgoſ.in quodam Con-
ſilio inſerto ante tractat.clauſ. Cæpol.& in materia no-
ſtra Iudex prouidere debet ſuper incidenti rixarum, &
brigarum,ac diſſenſionum ad Bart.in l.ſi quis ingenua,
ff.de capt.& nedum debet coercere delicta patrata,in l.
congruit,ff.de offic.Præſid.verum etiam cauere,ne fiãt
ſiue contra perſonam, ſiue contra res, l. cum ratio, de
bo.damnat.§.ſed & maior. Inſtit. de ijs, qui ſunt ſui,&
non ſufficit punire, & auertere ne fiant delicta, ſed ex-
pedit occaſionem auferre, vt in l.in fundo, §.penult. ff.
de rei vend. & per ea quæ dicam in 2. par. num. 254.
Vnde, ſi quis eſt manu promptus ſolitus admenare, ar-
ma debent ei prohiberi,ſi eſt nimium rixoſus,aut ſcan-
daloſus debet reprimi, Clem.1.de offic.ord.cum ſimil.
ſi habet aliquod inſtrumentum, vel ſcripturam falſam,
vel viſibili vitio ſuſpectam de falſo, debet ordinari ne
illa vtatur, quoniam in ciuilibus ſuſpicio falſi habetur
pro falſitate, vt dicam in 4.parte, num.304. & 349. &
alibi. Quæ ſunt notanda ſupremis Magiſtratibus, qui
quandoque ſuæ authoritati, ſub vano prætextu dero-
gant. Ratio verò cur arbitrium datum in procedendo
non intelligitur datum in iudicando,ea eſt,quia in du-
bio duo ſpecialia nunquam conceſſa dicuntur, l. quæ
dotis,de dot.præleg. l.mulieri, vbi gloſ. ff.de condit.&
demonſtr.5.diſtinct.ad eius. Luc.de Pen.l.2.num.1.C.
de naufr.num.11. Nam mandando quod extraordina-
riè procedatur, receditur à via ordinaria, cui per ſpecia-
le reſcriptum derogatur. Iaſ.in d.l.ſerui electione, nu-
mero 18.de legat.1. Aliud ſpeciale concurreret,quia in
dubio præſumitur Principem velle vti poteſtate ordi-
naria in cæteris, ita ſing. dicit Innoc. in cap. in notum,
de elect. Felyn.in cap.cum inter,de except. D. Menoc.
113 de præſumpt.lib.2.præſum.17. † Sicuti liberum arbi-
trium datum in condemnando, & puniendo non in-
telligitur datum in procedendo, Bart.in l.ſi in lege,nu-
mero 1.& ibi add.ff.locat.& conduct. quo caſu iſte Iu-
dex non poteſt terminos arctare,vt ibi. Aliquando ar-
bitrium datur, & in procedendo, & in iudicando, &
tunc talis debet eſſe Iudex in iudicando, qualis in pro-
cedendo, & ideò Iudex debet ſeruare metam, & limi-
tes ſuæ poteſtatis, alioquin factum non tenet, vt ſupra,
& Iudex excedendo fines, tanquam priuatus facere di-
citur, arg.l.fines, ff.de Procur. Hoc verum in illa parte
tantum, in qua exceſſit, vt etiam tenet Baiar. ad Clar.
q.64.verſ.Iudex,num.11. quoniam exceſſus non ope-
ratur quidquam, ſed ad congruum modum reducetur
exceſſus, arg.l.ſi qua pœna, ff. de verb.ſignific. & ad re-
114 ctos tramites ſuæ iuriſdictionis, † alioquin Iudici ex-
cedenti de facto, niſi facultatem habuerit, poterit reſi-
ſti, D.Menoch.caſ.378. num.8. & latè dicam in 2. par-
te, immò excedendo etiam modum punitur, vt in caſ.
340.de arb.Iud. Iacob. de Beluiſ. in ſua pract. crim. in
Rubr.de quæſt.num.75. & de exceſſibus Iudicum tra-
dit Put.de ſyndic.in præfat.vbi æquè de exceſſibus Im-
peratorum, Regum, Principum, Baronum, Militum,
Conſiliariorum, Aduocatorum, Iudicum, & Officia-
115 lium. † In dubio tamen non præſumitur quod Iudex
exceſſerit,l.Herennius, §.Caia, ff.de euictio. & dicenti
contrarium incumbit probare, Ang.in l.3. C.de adult.
maximè quando proceditur ordine iuris ſeruato, ſecus
quando non ſeruato ordine iuris proceſſit, quia pro iu-
dice non præſumitur, Marſil.pract.§.ſecunda,num.81.
ſublimita, niſi ex ordine Principis expreſſo talis mo-
dus procedendi extraordinariè datus ſit, arg. l.1. C. de
mandat. Princ. Non omitto quoque,quòd ſi arbitrium
datum ſit in caſibus nouis, intelligitur tantum de inſo-
litis, niſi plenius ſit declaratum, Bald. in l. fundum, §.
frumentum, ff.de contrahen.empt. Ang.in l.1.ff.quod
quiſque iur. vbi declarat quid ſit caſus nouus. Nec præ-
termitto aliud quod authoritas data diminuendi pœ-
nam, an vtique intelligatur data augendi pœnam, &
dicitur quod non, ſecundum Abb. in cap. tranſmiſſa,
num.3.de verb.ſignific.qua de re ſemper aduertendum
eſt ad authoritatem, quam habes in emendandis, &
meliorandis ſententijs,ne erres.
116 † Sextò aduertatur ne talis facultas Brachij Regij
calore iracundiæ, aut aliqua animi occulta paſſione
concedatur, ſed ob zelum iuſtitiæ rectum, & iuſtum
maturo conſilio, & cum maxima, vrgentiſſimaque
cauſa,ne pœnitere valeat. Nam cauſa non eſt ſumenda
à ſimplici motu ſui capitis tantum, vt admonet gloſ.in
cap.conſtituerunt, 50.diſtinct. Motus quippè iniuſtus
eſt, vbi ratio deficit, text. & Bart. in l. quæſtionis mo-
dum, ff. de quæſtion. nec quiſquam ita fieri exiſtimet,
prout ſola eius naturalis ratio dictat, abſque fine boni
117 publici, † ſed authoritas regulatur ſecundum legem
ſcriptam, vel non ſcriptam iuſta cauſa, & ratione recta
danda eſt,& pariter ſic exercenda; Decia.conſil.62.nu-
mero 67.vol.3. Sigiſmun.Scacc. de iudic.ciuil.crim.&
hæret.cap.53.ſub num.24. cum mul.ſeq.quia non om-
nis naturalis ratio eſt recta in omnibus hominibus,
cap.quia diuerſitatem, vbi Gloſ.de conceſſ.præben. ſed
illa tantum,quæ à Deo eſt, not.Gloſ.in §.ſed naturalia,
Inſtit. de iuſtit.& iure. Nam quilibet abundat in ſenſu
ſuo, not. Bald.conſil.427. §.quædam mulier, vol.5. Et
118 non eſt dubium † quin Princeps ligatus ſit dictamini
rationis, quoniam Princeps dicitur animal politicum
ſecundùm Barba.in tract.de præſtan.Card. quæſ.4. ante
nu.16. vbi ait, quòd licet Princeps ſit dominus legum,
tamen non eſt dominus morum; & Nic.Boer.in tract.
de ord. conſiſtor. num. 16. appellat Principem magni
Conſilij Angelum, & de qualitatibus Principis tractãt
Doctores,in l.digna vox, de leg. & infra in 4.parte latè
119 dicetur. Prætereà † iuſſus Principis debet eſſe propter
iuſtum,bonum,& æquum, & regulari debet cum præ-
cepto naturali, & diuino, vt in §. iuris præcepta, Inſtit.
de iuſtit.& iure. Hinc eſt,quòd ſi Princeps concedat vt
procedi poſſit manu Regia, intelligitur ſecundum bo-
nam conſcientiam, & non aliter, addit. ad Bertazol.
conſil. 145. lit.c. vol.1. quæ conſcientia debet eſſe bene
informata, vt mox dicam, & debet conformari cum
terminis de iure,vel de conſuetudine approbatis, vt ſu-
pra num.24.& 25.
120 † Et Princeps dicitur lex animata in terris, quando
recta ratione iubet,aut vetat, Auth.de Conſul.cir.fi. &
in Auth.quib.mod.nat.effic.legi.§.igitur licentia,Glo.
in l.& quia, de iuriſdict.omnium iud. alioquin natura
prona ad malum, & liberum arbitrium debilitatum
propter peccatum Adæ, multoties conuertitur in ha-
bitum prauum, & quodammodo quid proprium na-
turæ illius ſit, quod præcaueri ferè non poteſt, ita natu-
rali ratione à motu irrationali ſeducta. Non enim di-
ſtinguitur inter iuſtum, & iniuſtum, ſed vt quiſque à
proprio impetu concitatur, ita faciendum dictat, facit
121 text.in Auth. de Monach. §.ſi verò, col.1. & † in re-
gendis populis ſola ratio naturalis non ſufficit, alio-
quin fruſtrà conditæ eſſent tot leges, tot conſtitutiones,
decreta, atque ſtatuta, quod non eſt credendum, ſunt
verba Imperatoris in Prooem. Inſtit. ibi nihil inutile,
nihilque perperam poſitum, vbi glo.& in princ.de no-
uo Cod.facien.& contra hos qui duntaxat in ſuo natu-
rali intellectu,immò in ſua dura ceruice ſe fundant, in-
uehit Neuizanus in quodam ſuo Inuentariolo, in illa
quæſt. an liceat plures habere libros, & Tullius lib.1.
Offic.ait, ſæpè ſit quod iniquum, & iniuſtum eſt, ipſi
iuſtum appellant,& æquum. Quicunque enim ſine le-
ge peccauerunt, ſine lege peribunt, Apoſtol. ad Rom.
cap. 2. nec valet quod prætextu arbitrij ex ſuamet cer-
tiore ſit,Rom.conſil.376.quæſtio eſt. Marſil.conſil.8.&
conſil.25. Et hoc Iudicibus valdè congruit,qui æquita-
tem à ſuo capite moderantur, & non intelligunt quid
122 ſit æquitas ſcripta, † & hęc ſeruari debet, Paul. de
Caſtr.

Digitized by Google

Caſtr.in l.Neſſenius,ff.de negot geſt. Scot.conſil.1.vo-
lum.2.Bar.in l.ſi fideiuſſor,§.quędam,ff.mand. Caual-
ca.in repet.ſuarum Deciſ.in verb. ęquitas, par.1. Bald.
de feud.tit.de milit.valuaſ.col.2.
123 † Cur autem hodiernis temporibus, nõ ſicut olim,
tàm facilè ac frequenter hæc lata poteſtas Brachij Re-
gij concedatur, & cur iura in procedendo ad amuſſim
non ſeruentur,ac via ordinaria non procedatur,ea po-
tiſſima eſt ratio, quia malitia hominum à tempore,
quo leges conditæ fuere vſque in hodiernum diem
adeò de tempore in tempus aucta eſt, vt nunc ad ſum-
mum perueniſſe dicatur; & propterea audiuimus,
quod propter multiplicitatem delictorum diluuium
fuit ſuper vniuerſam terram, Gen. c.6. deinde ſuper
quinque ciuitates pluit ſulphur, & ignis, & cum terra
omni iniquitate repleta fuerit, tunc finis mundi erit.
124 † Et quando omnia manu Regia gubernabantur,
tunc Reges iure gentium vti conſueuerant, vt in princ.
primi præmiſſi,& Marant.de ord.iud.p.3.nu.14.& 15.
& Reges propter regnum regendum à Deo creati, vt
bene regerent,& gubernarent omnia rectè. Natta con-
ſil.179.nu.13.lib.1.& vt malitijs hominum obſtarent,
vt multa in propoſ.tractat Franc.Top.polit.in pulchra
Repet.l. Princeps,§.5.ff. de legibus vbi multa & Sala-
mo, in Prouerb.8. ait meum eſt conſilium, æquitas
mea eſt, mea eſt prudentia, mea eſt fortitudo per me
Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt,
ergo ſine Deo nihil facit Deuteronom.17. in fi. & Ioſ.
c.1. Caball. milleloq.43. & 293. p.1. Et quia eò magis
hoc tempore aucta eſt, igitur ad coercendam homi-
num malitiam, reuiuiſcit manus Regia & Brachio
Regio ſummoperè nunc opus eſt: quia ſcelera præme-
ditata fluunt cum ſceleratis, vt inquit Plac.epit.delict.
125 c.16.nu.14.& † mores antiqui ferè in omnibus mu-
tati ſunt; Nam videmus multum differre modum mi-
litandi in bello ab antiquo, reperta modò ſunt inſtru-
menta bellica appellata Petardi, loco bombardarum,
Turcis tremebunda, quibus perfractæ ſunt ianuæ Ia-
uarini in Vngaria; nunc ſclopetones loco dolonis re-
perti ſunt, & Medici qui olim regulas Galeni & alio-
rum ad vnguem ſeruabant, hodie febricitantibus per-
mittunt oua & vinum, quinimò res ipſæ primam ferè
naturam amiſerunt. Non mirum igitur ſi in delictis
corrigendis extraordinarium remedium adhibetur.
126 Nam quæ † de nouo emergunt, nouo indigent auxi-
lio,l.de ætate,§.ex cauſa,ff.de interr.act.l.ſi iure,ff.de re
iud. Ne igitur delicta remaneant impunita, l. ita vul-
neratus,ad leg.Aquil.cum ſimil. ſicut impunita rema-
nerent, ſi in puris terminis perſiſteremus, Grammat.
deciſ.36. num.63. idcircò hoc remedium extraordina-
127 rium magis frequens eſt & neceſſarium, † quando-
quidem delinquentium graſſatur iniquitas, ſi eorum
impunitas tranſit in exemplum, & ſic rigidè & ſeuerè
exercenda eſt authoritas. 23. q.5.c. relegantes, Luc. de
Pen. in l.1.nu.3. C.de num. act.lib.12. Grammat.vot.
35. num.3. & dum facinoroſi publici non puniuntur,
128 publica lætitia turbatur,Grammat.deciſ.36. † qua de
re ex cauſa licet recedere à regulis iuris communis, c.
non debet, de conſang. & affin. c. ſuggeſtum, de De-
cim.l.de ætate,§.quod autem,ff.de interrog.act. Anca.
conſ.83. prima facie, & Dec. conſ. 335. viſo conſilio,
vol. 2. quandoquidem priſca illa ætas dici poteſt quo-
dammodo ætas innocentiæ reſpectiuè ad hanc præ-
ſentem ætatem,non tunc opus erat tot ſubtiliſſimis in-
quiſitionibus;abhorrenda erant remedia extraordina-
ria rigoroſitate plena,& modò perquam neceſſaria; vi-
uebant tunc temporis homines virtutibus ornati, in-
tegritate pleni, modeſti,quieti, atque iuſtitiæ ſtudioſi;
nunc tanta eſt hominum malitia,& fraudes,quantum
pollent, vt quod olim, deficientibus probationibus in
129 ſubſidium, † & pro remedio extraordinario conce-
debatur, vt erat torquere hominem liberum pro ha-
benda veritate, tex.in l.liber homo,ff.de quæſtio. & in
l. in ſeruorum, ff. de pœnis, quæ iura non ſeruantur de
moderna conſuetudine,not.Bald.in l.1.C.quor.appell.
& Paul.Ghirl.tract.de quæſtio.& tor.q.7.num.6. cum
ſeq. hodie frequentiùs dici poſſit remedium ordina-
rium, vel aliud ſuper extraordinarium, ſicut dicitur de
inquiſitione & accuſatione, quæ erat remedium ordi-
narium, & inquirere ex officio erat extraordinarium,
nunc verò vtrumque dicitur ordinarium, nec vnum
facit ceſſare alterum, ſed ambo cumulantur, & vnica
ſententia deciduntur, Clar.§.fin.q.3. & q.5. verſ.ſcias,
& ibi add. Marant. de ord.iur.4.par. diſtinct.10. Nam
de conſuetudine pro quolibet delicto poteſt procedi
ex officio, Gand.tit.quomo. cog.de malef. Clar.d.q.3.
130 verſ. ſed aduerte. Boſſ. eod. tit. † & propter frequen-
tiam delictorum occultorum non eſt mirum, ſi quan-
doque expediat credere teſtibus inhabilibus etiam in-
fidelibus, vt dixi in tract.de teſt. nu.112. & alibi par.1.
& par.4.& 5. Maſcard.concluſ.868.de probat.& latiùs
dicam infra in 3. par. quoniam hac tempeſtate nullus
vix tutus, nullus inuenitur fidus Achates ad bonum,
nullus in propria domo ſecurus, licet vnicuique do-
mus ſua tutiſſimum refugium eſſe debeat, l. nemo, de
reg.iur. Farina. q.27. nu.91.& ſeq. fol.264. & vt pluri-
mum delicta noſtris temporibus remanerent impuni-
ta propter præmeditationem,vt dixi, vnde conſuetudi-
ne & experientia hæc probantur,& etiam expedit mo-
dernos latronum oppreſſores, nedum ſcire leges, ſed
ſpeculatione maxima exquiſitaque vti, nunquam in
gymnaſijs audita, & quidem auxilio diuino opus ha-
bent, & quanto iuniores ſunt, eò perſpicatiores, nam
practica vetera antiquata videtur: at diſpoſitio d. l. in
ſeruorum, hodie parum attenditur, nam hoc tempus
alios mores poſtulat. At ſi Iudices ſtudioſi, & potiſſi-
mùm rectæ intentionis extiterint, cuncta fœliciter
agent;nam ſi oculus ſimplex fuerit, totum corpus luci-
dum erit, & Iudex noſter appellabitur beatus, potens,
diues, illuminatus, iucundus, æternæ memoriæ, intre-
pidus & iuſtus, vt de ijs omnibus legitur in Pſal. Da-
uid.111. Beatus vir qui timet Dominum, &c. & ideò
benè prius examinandum eſt iuxta Catonis dictum il-
lud: cui des videto, nam vires Brachij Regij exercere
non eſt farina pro omnibus, nec digeſtibilis ſtomacho
leui,& frigido.
131 † Septimò opus eſt videre quibus clauſulis Bra-
chium Regium concedatur, nam de eis multi multa
dixere, vt apud Bart.in extrauag.ad reprim.in ver.ſum-
mariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura
Iudicij, ſola facti veritate inſpecta, & apud Felyn.latè
de ijs, & alijs quampluribus clauſulis, in c. Canonum
ſtatuta,num.51.vbi per multas col. de conſtit. & pract.
Marant.de ord.iud.4.par.diſtinct.9.nu.32.practica Pa-
pienſ.in for.libell.in act.reali in gl.in ver.ſummariè,&
propriùs in materia arbitrij liberi, & abſoluti,hæc po-
132 nit D.Menoch.de arb.iud.q.7.8. & 9. † Prima igitur
clauſula erit,videlicet procedas ſine ſolemnitatibus:ſe-
cunda, ſecundum cor tuum: tertia, ſecundum ſenſum
tuum: 4.ſecundum appetitum tuum: 5. ſecundum car-
nem tuam: 6. ad libitum voluntatis tuæ: 7.nullo iuris
ordine ſeruato,ſed de facto:8.altè & baſſe:9.authorita-
tem noſtram impartimur, vbi declarat importantiam
dictarum clauſularum & iura, & Doctores paſſim al-
legat,quibus prædictas clauſulas importare liberum ar-
bitrium non regulatum teſtatur. Addo ipſe etiam alias
clauſulas,quibus libera & abſoluta facultas collata cen-
ſetur, videlicet Brachium Regium concedimus, vel
manu Regia procedas,de qua in gloſ.in l.2.de orig.iur.
& Bar.in fin.d.ver.videbitur additio ad Bertazol. conſ.
14.lit.c.vol.1. Aſin.pract.§.3.c.3. per tot. vel ſi dicatur
procedas viriliter ac rigoroſè,quoniam receditur à mo
do ordinario, quod eſt notandum pro Iudicibus ordi-
narijs Status Mediol. cuius excelſi Senatus proprium
eſt, in cauſis grauibus & occultis hanc clauſulam (viri-
liter) adijcere, quæ tamen in vſu ponitur ob timorem
calumniatorum querulantium tempore ſyndicatus,
præſertim in certis regionibus, qui profitentur ſemper
queru-

quærulare officiales, ſiue bonos, ſiue malos, & talis
clauſula, viriliter procedas, oritur immediatè à vigore
Principis, qui vigor iuſtitiæ appellatur à Bald. de feud.
in Procem. in ver. aliqua, vel ſi dicatur, procedas extra-
ordinario modo prout tibi placuerit; hæc clauſula ad-
dita iuriſdictioni ordinariæ importat liberum arbi-
trium, ſecundum Imol. in l. filiusfamilias, ff. de donat.
& ſumus in claris, & de clauſula procedas prout volue-
tis, habetur etiam in l. cum quidam, la 2. de legat. ſe-
cundo, ſimiliter de clauſula prout tibi placuerit, apud
D. Menoch. d. q. 7. per tot. & Felyn. in d. c. Canonum
ſtatuta, ſub nu. 51. vel ſi dixerit, committimus cogni-
tionem cum pleno, & libero arbitrio, vel facias ad
tuam voluntatem, vel quando Princeps, dicit com-
mittimus tibi, quod omnia poſſis facere, quæ nolmet
poſſumus, vel uices noſtras concedimus, quia hæc eſt
clauſula cæteris amplior, Bart. in l. creditor, §. Lucius, ff.
manda. & in terminis huius clauſulæ præſuppono Iu-
dicis noſtri authoritatem conſiſtere. Sunt aliæ duæ
clauſulæ, videlicet diſcretioni tuæ committimus, &
hæc videtur importare arbitrium boni viri, gl. in c. ſta-
tutum, §. aſſeſſorem, de reſcr. Felyn. d. c. Canonum ſta-
tuta, ſub nu. 55. col. 4. & ſic non importat liberum ar-
bitrium; alia eſt clauſula, conſcientiæ tuæ committi-
mus, vt in d. §. aſſeſſorem, & hæc ex magis communi
liberum arbitrium importat, vt videtur Fely. vbi ſupra
ſub num. 51. col. 4. & de conſcientia pulchrè Bald. in l.
fin. C. de pœn. iud. qui male iud. & per hanc clauſulam
133 † dico poſſe rectè procedi per proceſſum informati-
uum, quando ſcilicet conſcientia Iudicis eſt benè in-
formata. Pap. in d. l. verſ. ſummariè, nu. 17. & ibi addit.
lit. i, c. Sacerdos. de offic. ordin. & Put. de ſyndic. in ver.
iudicare, c. 2. vbi latè, & pulchrè in hoc propoſito mul-
ta dicit omnino videnda, & dicit quod Iudex cum hac
clauſula poteſt argui de malitia pro graui præiudicio,
& quod conſcientia dicitur quandoque triplex, ſcilicet
conſcientia ligata rebus, ligata rationibus legum, &
conſcientia motiua ab intellectu, quæ non obligat ani-
mum, & tunc Iudex poteſt ſequi conſcientiam, quæ
nemini nocet, alleg. Bald. in l. irruptione, ff. fin. reg. ſed
idem Bald. in l. fin. C. de impet. ter. dom. videtur diffe-
rentiam facere inter bonum virum, & optimum vi-
rum, cui clauſula iſta conſcientiæ applicatur, & dicit
quòd iſte vir optimus non aſtringitur ſub regula ordi-
naria per dictam clauſulam, vir bonus ſic, nu. 232.

Sed ne ad dicta Doctorum ſupra citatorum penitùs
ſit recurrendum pro faciliori & breuiori via, hic non-
nulla quæ circa ſubſtantialia dictarum clauſularum
134 Doctores attingunt recenſere volo, † & quoad clau-
ſulam Summariè, hoc importare videtur abbreuiatio-
nem terminorum & amotionem ſolemnitatum, vt
per Canon. in clem. ſæpè, de verb. ſign. Bart. Felyn. &
alios ſupra relatos, Marant. de ord. iud. 4. par. diſt. 9. po-
nit cauſas ſummarias, non tamen importat tantum
quantum Brachium Regium, minuſque importat
clauſula Simpliciter, quoniam boni viri arbitrium
importat, & quod ſit procedendum de æquitate, & non
de rigore, tenent Bart. & alij, in c. dilecti, de iudic. Car.
in d. clem. diſpendioſam, q. 41. eod. de iud. imò iudi-
cium idiotæ importat, & non viri in magno Magiſtra-
tu conſtituti, vt colligitur ex Bart. & alijs, de quibus ſu-
pra, & ſignificat, vt procedatur ſine plicis & ambagi-
bus, amotis circuitionibus, in quibus impij ambulant,
Pſal. 11. Saluum me fac; & de hac clauſula apud Bal-
dum in l. nec quicquam, §. de plano, ff. de offic. procon-
ſul. & leg. & ait, quod per hanc clauſulam tàm in pro-
cedendo, quam in admittendo debent reſecari impli-
cita & limitata, Imol. in l. 1. §. ſimpliciter, in d. verb.
135 ſig. † Similis huic eſt clauſula de plano, quæ videtur
importare idem, & quòd Iudex poſſit ferre ſententiam
non ſedens pro tribunali, quod eſt vſus nonnullarum
prouinciarum, præcipuè in ſtatu Mediolanenſi, vbi
ſententiæ, & ordinationes in Camera ſeu ſtudio ſcri-
buntur, & ſubſcriptio Iudicis deſeruit pro ſolemnitate

& publicatione, ſecus in ciuitate Mantuæ, in qua D.
Capitaneus in medio magnæ Aulæ in ſublimi loco
honorificè parato ſedens, præmiſſo terſono tubæ ma-
gna comitiua, & aſtantibus, in facie accuſatorum pro-
fert ſententias criminales, quæ res magnum terrorem
affert. Et quælibet harum trium clauſularum ſigillatim
non tantam affert authoritatē, vt omnes tres ſimul; &
hinc aduerti, quòd ſi ſimul ſunt colligatæ iſs verbis
ſummariè, ſimpliciter, & de plano, quaſi vnica oratio-
ne comprehendantur, tunc importent liberum arbi-
trium, iuxta declarationem, vt infra dicetur in fine di-
ctarum clauſularum, & per eas Iudex procedere poſſit
ſine ſolemnitatibus, vt innuuot Felyn. in c. olim nu. 5.
136 de accuſat. & Bart. in extrauag. in d. ver. de plano † cu-
ius efficacia ui geminationis ſumitur, quæ importat
firmitatem, conſenſum, & diuerſitatem iuris ab actu
ſimplici, tex. eſt no. in l. quinquaginta, ff. de probat. &
in l. baliſta. ad Trebell. quoniam dicta verba ſerioſè,
& cum myſterio ſimul appoſita videntur, vt in dictis
iur. & ſolet dici virtus vnita fortior, & in Delictis ge-
minatio arguit dolum, & in contractibus illud exclu-
dit, in vltimis voluntatibus magis comprobat men-
tem cum verbis, in Reſcriptis habet vim clauſulæ non
obſtantibus, in literis Principum ſapit motum pro-
prium & in negotijs deliberationem, ac diuerſitatem
iuris ab actu ſimplici tex. & Doc. in d. l. baliſta. ad Tre-
bellia. late Euerar. à vi geminationis. Deinde Doctores
ſupradicti videntur formare aliam orationem ijs ver-
137 bis, ſine ſtrepitu & figura iudicij. † Clauſula iſta ſine
ſtrepitu, iuxta ſignificationem vocabuli importare
videtur, vt ſecretè fiat, reſpectu loci, ſtyli & vocis. Ita ex
mente Bart. in extrauag. dictis verbis, vbi dicit Iudi-
cem audire debere partem, & teſtes in occulto, ne pan-
dantur ſecreta curiæ ante tempus, quod malè ſeruatur
in quibuſdam curijs criminalibus, vbi actuarij exami-
nant teſtes multis aſtantibus audientibus, res quidem
pernicioſa, nequaquam toleranda, quia panduntur ſe-
creta proceſſus & rei inſtruuntur, & impoſturæ paran-
tur, & iuſtitia deluſa remanet, de hac re in 3. & 4. p. pro-
138 prius dicturus ſum. † Fortè ab re non erit dicere,
quòd ex hac clauſula ille, qui ſecretò ad aures Iudicis
patefacit delictum, poterit condemnari, quod facere
poteſt, pro limitatione d. Felyn. in c. paſtoralis, §. quia
verò, in fin. de offic. deleg. & inſuper debet reijcere gar-
rulos procuratores, ſophiſticas & cauilloſas exceptio-
nes, & ſecretè conſcientiam ſuam informare, quia nil
ſecretiùs propria conſcientia, nihilominùs dicta clau-
ſula non importat, vt in totum procedere poſſit ſine
ſolemnitatibus, & eſt limitatiua tex. in l. iubemus, in
fin. C. de Epiſc. & Cler. per quem textum Iudex palam
& ante tribunal iuſtitiam facere tenetur, hinc eſt quod
ſi dicta clauſula ſine ſtrepitu ex alijs verbis importaret
139 etiam facultatem iudicandi, & exequendi † iuſtitia
exequi poterit etiam in carceribus, vt pluries ex aliqua
cauſa Principes moti, ita mandauerunt, vt infra in 4.
140 parte dicetur. † Clauſula autem quæ ſequitur ſine fi-
gura iudicij, hæc (reuera) importat vt procedatur de fa-
cto, reiectis ſolemnitatibus. Bartol. in extrauag. in eod.
verb. & hæc clauſula quoad modum procedendi eſt
valde ampla & potens. Nam per eam videtur Iudex
immunis ab obſeruantia etiam ſubſtantialium iudicij
introductorum à iure quouis poſitiuo, Canon. in c. di-
ſpendioſam, de iud. quod non intelligas de ijs, quæ fa-
ctum declarant, vt de indicijs, teſtibus, inſtrumentis &
alijs ſcripturis, quia hæc non tolluntur, ſed de cauſis,
quæ ſolemnitates ſubſtantiales iudicij reſpiciunt.
141 † Nam differunt acta cauſæ, & acta iudicij, Marant.
de ord. iud. in 5. par. nu. 55. & in 6. p. in verb. actorum
editio, num. 6. ſed probationes neceſſariæ ſunt de iure
diuino, quæ tolli non poſſunt, idem Marant. in 4. par.
diſtinct. 9. nu. 30. & 55. vbi vndecim effectus operari
ait dictam clauſulam, ad quem remitte.
142 Præterea ſequitur alia oratio, videlicet † ſola facti
veritate attenta, quorum verborum clauſula reſpicit
rantum

tantum merita cauſa ſecundum , Bart. in l. creditor, §.
Lucius,ff.mand. Afflict.deciſ.305.num.4.D. Menoch.
de arb.iud.d.q.7.& Ro.ſing.797.Felyn.in ca.1.col.18.
de conſtitut. & ſic non vagatur circa ſolemnitates &
nullitatum obiectiones, Vant.de nullit.tit. an qualibet
ſent.ſub numer.8.9.& Marani.d.diſtinct.9. nume.39.
intelligit quod Princeps nititur veritate, cui ius patro-
cinatur. De hac clauſula Pract. Pap. in d. act. real. gloſ.
ſummarie,numer.17.& Dom.de Rota concluſ. 30.di-
cunt dictam clauſulam repertam fuiſſe per Pontifices
Max. ad imponendam celerem expeditionem litibus.
Boſſ. in tit. de princ. numer. 71. & 74. Vgo.Celſ. alios
alleg.in tract. clauſul. refer. & quod virtute huius clau-
ſulæ ſola veritate uiti poſſit,& ſecundum eam procede
re firmat Aret.in cap.delecti,col. 3. de iudic.& qualiter
hoc procedat,vide Pap.ubi ſupra,ſub nu.38.& Maran.
a nume.32.vſq; ad numer.41.& Franc.Rip. in l. nam-
raliter,§.nihil commune,numer.181.ff.de acq. poſſ.di-
cit operari eundem effectum , ac ſi dictum eſſet proce-
das manu Regia. Sic placet Aſin.in d.ſua pract.§.3.cap.
3.numer.12.vbi de manu Regia. Et in multis capitulis
tractat latiſſimè quantæ ſit importantiæ hæc clauſula,
vbi cap. 12. ait reducere iudicium ad iusgentium , &
quoad merita nihil deducere poteſt,niſi in modico læ-
dere,vt in cap.27.propè finem. Veruntamen Iudex vir-
tute huius clauſulæ non poterit iudicare abſque proba-
tionibus , ſaltem præſumptiuis , ſecundum Bald. in l.
ſolam, C.de teſt.qui eſt col. approbatur , vt ibi nu.13.
& de perſuaſiua ratione reddita à teſte inhęrente Con
ſcientiæ iudicis,vi.in prac.de teſt.par.3.ſub nu.86. & in
4.par.num.74.

Reſtat nunc videre de alijs duabus clauſulis, videli-
143 cet procedas velo leuato , uel altè & baſſe . † Clauſu-
la namq; velo leuato idē ferè importare videtur quod
clauſula ſummariè , omnes citant l. de ſubmerſis, cum
gloſ.C.de naufrag.vbi velo leuato,lib. 11. de ſubmer-
ſis nauibus(inquit tex.)decernimus,vt velo leuato iſtę
cauſę cognoſcantur,cap.1.vbi Fely. col. 23. & 29. ver.
& ſi dicatur velo leuato de cōſtitut. Pap.vbi ſupra. eod.
Velo leuato, & leuare velum in propoſito noſtro eſt fa
cere iudicium de eo , quod Iudex vidit vel audiuit;
144 † nam oculis & aures ſimul ſunt teſtes certi,ex quibus
conſcientia iudicis benè informata manet, Bald. latè in
l. irruptione, ff. finium regund. & Iudex videns non
eget teſtibus iuxta illud Euang. Ioan.cap. 21. qui vidit,
teſtimonium perhibuit,et verum eſt teſtimoniam eius
& Marc.cap.14. & Mat. cap. 26. referunt dictum He-
bræorum, quid adhuc egemus teſtibus,ipſum audiſtis,
&c.tex.in cap. Deus omnipotens,§.quod autem,3.9. Et
per hanc clauſulam Iudex ſecundum conſcientiam , &
non ſecundum acta & probata procedere vel iudicare
poteſt,S.Thom.22.q.64. Et hæc eſt vna ex limitationi
bus ad dictam clauſulam,l.illicitas,§.veritas, ff. de of-
fic. præſ. licet aliqui contrarium tenent,de quibus Ca-
ualca.deciſ.19.numer.35.p. 1. Item velo leuato dici po-
teſt,id eſt,ſine metu et de more impuberum,qui ob me
145 tum faciem velant , † vel ſine rubore , in contrarium
eorum, qui cum ſcelesti,ſint non audent oſtendere fa-
ciem ob ſuas iniquitates & turpitudinem: oculos enim
pileo tegunt ; ſic perfidi iudæi Chriſtum iuſtum inter
iniquos reputauerunt velando faciem ſuam ſplendidio
rem Sole,& in deriſionem dicentes, prophetiza quis te
percuſſit, Matth.cap.26. & reſplenduit facies eius ſicut
Sol,Matt.cap.18. & Dominus dicens ego ſum , oſten-
dit ſe Deum eſſe,idcircò perfidi Iudæi ceciderunt retror
ſum, Io.cap.18.& ſic velum leuaſſe dici poteſt. Boni au
tem Apoſtoli licet ceciderunt in monte Thabor (cum
detecta eis eſt pars gloriæ Chriſti , velo humanitatis le
uato aliquantiſper)tam ceciderunt,ſed in faciem ſuam,
& non retrorſum ob immenſam claritatem Deitatis ,
quam viſu corporeo adhuc ſubſtinere non potuerunt ,
Matth.ca.17. Item velo leuato adinſtar nobilium equi
tum , qui in torneamentis adepta victoria ſtatim galeā
leuare ſolent , tanquam viri inſignes & fortes ſe oſten-
dentes,ut notat gloſſ.lit.g.§.1.verſ.nec,vt viros in Anth.
de trien.& ſemiſſ.quos & magnanimos appellat Cice-
ro lib.1.de offic. & de quibus eſt tex. in l. vnica , C. de
Athletis,lib.10. & hanc forſitè originem habuit Brachiū
forte , quod nos Regium nuncupamus. In principio
item velo leuato,id eſt,intrepidè,viriliter & abſq; exce
ptione perſonarum,nullo obſtaculo intermedio , vide-
licet amoris,pretij, metus,vis , vel odij,de quibus Put.
de ſyndic. in verb. Iudex.cap.2.11.q.3.quatuor,cum Iu
dex ſit Dei miniſter , 15. q.1.nec is.23. q.15.nō ſolum.
Sic de vultu leuatur velum ſic , ut de vultu Dei ipſius
prodeat iudicium,qui eſt via,veritas & vita,cap. vt no-
146 ſtrum,de appellat. † Sed in hoc eſt aduertendū , quod
velum leuare denotat iuſtitiam facere,ſed velum ſcin-
dere eſt nota & ſignum iniuſtitiæ & iniquitatis, vt tē-
pore Paſſionis D. N. Ieſu Chriſti legitur, quòd velum
templi ſciſſum eſt à ſummo vſq; deorſum in duas par-
tes, Marc.cap.15.& Matth.cap.17. Tandem velo leua-
to,id eſt,omiſſis ſolemnitatibus,& omnibus circuitio-
nibus, Caual.deciſ.12.numer.59.in 1. par. & vela face-
re dicitur toto conatu rem aliquam aggredi , Cicero
in 4. Tuſ.
147 † Proxima eſt clauſula ſupradicta altè & baſſe , de
qua tractant Doctores in l. & in maioribus , C. de ap-
pellat.& in cap.1.§. inter pares,in vſib. feudo. vbi libe-
rum arbitrium importare dicunt , Do. Menoch.d.q.7.
numer.41.& quando mandatur ut procedatur de facto
nullo iuris ordine ſeruato, Iudex poteſt etiam admitte-
re infamem,& quemcunq;alium inhabilem, Decia.de
delict.tom.1.nume.32.
148 † Reliquum eſt , vt pauca dicamus ſuper iſta clauſu-
la cum mero & mixto imperio,gladijq; ampla & abſo
luta poteſtate,de qua in noſtro Diplomate enarrato ſu-
pra in 4. præmiſſ. Et omiſſa cæterorum definitione me-
ri & mixti imperij magis placet, & magis congruit ma
teriæ Brachij Regij definitio Angeli Aretini,in l.impe
rium,de iuriſ.omn.iud.vbi Bart. & Iaſ. qui eam vide-
tur ſequi . Merum & mixtum imperium iuriſdictionē
eſſe , ſe verioris vltionis publicam utilitatem reſpicien-
tem , & animaduerſionem in ſcelestos & facinoroſos
homines (ſecundū mentē Bart.) adiacentē iudici nobi-
li;vel dicamus eſſe exercitiū iuriſdictionis meri & mix
ti imperij , quod competit Iudici nobili, virtute talis
authoritatis à Principe tributæ,ſecundū Iac.a S. Georg.
in ſuis inueſtit.gl.1.& 2. cum mero & mixto imperio ,
& qui habet merum imperium dicitur potens , notat
gloſſa in l.2.in ver.potentia,C.de Annal. except. & cu-
ius imperij authoritas , (quo ad iudicem noſtrum)po-
nitur in ſecundo & tertio gradu meri & mixti imperij,
& dicitur magna ad differentiam maximæ, quæ poni-
149 tur in primo gradu,† & quæ ſoli Principi cōpetit, vt
concedere legem , legitimare ,creare Tabelliones & ſi-
milia,vt per Bart.& Iaſ.d.l.imperium,ſub.nu. 24. Item
ad differētiam meri & mixti imperij parui, de quo per
Iaſ.verſ.tertius eſt gradus,in quo continetur authoritas
torquendi & relegandi . Nec non ad differentiam meri
& mixti imperij minimi quod verſatur circa delicta le
uia & modica, Iaſ.ibi,verſ. quartus eſt gradus . Verum
omiſſo primo & vltimo gradu,& ſecundum ea quæ ad
uertit in 3. præmiſſ. dico authoritatē conceſſam D.Ca-
pitaneo iuſtitiæ Mantuæ eſſe in ſecundo & tertio gra-
du,& cum myſterio ibi appoſita ſunt hæc verba , cum
ampla & abſoluta poteſtate: nam verbum ampla idem
importare videtur, quod verbum magna, ſed habet ali-
quid plus energiæ, vt apud Grammat. amplus dignita-
150 te multa præditus. † & de importantia horum verbo-
rum,ſcilicet pleniſſimi imperij,plenioris & pleni , tra-
dit Iac.à Sancto Georg. in d.inueſtitu. gloſ. cum mero
& mixto imperio ſub num. 11 . primo caſu dicit impor
tare merum imperium,ſecundo caſu mixtum,tertio ca
ſu iuriſdictionem,per tex.in c. præterea,in verb. plena-
riam,ext.de offic.deleg. & Dd. in l.omnes populi,ff. de
iuſt.& iur.& in l.cunctos populos, C.de leg. Spec.in tit.
de iuriſd.omn.iud.§.1.verſ.notandum, Cano.in c.cum

ad

Digitized by Google

151 ad ſedem,& in cap. conquerente,de offic. ord. † Ve-
rum quia merum & mixtum imperium verſatur etiam
circa cauſas ciuiles,ſecundum Iaſ.in d. leg. imperium,
num.8.& poteſt etiam competere iudicibus inferiori-
bus,igitur cum myſterio appoſitum eſt verbum abſolu-
ta,quod conuenit duntaxat maioribus Magiſtratibus,
D.Menoch.de arb.q.96.nu.6.& 20.& ſeq.Bar.in Rub.
& in leg.dies cautionis,§.ſi intra,num.4.ff.de damn. in
fecto,& qui ſint iſti maiores et ſupremi Magiſtratus po
nit Anto. Sola in Conſtit.Sabau. in tit. de falſ. Notar.
gloſ.vlt.num.12. Boſſ. tit. de for. compet. Sed merum
& mixtum imperium,de quo in tertio gradu, cũ illud
ſonat in iuriſdictionem,competit etiam Iudicibus infe
rioribus, & quod in ſecundo gradu eſt poſitũ exceſſiuè
nobilius eſt & potentius,quàm ipſa iuriſdictio,Luc. de
Penna.in l.7.ſub n.8.C.de exact.& execut. li.12. Et ad
maiorẽ declarationẽ quod talis poteſtas cenſeatur data
tantum in cauſis criminalibus,& iudicibus ſupremæ au
thoritatis, addita ſunt verba iſta gladij ampla, atque
152 abſoluta poteſtate,† cuius gladij poteſtas eſt de reſer-
uatis Principi,& non venit in generali conceſſione me
ri & mixti imperij,Bald.& cæteri,in c.1. quæ ſint rega-
lia,& Iaſ.d.l.imperium,ſub num. 20. verſ. ſed alia quæ
ſunt.& in Geneſ.cap. 9.habetur quod Deus ius Gladij
dedit Noe.& in legibus humanis multa ſunt iura de
poteſtate ac pęna gladij loquentes vt in l. quamuis. C.
de adult. l. pen.C.qui accuſ. non poſſ.l.quiſquis ad leg.
Iul. Maieſt.l.cum vir.C.de adult.l.nemo,C.de male.&
mathemat. l. 1.ff. de Abigeis. §. item Cornelia. Inſtit.
de publ. Iudic.l. Cornelia.ff.de ſiccar.l. 1. ff. de Deſer-
tor.& alias cum ijs adduc.Iacob.de Beluiſo in ſua Prac.
car 60. Quid autem ſit hæc gladij poteſtas,vide D. Me
noch.de recup. poſseſſ.rem.9.num.354.& tradita à Do
ctoribus in d.l.imperium.in princ.vbi Iaſon nu. 1.dicit
quòd gladius in propoſito noſtro ciuiliter accipitur pro
delictorum punitione,per l.illicitas,§.quę uniuerſas.ff.
de offic.præſid.cum ſimil.& tex. in l.nemo poteſt,gla-
dij poteſtatem ſignificare merum & mixtum imperiũ.
Sic placet Iaſ.in d.l.imperium,col.9.num. 20. verſ. ſed
& alia quæ ſunt,& eſt habere animaduerſionem in facino
roſos homines,& uitæ neciſq. poteſtatem. Vitæ; nã qui
poteſt condemnare,utique abſoluere, l.poteſt qui con-
demnare,in primo,de reg.iur. Necis, quia ad mortem
condẽnare poteſt,l.aut damnum §.1.ff.de pœn.& infra
dicã in 4. par. Multò magis habet poteſtatem condem-
nandi in mutilatione membri,gloſſ. in d. l. imperiũ, in
ver.animaduertendum, & Abb. in c. illorum col. 1. de
ſent.excom mu.vbi differentiam facit inter mutilare, &
truncare mẽbra, Menoch.de arb.caſ.80.n. 9.& 15. Pur.
153 de ſyndic.in ver. Iudex,c.1.n.20.† & hęc mutilandi fa
cultas ponitur inter tria genera cauſarum capitalium,
quæ in ſecundo gradu meri & mixti imperij continen-
tur,vt quando vita delinquẽtis in totum vel in partem
adimitur ob mutilationem. Item quando perditur ciui-
tas aut libertas, & poteſt ſtante poteſtate gladij etiam
contra feras beſtias ſæuiri,tex.in ca. mulier. 15.quæſt. 1.
& vltra allegata facit tex.in l.1.& tot.tit. ff. ſi quadrup.
pauper. feciſſ.dicatur,& Boſſ.in titul.de iniur.& damn.
dat. & nemo poteſt ſibi mutilare membrum, l. liber
homo, ad leg. Aquil. Archi. in cap. maritum, num.
1.33.diſtinct. Decia.de delict.lib.9.tom.2.tit. de eo qui
ſibi manus,cap.1. nu. 28. & tertius poteſt impedire ſol
uendo pœnam inuito condemnato, pro ſaluando eius
membro,Bald.& Imol.in l.1.in fin. ff. de cond. inſtit.
Ang.in ver.quid ſi non ſoluerit,& Fiſcus inuito condẽ
nato in pœnam corporalem, vel pecuniariam poteſt
exigere pœnam pecuniariam etiam quod condemna-
tus malit luere in corpus. Dec. in l.ſi quis id quod. nu.
22.ff. de iuriſd. om. iud. Clar. q.95. cum alijs adduc. à
Caball.caſ.cri.77.nu.13.& ſeq.& ſæuitur in cadauer,in
caſibus videlicet, in quibus de iure memoria defuncti
damnari poteſt,vt in hæreſi & alijs caſibus, de quibus
dicetur, & quos caſus enumerat gloſſa in §.per contra-
rium, Inſtit. de hæred.quæ ab inteſta. defer. item con-
tinentur,vt dixi,tortura & relegatio in gladij poteſtate,
ac damnatio ad perpetuos carceres,vt per Iaſ. d.l.impe-
rium,ver.tertius gradus,& de gladij poteſtate eſt tex.in
l.nemo gladij poteſtate,de regul.iur. & ibi Dec. & Ca-
gnol. Iaſ.poſt Bart.in d.l.imperium,quædam iura addu
cit ad hæc Tiraq.de retract.conſang.§.26.gloſ. 1.nu.84.
vbi dicit quod gladij poteſtas cedi vel ad aliam transfer
ri non poteſt,& allegat l.ſola,ff. de offic. proconſul. &
adde Decianum de delict.com. 1.num. 134.quod quali
ter procedat,vi. Pur.in d.ver. Iudex c.1.nu.20. Et de hac
gladij poteſtate etiam habetur in Conſtit. Reg.§.1.incip.
poſt mundi,vbi Afflict.nu. 28.ver.24. nota dicit quod
duplici modo in iure accipitur gladius materialis ſcili-
cet,& ſpiritualis;materialẽ habet Imperator, vt in pro-
œm. Inſtitut.ſpiritualem habet Eccleſia, ut 33. q. 11.ca.
inter hæc ſubiungit quod vterque gladius erat cõceſſus
B.Petro, ſed non vtriuſq; executio; & tempore Paſſio-
nis D.N. Ieſu Chriſti Apoſtolis dicentibus, ecce gladij
duo hic, Luc.cap. 22. Dominus noſter reſpondit, ſatis
eſt, & reprehendit Petrum, quando educto gladio ſer-
uo Pontificis amputauit auriculam dexteram ad præ-
ſentiam ſui Magiſtri. Nam vbi maior, minor ceſſat, l.
nemo, ff. de offic. Iud. deleg. Hinc ſupra dixi. non li-
154 cere † inferiori Iudici, præſente maiori Magiſtratu
ſententiam proferre,ex Vant.tract.nullit. ex defec.iuriſ
dict. ord. n.38.idem Afflict.vbi ſupra etiã narrat, quod
Papa habet vtrũq; gladiũ vti ſucceſſor Petri, cui vterq;
gladius cõceſſus fuit, & quod hoc cognoſcens Conſtã-
tinus Imperator reſignauit beato Syluestro gladium,
vt oſtenderet ſe non legitimè vſum poteſtate gladij, cũ
ab Eccleſia illam non recepit, ad hæc adducit Bald. in
l.cum multa, C. de bon. qui liber. & concludit quod
Rex habet gladij poteſtatem ab Eccleſia, vt in authent.
quomo.opp. Epiſc.in princ. & gladius materialis dici-
tur eſſe in auxilium gladij ſpiritualis,cuius exercitij po-
teſtas remanſiſſe dicitur beato Petro, cui gladij mate-
rialis exercitium fuit prohibitum per illa verba, mitte
gladium tuum in vagina. text. 23. q. 8.ſed non videtur
priuatus quin minus duos gladios habere non poſſit,
155 † & in ſignum huius gladij poteſtatis Genuę ante Se
reniſſimum illum Ducem eſt qui fert enſem nudum,
& eleuatum:ſic in ciuitate Lucana ante Ill. D.Confa-
lonerium;& olim Mantuæ ferebatur enſis ante D.Ca-
pitaneum Iuſtitiæ; & ita Imperatoriam Maieſtatem
depictam videmus ſedere in ſolio Maieſtatis ſuæ cum
enſe nudo in manu dextera eleuato.

Sic breuiter declaratis clauſulis liberum arbitrium
importantibus, in propoſito nonnullas ſubijciam
regulas.

156 † Prima eſt, quòd verbum arbitrium intelligitur de
iuriſdictione tãtùm,niſi ex circumſtantijs & alijs ver-
bis appareat, quòd ſonet liberam voluntatem. Abb. in
cap. 1. in 3. col. de ſeq. poſſ. & fruct. quem refert Fe-
lyn. in d. cap. Canonum ſtatuta, ſub num. 51. col. 3.
verſ. & adde quod iſta clauſula,de conſtit.

Secunda eſt regula,quòd quando verba importantia
dationem arbitrij,de quibus D. Menoch.d.q.7. 8. & 9.
diriguntur ad Iudicem, tunc non tenetur ad obſeruan-
tiam iuris,exemplum in Clem. diſpendioſam. in ver.
poteſt,de iudic.Butr. & Imol.& Felyn.in d.c. Canonũ
ſtatuta, nu. 51. & intellige non teneri obſeruare ius po-
ſitiuum, tantùm per ſupradicta,& quoadmodum proce
dendi tantùm, niſi etiam in commiſſione comprehen-
deretur authoritas libera iudicandi, vt dixi ſupra in
quinto præmiſſo, & infra dicam in 4. par. circa princ.
multò magis ſi extendatur etiam ad exequendum, vt
ſuo loco dicetur.

157 † Tertia regula eſt quòd per quæcunque verba libe-
rum arbitrium importantia, tàm in procedendo quàm
in condemnando,ſi talia verba adijciuntur alicui ver-
bo quod de ſui natura importat arbitrium boni viri,
nihilominus ſignificabunt liberam & abſolutam vo-
luntatem, Bald. in l. & ſic poſt tres col. 11.ff. ſi quis cau
tio. Iaſ.ſequitur in §. bonæ fidei,num. 14. 15. 16. 17. &
18.

Digitized by Google

18. Inſt.de act. nam verba intelligenda ſunt ſecundum
ſubiectam materiam, leg. ſi vno anuo. ff. locat. §. nūc
autem, Inſtitut. quib. mod. alic. lic. l.debitor, §. fidei.
ad Trebellia.
158 † Quarta regula eſt, quòd ſi cauſa committitur alicui
Iudici ordinario, (qui via iuris ordinaria cognoſcere
poterat) cum iſta clauſula arbitrio tuo, ad hoc vt aliquid
operetur vltra iuriſdictionem ordinariam, tunc dicitur
data commiſſio procedendi extraordinariè, quia illud
verbum arbitrium reſpectu perſonæ importare videtur
liberum arbitrium ſecundum Imol.in d.l.filius fam.ff.
de dona. & è contra ſi verba arbitrio tuo ſint directa ad
Iudicem ordinarium, qui habet liberum arbitrium ple
num & generale in omnibus cauſis, vt D. Capitaneus
Mantuæ, de quo in quinto præmiſſo, tunc tam lata fa-
cultas intelligeretur reſtricta, adeò vt reſpectu illius
clauſulæ teneretur procedere tanquam bonus vir,
159 † qui dicitur Iudex ordinarius, l.ſed ſi unius, §. Prętor,
& ibi Bart.ff.de iniur. tex.in l. continuus, §.cùm ita, de
verb. ſig. & qui conſulta patrum leges, iuraque ſeruat,
D.Menoch.de arb.in proœm.num.7.per dictam ratio
nem; circa quæ vide Baldum in l: milites, in 4.col. verſ.
ſecundo ponamus, C.de teſtam.milit. vbi loquitur de
prioribus habentibus plenum, liberum & generale ar-
bitrium, quoniam verba non cenſentur appoſita ſuper-
fluè, ſed cum myſterio, l. Baliſta.ad SC. Trebel. ſecus ſi
160 Princeps in commiſſione dixerit † procedas ſecundū
impetum tuum, quia dicitur excitaſſe tantum iuriſdi-
ctionem, quam habet, Cano.in c. licet in corrigendis,
vbi Fely. de offic. iud. ord. conferunt quæ infra dicen-
tur in materia quando Iudex ordinarius cenſeatur de-
legatus, & è contra.
161 † Quinta regula eſt, quòd verba importantia libe-
ram voluntatem non operantur ſecundum effectum
ſuum quoad tertium, ſed ſolum inter eos, de quibus di-
ſpoſitio loquitur; nam quoad tertium ſeruabitur ius
commune, Imol.in d.cap. Canonum ſtatuta, & Lap.
allegat.61. incip.viſis literis, Felyn.hanc regulam cum
tribus ſeq.tradit. in d.cap. Canonum ſtatuta, num.52.
niſi commiſſio eſſet generaliter contra quaſcunque
perſonas.
162 † Sexta regula eſt, quòd per quamcunque verbo-
rum formam clauſula ponatur, nunquam cenſetur
ablata exceptio quamuis rigoroſa acquiſita parti, quia
Iudex habet arbitrium circa proceſſum, & circa quæ
ipſe facit, non autem circa ius parti quæſitum ante
proceſſum, Bart.in extrauaganti ad reprim.ſuper verb.
videbitur in fin. Matheſ.not.is, incip.quod ſi Iudex.
163 † Septima regula eſt, quòd proceſſus factus manu
regia (omiſſo iuris ordine) debet nihilominùs intimari
parti, alioquin dicitur proceſsū fuiſſe doloſum, Felyn.
in d.cap.Canonum ſtatuta, numer.52.per tex. l. 2.C.de
decurio.lib.10.vi.nonnulla per Lancellot.pract.de Prę
tore, §. 2.cap.9.tit.de clauſ.& 93.
Et quia ſupra dictum eſt, quod per dictas clauſulas
164 tolluntur ſolemnitates iuris, † ſciendū eſt, quod hæc
dicuntur ſolemnitates iuris, libellus præcedens, litis cō
teſtatio, dilationes, iuramentum teſtium, productio ſo-
lemnis inſtrumentorū, publicatio proceſſus, concluſio,
inſtantia, de quibus in cap.quoniam contra, de probat.
& in clem.ſæpe, de verb.ſign.& in l.prolatam, C.de ſen
ten.& interloc.omn.iud. Marant.de ord.iud.d.diſtinct.
9.in princ.par.4. Pap.in for.lib.in act.real.d. ver. ſum-
marie, numer.2. Aſin.in eius pract. §. 3. cap. 3.& 4.& ad
prædictas clauſulas vide etiam Sigiſmun. Scaccia. d.
tract.de cauſ.ciuil.criminal.& hæret.cap.51.nume.30.
vſq; ad fin. & Doctores paſſim in definitione addu-
ctos, ad quos breuitatis gratia me remitto. Sed attende
quòd ſolemnitates ſunt de rigore iuris, l. Diuus, de re-
ſtit. in integr. Dec. in l.in omnibus, numer. 6. de reg.
iur. & quæ ſunt de apicibus iuris non ſunt admittendæ
à iudice noſtro, qui poteſt ommiſſis ſolemnitatibus
procedere, Nam ſolemnitates ſunt de apicibus iuris.
Bar.in l.ſi fideiuſſor. §.quidam. ff.manda. Rom. con-
ſil.430. Alber.de Roſat.in 1.par.ſtatu.in verb.iudicare,
165 verſic. 30. † Et aduertendum eſt quòd per iſtas clauſu
las ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, &
figura iudicij, Princeps dicitur relaxare rigorem ordi-
nis iudicialis, & conſequenter videntur non ſapere æ-
quitatem, Doctores in clem.ſæpe, de verb.ſign.& Vant.
de nullit.an qualibet ſent.ſub numer.9. vnde videntur
parum facere propoſito noſtro, in quo Iudicem noſtrū
plenum rigore conſtituimus ob atrocitates & immani-
tates delictorum.
166 † Octauò præmittendum eſt, ſi Princeps vices ſuas
conceſſerit, quid conceſſum eſſe dicatur, quoniam ſu-
pradictum eſt quod Iudex Brachij Regij ea facere poſ-
ſit, quę idemmet Princeps facere poteſt, ſecundum Put.
de ſyndic. in ver. arbitrium cap. 1. & 2. & per D. Me-
noch.d.q.7.& Bart. Imol.& alij in l.filius familias, ſub
numer.2.cum plurib.ſeq.ff.de donat. vbi Bartol. docet
quid facere poſſit Iudex & per regulam, de qua in cap.
ſane, vbi DD.ff.de offic.delegat. Boſſ. in tit. de princip.
numer.90. Decia.conſ.26.in 1.vol. D.Menoch. d.q.7.
167 numer. 62. † Iudex noſter dicitur ſubrogatus in locū
Principis, & vices ipſius gerere, & eius ſententia dici-
tur lata à Principe, Caualca.deciſ. 19. numer. 3. p.1.&
deciſ.41.numer.34.ea.par. vbi infert ad Iudicem cleri-
cum ſubrogatum in locum Iudicis laici, qui ſequitur
naturam Iudicis laici cum omnibus ſuis qualitatibus,
& ſubrogatus debet regulari ſecundum poteſtatem ſub-
rogantis, ca.acceſſorium, de reg.iur. Igitur cognito quid
Princeps facere de iure poſitiuo poſſit, & valeat conce
dere, vtiq; cognoſcetur quam authoritatem habet Iu-
dex noſter, & quid ei facere liceat, arg. §. 1. Inſtit. de ijs
qui ſunt ſui, vel alie.iur. Sed nunquam vicegerens tan-
tū poteſt quantū ipſe Princeps. Bal.de feu.in proœm.in
ver. aliqua & quomodo poteſt quis eſſe maius ſi ipſo
dicit Io.in cap.dudum §.nos ergo: de præben. & quan-
do quis vult ſeruire per ſubſtitutum tenetur ſubrogari
æquè idoneum, Bar.in l. 1. C.de ſuſcept. agen. in rebus
lib. 12. Sed operæ pretium eſt videre quid concedere
Princeps non poteſt, nam ex his cognoſcetur quid poſ
ſit, arg.l.ſi inter, de except. rei iud.
168 † Primò, Princeps non poteſt de plenitudine pote-
ſtatis ordinare contra iura naturalia & gentium prime
ua & diuina, quibus & ipſe eſt obnoxius, gloſ. in §. ſed
& naturalia, & §. fin. de iur. nat. gen.& ci. (quamuis
Lancellot. in tract. de attenta. in præfat.numer.69. ait
Principem limitare poſſe, diſtinguere & declarare ius
naturale) videtur tex.in auth. de conſul. in fin. Luc. de
Pen.in l.prædia, numer.22. C.de loca. præd. ciuil.li.11.
Fulgo. conſ. 143. Sed hoc poſſet eſſe circa ius naturale
ſecundarium, non circa ius diuinum. Nam licet Prin-
ceps ſit ſolutus legibus, l. digna vox, de leg. tamen non
eſt ſolutus à iure naturali gentium primæuo & diuino,
cap.ſunt quidam, 25.q.1. Euer.in ſua cent.in loc.a ple-
169 nitudi.poteſt.ver. 1. & 2. † vbi vnum mirabile dicit,
quòd Papa, nec Imperator tenentur ſeruare pacta &
contractus anteceſſorum ſuorum, quia vterq; eligitur,
cap.licet, & cap. venerabilem, de elect. fallit in ijs quæ
ſunt de natura dignitatis vt infeudare ex quo ſucceſſor
non habet cauſam à defuncto. Euerar. arg. à Plenitu.
poteſt. Doc. in l.1.ff.de conſtitut. Princ.l.digna vox, de
leg. Rol.conſ.13.num.37.cum ſeq. vo. 3. Afflict. deciſ.
391.numer.2. Et numer.4. dicit, quod licet Princeps ſit
ſupra ius poſitiuum, & poſſit mutare ſubſtantiam legis,
& nigrum in candida vertere, l. vnica, C.de rei vx.act.
nec poſſit argui, cur ita facis, c.memoriam, 19. diſtinct.
& dum tractatur de abſoluta poteſtate, non eſt quæren-
dum cur de hoc, vt habemus exemplum in Euangel.
Ioan.cap.vlt. vbi Petrus quærens, quid erit de Ioanne?
Christus reſpondit, ſi eum volo manere donec veniā,
quid ad te, &c & plura ponit Ang. in l. Princeps deleg.
tamen non debet Princeps quidquam ordinare contra
iura naturalia gentium & ciuilia, Bald.in l. ſi aquā, C.
de ſer.& aqu. Laudenſ. de Princip.q.106. quod verum
170 eſt ſine cauſa; immò † Princeps peccaret vtendo ple-
nitu-

Digitized by Google

nitudine poteſtatis ſine rationabili cauſa, Grammat.
171 vot.15.& vot.35.& fin. † Præterea Princeps non po-
teſt quidquam turpe, aut inhoneſtum concedere, quia
etſi ſit dominus legum, tamen non eſt dominus mo-
rum, Laudenſ.de crim. læſ. Maieſt.q.8.nu.2.text.in l.3.
de leg.immò licet ſit ſolutus legibus poſitiuis, tamen le
gibus viuere debet,l.digna vox,C.de leg. & ſecundum
Theologos Princeps tenetur actiuè ſeruare legẽ, quam
fecit, vt in l. Princeps, ff.eod.de leg. Laudenſ.d.tract. q.
54.alioquin peccaret, vt ait Decia. conſil.91. num.13.
vol.2. & DD.in l.cunctos populos, & in l. omnes po-
172 puli,ff.de iuſt.& iur.eamq; ob cauſam Princeps † nõ
poteſt tollere citationes reſpicientes reorum defenſio-
nes,quia ſunt de iure diuino, Vãt. vltra alios in ſuo tra-
cta.de nullit.an quælibet ſentent.& cap.3. nu.12.& 13.
Marſ.ſing 388.incip.defenſio.& in reper.l.1.C.de rapt.
virg.& latiùs in repet.l.de vnoquoque,de re iud. Affli-
ctus tamen in deciſ.283. & Doctores in c.ex parte, il 2.
de offic.deleg.dicunt,quòd prima citatio eſt de iure di-
uino,cæteræ quæ ſequuntur de iure poſitiuo; ſed reuera
prima citatio reſpicit cõſtitutum, & ſecunda defenſio-
nem, vtraque videtur de iure naturæ, & diuino, tertia
verò quæ fit ad audiendam ſententiam,fortè dici poteſt
de iure poſitiuo, vt in c.2.& 3.Gen. & in c. ſerpens, de
pœnit.diſt.1. Sat eſt quòd citatio omitti non poteſt,nec
diſſentit Afflict.deciſ.301.nu.6. non obſtante quacun-
que clauſula liberum arbitrium importante, D. Me-
noch. de arb. q.17. per tot. & cum clauſula de plenitu-
dine poteſtatis,vel ex certa ſcientia,Card.& Imol.in c.
ſi quando,de reſcr. vbi Felyn. ait,quod nõ obſtantibus
173 dictis clauſulis † ſi parendo Principi imminet ſcan-
dalum,poteſt ſuperſedere, & ſuperſedens laudabitur,
& de dictis duabus clauſulis idem importare dicit E-
uetar.in loc.cit. à plenitudine poteſt. verſ.ſeptimo, vbi
174 etiam de clauſula, † nulla iuris ſolemnitate ſeruata;
& quamuis concedatur, quòd manu Regia procedi
poſſit etiam in cauſis priuilegiatis, nihilominus cita-
tio requiritur quando (vt dixi) defenſionem reſpicit,
Bertazol.conſil.359. num.23. vol.2. Aſin.in ſua pract.
§.7.limit.36. num.4. & ſeq. vbi contraria in fin.conci-
liare videtur, & quoad condemnandum, Maſcard. de
probat. concluſ.1366. Nam quoad procedendum tan-
tum, vt plurimum, ſtante magna probationum diffi-
cultate;& delicti atrocitate, virtute Brachij Regij pro-
ceditur ſæpè per proceſſum informatiuum,prout idem
Princeps facere poteſt, Boſſ.tit.de princ.num.77. & in
tit.de indic.& conſi.an.tor. nu.142. Follet.pract.crim.
verſ.& ſi confitebuntur,nu.41. Burſat.d.cõſ.101.vol.2.
Vaſq.controuer. Illuſt.vir.c.31. nu.8. Verùm Princeps
ex iuſta cauſa poteſt omittere citationem, ne ſub præ-
textu iuris, & naturalis obſeruantiæ iniquum ſortiatur
effectum. Vivi.op.710.nu.5. D.Menoch. de arb. q.17.
vbi loquitur de Iudice, & Gabriel.de iud.concluſio.1.
num.31. vi.in 2.par.ſub num.78. in propoſito ſanctifi-
candi Dies feſtos. Sed Decia cõſil.18. num.284. vol.2.
inquit, Principem poſſe tollere modum, & horam ci-
tandi,non autem citationem ipſam, Afflict.ſuper con-
ſtit. Regn.in ver.inquiſitione,§.item dura, nu.3. lib.1.
175 quia † in ijs quæ ordinem non ſubſtantialem reſpi-
ciunt, Princeps poteſt prouidere, adimere, & ſupplere,
ſicut eſt modus citandi, Marant.de ord.iud.par.4. diſt.
9.& Vant.de nullita.ex defec.citat.nu.123.vbi licet pri
ma facie contrarium tenere videtur, nihilominus lo-
quitur de ordine ſubſtantiali, & non de inſubſtantiali,
& in tit.de nullit.ex defec.proceſſus, nu.15.& ſeq. de-
176 clarat † ordinem duplicem eſſe, vnum de ſubſtantia,
& hic ſi peruertatur, vitiat; alterum de iuſtitia, & hic
non vitiat: & de ſubſtantia iudicij eſſe ait libellum, ci-
tationem, litis conteſtationem, iuramentum calum-
niæ, cauſæ examinationem,probationes, & ſententiã,
& alia de quibus per eum num. 17. 18. 19. & alijs ſeq.
177 † Sed de ordine iuſtitiæ ſecundum Hoſtienſem in
Sum.tit.de ſent. §.qualiter ſunt poſitiones, & reſpõſio-
nes teſtium,& inſtrumentorum, productiones, publi-
cationes,interlocutiones, renuntiationes, cõcluſiones,
& allegationes. Nihilominùs in materia Brachij no-
ſtri Regij ſic dici poſſet ex abundanti, quòd ordo ſub-
ſtantialis ſit Iudex, actor, & reus, vt in ijs tribus per-
ſonis iudicium conſtare dicit, Marant.in ſua pract.p.1.
num.4.quoad Iudicem non poteſt iudicare, niſi inter-
loquatur,condemnet, vel abſoluat; quoad actorem te-
netur querelare, & querelam proſequi, cuius loco ho-
die poteſt etiam ex officio procedi, vt dictum eſt. Sed
in hoc vnum eſt, quòd ſiue ad querelam, ſiue ad de-
nuntiam, vel ex officio procedatur, requiritur talis
qualis præambula delicti, & delinquentium ſcriptu-
ra, ſeu præfatio, quæ loco libelli, ſeu accuſæ ſuccedit.
Quoad reum debet examinari, & ſuis loco, & tempo-
re defenſio dari, vt in 3. par. dicetur, & ſi eſt abſens
citari, & in contumaciam condemnari. Et hæc adeò
ſunt de ſubſtantia,vt à nullo omitti poſſint. Cæterùm
quòd Princeps terminos abbreuiet, vel dilationem
non concedat, vel modum citandi, & defenſiones
non præbeat ante torturam reo, & alia quæ à iure po-
ſitiuo ſunt introducta, non eſt dubium, quòd ex cau-
ſa omittere poteſt in procedendo, ſed in condemnan-
do non poteſt indefenſum condemnare, vt infra di-
cam. Nam etſi proceſſu per proceſſum informatiuum,
tamen perfecto proceſſu offenſiuo, ſequitur proceſſus
defenſiuus, & in ijs duobus mandatis pendet omnis
178 diſputatio, † quoniam de ſubſtantia iudicij, & iu-
ſtitiæ ſunt proceſſus offenſiui, & defenſiui: modus
verò fabricandi hos proceſſus non eſt de ſubſtantia,
niſi quòd alter alterum ſequitur, primò informatiuus,
ſecundò defenſiuus, & hæc ex vera practica abſque al-
legationibus ſumuntur, ad quæ tamen vide Doctores
in l.prolatam, C.de ſent. Hoſt.in Summ. & Marant.in
l.2.3.& 4.par. & per tot. Doctores quos adducit Vant.
de nullit.ex defec. proceſſ.num.18. cum mult.ſequ. vbi
dicit, quod Doctores explicite loquuntur, & ipſe ſe-
dem propriam non ſinit ſubſtantialibus iudicij, quo-
niam modò ait, modò negat, vt ibi eſt videre, & per
Aſin.in ſua pract. in Rubr. Spec.in tit.de iud. & in tit.
179 de ſenté.per totum. Rurſus quoad citationem † licet
in die feriata citatio non teneat, l. ex quacunque, ff. ſi
quis in ius voc.non ierit: tamen ſecus eſt quando pro-
ceditur authoritate Principis, qui etiam poteſt citare
in ferijs in honorem Dei,ſecundum Bar.in d.l.ex qua-
cunque,col.fin. Lanfranc.de Oria. in c. quoniam con-
tra.ver.citationes,in fin.de probat. c.veniens, de accuſ.
Et in materia ſtatutorum Friuzani aduerte, quod dies
in quibus operatur à die Circumciſionis vſq; ad diem
Epiphaniæ, non intelliguntur feriati in honorem ho-
minum, ſed in honorem Dei, quia propter Natale
D.N. à Vigilia, vſque ad totum diem Epiphaniæ feriæ
in honorem Dei introductæ ſunt, & attẽditur id quod
principaliter fit, non quod in conſequentiam venit,
Auth.quomo.opp. Epiſc.in princ. Stat igitur firma con
cluſio,quòd non tenetur ſeruare Iudex noſter iuris po-
ſitiui ordinem, Bald.in procem.ff.circ.princip. Verum
180 non credas † reum indefenſum poſſe condemnari
etiam ſi ex aliqua vrgenti cauſa deuentum fuerit ad
torturam non datis prius defenſionibus, quia nulla
lex, nullus Doctor, nullus practicus hoc dicit, nec vl-
libi contrarium ſeruatur, immò ſunt textus clari, &
aperti prohibentes neminem condemnari poſſe, niſi
dato termino ad ſe defendẽdum, vt in l.3. §.ſi ad diem,
ff.de re milit.text.cum gloſ. quem dicit eſſe ſingular.in
181 l.1.ff.de ſur.bal. † At ſi per proceſſum informatiuum
procedatur, hoc non fit ſemper, ſed quando atrocitas
delicti, & difficultas probationum, & mala qualitas
delinquentis hoc expoſcit, vt infra clarius demonſtra-
bitur, nec reus poteſt conqueri, nec alius, quòd Iudex
noſter illum indefenſum torſerit, quando antequam
torqueatur fit teſtium repetitio cum interrogatorijs
rei, vel ſaltem reo monito ad dandum interrogato-
ria, & ſæpè numero fit confrontatio teſtium cum
reo, de quorum repetitione, & confrontatione ſatis

Digitized by Google

dictum eſt, de teſt. in 5. par. num. 200. & ſeq. & nu. 206.
cum ſequ. & ſic tanquam præſens, & non ignarus ea-
rum, quæ contra ipſum exiſtunt, habetur, ac ſi citatus
eſſet, vltra quod monitio generalis deſeruit pro cita-
tione, quæ fieri ſolet immediatè facto conſtito, vid. ta-
men infra par. 3. num. 119. & in hoc propoſitu ſcias,
quod ſi Reus petierit teſtes contra eum pro informa-
tione Curiæ ſumptos, repeti cum ſuis interrogato-
rijs, quod demum (publicato proceſſu) non poterunt
à Reo repulſari, poſtquam videtur approbaſſe eorum
fidem cum dictis interrogatorijs, per reg. de qua in l.
Pomponius. ff. de negot. geſt. prout dixi in pract. de
teſt. num. 215. par. 4. vbi verum dixi quoad perſonam,
ſecus quo ad eorum dicta. Qua de re ſi datis interro-
gatorijs facta fuerit proteſtatio ſaluo iure opponendi
contra dicta teſtium, & contra perſonam, tunc bene
poterit vti dicta proteſtatione, vt dixi in d. prac. de teſt.
& latè per Baiar. ad Clar. in q. 49. verſic. item ſcias, ſub
nu. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. & ſequ. Nec poteſt Princeps
182 † deneгare iuſtitiam, cui competit actio, licet poſſit
tollere actiones, & manu Regia poteſt miniſtrare eam,
prout ante inuentas actiones, Anton. à Petr. de poteſt.
Princ. c. 25. limit. 6. nu. 73. Item licet Princeps non te-
neatur ſeruare inſtantiam, Alexan. conſil. 50. in 2. vol.
D. Menoch. q. 8. nu. 22. & eſt omnium ſententia, in d. l.
prolatam, C. de ſent. & in clem. ſæpè, de verb. ſig. poſſit-
que Princeps abbreuiare omnes terminos, vt ibi: tamẽ
non poteſt adeò anguſtare illos, vt impoſſibile ſit tam
citò incumbentia facere, arg. l. quibus idem, ff. de ſtip.
& dixi de teſt. in 5. par. num. 212. Sicuti nec in tàm ar-
cto carcere tenere reum tempore defenſionis, vt non
valeat ſe defendere, vt alias dicturus ſum.
183 † Hinc eſt, quod peſſimè fit, quando reus à Iudice
ſatagente renuntiari defenſionibus perſuadetur, quo-
niam defenſiones ſunt de iure naturali, cui derogari
non poteſt, Clem. Paſtoralis, §. fin. de re iud. Menoc. d.
q. 7. nu. 10. & q. 84. nu. 4. & Vital. tract. clauſul. num. 1.
col. 3. Et prædicta procedunt etiam in notorio delin-
quente, quamuis nullam competere defenſionem cer-
tum ſit, non obſtante clauſula cõſcientiæ tuæ commit-
timus, Boſſ. in tit. quib. mod. proced. in notorijs crimi-
184 nibus, nu. 4. & 5. & infra dicam † in materia notorij,
in qua multa fieri poſſunt ſine ſolemnitatibus, quæ a-
lias fieri non poſſent, ſi factum non eſſet notorium,
Marſ. in pract. §. aggredior, à num. 125. vſque ad fin. vel
niſi cum authoritate Brachij Regij procederetur. Por-
rò nullum crimen eſt adeò notorium, quod nõ habeat
185 aliquam excuſationem, † tamen in crimine noto-
rio, & quando Iudex eſt omninò certus reo nullam
competere defenſionem, ſi reus ex ſe petat expediri, &
dicat nullas habere defenſiones, hoc in caſu poteſt ex-
pediri, maximè ſi eſt vir facinoroſus ſine ſcrupulo ſta-
tim, vt in l. ſi quis filio, ver. niſi fortè, ff. de iniuſt. rupt.
teſta. l. prouinciarum, C. de fer. præſertim à Iudice libe-
rum arbitrium habente; vel quando hac proteſtatione
non obſtante immineret periculum ſcandali, vtique
expediri poſſet, l. non eſt ſingularis, ff. de re iud. & infra
dicam in materia ſcandali vitandi, in 4. par.
186 † Et formam defenſionum de iure poſitiuo intro-
ductam Princeps tollere poteſt, ſed nunquam defen-
ſionem, Cartar. tract. de execut. ſent. cap. Bann. vbi de
communi teſtatur, c. 3. nu. 34. ſequitur Farinac. de in-
dic. & tor. q. 29. nu. 26. Quando autem poſſit renuntia-
ri defenſionibus, & de eius practica vide in tract. clau-
187 ſul. Vital. † vbi tractat, ad defenſionibus poſſit renun-
tiari, & dicit, quòd defenſionibus de præſenti renun-
tiari non poteſt, per l. tale pactum, ff. de pact. vbi pro-
pria ſedes, niſi conſtet nullam competere defenſionem,
ſi ſumus in dubio renuntiatio tenet, l. 1. §. ſi quis vltro,
ff. de quæſt. Eſt verum, quòd poteſt reuocari renuntia-
tio, per gl. l. 1. de fur. balne. vi. quæ ſcripſi, de teſt. ſub nu.
72. par. 3. Poſtremò ſcias quod ordo procedendi Curia-
rum ſecularium etiam ſeruari debet contra Clericos li-
tigantes, coram Iudice ſeculari, not. gloſ. in c. quod Cle-
ricis, de foro compet. Nam quo ad ordinem proceden-
di attenditur ſtylus illius tribunalis, l. 3. §. fin. ff. de teſta.
Bar. in l. 1. C. de Summa Trinit. & Fide Cathol. Cum.
conſil. 139. Caball. Milleloq. 614.
188 † Item Princeps quemquam damnare nequit, niſi
prius conſtet de delicto, Caſo. de tor. c. 1. Clar. §. fin. q. 4.
Farinac. q. crim. qu. 2. vbi latè, & Marſil. in ſua pract. §.
poſtquam, & hæc eſt omnium theoricorum, & practi-
cantium communis concluſio, & obſeruantia. Et quia
quædam ſunt delicta facti tranſeuntis, de quibus nul-
la remanere ſolent veſtigia, vt delicta carnalia, blaſphe-
mia, furta ſine fractura, & percuſſiones ſine liuore, &
tumore, & ijs ſimilia, vel illa delicta, quæ conſiſtunt in
prauitate animi, vt hæreſis, prout plenè explicantur à
189 Clar. d. quæſt. 4. hoc † in caſu ſtatim porrecta querela
procedi poteſt ad capturam iuxta terminos, de quibus
in 2. par. dicam, & ſine mora ſumendæ ſunt informa-
tiones; de alijs verò delictis, quæ ſunt facti permanen-
tis, vt incendium, homicidium, inciſiones arborum,
vel ſegetum, vulnera, & ijs ſimilia, oportet vt ante
omnia conſtet de corpore delicti, poteſt enim con-
ſtare de delicto per teſtes, etiam in ijs, in quibus veſti-
gia nequaquam remanent, vt dixi de teſt. p. 2. nu. 104.
& 107. par. 3. nu. 155. & per Maſcar. de probat. concluſ.
488. volum. 1. Sed non poteſt conſtare de corpore deli-
cti, niſi in proximis delictorum exemplis, vt infra di-
190 cetur. Et hic aduertendum in † practica, quòd de-
licti corpus debet oculis ſubijci, & in actis curiæ ex-
pedit omnia ſcribere, & etiam exhumari cadauer, ſi
ante viſitationem ſepultum fuerit, Farinac. alios alle-
gans, tit. de inquiſitione, q. 2. nu. 5. item omnia vulne-
ra deſcribantur, & indumenta offenſi, & quo genere ar-
morum, ſi cæſim, aut punctim, & in qua parte corpo-
ris; item quando viſitaretur nemus, ſeu viridarium, in
quibus arbores fuere inciſæ, deſcribantur qualitates,
quantitas, craſſitudo, & omnia, an nouellæ, vel ve-
teres extiterint, nunquid cæduæ, vel non, aut fructi-
feræ; ſimiliter ſcribantur fracturæ hoſtij, vel feneſtra-
rum, arcæ, & huiuſmodi, & ſic omnia iuxta genus
delictorum qualiter, quantum, & quando, vbi, & à
191 quibus ſi fieri poteſt. † Si autem non reperitur cor-
pus illius, qui dicitur occiſus, vel vulneratus, tunc per
informationes poterit taliter Iudici conſtare, vt etiam
ad torturam deueniri poſſit, Clar. quæſt. 64. verſic. de-
bet autem, Grammat. vol. 2. & per famam conſtare di-
cetur de delicto, Maſcard. de probat. concluſ. 354. num.
45. Gabriel. de delict. concluſio. 17. Farinac. d. q. 1. nu. 6.
Et quid ſi aliquis dicat interfeciſſe hominem, vel ſit
publica vox, & fama, & non reperiatur Cadauer,
tunc debet Iudex perquirere à notis, & vicinis, cuius ſis
inueſtigando cauſam, & perſonas. Anton. Scap. tra-
192 cta. iur. non ſcript. lib. 5. cap. 3. † Et ſi reus confitetur
præcedentibus indicijs (adhuc non conſtito de deli-
cto) poterit puniri. Clar. quæſtio. 55. verſic. poteſt
etiam, & verſic. quomodo autem, col. 1. ibi benè ve-
rum eſt, præcipuè contra aſſaſſinos, & famoſos latro-
nes, Caſſa. in Conſuetud. Burgund. Rubr. de Iuſti-
ces, §. 5. verſic. 7. in addit. circ. fin. Et ex his colligi-
193 tur, † quòd de delicto conſtare debet triplici de cau-
ſa ad triplicem effectum: primò ad inquirendum, &
ſufficit querela; ſecundò ad torturam, & ſufficiunt te-
ſtes; tertiò ad condemnandum, & debet conſtare de
corpore delicti, ſi fieri poteſt. Verùm ſufficit quando-
que conſtare de delicto, & quomodocunque ſi Gandi-
no credimus, in tit. de præſumptionibus, verſ. aliud etiã
nota dignum, vbi dicit per teſtes, vel aliud inditium,
vel per euidentiam facti probatur, quod quis deliquе-
rit, & verum dicit. Sed ad hoc vt de corpore delicti
194 conſtet, expedit videre corpus, vt prædixi. † & ſi non
poterit per euidentiam conſtare, tunc adhibitis prius
diligentijs per teſtes ſat erit. Vnde dicimus, aliud eſſe
conſtare, quòd delictum fuerit commiſſum, puta à
Petro. aliud eſſe conſtare de corpore damnum paſſi à
Petro, & hoc eſt quod innuere videtur Clar. d. quæſt. 4.
vbi

Digitized by Google

vbi ait, aliud eſt conſtare de delicto, aliud eſt conſta-
re delictum fuiſſe commiſſum. Nec ſufficit conſtare
195 de delicto, † ſed neceſſe eſt habere indicia, antequam
reus condemnetur, Grammat. vot. 32. num. 9. vbi di-
cit Principem non poſſe torqueri facere reum ſine in-
dicijs, de quibus in 3. pat. latè tractabitur, facit Rolan.
à Valle, conſil. 12. num. 32. vol. 3. Plot. in l. ſi quando,
num. 635. & ſeq. C. vnde vi. Maſcard. pract. §. 2. quæſt.
num. 6. Caſon. de torm. c. 5. nu. 6. Quod eſt notandum
contra illos Iudices, qui ſub prætextu baliæ torquêt in-
culpatos abſq; indicijs, ſed duntaxat ad ſolam querelã,
& miſeri illaqueant animam ad gehẽnam, & fortè in-
196 cipiunt in hoc mundo luere pœnas. Et in † propoſito
indagationis corporis delicti, ſeu eius in quem deli-
ctum ſequutum eſt, deſcribendus locus in quo cadauer
repertum eſt cum ſuis cõfinibus, Columba. in for. pro-
ced. extraord. in cõtrouer. capital. cap. 23. Scacc. de cauſ.
ciuil. crim. & hæret. c. 83. nu. 12. de Iud. item quomo-
do ſepultum manet, quia certioratus Mantuæ fui de
quodam interfecto homine reperto in præſepio, & ſe-
pulto adhuc viuo, vt ex coniecturis apparet, cum (vt re-
latum eſt) fouea eſſet ſatis longa, & tamen cadauer re-
pertum fuerit ſtare rectum, ſed genibus flexis, ſeu cur-
uis, ac ſi ſedere videretur ſub pedibus, cum vna manu,
& brachio recto verſus caput, alio brachio verſus go-
nua, & in ventriculo foramen latum baculo factum,
quod iudicatum fuit tunc temporis ſceleſtiſſimè, quan
do illum miſerrimum terra cooperiebant intus fo-
ueam, adhuc viuum fuiſſe factum, & facinoroſi aſ-
ſaſſini cum baculo illum impulere, caſus quippe hor-
rendus, & ſic reperto cadauere eo modo fuit indicium
atrocioris delicti: ſed vnus ex dictis aſſaſſinis coram
me ductus, & pluries tortus, tandem faſſus eſt deli-
ctum; & luit pœnas, vide Farinac. dict. quæſtio. 2. per
tot. & Scacc. d. cap. 83. num. 3. cum plur. ſeq. vbi vide-
tur non ſatis eſſe conſtare de delicto, niſi perquiratur
etiam an ſcelcratè factum ſit, & dat plura exempla
197 Boſſ. in tit. de delict. num. 3. † Rurſus ſi occiſus repe-
riatur, ſed ignoretur qui ſit homo ille, & de qua Patria,
ſolet cadauer exponi in publicis plateis ad effectum, vt
recognoſcatur, nec refert ſi nomẽ ignoretur, quia nihi-
lominus reperto delinquente puniri poteſt, Clar. vbi ſu
pra, q. 4. ver. quando verò, col. 2. Ant. Columba. pract.
proceden. extraord. ar. 41. tex. in l. ſtigmate, C. de fabri-
cen. lib. 11. Vnde dicitur, herus per aſinum cognoſci-
tur, text. in l. cum diuerſis, ff. de relig. & ſumpt. fun. vbi
iuriſdictio illa præualet verſus quam occiſus faciẽ ver-
tit, & vbi eſt caput, ibi præſumitur fuiſſe patratum de-
lictum, per dicta iura, & per Felyn. in cap. ſignificaſti,
il 2. de Homicid. Blan. de indic. numero 188. cum ſeq.
Iacob. de Beluiſ. in ſua pract. in Rubr. de quæſt. nu-
mero 12. Bart. in l. ſtigmate, per illum textum, C. de fa-
bricen. lib. 10. vbi Luc. de Pen. & de Delicto cępto in
vno loco, & conſumato in alio, & in exoneratione
ſclopi contingit inter duos confines. vid. Decia. de De-
lict. Tom. 1. lib. 4. cap. 17. vbi infert ad multa, & ex d.
tex. ſtigmate, deducitur quod vbi Papa, ibi Romana
Curia, vt cap. 2. de priuileg. in 6. & Cano. cap. ego N. Gl.
Apoſtolorum, de iure iuran. hic quoque dicitur quod
data poſſeſſione maioris Caſtri, intelligitur data de om
nibus alijs in dicta iuriſdictione: ſic adepta poſſeſſione
per Epiſcopum Eccleſiæ Cathedralis, vtique intelligi-
tur adepta de alijs Eccleſijs ſub ſua Diœceſi, ratione
prædicta, quia maius dignum trahit ad ſe minus di-
gnum, per Iacob. de Bellouiſ. in ſua pract. d. tit. de fug.
Reorum, & in tit. de quæſtio. ſub num. 120. & 121.
198 † Quinimmò etiam ſi Iudex erraret in nomine delin
quentis, nihilominùs poterit procedere conſtito cor-
pore, & de cæteris qualitatibus, Marſil. pract. in princ.
poſt num. 17. Natt. conſil. 442. vol. 2. Farinac. d. quæſ. 2.
num. 28. & ita ſeruatur; & de corpore delicti in furto,
& in eo qui ſuffocatus repertus eſt, an caſu, vel dolo
contigerit, vide eund. Farinac. num. 14. cum ſeq. & nu-
mero 29. vbi excitat ſigna, & indicia.

199 † Præterea poterit etiam de delicto conſtare per ſen-
tentiam condemnatoriam latam ab alio Iudice ſub
diuerſo præcipuè, Boer. deciſio. 164. num. 10. Clar.
quæſt. 54. verſic. ſed pone, & de conſuetudine ſeruatur
contra Bannitos.
200 † Item de delicto poteſt conſtare ex præſumptioni-
bus, & coniecturis, præſertim quando agitur de ſalu-
te animæ, & id tutiùs fit, vt per D. Menoch. de præ-
ſumpr. lib. 5. pręſumpr. 2. num. 40 Farinac. d. q. 2. nu. 12.
vbi in occultis, & difficilis probationis non dubitatur.
201 † Sanè delicta quæ domi, noctu, & in occulto fiunt
ſine teſtibus etiam præſumptionibus probantur, Me-
noch. præſumpt. 9. num. 28. & 58. lib. 1. Foller. pract.
crim. in ver. capiat informationem, per tot. illum ver-
ſic. D. Farinac. in ſuo pulchro tract. de teſt. q. 62. nu. 33.
& ipſe latiùs dicam in 4. par. num. 98. & ſeq. & in 3. p.
nu. 266. & Clar. qui exemplificat circa atrocitatem de-
licti patrati ad præſentiam Summi Pontificis, in §. 1.
verſic. ſunt ibi quinimmò, & in propoſ. in 2. p. nu. 111.
cum plur. ſeq. & Boſſ. in tit. de iniur. recenſet nu. 5. quę-
dam exempla illorum, qui diuerſa pęnarum genera
paſſi ſunt, delinquendo coram Principe. Si Delictum
nocturno tempore factum fuerit, vid. l. 1. §. occiſorum,
ad Syllan. & Boer. Deciſio. 254. num. 17. & præpara-
mentis noctis tempore, vt de ſcalis pro delinquendo,
vi. Caball. caſ. crim. 97.
202 † Vlterius ſi delictum committeretur coram Prin-
cipe, & eo vidente, propter præſentiam Principis, dici-
tur notoriè de delicto conſtare, & quamuis delictum
in ſe atrox non erat, tamen reſpectu perſonæ Princi-
pis appellatur delictum grauiſſimum, Blanc. de indic.
num. 200. & Farinac. tit. de inquiſitio. quæſt. 18. nu. 63.
cum ſequ. vbi ponit qualitates delictum aggrauantes,
de quibus in hac parte tractabitur, DD. in l. aut facta.
§. pęna grauior, ff. de pęn. Bart. in l. denuntiaſſe, §. quid
tamen, & ibi Salyc. ff. de adult.
203 † Similiter delictum dicitur notorium, quando fit
ante palatium Principis vbi reſidet, ſed non punitur
ea grauitate pęnæ, ſicut quando fit in eius præſentia de
iure communi, minuſque grauiter puniretur, quando
delictum fieret in alio Principis palatiò, in quo non
reſidet, ſimiliter quando delictum fit coram maiore
parte cohortis Principis, Farinac. de delic. & pęn. q. 21.
& Boſſ. in tit. quib. mod. proc. in notor. num. 3.
204 † Dicitur etiam notorium delictum, quando fit co-
ram Iudice pro Tribunali ſedente, quo caſu poſſet ſine
alijs indicijs delinquens condemnari, dato prius ali-
quo breui termino ad faciendum ſuas defenſiones, Bar-
tol. in l. iubemus, C. de probat. DD. in l. illicitas, §. ve-
ritas, ff. de offic. Præſ. Corſet. ſing. in ver. delictum, Ca-
rer. pract. in l. obſeruare, num. 28. & 33. & num. 41. de
homic. Gand. tit. quomodo de malefic. cognoſc. quan.
delictum eſt notorium, nu. 9. Clar. §. fin. q. 8. ver. fin. &
q. 66. ver. ſcias, Alex. conſ. 65. habita. vol. 1. Boſſ. in tit. de
indic. & cõſid. an. tor. nu. 142. & Farinac. d. q. 21. n. 158.
vbi tutius erit ſumere informationes, ne in ſyndicatu
Iudex teneatur, & nu. 162. dicit idem eſſe ſi fiat delictũ
coram Iudice non ſedente pro tribunali, ſed aliquem a-
ctum iuſtitiæ faciente, & de hac re per Foller. in ſua
pract. in verb. itẽ quod eſt notorius delinquens, nu. 19.
205 † Sed quid ſi notorius delinquens in defenſionibus
adducat exceptiones friuolas, quæ non iuuant? Iſtæ
non ſunt audiendæ, ſed moneri debet, & interrogari,
an habeat alias defenſiones, & reſpondendo quod
non, poterit condemnari ſtatim, l. 4. §. condemna-
tum, de re iud. ſed Gandinus in tit. de denuntiat. nu-
206 mero 5. ait, † quòd in notorio crimine non requiritur
accuſator, ſeu denuntiator, libellus, vel litis conteſtatio.
non iuratur de calumnia, vel de veritate dicenda, nec
requiruntur teſtes, nec aliqua probatio, immo in noto-
rio ordo eſt ordinem non ſeruare, ſed etiam in practi-
ca tutiùs erit ſtatim mandare, quòd Notarius ſit ro-
gatus de delicto facto coram Iudice, & de eius quali-
tatibus omnia extenſè ſcribendo (Iudice dictante)

in præſentia aſtantium in iſto caſu notorio, & eis audientibus, & antequam à conſpectu Iudicis recedant,
omnia quæ ſcripta ſunt perlegere, & Notarius dicat
vos teſtes, & ego rogatus, & ita Iudex faciendo non
errabit, neque poſtea in ſyndicatu timebit; ſic reiectis
friuolis exceptionibus reum præſentem (vti notorium
delinquentem) condemnabit, Marſil. pract. in §. vltima, numero 30. nec reo negare prodeſſet, quia † no-
207 torium nulla tergiuerſatione celari poteſt, Salyc. in l.
ea quidem, C. de accuſa. idem Marſil. in §. ſecunda quæ-
ſtio, num. 42. 43. & 44. Nihilominus debet præcedere
talis qualis terminus defenſionis, quoniam nullum eſt
maleficium tam notorium, quod non poſſit habere
aliquas excuſationes, qualitates, & circumſtantias oc-
cultas excuſantes delinquentem, vt per Hoſt. & alios
adduc. à Farinac. d. q. 21. nu. 50. in tract. de notorio. nu.
70. Hiero. Turet. in tec conſ. Ant. de Butr. conſ. fin. nu.
37. Curt. Sen. conſ. 21. nu. 13. Rot. Flor. deciſ. 47. nu. 22.
208 Nam † etſi Deo notum eſſet peccatũ Adæ, & Cain,
tamen Dominus omnipotens vocauit eos, vt ſe defen-
dere poſſent, dixitq; ad Adam, Adam vbi es? id eſt, cur
peccaſti? Gen. c. 3. quo audito, & friuola exceptione re-
iecta (quandoquidem nitebatur Adam culpam ſuam
209 reijcere in perſuaſionem Euæ) † Dominus Deus pro-
tulit ſententiam in eum, quæ emanauit in omnes po-
ſteros, ſicut & peccatum ipſius in omnes tranſmiſſum
eſt, (& originale dicitur) Apoſtol. ad Rom. c. 5. inquiẽs,
In ſudore vultus tui veſceris pane tuo; deinde ad mu-
lierem, quæ culpam retorquebat in ſerpentem, protu-
210 lit aliam ſententiam: In dolore paries: † ſerpenti verò
non fuere datæ defenſiones, licet Rota deciſ. 364. cum
itra, & deciſio. 201. in cauſa dicat, quòd defenſio etiam
Diabolo danda eſſet, ſi foret in iudicio, tamen Diabo-
lus non erat, nec erit capax amplius defenſionis, &
ideò etiam redimi non debuit ſecundum Sanctum Au
guſtinum, & Damaſcenum, quia nullo ſuggerente pec-
cauit, ſed primi parentes ab eo fuere decepti, & ſubor-
211 nati, cùm eis dixerit, Eritis ſicut Dij, Gen. 3. † Itẽ, quia
Angelus non eſt ſuſceptibilis pœnitentiæ, nec proinde
venia dignus, ſicut homo, quia natura ſpiritualis ſemel
tantum vertibilis eſt; porrò Angeli boni fuere in gra-
tia confirmati in æternum, & Angeli mali ad ignem
æternum condemnati, quorum tantum eſt deſperan-
da ſalus. Sanct. Auguſt. ſuper Pſalm. 52. Propterea quòd
Diabolus in tam grauem noxam Adamum induxit, &
tam grauem labem in genus humanum inuexit, quale
eſt peccatum originale, Dominus protulit aliam ſen-
tentiam contra ſerpentem, dicens ſupra pectus tuum
212 gradieris, Geneſ. cap. 3. † & ſic Adam ad ſudorem,
& Eua ad dolorem condemnati fuere, & ſerpenti fue-
re tunc cæſa, & obtruncata crura, cap. Deus omnipo-
tens, 2. q. 1. facit text. in l. & ſi non defendantur, ff. de
pœn. & de Cain legitur etiam Geneſ. cap. 4. quem poſt
fratricidium vocauit Deus dicens, Cain, vbi eſt Abel
frater tuus? at ille temerè reſpondit; nunquid ego ſum
cuſtos fratris mei? & de hoc etiam meminit Luc. de
Penna, in Rubr. C. de cuſtoditor. & itiner. lib. 12. qua
excuſatione tanquam friuola, & impertinenti reiecta
213 † Dominus cõdemnauit Cain ob deſperationem ad
exilium perpetuum, ſeu pœnas æternas, d. cap. 4.

Nunc redeundo ad delinquentem notorium coram
Iudice ſedente ſi capi non poterit, vt mihi euenit, dum
Prætor eram in Ciuitate Dertonæ, cùm quidam Pro-
curator, qui cuidam perſonæ inſigni alapam dederat,
214 aufugit, quo caſu fuit peremptoriè citatus, † & hæc
citatio peremptoria eſt de iure, quando notoriè delin-
quens non eſt in poteſtate Curiæ, cap. tua nos, cum a-
lijs, iur. extra, de conſanguin. & affinit. Abb. in cap. de
illo, num. 4. tit. de eo qui cogno. conſang. Foller. in ſua
pract. in ver. Item quod eſt notorius delinquẽs, nu. 27.
Grammat. tamen deciſ. 105. videtur tenere quod in no
torio delinquẽte nõ requiritur citatio peremptoria, nec
ſententia per tex. in c. cum ceſſante, de appellat. ſed hoc
quando delinquens eſt in poteſtate Curiæ, & abſens.
Immò etiam ſi teſtis ſit abſens, tenet Vant. ax deſuc. cit.
num. 20. vbi multos allegat, quod locum haberet cum
certum foret, & notorium, nullam ei competere defen
ſionem, nihilominus tutior via erit citare illum. Et ad
ſupradicta ſcias, quod ſtatutum puniens ſimpliciter
delictum, non comprehendit factum, cui ſit qualitas
admixta illud aggrauans delictum, l. ſi quis viduam, C.
de adult. l. ſi adulterium cum inceſtu, C. de rapt. virg.
plura in prop. adducit Caſtrenſ. conſil. 136. nu. 4. vol. 2.
& quia appellatione ſimplicis, non venit ſimplex qua-
lificatum, Abb. in Rubr. de vita, & honeſtate Cler. Ca-
ball. Milleloq. 254. num. 4. p. 1.
215 † Et poſtquam ſumus in materia notorij delin-
quentis, ſimilis eſt tractatio de capto in flagranti cri-
mine, videlicet quando quis vulnerando, vel occiden-
do, vel aliter in facto capitur à Berouarijs, vel ab alijs,
vel quando reperti ſunt portantes arma prohibita, vel
vt Doctores exemplificant, quando fures furantes
vuas, & fructus, cum dicto furto reperti capiuntur,
quia hoc modo dicuntur capti in flagranti crimine,
ſecundum Angel. in l. ictus fuſtium, col. 1. ff. de ijs, qui
not. infam. vbi ait, quòd furantes vuas ſtatim cum vuis
ducuntur abſque ſententia, vel alia declaratione per Ci
uitatem, mandaturque pœna executioni ſecundum
216 ſtatuta locorum, † quia in ijs leuibus delictis credi-
tur Berouarijs, & alijs publicis executoribus, Bart. in l.
Prætor ait, verſ. ſed quid debet, ff. de dam. infec. quam-
uis hoc ſit verum in pertinentibus tantum ad eorum
officium, Grammat. conſ. crim. 53. nu. 13. Rui. cõſ. 59.
Bertaz. conſ. 80. nu. 3. & Boſſ. in tit. de denuntiat. nu. 10.
ait, Contra captos in fragranti crimine illis creditur ad
condemnandum, niſi ſe defendant, in grauibus autem
faciunt inditium ad torturam, quando veritas ab alijs
ſciri non poteſt, Clar. §. fin. q. 8. Franc. Deciſ. 379. Boer.
Deciſ. 84. Maſcar. de probat. concluſ. 189. Paul. Granut.
Theorema. 19. lib. 1. vbi quãdo agitur de eorum lucro.
Alc. de præſum. reg. 3. præſ. 24. nu. 6. tamen ob difficul-
tatem probationum arbitrarium eſt Iudici credere ijs
Bernuarijs, & vid. Menoc. in No. Add. ad Caſ. 394. de
arbit. circa inuentum, & non captum. Plac. epit. De-
lict. cap. 8. nu. 19. Decia. de Delict. lib. 8. cap. 4. tom. 2.
& Afflict. in vlib. feu. de pac. tenen. cap. ſi ruſticus, vbi
an ei liceat ſaltem in Domo retinere arma, & vi. infra.
217 † Verùm conſulo Iudicibus pro cautela, vt faciant
prius conſtare in actis de relatione, & executione pœ-
næ ſecuta Berouarij relatione; pariter faciant appare-
re penès acta qualiter de ordine D. Iudicis contra ta-
lem repertum in flagranti crimine mandata executio-
ni eſt pœna ſolita. Scacc. tract. cauſ. ciuil. crim. & hæ-
ret. cap. 78. & ſeq. fol. 133. Sic contra repertos cum ar-
mis datur executio, Angel. conſil. 343. in cauſa, col. fin.
& Decia. d. tract. crim. cap. 1. 2. & 3. tit. de armis, tom. 2.
Carer. pract. ver. itemque coram, & numero 30. & Fol
ler. in ver. item quod fuit captus, plura adducit Bona-
coſſ. in ſua q. crim. in ver. arma, Alex. 275. viſ. themate, vol. 7. Nota tamen quod tria requiruntur ad hoc vt
ſtatutum de repertis cum armis locum habeat, primò
quod cum armis ſit inuentus, ſecundò quod ſit captus,
tertiò quod ſit ductus in carceribus, & quartò quod in-
tus ſit clauſus, per tex. l. ſi Barſatoram, vbi gl. Bart. Butr.
& alij, C. de fideiuſſ. ad quod vide nouiſſimè D. Me-
noch. add. ad caſ. 193. vbi diſtinguit: & in ſumma verba
ſtatuti ſunt attendenda: nam quandoque punit repertũ
tantum, quandoq; repertum, & captum, quandoq; ca-
ptum tantum, & hoc in caſu procedit tex. d. l. ſi Barſa-
toram, & quod dictum eſt de repertis cum armis, intel-
lige de ludentibus ludo prohibito, l. illud, ad leg. A-
218 quil. † & de illo qui ignorãter accommodauit arma,
loquitur Plac. epit. delict. lib. 1. c. 16. nu. 14. vbi inuehi-
tur contra Iudices, qui moleſtare non deberent arma
mutuantes ignoranter, quamuis cum eis delictum fa-
ctum fuerit; ſed hoc eſt arbitrarium Iudici circum-
ſcriptis ſtatutis, & proclamationibus, qui attenta qua-
litate perſonæ arma commodantis poterit procedere,
& non

Digitized by Google

& non procedere, Maſcard. de probat. in ver. Berouarij, concluſ. 889. & Sirac. tract. de Decoct. 2. p. vlt. par. num. 9. Et quid de illo qui Domum ignoranter accommodauit, in qua tractatum factum fuit de occidendo aliquem, & deinde iuxta tractatum homicidium ſecutum fuit. ſi is fuit ignorans excuſabitur à pœna homicidij, & ſi non erat ſolitus accommodare Domum, puta pro conuerſatione, & Ludo. (quamuis ignorauerit tractatum) nihilominus teneretur pœna extraordinaria, mitius enim punitur ille, in cuius domo aliquid fit eo patiente, quam ipſe delinquens. Mar. conſil. 39. num. 51. quoniam ſcire debebat quod conuenticulæ ſunt de iure prohibitæ, Boſſ. de vnio. & conuenticul. per tot. Maſcard. de probation. Concluſio. 450. eſt text. in l. 3. C. de Summa Trinitate, & Fide Catholica, & tenebatur perquirere, vti prudens paterfamilias quid agebatur, & ad quid Domum ſuam accommodaſſet, alioquin culpa non carebit, l. qui cum alio contrahit, de regul. iur. & l. qui non facit, eodem tit. ad quod vid. Bero. conſil. 192. vol. 3. Nec excuſaretur ob neceſſitatem, ſi ſcienter Domum accommodaſſet ad malum, ſicuti de Adulterio loquitur, Menoch. conſil. 31. num. 30. & 32. vol. 1. quamuis furari potius, neceſſitas permittit, cap. ſi quis propter neceſſitatem, de fur. vbi Glo. nam toleratur quod quis pro victu vnius diei furari poſſit cogente neceſſitate, & eſt damnum leuiſſimum, & reparabile, ſed Adulterari, & occidi, & occidendi cauſa Domum accommodare ex l. nimis graue, & inter atrociſſimos crimina connumeratur, vt ſupra in verb. Aſſaſſinium, & non poteſt reparari, arg. l. non dubium, C. de leg. Hinc infertur ad eum, qui illum ad locum, qui tamquam ouis ad occiſionem ductus occiſus fuit, nam ſi explorator fuit, vel ſciens vti macellarius tenetur eadem pęna. Grat. conſil. 52. vol. 2. Similiter qui ſciens mutuauit pecuniam pro armis emendis, aut ſcalis, vel ferris, ſeu alijs Inſtrumentis aptis ad patrandum delictum, quod poſtea dictis armis, vel dictis inſtrumentis ſecutum eſt, vt per Iacob. Nouell. in eius pract. crim. in ver. Indicia, ſub num. 67. cum plur. ſeq. Similiter de illo Curſore, Tabellario, vel huiuſmodi, qui ſciẽter clauem accommodauit vecturino, vel portatori literatum, vt valiſiam aperiret, & ex ea extraheret literas ſigillatas alteri oſtendendas. Nam pariter tenetur pęna falſi, & tenetur eadem pęna iniuriarum, vid. Baiard. add. ad Clar. in §. Falſum, vbi plura ſingularia, num. 205. cum plur. ſeq. & ſi aufert pecuniam, vt inuolucrum ſcutorum, & aliarum rerum quas hinc, & hinc Curſores, & Tabellarij ſolent cum mercede afferri, tenetur pęna furti, ac ſi ipſi abſtuliſſent, per l. contractus, de reg. iur. & l. 1. §. ſi qui depoſita, ff. de falſ. Bart. in l. Titio, ff. ad municip. & in Mulione, vid. Caroc. locat. & conduct. tit. de Dol. & culp. num. 15. nunc redeamus ad rem noſtram, circa puniendum repertum cum armis, vel arma accommodantem ignoranter.

219 † Sed caueant iudices ordinarij, qui non habent liberum arbitrium, ab huiuſmodi repentinis executionibus, quia tenerentur in ſyndicatu, ſi non eſſet eis ta-
220 lis conceſſa facultas. † Nam mandare vt ſtatim contra reos captos in flagranti crimine pœna executioni mandetur ſine alia ſententia hoc ſpectat ad maiores magiſtratus, & ad alios ſuperiores Iudices, qui æquiparantur præfecto Prætorio, Bart. in l. 1. C. vt quæ deſ. Aduoc. qui præfectus eſt omnium excellentior, ſecundum Azo. in ſum. C. de offic. præfect. Præt. num. 4. ſic poſſunt appellari illi, de quibus ſuprà locutus ſum ſub 3. & 4. præmiſſ.

221 † Et poſſunt ſupremi Iudices iudicare de ijs, quæ vident quando (vt dixi) ſunt in actu exercendi actus iudiciarios, & non in comædijs, tripudijs & choreis, vt cõtra iſtos eſt tex. in l. nemo iudicium, C. de ſpectaculis, per quem textum Iudices prohibentur accedere cum equis currilibus ad ſpectacula publica, multò minus currere debent, quia ad eorum curam non ſpectat, vt in l. 1. C. de profeſ. &c. lib. 12. vt in 5. par. ſub nume. 29. & Iudices ſupremi multa poſſunt, quæ ſunt prohibita Iudicibus ordinarijs liberum arbitrium non habentibus cum mero & mixto imperio, ac gladij poteſtate, vt in 4. præmiſſo.

222 † Ideò non obſtante, quòd quis ſit captus in flagranti crimine, debent aſſumere informationes, quando delictum eſt graue, quod ad ſupremos Iudices etiam ſpectat, & datis defenſionibus uenire ad ſententiam, & Boſſ. in tit. de renunciatio. num. 10. ait, quòd in grauibus delictis Berouarij faciunt tantùm indicium ad torquendum, & Farinac. quæſt. 21. num 157. de delict. & pœn. limitat, quando alij teſtes haberi non poſſunt, & ibidem Inquirit de capto in flagranti crimine, niſi duo obſtent, primò quòd rei, qui capti ſunt reperti in flagranti, adhuc rem furatam penes ſe habeant, quando ducti ſunt coram Iudice à Berouarijs, quia re coniuncti dicuntur: ſecundò quando relatione facta ab illis ſatellitibus, reus confitebitur ſtatim Iudici delictum, præſente Notario actuario, qui omnia ſcribere debet, tunc ſine alijs informationibus puniri poſſunt.

223 Et notandum, † quòd non licet Berouarijs verberare reſiſtentem, nec percutere, vel angariare illum, niſi duo pariter concurrant, primò mandatum Iudicis, l. prohibitum, C. de iur. fiſc. Luc. de Penna, ibidem lib. 10. Secundo, quòd capiendus facto, & non verbis tantum reſiſtat, & etiam niſi ipſi Berouarij vim facerent, ſi difficilis eſſet captura, Put. de ſyndic. in verb. reſiſtentia, cap. 1. Mille pract. crim. fol. 50. Grammat. deciſ. 41. circa fin. Sed in grauibus delictis etiam ijs duobus concurrentibus (ſi interueniat homicidium) excuſabuntur. Factum à Berouarijs, & ſine moderamine inculpatæ tutelæ, ſecundum Iodoc. pract. crim. cap. 15. Rubr. de citatione reali, num. 28. & Grat. con-
224 ſil. 52. vo. 2. † vtile erit, vt Berouarij vocent teſtes, ſi ibi fortuitò inueniri poſſunt, & de eis notitiam Iudici dent, qui omni in caſu examinabit etiam ex officio, qualiter caſus ſucceſſerit, poſtea deliberabit an excuſationi locus ſit. De reſiſtentia autem, quæ licitè fieri poteſt publicis executoribus, caſus eſt, quando non oſtendunt in actu exequendi licentiam, ſeu mandatum prout debent, l. prohibitum, vbi Bart. & Luc. de Pen-
225 na, de iur. fiſc. Clar. q. 19. ver. fin. † Sed licentia oſtenſa ſiue iuſta, ſiue iniuſta non poteſt reſiſti aliquo modo, ſed duntaxat impediri donec adeatur Iudex, per l. 1. C. quando lic. ad eundem Iud. & reſiſti poteſt etiam facto quando tanquam priuati agunt aliquod contra ius, l. vt vim, de iuſt. & iur. id quod etiam Iudici fieri poteſt, quando tanquam priuatus aliquid faceret, & non tanquam Iudex, vt in iniurijs verbalibus indebitè prolatis quod eſt contra eius proprium officium: & iniuria dicitur, quando fit quod de iure non debet, §. 1. Inſtit. de iniur. Boſſ. latè eod. tit. vel quando extraiudicialiter in ludis, vel in alijs locis ſimilibus interueniret aliqua contentio, quia pro tuendo honore, & bona exiſtimatione poteſt reſiſti verbis, & facto vbi opus ſit, vt per Felyn. in c. ſi quando, col. 2. n. 2. in 2. Fall. extra
226 de offic. deleg. † Et hæc reſiſtentia debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ. Menoch. remed. 8. de recup. poſſeſſ. Marant. in ſua diſp. 1. vbi de communi teſtatur, & hoc propter perſonam, quam Iudex repræſentat, ſed poſſet etiam reſiſti Iudici exequenti aliquid iniuſtè notoriè, non facto contra perſonam, ſed impediendo per reſiſtentiam, ne de facto executioni mandetur, dum ad ſuperiorem ſtatim confugitur, ſecus ſi res dubia ſit, latè & pulchrè de hac materia per Farinac. de carcer. & carcerat. quęſt. 32. num. 116. cum plur. ſeq. Franc. in deciſ. 329. Maſcar. de probat. concl. 189. Afflict. ſuper conſtit. in cap. humanitate, not. 6. ver. item quærit.

227 † Et quia per ſtatuta, aut Principum ordines ſolet præmium concedi illis, qui aliquem delinquentem capiunt in flagranti crimine, aduertendum eſt, quòd non dicitur verè captus in flagranti delinquens, quando poſt factum immediatè peruenit ad locum de-

Digitized by Google

ſtinatum, & dico immediatè, etiamſi iuerit, & iter interuallum aliquod habuerit, Foller. in d. pract. item quod ſuit captus, nu. 9. 10. & 11. idem quādo officialis ſequendo hunc (quem vidit delinquere) diuertit ante captam ad alios actus extraneos, puta ſi Berouarius relicta perſecutione iuerit ad Iudicem vel alibi, & interim delinquens euanuerit ab eius oculis, tunc ſi poſtea illum capit, non gaudebit beneficio ſtatuti, arg. §. feræ beſtiæ. inſtit. de rer. diuiſ. & conferunt infra adicenda. Iacob. de Beluiſ. in pract. Rubr. de fug. Reorum nu. 46. & ſi ſtatutum non dicit de quorum bonis pręmium ſit dandum, intelligitur de bonis delinquentis, ſi habet, ſi minus de bonis eius ad cuius vindictā ſit proſecutio, & in ſubſidium communitatis. Bar. in l. leg. ad leg. Cor. ibi Bal. vbi Aug.

228 † Et notandum quòd cuilibet licet capere delinquētem in flagranti crimine, etiam ex interuallo, l. fin. Matth. de Pui. de ſyndic. in ver. præmium, numer. 3. dummodò infra 20. horas pręſentet eum coram Iudice ſuo, Gomeſ var. reſol. tit. de delict. cap. 9. numer. 3. & 4. vbi etiam in delictis priuatis hoc procedere ait, & capiens excuſatur à pœna ſtatuti de priuato carcere, Afflict. ſuper conſtit. in d. cap. humanitate, numer. 6. ver. item quæritur, per tex. l. capite quinto. ff. de adult. Amplia etiamſi ſine mādato Iudicis capiatur, Scaccia. d. tract. de iud. ciuil. crim. & hæret. cap. 78. numer. 6. & in hoc propoſito ſcias, quòd ſi famulus Curiæ iuſſu iudicis capiat malefactorem, non gaudebit præmio, ſed dabitur iudici, Borgn. Caualca. deciſ. 23. p. 5. de qua re dubito, tamen vide iura & auth. quas ibi allegat. Præmium autem non conſequitur ſocius criminis ſapiens, vel reuelans ſocium vt capiatur, niſi expreſsè dicatur, Bald. in l. 3. C. de oper. liber. Bar. in l. ſi quis in graui, §. ſi ex ſtipulatione, ff. ad Syllan. idem de eo qui ex cauſa
officij ſui capit, Put. de ſynd. in d. ver. præmium. Et
229 † in captis in flagranti ordo eſt ordinem non ſeruari,
vt ſupra de notorio delinquente, & non datur copia
indiciorum, vt per Bald. in d. l. vt vim, ff. de iuſt. & iur.
vbi numer. 2. tenet nec etiam dandas eſſe defenſiones,
licet in practica dentur, vt dictum eſt, Salyc. in d. l. ea
quidem, & Clar. d. q. 8. verſ. ſed nunquid, vbi hoc pro-
230 cedere quando reus confeſſus eſt delictum † verùm
etiam contra propriam confeſſionem multa adduci
poſſent, ex quibus reus excuſari poſſet, vt dicam
in 3. par.

Ideò omninò ſunt dandæ defenſiones modo quo ſuprà, quoniam etiam ſi quis fuerit inuentus cum re furata, vel cum armis, non debet tam citò velo leuato puniri, quia poſſunt ei competere ſimiles defenſiones, vel quia de licentia Domini, aut alterius de familia Domini ingreſſus ſit fundum, à quo vuas, vel fructus percepit, vel arborem cædit pro ſe, vel pro Domino, Bart. Bald. & Do. in l. 2. C. vbi in rem act. Abb. in cap. quo-
niam frequenter. Vt lit. non cont. facit Marant. de ord.
231 iud. par. 6. ver. nominatio. Pro armis † capto poſſunt
defenſiones competere, vel quia ſit miles, & militiæ ſuæ teſſeram perdiderit, quam teſſeram armorum licētiam vocant, licet à Decia. nō ſic de Delict. tom. 2. car. 111. num. 29. & itinerantibus arma videntur per tex. l. 1. 2. & 3. ff. ad leg. iul. de ui. pub. l. ſi quis poſt hanc. C. de pri. edific. l. 1. 2. & 3. ff. ad leg. iul. de vi. public. & ideo vel artifex armorum, & cauſa reficiendi illa ferret in ſuam officinam, vel quòd ſit famulus militis vel artificis, vel quod deferat dicta arma inhabilia ad offendendum, puta, ſi ſunt colligata laqueo ſimul, vt ſi eſt ſclopus à rota, & illam ſeparatam à ſclopo portauerit, circumſcripto ſtatuto, vel quod ipſe ferens ſit mancus, vel aliter inhabilis ad exercendum dicta arma, vel eis vtendum, vel quia pro ſua legitima defenſione ab eo minimè cauſata ferat talia arma ad euadendum vrgens periculum de quibus docere tenetur, Decia. d. tract. de delict. lib. 8. de prohib. vſu. armo. cap. 3. numer. 37. tom. 2. & d. l. 1. 2. & 3. ibi prætor uiatoria venatoria, & commercij cauſa. ſimiliter ſi res ſurata reperiatur pænes virum probum, non ceſſat mala contra eum præſumptio. l. in ciuilem. vbi Bar. C. de furt. Tiraq. de pœn. temp. cauſ. 51. nu. 132.

232 † Item excuſatio tenet quando pro capiendo banito vel malefactore, quis ferret arma iubente ſtatuto, vel præmium offerente, Decia. vbi ſupra, numer. 38. Nam qui vult conſequens, videtur & velle omne antecedens ei neceſſarium, text. in l. ad rem mobilem, & ibi not. per gloſ. ff. de procur. in l. legatum, eod. §. idem iuris, inſtit. qui, & quib. ex cauſ. ma. non lic. cap. cum infirmitas de pœn. & remiſſ. Bart. in l. ambitioſa, in 2. & 3. col. ff. de decr. ab or. fac. Bald. in l. conuenticulam, col. penult. C. de epiſc. & cler.

233 † Hinc eſt in propoſito Brachij noſtri, quòd ſi Princeps conceſſerit executionem cauſæ, quam ipſe nec alter examinauit, vtique intelligitur conceſſa cognitio cauſæ, quæ executionem præcedit, l. etſi non cognitio, cap. de præc. imper. offeren. cap. de cætero, de re iud. Bart. in l. à Diuo Pio, ff. eod. & de hac re in 4. par. & ſupra tactum eſt in quinto præmiſſo, D. Menoch. de arb. quæſt. 38. vbi latè. Ideò intelligitur conceſſa delatio armorum ex mente dicti ſtatuti intrinſeca, & de quampluribus alijs cauſis excuſatione dignis, Afflict. in verb. intentionem, ſuper conſtit. Regni. & Marſ. pract. §. pro complemento, & Bonacoſſ. quæſt. crim. ſuper ſtatu. in ver. armis, meritò defenſiones omninò dari debent.

234 † Certè ille qui ad ſuam defenſam adducit priuilegium, vel aliquam aliam iuſtam cauſam, vel qualitatem tenetur docere, & ad ſe pertinentia facere per l. qui accuſare, C. de eden. Nam qui dicit ſe eſſe talem, tenetur probare ſe talem, Maſcard. concl. 1253. alioquin ſibi imputet, cap. damnum, de reg. iur. & in l. qui tacet. eo. tit. fallit in Nobilibus equitibus crucem portantibus, à latere ſiniſtro ſutam & notis.

235 † Inſuper Princeps poteſt ſecundum conſcientiam iudicare, Bart. in l. 2. C. vt quæ deſunt Aduoc. & dixi de teſt. par. 3. verſ. ſimiliter, vide inter alios Maſcard. de probat. concl. 948. & ſeq. num. 6. vo. 2, Put. de ſynd. ver. iudicare, cap. 2. num. 4. Laudenſ. in tract. de Princ. quæſt. 41. vbi aduertit Principem cauere debere, ne ſua conſcientia ſit malè informata, cap. 1. de re iud. lib. 6. & per Felyn. in cap. paſtoralis, §. quia verò in fin. de offic. deleg. Profectò magis cauere debent illi, qui malum conſilium præbent Principi, in bona fide exiſtenti, & male eius conſcientiam informant, per l. qui occidit, §. hac quoque, ad leg. Aquil. maius quippè peccatum habent; nam Princeps faciendo quod non debet propter malum conſilium ob ignorantiam aliquatenus, ſed Conſiliarij, Auditores, vel alij Miniſtri, quorum conſilio Princeps vtitur ob malum conſilium nequaquam excuſantur, argum. eorum quæ ſupra paulò poſt dicta ſunt de excuſatione primi parentis, & prauitate ſerpentis: facit Heſiodi illud vulgatum, prauum
236 conſilium danti ipſi peſſima res eſt; malum † enim
conſilium, rem peſſimam eſſe conſulenti: ſiue enim caſu fuerit, ſiue potius diuino permiſſu, ſæpè (quod ſatis conſtat) experientia docuit, mala conſilia in Authoris perniciem conuerſa fuiſſe, & vnde fraus profecta eſt, illuc ſit cum damno reuerſa, & hac noſtra tempeſtate Domini falluntur, & pauperes ſubditi deprimuntur; Sæpè enim auaritia, diſſidia, ignorantia, vel odium ſunt ſigna dolorum, quæ à iudicibus non ſunt ſegregata, ſi Deum non timeant. Sed heu quantum deploranda nunc eſt memoria dicti illius Felyn. in d. § quia ve-
237 rò, † vbi dicit, quòd Iudex nequaquam damnare de-
bet illum, qui ad aures ſecretò eiuſdem Iudicis delictum patefecit, quia tanquam priuatæ perſonæ dictum cenſetur, l. nullus, de teſt. l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. Præſ.

Sed Iudex noſter, qui habet vices Principis, poteſt & ipſe ſecundum conſcientiam iudicare, Roland. à Vall. conſil. 70. quoniam, numero 25. & 26. volum. 1. Verùm concurrentibus cum dicta manifeſtatione ſecretò Iudici facta alijs indicijs, poterit iſte delinquens

punin

puniti (dato termino defenſionis) & re penès acta cu-
riæ ſcripta.

Et redeundo ad delictum factum coram Principe,
238 † qui ſi mandaret, vt authoritate ſua puniretur talis
delinquens, quem ſcit in ſua conſcientia deliquiſſe, vt
quia vidit, tamen Iudex nequaquam poſſet punire il-
lum ſine indicijs, niſi Iudex, & ipſe fortè præſens fuiſ-
ſet, & vidiſſet talem delinquere, vel niſi Princeps dan-
do vices ſuas etiam fecerit fidem Iudici de d. licto co-
ram eo facto, Clar. §. fin. quæſt. 54. verſic. ſed quid ſi ali-
quis, Grammat. deciſio. 65. Gabriel. concluſio. 129. de
delict. vbi de Papa loquitur, Maſcard. de probat. con-
cluſio. 140. cum plur. alijs concluſio. ſeq. præcipuè, con-
239 cluſio. 621. & Plot. conſil. 2. num. 8. † Nam Principi
ſoli creditur, & probationem plenam facit Princeps in
cauſa aliena, Luc. de Pen. l. 3. num. 2. C. de mancip. &
colo. & cap. 3. lib. 11. & teſtimonium Principis præ-
ponderat duobus, & tribus teſtibus idoneis, non tamen
ipſi æqualibus, l. Imperium, ff. de iuriſdictio. omnium
iudicum, cap. 1. §. inter pares, de vſib. feud. text. in Cle-
ment. 1. de probation. cap. cum à nobis, extra de teſt.
vbi ſoli Principi creditur, Tiraqu. de retract. conſang.
§. 4. gloſ. 1. num. 18. ſed Papa non habet parem, in ter-
ris, Do. vbi ſupra, & ideò Imperator, & Reges genu
flexi venerantur Pontificem, & eius deoſculantur pe-
des; Boſſ. in tit. de Princ. & priuileg. eius, num. 79. cum
ſeq. Sed non obſtante fide facta à Principe, cautela erit,
vt Iudex etiam extraiudicialiter ſine ſcriptura benè in-
formet conſcientiam ſuam (ſecretò tamen) ne videa-
tur parui pendere dictum Principis, & ita non errabit,
240 † & ſicut Iudex inferior non poteſt ſe ingerere in cau-
ſa, quam ſuperior aduocauit ad ſe, cap. cum vt noſtquam,
de appellat. Lancellot. de attenta. in 2. par. cap. 10. nu-
mero 4. nec poteſt Iudex inferior præſente maiori Ma-
giſtratu ſententiam dicere, Vant. de nullit. ex defect.
iuris, cap. 1. numero 38. ita nec Iudex ſuperior quando
Princeps ad ſe cauſam aduocauit, Marant. pract. par. 4.
diſtinct. 9. num. 37. 38. & 39. Iacob. à S. Georg. de feud.
241 ver. an Princeps, 29. ſpecialitas, † nec poteſt etiam Iu-
dex ſuperior coram Principe poteſtatem gladij, quam
habet tunc exercere, ſicuti ſtatuta interpretari minimè
licet coram Principe ſine eius licentia expreſſa, vt in-
quit Bald. in l. cum de nouo, C. de leg. Bart. & alij in
Rub. de verb. ſignific. vid. ſupra ſub num. 152.
242 † Hic volo aduertere, quòd ſi Princeps commiſit
cauſam, cum hac clauſula, iuſtitiam facias, ſiue iam
ſummariè cœpta fuerit, ſiue non, poſtquam abdicauit à
ſe dictæ cauſæ cognitionem non poterit de iure poſt
dictam commiſſionem mandare, vt extraordinariè
243 procedatur, videlicet, non ſeruato ordine iuris, † quia
per clauſulam iuſtitiam facias, Princeps videtur elegiſ-
ſe viam ordinariam, Canon. in cap. ſignificantibus, de
offic. deleg. Felyn. in c. 1. ver. & ſi dicatur, & in cap.
Canonum ſtatuta, num. 51. de conſtit. Bald. ca. 1. col. 3.
de feud. tit. ſi inter dom. & vaſall. lis orta fue. niſi dixe-
rit iuſtitiam facias, prout nos facere poſſumus, quia
Princeps dicitur manu Regia & celeriter ac ſumma-
riè cauſas expedire, c. veritatis, de dol. & contu. quod
eſt proprium Principis, nec de iure poterit alteri eam
delegare niſi ex cauſa, quia poterit ſubſiſtente cauſa, e-
tiam mandare vt ſummariè procedatur, c. quod ſemel,
de reg. iur. vbi Dyn. num. 12. §. ſed quod Principi, In-
ſtit. de iur. nat. facit Ro. conſ. 118. circa primam,
Caſtr. conſ. 156. viſo & examinato puncto, pulchrè
Dec. in l. nemo poteſt mutare, num. 3. de reg. iur. nec
poſſet ſine cauſa eam ad ſe aduocare, & cum manu Re
gia procedere; nam mandando ut iuſtitiam faciat, dici-
tur ius parti quæſitum, ſcilicet vt via ordinaria proce-
datur, & Princeps non poteſt ius tertij auferre, Bald.
Alex. & Iaſ. in l. teſtamentum C. de teſtam. Crauet. cõſ.
241. num. 10. & hos adducit D. Menoch. q. 48. num. 6.
& 7. vbi etiam de plenitudine poteſtatis non poteſt
ſine iuſta cauſa, leg. iubemus nullum, C. ſacroſanct.
Eccleſ.

244 † Iuſtæ autem cauſæ ſunt, quando de ſui natura cau-
ſa eſt ſummaria, vt Marant. in 4. par. diſtinct. 9. vbi re-
cenſet, quæ ſint cauſæ ſummariæ, & pariter Vant. de
nullit. & defect. iurid. num. 71. verſ. & præmiſſa. item
quando de conſenſu partium ita ſupplicatum ſit, l. ele-
ganter, in princ. de dol. vbi Bart. & Princeps ſine cauſa
nil agere debet, Luc. de Penna, in l. fin. C. de reconden.
in pub. horreis, lib. 10. Idem multa dicit in l. prædia, ſub
numer. 37. C. de loc. præd. ciuil. multò minùs Iudex no
ſter. Verùm Principi ſemper cauſa eſt parata, nec de ea
eſt interrogandus, & qui vult vlterius quærere dicitur
temerarius, & nimis audax, cap. memoriam, 19. diſtin.
245 dixi ſupra, numer. 164. & 242. † & ideò ſine cauſa po
teſt remouere officialem ſuum, niſi cum cauſa in ſpe-
cie expreſſa fuerit conſtitutus, Afflict. in tit. quæ ſint re
galia, in ver. poteſtas, col. 2. Boſſ. ſequitur eod. tit. de
regal. numer. 34. vel niſi pro certo & limitato tempore
fuerit electus, vt ſunt iudices ordinarij, DD. in l. diem
functo, ff. ſolut. matr. vel niſi pecunia recepta fuerit pro
habendo officio; vt Romæ, & alibi quædam vendun-
tur officia, nam tunc poteſt officialis dicere pacto con
ueniſti mecum, per l. ſicut, C. de oblig. quinimò nec ip-
ſe, nec eius ſucceſſor poterit ſine iuſta cauſa remouere
officialem propter pecuniam receptam, etiam ſi huiuſ-
modi officium fuerit conceſſum ad beneplacitum, Bar.
in l. iuriſperitus, ff. de excuſat. tut. ſed caue; nam aliud
de iure, aliud, de facto: & contra maiorem nemo præſu
mit honorem.
246 † In dubio tamen præſumit Princeps circumuen-
tus, quando de cauſa non liquet, Bald. conſ. 277. pridie
enim conſului, lib. 3. refert Dec. in d. l. nemo mutare,
numer. 3. & 4. de reg. iur. etiamſi motu proprio remo
uet officialem, Boſſ. in d. tit. de Princ. num. 20. Pet. eod.
tract. cap. 32. concluſ. 2. numer. 60. fol. 108. & 176. num.
79. & 80. quod non ſequitur quando cum ſano conſilio
ſe ſuaq; prudenter regit & gubernat, ad quæ faciunt di-
cta Luc. de Pen. in l. prædia, ſub num. 36. C. de loc. præd.
ciuil. lib. 11. Bald. conſ. vlt. 5. col. par. 1. & Dec. conſ. 189
in fin. & in tantum eſt verum, quod Princeps præſumi
tur bonus & iuſtus, vt hęc bona mẽte & cũ iuſta cauſa
facere præſumatur, vt expellere ciues, fortalitia ædifica
re, & onera imponere, & populũ in virga ferrea regere,
quæ alias fieri non deberent, Bart. tract. de tyran. col. 5.
& peccata populorum prædicta & grauiora patiuntur,
& Deus ideò dedit poteſtatem, & permittit pro ſalute
hominum, & Bartolus in d. tract. dum de tyrannia lo-
quitur inuehit, d. col. 5. ver. primo contra illos ſuperbos
dicens quod ſapientes diſcriminant, ne cognoſcantur
eorum mala, & nedum diſciplinam & ſtudium peri-
munt, ſed etiam operantur ne fiant ſapientes, ſemper e-
nim timent per ſapientiam reprehendi, & curant ſub-
ditos habere pauperes, vt ſic occupentur circa eorum cu
ras, ne habeant vnde alibi viuant, à quibus Deus om-
nes liberet: Hæc ille. Et non indignatur Princeps etiam
audire omnes, & cauſas etiam diligentiſſimè examina-
re, tum ratione iuſtitiæ & veritatis, tum etiam ratione
rectitudinis proceſſus, & quicquid perperam factum re
peritur, ſolet caſſare & annullare, cap. veritatis, de dol.
& contu. cap. cum ad ſedem, vbi Abb. & apoſtill. de re-
247 ſtit. ſpoliat. † Et in dubio Princeps non præſumitur
vti velle plenitudine poteſtatis, Vant. de nullit. an quæ-
libet ſent. &c. num. 20. & 25. (& de poteſtate Principis,
vide de feud. Baldum in proœm. in verſ. aliqua. vbi mul
ta in hoc propoſito dicit) niſi magna ſubſiſtente cauſa,
& ſat eſt quòd iſta cauſa ſit in ſcrinio eius conſcientiæ,
& ſciat non errare, nam error iuris in Principe cadere
non debet, Luc. de Pen. in l. omnes, num. 56. C. de de-
cur. & erraret quando alios ab errore non reuocaret. 86.
diſtinct. facientis, ſed in dubio non præſumitur errare,
l. error. C. de iur. & fac. ignor. & ideò non decet perqui-
rere c t ita facis, vt ſupra dictum eſt, num. 164. & 240.
Iaſ. in l. reſcripta, numer. 2. C. de prec. imper. offer. & ne
mo valet contra ſtimulum recalcitrare, vt dicit Boſſ. d.
tit. de Princ. num. 25. maximè quando Princeps dicit

Digitized by Google

ſic volo,ſic iubeo,ſit pro ratione voluntas, quia ijs ver-
248 bis manum apponi poteſtati abſolutæ. † Vbi autem
percipi poteſt, quòd Princeps vti voluerit poteſtate or-
dinaria,tunc licitum eſt obijcere contra reſcripta Prin-
cipum de obreptione, & ſubreptione, vt ait Vant. de
nullit. ex defect. iuriſd. ſub num.58. Talis enim mens
Principis eſſe præſumitur, qualis mens, & diſpoſitio
legis, ſecundum quam Princeps velle viuere profite-
tur, l.digna uox, C.de leg.l.imperfecto, C.de teſtamen.
cap.cum dilecti, ibi uolentes ordinem iuris ſeruare, de
dolo, & contumac. cap. licet cauſam, ibi quia tamen
non uolumus à iuris tramite declinare, de probatio. &
ſi quandoque declinat,id facit, uel quia circumuentus,
ut ſupra dictum, uel ob importunitatem, ut per Vant.
loc.cit.num.58.uid.infra 4.par.ſub num.100.infra, Et
Princeps præſumitur reſcribere, prout iuris. niſi addi-
derit clauſulam derogatoriam, Gloſ.in Auth. ex com-
plexu,C.de inceſt.nupt. Auth.licet.C.de natal.lib. Ro-
ger.de leg.pot.num.43.Sed aliàs de poteſtate,& uolun-
tate Principis dicam.
249 † Item ſciendum, quòd ſi Princeps abdicauerit à
Iudice ordinario aliquam cauſam iam cęptam, & ad
eum ſpectantem iure ordinario,quę res ei permiſſa eſt,
Caſt.in authent. qua in prouincia, C. ubi de crim. agi
oport. & eam alteri deleget, tunc dicitur priuaſſe ordi-
narium.quoad illam cauſam iuriſdictione ſua, Bald.in
cap.1. §.ad hęc, col. 4. de pac. iur. fir. & in tantum hoc
eſt uerum,ut ſi pendente cauſa delegatus moriatur, illa
cauſa non reuertatur ad eundem Iudicem ordinarium,
ſed ad Principem delegantem, Bald. in d.§.ad hęc, &
Iaſ.in l. more maiorum, col.fin. de iuriſdict. omnium
iudic. & appellans debet appellare ad Principem De-
legantem, ſeu ad illum, qui in hoc repręſentat perſo-
nam Principis, puta ad DD. 3. Rotę, vt Florentię, &
non ad Iudicem ordinarium primarum appellatio-
num. Quod nota,& tene menti,quia ſicut aqua è mari
fluit, & ad mare refluit, ita omnis iuriſdictio à Prin-
cipe fluit, & refluit, cap.1. de Feud. Marant. de ordin.
iud.4.par.diſtinct. 5.num. 3. At ſi pendente proceſſu
coram delegato Princeps eandem met cauſam remit-
250 tat ad Iudicem ordinarium, tunc iſte ordinarius † Iu
dex dicitur in illa cauſa delegatus,quoniam à priuatio-
ne ad habitum non datur regreſſus, l. decem, de verb.
obl. Felyn. in c. licet in corrigendis de offic. iud. ord.
& Decia.omninò,vi.d.eius tract. crim. tit. de delegat.
li.4.tom.1.vbi nu.13.& per tot.hunc articulum expli-
cat pulchrè etiam Marant.in 4.par.diſtinct. 9. nu. 37.
& 38. de ord. iud. uide incertum autorem de crimine
læſæ Maieſtatis inter tract. crim.diuerſo. num.53. ubi
de cauſa ſublata vel auocata, quæ ad ordinarium redit.
251 † Hinc eſt quòd cauſa ſemel delegabilis ſemper dici-
tur delegabilis. tex. & Do. in l. a iure C. de iud. auth.
qui ſemel, C.quomo.& quan. Iudex,facit Caualca. de-
ciſ.1. num.16.& cauſa ſemel compromiſſa ſemper di-
citur compromiſſibilis, Blanc.de comprom il.q.7.ver.
ſecundo quæro,num.41.& cauſa ſemel coram Princi-
pe cœpta non egreditur amplius eius manus, d. cap.
vt noſtrum, de appellat.cap. ſtuduiſti, & cap. licet, de
offic.deleg. Vant.de nullit.ex defect.iuriſdict. num.70.
252 & 71. † & ſi Iudex qui ſemel extraiudicialiter iudi-
cauit, iterum extraiudicialiter iudicare poterit, c.cum
terra, de elect.cap.ſignificaſti, de offic.delegat.& de ijs
duobus apud D.Menoch. de arb.iud. quæſt.67. nu.30.
& 33. & cauſa ordinaria, quæ vigore reſcripti ſemel ef-
fecta eſt ſummaria, ſemper ſummaria dicitur in qua-
cunque inſtantia, & coram quocunque Iudice, Caſ-
ſad. deciſ. 8. quem adducit Vant. de nullit. ex defect.
253 proceſſus, num. 58. † pariter res prohibita alienari,
ſi ſemel effecta ſit alienabilis ſemper poterit alienari,
& durat alienabilis, vt eſt tex.in l.pater, §.quindecim,
de legat. 3. & in l.1. ver. res verò, & in fin. C.de impo.
lucr.deſcr.lib.10. Fab.à Monte.tract.de empt.& vend.
vltimo quæſito. num.42. Tiraq. de retract. lignagier.
§.2.gloſ. 1. num.3. ver. cui adde niſi ſuper eo pendeat
iudiciũ propter vitium litigioſi.per l. fi. C.de litig.quia
alienans amittit Ius rei alienatæ, Lancellot. de attenta.
lit. pen. & qualiter contrahi poſſit lite pendente trad.
Cæpol. caut. 34. ſed non eſt tuta. & Bart. in l. pater fi-
254 lium, §.quindecim num.4. de legat. 3. † vbi merum
imperium ſemel delegatum de cætero delegatur, nam
regulariter merum imperium non eſt delegabile, ſe-
cundum gl. in l.placet, C.de iud. pe la.fallit in octo ca-
ſibus quos ponit Iaſ. in l. 1. num. 28. ff. de offic. eius,
primò, cauſa abſentiæ. 2.ſi princeps delegat. 3. Princi-
pis delegatus. quartò, proconſul.quintò, in cauſa ſuſpi-
tionis.ſextò, reſtitutionis. ſeptimò, de iure Canonico,
octauò, contra latronem inſignem, Bart.in l.1. de iu-
riſd.om. iud. quod reincidit in probando id quod cau-
ſa ſemel delegata ſemper de cætero eſt delegabilis. De-
cia.de delic.tom.1.car.165.num.34.

Rurſus quando Princeps iudiei ordinario cauſam
delegaret cum alio adiuncto, quæ cauſa aliàs iure ordi-
nario ſpectabat ad dictum Iudicem ordinarium, nihi-
lominus ratione delegati ei adiuncti pariter Iudex or-
dinarius fit delegatus, quia ratione ei adiuncti conce-
ditur quod ſimpliciter non concederetur, l. Imperator,
la 2.ff.de ſtat.hom. Marſil.pract.§.diligenter, num.33.
& hac ratione laicus concurrens cum Eccleſiaſtico ef-
ficitur æquè priuilegiatus, rationem adducit Bart. in
l.præcipimus, §.eadem, C.de appell. Marſ.in Rubr. de
fideiuſſor. num. 131. & ſeq. Bart. & hac ratione laicus
concurrens cum Clerico efficitur æquè priuilegiatus.
Ion.in cap.ad audientiam,de præſer. Bart.in l. præcipi-
mus, §.eadem, de appellat. in l. 1. §.item ſi quis, de ap-
pellat. Rom. ſing. 265. idem ſi ſint executores, idem
ſi in Collegio erunt ſimul Laici, & Clerici, nam Re-
255 ctor Collegij erit Eccleſiaſticus, † & ne vna eadem-
que res diuerſo iure cenſeatur, l.eum qui ædes, ff. de vſu-
cap. cap. cum tuæ, de cenſ. facit Abb.in cap. cauſam,
col.3. de offic. deleg. vid. in Reper. in verb. Adiuncti
ratione vbi infertur ad multa in hoc propoſito hic om-
miſſa, & ordinarius poſſet agere gratias reſpectu ſpor-
tularum, vt dicam, ſecus ſi Iudex iam ex ſe cauſam cœ-
perit via ſua ordinaria, & Princeps parte inſtante ad-
iunctum conceſſerit fortè ob timorem ſuſpicionis, vel
aliter, quia hoc in caſu remanet adhuc Iudex ordina-
rius, non obſtante adiuncto, & ſolet in Statu Mediola-
ni, & alibi cauſa committi conſilio ſapientis, aut dari
adiunctus ex vrbanitate, & iſte adiunctus datur Iudici
deputato ab Illuſt. Gubernatore, vel à Senatu, ſed non
datur Prætori feudatariorum, Soc. Iun.conſ.126.num.
35.vo.1.quia hoc modo ſaluatur decor, & officium Iu
dicis, & prouidetur ſimul parti timenti de Iudice
256 † cuius iuramento calumniæ creditur allegando iu-
ſtam cauſam, videlicet negligentiæ, aut negaſſe iuſti-
tiam, vt per D. Menoch. de arbit. Iud. caſ. 202. num.35.
De hac re latè in 3. par. ſub num. 312. & Lancell. de
Prætore, tit. de exceptio. vbi 50. cauſas ſuſpicioſas accu-
257 mulat, num.8. ante etiam nu.7. dicit, quòd ſi † Prin-
ceps ex certa ſcientia committat cauſam notoriè ſuſpe-
cto non intelligitur tollere exceptionem recuſationis,
& ſi in commiſſione etiam dixerit omni appellatio-
ne, & recuſatione remota, hoc de plenitudine poteſta-
tis facere poteſt, Bart.in l.fin. C.de ſent. tit. generał. Fe-
lyn. in cap. ſicut Romana, de reſcrip. tamen intellige
de recuſatione friuola, Franc. in cap. poſtremò, de ap-
pellat. & alios quos videre potes, aliud Lancellot. loc.
cit.& per Afflict. in rubr. quæ ſunt Regalia, num. 43.
Natt.conſil.591.num.8.vo.3.& in materia ſuſpicionis
Iudicis, vide Caualca. deciſ. 28. in 2.par. Et an Iudex
noſter poſſit vti ſuſpectus recuſari, vide Lancellot. d.
num.7.& 8. & Decium in cap. cauſamque, num.2. de
offic.deleg.& ipſe dicam num.312. cum mult.ſeq.d.3.
258 par. hæc incidenter hic dixi. † Hoc vnum eſt, quòd
in delictis notorijs Iudex non poteſt vti ſuſpectus re-
cuſari, cap.oppoſuit, extra de appell. Boſſ.tit.de denunt.
num. 5. & per quos actus tollantur ſuſpiciones, vide
Bald.in l.apertiſſimi, & l.fin.C.de iud.

Modò

259 Modò ad rem notandum † eſt, quòd aliud eſt dele-
gare cauſam, aliud eſt excitare iuriſdictionem, vt eſt
quando Princeps reſcribit ordinario Iudici, vt cauſam
cognoſcat non dato adiuncto, Felyn. in d. cap. licet
in corrigendis, num. 2. & 3. de offic. iud. ord. gloſ. in
cap. ſæpè, & ibi Canon. de offic. præſ. ad hoc Put. de
Synd. in verb. ſalarium, cap. 2. nu. 2. item aliud eſt ex-
citare iuriſdictionem, aliud eſt quòd cauſa à Iudice or-
dinario abdicata & alteri delegata demum ſit remiſſa
ad eundem Iudicem ordinarium, vt ſuprà dixi, ad quæ
vide omninò Decia. d. tract. crim. tom. 1. lib. 4. loc. cit.
& Angel. in l. 1. ſi quis ſimpliciter, ff. de verb. obl. Viui.
com. opin. 421. vo. 1. & Marant. de ord. iud. d. 4. par.
260 diſtinct. 5. num. 4. † Vbi ad cognoſcendum an quis
ſit ordinarius, vel delegatus, ſunt conſideranda verba
commiſſionis, primò, ſi eſt commiſſa vniuerſitas cau-
ſarum, tunc dicitur ordinarius, per l. 1. §. vrbem, ff. de
offic. præfect. vrbis, ſi verò vna tantum cauſa commit-
tatur, vel plures, ſed diſtinctæ, & ſeparatæ, præſumitur
delegatus, Bart. in l. more, verſ. iux. hoc, & ibi Alex. de
iuriſd. omn. iud. ſic etiam quando in commiſſione di-
ceretur, procedas authoritate noſtra, vel delego, aut
committo tibi talem cauſam, tunc cenſetur delegatus,
Felyn. in d. c. licet in corrigendis, num. 3. & Bald. in l.
ciuile. ff. de iuſt. & iur. vel ſummariè procedas, Felyn.
vbi ſupra, num. 4. Put. de ſyndic. in ver. ſalarium, cap. 2.
261 num. 2. † Nam quotieſcunque adſunt in commiſ-
ſione Principis aliqua verba augentia, diminuentia,
vel alterantia iuriſdictionem, tunc cenſetur cauſa dele-
gata, vt per Felyn. vbi ſupra, quod eſt pro regula notan-
dum. Verùm in Iudice ordinario huiuſmodi cauſæ,
quæ aliàs iure ordinario ad eum ſpectant, non cenſen-
tur in dubio delegatæ per quæcunque verba, ſed ope-
rantur tantum, vt iuriſdictio excitata dicatur, vt per
Iaſ. Alex. & alios in l. Prætor, & in l. more, ff. de iuriſd.
om. iud. Ro. in l. 1. §. ſi quis, de verb. obl. & Felyn. in d.
cap. licet, num. 2. 3. & 5. de offic. iud. ord. & ſi cauſa eſ-
ſet iure ordinario tractanda & mandaret ſummariè ex
pediri, vel quaſdam ſolemnitates relaxari, tunc non di-
ceretur delegata, ſed obſtaculum de medio fuiſſe ſubla-
tum. Caball. milleloq. 242. par. 1. & è contra, ſi quæuis
cauſa committatur alteri, quàm Iudici ordinario, etiam
per quæcunque verba delegationem non importan-
tia, nihilominus ſemper cenſetur & intelligitur dele-
gata, Car. in d. cap. licet in corrigendis, quem Felyn. ad-
ducit, num. 4. & per DD. ſupra alleg. Non enim cura-
tur de verbis quando iuriſdictio non competit perſo-
næ, niſi fuerit delegata, Vant. de nullit. ex defect. iuriſd.
ord. cum ibi per eum adduc. & habemus ſimile de ſta-
tuto, quod aliquando recenſet eandem diſpoſitionem,
quæ eſt de iure communi, ideò ne dicamus verba ſta-
tuti eſſe ſuperflua, dicitur tunc quod ſtatutum expreſ-
ſit reducendo memoriæ illud, quod de iure communi
262 diſpoſitum eſt, † & ſic ſtatutum hoc in caſu dicitur
recitatorium iuris communis, Bart. in l. 3. §. Prætor,
num. 15. de dam. infect. & in l. 3. de vſucap. Dec. con-
ſil. 466. num. 14. Aret. conſ. 20. Ruin. conſ. 29. num. 11.
col. 2.

Eſt & alius caſus ad cognoſcendum nunquid Iudex
ordinarius procedat tanquam ordinarius, vel tan-
quam delegatus; quòd ſi de ordinaria poteſtate nequa-
quam poſſit cognoſcere, niſi vſque ad certam ſum-
mam, vel inter certas perſonas tantum, ſi cauſa eſſet
commiſſa excedens illam ſummam, vel contineret
alias perſonas, tunc dicitur in totum cauſa delegata, ſi
cauſa eſt indiuidua, puta ſub vna obligatione & parti-
ta tantum, vel ſint duo correi debendi vel credendi,
quorum vnus ſit iuriſdictioni ordinariæ ſubiectus, al-
ter non, de quarum materia vide vltra Scrib. in l. 4. §.
Cato. de verb. oblig. & in l. ſtipulationes non diuidun-
tur, eod. Caball. d. milleloq. 242. in 1. par. vbi ait quod
ordinarius non intelligitur Delegatus, niſi expreſſe di-
catur, idem Milleloq. 245. & 725. par. 1. vbi declarat
quando Iudex dicatur datus priuatiuè, & quando cu-
mulatiuè, vt ſi datus ſit ad certam cauſam. Gomeſ
Var. reſolut. tit. de indiuiduis, & in tit. de duobus reis,
vbi clarè & magiſtraliter loquitur, & ideo tota cauſa
263 intelligitur delegata, † licet in maiori ſumma ineſt
minor, l. per minorem, ff. de iud. l. vltima, C. de ord. iud.
vt de teſtibus non concordantibus in ſumma, qui non
probant, Caualca. in deciſ. 46. num. 145. cum ibi per
eum adduc. par. 1. & ne continentia cauſæ diuidatur,
arg. tex. l. nulli. C. de iud. & l. 1. & 2. ff. de quibus rebus
ad eund. iud. ea. meritò delegatus, & non ordinarius
dicitur, & eſt aliud ſimile, quia Iudex datus ſuper certa
ſumma non poteſt cognoſcere de maiori ſumma, Ca-
ualca. deciſ. 11. num. 16. deciſ. 21. num. 31. par. 1. DD.
in l. 1. §. ſi ſtipulanti, de verb. oblig. Put. de ſyndic. in
verſ. iuriſdictio, cap. 1. col. 2. verſ. ſi quis habet, & an
fieri poſſit cumulatio plurium partitarum diuerſa-
rum, ad effectum vt ſimul iunctæ faciant ſummam ta-
xatam, & Iudex procedere, ſeu cognoſcere poſſit, vide
Ro. ſing. 41. incip. ſi quis, & Matheſ. ſing. 115. num. 7.
vbi Add. & quid in reconuentione, vide Soc. conſ. 41.
vo. 1. Bald. in l. ſi idem, & ibi DD. de iuriſd. omn. iud.
vbi propria ſedes, Guid. Pap. conſ. 116. Verum coacer-
uatio fieri poteſt quotieſcunque non eſt expreſſe pro-
hibita, cap. paſtoralis, in ver. ſemel de Donat. Alex. con
ſil. 113. vo. 5. Dec. conſ. 344. & per alia iura, quæ addu-
A cit Caball. Milleloq. 715. p. 2. vbi ait quod ad excluſio-
nem Iuriſdictionis non fit coacertuatio per l. maiorem,
cum l. ſeq. ff. de pac. cum concor. Hinc not. quod ſi ſta-
tutum limitat, quod Iudex non poſſit cognoſcere niſi
vſque ad ſummam triginta librarum, creditor maioris
ſummæ illam diuidere poterit, vſque ad ſummam tri-
ginta librarum petere coram d. Iudice, ad trad. per
Doct. in l. 1. §. ſtipulanti, ff. de ver. ob. pulchrè Ro. ſing.
115. vbi add. ad Bal. in l. ſi idem cum eodem, ff. de Iu-
riſdict. omn. iud. & ſi tu petis à me pro ſumma taxata
(quamuis ſim tibi debitor pro maiori ſumma) ipſe
potero contra te agere via reconuentionis pro toto eo
quod prætendam vice verſa te mihi debere, etiam ſi
ſumma, quam prætendo a te ſit vltra libras triginta, ea
ratione, quia aſſenſiſti in meum Iudicem. Soc. conſ.
41. vo. 1. Guid. Papæ, conſ. 116. & ita practicaui, & in
materia iſta vi. Doc. in l. Cum quædam puella, ff. de
iuriſ. omn. Iud. Bar. & Iaſ. in l. in commodato. §. ſi duo-
bus, ff. commo. Caball. d. Milleloq. 715. p. 2. vbi ſatten-
dum eſſe Iuriſdictioni minori ait. Idem quando peti-
tur aliquid vniuerſale, vt puta hæreditas, vel aliud
quod in facto conſiſtat, & poteſt valere plus, vel mi-
nus, tamen Iudex inferior poterit cognoſcere, niſi ſta-
tim per Iudicem maiorem incontinenti doceatur
quod illud quod petitur excedat ſummam librarum
puta triginta, vt dixi, Bal. in l. ab ea parte. ff. de probat.
& vi. Alber. de roſat. ſuper tertio, volu. ſtatuto, in verb.
Iuriſdictio, dicentem quid quando à principio ſumma
apparet minor, licet in proceſſu cauſæ appareat maior,
tamen attenditur id quod principaliter petitum eſt, vt
ibi num. 11. & 12. Item ſi Debitor non oppoſuit in-
competentiam, quamuis petita ſit maior ſumma quam
potuit, tamen Iudex cognoſcere poteſt, non obſtante
tali limitatione, niſi ſtatutum ipſo iure, & facto annul-
laret, vt infra dicam, per l. patre furioſo, vbi Iaſ. de ijs,
qui ſunt ſui, vel alie. iur. Sed Bart. in l. certa, col. 1. verſ.
pone ſtatutum, C. quan. prouoc. non eſt neceſ. videtur
contrarium tenere, idem in l. ampliorem, §. ſi. C. de ap-
pell. quia videtur ab actore Iuriſdictio prorogata, quod
facere non poteſt. Alber. Bru. ſuper tertio, vol. ſtat. d.
ver. Iuriſdictio. verſ. 37. prima tamen opinio eſt ve-
rior, quia Reus inuitus conuenitur; ſecus ſi eſſet actor
Bal. in d. l. certa, C. quan. prouoc. Iaſ. in l. ſi per errorem,
ff. de iuriſ. omn. iud.

B Quid ſi ſtatutum limitat tempus ad agendũ, an po-
ſtea excipiendo audiri poſſit, dic quod ſic per reg. quæ
ſunt temporalia ad agendum, ſunt perpetua ad exci-
piendum, vt per Dec. in §. 1. & 2. inſtitu. de perpet. &
tempor. except.

C Rur-

C Ruſus in materia Iuriſdictionis limitatæ, vi. Rom.
ſing.41. & Matheſ. ſing.115. & ibi add. vbi infert pro
cautela, quod ſi quis non habet ſecuras probationes
petat parum, nam ſi teſtes contrarium deponant cau-
tius probare curabit. Et hæc not. tanquam quotidiana.

D Item in propoſito huius materiæ. Quæro ſi ſint tres
arbitri, ſeu arbitratores in vna cauſa, & quilibet ſen-
tentiam ſuam diuerſam ab alijs proferat, puta vnus
condemnat in decem, ſecundus in viginti, tertius in
triginta, cuius ſententia præualebit, dic ſententia illius
qui aliorum ſummam tetigit, & ſic viginti, nam in
ſumma iſta tangitur ſumma decem, & tangitur ſum-
ma triginta: alij melius dicunt quod omnium harum
trium condemnationum fit vna ſumma ſola, & ſic in
totum erunt ſexaginta, & diuiditur in tribus partibus,
& ſic erit condemnatio omnium redigenda ad ſum-
mam viginti, & ſuper hac cenſetur omnes tres Iudi-
ces fuiſſe concordes, nimirum quia in maiori ſumma
ineſt minor, vt ſupra, num. 263. Saly. in l. hac ædictali, §.
his illud, C. de ſecun. nupt. per l. cum fundum, §. ſin au-
tem, in ver. ita, ff. mand. Corſet. ſing. in verb. ſententia.
17. Petraſancta ſing.25. Couarr. var. reſol. cap.2. nu.6.
verſ. quamobrem, at ſi vnus Iudicaſſet, in 16. alius, in
58. tertius, in 36. quãuis tertia pars omnium eſſent. 20.
tamen, quia duo hanc ſummum non attigerunt, Cre-
derem mediam viam fuiſſe eligendam. Petraſancta, de
ſing.25. cogita.

E Item illius ſententia plurium Iudicum eſt attenden-
da, qui pro Reo iudicauit contra actorem, per l. obſer-
uare, ff. de offic. præſi. l. officium, ff. de rei vend. vt in
duobus Iudicibus ordinarijs, fallit quando cauſa acto-
ris, eſt fauorabilior, vt eſt cauſa dotis, libertatis, teſta-
menti, & Matrimonij, & in alijs cauſis pijs. De quibus
vi. Damaſ. Reg. Cano.39. fallit etiam quando pro
actore maior numerus Iudicum concurreret, vt in
Rota, & in Senatu, nam fit communis opinio à ma-
iori parte. Corat. de co. op. lib.1. ſub num.6.7. & 8. idem
in præfat. num.26.

F Item inter duos Iudices illius ſententia tenet, qui
præuenit Vant. de nullit. ex defec. Iuriſd. nu.179. quod
verum eſt quando ſuper eadem cauſa dati ſunt inſoli-
dum, & intelligitur inſolidum quando ſunt electi
cum hacmet clauſula, & quod vnus poſſit facere ſine
alio, at ſi non poteſt vnus facere ſine alio ſententia
vnius tantum non valet, vel ſi diſcordent, communis
opinio inter eos præualet, cap. ſi Epiſcopus.65. diſtinc.
cap. et qui, §. ſi plures, 29. diſt.

G Item ſi ſunt plures Iudices ordinarij, & vnus con-
demnat, & alter abſoluit, & tertius abſoluit ab obſer-
uatione iudicij, hæc poſtrema ſententia tenet, per tex.
glo. & Bar. in l. inter pares, vbi Doct. ff. de re iud. vbi ſe-
cus in arbitris, & Delegatis, quo caſu ad Delegantem
recurrendum eſt, l. diem proferre, §. ſi plures, ff. de arb.
Vant. de nullit. vbi ſupra num.186. Bart. & Alex. in l.
duo Iudices. ff. de re iud. plura per Caball. caſ. cri. 119.

H Item quæro ſunt duo Iudices, vnus poteſt ſenten-
tiare, alter verò debet exequi, quis iſtorum dicitur ha-
bere merum, & mixtum imperium, reſpondetur quod
Iudex qui poteſt exequi, l.2. cir. princ. ff. de re iudic. l.1.
§. à præfectis, ff. de leg.1. Iacob. de Beluiſ. in ſua prac. tit.
de fug. Reor. num.43. caue ne intelligas de mero, &
nudo executore, ſed de Iudice, vt Florentiæ de Iudice
artis lanæ, ad quem ſpectat mandare, vt ſententiæ, DD.
Conſulum artis prædictæ executione mandentur, &
ideo appellatur officialis maior d. artis, & pro tali ho-
norifice tractatur.

I Tandem quæro ſi coram tribus iudicibus cauſa ven-
tiletur, coram primo porrigitur libellus, coram ſecun-
do lis conteſtatur, & coram tertio fiunt probationes,
dic quod ſi habeant iuriſdictionem inſolidum, ille iu-
dex præualebit, coram quo facta eſt conteſtatio litis,
Bart. de Capua. ſing.11. per glo. in l. de qua re, ff. de re
iudic. At ſi ſola facti veritate procedatur, in qua lis non
conteſtatur, omnes ſimul debent ſententiare, vel vnus
de conſenſu aliorum, vt ibi; quæ ſunt pulchra, & no-
tanda, D. Menoch. de præſumpt. lib.4. præſumpt.4.
264 num.9. vbi dicit, quòd iudex † qui potuit ferre ſen-
tentiam tanquam ordinarius, & tanquam delegatus,
præſumitur in dubio eam tuliſſe tanquam ordinarius,
ex Ro. in l. quanquam, C. de teſta. mil. & alijs ibi ad-
duct. At ſi iudex ſit dumtaxat ordinarius, & iudicet
tanquam delegatus, nulliter iudicat, Caualca. deciſ.27.
nu.1. p.1. niſi ſententiaret cum clauſula omni meliori
modo, Gigas conſ.81. num.7. Porc. conſ.187. num.16.
Decia. conſ.41. nu.26. vol.2. Ferret. conſ.189. num.4.
Et prædicta omnia ſunt benè conſideranda, tàm re-
ſpectu modi procedendi via ordinaria quàm extraor-
dinaria, & quoad obſeruantiam ſtatutorum, & cir-
ca admiſſionem appellationum, & præſertim pro
obtinendis ſportulis debitis Iudicibus delegatis. Quæ
veræ vbique dari vidi præterquam Florentiæ, & pro
tali conſuetudine eſt videndus Bertazol. conſ. cri.109.
num.2. & 3. p.1.
265 † Et quia in materia reſcriptorum occurrit multo-
nes diſputare, an ita Princeps intellexerit, vel quando
ſecretarij eius ad declarationem admonere ſolent Iu-
dices, vel delegatos plus, vel minus continere reſcrip-
tum, vel aſſerunt mentem Principis fuiſſe ſic & ſic, li-
cet ex verbis reſcripti non ſic eſſe percipiatur, vt aſſe-
runt, tunc ſtandum eſt aſſertioni ſilentiariorum, ſeu
265 ſecretatiorum, dummodo de ea in actis conſtet, † &
de fide, & authoritate cancellariorum, & ſilentiario-
rum plura ſcripſit Bero. de auth. magn. conſil. num.8.
cum mult. ſeq. Et Iudici aſſerenti ſe aliquid facere de
mandato ſuperioris oretenus ſibi viuæ vocis oraculo
facto creditur, quando ſuperior non eſt abſens, Grãm.
deciſ.36. num.29. Maſc. de prob. concl.140. num.161.
per eum adduct. & de aſſertione iudicis latius concl.
591. vbi plura & plures allegat, & dicit num.14. quan-
do concurrunt coniecturæ, & veriſimilitudines, cre-
dendum eſſe iudici, ſi conſtiterit quod ita fieri ſolet,
vel Princeps oretenus ita ſit ſolitus mandare & iube-
re, arg. l. minimè, de leg. §. ſed & quod Principi, Inſt. de
iur. nat. gent. & ciuil. ſunt enim conſiliarij pars cor-
poris ipſius Principis, l. quiſquis, C. ad leg. Iul. Maieſta.
Alex. conſ.94. num.2. vol.1. vi. Iac. de Beluiſ. in hijs
terminis in ſua prac. tit. de Remiſſ. num.87. Verùm vt
ſupra monui, optimum & tutum conſilium eſt, habe-
re in ſcriptis mandata Principum, quia ſic mandat fie-
267 ri Imperator, in tit. vt ſacræ ſubſcribantur, † & legi-
tur (ſi verum eſt) in vita Caroli V. Imperatoris, ipſum
de more iuſſiones oretenus ancipitè & amphibologi-
cè, & vt dicitur, parole da due ſenſi, loqui ſolitum;
alium ſimilem in hoc multis annis ipſe cognoui, vt
ab exitu mentem declararet, & ab euentu facta notan-
da eſſent, contraque huiuſmodi inuehitur Ouid. in
Epiſt. Phil. ad Demophontem;

Exitus acta probat, careat ſucceſſibus opto,
Quiſquis ab euentu facta notanda putat.

Et Cic. in initio orat. pro Rabir. dicit, hoc plerumque
facimus, vt conſilia euentis ponderemus, aliàs exitus
acta probat: & in propoſito, ſi à lege vel à Principe iu-
riſdictio detur certis perſonis, & fiat aliquis actus iu-
riſdictionalis ab alio, qui aſſerit ad illum actum ha-
buiſſe delegationem à Principe viuæ vocis oraculo,
non eſt ei credendum, & qui hoc negat, non tenetur
probare, poſtquam fundamentum eius intentionis
non eſt in negatiua, ſed in ipſa lege, quæ dat iuriſdictio-
nem certis perſonis, & non alijs. Vnde qui habet le-
gem, vel regulam pro ſe, dicitur habere intentionem
fundatam, l.1. vbi Dec. num.6. Cagnol. num.21. de reg.
iur. & iuriſdictio eſt facti, non præſumitur, l. in bello, §.
facti, ff. de capt. & poſtli. reuer. Vant. de nullit. ex de-
fect. iuriſd. num.28. & 29. Secus ſi negaretur iudicem
ordinarium aliquid non feciſſe quod ad eius officium
ſpectat, vtputa negatur non interpoſuiſſe decretum,
in contractu minoris, quia non fuerat præſens: hoc in
caſu negatiua, cum ſit fundamentum intentionis de-
bet

Digitized by Google

bet probari, Herculan. de mod. prob. negat. in princ.
col.1.& 2. Maſcard. de probat. concl.1087. & Floren-
tiæ exat ſtatum Rubr.c.83.lib.3. contra illos, qui aſſe-
runt habuiſſe iuriſdictionem a ſuperiore, de qua non
conſtat niſi ob aſſertionem illius, & grauiter puniun-
tur vt.infra p.4.
268 † Poſtremò in hac ſuprema authoritate Brachij Re-
gij quæro, an qui ea fungitur poſſit ſubdelegare? & bre-
uiter quoad ſupremos Iudices, qui non ſunt ad tem-
pus, ſed in perpetuum electi, vt Senatores, magni Can-
cellarij, & huiuſmodi, & de quibus loquitur Berous la-
tè de auth. magn. conſil. non eſt dubium, quin iſti poſ-
ſint delegare; & delegant ſecundum Bart. in l. 1. ff. de
offic. eius cui manda. eſt iuriſd. Butrig. in l.1.C. qui pro
269 ſua iuriſdict. ſed in delegato † à Principe, Doctores
omnes tenent, quòd ſubdelegare poſſit, l.a Iudice, C.
de iud. in cap. paſtoralis, & in cap. venerabilis, de offic.
deleg. & ita de conſuetudine ſeruari teſtatur Decia.
tract. crim. tit. de delegat. num.41. tom.1. lib.4. vbi fa-
cit differentiam inter delegatum à Principe & delega-
tum à lege; & hoc verum niſi ſit electa induſtria per-
ſonæ, cui cauſa eſt delegata, arg. l. inter artifices, ff. de ſo-
lut. l. viam veritatis, ff. locat. cap. vlt. §. is autem, de offi.
deleg. Marant. de ord. Iudic.4. par. diſtinct.5. num.64.
270 † & tunc dicitur electa induſtria perſonæ, vt quando
Princeps in delegatione diceret geminatè, tu tu proce-
das, vel cognoſces ſecundum Bald. in cap. fin. de offic.
deleg. Euerar. in ſua cent. loco à vi geminationis. Item
quando in commiſſione hæc ſimilia verba appone-
rentur dicendo, conſcientiæ tuæ tantummodo com-
mittimus, vel tuæ diſcretioni, vel in te, aut de tua confi-
dentia freti delegamus tibi, vt per Crauet. conſ. 303.
num. 2. Bald. conſ.128. & DD. in l. more maiorum,
de iuriſd. omn. iud. & in d. l. a Iudice, C. de Iudic. Vant.
de nullit. ex defect. iuriſd. deleg. num.21. item quando
eſſet facta delegatio de certis cauſis ſoli Principi reſer-
uatis, quia intelligitur electa induſtria perſonæ, vt eſt
committere cauſam meri & mixti imperij, Clar. §. fin.
quæſt.42. ver. in delegato, in fin. & per Marant. d. di-
ſtinct. 5. num.64. D. Menoch. de præſumpt. lib.2. præ-
ſumpt.21. num.3. vbi induſtria in cauſa graui & ardua
electa cenſetur. Item quando negotium indetermina-
tum mandatur ſecundum Bald. in l. vnica, §. ne autem,
col,2. verſ. & hæc ſunt vtilia, C. de caduc. tol. idem quan
do cauſa eſt ardua, Iaſ. in d. l. more maiorum, num.65.
de iuriſd. omn. iud. Item quando liberum arbitrium &
abſolutum collatum eſt Iudici ordinario, vt D. Capi-
taneo Mantuæ, ad tempus limitatum, quia dicitur ele-
cta induſtria perſonæ ſuæ vſque ad tempus finiti bien-
nij, per DD. in l. 1. de offic. ſuo, intellige vt infra hos &
alios adducit Menoch. de arb. iud. quæſt. 68. num.8.
cum ſeq. & quæſt.54. ſub num.11. vbi latè explicat, an
cauſa meri, & mixti imperij ſubdelegari poſſit, & par-
tem affirmatiuam tenet, vide D. Menoch. d. præ-
ſumpt. 21. lib. 2. Sed in hoc ſemper ſunt attenden-
da verba delegationis, quia ſiue ſit cauſa ardua, ſiue
meri & mixti imperij, ſiue non, quando eſt electa in-
duſtria perſonæ, nunquam ſubdelegari poteſt per ſu-
pradicta, ſed Clar. quæſtio.42. verſic. in delegato, dicit,
quòd in ſtatu Mediolani delegatus non ſubdelegat. At
in alijs Iudicibus abſolutam poteſtatem habentibus,
dico quòd ſi Brachium Regium non conceditur niſi
in cauſis arduis & grauiſſimis, vt ſupra in tertio præ-
miſ. & in ijs cenſetur electa induſtria perſonæ, vt per
D. Menoch. d. præſumpt.21. num.3. ſequitur quòd ſit
formanda regula negatiua, niſi ex verbis aliter de men-
te Principis conſtet, vt per Menoch. vbi ſupra, num.6.
cum ſeq. & per l. non aliter, de leg. tertio, vel ſtatus
conſuetudini, vt in l. minimè, & in l. cum de interpre-
tatione, de leg. Decia. vbi ſupra, tit. de deleg. num.41.
tom. 1. lib.4. & Fab. a Mont. Leo. pract. arb. par.7. dicit
quod ex neceſſitate delegatus Principis poteſt alteri
272 ſubdelegare, & † Mantuæ D. Capitaneus Iuſtitiæ in
ſuis cauſis iure ordinario ad ſe ſpectantibus non poteſt
ſubdelegare alteri proceſſum informatiuum tantum,
niſi ſuo vicario, quamdiu illum probum cognoſcat, at
quando nequam reperitur, poteſt ex neceſſitate alteri
committere, vt proceſſum informatiuum inſtruat. Ve-
rùm quia ſæpè delegantur cauſæ dicto D. Capitaneo,
tunc poteſt cui velit ſubdelegare pro formando pro-
ceſſu offenſiuo tantum, & iſte ſubdelegatus poteſt
etiam torquere teſtes, vt ſeruatum eſt multoties, licet
non ſemper ritè factum ſit.
273 † Et aduertendum eſt, quòd licet delegatus Princi-
pis poſſit ſubdelegare eandem cauſam alteri, nihilo-
minus non poteſt ſubdelegare cum authoritate ſubde-
legandi, non obſtante quòd delegatus huic ſubdelega-
to commiſerit in totum vices ſuas, & hoc ea potiſſi-
mùm ratione vt infinitas euitetur, ita Phil. Franc. in c.
cum cauſam, num.9. de appellat. per gloſ. in d. cap. &
per tex. in c. ſuper quæſtione, §. ſi verò, de offic. deleg.
274 Marant. vbi ſupra, diſtinct.5. num. 58. † nec proceſ-
ſus factus ab iſto ſubdelegati, ſubdelegato poſſet ratifi-
cari à delegante Principe propter defectum inſanabile
iuriſdictionis, vt per Vant. de nullit. ex defect. iuriſd.
num.140. quia in iuriſdictione non habet locum rati-
habitio, per illum in cap. cum cauſam, de appell. ſed ſo-
lus Princeps poteſt ratificare ſententiam nulliter latam
ex defectu iuriſdictionis, vt eſt gloſ. no. quæſt.2. cap.1.
& 2. ff. de offic. deleg. Vant. tit. qualiter ſent. &c. num.7.
& num. 25. vbi ait verum eſſe quando Princeps ſcit,
& notam habet ſcientiam de tali nullitate, & in tit. de
nullit. ex defect. iuriſd. num. 26. & 27. Quod facit pro
quibuſdam Iudicibus modernis, qui capnosè confir-
mare audent ſententias ex defectu iuriſdictionis nul-
las, & alij executionem concedunt, tanquam ſint duæ
ſententiæ conformes, & à Boue maiori diſcit arare
minor.
275 † Cauſæ autem cognitio, an ſcilicet ſubdelegatus ha-
buerit ipſe, vtique authoritatem ſubdelegandi, ad dele-
gatum Principis ſpectat, Vant. loc. cit. & de ſupradicta
materia habetur apud Bart. & alios in l. obſeruare, ff. de
offic. proconſul. gloſ. in l. ſi gercote, in ver. actitare, C. de
offic. eius, qui vic. alt. gerit, & in dubio debet iudicare
276 quod non, † quia delegatio eſt ſtricti iuris, l. impe-
rium, vbi Iaſ. & alij de iuriſd. omn. iud. Bald. in auth.
ſed nouo iure, C. de ſer. fug. & dicitur odioſa, no. gloſ.
in cap.1. in ver. proceſſus, in fi. de reſcript. D. Menoch.
latè contra D. Riminal. in d. quæſt. 54. Multa etiam
poſſent hic adduci circa ea, quæ Princeps facere po-
teſt, vel ei non conueniunt. Sed dico in ſumma, quæ
de iure non poteſt Princeps facere, multò minus Iu-
dex ſubrogatus, arg. à maiori ad minus, auth. multò
magis, C. de Sacroſanct. Eccleſ.
277 † Reſtat ſolùm breuiter recolligere nonnulla alia,
quæ poſſit facere Iudex ſupremæ authoritatis, & Par.
de Put. in tract. ſynd. in verb. concordia, & in verb. Iu-
dicis ſuprema poteſtas, plura accumulat, & dicit, quod
iſte Iudex per hanc ſupremam authoritatem multa
facere poteſt, & non tenetur in ſyndicatu de ijs, quæ
facit, veruntamen cauendum eſt ab inuidis, & dam-
num paſſis, quia alia via NODVM IN SCIRPO
QVAERVNT, vt apud Plaut. in Men. & Terent. in
And. legitur & Bald. in propoſ. Imol. & alios ſcrib. in
d. l. filiusfamilias, ff. de donat. vbi etiam tractatur de ijs
quæ Iudex noſter facere poteſt.

Primò, Iudex noſter poteſt comburere inſtrumen-
tum falſum productum, & lacerare libros improbæ re-
ligionis; ſecundò, domum ruinoſam inuitum cogit re-
ficere; tertiò, poteſt cogere aliquem vt vendat tantum
de terreno ſuo ſtabili, vbi furcas poſſit erigere; quartò,
poteſt capi facere iumentum pro exequenda iuſtitia;
quintò, poteſt cogere ciues ad emendum ipſius fru-
mentum quod habet ſuperfluum, ſed hoc perrarò acci-
dit; ſextò, poteſt ſtatuere pretium, vt res viliori pretio
vendantur, & quòd conducantur in publica platea; ſe-
ptimò, cogit vicinum vicino præſtare aditum, ſed hoc
eſt etiam de iure communi, Ang. in l. 1. de ſer. leg. octa-
uò.

Digitized by Google

uò, poteſt cogere partes ad concordiam; nonò, poteſt
cogere arbitrum electum acceptare; decimò, poteſt
mandare, vt aliqua domus deſtruatur, vel vt ciuitas
pulchrior reddatur, vel ob delictum vt tranſeat in exẽ-
plum pro cæteris facinoroſiſſimis ſceleratis; vndeci-
mò, poteſt mala medicamenta rumpere, & menſuras
iniuſtas frangere; duodecimò, poteſt à ciuitate eijcere
morboſos & vagabundos; decimotertiò, poteſt ſtatuere
ius iniquum, de quo ſuo loco latè dicturus ſum; deci-
moquartò, poteſt ſtatuere præmium capienti malefa-
ctorem, Put. in ver. præmium, ſed in cauſis criminali-
bus, quid poſſit facere in materia capturæ, torturæ &
pœnarum, vide omninò Cæpol. in auth. ſed nouo iure,
num. 56. cum ſeq. C. de ſer. fugit. vbi ponit trecentos ca-
ſus, in quibus Iudex arbitrium habet tàm in omitten-
do, quàm in committendo, quos per te videto.

A QVONIAM Brachium Regium habet quan-
dam ſympathiam ſeu conſonantiam cum armis &
bello, pauca attingamus obiter de Brachio ducis belli,
278 & dicamus hos † Duces latum arbitrium ſuper bel-
lum habere, & militibus iubere, vt vitam periculis ex-
ponant, & eos punire abſque proceſſu more belli, &
more turbæ cauſam celeriter examinare, vt in Gallia
ſic teſtes examinari ſolent, & inter Teutonicos circulo
militum facto Dux omnibus ſimul auditis ſolet diri-
mere lites: & habemus in ſacra pagina de Centurio-
ne, qui hoc arbitrium ſignificauit, inquiens: Habeo
ſub me milites, & dico huic vade, & vadit, ſeruo
meo hoc fac, & facit, Matt. cap. 8. & in iure noſtro
eſt tex. in l. 2. §. populo deinde aucto, de offic. præſ. &
in Syntgm. iur. lib. 47 cap. 18. num. 4. & non obediens
Duci etiam quod melius egerit non obedire, punitur.
Cremenſ. Syng. 151. & in 6. par. num. 535. Nec poſſunt
milites renuntiari eorum priuilegijs, Caualca. De tut.
& Curat. nu. 318. & 314. Nec Dux pro eis. & Cremenſ.
Syng. 150. ſed miles non effugeret pœnam, ſed mitius
eſſet puniendus. Et ſi miles delinqueret in vno ex ca-
ſibus non comprehenſis in Decreto gratioſo, de quo
ſupra num. 50. tamen ſi per illud delictum in conſe-
quentiam veniret magna vtilitas Reip. vt de Proditore
Patriæ, qui proditionem reuelauit. de quo Coarru. var.
relect. 2. par. num. 4. eſſet excuſandus à pœna fori, non
autem poli, Luc. de Pen. l. 1. col. 13. verſ. verum, C. de
Deſertor. libr. 12. l. apparitor, C. de choarctal. co. lib. vi.
Tiraq. de pœn. temp. Cauſ. 50. num. 1. 2. idem in tract.
res inter alios, num. 10. qui dicit locum non habere
quando vtilitas Reip. veniret in conſequentiam, &
non principaliter. Veruntamen ad illud eſt animad-
279 uertendum, quòd bellum † ſit licitum vt iuſſio Du-
cis licita exiſtat: & dicitur bellum iuſtum ſemper eſſe,
quotieſcunque pugnatur contra infideles, & inimicos
fidei noſtræ Catholicæ Chriſtianæ, Bart. in l. 1. C. de
pagan. alios adducit Iaſ. in l. ex hoc iure, vbi latè nu. 25.
de iuſt. & iur. Bald. conſ. 439. par. 5. Ioan. de Lign. tract.
de bello, in rubr. de ſpol. cap. 10. Io. Lup. eod. tract. de
bell. & bellator. §. 1. & 2. & 3. Hoſt. in ſum. de treg. &
pac. §. quid ſit iuſtum bellum, & iuſtitiam foueat. An-
ca. in cap. peccatum, de reg. iur. Notiſſimè Nauar. in
ſuo Manual. confeſſ. cap. 15. num. 15. quibus in locis
multa ad propoſitam materiam; Et dicitur bellum iu-
ſtum pro parte eius, qui petijt ſibi reſtitui ſuum, nec
alio remedio ſuccurri poſſit, niſi deueniatur ad arma,
Iacob. Bouand. add. ad Ioan. de Terra. rubr. in tract.
contra rebell. tract. 3. ar. 10. in verb. ſufficiant; vbi la-
tiſſimè de bello iuſto, & iniuſto, vſque ad fin. dicti cap.
280 Reſpectuque vnius † bellum dicitur iuſtum, ſed in-
iuſtum reſpectu alterius; & per conſequens capta ab
vna parte (quæ ius fouet) licitè capientium fiunt; vt in
cap. damnum, cum concor. de reg. iur. & ab alia parte
illicitè capiuntur, aduerſus quam ius contrariatur: &
ad hæc omnia videndus eſt Boer. deciſ. 178. per tot. Sed
hæc diſtinctio procedit inter Chriſtianos ad inuicem
pugnantes, inter quos non dicitur bellum eſſe iuſtum,
281 niſi † pro tuitione rerum & ſtatus, pro quibus per-
mittitur vnicuique (etiam manu armata) rem ſuam de-
fendere, ac ab inuito recuperare, l. 1. ff. de vi & vi arm.
arg. l. vt vim, de iuſt. & iur. cap. cùm olim, de reſtitut.
ſpol. D. Menoch. de recup. poſſ. remed. 1. num. 121. &
remed. 10. num. 47. Iaſ. in d. l. ex hoc iure, num. 29. de
iuſt. & iur. tetigi ſupra in 1. par. num. 94. Et contra de-
tentorem ſeu turbantem ſtatũ alterius res in bello ca-
ptæ iure belli ſiunt capientis, per d. iura, magis quo-
dammodo iure repræſaliarum, de quibus latè per Bart.
in ſuo tract. de repræſal. Nam inter Chriſtianos, quò ad
perſonas, non ſeruantur iura captiuitatis, Bart. in l. ho-
ſtes, in fin. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. & quod dictum
eſt de rebus, intelligitur de mobilibus, non autem de
domibus, agris, & alijs rebus immobilibus: nam hæc
ſunt domini, qui licitè bellum facit, Hoſt. in ſum. de
treg. & pac. §. Quid ſit iuſtum bellum, & iuſtitiam fo-
B ueat. At nullo modo capta à militibus, qui extra caſtra
vagantur, non pugnandi, ſed furandi cauſa, vt de Berto-
nis, Anglicanis & de Vſcochis. Amutinans in Flãdria,
& huiuſmodi Piratarum peioribus capta, nec iuſtè, nec
licitè capientium fiunt, per ſupradictos Authores. Et
mercimonia, & aliæ res, quæ vehuntur ſuper equis, vel
curribus ſeu plauſtris, vel aliter in naui inimica, vel
non tranſuehuntur, non cauſa belli, ſed negotiationis
à mercatoribus, vel ab alijs bello non intendentibus,
capientium minimè fiunt, niſi eſſent res infidelium,
Bart. & alij in d. l. Hoſtes, & in l. ſi quid in bello, ff. de
capt. & poſtl. reuer. Pereg. de iur. fiſc. lib. 3. cap. 3. vbi de
bello inter Chriſtianos, & infideles, appellatione quo-
rum veniunt omnes, qui deuiant à fide vera Catholica
Chriſtiana, & orthodoxa, vt l. 1. C. de hæret. & manic.
& vide Boer. deciſ. 378. num. 10. & 11. Et Duces belli,
qui latum arbitrium habent ſuper guerra, non poſſunt
donare immobilia, ſeu iura fiſcalia recuperantibus ca-
ſtrum, quaſi in præmium virtutis; ſic concludit Bald.
in conſ. 385. incip. Quando ſuper facto certo, num. 6.
par. 5. Aſt quando ius eſt in armis, qui poteſt capere
capiat (mundus dicit) at Chriſtianè procedendo cauſa
eſſet prius ciuiliter abſque pugna tractanda, atque ter-
minanda coram Iudicibus, & arbitris, non via armo-
rum, niſi opus eſſet quaſi coactè pro executione ſen-
tentiæ. De quibus tandem teneantur Duces, & capora-
les pro eorum militibus, vt dicam in 5. par. ſub nu. 154.
& vt aliqua pauca in propoſito dicam De Brachio mi-
litari, vt Florentiæ vtitur, hoc Brachium, alibi dicitur
ſecundum decretum de quo per Doc. in l. 2. ff. ex qui-
bus cau. in poſſ. eat. & Mediolani appellatur fortis exe-
cutio. & leuis executio eſt primum Decretum, vt in
No. Conſtitu. Rubr. de Iudic. §. ſi per apparentem, &
declarantur in no. ord. anni MDXLII. Die XI. Iulij,
& de iure ciuili quis ex primo Decreto mittitur in poſ-
ſeſſionẽ bonorum Debitoris, qui contradicendo con-
uertit illud in vim ſimplicis citationis, deinde obtenta
ſententia mittitur in poſſeſſionem ex ſecũdo Decreto
ad hoc vt. Afin. in prac. §. 4. cap. 3. & §. 31. per tot. apud
nos Friuzani conceditur grauamen a milite pro Socio,
quod niſi confirmetur in contradictorio nihil eſt. Et
quia nil proprius militibus ludo, præſertim alearum,
& ſortis cum quibus ſuper tympano e ſeu tamburo,
cognoſcũt, an ſibi factę ſint contraminę, ex quo ſortes
tunc ſaltant ſuper tympano poſito ſuper terram, hinc
dico quod acquiſita ludo iniuſto debent reſtitui, &
ludens ad credentiam non poteſt conſequi tex. in l. 1.
pulcher, & rotundus, C. de Relig. & ſumpt. fu. vbi
noua conſtitutio Iuſtiniani. Coarru. var. reſol. de
reg. iur. §. 4. num. 8. par. 2. car. 672. & in propoſ. lu-
di vi. Caualca. Deciſ. 34. par. 2. De ludentibus ad pri-
meram.

Digitized by Google

DE LIBERO ARBITRIO MARITI IN VXOREM.

SVMMARIVM.

De libero arbitrio Mariti in vxorem, & quomodo vir dicitur caput vxoris, & circa quæ ſubiectio vxoris verſatur. & quomodo illa conditionem viri ſequitur circa honores, & onera Matrimonij, & quo ad forum.

Qualiter vir, & vxor ſint vna caro, eadem perſona, & ſocij humanæ vitæ, & Diuinæ Domus, & de coniugum vnitate quærenda, & ſeparatione tori fugienda.

De Debito coniugali præſtando, quomodo, & quando, & quibus diebus abſtinendum ſit, & negans debitum, an ſemper peccet, & quod vxor tenetur redire ad primum virum. Qui ſi fuiſſet verè mortuus, & reſuſcitaret, non recuperaret illam, ſecus quo ad bona.

Vir, & vxor, quando ſunt ad imparia iudicandi, & quando non: vbi plures aſſignantur caſus. & quando vir poſſit, & non poſſit accuſare vxorem, quid econtra, quis grauius in eodem genere peccare dicitur, & quando vir, vel vxor mitius punitur, ac quando ſit fauendum vxori, & quando viro.

Maritus poteſt corrigere vxorem, carcerare, & in vinculis detinere, & qualiter habere dicitur manus iniectionem. Quibus de cauſis, & qualis, ac quanta debeat eſſe correctio, & quàm ſit pernicioſum verberibus afficere vxorem, & iurgys, & malo exemplo illam cruciare, & quid in ſponſa nondum carnaliter cognita.

De nimia ſæuitia damnanda, & qualiter coercenda, & quibus de cauſis maritus poſſit dimittere vxorem, & vxor diſcedere à viro.

De officio Iudicis, & de eius prudentia, & manſuetudine exercenda in caſu diſcordiæ inter coniugatos, & quantum ſit fauenda cauſa matrimonij, & de eius priuilegijs remiſſiuè.

De alimentis præſtandis, vel non præſtandis vxori in Domo, vel extra Domum viri, pendente lite, & ſi licitè fiat ſeparatio Tori, an dos ſit reſtituenda, & ſi fiat culpa viri, an fructus percipere poſſit, & de Diuortio ad tempus, vel in perpetuum. Quid de donationibus ante nuptias, & de paraphernalibus, & huiuſmodi, ac de lucro Dotis remiſſiuè: quid ſi Dos fuit promiſſa, & non ſoluta, quid ſi vxor diues duxit virum inopem, cui non fuit dos promiſſa.

De Cauſis Diuortij reſpectu viri, & de alijs reſpectu vxoris, præſertim De nimia ſæuitia, De impedimento naturali, vel accidentali, & De morbo Gallico, de Lepra, de Ecthiſia, de Podagra, de male olente, de Furore, de Hæreſi, de Fornicatione, ac de malis moribus vtriuſque, præſertim de Zelotypia.

An Maritus poſſit recuperare vxorem, quæ diſcedit ab eo: quid pendente lite, & contradicente illa, & parentibus ſuis, an manu armata, & per vim: & an pœna raptus, aut violentiæ, vel attentatorium locum habeat, nunquid liceat etiam ex interuallo, Quid ſi altera partium recurſa eſt ad Principem. Quæ alia remedia competere poſſunt viro recuperandi vxorem remiſſiuè.

Qualiter, & quando vxor teneatur ſequi virum quocunque iuerit, ſed quid ſi vir ſit vagabundus, & diſcolus: quid ſi rebellis, vel Bannitus.

Et tandem quid remedij ſi ambo iugales fuerint pertinaces, & nolint vllo modo reconciliari etiam cum pace Marconi, & quæ ſit iſta pax Marconi.

282 †Nunc tractandum eſt de libero arbitrio mariti in vxorem, cuius materia eſt ampla, & valdè apta ad cōponēdum curioſum tractatum de compatibili, & in-
A compatibili, & vt à potentiori parte exordiar, vt in Proœm. Inſtit. in princ. Sciendum eſt, quod Maritus dicitur caput vxoris ſuę, ſicut ipſa dicitur eſſe caput, & finis familiæ ſuæ, de primo eſt tex. in cap. hæc imago, 33. q. 5. Paul. 2. Cor. c. 7. & ad Epheſ. cap. 5. de ſecundo eſt tex. in l. pronuntiatio, de verb. ſig. adeò quod vxor eſt ſubdita viro ſuo, quo ad obedientialem reuerentiam, vt latè (vltra omnes) per Tiraq. de leg. connub. l. 1. gloſ. 13. numero 17. Bald. in l. vnum ex familia, §. vltim. ff. de legatis ſecundo, & de ijs ſunt ferè plenæ Paginæ Sacræ, Canonicæ, & Ciuiles: & hæc ſubiectio vxoris erga virum talis eſſe debet, qualis eſt illa, quæ Domino debetur, vt Apoſtol. loc. citat. declarat, at ſubiectio ſubditorum erga Dominos ea eſſe debet, vt docet idem Apoſtolus dicens: Subditi obedite Præpoſitis veſtris, non ſolum bonis, ſed etiam diſcolis, Ad Hebr. cap. 13. Sic congruit vxoribus parere viris ſuis, non ſolum bonis, verum etiam diſcolis, vide rationem 33. quæſtio. 5. mulierem. Quam ſubiectionem declarat Roderic. Suarez, Recept. Sentent. titul. de los Pleitos, ſub numero 13. ubi dicit eam verſari circa debitum carnis, & quo ad operandum Marito, vt 33. quæſtio. 5. cap. quod Deo, vbi Gloſ. non tamen præciſè, ſed cauſatiuè, vt in habendo curam perſonæ Mariti, filiorum, ac familiæ Domus ſuæ, Abb. in cap. litteras, vbi de materia de reſtitutio. ſpoliator. & facere debet vxor ea omnia, quæ iuxta ſtatum viri, & conditionem fieri decet, Bald. in Authent. ex teſtamento, col. 6. verſic. Decimo, Cod. de collar. videtur ſe reſtringere ad operas obſequiales, non autem quo ad induſtriales, de quorum differentijs tractat Ioan. Lup. in ſua Repetit. Rubric. de Donatio. inter virum, & vxorem, columna 82. & per Menoch. de præſumptio. lib. 3. præſumptio. 51. numero 33. & 34. & per Bertach. in Repertor. in verb. vxor debet præſtare, vbi plura dicit in hoc propoſito. Sed opinio Bartol. poteſt habere locum in vxoribus Nobilibus, ſecus in alijs, quæ non ſunt nuptæ viro Nobili, vt ſunt vxores Artificum, & huiuſmodi, niſi Mulier Nobilis valdè duxerit virum non Nobilem, nec diuitem, ità vt ex diuitijs nobiliter vterque viuere poſſet, & in propoſito obedientiæ, & ſubiectionis ſcias quod vxor non poteſt tondere ſibi capillos deuotionis gratia, nam inuito viro dicitur excommunicata, ſi id faciat, ſecundum Roman. ſingul. 600. per text. 30. Diſtinctio. cap. quæcunque, Patri verò licet tondere capillos filiæ nuptæ inhoneſtæ, Roman. ſingul. 537.

B Cæterum quo ad honores, vxor irradiat, & fulget radijs maritalibus, l. ſi auguſtæ, de legat. 2. l. mulier, C. de Dign. lib. 12. & in tantum eſt verum, quod mulier ignobilis ex perſona Viri Nobilis nobilitatem acquirit, & quamuis mulier fuiſſet baſtarda (vt apertè loquar) nihilominus aſſumit qualitatem Mariti, & efficitur, ac ſi eſſet legitima, & naturalis, ſicut eſt vir ſuus, vt per Hippol. de Marſil. in ſing. 401. quia capacitas viri ad vxorem porrigitur, not. Bal. in l. ſi quis, C. de nat. liber. quem ſequitur Dec. in l. fœminę, ſub num. 7. de reg. iur. Vnde quo ad honores, et dignitates, et commoda, et incommoda Matrimonialia, ſunt eiuſdem iuris, l. ſecundum naturam, de reg. iur. et plura alia iura alleg. Marſil. ſing. 264. ſecus quo ad delicta, nam pœna ſequitur ſuos Authores, l. ſancimus, cum ſimil. ff. de pœn. quamuis in crimine læſæ Maieſtatis ſecus dicendum eſſet, nec quo ad onera extra matrimonium uxor incommodum ſentiri debet, ut l. 1. §. interdum, ff. de leg. tut. plura alia adducit Dec. in dict. l. ſecundum naturam, numero 2.

C Et decet maritum honorare vxorem, vt alij præſtet exemplum, & quia honor eſt honorantis, vnde ſi vir vult honorari per vxorem, honoret illam, vt dicit Tiraq. de leg. connub. d. l. 1. gloſ. 13. nu. 36. & 39. vbi docet quomodo, & quo honore vxor debeat honorari à

D viro,

Digitized by Google

viro,alioquin vir ſpernere diceretur carnes ſuas,quod eſt inhumanum. Sunt enim duo in carne vna, vt in cap. 2. & 3. Geneſ. & in cap. debitum, de Bigam. & dict.cap.hæc imago, 33.quæſtio.5. Cæpol.conſil.crimin.5.numero 28. Surd. Deciſio.167. qua de re inter eos coniugium, & laudabile, & honorabile eſſe debet in Domino, vt admonet Apoſtolus 2. Corinth. dict.cap.7.& ad Epheſ.cap.5.

D Hinc eſt, quod Doctor, vel miles inſignitus Cruce, vel dux militum, debent nominare eorum vxores honorificè, & vocare illas Dominas, vt de hac re tractant Doctor.in dict.l.2.Cod.de Dign.libro 12. Dec. in l. fœminæ, ſub numero 7. de regulis iuris, & in Rubric. ſolut. matrimon. quod (circunſcripta locorum conſuetudine) facit contra illos homines malè quidem morigeratos, qui vocant vxores ſuas in ſecundam perſonam, per tu: ac ſi eſſent eorum vi-
* les Ancillæ, & pediſſequę, & facit Menoch.de arbit. Iudic. Caſ.501. in no. Addit. Nam vxor nedum eſt vna Caro cum viro ſuo, ſed etiam fit vna, & eadem perſona, quo ad vinculum matrimonij, quo ad mutuam dilectionem, & honorem, & quo ad bona, & onera matrimonij, & quo ad forum, vt infra dicetur.

E Qua de re quo ad debitum reddendum vir, & vxor non ſunt ad imparia iudicandi, cap. gaudemus, de Diuort. cap. apud nos, 32.quæſtio. 4. vnde Apoſt. ad Epheſ. cap. 5. admonet vtrunque coniuges, ne tempore congruo debitum mutuum denegetur, vt etiam in 1. Corinth. cap. 14. recolit vt omnia inter eos honeſtè, & ſecundum ordinem fiant, quæ verba ſummopere notanda ſunt contra illos nefandiſſimos, qui contra ordinem naturæ, & contra præcepta Dei præpoſtera vtuntur libidine, contra quos eſt comminata pęna ignis, eſt text. in l.ſi qua mulier, vbi Dec. numero 9. C. de ſecund.nupt.quod quidem crimen eſt abhominabile apud Deum, & homines, text. in l.cum vir nubit in fęminam, C. de Adulter.& in Authent. vt non luxur. contr.natur. Et ideò licitè, & honeſtè vxori vir debitum reddet, ſimiliter autem vxor viro ſuo. Apoſtol. 1. Corinth. cap.14.& 2.Corinth.d.cap.7. Couarru. Epit.in 4. Decret.in 2.par.cap.7.§.2. ver.poſtremò,quod ſi alter alteri debitum coniugale, ſine legitima cauſa negat, mortaliter peccat, S.Tho. in ſua ſumma, in verb. debitum,& in 4.Diſtinct.32.

F Vnde die qua ſponſi recipiunt benedictionem matrimonialem debent abſtinere à conſummatione matrimonij, vt per Matheſil. ſingul. 74. numero 19. per text.in cap.ſponſus,23.Diſtinct. Exemplo Tobiæ qui Saram eius vxorem per tres noctes ante, & poſt, contractum matrimonium, abſtinuit à copula carnali (quamuis in eodem cubili dormierunt) ſed ambò in orationibus pernoctarunt, alij verò viri, quos numero ſeptem Sara per prius habuerat, obierunt, quia illam duxerunt non ad eum finem, per quem matrimonium fuit inſtitutum, ſed duntaxat ad expletionem libidinis, qua de re nec filios viri illi habuerunt, minuſque cum Sara coniungi potuerunt, ſed permiſſu Dei illi viri à Dæmone appellato (vt fertur) Aſmodeo paſſim necabantur, vt in Sacris Pag. & libr. Flos Sanctorum, vbi de Angelo Raphaele tractatur. Quinimmò per duos menſes poſt contractum matrimonium expectare deberent, antequam copula carnali coniungerentur: propter tria, vt ait S. Thom. in Summa, in verb. Debitum, & in verb. vxor. primò, vt vterque coniugum deliberare poſſit de tranſitu ad Religionem. Secundò, vt præparentur neceſſaria ad ſolemnitatem Nuptiarum. Tertiò, ne inutile habeat maritus datam, quam non ſuſpirauit dilatam, quorum trium etiam memoriam facit Roder.Suarez,Recept. Senten.d.tit.de los Pleitos,ſub num.15.

G Præterea omninò abſtinendum eſt à reddendo, & petendo debito quibuſdam alijs diebus (licet qui petit peccat, & reddens petitus non peccat) ſecundum Theologos, vt in die qua ſumitur Sacroſancta Eucharistia,33.q.3. ſeruus,& datur conſilium abſtinendi per tres dies antè,& per tres dies poſt, ne fiat deuotionis relaxatio, ſed Diuinis officijs, & orationibus tota mente incumbi, & vacari poſſit. Paul. 2. ad Corinth.dict.cap.7. Et hac de Cauſa Diebus Feſti ſolemnis Dei, & Matris ſuæ, ac Sanctorum de Præcepto, ac Diebus Ieiuniorum Quattuor Temporum, & Quadrageſimalibus abſtinendum eſt, ſicut etiam Diebus Rogationum,vt 33.quæſt.4.per tot.vbi multa ſunt capita: & etiam in Aduentu,vt dicit S.Ambr. in ſermo. De Aduentu. Fratres non ſolum debetis non ſolum ab omni immunditia abſtinere, ſed etiam ab vxoribus proprijs ſtudioſiſſimè contineatis, Nam etiam à licitis abſtineri oportet, vt faciliùs impetrari poſſit,quod poſtulatur, 33. quæſtio.4. Chriſtianæ, & ibidem in cap. oportet, & cap. Capellanus, extra de Ferijs. S.Thom.in Sum.dict.verb.Debitum, verſic.vtrum peccent, num.6. per tot. vbi dicit quod propter incontinentiæ periculum ſine contemptu talium dierum, in hoc caſu coniunctio non eſſet peccatum mortale, ſed veniale. Item tempore, quo vxor eſt prægnans, abſtinere debent ob imminens periculum, ne ſequatur abortus. S. Thom. vbi ſupra,num.8. & 33.quæſt.4.fratres. Similiter tempore menſtrui, ne concipiatur partus leproſus, & caducus, vt 4. Diſtinct. 32. & vbi ſupra, num.9. & (vt dictum eſt) qui aſſentit petenti in dictis diebus non peccat, ſed ille qui petit, ſecundum gloſ. 33. quæſt.4. fratres,31. Diſtinct.quoniam, & 32.quæſt.4. in Sum. cap.penult. & cap.quos Deus, ſed in ijs,in quibus imminet materia peccati,ſemper conſulendi ſunt Theolog. ne libertas, & ſtimulus carnis nos præuaricare faciat.

H Debitum verò coniugale ob duplicem effectum redditur primò, & principaliter ob creandam prolem, vt in Geneſ. Creſcite, & multiplicamini, &c. Secundò ad euitandam fornicationem. Paul. 1. Cor. ibi propter fornicationem vnuſquiſque habeat ſuam vxorem, & vnaquæque ſuum virum. Vſus namque matrimonij, non tantum eſt in officio, ſed etiam in remedium, vt ait S.Thom.in ſua Sum. dict. ver. Debitum, ſub num. 8. & pulchrè in propoſ. per Borgn. Caualca. fratrem meum hon. in Deciſio. 18. ſub numero 6. par. 2. omninò vide Tiraquel.de leg.connub. gloſ.2.num.65. Hinc eſt,quod etſi vxor ſit ſterilis,aut ſemen viri impotens ad generandum (non dico ſenium) quia dicit Hippocrat. in Aphoriſ. quod ſenes facilius concipiunt, quia rarò coeunt) non eſt prohibita inter ſteriles copula carnalis pro euitanda fornicatione, & vt matrimonium conſeruetur, & quandoque per gratiam Dei, quæ prius erat ſterilis effecta fuit fęcunda. Vt Qui habitare facit ſterilem in Domo: Matrem filiorum lætantem, Dauid Pſalm. 112. Veruntamen de ijs coniugatis Apoſtol. 2. Corinth. dict. cap.7. ait, Tribulationem carnis habebunt, & hæc de Debito coniugali quo ad copulam matrimonialem dicta ſufficiant.

I Et quod vxor ob qualitates viri mutetur in eius perſonam, non ſolum eſt verum, quo ad honores, ſed etiam quo ad forum, nam vxor ſequitur forum viri, & Domicilium, l. cum quædam, & ibi not. Doct. ff. de iuriſdictione omnium iudicum, & fit etiam Ciuis eiuſdem Ciuitatis,cuius eſt vir, glo. in l.Ciues, vbi Bart. & Angel. C. de Incol. lib. 10. ac eandem viri originem ingreditur, glo. in l.origine, C.de municip.orig.lib.10. alia multa ſcribit Tiraqu. de leg. connub. l. 1. ſub num.29. 30. & ſeq. & vide in verſic. Quinimmo vxor, lit.R, & Dec. in d.l.fœminæ,de reg.iur. per tot.

K Vnitas

Digitized by Google

K Vnitas uerò coniugatorum, non ex opere humano progreditur, ſed dualitas. Nam unitas ſuperius, dualitas inferius: fit enim hæc unitas à ui ſacramenti coniugalis, ut per Tiraq. d.l.1. num. 29. & ſic uirtute Diuina, quæ dualitatem duarum perſonarum, ſcilicet Maris, & fœminæ in vnam carnem, & in eãdem perſonam coniungit, ut ſupra, ex quo Colligitur primò, quàm bonum, & quàm iucundum ſit habitare fratres in unum, Pſal. 127. Et in terris nulla maior fęlicitas, quàm inter uirum, & uxorem; Patrem, & filium; fratrem, & fratrem, concordia uera, & non ficta, ut ad
* hũc propoſ. plura ex Ariſt. & Homer. adducit Tiraq. de leg. connub. gl. 5. ſub num. 18. Secundò colligitur, quàm malè, ac perperam faciunt homines quando ingerunt ſe in hoc binario coniugatorum numero, cum ultra duos committi dicatur adulterium, unde ſi duo, ergo non tres, 31. q. 1. quomodo. Et ideò prohibitum eſt habere duas uxores eodem tempore, & quæ pœna trad. D. Caball. Caſ. crim. 98. per tot. & qui dùm habet primam, accipit ſecundam, eſt infamis, & ſecundum matrimonium nullum ipſo iure, & facto, l. eum qui duas, C. de adult. & qui aliter facit, cenſetur hęreticus, quaſi non rectè ſentiens de ſacramento matrimonij, ut per Dominic. & Franc. in cap. accuſatus, §. ſanè, de Hæret. lib. 6. uide Couar. in 4. Decretal. Epito. 2. par. cap. 7. §. 6. num. 13. ubi nec etiam licet aliam uxorem ducere tori ſeparatione facta, dum uiuit uxor, quia adhuc manet matrimonium, 32. q. 1. cap. 2. Qua de re, nec uxor ob longam uiri abſentiam (quem mortuum fuiſſe credit) poteſt ſine peccato alium uirum ducere, ſed eſt expectandus reditus primi uiri, uel uera mortis certitudo, Couarr. ubi ſupra, §. 3. num. 1. 2. & 3. quibus in locis cauſam reddit cur antè Aduentum Chriſti D. N. licuit plures habere uxores, & quare Clerici uxores habebant, traditur per Abb. ac alios Cano. in Rubr. & tot. tit. de Cleric. coniugat. in 3. Decretal. Colligitur tertiò, quàm iniquè, ac peruersè agunt illi,
* qui ſatagunt, ut uir, & uxor ſeparentur, quippè qui dicuntur prævaricatores diuinarum, atque humanarum legum, cap. quos Deus, 32. q. 2. & l. 1. C. de Repud. non enim deſunt qui, uel ne dotẽ promiſſam ſoluant, neve filia ab oculis parentum euaneſcat, vel propter aliud latens intereſſe procurant ſeparare coniuges, quorum finis interitus, 29. q. 2. c. fi. & 32. q. 5. præceptum.

L Dicuntur pariter vir, & vxor ſocij humanæ vitæ, ac Diuinæ Domus, vnde Adam, & Eua olim ſocij in Paradiſo terreſtri: nunc verò ſocij in Paradiſo cœleſti, quando reprehenſus fuit Adam propter tranſgreſſionem ſuam, reiecit culpam in Euam, dicẽs Mulier, quam mihi ſociam dediſti, peccare me fecit, vt in Geneſ. c. 3. & de iure communi ſocietas tacitè contrahi-
* tur inter virum, & vxorem: vltra alios per Gugliel. de Bened. in c. Raynutius, fol. 131. de teſta. l. aduerſus, C. de crim. expil. hæred. Imol. in l. rei iudicatæ, §. ſocero, ff. ſolut. matr. vbi vir lucrum, commodum, & vtile tenetur communicare cũ vxore, ſecus quo ad proprietatem, vi. Petr. de Vbald. trac. de duobus fratr. par. 3. ſub nu. 38. Sat eſt quod inter virum, & vxorem omnia cẽſentur cõmunia. Tiraq. d. l. 1. gl. 8. nu. 8. Hinc eſt quod ſi ſocio ius competit vindicandi iniuriam ſocio factã, vt l. ſolemus, vbi gloſ. ff. de rei vendic. multò magis vxor agere poterit pro iniuria facta marito, & econtra, l. vt vim, ff. de iuſt. & iur. dicam in 5. pat. ſub num. 60.
* Plac. Epit. lib. 1. c. 6. nu. 23. cum ſeq. nec valeret pax, aut remiſſio facta à viro ſine muliere, nec econtra, l. 1. §. filius familias, ff. de iniur. Iacob. de Beluiſ. pract. d. tit. de iniur. ſub num. 31. niſi Maritus obſtaret vxori agere volenti, quia eſt caput, & ipſa obedire tenetur, vt ſupra dictum fuit in primo, eſt tamen prohibita donatio inter virum, & vxorem, tot. tit. C. de Donat. inter vir. & vxor. ne mutuo, & exceſſiuo amore ſpolientur, & ne eorum filij deinde patiantur, & facit ad prædicta Menoc. de præſ. lib. 5. præſ. 15. num. 13. tandem
* Maritus, & vxor ſunt correlatiui, qua de re diſpoſitum in vno, vtique cenſetur diſpoſitum in altero, 32. q. 5. apud nos, vbi gloſ. l. fin. ff. de accept. l. fin. in princ. C. de indic. viduit. tollen. Sic honor, laus, & vituperium viri, eſt honor, laus, & vituperium vxoris. Sic Maritus adulterando pęna mortis de iure plectendus eſt, pariter, & vxor, vt tot. tit. C. ad leg. Iul. de Adulter. licet diuerſo modo, nam viri decapitabantur, vxores verò lapidabantur, Io. cap. 8. & de pluribus pœnarum ſpeciebus, vide Clar. d. §. adulterium, verſic. ſed quæro, & ibi Baiar. & Decia. eodem tit. Bero. conſil. 175.

M In ſumma ex ſupradictis omnibus colligitur Regula iſta, quod vir, & vxor non ſunt ad imparia iudicandi, vt in c. gaudemus, de Diuor. vbi Cano. omnes 32. q. 5. apud nos, & not. glo. 33. q. 6. ecce, & facit tex. 32. q. 1. ſi quis vxorem. Quæ tamen regula multipliciter fallit, vt no. gl. in d. c. gaudemus, Primo reſpectu obedientiæ, nam vt ſupradictũ eſt Maritus eſt caput, vxor verò, & ſubdita, tùm propter debitũ, tum propter miniſterium, vt 33. q. 5. c. cum caput. & per glo. 33. q. 5. c. ſecundum, in verb. numerus, in fi. Secundò, quia Maritus poteſt reuocare votum vxoris, ſed nõ econtra, c. noluit, 32. q. 5. Tertiò, quia maritus poteſt accuſare vxorem de Adulterio, non econtra l. 1. vbi gloſ. & Cyn.
* C. de Adult. Quartò, Mulier non poteſt inſtituere contra virum actionem infamatoriam, nec de iniuria cõtra eum agere, ſed ſi malè à viro tractetur, poteſt duntaxat cautionem petere de nõ offendendo eam, dummodo ſalua, ac illęſa remaneat fama viri ſui, vt 32. q. 1. de Benedicto, vbi glo. & per Io. And. ad Spec. in tit. de Iniur. Plac. Epit. delict. c. 7. nu. 3. in fi. Alex. & alij in l. diuortio, §. ſi vir, col. 3. ff. ſol. matr. & Rom. ſing. 4. Et
* ratio cur de Adulterio mulier non poſſit accuſare virum, ea aſſignatur, quia per maritum Torus violari non poteſt, vt dicit Ang. in ver. che hai adulterato la mia Donna, ſub nu. 25. vbi Aug. nu. 26. & 27. alia ratio eſt, quia per Adulterium vxoris fit præiudicium proli Mariti, & hęc eſt omnium melior ratio, Nam mulier adulterando poteſt concipere filium adulteri, & viro ſuo illum ſuccedere, qui putat ſuum eſſe filium, & cũ proprijs filijs ad ſucceſſionem venire indignum, & adulterinum natum, l. mulier, §. defuncto, ff. de Adult. Alias rationes aſſignat Iac. de Beluiſ. in ſua prac. tit. de lenocin. ſub nu. 40. 41. 42. & 43. Tiraq. de leg. connub. l. 1. ſub num. 42. vbi ait id procedere de iure ciuili, quo prohibetur vxor accuſare Maritum, ſecus de iure Cano. vt 33. q. 6. c. Chriſtianæ, & Abb. in c. tuæ, de procu. & in c. 1. Not. 2. vt lit. non conteſt. S. Tho. in 4. Sentẽ. Diſt. 35. in primo, ſed non tàm facillimè vxori licet, ſicut viro, propter tria, primò, pro verecundia ſua, ſecundò, pro timore, tertiò, quia vir cautius peccat, nec ſic de facili deprehenditur, vt ait gl. in d. c. Chriſtianę,
* 33. quæſt. 3. Quintò limitatur, quod etſi de iure communi vxor non valet accuſare virum de adulterio, nec agere contra eum criminaliter, vt ſupra, tamen poterit poſt litem conteſtatam de adulterio contra eam, excipere de lenocinio contra virum, ad effectum ſaluandi dotem ſuam, vt per Angel. dict. ver. che hai adulterato la mia Donna, numero 32. Paria enim delicta mutua compenſatione tolluntur, l. viro, atque vxori, ff. ſolut. matrimon. Couarru. dict. Epitom. in 2. par. cap. 7. §. 6. numero 8. Et ad effectum prædictum poſſet excipere de vitio nephandiſſimo contra naturam, licet ei ſolæ non crederetur, tanquam teſtis in cauſa propria, Anguiſol. conſil. 9. numero 4. volum. 5. Burſat. conſil. 218. num. 10. vol. 2. Crauet. conſil. 41. Caſtr. conſil. 348. vol. 1. & vide Iacob. de Beluiſ. in princ. pract. tit. de lenoc. numero 39. vbi docet qualiter mulier per viam querelæ poteſt conſequi dotem, & donationem propter nuptias. Vltimò poſſet etiam vxor querelare virum ad effectũ obtinendi ſeparationem tori, non principaliter, vt vir puniretur propter fornicationem, ſecundum

D 2 Soc.

Digitized by Google

Soc.Iun.conſil.32.vol.2. & Burſar.d.conſ.218.vol.6. * attenditur enim quod principaliter fit, non autē quod in conſequentiam venit, vt l.1. ff.de auth.tut.l.ſi.quis nec dicam,ff.ſi cer.pet. & ſic videtur poſſe interpretari,tex.in d.cap.Chriſtiana,33.q.6.

N Sextò limita,quia multi ſunt caſus,in quibus vxor non poteſt accuſari à viro propter adulterium, quorū ſeptem not.gloſ.33.q.6.cap.ecce,ſed dico primò ſi vir vtque de fornicatione conuincatur,32.q.6.& cap.ſignificaſti,extra de diuor:ſecundò ſi vir vxorem proſtituet,c.diſcretione, extra de eo,qui cogn.cōſang.vxoris ſuæ. Nam hoc in caſu Maritus dicitur committere lenocinium adulterio peius vendendo carnes ſuas, l. mercales,C.de condict.ob turp.cauſ. Iacob.de Beluiſ. d.pract. tit. de lenoc. & Decia. vbi ſupra: tertiò ſi vir vxorem adulteram diſſimulat, cap. tacens, de regulis iuris,in 6.& Spec.de iniur.poſt princ. §.cauſis autem, in Auth.vt lic.matr. & auiæ: nam vir efficitur ſocius criminis, Bald.in l.quicunque, col. penult. num. 23. C. de ſeru. fugit; quartò ſi vxorem de adulterio condemnatam vir ſcienter receperit, l.2. §.1. ff. ad legem Iuliam, de adulter. l.mariti, C.eodem, diſſimulatione enim fit remiſſio, & deſiſtentia, vt alias dicam: quintò cum vxor veriſimiliter credidit maritum ſuū eſſe defunctum, & alium virum in bona fide duxit, non poteſt à viro primo moleſtari, ſed ad eum vxor reddere tenetur, Angel. de Maleſic. in verb. impedimentum, numero 4. Surd. Deciſio.122. ſub numero 18.cum ſequent. immò vxor poſt reuerſionem primi ſtans adhuc cum ſecundo viro, tenetur ipſa crimine lenocinij, 32. quæſtio. 2.cap. bellicam, Iacob. de Beluiſ.dict.pract. & tit. de lenocin. numero 22. & * hic obiter dico, quod ſi vir vxorem adulteram accuſauit, & pendente iudicio iuit ferè deſperatus in Regionem longinquam, & vxor putans poſt quinque annos illum eſſe mortuum, alium virum duxerit; & demum primus vir redierit, quod ſi ad illum primum non redibit, ſed cum ſecundo ſtare maluerit, non poterit vxor excipere contra virum de lenocinio, pro ſeparatione tori, & pro ſaluanda eius dote, vt ſupra in quinta limitatione, quoniam paria delicta mutua compenſatione tolluntur, vt dict. l. viro, atque vxori, ff. ſolut. matrimon. cum * ſimil. & vide, quæ infra dicam, numero 307. p. 5. At ſi primus Maritus verè mortuus fuiſſet, & reſuſcitaret, tunc non recuperaret vxorem, quia à priuatione ad habitum non datur regreſſus, l.decem, de verborum obligation. l. manumiſſiones, de iuſtitia, & iure, l. qui res, §. qui aream, ff. de ſolutio. l. poſt diem, ff. de leg. commiſſor. Sed bona tantum recuperaret, non vxoris, ſed ſua, vt concludunt Scribent. in l.ſi marito, ff.ſolut. matrimon. & in l.1. ff.de capt.& poſtli.reuer. Cano.in cap.fraternitatis,de frig. & maleſ. & in propoſ. vide quæ dicam in nouiſſima par.6.ſub num.661.cum ſeq.

O Septimò vir non accuſat vxorem, ſi ipſa fuit latenter, & fraudolenter cognita ab eo, qui finxit eſſe virum ſuum,vt 34.quæſtio.9.cap.in lectum,verum hoc per rarò, aut nunquam accidiſſe realiter exiſtimo, quoniam cum propria vxore, & cum proprio viro non eſt vtendum in obſcuro, & vxor vſque ad odorem flatus ſolet cognoſcere virum, nihilominus aliquæ non deceptæ,aſſeruere fuiſſe deceptas, cuius fides eſt arbitraria iudici non ignaro. Octauò non poteſt vxor accuſari,quando per vim cognita fuiſſet,vt legitur de Lucretia Romana, ſtuprata à Tarquinio Superbo:nam et trans,& ui compulſa non dicitur conſentire,l.non uidetur,cum ſimil.de reg.iur. Sed uoluntas quamuis coacta,etiam uoluntas dicitur, l.ſi mulier,§. ſi metu,ff.quod met.cau. Iacob.de Beluiſ.pract.tit.de lenoc. num.13. & ſic hic caſus aſſimilatur præcedēti. Nonò accuſari non poteſt,ſi maritus dedit ei occaſionem cornua faciendi,c.diſcretioni,extra de eo qui cō ſang.cogno.uxor.ſuæ. Decimò ſi antè bapti$\,$ſmum fuerit adulterata,c.gaudemus, extra de Diuor. iu.Caualcan.Deciſ.21.p.2. nam aliquādo Chriſtianus duxit Infidelem,& quid agēdum ſit hoc in caſu,docet S.Paul. 1.Cor.c.7.ubi dicit, Si quis frater habet uxorem Infidelem,& hic conſentit habitare cum illa, nō dimittat uirum,& econtra,circa quæ ui.28.q.1.ubi glo.non limitat,quæ in fi. tenet quod hodie aliter ſeruatur,ut in c.quanto,extra de Diuor.& conſulere Theologos ſanctæ Rom. Eccleſ.cui me ſemper remitto,in conuertēdo etiam cum excommunicatis, ut à peccato,& uinculo liberentur. *

P Multiſque alijs modis uir,& uxor ad impatia non iudicantur, præſertim circa officia publica, ut Magiſtratus, Iudicaturæ tutelarum, atteſtationum; & Negotiationū,ac aliarū actionū,quæ ſexui fœmineo minimè conueniunt, de quibus omnibus latè per Dec. d.l.fœminæ, per tot.de reg. iur. & ſi aliquibus Regionibus id patiatur, hoc in Italia & ſub Imperio Romano, olim, non permittebatur, & circa rem hanc vide, quæ dicam infra in 4. par. ſub numero 431. & 446. cum ſequen. vbi in materia ſtatutorum quando maſculinum concipiat fœmininum. Et Regulariter * plus creditur viro, quàm fœminæ, vt latè dixi in prac. de teſt. por. 1. niſi in ijs quæ ad peritiam mulierem ſpectant, l. ſemel, C. de re.mil. lib.1. & quandoque plus puniendæ ſunt fœminæ, quàm mares, præſertim circa abuſiones, Bal.in l.quicunque,col.3.C.de

Q ſer.fug. At regulariter plus puniuntur uiri, quàm fœminę,propter ſexus fragilitatem,& ingenij imbecillitatem,ac mulierum imperfectionē, Bal.ibi. & in l.ſacrilegij pęnam,in princ.ff.ad leg.Iul.pecul.l.quiſquis, §.filias,C.ad leg.Iul.Maieſt. plura alia adducit Tiraq. de pen.temp.aut remit.cauſa.9. ex quo uir eſt magis doloſus,ſicut omnis Mas magis culpoſus.hinc leo dicitur plus ſæuire in uiros, quàm in fęminas, ut ſcribit Plin.lib.8.Hiſtor.natur.& Senec.lib.3.de Ira,ait inter alia quod ſexus fęmineum ſolet mitigare iram, & * ſæuitiam leonū. Et ex opinione Sacrorum Theolog. Vir grauius peccare dicitur,quàm fęmina:unde aiunt plus peccaſſe Adam,quàm Eua,S.Thom.2a.q.163.artic.ult. idem tenet S.Bonauēt.lib.2. Sentent. Diſt.22. art.1.q.3. Tiraq.quoque de leg.connub.l.1.ſub nu.85. & ſic uir grauius peccat adulterando, quam uxor reſpectiue:nam fęminę aliqualiter ratione carēt,& exuberant ſenſu. Tiraq.de pen.temp.d.cauſ.9.nu.5. Quātus in d. tract. de leg. connub. uidetur ſentire contrarium in d.l.1.num.45. ſed quando fęminæ nullo modo ſint excuſandæ, idem trad. d. tract. de pen. temp. Cauſa.11.nu.11. ut in ijs,quæ clam facta ſunt,ut not. in l.ult. ff.de Rit. nupt. nam cum arte fit aliquid prohibitum à quouis fiat,non poteſt dici errāter, & ignoranter factū,& per conſequens nō caret dolo,& ideo, nec ætas,nec ruſticitas, nec ſexus, nec ignorātia tranſgreſſorem artificioſum excuſant, ut per Tiraq.d.cauſa 9.nu.11. hinc eſt quod delicta per circunſtātias magis aggrauantur,ut dicam in 4.par. per tot. & delicta penſate,uel per inſidias magis puniuntur,ut in 4.par.

R Sed ut proprius ad arbitrium uiri in uxorem accedamus, ut eſt propriè materia noſtra, (& ſi ſupra dictum ſit quod uir, & uxor ſunt duo in carne una, & una, atque eadem perſona, & ſocij diuinæ, atque humanæ uitæ) tamen etiam dictum fuit ante omnia, quod uir eſt caput uxoris, & uxor ſubdita uiro, qua de re ſi erit inobediens, poterit corrigi, & emendari, ac etiam uerberari, & incarcerari, atque in uinculis detineri,& hæc omnia probantur de correctione, 23. q.4.c.duo iſta,de uerberibus, 33.q.5. c.hæc imago,de utraque gl.iudicari,in c.ſicut,7.q.1.ſed utrunque cum cauſa,& moderatè,l.cōſenſu, ubi omnes, C.de repud. gl.in c.quemadmodū,& ibi Cano.de iureiur. Abb.in c.tranſmiſſa,ſub nu.3. & ibi addit. lit.a,& b, Marſ.in prac.§.aggredior,num.81.Bal.in l.ſi filius,C.de patria

poteſtate,

poteſtate, & ità natura ipſa quæcunque animalia docet regi, gubernari, atque moderari fœminas, ſcilicet, à Maribus, vt per plura adduct. à Tiraq. de leg. connub. l. 1. num. 47. cum ſequ. Cæpol. in l. Marcellus, de verb. ſignific. Decia. tract. crim. tom. 2. lib. 9. tit. de vxoricid. cap. 11. nu. 14. plures congerit Bonifac. de furt. §. animo faciendi, ſub num. 189. & Caualca. quoque in ſua magiſtrali Deciſ. 18. ſub num. 27. par. 2. vbi valdè inuehit contra, & aduerſus viros Proteruos, & iniquos, ac inimicos propriæ ſuæ carnis inſæuientes, & inſanientes in vxores ſuas, vt ibi num. 28. & pro quid minimo, ad iurgia, ad contumelias, & verbera, os, & manus inijciunt, quæ res eſt viliſſima, mos ebriorũ Tabernatiorum, Blaſphæmorum, luſorum, & huiuſmodi legum Diuinarum, atque humanarum contemptorum. equidem peſſimos effectus huiuſmodi coerctio, & caſtigatio parit, vt infra dicam, & ſapit magis naturam ferinam, quàm humanam, immò vir taliter tractando vxorem, poteſt appellari carnifex ipſius, Tiraq. d. l. 1. gloſ. 8. num. 10. 11. 12. 13. & 14.

S At moderata correctio cum cauſa non ſolum non eſt damnanda, ſed ſummoperè laudanda. Nam hodie loco repudij, & Diuortij, habet locum ſeparatio Tori, de Domo expulſio, & correctio, ac caſtigatio etiam grauis, quando ſubiecta materia expoſtulat, vt in d. Auth. vt lic. Matr. & Aui. §. cauſas, & §. quia verò, & aliæ adduct. à Iac. de Beluiſ. in ſua pract. tit. de lenocin. ſub numero 16. vbi ait, quod ex omnibus illis cauſis, in quibus olim de iure veteri quis vxorem poterat repudiare, in omnibus illis permittitur hodie viro vxorem acriter verberare, & de Domo eijcere, & quod ſi vir vxorem notoriè Adulteram expulit, illa non reſtituitur ex interdicto, vnde vi, nec recuperandæ poſſeſſionis, Couarru. epit. in 2. par. cap. 7. §. 5. numero 9. nam ſpoliatus ſua culpa, & ſuo facto, non reſtituitur, vt per Menoch. de Recuper. poſſeſſ. Remed. 1. num. 298. & per iura ibi per eum alleg. Nimirum ſi etiam viro conceditur quod ex cauſa valeat incarcerare vxorem, vt per Boer. d. Deciſ. 275. num. 2. etiam ſi aliàs eſſet Zelotypus data Zelotypiæ cauſa ab vxore, Iodoch. in ſua pract. crim. cap. 64. fol. 156. cap. damnum, de reg. iur. Quinimmò, & in vinculis detinere, vt in cap. quemadmodum, vbi Fely. & Abb. cum glo. de iureiuran. & in cap. tranſmiſſa, vbi Addit. lit. D. Franc. Marc. Deciſ. 762. numero 6. par. 2. vbi propter Adulterium. Non dico etiam torquere ad patefaciendum Adulterium, vt audiui aliàs factum fuiſſe Mantuæ à quodam Zelotypo, qui vxorem ſub eculeo ligari fecit, vt ſibi diceret an, & cum quo fornicata eſſet, res quidem riſu digna, nec tanquam ſomnium re-

T cenſetur, quia res ità ſe habuit. Nam licet maritus habeat manus iniectionem in vxorem, l. ſi cum patronus, ff. de oper. liber. Bart. & Bald. cum alijs in l. vnica, C. de Rapt. virg. tamen non habet authoritatem ius dicendi in cauſa propria, l. qui iuriſdictioni, ff. de iuriſdictione omnium Iudicum, & tot. tit. C. ne quis in ſua cauſa iuſdicet. non obſtat rex. cum Gloſ. in verb. iudicari, in cap. ſicut, 7. quæſtio. 1. quoniam procedit, quo ad illam authoritatem familiarem, quam habet Dominus Domus erga familiam ſuam, & vxor dicitur de familia, vt Gloſ. ipſa declarat alleg. cap. hæc imago, 33. q. 5. Sed torturam inferre eſt meri Imperij, vt dicam in 3. par. huius tract. ſub nu. 137. ſed tale imperium iuriſdictionale non eſt penès Maritum, ſed coniugale tantum, vt in d. c. ſicut, 7. q. 1. & qui ſine
* authoritate Principis aliquem torquet, tenetur pœna capitali, vt per Doct. in l. nemo carcerem, C. de exact. tribut. lib. 10. vide ver. ſeq. lit. V. Qua de re liberum arbitrium in vxorem extenditur circa ea, quæ ad curam, & honeſtatem Domus, & familiæ ſpectant, & debet eſſe regulatum à rationis dictamine, non autem à Zelotypiæ furore, quæ facit quandoque homines, & inſanire, & more Beſtiarum inſæuire, ad hæc Alciat. de præſumpt. Reg. 1. præſumpt. 3. nu. 5. licet Maritus tali martyrio, tali freneſia percitus eſſet aliqualiter excuſandus, ad inſtar frenetici per Clar. q. 60. verſ. item quæro, & arg. l. infans, ff. ad leg. Corn. de ſicar. vi. Roman. conſil. 451. Bal. conſil. 6. vol. 5. Bolog. conſil. 9 nu. 85. Put. de ſind. in verb. tortura, cap. 3. vbi quando licet torturam mulieri ob adulterium inferre.

Sæpè enim ſunt adeò timidi, & pauidi, quod de vxoribus, præſertim pulchris dubitant, & vetant etiam honeſtas, & publicas recreationes, vnde ſequit illud Ouid. in 3. Amoris.

„ *Nitimur in vetitum, ſemper cupimus, quæ negata.*

Et ille vulgaris, ſed celebris Poeta noſter recolit memoriæ amico ſuo Annibali in illa eleganti Satyra; ☞ quod aduertat ne prohibeat publicas charolas, ſeu choreas, ne prius in occultò ſequatur: ſed raro conuiuare Cato ait, & qui nimis ſcrupuloſus erit, incidet facillimè in eam foueam, quam euitare imprudenter curauit, & ob Zelotipiam Lauinia virum occidit ſuum, ſic de Lucilla, et de Semirami legitur, ac de alijs refert Valer. Max. vt recẽſet etiam Decia. in propoſ. d. tract. crim. tom. 2. lib. 9. tit. de vxoricid. cap. 11. num. 12. & 13. alia multa per Tiraqu. de leg. connub. gloſ. 13. num. 28. & gloſ. 16. per tot.

V Igitur admonentur Mariti, vt cautè, & prudenter procedant, ne malo eorum exemplo irritent mulieres. Sed cum cauſa legitima concedant, negent, permittant, & vetent, corrigant, & moderatè caſtigent. Nam hoc modo licet eis authoritatem, & ſuperioritatem in vxore exercere: etiam quod coacti à Iudice cautionem præſtitiſſent de eam non offendendo, vt per Abb. in dict. cap. quemadmodum, de iniur. Pariſ. conſil. 54. num. 34. vol. 4. & per Baiard. ad Clar. plures allegantem, q. 56. nu. 13. Quia vxor contra Maritum non valet calcitrare. Maritus quippè qui dicitur etiam ſtimulus carnis, ſicut vxor, vt ſupra in
* ver. Debitum verò, verũtamen ambò tribulationem carnis habebunt, vt ait Apoſt. 2. Cor. c. 7. Et quod dictum eſt de Marito circa manus iniectionẽ, non procedit in ſponſo verſus ſponſam nõdum cognitam, Nã inter eos ſine copula non cadit quaſi poſſeſſio ad trad. per Bal. in l. 1. num. 7. C. de rapt. virg. & ibi ſub nu. 24. ſequitur Saly. & vxor antè copulam non dicitur propriè vxor, intellige per verba de futuro, vt declarat gl. in cap. ſi quis, 27. q. 2. & facit Matheſ. ſing. 74. num. 5. & inter ſimplices ſponſos non eſt tale vinculum coniugale, quale eſt inter coniugatos, & copulatos, Bal. in l. Deo nobis, numero 6. in fin. Cod. de Epiſc. & Cler. Non obſtat quod nuptias conſenſus, & non concubitus facit l. nuptias, de regul. iur. & cap. non enim, 32. quæſtio. 16. Nam aliud eſt quod matrimonium ſolo conſenſu perficiatur ſine copula, aliud quod ſponſus non ſit in quaſi poſſeſſione, ſicut eſt maritus corrigendi, & caſtigandi vxorem, Nam ſponſus circa carnem quo ad exteriora non dicitur adeptus poſſeſſionem hanc adhuc copula non ſecuta, ſecus quo ad vnionem animi, & ad fidem datam, quia per uerba de præſenti uerè eſt matrimonium, ut 27. quæſtio. 2. cap. ſi quis, ubi gloſ. declarat.

X Si uerò Maritus nimium in uxorem inſæuierit, tunc vxor legitimam cauſam habuiſſe dicitur, ſi à uiro diſceſſerit, ut per Gloſ. in cap. literas, de reſtitutio. ſpoliator. Nam nimia ſæuitia omnibus eſt prohibita etiam aguzilis triremium, & eſt Clement. 1. §. quia, not. de ſtat. Monaco. & Inſtit. de ijs, qui ſunt ſui, uel alie. iur. §. ult. quæ nimia ſæuitia non ſolum culpę, ſed dolo aſcribitur, ut latè dicam in nouiſſ. 6. par. ſub num. 596. cum ſeq. etenim ob nimiam ſæuitiam Dominus dominium ſerui perdit, l. qui ſeruum, de uerb. oblig. & Dominus temporalis amittit ſubiectionem, & iuriſdictionem, l. 1. ubi Bart. ff. de ijs, qui uel alien. iur. Similiter, & Iudex ob nimiam ſæuitiam repellitur ab officio, Bartol. & alij in loc. mox alleg. &

in l.fi.eo.tit. omnis namque, qui alijs præeſt, & alios ſubiectos ſibi gubernat, dum opus eſt vti ſeueritate illa non animo ſæuiendi, vel opprimendi ſubditos, ſed medendi, emendandi, & corrigendi gratia, vti debet. vt infra 45. Diſtinct. cap. diſciplina, & 23. quæſt. 4. Non odio, ſed dilectione, non vi, nec oppreſſione, ſunt tegendi ſubditi, atque corrigendi. Put. de ſindic. in verb. crudelitas, cap. 1. num. 1. & 2. Igitur vir tanquam vxoris, & familiæ ſuæ gubernator, illam diligere, & gubernare debet, & ita docet Diuus Ambroſius, in Epiſtol. 82. & iuxta merita, & demerita illius ſe gerat, arg. l. reſpiciendum, de pæn. l. ant facta. eo. Sed nimia, & exceſſiua ſæuitia ſeparatione tori cohercenda eſt, vt in fi. dicam.

Y Sed qualis, ac quanta debet eſſe correctio viri in vxorem, vt cum cauſa, & moderate facta eſſe dicatur, non eſt præciſè determinatum, plura enim ſunt negotia quam vocabula, ideoq; iudicis arbitrio relinquitur, vt pulcrè Signorol. conſ. 63. nu. 2. D. Menoch. de arb. Iud. caſ. 364. num. 13. at ſi maritus ſtare deberet arbitrio Iudicis, & ab eo oporteret Iudicium, aut conſilium habere, prius quam exerceret ſæuitiam iuxta caſus contingentiam, nimis prolixitas noceret, & arbitrium ſuum reſtringeretur, & foris ſcirent homines de viro, ac muliere, quæ cautè, & ſub ſilentio in domo agenda ſunt, & vt plurimum mora eſſet nocitura, ideò poſt factum ſtat in arbitrio Iudicis æſtimare ſæuitiam, & arbitrari an Maritus exceſſerit.

Z Et re vera in concernentibus inter virum, & vxorem, præſertim quando agitur de cauſa matrimonij, vel ſeparationis tori, talia Iudicanda ſunt à Iudicibus Eccleſiaſticis, qui verè in huiuſmodi Cauſis ſunt iudices competentes, maximè circa cauſam fornicationis (quicquid ſit quo ad alias cauſas) vt per Dec. conſil. 212. Magnifici Domini, per Butr. in cap. plerũque, de donat. inter vir. & vxor. Couarru. d. epitom. ſuper quarto Decret. in 2. par. cap. 7. §. 6. num. 8. & non ſer-
* nantur leges ſeculares, vt aduertit. B ſſ. in tit. de Bono. public. ſub num. 7. in fi. ver. addo, & verſ. circa quod. Ideò Maritus in corrigenda vxore debet ſeruare ius Diuinum, per quod docetur modus faciendi correctionem fraternam, apud S. Matth. cap. 18. & S. Luc. cap. 17. vxor enim & quilibet ſub hoc nomine fraternæ correctionis fiendæ complectitur. Sic Maritus tribus perſonis in hoc fungi debet officio, primo, Patris, ſecundo Fratris, tertio Magiſtri, ſeu Iudicis facit Tiraq. de leg. Connub. l. 1. ſub num. 13. cum ſeq.

A Quo ad primum Sacra Scriptura mox allegata in dictis cap. 17. & 18. ab Euangel. docet modum corrigendi vxorem tanquam filiam, ibi ſi frater tuus peccauerit in te, corripe eum inter te, & ipſum ſolum, qua de re Maritus blãdè ac bonis verbis primo in thalamo ſine alicuius ſcientia debet corrigere vxorem circa ea, in quibus digna eſt correctione, & dicere ei debet, quod Deus coniunxit eos, vt indiuiduam vitæ conſuetudinem tenerent, & quod vxor tenetur relinquere Patrem, & Matrem, & adhærere viro ſuo. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere Populum tuum, & Domum Patris tui. Pſ. 44. ſi correctio inter ipſum maritum, & vxorem ſolam, non prodeſt, fiat coram duobus, vel tribus ex proximioribus prudentibus, & morigeratis, nequaquam intereſſatis, & cum parocho aut confeſſore ſpirituali, quia in hoc repræſentabit Maritus fraternitatis gradum. Veni in ortum meum ſoror, ſponſa veni, &c. vt in Cantic. tandem cum hæc non iuuabunt, Dicat vir Eccleſiæ, excuter ſe cum Patribus ſpiritualibus, & ad verbera deueniat non acriter, ſed primò ſuauiter aut leuiter: deinde grauet manum, quia virga & Baculus tuus ipſa, me conſolata ſunt, Dauid Pſal. 26. & cum hoc nil proficient in ea, retineatur, etiam in vinculis propter fornicationem, & tandem ijs omnibus peractis tãquam ethnica, & publicana per viam Iudicis ſeparentur, vi. Fran. Marc. Deciſ. 514. p. 1. Nec vnquam vir obliuiſcatur illorum verſ. Poetæ Noſtri. Arioſt. in d. ſua Satir.

„ *Meglio con la man dolce ſi raffrena,*
„ *Che con sferza il Cauallo, e meglio i Cani,*
„ *Le luſinghe fan tuor, che la Catena.*

Nam vxorem verberare vile eſt, ſed occidere ignominioſum. Decia. d. tract. & tit. de vxoricid. cap. 1. nume. 14. & 17. alioquin ſequetur, verſ.

„ *Semper habet lites, alternaque iurgia lectus.*
„ *In quo nupta iacet, minimum dormitur in illo.*

Nam ſi bonum percutis, melior efficitur: ſi malus peior fiet, niſi vxor eſſet de natura, vt nil boni ageret, niſi verbis verbera vir adderet, vnde verſ.

„ *Nux, Aſinus, Mulier, ſimili ſunt lege ligati.*
„ *Hæc tria, ſi ceſſent verbera, nil faciunt.*

Tandem ad inſtar Chirurgi collirium adhibenti, iuxta qualitatem plagæ, ità Maritus modò verba, modò verbera adijciat. Et extremis morbis extrema remedia adhibenda ſunt, ad quod poſſet allegari. text. in l. Pedius, ff. de incen. ruin. nauſr.

B Et quo ad vindicandam iniuriam atrocem, dum vir reperit vxorem in fragranti crimine, ſciat quod etſi de iure communi eſſet excuſandus, occidendo adulterum, & adulteram, non tamen in totum excuſatur, l. Gracchus, cum concord. de Adulter. Grammat. Deciſio. 23. eſt text. in l. marito, ff. de Adulter. Clar. §. homicidium, §. Dixi etiam, & verſic. ſed quid dicendum, tamen niſi interuenerint illi Circunſtantiæ, quas ponit Angel. in ver. Che hai adulterato, numero 10. Clar. in dict. verſic. ſed quid ſciendum, nullo modo poſſet excuſari, quæ deducuntur ex l. Patri, ff. de Adulter. primò, quod eodem impetu occidat, ſecundo quod verè ſit vxor: tertio quod repertus ſit adulter in Domo viri: quarto, quod fiat in reperto in fragranti crimine: addo quintum, quod contra vtrunque adulterantium furor conuertatur, alioquin ſi ſolum contra Adulterum, vxore intacta vir irruerit, non erit excuſandus, l. nihil, ff. de Adulter. Angel. de Malefic. in verb. Che hai Adulterato la mia Donna, numero 11. quem omnino ibi vide. Sed de iure Canonico nullo modo eſt permiſſum Viro occidere Vxorem etiam in fragranti Crimine repertam, 33. quæſtio. 2. cap. in hoc, & cap. inter hæc. Auguſt. ad Angel. in d. ver. Che hai adulterato la mia Donna, ſub numero 4. Tu autem, & alleg. etiam de iur. Ciuil. text. in l. nec in ea, §. fin. ff. de Adulter. & glo. in cap. inter hæc, 33. quæſtio. 2. & Reſpondet ad omnia iura in contrarium, vt eſt, l. 1. cum Gloſ. l. Gracchus, de Adulter. l. ſi quis in graui, §. ſi maritus, ff. ad Sillanian. etiam in ſumma tenere videtur, quod ſiue adulter ſit vilis, ſiue non, non ſit licitum viro occidere, nec Patri, nec fratri, adulterantes. Sed quo ad forum fori, Alexand. in conſil. 76. Viſa inquiſitione, ſub numero 1. volum. 1. ait quod Maritus non punitur pro homicidio, quia ipſe habet ius vindicandi iniuriam, ſed extraordinariè, ea ratione, quia excedens modum in vindicando, non tenetur pro toto, ſed pro exceſſu, Bart. in l. adulterium, §. Imperatores, de adulter. Canon. in cap. ſignificaſti, de homic. Quicquid dicant alij, vt Bonifac. tract. Malefic. & eius ſequaces peſſimè, ac ignominioſè agunt homines quouis modo interficiendo vxores: quoniam peccant grauiter, vt in cap. admonere, & in cap. inter hæc, 33. quæſt. 2. Auguſt. ad Angel. dict. ver. numero 7. & peccatum contra ipſos eſt ſemper, Faber in dict. l. Gracchus, vbi cæteri de Adulter. & vide Tiraq. de leg. connub. glo. 9. numero 4. gloſ. 13. numero 15. cum ſeq. & ſæpè viſum eſt abire in malam Crucem, qui in Matrem, aut vxorem manus ſanguinolentas intulerunt, & occiderũt, & res, & honorem, & totam Domum cum ipſis occiſoribus ire in ruinam, adhuc ſunt exempla de recenti, quam plurima Romæ, Neapoli, Genuæ, & alibi,

nec

Digitized by Google

nec placet adire Iudicem pro cauſa adulterij, ne vita cum fama in diſcrimine ponatur ob difficultatem probandi, ſed clauſa in thalamo, & in vinculis detineatur.

C Cauſæ verò ex quibus licet corrigere, & caſtigare vxorem multæ ſunt; prima, & principalis eſt laſciuia, & fornicatio; ſecunda continue, & aſſiduè voluptatibus, ludis, & choreis operam dare; tertia negligentia, & nullam penitus curam habere de viro, de filijs, & de Domo; quarta crapula, & ebrioſitas omnium malorum radix, Abb. in cap. crapula, de vita, & honeſtate Clericorum, & ſunt peccata mortalia, §. alias ea demum, 10. diſtinct. quinta quando eſt nimium garrula, & pertinax, & vult imperare ſupra virum; ſexta, quando eſt ægra, pigra, ſomnolenta, & inutilis; octaua, quando eſt ſuperba, & incorrigibilis, vt de omnibus apud Tiraquel. de leg. connub. dict. l. 1. per tot. & prædicta non habent opus allegationibus, & infra ſuis locis dicemus. Quibus ex cauſis vxor à viro ſeparari poſſit, & quibus ex cauſis licet vxori diſcedere à viro, & viro dimittere vxorem.

D Verum, quia vt plurimum magis queruntur in coniugijs contrahendis ea, quæ ad ſenſum ſpectant, & hæc fragilia, quàm ea quæ ad pacem, & concordiam pertinent, licet firma, & perpetua ſint, & nil curantur de æqualitate inter eos, nec habet locum illud ſalubre conſilium NVBE PARI, vt 33. quæſtio. 5. cap. 17. Nimirum, ſi ſenſu ſatisfacto, tunc amaritudines oriuntur inter coniuges, vel ob dotem promiſſam, & non datam, vel ob prauos aliquos mores, vel quia non reperitur totum eſſe aurum, quod iam perfulgebat, vel non ſunt paris conditionis, & qualitatis, & ſic de ſimilibus.

E Ideò ſæpè vxores confugiunt ad Domum Parentum: viri maledicunt mediatores, & hic incipit tractatus de compatibili, & incompatibili. Res quidem, cui non tangit riſu digna. Et habito colloquio ad Iudicem itur, ſiue Eccleſiaſticum, ſiue ſecularem, coram quo narrantur Maria, & Montes, & vt ſententiam meam proferam, non ſunt audiendæ huiuſ-

* modi nuges, vltra quod vxor de iure non poteſt audiri, niſi prius petita venia, ſecundum Alexand. Dec. & alios in l. generaliter, ff. de in ius vocan. Tiraquel. dict. l. 1. numero 42.

F Iudices non debent eſſe faciles ad credendum vxoribus, & quandoque ſimulare prudentia eſt, & in dubio primo vxorum impetui obuiam ire debent; nam tanquam Peſti, quæ igne & ferro ſtatim curatur, vt apud Rip. tract. de Remed. contr. peſtem, ità & in cauſa Diſcordiæ inter virum, & vxorem. Qua de re Practica docet magis quam Theorica, quod ſi vxor doleat de malis verbis viri, ſtatim remittatur ad eum: ſi de factis, aut ſunt leuia, vt Alapa, & ſimilia, ſimiliter remittatur, hic aduertat vir ne calce vxorem pugnantem percutiat, quoniam pœnam non euadet condignam. Menoch. de arb. caſ. 357. Viui. Deciſ. 82. p. 1. Signorol. conſ. 63. Si autem ob aliquam ex infra dicendis cauſis (quibus licita eſt ſeparatio tori) tunc examinetur cauſa. Nam ſi de nimia viri ſæuitia de qua ſigna non appareant, tunc pro viro iudicandum eſt, quia habet præſumptionem pro ſe, vt cum cauſa, & animo corrigendi fecerit, l. meritò, ff. pro ſoc. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 15. idem de arbit. caſ. 364. numero 8. Si ſignum leue apparet, id in conſideratione non habetur, vt de modica ſciſſura, aut de vulnuſculo dixi in 6. par. numero 373. ſeq. Sed abſque proceſſu iudex curabit, vt Iugales ſtatim reconcilietur, ne rancor inter vtranque partem annidet, cum monitione, & præcepto in faciem viri, ne ſub certa pœna, & ſub vinculo Iuramenti, ac etiam ſub pœna excommunicationis inſæuiat in vxorem, iux. l. præſenti, C. de ijs qui ad Eccleſ. confug. cap. primo, vt lit. non cont. & cap. metuentes. 17. quæſt. 4. At ſi ſæuitia viri erit nimis exceſſiua, tunc cautio debet eſſe veſtita fideiuſſore, vel pignoribus. 32. quæſt. 1. cap. de Benedicto, in glo. ſub cautela. Marſ. ſing. 69. Si vero adhuc ſæuitia viri non ceſſabit, vt nulla cautio videatur ſufficere, tunc vxor non eſt ei reddenda, ſed alicui honeſtæ matronæ committenda, vt in cap. tranſmiſſa, extra, de reſtitut. ſpol. Nam ſatiſdatio propoſitum maleuolum non mutat, §. vlt. inſtitut. de ſuſpec. tut. & ſic fiet ſeparatio Tori, donec Maritus ad meliorem frugem redeat. S. Thom. in 4. Diſtinct. 29. idem in ſum. in verb. matrimonium verſ. vtrum propter aliud crimen, num. 20. & vi. glo. in d. cap. de Benedicto. 32. quæſt. 1. ſupra allegat. Oſaſc. Deciſ. 124. Ceſſante verò nimia ſæuitia Iudex cogere debet vtrunque coniugum ad ſimul cohabitandum, trad. Cano. in d. cap. literas, de reſtitut. ſpol.

G Quando autem Vxor condoleret, quod vir denegat ei præſtare alimenta, tunc ſi Iudex videat vxorem eſſe craſſam, & boni coloris, non credat, remittat ſtatim: nam nulla melior probatio, quam oculorum inſpectio, Maſcard. de probatio. quæſtio. 8. per tot. vnde Verſus.

„ *Segnius irritant animos demiſſæ per aures,*
„ *Quam quæ ſunt oculis commiſſa fidelibus.*

At ſi vxor macilenta apparet, & vox populi malè audiat de Marito, tunc eſt cogendus in Domo, vel extra Domum alimentare vxorem, iuxta viri conditionem, & reditus facultatum, Raphael. Cuman. in l. ſi cum dotem, & ibi Scrib. ff. ſolut. matrimon. Alexand. in l. ſi donaturus, ff. de condict. ob cauſ. Guid. Pap. Deciſio. 439. Borg. Caualca. in ſuo nouiſſ. Repert. in verb. alimenta, idem Deciſio. 21. in 4. par. vbi latè. Immò pendente Iudicio intentato de Adulterio contra vxorem, maritus tenetur eam alimentare, Bald. in conſil. 176. Cæcilia receſſit, vol. 1. Pariſ. conſil. 54. aſſertæ ſententiæ, vol. 4. Surd. tract. ſuo de Aliment. quæſt. 118. nu. 3. 5. & 6. tit. primo char. 166. Qui enim negat alimenta, necari dicitur, l. vel necare, de liber. agnoſcen. Tiraq. de pen. temp. Cauſ. 64. num. 66. 67. & 68. Imol. in l. ſi maritus, ff. ſolut. matrimon. Menoch. de arb. caſ. 105. in no. addit. num. 20. cum ſeq. Nemo viuit, vt Lupus vento, not. in l. fin. in fin. C. de alim. pupill. præſt.

* Item quando vir eſt diſcolus, rixoſus, & inquietus, tenetur alere vxorem extra Domum, l. 1. C. de leg. Sed ſi vxor ſciebat, ſibi imputet, cap. damnum, de reg. iur. in 6. not. glo. in d. cap. vnaquæque, 13. quæſt. 2. vnde benè ei dicitur, patere legem, quam ipſa tuleris, cap. cum omnes, cit. fi. de conſtitutio. ſimiliter & viro imputandum eſt, ſi ſciebat vxorem pauperem, vel ſine dote eam duxit. Surd. Deciſ. 197. numero 11. quo caſu non poteſt ei alimenta negare, quando viro debita obſequia præſtat, Abb. in conſ. 539. num. 14. vol. 2. vbi ait maritum alere vxorem non propter dotem, ſed propter obſequia, & Surd. d. tract. de alim. tit. primo, quæſt. 83. vbi Alleg. Abb. Cin. & alios ad hunc propoſitum, niſi mulier cum poſſet ſoluere dotem, nolet, quia licitè denegantur alimenta, l. fin. vbi Doct. C. de Repud. Boer. Deciſ. 12. numero 4. Guid. Pap. dict. Deciſ. 349. & ibi Add. idem ſi dos non fuiſſet promiſſa, ſed vxor eſſet diues, & vir quaſi pauper reſpectu vxoris. Boer. Deciſ. 22. nam ſi eſſet pauper abſolutè, fruſtrà quæreretur de Alimentis, cum nemo poſſit dare, quod non habet, l. impoſſibilium, de reg. iur. imò vxor cogeretur virum inopem alere, Spec. in tit. filij, qui ſint legitimi, ver. quid ſi mulier, numero 40. Bart. in tract. de aliment. numero 49. Surd., eodem tract. tit. 1. quæſtio. 35. numero 6. quæſtio. 38. numero 7. Similiter ſi vir vtatur nimia ſæuitia contra vxorem, tenebitur alimentare extra Domum. Cyn. & Dyn. in l. quod vxorem, C. de negot. geſt. Guid. Pap. dict. Deciſio. 349 numero 6. pulchrè Surd. dict. tract. tit. 1. quæſtio. 32. per tot.

H Nibi-

Digitized by Google

H Nihilominus ſunt multi caſus, in quibus vir non tenetur alere vxorem, primo pendente lite per eam intentata de fornicatione contra maritum. Afflict. Deciſ. 10. Boer. Deciſ. 325. numero 2. Cæphal. conſil. 127. numero 6. Ioſeph. Ludo. Deciſ. Peruſ. 46. numero 4. Amplia etiam ſi vir ipſe fuiſſet accuſator, & notoriè conſtaret, de impudicitia vxoris adulteræ. Federic. de Sen. conſil. 176. Boſſ. conſil. 24. numer. 9. & 10. niſi vxor aliunde alimenta habere non poſſet, quia tunc maritus in ſubſidium teneretur per ea, quæ ſupra dicta ſunt, verſic. Qui enim negat alimenta. Ampliatur quoque ſi vxor Adultera ob timorem diſceſſit à viro, vt per Baiar. ad Clar. in §. Adulterium, numero 93. Bald. Nouell. tract. de Dot. par. 7. priuil. 11. numero 8. ſimiliter quando ſine vlla cauſa vxor diſceſſit à viro, & vellet habitare ſeorſum, nam vt dictum eſt, cogitur velit, nolit, cohabitare cum viro ſuo, & ſimul, & non ſeorſum, & illi cooperari. Caualca. Deciſ. 8. numero 52. par. 3. Surd. d. tract. tit. 6. quæſt. 10. numero 5. & alibi, multiſque alijs modis vxor percipere, & non percipere poteſt alimenta. De quibus latè per Surd. loc. cit. & per tot. illum tract. de Aliment. nimis à propoſita materia dilatarer, ſi hoc mare magnum pertranſire vellem.

I Quo verò ad Dotem, ſi ſeparatio Tori fiat ad tempus, donec cauſa ceſſet, quam ceſſare ſperatur, vt infra dicetur, tunc dos non reſtituitur: at ſi fiat ſeparatio tori ob perpetuum impedimentum, tunc dos eſt reſtituenda, vt pulchrè ac magiſtraliter ſcripſit D. Borgn. Caualca. Deciſ. 18. ſub numero 25. & per tot. par. 2. & declarat in Deciſio. 21. par. 4. vbi in hoc propoſ. nil melius eo inueniri poteſt, quo fit quod ſi dos reſtituatur, non ſit vlterius tractandum de alimentis, & apud Caualca. in ſumma inuenies, quod Dominium dotis in primo Caſu remanebit penès virum, & ſemper hoc verum erit, quando Matrimonium eſt validum, fructus verò dotis debent deſeruire pro vxore, & filijs tantum, quando ſeparatio fit propter ſæuitiam, vel adulterium, aut concubinatum viri, & non vxoris, vt in d. Deciſio. 21. ſub numero 14. par. 4. & ibi numero 15. 16. 17. cum ſequ. & quid quo ad Iocalia, veſtes paraphernalia, & alia ornamenta pulchrè explicat, in dict. Deciſio. 18. par. 2. Et quo ad Donationem ante nuptias, etiam Franc. Deciſio. 244. vol. 2. vi. Butrig. in ſuo tract. de Dot. vbi videtur facere differentiam inter Diuortium, & Diuortium, & quibus caſibus Dotis reſtitutio fiat. Et De lucro Dotis. vltra alios per Phanut. eo. tract. ſuo, & tandem ſcias quod licet ſeparatio Tori fiat, tamen Matrimonium ſe- * mel validum durat, vt dixi, & Diuortium de iure Cano. non datur, neque repudium, cap. quos Deciſio. 32. quæſt. 2. glo. in d. l. conſenſu, §. virum, in verb. ſibi habere cir. fin. C. de Repud. Caualca. in dict. Deciſ. 21. numero 14. par. 4. reliqua vi. per Surd. copioſè in d. tract. de aliment.

K Cauſæ autem ſeparationis tori fiendæ multæ ſunt, de quibus aliquæ ſupra dictæ ſunt, ſed non erit inconueniens repetere, ſicuti ſeruatum eſt inſtit. de Repud. in l. conſenſu, poſtea in auth. ſed nouo iure ibidem ſequenti fere eadem repetuntur. Prima igitur cauſa erit Beſtialis ſæuitia viri, vel vxoris incorrigibilitas. Rim. Iun. conſil. 189. numer. 23. vol. 3. Secunda furor viri periculoſiſſimus valdè vxoris vitæ. Bertazol. conſ. 228. in crim. Tertia ſpiritualis fornicatio, & Impudicitia, vt Adulterium. Bero. conſ. 45. & Clar. §. Adulterium, & propter quamcunque fornicationem. Soc. Iunio. conſil. 148. numero 3. vol. 1. Burſat. conſ. 218. & alios add. ad Baiar. ad Clar. in d. §. Adulterium, num. 85. Quarta Hæreſia. Boer. dict. conſ. 45. Clar. infra, §. Hæreſis verſic. item propter, ſaltem donec reddeat ad fidē, & prædictas quattuor not. Couarru. in 2. par. in epit. ſuper quarto Decret. d. cap. 7. §. 5. cum ſuis iuribus. Addo quintum propter naturalem impotentiam, ſeu artificialem ex maleficio cauſatam, vt per D. Borg. Caualca. in d. Deciſ. 18. per tot. par. 2. Sexta cauſa ob infirmitatem, vt de leproſo loquitur rex. in cap. horrendus, cum cap. ſequen. vbi glo. 32. quæſtio. 6. De morbo Gallico loquitur Nat. conſil. 24. & Apoſtill. ad Bertaz. conſil. 228. lit. C, & D, Septima, Pro maleolente, vt de hoc in cap. ſi quis vxorem. 32. quæſtio. 5. & cap. primo, quæſtio. 7. cap. qui ſani. Octaua propter dementiam, & fatuitatem, vt ſupra in 2. cauſa, & loquitur Rot. Luc. Deciſio. 22. in prima par. & latè Bertazol. d. conſil. 228. De Podagra autem non ſic dicendum, quoniam oritur, vt plurimum à nimio Coitu. fac tu conſequentiam an diſplicebit vxori. Nona cauſa propter vitium contra naturam. Clar. in §. Sodomia, vel. propter, & tot. tit. ne luxur. contr. natur. Multæ aliæ cauſæ enumerantur in d. l. Conſenſu, & in Auth. ſed nouo iure, & in l. fin. C. De Repud. quas numerum ſupradictum proſequendo enumerare duxi. Vndecima cauſa eſt Homicidij aut, veneficij, vel mortis quouis modo violentæ. Duodecima Crimen læſæ Maieſta. Decima tertia diſſolutio ſepulchrorum. Decimaquarta, ſacrilegium. Decimaquinta, latrocinium. Decimaſexta, Crimen abigeatus. Decimaſeptima, crimē Plagiarij. Decimaoctaua, diutina cum mulieribus impudicis conuerſatio, multò magis Concubinæ retentio. Decimanona, acceſſus mulieris ad Conuiuia, & tripudia inuito Marito. Vigeſima, abortum procurans. Vigeſima prima, laſciuis, & communibus lauacris immixtio. Vigeſimaſecunda, dum nupta ſit virum ſuum viuere alteri nubit, cætera quæ in d. tex. enumerantur ſupra relata ſunt. Vigeſimatertia. ſi maritus de medico, et de medicamentis, non prouidit vxori ſuæ, de qua in l. ſi ab hoſtibus, vbi glo. §. 1. ff. ſol. matr. Tiraq. de pen. temp. Cauſ. 44. numero 12. Cott. memor. in verb. Maritus. Vigeſimaquarta, ſi Maritus vſus eſt vxoris opera non iuxta conditionem ſuam, ſed ac ſi eſſet ſerui pena, aut ſclaua, viſu, verbo, & opere, glo. & Doc. in l. ſi cum dotem, §. ſi maritus, ff. ſolut. matrim. Vigeſimaquinta, ſi maritus ob zelotipiam malè tractat vxorem. Tiraq. de leg. conub. glo. 13. Menoch. de arb. caſ. 501. numero 28. cum ſeq. in no. Addit. de qua Zelotipia ſupra locutus ſum verſic. ſæpe enim. Decimaſexta, quando vxor Nobilis arctatur ad vilia operandum. Iaſ. in l. cum quidam, de verb. oblig. numero 4. Roderic. Suarez recept. ſenten. d. tit. delos Plaitos, numero 13. in fi. & numero 14. & quæ ſint opera vilia, dicit, etiam Surd. d. tract. de Aliment. repertoriare.

L Et ex ijs elici poſſunt cauſæ propter quas viro licet dimittere vxorem, & vxori licet diſcedere à viro. At S. Paul. 1. ad Cor. d. cap. 7. ait: Hijs autem qui matrimonio iuncti ſunt (præcipio) non ego, ſed Dominus; vxorem à viro non diſcedere; quod ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari. Et vir vxorem ne demittat. At in Euangel. S. Math. cap. 19. ex Deutero. cap. 24. & 19. Dictum eſt autem: Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, det illi libellum Repudij. Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiſerit vxorem ſuam (excepta cauſa fornicationis) facit eam mechari: & qui dimiſſam duxerit, adulterium committit. Marc. cap. 10. Luc. cap. 16. vbi, & ſi uxor dimiſerit virum ſuum, & alij nupſerit, mechatur, hæc in lege noua, & Maritus ſcienter coniungendo ſe cum vxore adultera, antequam reconcilietur, Deo peccat. cap. coniugio. 32. quæſtio. 2. & dicitur approbare malos vxoris mores. Clar. d. §. Adulterium, uerſ. Caueat, & ſecundum Aug. in d. uer. che ha adulterato la mia Donna, ſub numero 94. videtur approbaſſe nedum præteritos, ſed etiam futuros, ſed contrarium tenet Auguſt. ibi. num. 50.

Prima igitur cauſa erit propter ſcandalum peccati, ſed ad tempus poteſt ſeparatio uoluntaria fieri, donec conuertatur à uia ſua mala. S. Thom. in quarto Diſtinct.

Digitized by Google

ſtinct. 29. Secunda propter infidelitatem, niſi ſperetur correctio, & ad fidem conuerſio. S. Paul. 2. Cor. cap. 7. Tertia ſi intra biennium vxor à marito cognoſci non potuerit ſtante aliquo naturali, vel artificiali impedimento in altero ipſorum, vt per Caualca. de Deciſ. 18. par. 2. quamuis debeat expectari lapſus triennij, l. in cauſis, vbi Bar. C. de repud. quo tempore ieiunijs, & orationibus implorandum eſt auxilium Diuinum. De frigidis autem ſimpliciter, qui poſſunt china, & Balneis ſulphureis, ac alijs medicamentibus ſanari, aliud ſentiendum eſt. Tertia quando Alter coniugum habet dilucida interualla, vel morbus Gallicus, Couarru. d. Epitom. 2. par. cap. 7. ſub num. 4. Sed ceſſante cauſa ceſſabit Auerſio. cap. cum ceſſante, de Appellat. (ſed quamuis vxor forte poſſet negare debitum, tamen non debet deſerere Maritum,) hinc dicitur quod ceſſante morbo ceſſat redhibitoria. Tiraq. tract. cauſ. ceſſ. numero 221. par. 1. Quarta cauſa erit promiſſam dotem non ſoluere cum vxor poſſit, l. fin. vbi doc. not. C. de Repud. Boer. Deciſio. 12. numero 4. Guid. Pap. & ibi Add. Deciſio. 349. & ſupra dictum fuit, & ſimiliter ſi vxor diues nupſit viro Inopi ſine vlla promiſſione Dotis, de qua te eſt illa famoſa Quæſt. Bar. incip. Mulier habens amplum patrimonium.

M Sed eſtò quod vltra cauſam fornicationis, etiam ex vna ex ſupradictis cauſis ſit locus ſeparationi, ſi ambò conueniunt poteſt ſequi ſeparatio, ſi autem non tunc aut cauſa eſt notoria, aut non ſi notoria, fieri poteſt ſine Iudicis determinatione, qui Iudices deſideri ſolent audientes huiuſmodi coniugales diſcordias, vt dicit Silua Nupt. lib. 1. numero 34. & 89. Soc. Iunior conſil. 34. numero 9. vol. 2. Si verò res non eſt notoria, ſed probanda, tunc ſine Iudice fieri nequit. Franc. Marc. Deciſio. 514. par. 1. Couarru. dict. epit. cap. 7. §. 5. numero 12. & 13. vi. tamen Abb. in cap. fin. poſt glo. de Adulter.

N Semper autem in dubio ſuſtinenda eſt cauſa, quæ facit pro matrimonio tanquam pia, & fauorabilis cap. ex literis, vbi Abb. numero 7. de ſponſ. Cauſa verò Diuortij eſt odioſa, Scrib. in l. 1. de Diuort. nam diuortium accipitur pro pœna, ſed non pro delicto, vt ait Menoch. de arb. in nouiſſ. Addit. ad Caſ. 419. ſub numero 12. Hinc dixi, quod ſi agatur contra Maritum propter nimiam ſæuitiam, præſumptio eſt pro eo quod non animo ſæuiendi, ſed corrigendi fecerit. Menoch. de præſ. lib. 5. præſumpt. 15. numero 1. & ad plenam probationem fiendam ſufficit vnicus teſtis cum dict. præſumptione, l. ſi duo patroni, vbi glo. ff. de iur. iuran. facit Bal. conſil. 136. præſupponitur, volum. 2. idem in l. non hoc, C. vnde cogn. Crauet. conſil. 6. ſub numero 66. Bertazol. Conſil. Cri. 542. numero 21. & ſi hinc inde ſint probationes, illæ ſequuntur, quæ ſunt pro Innocentia, & tendunt ad excludendum delictum, vt dicam in pract. de teſt. par. 2. ſub numero 176. & 177. cum ſeq. Niſi diffamatio malorum morum eſſet in contrarium. Nam tunc mala qualitas perſonæ, quando nota eſt, facit ceſſare bonam præſumptionem, de qua in l. meritò, ff. pro Soc. Menoch. d. præſ. 15. num. 5. & 6.

O Verum enim verò præſumptio eſt contra vxorem de inconſtantia, de flexibilitate, & de imprudentia, ac inſatiabilitate, Nam mulier dicitur à molline. Tiraq. de leg. Conub. l. 1. numero 55. 70. 71. 74. 75. cum plur. ſeq. & vir dicitur à vi. vt per eum, & magis in mulieribus luxuria pollet, quia luxuria fœmina dicitur, ad hoc vi. quod dixi in pract. de teſt. par. 1. numero 14. & 15. & partim pudor, partim cuſtodia viri ſubſtinent pudicitiam, non tamen ſunt omnes tantæ caliditatis, quia de re aduertat, ne nimium arctatè, & ſtrictè cuſtodiantur, & nitantur in vetitum, vt iam dixi, & de præſumptione contra Mulieres dixi in pract. de teſt. d. par. 2. ſub numero 59. verſic. ſequitur de ſeru. & erud. Menoch. præſ. 13. numero 23. d. lib. 5. & ſi Mulier tribunalia frequentat, ſignum eſt imprudentiæ, & pauca honeſtatis. Nam mulieris honeſtas non patitur, vt Iudicum ſubſellia frequentet. Menoch. præſ. 10. numero 11. lib. 3. tamen pro recuperando viro ſuo, & conſulendo indemnitati ſuæ parcitur. Et in ſumma fauendum eſt agenti cauſam iuſtam, & æquam, vt matrimonium vires habeat, & coniuges ſimul cohabitent per ſupradicta, & in tantum eſt verum, quod ſi matrimonium fuerit ſeparatum ex falſa cauſa, tamen quilibet de populo poterit inuito coniuge, petere, vt illud teſtaoretur. Fely. in c. dilecti, de maior. & obed. qui in ſuo Repertor. in verb. Matrimonium eſt priuilegiatum, omnia matrimonij priuilegia, in ſumma recenſet.

P Modò quæro, an pendente lite, Maritus poſſit impunè authoritate propria recuperare vxorem, & vxor virum. Et quo ad vxorem, Clar. in §. raptus, verſ. ſed pone, dicit quod mulier rapiens virum pœna extraordinaria eſſet punienda, verum in practica non ſeruaretur op. Clar. quando mulier nata occaſione, & ſine læſione, & ſcandalo recuperaret ſuum Maritum, per l. id quod noſtrum, de reg. iur. immo tanquam mulier prudens, & virago laudanda eſſet, cum indicium manifeſtum daret fidei coniugalis, & fidelitatis, & amoris erga virum ſuũ, vi. Decia. lib. 8. tit. de Rapt. quæſt. 7. ſub numero 27. vbi excuſari tenet mulierem rapientem virum, quanto magis vxorem rapientem virum ſuum, non enim inueni contradicentem.

Q Cæterum quo ad virum rapientem vxorem, quamuis ei multa competere poſſint Remedia, recuperandæ vxoris, de quibus, per Fely. in cap. illud, col. 1. & 2. extra, de ſponſ. Nihilominus teneo, quod Maritus pendente lite, & authoritate propria poſſit recuperare vxorem, pro hac op. eſt glo. in cap. 1. de coniungen. lepros. tenent Bal. & Saly. in l. 1. cir. princ. C. vbi quis, de Curial. vel cohartal. Bar. Bal. & Saly. in l. vnica, C. de rapt. virg. ubi Bal. ſub numero 24. Saly. col. 1. verſic. Quarto quia tex. Sicuti licet uaſallo, de facto ſpoliato Gozad. conſil. 9. numero 10. & de æquo, & alia re. eſt materia, l. ſi mater, C. de rei uendic. & trad. Tiraq. de leg. Conub. l. 1. numero 40. Nam, qui quid ſit de alijs rebus quarum Dominia, & poſſeſſionem mutari poſſunt, & ad alios transferri, ut tot. tit. de
* acq. rer. do. & de acq. poſſeſſ. Hoc unum eſt, quod uxor uiuente uiro alterius eſſe non poteſt, nec deſiderari ab alio ſub pœna peccati mortalis, in 9. Præcepto Decalog. & hanc op. tenet Decia. d. tract. tom. 2. lib. 8. tit. de Rapt. cap. 13. numero 44. Quoniam maritus poſt copulam conſumatam cum uxore dicitur eſſe in totali poſſeſſione corporali uxoris. S. Thom. in quarto Diſtinct. 27. artic. Roderic. Suarez, recept. ſenten. in tit. de los Pleitos, ſub numero 15. ſecus in ſponſa nondum cognita carnaliter rationibus iam dictis ſupra ueri. igitur ibi. Et quod dictum eſt: immo Maritus non poteſt impediri à parentibus uxoris, per d. l. id quod noſtrum, de reg. iur. Propter hoc relinquet homo Patrem, & Matrem ſuam, & adhærebit uxori ſuæ. Geneſ. cap. 2. quod ergo Deus coniunxit homo non ſeparet, ut recenſentur hæc in Euangel. Marc. cap. 10. Luc. cap. 16. & Saly. in d. l. 1. col. 3. uer. Quarto quia tex. C. de Rapt. Virg. ait quod Maritus præfertur Patri, & poteſt rapere uxorem ſuam à manibus parentum, quodque tenet Ana. in cap. cum cauſa, col. 2. uer. Nota aliam rationem, & uerſic. Not. quod contradictio parentum de Nupt. Bertazol. conſ. cri. 218. num. 1. & 3. cum ſeq. par. 1.

R Nam ſiue ſponte, ſiue opera, & ſuaſione aliorum uxor diceſſit à uiro ſuo ſine legitima cauſa, Maritus dicitur ſpoliatus de facto, & contrario Imperio recuperare poteſt uxorem, & illius reſtitutionem conſequi, per Bal. in l. tale pactum, §. qui prouocauit, col. 8. ff. de pact. præſertim, quia notorium eſt lippis, & tonſoribus,

Digitized by Google

ſoribus, quod uxor unius non poteſt eſſe alterius ui-uente uiro ſuo, & ſic nulli alteri quam uiro compe-tit actio nec exceptio, ut cap. quos Deus, 32. quæſt. 1. unde de facto recuperans uxorem licitè, & impunè facit. Menoch. de Recup. poſſ. Remed. primo, ſub numero 122. & 123. Rip. & alij ſcrib. in l. 1. §. nihil commune, ff. de acq. poſſeſſ. quamuis idem Rip. in l. miles, §. qui iudicati, ſub numero 8. in fin. de re iud. uidetur tenere, quod Maritus ſaltem de uiolentia te-nebitur, quod procedere poſſet ſi notoriè conſtaret apud Iudicem de cauſa legitima, quam uxor adduxit eius diſceſſus, ſecus ſi notoriè non conſtet. Nec poteſt uis locum habere, quia uis dicitur fieri in re aliena, & de eo quod quis prohibetur tex. in l. nemo poteſt tu-tor, §. ni factum, de reg. iur. ſed Maritus utitur iure ſuo, & nemini facit iniuriam, uulg. iurib. habet enim maritus manus iniectionem in uxorem, Bal. in d. l. unica, C. de Rapt. Virg. & ſupra ſatis dictum eſt, & ſi poteſt eam incarcerare, & etiam in uinculis detinere, ut ſupra uerſ. ſed, ut proprius, cum uerſ. ſeq. quanto magis recuperare.

S Quinimmò Maritus pro recuperanda uxore pote-rit conuocare amicos, & notos in auxilium, ut per Menoch. de recup. poſſeſſ. d. Remed. primo, ſub nu-mero 385. cit. med. nulla enim res dici poteſt magis noſtra ipſa uxore. Matth. d. cap. 10. & Luc. cap. 16. erunt duo in Carne una, non ſic de filijs affirmatiuè dici poteſt, cum aliquando ex adulterio, aliquando ſuppoſito partu habeantur, & non poteſt uir prohibe-ri, quin non recuperet uxorem pro debito ſibi red-dendo (etiam quod lis penderet ſuper matrimonio) dum non conſtat eſſe inualidum, & poſtquam illud iam conſumatum fuit. Bal. in l. raptores, ſub num. 7. C. de Sacr. Sanct. Eccleſ. Cano. in cap. fin. extra, de Raptor. Rom. ſing. 416. Et ratio eſſe poteſt, quia ſem-per in dubio pro matrimonio iudicandum eſt, ſtante bona fide. Couarru. ſuper quarto Decret. in Epitom. 2. par. cap. 4. §. primo, numero 12. & 13. ui. ſupra uerſic. ſemper autem quamuis in dubio bonum ſit conſule-re Summum Pontificem, ut ait Caualca. Deciſ. 12. numero 16. par. 2. alia ratio eſſe poteſt, quia litis pen-dentia ſuper matrimonio, non reddit matrimonium litigioſum, vt tenet Bal. in l. Deo nobis, numero 7. C. de Epiſc. & Cler. qui alleg. Archid. in 27. quæſt. 2. §. ex ijs, & dicit eſſe menti tenendum. Menoch. de arb. caſ. 202. numero 2.

T Quocirca non poſſumus dicere, quod Maritus at-tentauit lite pendente, re, vt ſupra, litigioſa non exi-ſtente. Lancellot. tract. de Attenta. 2. par. cap. 4. limi-tat. 17. ſub numero 17. vbi ait, quod poſt conſuma-tum matrimonium mulier ſequeſtrari non poteſt, etiam quod de Adulterio tractetur, vel de Hæreſi, aut de furore immenſo, vel beſtiali ſæuitia, quæ ſunt illa quattuor notata à Couarru. d. Epit. cap. 7. §. 5. nume-ro 1. 2. 3. & 4. niſi (vt ſæpius dictum eſt) notoriè appa-reret de prædictis. Abb. in cap. ſignificaſti, numero 10. de Diuor. vbi ait, hoc ſpeciali fauore reſtitutionis con iugis, procedere, quem vi. etiam in hoc prop. in cap. de illa, & cap. ſeq. eo. tit. de Diuort. & eo magis ſilet in caſu noſtro cauſa attentatorum, quando præſumere-tur, quod lis ſit calumnioſè, vel iratè, & ob indi-gnationem mota contra virum, idem Lancellot. dict. tract. de Attenta. 2. par. cap. 4. limitat. 4. numero 3. & ſumus in poſſeſſorio ſummariſſimo, quod alias aſi-ninum appellatur, in quo dici poteſt, quod Maritus eam, quam ſemel aſſumpſit vxorem, nunquam dimi-ſit, pulchrè facit Borgn. Caualca. Deciſio. 28. nume-ro 12. & 13. par. 3.

Hinc etiam dicitur, quod non dicitur fieri attenta-tum, nec incurſum fuiſſe in Indignationem Princi-pis illum, qui rem ſuam recuperauit, pendente ſup-plicatione alterius partis, ſeu partis aduerſæ. Bertrand. conſ. 362. nil opponitur, numero 1. lib. primo. Neuiz. conſil. 29. Aſin. in pract. §. 31. cap. 1. verſ. 9. limitatur numero 3. hos adducit. Lancellot. de attenta. 2. par. cap. 19. numero 26. 27. vbi in fortioribus terminis, & numero 28. niſi pro parte Principis fuerit inhibitum, vel notificatum aliquo modo ne faciat, vt num. 30. & in cap. 4. nam inhibitio via iuris facta, ſiue iuſta, ſi-ue iniuſta timenda eſt. Rot. Rom. Deciſio. 26. alias. 307. de Appellat. in antiq. & per Lancel. in 4. par. in præfat. ſub num. 432. & ſeq. & ideo ſi periculum non ſit in mora, & quando poteſt haberi copia Iudicis ſemper parendum eſt, vt in 2. par. ſub numero 54. alioquin dici poſſet attentatum, quoniam per natu-ram inhibitionis fit attentatum, quod alias non eſſet, vt plura exempla trad. Lancellot. c. primo, ampliat. 1. & ſi ſcandalum oriretur, ſpretor non excuſaretur, Fe-ly. in cap. 2. de præſer. ſecus, ſi inhibitio non legitimè nec debito modo facta ſit. Nam contra faciens po-tuit iuſtam prætendere ignorantiam, vt l. doli clauſu-la, de ver. oblig. l. 1. ff. de iur. & fac. ignor. Secus autem, ſi ſciuit, etiam informiter, quod Princeps ad ſe cau-ſam aduocauit, Nam cauſa ſemel coram Principe de-ducta, amplius eius conſiſtorium non egreditur, vt dixi ſupra in hac prima par. ſub numero 244. & 246. Lancellot. de Attenta. 2. par. cap. 4. limitat. 1. nume-ro 69. ſed ſi non fuerit expreſſè inhibitum, validè ex-cuſandus erit, quoniam quo ad vxorem recuperan-dam eſt dignus protectione, quicquid ſit quo ad alias res, niſi recuperans eſſet vir malus, & ad malum fi-nem vxorem tentauerit ſuo marte recuperare, & ideò cauendum ab Indignatione Principis, de qua dixi in 2. par. numero 255. & D. Petr. Caball. Caſ. crim. 39. quem in tantis in prima Impreſſione huius tractatus laudaui, veruntamen ſui ipſius duntaxat memor fuit, ſed gratulatus ſum, quod inter 200 Caſus criminales, ipſe ſaltem inſ. 190. prius fueram eiuſdem ſententiæ, vt videre eſt, & vbi aliquid ab alijs intactum fuiſſe aſſerit, penès me iam typis editum reperies, ſi calcula-beris. Cur autem me tacuerit, Deus ſcit, & ipſe, fortè maioribus intentus occupationibus me prætermiſit, ipſe verò illum non prætermittam, quoniam honor eſt honorātis: nimirū ſi aliquantiſper admiratus ſim.

V Nec marito ad hanc recuperationem de facto (ſi ipſe ex interuallo deuenerit) poterit aliquid mali im-putari, cum ob bonam cuſtodiam vxoris, vel ſuorum Agnatorum, vel propter aliud impedimentum ani-mum ſuum exequi nequierit. Nam tempus Impedi-menti, ei nocere non debet, cap. ſignificaſti, de pign. cap. imputari, de reg. iur. in 6. quia præſumitur ſemper perſeueraſſe in eadem voluntate recuperandi eam, quam ſemel aſſumpſit, & nunquam dimiſit. Caual-ca. d. Deciſio. 28. num. 12. & 13. par. 3. facit Lancellot. de attenta. d. 2. par. cap. 4. limit. 1. numero 25. 26. & 27. vbi ait factum eſſe incontinenti etiam poſt decem an-nos, per Pariſ. conſ. 24. præſupponitur, num. 16. cum ſeq. lib. primo. Boſſ. de plur. violent. num. 7. Iaſ. in l. clam poſſidere, §. qui de acq. poſſeſſ. & iuxta qualita-tem rei, & perſonarum poteſt dici aliquid factum in-continenti, vt ipſa recuperatio. Menoch. de Recup. poſſ. Remed. primo, ſub num. 85. vbi ait hoc apparere, ſi ſtatim pro recuperanda re, facta fuerint aliqua præ-paramenta, ſed in caſu recuperationis vxoris hoc non militat, nam aliquando vxores nimium delicatæ, & imprudenter recedunt indignatæ à viro, & indigna-tio de recenti eſt reciproca, & Maritus ira, & indigna-tione non curat videre, nec rehabere vxorem, quod inimici infernalis eſt proprium ſuggerere, tamen pa-cato calore iracundiæ, poteſt agere omni meliori mo-do ad eam recuperandam, & illi eſt ſtatim reſtituen-da, vt not. glo. 27. quæſt. 2. cap. Aghatoſa, quia Caro ſua non poteſt haberi pro derelicta, ſicut aliæ res, §. hoc amplius. Inſtit. de rer. diuiſ. Hinc dicitur, quod vxor, quæ diuertit à viro, ſi receſſit ſtatim, non di-citur diuertiſſe, nec pœnam meretur.

Et

Digitized by Google

☞ Et quamuis vxor, (quæ appellatur domeſtica viri conuerſatio) aliqua de cauſa (tanquam nimium ſenſibilis, iraſcibilis, & concupiſcibilis) turbata aliquando euolauerit extra Domum Mariti, & eius conſpectum effugerit: nihilominus, quocunque ierit, ſemper Mariti eſſe intelligitur, vt eſt pulcherrimus tex. valdè not. in hoc propoſ. in §. Gallinarum, inſtitut. de rer. Diuiſ. moraliter enim loquendo Mulieres quoque appellantur Gallinæ.

X Quinimmo vxor tenetur ſequi virum quocũq; excepta cauſa peccati, vt. 13. quæſt. 2. vnaquaque, & ſum. Ang. in verb. vxor verſic. virum. numero 3. vbi quando cauſa eſt neceſſaria, ſed re vera ſi vxor diligat virum etiam ex cauſa non neceſſaria illum ſequitur tanquam Socia humanæ vitæ, vt ſupra dixi, & in tantum hoc eſt verum, quod ſi maritus eſſet vagabundus, vxor teneretur illum ſequi, ſi antequam deſponſaretur, ſciebat mores Mariti, vt not. glo. in dict. cap. vnaquaque, 32. quæſt. 2. limita niſi duxerit eam cum pacto, quod vir ipſe in futurum à malis moribus abſtinebit. Et multoties euenit, quod prudentia vxoris, eſt medela plagarum viri, vi. Bar. in l. Mænia, §. vxore, ff. de annu. legat. & Tiraq. de leg. Connub. d. l. 1. numero 39. Et quod plus eſt, ſi maritus eſſet rebellis, mulier ſequendo illum pro debito reddendo, non incurreret pœnam. Boſſ. in tit. de public. bonorum, ſub numero 75. ea ratione, quia in Matrimonialibus leges
* ſæculares locum non habent, dicit obtentum fuiſſe in Magiſtratu Mediolani: nec poſſet contrahi matrimonium cum pacto abſtinendi inter eos à copula. Sum. Syluestr. in verb. matrimonium. 4. quæſt. 6. ſed poſt contractum matrimonium bene poſſunt vouere continentiam, & vitam cœlibem agere, ex hoc multò magis percipi poteſt, quod vxor impunè poteſt virum Bannitum ſequi. Nell. de Bannit. 3. par. 2. temp. quæſt. 22. cum ſeq. Et circa alia propter debitum carnis reddendum Mulier tenetur ſequi maritum, ſi alibi ſicut Domui ſuæ honeſtè viuere poſſit. Bal. in l. ſi cum dotem, §. ſi maritus, ff. ſol. matr. Nell. de Bannit. 1. par. 2. temp. ſub nume. 44. verſic. ſed tunc debitum.

Y Finaliter Concludo, quod ſi vir, & vxor ſint obſtinati, & nullo modo reconciliari velint etiam cum pace Marconi, ſcilicet: poſtquam debitum mutuum receperunt, dum erant diſcordes, ex quo homines ſunt, & non Catti. Mulier in Monaſterium, vt Florentiæ inter malas Maritatas, vel in alio honeſto loco, eſt ſequeſtranda; & vir in exilium mittendus, vel in Inſulam relegandus, donec vterque reſcipiſcat: ſi verò culpa ſit vnius coniugum tantum, ille ſolus luat pęnas. Et ſic huic morali, & vtili, ac quotidiano diſcurſu impoſitus ſit finis ad laudem Dei.

DE ARBITRIO LIBERO *Parentum in filios.*

SVMMARIVM.

Patria Poteſtas Quid ſit, & an filia nupta remaneat in poteſtate Patris: & qualiter filij exeunt de patr. pot. Quos effectus pariat, quæ non licet Patri facere, quid, quæ ad Bona profectitia, Aduentitia, Caſtrenſia, vel quaſi.

De emancipatione latè & clarè diſſeritur, vbi Quid in fœminis, & de requiſitis, quid olim, quid hodie ſeruatur, & de effectu emancipationis.

De obligatione, & officio Parentum in filios, & econtra De Delictis inter Patrem, & Filium: an Filius portabit Iniquitatem Patris: Quomodo Pater, & vſque quo poſſit corrigere Filium: De iniuria facta Filio, & de alijs quampluribus quæſtionibus quotidie occurrentibus, luculenter explicatur.

283 † Sequitur breuiter videre de arbitrio, quod habent Parentes in filios. Certum eſt enim, quod Pater, & Filius ſunt copulati nexu Diuino, & vna eademque perſona cenſentur, vt. l. fin. C. de impub. §. ſi quis alij, inſtitut. de inut. ſtip. Bal. in l. cum in adoptiuis, 2. col. C. de adopt. ità, & taliter, quod nobilitas patris eſt Decor filij, & licet macula patris regulariter non afficit filium. l. ſi. & ibi Bar. C. de liber. & eor. liber. l. emancipati, §. ſi. ff. de Senator. tamen quando-
A que afficit, vt † Patria namque poteſtas in filios ineſtimabilis res eſt, ob quam filij, & nepotes ex filijs maſculis ex legitimo matrimonio nati, ſunt in poteſtate Parentum, vt tot. tit. Inſt. tit. de patr. Pot. & C. eo. non ſic nepotes ex filia, vt declarat glo. ibi, in fin. ratio eſt, quia, & ſi filia maritata remanet quodammodo in poteſtate Patris iuxta, l. ſi vxor, C. de condit. inſer. tamen partus, qui ex ea naſcitur, ſequitur ventrem quo ad conditionem libertatis, & ſeruitutis, non autem quo ad ius patriæ poteſtatis, vt ibi declarat Porc. ſub numero 1. & glo. in verb. Ciuium Romanorum excipit à patria poteſtate filios francigenarum, quæ opinio eſt reprobata, quemadmodum alia opinio quod ſolis ciuibus Romanis Ius patriæ poteſtatis competebat, vt clarè impugnatur in ſyntgmata
B iuris lib. 11. de Patr. Poteſt. cap. 5. † Excipiuntur quoque Baſtardi, & eſt op. approbata, & ratio eſt, quia Patria poteſtas eſt res honorabilis, quæ turpes perſonas non admittit. Inſtitut. de Nupt. §. ſi aduerſus, & ibi Porc. numero 15. ver. item no. duos caſus, Baſtardos ab initio non eſſe in poteſtate parentum, ſed ex poſt facto ſic, puta ſi dentur Curiæ, aut ſi per ſubſequens matrimonium legitimum.

C † Modo ex patria poteſtate, quam plures ſequuntur effectus, quos ponit gloſ. in verb. ciuium Romanorum. Inſtitut. de patr. pot. in §. 1. quorum Primus eſt quod Pater non mater ob neceſſitatem famis poterat filium vendere, vel obligare, per l. 2. C. de Patr. qui fil. diſtraxe. & de hac re locutus ſum in 4. par. ſub nu-
D mero 490. † Secundus, quia Pater non poteſt à filio in iudicio vocari ſine venia, vt l. ſi. C. de in ius voc. aliqui tenent, quod non poſſit etiam cum venia. vt Porc. & alij in d. glo. conſuetudo autem iure approbata in l. ſi is nulla, vbi gloſ. ff. de iud. admittit filium cum venia Patrem in ius vocare poſſe in multis caſibus, præſertim quando pater eſt auarus, & negat debita alimenta pro modo facultatum, & iuxta gradus ſui congruentiam ſubminiſtrare filio, per l. vel necare, ff. de alim. & cib. leg. natura enim inſitum eſt amare, educare deinde quicquid appoſitum eſt ante Lucro Patrem filios poſſeſſores relinquere, & ad hunc prop. Spec. in tit. de offic. omn. Iudicis, numero 4. & ſeq. §. primo modum, & formam, ac requiſita tradit.

E † Tertius effectus eſt, quod cum filijs iudicium eſſe non poteſt, iux. d. l. ſi is nulla, de Iudic. quem effectum eſſe ſuperfluum aiunt Doc. ſuper d. glo. ciuium Romanorum. Inſtitut. de patr. pot. circa hunc gloſ. effectum, vide omnino Menoch. de Recup. poſſ. Remed. 15. vbi multa dicit, à numero 286. vſque ad num. 323. Verum non erit ſuperfluum dicere pro ſaluanda gloſ. quod eſt verum. Patris ſuum iudicium nequaquam conformari debere cum Iudicio filij effrenato, nec illius fantaſticum cerebrum ſequi, minuſque cum filio contendere verbis, Nam his minimis verbis interdum maxima creſcit, vt apud Diu. Cato. ſed ſi filius eſt maior. 20. annorum, Pater poſt debitam correctionem verbalem, ſi non iuuat, debet corrigere fi-
F lium Baculo, † Nam Pater dicitur orbatus filio, quando habet filium peruerſum, vt in l. fin. vbi glo. ff. de Plag. & ideo Baſtonate da orbo, melius eſt filium pati ſub Baculo Patris, quam pendere ſub ligno furcarum. Qui enim diligit, inſtanter erudit, alioquin qui parcit virgæ, odit filium, ſunt verba Salom. in prouerb. auffertur enim in patre præſumptio iniquitatis, & inſurgit præſumptio amoris. Menoch. lib. 6. præſumpt. 14.

& ex

Digitized by Google

& ex nimia indulgentia naſcitur contemptus, qua de re caueant Parentes ne ex nimia, aut ex plurima bonitate, & probitate feliciſſimiſque eorum ſtudijs re-
G uerentiam eorum minuant. † Quartus effectus Patriæ poteſtatis eſt, quia Pater per filios acquirit vſumfructum, §. fin. inſtitut. per quas perſo. nob. acquir. eſt verum, quod ſi teſtator legat, vel donat alicui poteſt vinculum apponere, ne ius aliquod in re legata acquiratur Patri aut marito. Sed quid de iure antiquo vi. tex. in l. placet, ff. de acq. rer. do. facit auth. diſponat, vt eum de appell. cogn. tex. l. in re mandata, C. manda. tex. in l. excipitur, C. de Bon. quæ liber.

Quintus effectus eſt, quod filius non poteſt quenquam ſine patris licentia in ius vocare, vt l. fi. §. 1. C. de bo. quæ liber. Menoch. de Recuper. poſſ. Remed. 15. numero 297. ait dum proceditur ſola facti veritate attenta, non requiri conſenſum, quia eſt de iure poſitiuo, ex Neniz. conſil. 18. numero 11. ex Cor. conſil. 218. lib. 1. Sextus effectus eſt, quod Pater inuito filio poteſt bona aduentitia adminiſtrare, §. 1. Inſtitut. per quas perſo. nob. acq. & non eſt opus alio Iudicis Decreto Bal. in l. cum oportet, §. ne pater autem, eo. tit. C. de bo. quæ liber. & ſi Pater agit pro filio in poteſtate, non eſt opus, quod promittat de rato ſecundum ius, C. ſecus, de iur. ff. vt ait Bar. poſt glo. l. fi. §. vbi au-
H tem, C. de bo. quæ liber. † At ſi pater non eſt bonus paterfamilias, ſed dilapidet bona, remouetur ab adminiſtratione, Bal. in l. bonotrapbos, & in d. l. cum oportet, §. ne autem, de bo. quæ liber. qui dicit remoueri, ſi deficiat in committendo, ſecus ſi in ommittendo Menoch. de recup. poſſ. 9. numero 172. 173. & 174. vbi, nec propria bona dilapidare poteſt: verum, & in ommittendo etiam eſſet remouendus, ſi propter eius magnam deſidiam, & negligentiam, res perirent, quia nimia negligentia æquiparatur dolo, vt in auth. de quæſtion. §. ſed pigritia, l. penul. C. de collat. vel ſapit ſtultitiam, per l. quamuis, C. de fideiuſſ. vtrunque
I damnabile. † Septimus effectus eſt, quia inter Patrem, & Filium non oritur ciuis obligatio, ſed naturalis tantum, §. item inutilis. Inſtitut. de inut. ſtip. nihilominus quando ſunt diſcordes, eliguntur arbitri, & Pater, & filius ſunt obnoxij laudo, & Decretis Ma-
K giſtratus, l. 1. C. de Decret. ab ord. fac. lib. 12. † Octauus effectus eſt, quia Pater poteſt petere filium in ſua poteſtate, ſecundum diſtinct. quam facit gloſ. ibi in d. §. 1. inſtitut. de patr. pot. vbi, & officia iudicis, & Remed. interdicti recuperandæ vti poteſt, & vltra glo.
L adde: † Nonum effectum, de quo in ſyntgmat. iuris. Par. 2. lib. 12. cap. 8. car. 97. vbi ait quod nullo pretio inuitus Pater adigi poſſit filium emancipare, per l. filium familias, §. ſecundum vulgarem. De leg. 1. Nec filius, ſiue adoptiuus, ſiue naturalis, & legitimus ad id poſſit Patrem compellere, l. non poteſt, de adopt. exceptis quattuor caſibus, vt ibi primus, ſi pater filio peccandi inferat neceſſitatem, auth. ſi lenones, C. de epiſc. aud. Secūdus ſi ſupra modū Pater erga filium durè ſe habeat, l. fi. ff. ſi à patr. quis fue. manu. Tertius ſi præmium, vt emancipet Pater acceperit, l. ſi cui, ff. de Cond. & Demonſtr. quæ res adhuc hodie ſeruatur, Quartus caſus eſt, ſi impubes adoptatus ſe liberari maior factus poſtulet, vt l. nonnunquam, de Adopt.

M Sed Pater non poteſt dilapidare propria bona, vt filius æger remaneat, & ideo filius pro debito patris pauperis, nō poteſt moleſtari ſuper peculio quaſi Caſtrenſe, tot. tit. C. Ne fil. pro patr. niſi in ſubſidium, quando ſibi, & patri in neceſſitatibus ſuccurrere poſſet, ita æquitate ſuadente, multò magis ſi debitum eſſet factum pro alimentandis filijs. Bar. in l. hijs ſolis, vbi Saly. Iaſ. & alij, C. de Cond. indeb. Ro. ſing. 213. Cremenſ. ſing. 37. Marſ. ſing. 224. Cæpol. Cautel. 246. ſcrib. in l. ſi cum ſeruum, ff. ſi cer. per. vbi quid in vxore. Caualca. Deciſ. in Reper. nouiſſ. in verb. maritus, & vxor, & bona ratio eſſe poteſt, quia Pater, vel maritus ægeni non tenentur alere alios, ſi non habent modum vix alendi ſe ipſos, tex. & ibi Bal. in l. 1. §. præterea, ff. de tut. & rat. diſtrahen. Beninten. Deciſio. 89. & Guid. Pap. Deciſ. 439.

N Et dum ſermo incidiſſet cum Excellentiſſimo Iuriſc. D. Petro Ventura Patritio Florentino circa ſolemnitates emancipationis, inquirere cępimus, an emancipationis actus, fauorabilis dici debuiſſet, & in eam ſententiam conuenimus reſpectu filiorum, dici debuiſſe fauorabilem, cum ij libertatem, quæ res inæſtimabilis eſt, conſequerentur, ac honor eis accederet: quod vel maximè patere dicebamus, ex §. hoc quoque Inet. per qu. perſon. cuique. Cui aſtipulatur, quod per Theodoſium, & Valentinianum Imperatores, in l. ſin vita, §. 1. C. de bon. matern. & per Iuſtinian. in l. cum oportet, §. cum autem, C. de bon. quę liber. Quibus locis reſcripſere, patri tunc licuiſſe aliquid in bonis filij emancipandi retinere, in præmium delatæ emancipationis, nec mirum cum emancipando liberalitatem exerceret, vt per Anaſtaſium in l. iubemus, l. de emancip. liber. & iure quodā ſuo priuarentur, ad l. filiusfamilias, §. ſecundum vulgarem, ff. de leg. 1. & emancipatio nihil aliud ſit, quam ſolutio, ſeu relaxatio patriæ poteſtatis.

O Licet, ijs minimè perpenſis, non defuerint, qui dixerint emancipationem fuiſſe potius quandam ſpeciem abdicationis, quam beneficium aliquod, quod filijs conferretur, ex eo præcipuè argumentum ducentes, quod idem ſit antiqua Romanorum lingua, emancipare, ac venundare, & inde, emancipari in ſeruitutem, perinde, ac in adoptionem latinè dici, veſtigiumque huius rei eſſe, colaphos, verba iniurioſa, ac contumelijs plena, quæ in emancipandos iaciebantur de quibus in l. fin. C. de emancip. & in auth. conſtitut. quæ dignitat. in princ. vt iam non filij, ſed extranei viderentur, amittebatur inſuper agnatio vſusfructus, paterna hæreditas, plurimaque alia eueniebant, ex quibus odioſa appareret, vnde in locum beneficij minimè reponi poſſet; Nec enim commodum, quod ſibi in poſterum quæſijſſent ſpectandum videbatur, cum incertum id eſſet, certa enim erat primum bonorum omnium expoliatio; Præterea gerebantur omnia coram Præſide, vt per Caium, lib. priori, inſtit. capit. 6. vt nihil penitus differat ab ipſomet actu abdicationis imo idem omnino ſit nomineque tantum differt. Cauſas autem, ex quibus abdicatio tunc permittebatur, recenſet Lucian. de Abdicat. & pulchrè per Alciat. diſpunct. lib. 2. cap. 20.

Contrariam tamen opinionem tanquam magis iuri conſonam, ex ijs, quæ prius dicebantur amplexi ſumus, ac eo libentius, quia ſi Diocletiano, & Maximiliano Imperat. credere voluerimus, Abdicatio Romanis legibus non comprobabatur, vnde ſuccedit emancipationem eius ſpeciem dici non poſſe; Nec repugnant ea, quæ nuper dicebantur, ſiquidem, pro formæ, vel formula potius pœnæ omnia obſeruarentur, nec multò poſt fuerint abolita vna cum circumductionibus ijs inextricabilibus, vt recenſet Iuſtinianus in l. fin. C. de emancip. liberum.

Cuius legis occaſione iterum dubitando perquirere cæpimus, quæ nam eſſent eę inextricabiles circumductiones, & iniurioſa rhapiſmata, & quo tenderent, & huius indagationis maxima apparuit difficultas, ex quo multis ab hinc ſæculis antiquata omnia erant, imperante Anaſtaſio ann. ſalut. circiter. 494. & nullum rationabilem exitum inueniri horum, dixerit Imperator. in ead. l. fin. Rem tamen omnem optimè explicantem inuenimus Caium d. l. priori Inſtitut. cap. 6. Vacon. à Vacun. declarat. iur. ciuil. lib. 1. cap. 16. numero 18. Sylueſt. Aldobrand. in Adnotat. Ad primum librum Inſtitut. ſub tit. quibus mod. iuſ. patr. pot. §. præterea, & latius ſub tit. de fiduciar. tutel. vbi, & ſcribentes omnes.

P Illud

Digitized by Google

P Illud aũt obſeruatione dignũ reputauimus, in filiabus fœminis, item nepotibus ex filio emancipandis, non tot in eorum emancipatione obſeruanda fuiſſe, quot in emancipatione maſculorum primi gradus, cum illi vnica emancipatione eximerentur penitus à patria poteſtate: ij verò trina emancipatione egerent. & quod illi vnica emancipatione eximerentur, docet Vlpianus in l. certum, §. 1. ff. de iniuſt. rupt. & idem etiam apud Caium dict. capit. 6. lib. prim. & quod ij trina egerent probatur ex §. præterea, Inſtit. quibus man. ius patr. & clarius apud Caium vbi ſupra, Nec differentiæ ratio facile afferri poſſe videbatur ex diuturnitate temporis, qua hæc omnia in deſuetudinem abiere, ſed vlterius cogitantibus rationem fortè inde deduci potuiſſe videbatur; quia haud ſatis dicens eſſet mulieres Romanas toties coram Magiſtratibus inſpici, colaphis cædi, ac huc, illuc, quaſi contumeliæ gratia ab hominibus contrectari. Quinetiam Athenienſibus id omnino Solonis lege prohibebatur, niſi fortè ſtupro ſe polluiſſent, vt ex Plutarc. in vita Solonis, quos & Romanos imitatos fuiſſe exiſtimat Eruditiſſimus Franciſc. Connan. Comment. Iur. Ciuil. lib. 2. cap. 14. circa finem, cum pleraſque leges ab eis decerpſerint, vt quas olim fortè ter, ſemel tantum venundari liceret, cum præſertim nec ſuſpicione lenocinij omninò caruiſſet, qui filias toties venderet, vt idem Connan. conſiderat; Quam leges adeò abhorrent, vt patet tunc cogi etiam poſſit, vt filias emancipet. At in maſculis hoc non euenit, cum ij tertiò vſque venundari poſſent à patre, nec ignominiæ illud aſcribi poſſet, vt apud Halicarnaſſ. de quo meminit Vacon. vbi ſupra, numero 12. & recenſetur locus Vlpiani, qui in Inſtitut. id ijs verbis explicauit. Si pater filium ter vendiderit filius à patre liber eſto, vt non mirum ſi ij trina emancipatione, eæ vero vna tantum egerent.

Q Inſuper licet filij, filiæque eundem gradum cognationis reſpectu patris obtineant, & ideò eodem nexu obligentur, ac eadem ferè obſequia, patri præſtare teneantur; attamen quo ad id, de quo agitur, diſpar inter eos eſt ratio; cum per maſculos repræſententur patres, ac agnatio veluti per ſtirpes per eos propagetur; Quod non item in fœminis, cum eæ, & caput, & finis agnationis dicantur, & ſint veluti principium cognationis, ſi fortè nupſerint, inter morientibus, tunc quo ad eorum filios iuribus omnibus agnationis, vt quo ad effectum agnationis, & ius ciuile, arctiori vinculo obligati apparent maſculi, quam fœminæ. Hincque L. Aemilij Pauli Querela apud Liuium Lib. 45. Hiſtoriarum. Nec ex tanta ſtirpe (inquit) liberum ſupereſt, qui L. Aemilij Pauli nomen ferat, duos enim tanquam ex magna progenie liberorum, in adoptionem datos Cornelia, & Fabia gens habet Pauli in Domo, præter ſe nemo ſupereſt: Et ideò non mirum ſi in actu emancipationis, qui iuris ciuilis eſt, & agnationem præcipuè reſpicit plura in maſculis primi gradus emancipandis obſeruanda eſſent, quam in filiabus.

Et quamuis eadem omnia, quæ de filio ad hoc dicuntur, procedere etiam videantur in nepotibus ex filio, attamen inter auum, & nepotem, nec tantum amicitiæ charitatis, & iuris eſt, quantum inter Patrem, & Filium, vt benè conſiderat Connan. vbi ſuprà, & quo propinquior, coniunctiorque eſt eo carior. Ideoque Legibus Romanis filiam in adulterio deprehenſam Pater occidere potuit, auus non potuit, & hinc antiquitus nepotes, & filiæ. item primi gradus impunè in teſtamento aui, vel patris præteriebantur, aut ſaltem inter cæteros exhæredari poterant, quod in filijs nequaquam obtinebat, ſed eos nominatim inſtitui, vel exhæredari oporteret, quod ea ratione inductum, quo ad nepotes facilè credi poteſt, cum iuris conſtitutiones naturæ ordinem ſequãntur, & imitentur, omnique ratione inductum appareat ius patriæ poteſtatis difficilius, quo ad ius ciuile attinet tolli, ac extingui, dum de filijs maſculis agitur, quam in fœminis, vel nepotibus tollatur.

u † Redeundo modò vnde digreſſi ſumus, Filij erga parentes debitum obſequium, reuerenter, & obedientiam parentibus præſtare debent tùm propter Dei præceptum, de quo in Decalog. præcept. 3. tùm quia ipſa natura docet, vt infra in 6. parte dicam, ſub numero . . & facit Inſtitut. de iur. naturali gentium, & ciuil. tùm etiam ob magnum præmium, quod filij patrem, & matrem venerantes acquirunt, vt eſſe ſuper terram longæuos diuque viuere. Exod. capit. 10. Deuteronom. capit. 5. Matth. cap. 15. Marc. cap. 17. text. eſt in l. 2. de iu-
R ſtitia, & iure, † Eſt tamen verum, quod contra legem Dei nemini parendum eſt. Quid enim maius nobis congruit, quam ijs obtemperare, qui genuerunt, educauerunt, inſtituerunt, deinde omnia contulere ad vitæ neceſſaria? quos magis diligere à quibus, quam maximè diligimur?

S Nullus equidem eſt tàm immenſus amor, qui paternam vincat beneuolentiam, vt not. in l. quoniam querela, Cod. de inofficioſo teſtamento. Nullus quippè eſt, qui magis filiorum Indigentijs conſulere proſpicereque valet, quam affectus Paternus, vt not. Doctor. in leg. Gallus, de liberis, & poſt-
a humis. † Et honor non conſiſtit in ſola reuerentia, ſed in benefaciendo, & in largitione bonorum. Marc. capit. 7. & Plato in Libro quinto de Republica. Et quod dictum eſt de Patre, idem dicitur de Matre, quæ in ventre nouem menſibus ſubſtulit pondus diei, & æſtus, in quo portauit filium, quem in dolore peperit, lacte nutriuit, & ſudore educauit.

T † Et ideò in leuioribus materna monita præferenda eſſe, in grauioribus paterna, vt ait *Hieronym.* Perbo. in quodam ſuo Tracta. ouiliarum, libro quinto, vbi de præcepto Honorandi patrem. Nam in dubio Patris magis, quam Matris conſilio lex de liberis fidit, leg. conſilio, Cod. de curat. furioſ. Si verò filij contemptores, & maledici contra Parentes erunt, maledictionem conſequentur, vt de Chanaam legitur, Geneſ. cap. 9. Decia. De Paricid. libro 9. cap. 9. numero 7. 8. & 9. tom. 2. vbi lex Diuina morte mori iubet, & iure humano infames reputantur, l. 1. §. 1. de obſequ. patr. præſtan.

V † At ſi filij Parentes verberare tentauerint, acriter punientur, priuantur ſucceſſione, & exhæredantur, vt not. in §. Cauſas, in Authent. vt cum de appellatio. cogn. & vide Clar. §. teſtamentum, quæſtio. 41. Nam ſicuti non poteſt maius laudari, quàm pietas filij erga Parentes: ità econtrà, nil prius obbrobrio, quàm contra Parentes maledictiones proferre, & manus violentas inferre, quod natura ipſa abhorret.

X † At ſi Filius occidat Patrem, nullum delictum in homines grauius, nullave pœna grauior parricidij, excepta Infidelitate, tot. tit. ad legem Iuliam, de paricid. de quo dicam in 4. par. & vide Decia. latiſſimè, qui permulta capitula De Paricidio facit, in dict. Tracta. de Delict. Tum. 2. libro 9. & Clar. quoque in §. Parricidium, & permulta reperies in Syntagmata iuris, libr. 36. capit. 24. per tot. Tom. 2.

* † Nec liceret hodie Filio occidere Patrem rebellem Cæſaris, ſecus ſi Pater eſſet Rebellis, & proditor Fidei, & Religionis Chriſtianæ, & relapſus, l. minimè, cum Gloſ. de Relig. & ſumpt. fu-

Digitized by Google

Y ner. vbi Alexand. † Et filij Hæreticorum, quamuis ſint boni, & Catholici Chriſtiani, ac Fideles non poſſunt parentibus ſuccèdere, nec in vno denario, cap. vergentis, & cap. quiſquis, Cod. ad legem Iuliam Maieſtat. Paul. Ghirland. Tractat. de Hæretic. quæſtio. 4. niſi ſint adeò pauperes, quod non habeant vnde ſe alere, quia æquitas, & pietas Chriſtiana concedit alimentari, vt dicam in 6. par. dixi in 2. par. numero 288. vide Decia. de Delict. Tomo 1. lib. 5. cap. 45. char. 244.

Z † Sunt tamen plures caſus, in quibus filij portabunt iniquitatem Patris, vt dixi circa ſucceſſionem, & quo ad bona tantum, & Dignitates, ac honores tantum, in 4. par. ſub numero 139. vbi declaraui, vt in crimine læſæ Maieſtatis, Diuinæ, & Humanæ, dict. l. quiſquis, C. ad legem Iuliam Maieſtat. Secundò, ſi ſunt nati ex nephario, & damnato coitu, Authent. ex complexu, C. de inceſt. nupt. Tertiò in caſu, cap. in quibuſdam, de pœn. Quartò in caſu, cap. cum multæ, 15. quæſtio. 8. & 2. quæſtio. 4. Quintò in caſu, capit. 1. & 2. de fil. Presbyt. & de ijs vide Paul. Ghirland. de Hæret. quæſtio. 3. vide in Syntagmat. iuris, lib. 35. cap. 1. numero 24. 25. & 26. vide Decia. de Delict. d. tit. de Pęn. læſ. Maieſt. Tom. 2. lib. 7. cap. 41. vbi de omnibus pęnis quas patitur filius rebellis.

A † Nunc ad officium paternum deſcendamus, tenentur enim ità erga filios ſe gerere, vt quod Deus mandat, natura dictat, & leges poſitiuè diſponunt, omnino ſeruent. Primò itaque Parentes tenentur educare filios in timore Dei, ſine quo nil boni fieri poteſt: Secundò animorum optima debet eſſe inſtitutio. Tertiò bonorum morum exemplar: Nam rarò ex bonis parentibus mali procreâtur filij. Quartò, ſi pulchrum, & vtile eſt ex legitimo matrimonio ſuſcipere prolem, pulchrius eſt ad virtutes filios inſtituere, & ad id potiſſimum quod quiſque natura aptior inclinari videtur, Hierony. Perbo. dict. lib. 5. Quintò ſtudeant ex induſtria, vt lucrum iuſtè faciant alioquin facere adoleſcenti auri, argentique copiam nil aliud eſt, quam gladium præbere, quo ſacculum cędendo citò euacuent, quo omnes turpitudines ſibi aſciſcant, & quo tandem ſe ipſos occidant, vel occidantur. hæc ille. Sextò, ſcientia Iuueni præparat prudentiam, Seni ſolatium, pauperi diuitias, ornamentum diuiti, delectat Domi, non impedit foris, & peregrinatur nobiſcum, ad hæc vide ſupra, numero 241. circa fin. Septimò, à malorum conuerſatione, tanquàm ab igne filios defendant, nullus enim inimicus maior, quàm domeſtica probitas; qua de re bonum eſt ab Adoleſcentia iugo aſſuefacere. Octauò inuigilent ne ab Adulatoribus, qui valdè circuunt Domos Diuitum. Nonò, † Filias dotare

B tenentur, & nedum ſemel, ſed bis ſi dos amittatur, l. qui liberos, de rit. nupt. l. fin. Cod. de dot. promiſſ. nec poteſt ab onere ſe liberare, ſiue in vita, ſiue poſt mortem (circunſcriptis ſtatutis.) Phanuc. dict. Phanuc. de lucr. dot. Gloſ. 10. numero 77. niſi filia eſſe Meretrix. Spec. in tit. qui fil. ſint legit. §. penult. verſic. quod ſi filia peccauerit, Campeg. tract. de Dot. quæſtio. 13. numero 3. vide Bart. & Doct. in l. filiam, C. de inofficio. teſtamen. & qui ex neceſſitate teneantur dotare filiam dic primò Auus, ſecundò Pater, tertiò Mater, quartò Fratres, quos proſequere, vt per Campeg. per multas Quæſtiones à Quæſtio. 13. vſque ad fin. primæ partis, pulchrè Conſtant. Rog. eodem tract. de Dot. verſic. Secundo iuxta ordinem, vbi ſub num. & quod dote amiſſa, vel inexigibili redacta iterum conſtituatur paſſim ab illis qui ex neceſſitate tenentur dotare filias, trad. Aret. in §. fuerat, Inſtitut. de act. & videtur text. in §. quia verò, in Authent. de æqual. dot. & in Authent. quamuis, C. de rei vxor. act. ſed quia hæc dotis materia eſt ſummopere ventilata, & de ea facti ſunt multi Tractatus, conſultò omitto, vide circa prædicta onera paterna, in Syntagmat. iuris, lib. 9. tit. de perſonis, cap. 20. num. 13. cum mult. ſequ.

C † Nec credant filij immunes eſſe ab onere auxiliandi, & alendi parentes pauperes: nam ad hæc officio Iudicis cogi poſſunt. Doct. in l. necare, de liber. agnoſcen. etiam quod pater eſſet rebellis, leg. quiſquis, C. ad legem Iuliam Maieſtatis, Decia. eodem tit. lib. 7. cap. 41. num. 46. tom. 2. idem de filia, & de alijs: Erga alios, vt de Vaſſallo erga Dominum, de liberto erga Dominum, de Donatario ergo Donatorem, vt ſcribitur in Syntagmat. iuris, lib. 6. cap. 19. tom. 2. vbi iura adducit.

D † Et quamuis æquitas ſuadet æqualitatem erga filios ſeruari, per l. maximum vitium, cum concord. de liber. præter. & infra in 6. par. numero . . tamen pater ex cauſa poteſt primam genituram inſtituere, vt per Bald. in Proœm. de primogenitur. & eſt de iure Diuino permiſſum ius primogenituræ, Geneſ. cap. 27. & 49. Regum cap. 1. & 1. & vide in Syntagmata iuris, lib. 45. cap. 3. tom. 2. & Pater poteſt vni filiorum plus donare, quam alteri. Curt. Iunior. in conſil. 108. circa par. 2. Item Pater habet arbitrium, an velit in bonis fieri facere inuentarium pro ſua Adminiſtratione. Bald. in l. cum oportet, §. ne autem, vbi Doctor. Cod. de bonis, quæ liberis. Nec inuitus reddere rationem, tenetur Bald. dict. l. cum oportet, §. fin. Item poteſt prohibere diuiſiones inter filios non tamen perpetuo. Curt. conſil. 105. numero 4.

E † Sed ut proprius accedamus, Pater habet arbitrium corrigendi, & caſtigandi filios. Bal. & omnes alij, in l. 3. Cod. de patria poteſtate, quod intelligas moderatè, nimia enim ſæuitia damnatur. Decia. de Delict. tom. 1. tit. de accuſation. cap. 13. numero 8. & per Put. de Syndic. in verb. Crudelitas, Felyn. in cap. licet, numero 1. verſic. no. quod pater, de Simon. Alciat. de præſumption. Reg. prima, præ-

F ſumption. 3. † Vbi dicit, quod ſi Pater verberat filium, præſumitur cauſa correctionis, cum abeſt atrocitas, & exceſſus, vel niſi appareat, de nimia aſperitate, & furibunda qualitate Patris, & vide Abb. in cap. cum contingat, ſub numero 20. verſic. idem dic de Patre, de foro compet. vbi pater poteſt filium tradere Curiæ puniendum, donec pœnitentia ductus reſipiſcat, vt in l. vnica, C. de emendat. propinqu.

G † Et ſi Pater Filium inobediente in thalamo propriæ Domus tenuerit, non incurritur pœna priuati Carceris, vt in l. 3. ff. de liber. ho. exhibend. & in l. 2. Cod. de patria poteſtate, Decia. de Delict. tom. 2. lib. 7. tit. 10. numero 5. Caſſa. in conſuetud. Burgund. tit. des Droit, Rubr. 1. num. 63. intellige dum filius eſt ſub patria poteſtate.

H † Cæterum ſi filius furatus eſt patri, nullam actionem habet Pater contra filium, l. nec cum filio familias, ff. de fur. Inſtitut. de obligat. quæ ex delict. naſc. §. hi qui, l. lis nulla, ff. de iudic. l. ſerui, & filij, vbi Salyc. ff. de furt.

I † Nihilominus Pater aduerſus illos, qui opem filio præſtiterunt ad furandum Patri, datur actio ad intereſſe, dict. §. hi qui, Inſtitut. de obligatio. quæ ex delict. naſcun. Bonifac. tracta. de fur. §. animo lucri faciendi, numero 158. 159. & ſequ. vbi dicit, quod parentes in corrigendis filijs modum excedere non debent, alioquin coguntur illos emancipare, l. fin. ff. ſi à patr. quis fuer. manumiſſ. niſi in illis caſibus, de quibus ſuprà dixi, & Paul. Apoſtol. ad Epheſ. cap. 6. inquit, Et vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros, ſed educate illos in diſciplina, & correctione: nunquàm profectò paternus amor debet amitti, cap. paratus, 32. quæſtio. 1. vide Spec. in tit. de feud, §. 2. poſt verſic. 18. Nec tunc

poteſt

Digitized by Google

poteſt filius patri recalcitrare, & offendere, Bart. & alij in l. vt vim, ff. de iuſtitia, & iure, Menoc. de arbit. iud. caſ. 364. num. 2. & 3.

K † Quid ſi Pater ſit Iudex ordinarius, dic quod de delictis per filium commiſſis contra alios cognoſcere poteſt, ſed de delictis ab alijs commiſſis contra filium non deberet ratione ſuſpicionis, ad hæc per Abb. in d. c. cum contingat, ſub num. 10. de foro compet. vbi recenſet quattuor opiniones, & vide Add. ibi. verum de delicto patrato contra ipſum Patrem, videlicet ob inſidias vitæ patris patratas, ipſe pater abſtinere debet, quia nullus debet eſſe Iudex in cauſa propria, C. ne quis in ſua cauſ. & in l. Iulianus, ff. de iuriſdictione omnium iudicum, & l. ſi quis in tantam, C. vnde vi, l. extat, ff. quod met. cau. & alias dixi. Sed hoc in caſu Pater, alteri offert filium, vt l. propter inſidias, Cod. qui accuſare non poſſunt, & conceditur patri, vt ipſemet ſententiam ſcribat contra propeium filium, illamque ſubſcribat. Sic apud Decia. de Delict. lib. 3. tom. 1. De Accuſation. cap. 13. numero 2. 3. & 4. & numero 7. vbi dicit, quod lex mota eſt ad concedendum arbitrium hoc Patri, tanquam Præſidi dictandi ſententiam contra filium, quia lex de parentum, pietate confiſa pro ſeueritate non vteretur, vt l. 2. C. de patria poteſtate. Non ſic filio permittitur contra patrem, quoniam amor in eis decreſcit, ſed in patre augetur, vt dixi de teſt. par. 1. numero 42. Decia. de Delict. lib. 3. tom. 1. numero primo, de Accuſatio. cap. 14. & vide Nell. de Bannit. 1. p. 1. temp. num. 9. & Bart. in l. ſi quis fortè, §. ſi quos, ff. de pœn.

L † Quibus autem caſibus pater occidens filiam in adulterio repertam, excuſetur, vide tex. in l. patri, ff. ad leg. Iul. de Adulter. & Angel. de Maleſic. in verb. Che mi hai adulterato la mia Figliuola, num. 8. Decia. de Delict. tom. 2. lib. 9. cap. 15. num. 14. & ſeq. vbi plura requiri ad excuſandum patrem.

M † Et ſi Pater non ſit vilis perſona, poterit remittere iniuriam factam filio, & prodeſt etiam alijs inuitis Marant. de ord. iudic. par. 1. num. 68. Ioſeph. Ludo. concluſ. 41. Farinac. de Accuſat. q. 14. num. 34. & ſeq. vbi ampliat, & limitat, Gabriel conſil. 172. num. 44. volum. 1. Boer. Deciſio. 75. & 120. vide Iaſ. in l. in perſona, ff. de pact. Sed pro filij Toro violato Pater in-

N uito filio non poteſt iniuriam remittere. Balb. Nouell. de Dot. priuileg. 28. par. 6. An, & quando Pater teneatur pro Delicto filij, dixi in 2. par. numero 39. & 176. & in 4. par. numero 139. & vide Put. de Syndic. in verb. tortus, cap. 3. numero 9. & 10. & D. Petr. Caball. Caſ. crim. 149.

DE LIBERO ARBITRIO DOMINI IN SERVOS.

SVMMARIVM.

Domini quam poteſtatem in ſeruos habent.
Qualis, ac quanta eſſe debet correctio verbis, aut facto.
Seruorum obedientia erga Dominos.
Contra Deum nemini parendum.
Officia diuerſa non eſſe turbanda, æqualiter quilibet in ſua vocatione manere debeat.
De Salario, vel Mercede Seruorum, & De licentia danda Seruis.
De Furtis domeſticis, & an Dominus teneatur pro ſeruo, vbi remiſſiue.

274 † Hactenus dictum eſt de libero arbitrio viri in vxorem, & Patris in filium, Nunc dicamus de Dominis in ſeruos, & in §. 1. Inſtitut. de ijs qui ſunt ſui, vel alie. iur. datur liberum arbitrium Domino corrigendi, & verberandi moderatè ſeruum, ſeu ſeruientem, vt ità Doct. commun. intelligunt, ſed de ſeruis proprijs, de quibus loquitur text. in §. 2. eodem tit. aliud dicitur, quia non ſunt liberi, nimirum ſi vitæ neciſque eorum poteſtas erat Dominis, Gloſ. explicat olim, quia hodie non ſic, vt in lib. 14. Syntagmat. iuris, cap. 1. numero 17. tom. 2. Bertazol. conſil. 246. numero 7. ait quod Domini parum poteſtatis hodie in ſeruos, ſeu famulos habent, alleg. Bal. ibi, & ad prædicta vide Abb. in dict. cap. cum contingat, numero 2. de foro competenti, nec vllam aliam iuriſdictionem habent, quam moderatā caſtigationē, Menoch. de arbit. caſ. 364. numero 2. Bonifac. de fur. d. §. animo lucrifaciendi, numero 161. Nec vllam actionem habent, poſtquam ſeruus effectus eſt liber, leg. quod quid cum ſeruus eſſet, vbi Dec. & Cag. de regulis iuris.

O † Cæterum quo ad perſonas liberas, quæ nobis ſeruiunt, periculoſa eſt etiam leuis caſtigatio ſi non

1 ſint pueri, quibus alapam ex cauſa permittitur dare ex conſuetudine, Abb. in cap. 1. de Delict. puer. alios verò ejice, ſed prius ſoluta mercede. Capell. Toloſ. Deciſio. 268. Bonacoſſ. Tracta. de Famulo, quæſtio. 109. Nam Famulus habet pro ſalario hypothecata bona Domini ſui. Bald. in l. 1. in fin. C. locat. quinimmò poſſet tantum furari, quantum aſcendit ſalarium, ſi alio remedio ei ſuccurſum non ſit. Marſil. ſingul. 177. Malitijs. Couarru. var. reſol. lib. 1. cap. 2. num. 15. Monteleo. in pract. arb. char. 437. & alios quos in prop. alleg. Carroc. loc. par. 2. tit. de tempor. penſion. num. 6. & 13.

P † Sed ſi furati ſint ſeruientes in Domo Domini

11 poſſunt detineri per 20. horas, ad effectum tradendi Curiæ, vt de hoc dixi in 2. par. ſub numero 6. & optimè conſtitutum eſt, vbi ſeruitores, & Ancillas, quæ alicui Domino ante ſeruitium præſtiterunt, alij minimè ad eorum ſeruitium recipiant inuito, aut inconſulto Domino, cui iam ſeruierunt, vt in Syntagmat. iuris, lib. 14. cap. 3. ſub num. 22. & 23. legitur, & in cap. 4. vbi de Dominica poteſtate, & in cap. 5. vbi qualiter ſerui liberentur, & in 6. circa eorum libertatem inuitis Dominis acquirendam, & cap. 8. De libertorum obſequio erga patronos, & in cap. ſequen. de alijs circa hanc materiam explicandis, vſque ad fin. d. lib. 14.

Seruus non ſolum tenetur ſcire, quæ ſit voluntas Domini ſui, ſed iam inueſtigari debet, ut ſecundum eam illi bene ſeruiat: vnde dicitur quod ſeruus neſciens voluntatem Domini, vapulabit paucis, ſeruus autem ſciens voluntatem Domini, & non adimplens eam, plagis vapulabit infinitis, 37. diſtinct. §. fin. Damaſ. in Reg. Cano. 1. Solut. Sed intellige ſanè, quo ad voluntatem Dei: verum, quo ad voluntatem Domini temporalis, non ſic, quia ſi ſeruus non obediat, dimittitur, ſi famulus non ſeruiat, moderatè caſtigatur, vt ſupra: non enim dicitur peccare in infinitum, qui in hominem peccat, ſed illi qui contra Deum, qui eſt infinitus, & homo perſona finita, & finiti ad infinitum nulla eſt proportio. Ariſto. 8. phyſic. & in 1. de Cœlo & mundo. l. ſi filiusfam. §. ſecundum vulgarem. de leg. 1. Sed quo ad Dominos ipſi aduertere debent, ne imponant ſeu iubeant ſeruis onera inſupportabilia iux. illud Euangel. & vnicuique iuxta propriū ſeruitium, ad quod vocati ſunt, iubere debent, & ſic vnicuique ſecundum propriam virtutem. Nam in promiſcuis actibus non ſunt turbanda officia. l. conſulte diu alia. C. de teſtam. ſicut eſſet, ſi vnus officialis vellet ingerere ſe in officio alterius, & vnus Curialis, in officium alterius ſeparatum, Miles pro doctore, venator pro cubiculario. Cubicularius pro conſultore, & tamen hoc pendet a beneplacito Domini, qui quādoque vult vt vnus ſit fac totum, & ſæpe, multis ille facit totum. & an Dominus teneatur pro ſeruo vi. Capell. Toloſ. deciſ. 195. Felyn. in c. poſtulaſti. de for.

comp. Cano. in cap. ad ſedem, de reſtitut. ſpoliat. Alex.
Q in l. ne quid, ff. de incen. ruin. naufrag. Bertazol. conſil. crim. 133. num. 2. & conſil. 449. num. 16.

SVMMARIVM.

De Arbitrio Magiſtri in Diſcipulos, vſque quo poſſit illum corrigere, & verberare.
Ad quæ teneatur Magiſter erga Diſcipulum, & Diſcipulus erga Magiſtrum.
Quid de fratre contra fratrem.

275 † Reſtat modo dicere de athitrio Magiſtrorum in Diſcipulos, & dicitur quod & ipſi poſſunt corrigere, & aliqualiter verberare Diſcipulos in ijs, quæ ad peritiam, ſcientiam, artem, & mores pertinent, l. quæcunque, §. vlt. cum l. ſeq. ff. ad leg. Aquil. Menoc. d. Caſ. 164. num. 10. Abb. in d. cap. cum contingat, & ibi Add. poſt num. 20. Bonifac. tract. de furt. §. animo lucri faciendi, num. 161. vbi infert ad Monachos, & Menoc. loc. cit. ait quod Abbas non incurrit in Cenſuram verberando Monachos moderatè cũ cauſa, & Decia. Nauarr. & alios alleg. & Menoc. dict.
R Caſ. † 364. infert quoque ad fratrem qui poteſt corrigere fratrem minorem, ſed fratrum, gratia rara eſt. Et in materia ſupradictorum vi. 18. q. 4. nullus, & tex. & Doct. in l. aut facta, §. 1. de pœn. l. 1. C. de emen. ſer. & io l. 4. ad legem Aquiliam, vbi Bart. & Floria. & in l. item quæritur, §. item Iulianus, vbi Bart. ff. locat.
S † vbi ſi Magiſter Calcati, aut Baculo membrum Diſcipuli offendat, tenetur pœna extraordinaria, quia officium, & diſcretio pari paſſu ambulant, vt dixi in 5. pat. numero 37. & nimia ſæuitia damnatur, vt per Put. de Syodic. in verb. Crudelitas, & hæc auxilio Diuino patrocinante dicta ſunt, Cui laus, & honor, &c. & Salyc. in l. item quæritur, in §. item Iulianus, ff. locat. dicit de illo Magiſtro Grammaticæ Paduano, qui Diſcipulum puerum percuſſit, & obijt, & Magiſter decapitatus fuit, quem adducit Baiar. ad Clarum, quæſtio. 56. verſic. primo, num. 9. dicens, quod ipſe in Spoleto furcis ſuſpendi fecit quendam Berouarium, qui laqueo ſuffocauit quendam nobilem captum cum armis, dum illum duceret ad Carceres, & iſti Spoletini hoc laqueo ſolent capere incautos, vt vidi Franciſcum Totum Baricellum meum equitando inueniſſe Bannitum pariter equitantem, & ſtatim laqueo cępit illum, qui de equo cecidit, non ſine maximo riſu, & ad excuſandum Magiſtrum, & alios de nimio exceſſu, alleg. Maria. Soc. in cap. ad audientiam, de Homicid. & Bald. in l. & ſi, §. ſi Magiſter, ff. ad legem Aquiliam.

PARTIS SECVNDÆ
SVMMARIVM.

1 *Captura eſt meri, & mixti imperij.*
2 *Capturam concedere quibus ius competit, & num. 4.*
3 *Iudices Pedanei, quare ſic dicti.*
4 *Captura criminalis, ad duplicem effectum fit.*
Captura ad cuſtodiam an ſit meri imperij.
Imperium paruum ſonat in iuriſdictionem.
Prætorum plures ſpecies.
5 *Captura ex quatuor requiſitis conſtat.*
6 *Captura per modum iuriſdictionis.*
Captura per modũ prouiſionis, etiã priuatis permittitur.
Priuati detinentes delinquentes, debent conſignare intra horas viginti Iudici.
7 *Captura quibus ex cauſis concedenda.*
Capturam ad inſtantiam partis quando Iudex denegare poſſit.
8 *Iudex ſupremæ authoritatis motu proprio à captura incipere poteſt, & 22.*
9 *Captura non eſt ex abrupto concedenda.*
10 *Capturam concedere res periculoſa ſcandali.*
11 *Iudex tenetur, & punitur concedens capturam ex abrupto contra innocentem, & tenetur actione iniuriarum.*
12 *Carcer à coercendo, dicitur mala manſio.*
Carcer æquiparatur torturæ, & morti.
13 *Captura, damnum, & præiudicium irreparabile affert.*
14 *De capiendi licentia conſtare debet: fallit num. 15.*
15 *Licentia capiendi quando neceſſaria non eſt.*
Captura in Eccleſijs, an fieri poſſit, & num. 26.
Licentia capturæ quanto tempore durat.
Captura, an tenet non conſtito de decreto capturæ.
16 *Carcerandi forma ſeruanda.*
Berouarij aduertant, ne ſcandala in captura naſcantur.
17 *Commentarienſes, ſeu cuſtodes carcerum ad quæ teneantur, num. 18. 19 & 20.*
Berouarij non habent diſcretionem.
18 *Cuſtodes carcerum, quomodo puniantur deficientes in ſuo officio, & cura, & quid facere debent.*
Afflictio non eſt danda afflicto.
19 *Solicitatores peruerſi extorquentes, ſub falſis promiſſis pecunias à carceratis.*
20 *Carcerati debent ſecretò, & diligenter cuſtodiri, dum inſtruitur proceſſus informatiuus.*
21 *Captura non conſtito de delicto, an ſit concedenda.*
22 *Captura eſt arbitraria Iudici.*
23 *Captura, an in die feriata concedenda.*
24 *Captura parti offenſa minimè concedenda.*
25 *Prudentis eſt præcauere, & prouidere.*
26 *Iudex laicus capturã in Eccleſijs non concedat, ſup. nu. 15*
27 *Capiendi facultas olim conceſſa laicis, eſt ſublata.*
28 *Cœmiteria quam immunitatem habent, quantum extendatur eorum immunitas, & qualiter ſit intelligenda.*
29 *Domus Epiſcopi qua gaudet immunitate.*
30 *Capturæ finis attenditur.*
Delictorum, an finis, aut principium attenditur.
Fugiens ad Eccleſiam, quando eſt tutus.
31 *Fugiens ad domos magnatum, an ſit tutus.*
Franchiſiæ domorum qualiter obſeruandæ, & cur concedantur.
Eccleſiæ priuilegium eſt de iure Diuino.
32 *Inducta ad vnum finem non debent contrarium effectum operari.*
Franchiſiæ domorum Magnatum, & Cardinalium abrogata.
Berouarij caueant à capturando in domibus Franchiſiæ, vel Magnatum.
Princeps etiam ſine cauſa poteſt derogare Priuilegijs.
33 *Captura in domibus Magnatum, quando tutè ſit.*
Executores quando poſſunt remouere quæcunque obſtacula.
34 *Domus vnicuique ſua tutum refugium eſſe debet, & quando licet capere in domo propria delinquentem, num. 36. & 37.*
35 *Intereſſe publicum priuato præfertur.*
36 *Capturæ forma, quæ eſſe debet.*
Qui non habet in ære, luat in corpore.
37 *Captus contra formam debet relaxari, contra, num. 38.*
Captus indebitè, poteſt impunè fugere.
Fugiens è carcere, an habeatur pro confeſſo, & conuicto.
38 *Iudex fatuus eſt relaxando captum nulliter, quando captura poteſt iuſtificari.*
39 *Captura nulla, non retractatur proceſſus, & ſententia tenet, num. 40.*
Iudex Brachij Regij non tenetur ſeruare regulas capturæ.
Pater pro filio, & econtra ex cauſa retineri poteſt.
40 *Captura in alieno territorio minimè concedenda.*
Sententia tenet, quamuis captura ſit nulla.
Non licet ponere falcem in meſſem alienam.
41 *Capiendus fugiens in alienam iuriſdictionem, an ibi capturari poſſit ab inſequentibus illum.*
Captus in aliena iuriſdictione ſtatim relaxandus.

42 *Reſiſtentia*

42 Reſiſtentia, an ſit licita trad. multæ concluſiones.

43 Reſiſtentiæ materia à quibus tractetur.

Captura non poteſt concedi, niſi ab eo, qui iuriſdictionem habet.

44 Executores publicæ iuſtitiæ, quid ſeruare debent in pertinentibus ad eorum officium.

Licentiam capturæ oſtendere ante capturam periculoſum.

Præſumptio eſt contra officialem, qui oſtendit licentiam capturæ.

45 Iudex nullo modo in capiendo ſe intromittat, & de inconuenientijs, quæ exinde naſcantur.

46 Iudex gerens officium executoris redditur infamis.

Iniuria à Iudice illata vindicari poteſt.

Propulſatio incontinenti eſt licita, & quando dicitur incontinenti fieri.

47 Executores, vt Berouarij, & ſimiles, non ſunt capaces iniuriarum actiuè, nec paſſiuè.

48 Capiendo non licet, ex poſt facto contra executores vindictam facere de iniuſta captura.

Tex. l. nihil, ff. de effract. car contra quos locum habet.

49 Iudici in dubio non eſt reſiſtendum, & quando reſiſtere licet.

Iudex dicitur Miniſter Dei.

Reſiſtentia facienda, præceptis, ſententijs, & executionibus iniuſtis.

Reſiſtentia poteſt fieri legitimè, & non effrenatè.

50 Iudici non admittenti appellationem, an reſiſtendum.

Iuſtitia non eſt, vbi iniquitas cadit.

51 Executoribus publicis nunquam reſiſtendum: fallit, numero 53.

52 Executor merus nudi facti nihil cognoſcere poteſt.

Berouarij non tenentur ſi aliquem ponant indebitè ad torturam.

Berouarij non tenentur, ſed Iudex qui iniuſtè iuſſit.

53 Reſiſti poteſt executoribus contra formam mandati exequentibus.

54 Reſiſtentia quando fieri debet.

55 Reſiſtentiam verbis, non licet propulſare.

Reſiſtere quot modis dicitur.

56 Executio verbis non impeditur: fallit, vt ibi.

57 Reſiſtentia leuis, leniter propulſanda.

Mutua delicta pari compenſatione tolluntur.

Propulſatio reſiſtentiæ debet fieri moderatè.

58 Reſiſtentia cum armis, eget propulſatione armorum.

Propulſare reſiſtentiam licet etiam vulnerando.

Primi motus non ſunt in noſtra poteſtate.

59 Reſiſtentiam iniuſte factam contra Berouarios, licitum eſt reprimere factis.

Captus reſiſtendo ſi occidatur contingenter, an Berouarij ſint excuſati.

60 Captus pro delicto capitali, an reſiſtens poſſit occidi.

Contra ſceleſtos, & diffidatos proceditur manu Regia.

61 Captus ſi cum telo ſe eximere curràt, poteſt impunè à Berouarijs offendi.

62 Reſiſtentia quando confunditur cum homicidio, & quando non: quid econtra.

63 Reſiſtentiæ iuſtæ, & propulſationis regulæ generales.

64 Propulſationis reſiſtentiæ documenta.

65 Reſiſtentia omnis damnoſa quando agitur contra Iudicem Brachij Regij.

66 Iudici condemnanti, quando licet reſiſtere.

67 De Principibus non recognoſcentibus ſuperiorem nefas eſt loqui dubitatiuè, aut correctiuè, & qualiter hoc procedat.

Principibus, an reſiſtere liceat.

68 Vocati ab executoribus in auxilium iuſtitiæ, an parere teneantur, & num. ſeq.

69 Familia poteſtatis non debet vexare ruſticos in expenſis pro caualcatura: fallit de conſuetudine.

Vocati currentes in defenſionem iuſtitiæ, an teneantur ſi percuſſerint, aut vulnerauerint captum.

Subditi vbi agitur de intereſſe Principis ſui, tenentur (etiam non vocati) accurrere, & coadunare.

70 Barricelli debent tenere familiam ſolitam.

Priuatus expendens pro capiendo malefactore, an repetit expenſas.

71 Subditus vocare in auxilium amicos, & conſanguineos poteſt contra notoriam iniuſtitiam.

Quilibet de populo reſiſtere poteſt, quando iniuſtitia eſt notoria.

72 Seditioſè contra iuſtitiam reſiſtere quando dicitur.

Seditioſus, quis, & quomodo dicatur.

Seditio quot modis committitur.

73 Berouarijs, an ſit credendum, & de eorum relationibus, numero 77.

74 Berouarij quam fidem faciant, num. 76.

Quæ ſingula non probant, ſimul iuncta tenent.

Iudex Brachij ſoli veritati utitur.

75 Probatio omnis eſt arbitraria Iudici.

76 Berouariorum vita, & mores.

Spoletinorum mores.

77 Relationes Nuntij, & Berouariorum, quomodo fiant, ſuprà numero 73.

78 Relationes an fieri poſſint diebus feſtiuis.

Feriæ qua de cauſa introductæ.

79 Dies tota relationi, ſeu citationi cedit.

80 Syndici ad maleficia à quibus conſtituantur.

81 Syndicus pendente termino referendi, ſi remoueatur, an ipſe, vel ſucceſſor teneatur relationem facere.

Syndicus pendente termino, ſi relationem non facit, & vulneratus moritur, quomodo excuſabitur.

82 Syndicus errans in relatione, an excuſetur.

83 Eximens captum è manibus familiæ, qua pœna punitur & num ſeq.

Sanguinem ſuum redimere licet.

Reſiſtere cum violentia familiæ, quo modo intelligitur.

84 Eximens ſe ipſum, qua pœna punitur etiam ſupra: quod nam indicium facit fugiendo: limita, num. 202.

85 Præſumptio fortior debiliorem vincit.

Practica procedendi contra ſe eximentem à captura.

86 Iura transgredi licet ex cauſa.

87 Captus indebitè, an impunè ſe eximat.

Berouarij malè captum tractantes, ſunt puniendi.

88 Fugiens è carcere, an puniendus, & qua pœna, num. ſeq. & an habetur pro confeſſo, & conuicto, num. 91. & 92

89 Carceratus oſtio aperto fugiens, an puniendus.

Carceratus quando quis indebitè dicatur.

90 Iudex ſupremæ authoritatis non tenetur votum in curia propalare, cur capturam concedat.

91 Fugiens è carcere, an habeatur pro confeſſo, & conuicto, ſup. num. 88. limit. num. 93

92 Fugiens è carcere, an pœna arbitraria ſit puniendus.

93 Fugiens è carcere, quando non habetur pro confeſſo, & conuicto.

94 Ira quam malos effectus parit, ſi ducatur ab odio.

95 Eximens alium è manibus familiæ, qua pœna plectendus, num. 99. diſtingui. num. 106

96 Eximens an magis puniatur, quàm ille quem eximit.

97 Eximere à manibus familiæ, quot modis contingere poteſt.

98 Principes vnanimes eſſe oportet ad expurgandas prouincias malis hominibus.

99 Eximens, an excuſatur ob amorem, & ſanguinem, vel aliter.

100 Quæ in delictis excuſant.

Dolus quando non præſumitur.

101 Captus qui poteſt euadere, non dicitur captus.

Qui ſe ingerit, non caret culpa.

Auxiliator, an aliàs eſſet facturus, vel non, quæritur.

Res quæ non eſt mala, ob malum exemplum non eſt facienda.

Quilibet pro facto ſuo iudicandus.

102 Auxiliator qualiter ſit puniendus, quamuis principalis ſit abſoluendus.

Fugiens è carcere quando peccat, & quando non.

Digitized by Google

103 Eximens captum an teneatur tanquam principalis, an tanquam auxiliator, quid in inſtigatore, & fautore.

104 Pœna occidentis captum in manibus familiæ.

Occidi impunè, qui poſſunt.

105 Bulla Sixti V. Papæ contra ſceleratos.

106 Eximens captum à manibus familiæ, poſtquam eſt confeſſus, vel condemnatus, quam pœnam patitur.

107 Eximens minus delinquit à manibus familiæ, quam ſi eximat è carcere, num. 110.

108 Carcer dicitur locus Sanctus.

109 Ignorantia quo caſu excuſat, num. 118.

Condemnatio non facta more ſolito an afficiat abſentes.

110 Eximens captum ante condemnationem è carcere qua pœna puniendus.

Pœnam læſæ Maieſt. an & quando incurrat eximens captum è carceribus, & num. ſeq. & num. 112. & 114.

111 Animus lædendi Maieſtatem non præſumitur.

112 Uxor, & filij à pœna eximentis è carcere an excuſandi.

Subditus, qui non eſt ſaltem per habitationem, non committit crimen læſæ Maieſt. ſed ſeputatur hoſtis.

113 Crimen læſæ Maieſt. an committatur contra Principem recognoſcentem ſuperiorem.

114 Imperator, & Reges titulo Maieſtatis venerantur, & Papa titulo ſanctitatis.

115 Fugam fractura aggrauat.

Eximens captum è carcere, non excuſatur ſi iniuſtè, vel iuſtè carceratus ſit.

116 Carceratus (quamuis iniuſtè) non debet ſine iuſſu Iudicis relaxari.

117 Eximens alium è carcere poſt condemnationem qua pœna ſit puniendus, num. ſeq.

Pœna non eſt, vbi deficit dolus.

118 Eximens carceratum tenetur probare ignorantiam condemnationis habuiſſe.

119 Eximens carceratum per non admiſſionem appellationis, quæ erat admittenda, an pœnam incurrat, vid. infra.

120 Delinquens condemnatus dum ad ſupplicium ducitur iniuſtè an eximi poſſit impunè, & num. ſeq.

Quid ſi obuiam habet Cardinalem.

De priuilegio iſto an ſit in vſu.

121 Præſumptio eſt contra illum, qui dat operam rei illicitæ.

122 Cautela pro eximente carcerato, vt excuſetur.

123 Berouarij ſunt nimis auidi, & potiùs ad marſupium manus apponunt quàm ad ligandum delinquentem.

Pecuniæ a Berouarijs ereptæ delinquenti in captura, vbi impendendæ.

Arma reperta penes captum cuius ſint.

124 Perſonæ, quæ carcerari poſſunt, & an

Priuilegiati iudice ſupremæ authoritatis mandante.

Diſpoſitio multarum legum de iure communi non ſeruatur a Iudice ſupremæ authoritatis, num. 129. & 171.

125 Clerici an, & quando carcerari poſſint, num. 130.

126 Reatus omne priuilegium tollit.

Delicta grauia aſperitatem, & leuia æquitatem.

127 Non omne quod licet, honeſtum.

Iudicium, & diſcretio pari paſſu ambulant.

Contra improbos ſemper rigidè procedendum.

128 Teſtes omnes poſſunt incarcerari, & qua de cauſa.

Practica qualiter retinendi ſunt teſtes, ne proceſſus ſecreta manifeſtentur.

129 Teſtis renuens dicere veritatem retinendus.

Iudici Brachium Regium habenti nullum tempus limitatum.

130 Clericus repertus in adulterio poteſt retineri a viro, vt Iudici conſignet, aut Epiſcopo.

131 Clericus a laico retineri poteſt captus in flagranti quando eſt ſuſpectus de fuga.

132 Cuſtodia, quomodo, & qualiter facienda ſtat in arbitrio iudicis, num. 133.

Carceratorum diſtinctio à cuſtode habenda.

133 Cuſtodia ſecundum qualitatem delicti, & perſonarum habenda.

Cuſtos excuſatur exequendo mandatum ſuperioris.

134 Inferior non debet diffidere de eo, de quo ſuperior confidit, nec arguere ſuperiorem.

Carcerati cautè cuſtodiendi, & cautè debet forma cuſtodiæ demandari.

135 Cuſtodes de quibus tenentur, vſque ad num. 155.

136 Cuſtodes quam curam gerere debent, & ibi multa bona documenta in practica.

Carcerati, qualiter tutò cuſtodiendi.

137 Acetum mixtum cum vrina marceſcere facit muros carcerum.

Carceratorum aſtutiæ pro fugiendo, exempla, num. 139.

138 Carta ſcripta, qualiter non ſcripta videtur, & quomodo detegitur quod ſit ſcripta.

Venenum latet quandoque in ferculis carceratorum.

Mandantis aſtutia, ne detegatur à mandatario.

139 Mandatarij qualiter puniantur.

Proditorum præmia, quæ.

Cuſtodis ſumma diligentia in viſitando carceratos.

Lima ſurda quomodo fieri poſſit.

140 Carcerati Miſſam diebus feſtis audire debent.

141 Iudices quomodo tutè ſe gerere debent, quando habent carceratum magnum virum.

Iudices audientiam quando denegare licitè poſſunt.

Comitiua magna veniens cum potenti ad iudicem pro cauſa carcerati ſtet de foris.

Cautela qua Iudex non timebit.

142 Mos ei gerendus non eſt, qui ſolum facit, vt officiat.

Inuidiæ proprietas, & æmulationes.

143 Cuſtodes qualiter excuſandi ſunt, num. ſeq.

Dolo non caret qui facit vltra, quam natura rei patitur.

Cuſtodes qua pœna puniendi.

144 Cuſtos quando de fuga carcerati non tenetur.

145 Cuſtos non tenetur de ſuo reaptare, nec reficere carceres ruptas.

146 Carcerum fabricatio ad quos ſpectat.

Cuſtos de caſu fortuito non tenetur: contra, num. 148.

147 A proditione liberet nos Deus: quia difficile eſt præcauere.

148 Cuſtos nimis confidens de famulo dicitur in culpa.

149 Carceratus ſi moritur in carceribus, culpa aſcribitur cuſtodi: fallit vt ibi.

150 Carceratus non poteſt inſtituere hæredem cuſtodem, nec alium officialem.

Cuſtos tenetur probare non culpam, & tenetur pro culpa vxoris, filiorum, & familiæ.

151 Cuſtos carcerum grauiter punitur ſi rem carnalem cum carcerata habet.

152 Quid cum meretrice.

153 Iudex carnaliter carceratam, vel ſubditam cognoſcens, qualiter puniatur.

154 Carceratus rem carnalem habens cum vxore cuſtodis, vel ancilla, qualiter puniendus.

155 Luxuriæ quam mali effectus, & libidinis: & in quibus præſertim perſonis.

Auaritia mater libidinis.

155 Carcerati, quando, & quibus de cauſis relaxandi.

157 Carcerati euacuato proceſſu informatiuo, an relaxandi.

158 Practica extraordinaria, vt complices ſe conſtituant.

159 Carceratis relaxatis inconuenientia multa.

Delinquentium malitia, & aſtutia.

160 Carcerati infirmi quando relaxandi, & qui non.

161 Cuſtodia carceratorum infirmorum à quo ſoluenda.

Homo ad Imaginem Dei creatus, non eſt derelinquẽdus.

Nullus eſt homo tàm iniquus qui ſaluari non poſſit.

162 Medici prius adhibendi, & eorum iudicium penès acta cum iuramento, antequam carcerati relaxentur, & de practica eligendi Medicos, vt num. 163.

164 Medici, & alij periti poſſunt cogi.

165 Peritorum teſtimonium, an teneat ſine iuramento.

166 Carcerati relaxandi tempore Natalis, & Reſurrectionis Domini.

167 Iudi-

Digitized by Google

167 *Iudices cauſarum criminalium quo tempore diligentiores eſſe debent.*
168 *Doneſmondus Præſes Senatus Mantuæ valdè commendandus.*
169 *Iudex liberi, & abſoluti arbitrij quando poſſit carceratos relaxare.*
170 *Carcerati qui nullo modo relaxandi.*
171 *Carcerati quando iuratoria cautione poſſunt relaxari, quando non, num. 180.*
Illuſtres perſonæ quæ dicuntur, & an iuratoria cautione relaxandæ, num. 173. & 195
L. quoties, C. de dign. lib. 12. receſſit ab aula.
172 *Nobiles quando iuratoria cautione relaxandi.*
Iuratoria cautio eſt arbitraria iudici.
173 *Iuratoria cautione qui non ſunt dimittendi.*
174 *Pignus loco fideiuſſoris, an dari permittitur.*
Ab arbitrio iudicis pendet, an carcerati pro pœna arbitraria ſint fideiuſſori relaxandi.
175 *Alter pro altero incarcerari, an poſſit loco fideiuſſoris non præſtiti.*
Damonis, & Pytiæ ingens amor.
176 *Pater pro filio, & econtra, an carcerari poſſit.*
Nemo Dominus ſuorum membrorum, num. 189.
Seruus, vel animal pro noxa dari poteſt: immò animalia puniuntur.
Cautela pro reprimenda audacia, & delictis filiorum.
177 *Captus pro vno delicto, an poſſit recommendari pro alia cauſa.*
178 *Cautionum, ſeu fideiuſſionum materia latè, & diſtinctè in cauſis criminalibus explicata.*
Cautio quot modis ſumitur, & de cautionum ſpeciebus, & differentijs.
179 *Fideiuſſor de iudicio ſiſti debet eſſe diues.*
Cautio de iudicatum ſoluendo quæ, num. 184.
Cautio de iudicio ſiſti comprehendit cautionem de ſe præſentando: contra, num. 180. & 181
Cautio iuratoria in criminalibus, regulariter locum non habet.
180 *Cautione iuratoria qui relaxandi non ſunt.*
Clauſula toties quoties, quid importat.
181 *Cautio de iudicio ſiſti, quid importat.*
182 *Cautio de ſe præſentando quid importat, num. 200*
Pluralitas de duobus verificatur.
183 *Repræſentatio qualiter ſit facienda.*
184 *Mora quando per fideiuſſorem committitur.*
Fideiuſſor de iudicatum ſoluendo dicitur fideiuſſor in litem: & quando expirat, an ad augmentum teneatur, numero 36
185 *Obligatio grauis, an tranſit ad hæredes, & quæ ſit huiuſmodi obligatio, num. 244*
Obligatio ad pœnam dicitur obligatio grauis.
186 *Fideiuſſor an cenſetur liberatus quando abſoluitur principalis in prima inſtantia.*
Sententia criminalis quando dicitur tranſiſſe in rem iudicatam.
187 *Fideiuſſor de ſoluenda pœna toties quoties, an reſoluatur per binam vicem, num. 242*
188 *Cautiones tres ſimul, quando accipiendæ.*
189 *Fideiuberi pro pœna corporali, an poſſit: quid in practica.*
Nemo Dominus membrorum ſuorum.
190 *Fideiuſſionum recipiendarum practica: & quid in renuente fideiubere,*
191 *Fideiuſſor die feriata, an dari poſſit.*
192 *Statutum de fideiuſſoribus dandis qualiter ſit intelligendum.*
193 *Fideiuſſor idoneus qui eſt, & qui non, & cuius periculo, num. 197*
194 *Paria ſunt quem non eſſe idoneum, vel difficilis exactionis.*
195 *Fideiuſſor non diues poteſt eſſe idoneus reſpectu principalis diuitis, & vbi dari debet, & quid ſi ab initio idoneus, ex poſt pauper, num. 197*
Fideiuſſor quis eſſe poſſit, & quis non.
Illuſtres, an fideiuſſorem dare teneantur, vide ſupra, numero 171
196 *In leuibus delictis non attenditur rigor ſtatuti in materia fideiuſſorum.*
197 *Sententia an quis ſit idoneus, dicitur interlocutoria.*
Fideiuſſor non liberatur per dationem ſecundi.
Nouatio, an mutatione perſonæ fiat, an loci, infra, & 201
198 *Fideiuſſor quando liberatus remanet.*
Principali capto inſcio fideiuſſore, ſi aufugerit, an fideiuſſor ſit liberatus, num. 200
Fideiuſſor pro vna cauſa, ſi pro alia principalis ſit retentus, & fugiat, an fideiuſſor ſit liber.
Fideiuſſor quid facere debet principali præſentato.
199 *Fideiuſſio eſt ſtricti iuris.*
200 *Fideiuſſor quando ob impedimentum excuſetur.*
201 *Fideiuſſor præſentando principalem, an ſit liberatus.*
202 *Fideiuſſor, qui ſemel præſentauit principalem, qui ob nimiam ſæuitiam officialium fugit, an ſit liberatus.*
Reus à carcere fugiens ob nimiam ſæuitiam, non facit indicium contra ſe. ſupra num 84
203 *Fideiuſſor liberatus eſt, quando principalis fuit ob aliam cauſam bannitus.*
204 *Fideiuſſor an per prorogationem termini ſit liberatus.*
205 *Prorogatio termini quando non liberat fideiuſſorem.*
Nouatio quando facta dicitur.
206 *Fideiuſſor an ſit liberatus per confiſcationem bonorum factam principali.*
207 *Fideiuſſor indemnitatis quis, & an fideiuſſore primo conuento iſte indemnitatis, teneatur ſuſcipere in ſe iudicium.*
208 *Paria eſſe quem promittere indemnem releuare, vel defendere.*
209 *Defenſor quas exceptiones proponere poteſt.*
Defenſor quando legitimè defendere dicitur
210 *Fideiuſſor ſimplex differt à fideiuſſore indemnitatis.*
211 *Fideiuſſor ſimplex excuſſionis exceptionem, quando opponere debet, & quando fideiuſſor indemnitatis: vide numero 219*
212 *Promiſſio indemnitatis quando non valet.*
213 *Collaudator qui dicitur.*
214 *Collaudator ad quæ tenetur, & quomodo, & quando.*
215 *Sententia lata contra principalem, an afficiat fideiuſſorem.*
216 *Practica conueniendi principalem, & fideiuſſorem ſimul in cauſa criminali.*
217 *Fideiuſſor an incurrat pœnam ſi principalis in termino non ſe conſtituit, an mora poſſit purgari.*
Mora modica non dicitur mora.
218 *Fideiuſſor ſoluens pro principali, coram quo aget pro ſua indemnitate.*
219 *Fideiuſſor in cauſa criminali non habet beneficium excuſſionis.*
220 *Fideiuſſorum, & fideiuſſionum diuerſæ ſpecies, ac obligationes.*
221 *Fideiuſſor vnus fide iubens pro pluribus quando ſit liberatus, & quando non.*
222 *Suſpectum de delicto quandoque relaxatur, vt cæteris correis animum præſtet ſe conſtituendi.*
223 *Fideiuſſori relaxatus, an poſſit reuocari ad carceres non ſuperuenientibus nouis indicijs.*
224 *Fideiuſſores plures dati pro vno reo, qualiter inter eos obligati cenſentur, & quomodo liberati, numero 225. & 227.*
226 *Beneficio cedendarum & no. Conſtitut. renunciare quid præſtat, quid de beneficio de fideiuſſoribus, & Epiſtola Diui Adriani.*
228 *Fideiuſſores plures pro pluribus, quid inter eos cenſendum quo ad obligationem, & liberationem.*
229 *Diuiſio obligationum quando, & quomodo facta cenſetur ab obligationis forma quando facto iudicis receſſum dicitur.*

230 Fi-

Digitized by Google

230 Fideiuſſor vnus ex pluribus ſolus interpellatus an poſſit excipere, vt cæteri confideiuſſores æquè interpellentur.

231 Fideiuſſores an eſſe poſſint ad inuicem delinquentes, & quid iuris circa huiuſmodi fideiuſſiones.

232 Fideiuſſio de præſentando inſolidum, differt à promiſſione de ſoluendo pœnam, & de effectu.

233 Fideiuſſor, qui promiſit præſentare plures in ſolidum, ſub certa pœna, an teneatur ad totam pœnam ſi omnes non præſentauit, ſed partem tantum.

234 Fideiuſſor, qui plures in ſolidum præſentare promiſit, an interpellatus ad præſentandum vnum ex eis tantum, cenſeatur liberatus etiam quo ad alios.

235 Fideiuſſor antequam conueniatur condemnato principali corporaliter an teneatur.

236 Fideiuſſor de iudicatum ſoluendo an teneatur ad augmentum pœnæ propter negationem delicti, vel propter contumaciam.

237 Fideiuſſor de iudicio ſiſti an eſſe poſſit Conſiliarius, Aduocatus, procurator.

238 Diues ſi recuſetur in fideiuſſorem recipi tanquam non idoneus, an poſſit agere actione iniuriarum, vide numero 195.

239 Fideiuſſor carcerati de fuga non facienda, ſi fugit principalis, an eum defendere poſſit.

240 Fideiuſſor, qui promiſit Titium non diſceſſurum è Prætorio, ſi diſceſſit, & ante condemnationem reuertatur, an liberetur à pœna.

241 Fideiuſſor condemnatus pro principali ex quo non præſentauit, an ante condemnationem faciendam contra principalem, ſi eum præſentet, an condemnatio reddatur nulla.

Practica procedendi contra fideiuſſorem, & principalem.

242 Fideiuſſor, qui promiſit ſoluere pœnam toties, quoties, per quot vices teneatur ad illam, num. 187.

243 Fideiuſſio an morte principalis expiret.

244 Fideiuſſore mortuo, an obligatio tranſeat ad hæredes.

245 Cautio data ad beneplacitum quanto tempore durat.

246 Cautio de bene viuendo quando expirat.

Officium contra diſcolos laudabile in ciuitate Florentiæ.

247 Cautio data per menſem, & vltra ad beneplacitum, an elapſo menſe reſoluta ſit non declarato beneplacito intra illum menſem.

248 Cautio de non offendendo, qualiter præſtanda, à quo, & quomodo.

249 Aequalitas in iudicijs ſeruanda.

Practica cogendi renitentes fideiubere de non offendendo, num. ſeq. & 254 & 255.

250 Fideiubere de non offendendo renuentes, & proteſtantes, non ſunt audiendi.

251 Cautio de non offendendo an, & quando reciprocè danda, & nu. 249. quid ſi non inuenitur, 254.

252 Practica bannitos faciendi eſt valdè damnoſa.

253 Cautio de non offendendo datur cum cognitione cauſæ.

Diues an debet fideiuſſorem dare, vel ſolum cauere.

254 Occaſio nequaquam danda malitijs hominum.

Cautio de non offendendo inter familiam, & familiam, ſeu inter vnam, & alteram parentelam.

255 Pœna indignationis Principis, quæ.

256 Pœna omnis in Principe eſt arbitraria. & vſque ad mortem.

257 Præceptis pœnalibus auertitur rumor, & occaſio ſcandali inter communitates contentioſas.

Maleficijs futuris ſuccurrendum, & de laudabili, & opportuna practica, quæ ſeruatur in ſtatu Sereniſſ. Magni Ducis Etruriæ.

258 Cautio de non offendendo quanto tempore durat.

259 Pœna ob ruptam cautionem de non offendendo quando debetur, infra, num. 260.

Cautioni de non offendendo contrauenitur.

Pœna an tota debetur ab vno, qui contrauenit ſolus an pro rata diuidatur inter alios cum eo obligatos.

260 Pax differt à remiſſione rancoris.

261 Quomodo rumpatur pax.

262 Quomodo treuga rumpatur.

263 Cum non conſtat de auctore rixæ, ambo ſunt abſoluendi.

264 Fideiuſſores dati pro pace ſeruanda præferuntur fiſco in ſeudibus fideicommiſſorum.

265 Poſterior interdum præfertur priori.

266 Recenſentur caſus octodecim continentes praxim exigendi pœnam pecuniariam à principali, vel à fideiuſſoribus.

267 Saluaguardia quid ſit, & qualiter differt à cuſtodia, à ſaluo conductu, & à cautionibus.

Saluus conductus à quo, qua de cauſa conceditur, inf. 298.

268 Saluaguardia à ſolo Principe conceditur, & qua de cauſa, & num. 259.

269 Obſides qua de cauſa Principes ſub ſaluaguardia recipiunt.

270 Saluaguardiæ onus tam graue habens ad quæ tenetur, vſque ad num. 257.

271 Cuſtos debitam diligentiam conſuetam adhibens excuſatur.

272 Cuſtos dicitur mercenarius, & ad quæ non tenetur, numero 255.

273 Cuſtodiam petens ſoluere tenetur mercedem cuſtodis.

Saluaguardiæ merces non datur.

274 Saluaguardia non conceditur, niſi aduerſarius ſit valdè potentior.

275 Saluaguardia oneratus tenetur etiam pro facto alieno, & pro caſu fortuito.

Saluamguardiam habens, quas diligentias extraordinarias facere tenetur.

Saluamguardiam habens tenetur probare non culpam.

176 Saluamguardiam habens, hoc eſt onus ſaluaguardiæ quomodo excuſatur, & quibus ex cauſis.

277 Saluaguardiæ onus habens, non tenetur de caſibus inopinatis.

278 Saluaguardia datur pro defenſione iuris, & facti.

279 Saluaguardia alia generalis, alia ſpecialis.

280 Saluaguardia Principis non eget cauſæ cognitione.

Saluaguardia quam cauſæ cognitionem requirit.

281 Clauſula motu proprio.

282 Saluaguardia, Rerum, Mercis, & Caſtri.

283 Cuſtodes Rerum, aut Caſtri, an torqueri poſſint.

284 Saluamguardiam perſonæ frangens, qua pœna punitur.

Statutum Mantuæ de homicidio, §. vt intelligitur.

285 Saluamguardiam datam reus frangens, qua pœna punitur.

Epiſcopus an poſſit recipere inferiores ſub ſaluaguardia.

Saluaguardia quanto tempore durat, ſup. num. 249.

286 Scalafranca, quæ ſit, ad quid concedatur.

287 Duellum eſt penitus prohibitum.

288 Duelli vſus diabolica arte inuentus.

Duellum concedentes qua pœna puniuntur.

Duellum facientes hodie ſunt infames, & de alijs pœnis.

289 Duelli ſpectatores, & conſulentes qua pœna plectendi.

Duellum de facto ſecutum anno præterito inter filium Sereniſſ. Sabaudiæ Ducis, & Equitem Gallum.

290 Carcerati pauperes cuius expenſis alendi.

291 Carceratus poteſt agere actione iniuriarum contra non præbentem victum, & lectum.

Qui ſentit commodum, debet ſentire incommodum.

292 Fiſcus negando alimenta pauperibus incarceratis dicitur homicida.

Alimenta carceratorum non veniunt in publicatione bonorum.

Bonis confiſcatis, an bannito reſeruantur alimenta.

Damnati non perdunt ea, quæ de iure naturæ ſunt debita.

293 Bonorum confiſcatio non tollit legitimam filiorum.

Fiſcus non poteſt petere à patre alimenta debita filio, quamuis bannito.

Digitized by Google

294 *Filius prò delicto patris non perdit alimenta.*
Legitima eſt debita iure naturæ, & an per ſtatutum tolli poſſit remiſſiuè.
295 *Pater quando poteſt prohibere alienationem bonorum ob filij delictum, & quomodo procedat hæc prohibitio.*
296 *Reip. intereſt delicta puniri, & pauperes carceratos alimentari.*
297 *Fiſcus, & Reſp. æquiparantur.*
298 *Iudex an tenetur alere carceratos.*
299 *Iudex pius erga pauperes carceratos alimentandos.*
Infans mulieris carceratæ à quo alendus.
300 *Communitas pro alendis carceratis poteſt imponere collectam, & qualiter collecta ſit imponenda.*
301 *Pauper non tenetur alere pauperem.*
Collecta pro alendis carceratis pauperibus qualiter imponenda.
302 *Genuenſium immenſa pietas erga pauperes, & ordo admirabilis.*
Officium miſericordiæ celeberrimum in Ciuitate Genuæ.
303 *Ordo eſt ordinem non ſeruare contra exorbitantes.*
304 *A præceptis pœnalibus regulariter iudicium non eſt inchoandum.*
305 *Præceptis pœnalibus ex quibus cauſis poſſit iudicium incipere.*
306 *Præcepta pœnalia non conceduntur niſi à Iudice ſupremæ authoritatis.*
307 *Præceptum an fieri poſſit ſub pœna confiſcationis bonorum.*
308 *L. eos, C. de modo mulct. non ſeruatur*
309 *Cauſæ ex quibus proceditur per præcepta pœnalia.*
310 *Fugere non dicitur, qui latitat, & an faciat indicium.*
311 *Iudex magnæ authoritatis quid conſiderare debet in procedendo per præcepta pœnalia.*
312 *Teſtis ter mulctatus, qui adhuc renuit venire, quo remedio cogendus.*
313 *Pœna legis Cor. de falſ. à Iudice ſupremo quando comminari poſſit teſti inobedienti.*
314 *Saluuſconductus, qualiter & à quo, cui & quando concedendus.*
Saluumconductum facere ſoli Principi conuenit: & an Iudici Brachij Regij, infra.
315 *Iudex Brachij Regij ſaluumconductum facere poteſt ad quid, & per quantum temporis.*
316 *Saluumconductum frangens qua pœna punitur.*
317 *Saluumconductum habens ſi capturetur, debet ſtatim relaxari.*
318 *Fides publica non eſt violanda.*
Fides publica quantæ exiſtimationis ſit.
319 *Saluiconductus vires ſcribendæ ſunt.*
320 *Mala non eſſe facienda, vt eueniant bona.*
321 *Fidem frangere quando licet.*
Fidem frangenti, fides frangatur illi.
322 *Saluumconductum habens ſi delinquit, perdit ſaluumconductum.*
323 *Appellari à captura quando licet.*
324 *Carceratus appellans pendente appellatione an debet cuſtodiri in carcere Iudicis à quo, vel ad quem.*
Carceratio eſt de proceſſu.
Appellatio eximit appellantem à iuriſdictione, & poteſtate Iudicis à quo.
Captura an inducat litis pendentiam remiſſiuè.

DE BRACHIO REGIO

PARS SECVNDA.

1 CApturam eſſe meri, & mixti imperij tra-
dunt Bart. & Doctores, in l. imperium, de
iuriſd. omn. iud. in l. 1. & 2. C. de cuſto.
reor. idem Bart. in l. conſentaneum, C.
C. quom. & quan. Iudex, Luc. de Pen. in l. 1. C.
Cuſtos. & ſtratio. lib. 11. Chaſſan. in conſuetud. Burg.
2 col. 1. & 2. † Cuius facultas competit omnibus Iu-
dicibus ſupremis, & inferioribus, vt in authent. de
defenſor. ciuita. §. & iudicare, & in l. Diui Marci,
de ſeru. fug. Sed non compent illis poteſtatibus, &
alijs iuſdicentibus, qui habent iuriſdictionem par-
uam, baſſam & diſcontinuam, vt eſt, quando non
poſſunt iuſdicere, niſi ſemel, aut bis tantùm in heb-
domada, in certis cauſis minimis, & ciuilibus tan-
3 tum, † & qui Iudices Pedanei appellantur, ex quo
infima tractant negotia, l. vlt. C. de peda. iudic. Boer.
deciſ. 215. numero 34. Nec ſic de illis Iudicibus ordi-
narijs, qui quotidie ius dicunt, habentes cogni-
tionem quoque cauſarum mixtarum, & qui a Prin-
cipe non à præſide ſunt electi, & poſſunt interpo-
nere authoritatem, & munduakdum, licet vſque
ad certam ſummam tantum, vt tot. tit. Cod. de
peda. iudic. & dixi ſupra in prima parte, ſub nume-
ro 148. & ſeq. bene poſſunt appellari Iudices mi-
nores reſpectu maiorum, ſed non Pedanei, §. iu-
dicare in authent. De defenſor. Ciuitat. §. ſi tibi, in
authent. de manda. princip. in authent. niſi breuio-
res, C. de ſentent. ex breu. recitan. & poſſunt cap-
turari facere Debitores, & hic ſcias, quod olim l.
duodecim tabularum. Debitores in vinculis etiam
priuatis inijciebantur intra quod tempus ſi non ſol-
uebant, vel non concordabant cum ſuo creditore
tunc Prætor iubebat, Debitorem, vel decapitari,
vel vendi, & de illius pretio creditori ſatisfaciebat,
& ſi plures erant Creditores, Debitor per medium
ſecabatur, de qua re tractat Accurſ. in l. 1. C. qui
bon. ced. poſſ. meminit Couarru. var. reſolut. lib. 2.
cap. 1. quod vti crudele diſpoſitum receſſit, & in de-
ſuetudinem abijt, vi. de Carcere priuato, quid in-
fra dicam. Et de Cadauere Debitorum, ſub nume-
ro 377. verſic. Nota. pat. 4. & de Carcere priuato in-
fra, ſub numero 6. in fin. Multò minus capturan-
di ius competere poteſt priuatis perſonis, niſi in ca-
ſibus, de quibus ſuprà in 1. par. ſub numero 223. &
de quibus per Vant. de nullit. ex defect. cit. ſub nu-
mero 34. Et omiſſis alijs capturæ ſpeciebus in cau-
ſis ciuilibus, de quibus gloſ. tex. & DD. in l. 3. §. tu-
tores, ff. de ſuſpect. tut. de captura tantum, quæ pro
cauſis criminalibus concedi, & executioni mandari
debet, vt propius accedam ad tractatum noſtrum,
verba ſum facturus.
4 † Captura igitur criminalis ad duplicem effectum
fieri ſolet, vel ad pœnam, vel ad cuſtodiam. Pri-
mo caſu captura non dicitur eſſe de mero Impe-
rio, intellige in ſecundo, & tertio gradu meri im-
perij; vt ſupra, numero 114. & ſeq. in 1. par. ſe-
cundo caſu eſt de mero imperio, ſecundum Bart.
in d. l. imperium, numero 8. de iur. om. iud. vbi
hanc competere tantummodò maioribus Magiſtra-
tibus ait. Captura verò, quæ fit ad cuſtodiam pari-
ter eſt meri imperij, ſed parui, ex quo ſonat iuriſ-
dictionem, intellige continuam, & non diſconti-
nuam, Iaſ. in d. l. imperium, numero 24. verſic.
quartus gradus, facit Luc. de Pen. l. 2. C. de exact.
& execut. lib. 12. Et omnes Iudices ordinarij ha-
bent facultatem capturandi, ſiue ſint ciuitatum Præ-
tores, ſiue villarum Poteſtates, quorum iuriſdi-
ctio eſt continua, quia qualibet die iuſdicere poſ-
ſunt, tàm in ciuilibus quàm in criminalibus, ſecus
in poteſtatibus, de quibus ſupra numero 2. & 3. Et
de diſtinctione, & qualitatibus Prætorum, vide
Lancellot. in ſuo tractat. de Præt. vbi triplicem
aſſignauit Prætorum ſpeciem, ſed hanc quartam mi-
nimè attingit.
5 † Ad validitatem capturæ, quatuor principaliter
requiruntur, videlicet iuriſdictio, cauſa, ordo, & for-
ma carcerationis, ſecundum Bald. conſ. 40. & conſ. 41.
vol. 1. quem refert Boer. deciſ. 215. nu. 33. & 34. De iu-
riſdi-

riſdictione iam dictum eſt ſuprà non competere ius
capiurandi,niſi iuriſdictionem habenti,ſaltem io ter-
tio gradu, de quo per Iaſ.in l.Imperium, nu. 34. ver.
6 tertius gradus. † Alijs autem Iudicibus infimis ſolum
permittitur capi facere per modum prouiſionis,& nó
per viam iuriſdictionis, ſicut etiam alijs perſonis pri-
uatis permittitur malefactores in flagranti crimine
capere, etiam ſi ſint clerici, Ang.in verb.fama, nu.65.
item omnes alios ſceleratos, & facinoroſos homines
& bannitos,de quibus in 1.par.ſub nu.85. ver.4. præ-
miſſ.nu.179.197.201.& 223.& ſeq.dummodò conſi-
gnent captos coram ſuo Iudice competenti infra vi-
ginti horas, Gomeſ. var. reſol.tit.de captura reorum,
nu.4.vide,quæ iofra dicam, verſ.& eſt aduertendum,
nu.40.& in propoſito,vide in 4.p. ou.325. cum mult.
ſeq.& nu.339.& 340. nec obliuiſcaris id quod de car-
cere priuato tradit Aſin.in ſuo tract.de execut. §.11.c.
2. nu.3. vbi recenſet, quod à principio priuati carceres
permittebantur, Liui. decad.6. & decad.8. qui dicit,
quòd vbicunque Patritius habitat,ibi carcerem priua
tum eſſe. Verùm quia tanta creuit ſceleritas cuiuſdam
fœneratoris, vt ad libidioem ſimul, & ad crudelita-
tem deuenerit contra iuuenem purum, & formoſum
detentum pro debito patris, ideò carcer priuatus pro-
hibitus fuit, vt C. de priuat.carcer. & ibi Angel. facit
l.1.C.de cohær.lib.12.

7 † Secundò requiritur cauſa, cur captura ſit conce-
denda, videlicet, quòd ſit grauis, vel quòd delinquens
non ſit ſoluendo, vt quia filiusfamiliàs, ſeruus, foren-
ſis, vel aliter. Item debet liquere Iudici ordinario per
teſtes, & conſtare etiam de delicto, vt per Clar. §.fin.
q.20.& q.34.ver.vidi, vbi Iudex poterit credere etiam
teſtibus, qui aliter repellerentur à teſtimonio; ſed
quando periculum eſſet in mora, tunc porrecta que-
rela Iudex ordinarius à captura incipere poſſet, Marſ.
io §. coostante, vbi hoc in caſu licere Iudici delin-
quentem capere, & ſi pars petat ab initio capturam.
Iudex non cogitur coocedere, niſi poſtquam reus
fuerit contumax, Put.de ſyndic.in ver.captura, cap.2.
quod eſt notandum, niſi periculum eſſet in mora, vt
8 hic: † ſed Iudex ſupremæ authoritatis motu proprio
poteſt à captura ſtatim incipere, ſiue querela fuerit
data,ſiue non,& non examinatis teſtibus, etiamſi pe-
riculum nō ſit in mora, dummodò audierit delictum
fuiſſe factum, & eſſe hoc veriſimile, & motus ſit pro-
pter bonum publicum, Bart. d. l. conſentaneum, C.
9 quo.& quando Iud. Menoch.de arb.iud. caſ.88. † Sed
nihilominus eſt vigilandum in coocedenda captura.
oe Iudex, cuiuſcunque ſupremæ authoritatis ſit, ar-
guatur de inſcientia,vel corruptione,vt admonet Fol-
ler.in ſua pract.crim.in verb.ſtudeat,nu.58.his verbis:
10 † Solent (inquit) vt plurimum aſtuti offendentes re-
currere ad Iudices (maximè cum iſti ſint potentes,) &
querelare offenſos, & eos in carceribus detrudi face-
re, & deludunt curiam, & Iudices non abſque igno-
minia erunt in voce vulgi,quod accidit propter negli-
gentiam, quia prius aliquo modo deberent Iudices ſe
informare ſummariè, Blanc. in l. fin. nu.6. de quæſt.
Bal.in l.1.quod euitandi,in fin.C.de cond.obtur.cauſ.
Ant.in l.ſi quis poſt,col.2.de teſt.& Foller.ſubdit. Vn-
de ſeqoitur illud vulgare dictum. Chi hà d'hauere va
in prigione; vel ſic, il ladro corre dietro al Boia, & vt
experientia docet,ſi Iudex ſit primæ impreſſionis, qui
illum prius adit, aduerſarium ſuperat, arg.l.qoi prior,
de iudic.

11 † At Iudex, qui innocentem ex abrupto capi iubet,
tenetur parti ad intereſſe, quia temerè capturam con-
ceſſiſſe dicetur, Bald.in l.2.C.de ijs, qui latro. Put. de
ſyndic.in verb.captura,c.2.nu.14.& c.1.no.3.Bald.in
l.ſeueriter,C. de excuſat.tut. & tenetur etiam actione
iniuriarum,ſecundum Bart.& Ang.in l.ſi verò,§1.ff.
qui ſatiſda. cog. intellige, vt per Farinac. in tit.de car-
cer.& car.q.27.nu.134.135.136.& ſeq.& Marſ.§.con
ſtante,nu.2.vbi in ciuilibus,ceſſante dolo nō tenetur,
12 vt ibi,nec eſt mirum, quia † carcer dicitur à coercen-
do,Luc.de Pen.in l.nemo,n.1.C.de exact. trib.lib.10.
& dicitur mala māſio,l.item apud,§.quæſtionis, ff.de
iniur.& æquiparatur torturæ,Bal.in l.ſi clericus,col.2.
ver.1.C.de epiſc.aud. intellige ſecundum Brun. de in-
dic.2.q.2.pat.imò morti, ſecundum Bald.ibi,& Alex.
conſ.133.nu. 2.& 10.vol.6. intellige de carcere ad pœ-
nam,iux.l.qui diuino,ff.de pęn. Farinac.q.24. ou.24.
& q.27.nu.3.vbi dicit,quòd carcer eſt ſepultura viuo-
rum,conſumptio bonorum,conſolatio inimicorū, &
13 experientia amicorum. † Et captura pluribus de cau-
ſis afferre dicitur damnum, ſeu præiudicium irrepara-
bile,ſiue quo ad honorem,ſiue quo ad perſonæ ſalutē,
ſiue quo ad bona,vel etiam quo ad ſcandala,Bald.in l.
per diuerſas, 10. q.C. manda. Iaſ. in l.4.§. ſi quis con-
demnatus, ou.22. & ibi Caſtrenſ.C.de re iud. Neuiz.
conſ.52. nu.8. Rol.conſ.65. nu.16.vo.3. Iodoc. pract.
crim.c.15.& infra per diſcurſum dicetur. Quare benè
aduertant priuatæ perſonę, & alij, qui ſe gerunt pro of-
ficialibus, cum oon ſint, ne capiant aut capturari fa-
ciant: nam de omni malo tenebuntur, c.damnum, de
reg. iur. & acriter punientur, vt dicam in 4.p.nu.324.
& Farinacius de carcer.& carcera.q.27.imiehit contra
iudices negligentes procedere, & condemnare illos,
qui priuatum carcerem committunt. Hinc inoleuit
conſuetudo, vt Berouarij induant liuream, vt ab alijs
cognoſcantur: at cum à longè viderentur delinquentes
fugiebant, ideò videtur hæc conſuetudo abolita, ſed
vbi vigeret, ſi abſque ſolito ſigno aliquem captura-
rent, poſſet eis impunè reſiſti, Ang. ad Ang. in ver. fa-
ma publica,nu.64. in fin. Farinac.d.q.32.nu.37. Bart.
in l.prohibitū,nu.1. C.de iur.fiſci lib.10. olim Berro-
uarij portabāt ſignū, vnde ex diuiſa illorū ortū habuit
illud vulgare prouerb.vi. Albe. Bru.ſuper ſtat.p.1.q.44

14 † Tertiò requiritur ordo, id eſt, licentia in ſcriptis
oſtendenda, in actu executionis, dicit Bald. in l. ſi
quando,q.12.C.de teſt. Iaſ.io l.cum proponas,num.7.
C.de pac. Bald. & Salyc. in l.neminem, C.de exhib.
reis, Bonacoſſ. commun. opin. tit. de malef. Rubr.de
carcer. ver. carceratum eximens, col.2.lib.3. Ang. de
Malef. in verb.fama, nu.54 vbi etiam priuatæ perſo-
næ licentia concedi poſſe ait.

15 † Sed multi ſunt caſus, in quibus etiam ſine licentia
in ſcriptis poteſt captura fieri, vt in capiendo delin-
quentem in flagranti crimine, de quo in 1. pat. dixi,
nu.223.& ſeq.& etiam per Bald. ſuper feud.de pac.iu-
ram.firm.§.ſi quis verò,nu.6. item quando non habe-
tur copia iuſtitiæ, Rip.in cap.1.num.89.de iudic.item
quando capitur fur ab eo, cui res fuit furata,l.1.C.quā.
lic. fin.iud.ſe vend. item io falſarijs monetarum, gloſ.
in l.fin. C. de exhib. reis, item poſſunt capi deſertores
militiæ, publici latrones, ſacrilegi, & depopulatores
agrorum, ac virginum raptores, vt in d.l.1.& 2.C.quā.
lic.ſine iud.ſe vind.& in l.1. C.de rapt.virg.& ſine li-
centia poſſunt capi in ſumma omnes illi, de quibus ſu-
pra in quatto præmiſſ.per tot.dummodò infra viginti
horas conſignent captos Iudici ſuo, vt ſupra dixi nu.6.
& per Salyc.& alios in d.l.ſi. C.de exhib. reis,& Ang.
de maleſ.in d.ver.fama,num.59.in q.4. Sed quoad ca
pturam in Eccleſia faciendam ſine licentia, ſerua Bul
lā Greg. PP.XIV.de qua in d.4. præmiſſ. memoriam
feci,nu.86.& 93. Et notandum, quòd licentia capiēdi
durat in tempus ſucceſſoris, Bal.in l.1.n.3. ff.de poſtul.
ſimiliter poſt Iudicis mortem mandātis, Viui.comm.
opin.555.nu.4.vo.2.& tranſit ad Baricellum ſucceſſo
rem, donec ſpes ſit capiendi malefactorem, Roland.
conſ.38.nu.7.vol.3.& Berou.conſ.4.nu.13. Et notan-
dum etiam, licet ab initio non conſtet de licentia aut
decreto capturæ, tamen ex poſt facto, & diutina carce-
ratione dicitur iuſtificata, & approbata, ita ſeruante
conſuetudine, Vant. de nullit. ex defec. cita. nom.34.

16 † Requiritur quartò, & ultimò, vt ſeruetur forma

car-

Digitized by Google

carcerationis; nam aliud eſt capere notorium delin-
quentem, vel ſolitum delinquere: aliud nobilem, qui
per laſciuiam deliquit: aliud eſt capere iuuenem, aliud
ſenem: & aliud maſculum, aliud fœminam: aliudque
laicum, aliud clericum, vel religioſum, l. 1. C. de cuſto.
reorum, & ſic eſt habenda ratio perſonarum, vel qua-
litatum delictorum, l. Diuus Pius. C. eod. & aduer-
tant Berouarij, & alij publici executores à ſcandalis
eorum culpa cauſatis, Put. de ſynd. in verb. captura, c.
4. nu. 4. & dixi in prima par. num. 219. Hinc eſt quòd
Iudices in decreto ſolent ad cautelam concedendo ca-
27 pturam dicere ſine ſcandalo. † Debent enim Com-
mentarienſes benè tractare captos, tàm in actu captu-
ræ, & dum ad carceres capti ducuntur, quàm etiam
in carceribus. Nam datur officium, diſcretio nequa-
quam, (licet publicis executoribus dura res eſſet, quia
induti ſunt indiſcretione) verùm cuſtodes debent tra-
ctare carceratos cum humanitate quadam, nec de-
bent accuſatoribus crudelitatem ſuam vendere pre-
tio, vel gratia affligendi carceratos fame, vel anguſtia,
vel ſiti, vel longa tabe, ſubtrahendo eos audientiæ,
quia nemo eos audiunt, & à nemine audiuntur cla-
28 mantes. † Si autem contra hæc fecerint, Iudex de-
bet eis infligere pœnam pro modo culpæ, & proui-
dere; alioquin infamatur, & iudicium ſubibit, vt in
tot. tit. C. de cuſto. reor. vnde hæc omnia colliguntur,
quoniam non eſt danda afflictio afflicto, l. Naui. ff.
29 ad leg. Rhod. de iact. Et † inſuper debēt cuſtodes car-
cerum præcauere, & etiam monere Iudicem, an ad-
ſint aliqui vulgares ſoliettatores; de quibus intellexit
D. Borg. in deciſ. 41. in 1. par. qui multa promittunt
pauperibus carceratis, dummodò pecunias ab eis ex-
torqueant, & nihil agunt, neque obſeruant, promitten-
tes, vt plurimum factum alienum, contra quos pœna
talionis hodie etiam in vſu eſſe deberet, licet in de-
ſuetudinem abierit, Bald. in l. athletas, §. calumniator,
nu. 6. de ijs, qui not. infam. Seruetur etiam forma car-
cerationis quo ad manſiones; nam qui minùs deli-
quit, in meliorem carcerem; qui magis, in ſtrictiorem
cuſtodiendus eſt: & carceres nobilium debent eſſe
differentes à carceribus facinoroſorum, & vilium per-
20 ſonarum, & maſculi ſtare ſeparati à mulieribus. † Et
omnes carcerati (donec inſtruitur proceſſus informa-
tiuus) debent cuſtodiri in ſecretis, & poſt eius publica-
tionem poni ad largam, inuigilando, ne ante publi-
cationem aliquem alloquantur, ne deſtruatur inten-
tio Fiſci; item eſum & potum præſtent eis, & ſpontè
conſtituti detineantur in aliquo thalamo honeſtiori,
& ſeruetur conſuetudo, Marſ. in §. attingam, num. 15.
Ang. in d. ver. fama, num. 84. & Lancellot. de Prętore,
cap. 19. lib. 1. de carceratione.

21 † Rurſus ſunt, qui tenent capturam minimè con-
cedi debere, niſi prius conſtito de delicto, vt veram
practicam, & conſilium eſſe dicit Gomeſ. de delict. tit.
de captura reorum, in princ. & ipſe dixi ſupra in 1. par.
nu. 184. & ſeq. tamen quando delictum eſt graue, ſta-
tim debet captura committi, licet de delicto non con-
ſtet, ne delinquens interim fugiat, Viui. deciſ. 341. nu.
12. D. Menoch. de arb. q. 88. Salyc. in l. ea quidem, nu.
7. C. de exhib. reis, Foller. pract. crim. in verb. notatos
capiat, nu. 2. Fab. à Monteleo, in ſua pract. arb. par. 4.
vbi nu. 850. ponit, quæ requirantur antequam captura
concedatur, Clar. q. 28. In regno autem debet prius
conſtare de delicto, iux. pract. quæ tamen non ſemper
ſeruatur ſecundum Carauit. Rit. 39. ſub num. 10. vid.
Bruno. à Sol. in ſuo crim. conſ. 51. nu. 13. & 50.

22 † Sed cum capturæ commiſſio ſit arbitraria Iudici,
D. Menoch. d. q. 88. eum ibi per eum adduct. & Paul.
Ghirl. de relaxat. carcer. nu. 8. & Iaſ. in l. admonendi,
nu. 174. ff. de iur. iura eſt tex. in l. 1. C. de cuſto. reorum,
& in c. ſi clericus, de ſent. excom. Salyc. in l. ea quidē,
nu. 77. & in l. nullus, C. de exhib. reis, Ant. Scap. lib. 5.
iuris non ſcripti, c. 13. nu. 3. Foller. pract. cri. d. ver. no-
tatos capiat, nu. 2. vbi dicit hoc eſſe verum ante con-
tumaciam, ſed poſt captura eſt neceſſaria, & non arbi-
traria, Vulpel. in conſ. 74. ſequitur, quòd Iudex noſter,
qui habet ſupremam authoritatem, poteſt ſtatim ad-
huc non conſtito de delicto capturam concedere, vel
(ſi ei magis placuerit) citare verbaliter reum, & in
cauſis criminalibus ad capturam deuenitur ex quali-
bet cauſa etiam leui. Baſ. in l. & ſi certas, ff. ad Syll.
Ang. in l. item, §. quæſtionis, ff. de iniur. Saly. in l. nul-
lus, C. de exhib. Reis. teſtatur de comm. Vulpell. conſ.
74. Alciat. in l. 1. de verb. obl. Marſ. ſing. 93. Add. ad
Clar. q. 28. Verum cùm Iudicem noſtrum rigoroſum
eſſe præſupponamus, à captura incipere deberet, habi-
ta relatione, vel querela, aut ſi viua voce veriſimiliter
audierit delictum fuiſſe commiſſum, Clar. §. fin. q. 14.
ver. vidi. Prodeſt etiam interdum, vt citetur verbo
reus, ne cæteri ſocij criminis fugiant: & quandoque
iſta cautela bonum mihi produxit exitum, quia om-
nes delinquentes bono modo ſe conſtituerunt, dein-
de pœnas luerunt.

13 † Præterea ſciendum eſt, quòd etſi captura poteſt
committi etiam in die feriato in honorem Dei, quan-
do ſumus in delictis grauibus, & periculum eſt in mo-
ra, Bald. in d. l. fin. C. de exhib. reis, & in l. prouincia-
rum, C. de ferijs, & in l. dies feſtos, eod. tit. & per Bart.
in tract. de carcer. nu. 12. tamen eſt aduertendum, ne
immineat periculum ſcandali, iux. illud Euangel.
Matth. c. 26. non in die feſto, ne fortè tumultus fieret
in populo, (quamuis Mantuæ mariolos quamplures
capi mandaui in die Aſcenſionis Domini, & etiam
torqueri, vt in ſeq. par. dicetur.)

14 † At nunquam captura eſt concedenda parti offen-
ſæ, aut intereſſe habenti: alioquin rixæ de rixa, & fortè
cædes, aut vulnera obuenire poſſent, & lites de lite,
contra tex. l. apertiſſimi, C. de iud. vt admonet Clar. in
q. 28. verſ. fin. & ipſe in facto habui, dum eram Prætor
in ciuitate Dertonæ, in captura cuiuſdam appellati
Quateſima ſcurra Papienſ. qui ſe recepit in domū no-
bilis equitis ordinis S. Iacobi, in qua ferè conflictus eſt
ſequutus, licet ipſe ſupplantatus fuerim, & executores
exceſſerint vires commiſſionis meæ: & Mantuæ tem-
pore D. Capitanei Crotæ præceſſoris mei, & coram
ipſo D. Capitaneo ſequutus eſt exceſſus magnus in ca-
ptura quorundam delinquentium, qui in Eccleſia S.
Franciſci ſe receperant, & dum capti ad carceres duce-
rentur occiſi remanſere in via publica, (vt fertur) ru-
more populi, quod factum recenſet D. Burſat. in conſ.
216. facti ſpecies, & egregiè illud defendere conatur
25 vol. 2. † Igitur prudentia eſt cauere & prouidere, quod
facillimè euenire poteſt, §. illud quæſitum, Inſtit. de
rer. diuiſ. cum ſimil. & licet nemo diuinare tenetur,
Specul. §. 7. ver. item quod eſt, de except. tamen quan-
doque diuinare, & benè præſumere tenetur, vt dicit
Luc. de Pen. in l. quoties nu. 19. C. de dignitat. lib. 12.
Eſt enim prudentia ſimulare quandoque, & dare lo-
cum iræ, ſed reſiſtere primis motibus, qui non ſunt in
noſtra poteſtate, & quidem res difficillima eſt.

30 † Et ſcias quòd in captura attenditur finis, & non
principium, Clar. d. q. 28. verſ. ſed pone, in fin. quic-
quid ſit in tortura, vt infra dicam in 3. par. ſed in deli-
ctis attenditur principium, ſi eſt licitum, quamuis fi-
nis ſit illicitus: vel ſi principium ſit illicitum, & finis
licitus, attenditur quod eſt licitum, Clar. & ibi Add. q.
38. vbi multa in materia principij, & finis, & dicam
in ſeq. par. Farinac. q. 42. nu. 27. An liceat armata ma-
nu pertranſire per alienam Iuriſdictionem abſque li-
centia, videtur, quod non, ſed non poteſt denegari tran
ſitus ſi petatur in fauorem iuſtitiæ, cum fieri poſſit abſ
que Domini, & incolarum damno ſecundum Ang. in
l. venditor, §. ſi conſtat, C. comm. præd. vt refert Rip.
trac. de Remed. ad conſeruandam vbertatem, nu. 117.
idem de tranſitu militum, quando bellum eſt iuſtum;
vt ſupra in 1. par. num. 279. & quo ad capturam, ſi reus
captus

Digitized by Google

captus ſit in loco non prohibito, quamuis à princi-
pio eſſet in loco priuilegiato, captura tenet Bruno. à
Sol. in ſuis quæſt. crimin. quæſt. 30. & ſibi imputet
reus, qui debebat morari, vbi erat ſecurus, cap.dam-
num,de reg.iur.& è contra ſi captus in loco licito exi-
mat ſe à manibus ſatellitum, & fugiat in Eccleſiam,
vel alium locum furi Eccleſiaſtici, erit tutus, per ſu-
pradicta, nec inde extrahi poterit, niſi in caſibus ſu-
pradictis in 1.par. ſub num.85. ver.quarto præmiſſo,
31 cum mult. nu. ſeq. † ſecus ſi captus fugiat in aliquam
domum, ſeu palatium magnatum francorum, vt Ge-
nuæ in palatio Faſſoli, Romæ in domibus Cardina-
lium, Bononiæ & alibi, vbi nonnulli ex nobilibus
habent franchiſiam in ſuis domibus,quia non erit tu-
tus, vt experientia docet, niſi ab initio ibidem ſe reci-
piat, ne capiatur: ſed poſtquam eſt in fortis, & fugiat
ibi,non erit tutus; ratio eſt,quia hoc in caſu franchiſia
læderet iuſtitiam,non ſic à principio, arg.l.auxilium,
in fin. ff. de minor. cap.bonæ,in princ.de elect. & eſt
diſpar ratio Eccleſiæ,& domus priuatæ.Nam priuile-
gium Eccleſiæ eſt de iure diuino, vt pulchrè explicat
Concil.Trid.Seſſ.14.ſuper decreto de ſanctiſſimo Eu
chariſtiæ Sacramento, & tot.tit. C. de ſacroſanct. Ec-
cleſ.cui præiudicari non poteſt,vt ſupra in d. præmiſſ.
4. ſed franchiſia laicalis eſt conceſſa à Principe ob be-
nemerita,de quibus per Iaſ.in l.ex hoc iure, de iuſt. &
iur.& ſic propter iuſtitiam diſtributiuam, & non con
tra iuſtitiam malorum punitiuam,nec contra bonum
32 publicum, quo caſu † inducta ad vnum finem non
debent contrarium effectum operari, l. legata inutili-
ter,de legat. 1. Clar.in clem. 1.§.1.de præben. Ergo ex
diuerſis non benè infertur, l.Papinianus, §.exuli, de
minor.ar.l.illud, ff.ad leg. Aquil.& legitur de Tiberio
Imperatore, qui aſylorum immunitates in vniuerſa
Rom. Imperij ditione abrogauit hac de cauſa, Vul-
pell.conſil.130.numer. 15.Sic tempore Sixti V.Pon-
tificis ſequutum eſt de immunitatibus domorum Il-
luſtriſſimorum Cardinalium abrogatis. Nihilomi-
nus caueant Berouarij, & cæteri executores ab ingreſ-
ſu horum magnatum domorum francarum, quia ar-
ma contra eos retorquentur, vt pluries ſequutum eſt.
Sed quando atrocitas delicti poſtulat habere in fortijs
delinquentem,cautela eſt prius conſulere Principem,
& eius iuſſiones in ſcriptis poſtea ſeruare, qui Prin-
ceps ex cauſa poteſt derogare ijs priuilegijs ab eo, ſeu
ab eius anteceſſoribus conceſſis, Boſſ.in tit.de priuil.
Princ.num.27.vbi remiſſiuè, vbi etiam ſine cauſa de
plenitudine poteſtatis Princeps priuilegia immunita-
tes continentia poteſt reuocare, ſed Iudex ſupremus
non, quia ad hæc non extenditur eius authoritas, niſi
33 in iuſdicendo,cap.forus,§.Iudex,de verb. ſign. † Ceſ-
ſante autem timore ſcandali executores in caſibus de-
lictorum exceptuatis, de quibus ſupra in 1.par.3. præ-
miſſo, numero 48. cum ſeq.poſſunt ingredi etiam di-
ctos domos,ſed in alijs poſſunt auferre quæcunque ob-
ſtacula, frangendo oſtia, & feneſtras,etiam in caſibus
non capitalibus, dummodò aliter ingredi non va-
leant,Put.de ſyndic.in ver.captura,cap.5.num.2.& 3.
Iodoc.pract.crim.cap.15.nu.de cita.reali,num.17.Fa-
rinac.d.tit.de carcer.& carcerat.quæſt.27.num.93.ſe-
cus in executionibus realibus, quia debent habere li-
centiam ſpecialem, quæ conceditur facta relatione
per executores penès acta, quod obſtiterit impedi-
mentum,quæ ſufficit,vt vidi ſemper practicari in ſta-
tu Mediolani, licet Farinac. d.quæſt.27.94.in fin. di-
cat quòd non ſolet concedi licentia tollendi quæcun-
que obſtacula,niſi prius debitore citato,vt teneat por-
tam apertam, vtraque practica eſt bona, vtraque ſer-
uanda in regione ſua.

Et in propoſito,licet nemo de domo propria extra-
34 hi valeat, † quia domus ſua vnicuique tutiſſimum
refugium eſſe debet, l.1. ad Senatuſc.Clau.not.Salyc.
in l.cum filius,ff.ſi cert.pet. & DD.in l.plerique,de in
ius voc.tamen pro iuſtitia,& vt delinquentes pro bo-
no publico puniantur, l.ita vulneratus, ad leg. Aquil.
delinquẽs poterit in domo propria capi, l.2. vbi Bald.
C.de ſer.fug.& Dec.ſequitur in l. nemo de domo, nu-
35 mero 4.de reg.iur. † publicum enim intereſſe præfer-
tur priuato commodo, l. 3. C.de primipilo. lib. 12. l.
actione, §. Labeo, ff.pro Soc. cap.bonæ, extra, de po-
ſtul. cum ſimil. ſed debet obſeruari forma iuris in ca-
piendo aliquem in propria domo,quam formam tra-
didi ſuprà in illis quatuor requiſitis, numero 5. cum
ſeq.& de hac re vide Gabr.co.concluſ.tit.de crimina-
libus,quæſt.lib.7.concluſ.10.& Doctores in d.l.pleri-
36 que, ff. de in ius voc. † Forma autem eſt, vt ſi cauſa
non ſit capitalis, citetur delinquens, vel ad eum in-
quiſitionis libellus tranſmittatur, niſi ſit vagabundus,
aut penitus forenſis,vel ingeratur pœna corporalis,&
locus ſit torturæ, Iaſ.in d.l.plerique, numero 27.verſ.
tu aduerte quod practica Bart. idem quando obſtaret
ſtatutum,vt qui non habet in ęre,luat in corpore,tunc
prius citato Reo, vt ſoluat,poterit poſtea capi. Clar.§.
fin.quæſt.95.ver.quid ſi reus, Maria.Soc. in cap.ad li-
berandam, numero 113. de Iudæis, D. Petr.Caball.
37 caſ. crim.77. † alioquin captus in propria domo con-
tra formam iuris, debet relaxari, & poni in priſtino
ſtatu per l.ſi quis,ad leg.Iul.de vi,& vi arm. & Put. de
ſyndic.in verb.captura,cap.4.numer.3.vbi dicit,quòd
relaxatio debet eſſe libera, addo ſine metu, ita, & tali-
ter,vt difficilis ſit eius perſecutio,Bald.in l.naturaliter,
in princip. ff.de acquir. rer. dom. & alibi, vnde benè
facit illud Poet. Cant. 32.ſtanz.20.

Ritornami nel grado oue m'hai tolto,
Quando nè à te nè ad altri ero ſoggetta.

Facit Felyn.in cap.ego N. de iureiur.& Boſſ.tit.de ca-
ptura, numero 61. & 92.vbi indebitè captus non po-
teſt retineri ex alia cauſa, ſeu ex alio delicto,ſed eſt re-
laxandus ſine impenſa, vt in d. tit. numero 4. & 9. &
quod poteſt impunè fugere carceres, nec ipſe, nec au-
xiliator pœnam pati debet, vt numero 5. & infrà la-
tiùs dicam; imò non habetur pro confeſſo vigore ſta-
tuti, numero 6. & licet poſtea confiteatur delictum
ſpontè,non poterit ex illa confeſſione condemnari:ſe-
cundum eundem Boſſ.num.8.

Verùm de facto à Iudice ſupremæ authoritatis ſer-
uatur aliter, nam ſi poſt capturam iniuſtam à princi-
pio,ex poſt facto illa iuſtificetur, tunc retinetur, (vt in
practica ſeruatur)licet contrarium ſit de iure commu-
ni, ſecundum Bald.& Paul.de Caſtr. in l.ſi quis, ff. de
teſtam.ſed idem Caſtrenſ.in conſ.penult.in fi.vo.1.&
38 add. ad Bertazol. conſ.465. lit. C, † dicunt, quòd fa-
tuus eſſet Iudex, qui carceratum indebitè relaxaret,
quando captura contra eundem eſſet de nouo conce-
denda, concordat Crauet. conſil.46. numero 7. Viui.
com.opin.87.numero 7.vol.1. quos refert,& ſequitur
Baiat.ad Clar.quæſt. 28. ver.1.numero 9.quod proce-
dit etiam in iudicibus ordinarijs liberum arbitrium
non habentibus,quando ſcilicet ſtatim ſuperuenerint
indicia ad capturam ſufficientia, de quibus Clar.
quæſt. 20. verſ. ad inquirendum, & d. quæſt. 28. in
princ.& quando incontinenti indicia non ſuperuene-
rint,ſi ſtatim non relaxetur, Iudex tenetur in ſyndica-
tu de illo exceſſu, quia capi fecit iniuſtè, & indebitè
39 retinuit, † ſed non per hoc retardatur proceſſus defe-
ctu capturę, minuſque annullatur,ſi poſtea indicia ſu-
peruenerint. Vant.de nullit.qualit.ſent. & proceſſ.qui
null. dic. defen. & repar. poſſ. num. 131. quæ omnia
ceſſant in Iudice noſtro, qui non tenetur ſeruare has
regulas, dummodò ſit motus pro rationabili cauſa,
poteſt retinere captum donec ſuperueniant indicia,&
poteſt etiam ad cautelam retinere patrem ſi filius
bannitus ſit, & non ceſſat delinquere, quando ex ve-
hementi ſuſpicione ſuſpicatur,quòd pater ſcit, & ad-
uertere poteſt, & non aduertit, & de hac re dicam in
materia iuris iniqui in 4.par. Petr. Caball.caſ.cri.149.

qui ita

Digitized by Google

qui ita tenet, quia Iudex noſter non eſt adſtrictus or-
dini,ſolemnitatibus, & alijs rebus ſeruandis a Iudici-
bus ordinarijs, vt latè dixi ſupra in 1.part.circa princ.
nu.3.4.& 7.& ſeq. & illi qui contrarium tenent, non
loquuntur tanquam Practici. vi. Corſet. ſingul. 314.
in verb.ſtatutum x.vbi de ſtatuto Florentina, qua ca-
uetur quod vnus de agnatis teneatur pro alio delin-
quente,alleg.Bal.in Rubr.C.res inter alios act.

40 † Et eſt aduertendum, quod captura non eſt conce
denda in alienis territorijs, & iuriſdictionibus, Ang.
de malef.in verb.fama publica,nume.62.& hoc non
habet contradictorem, tamen ſententia valet contra
hunc captum in aliena iuriſdictione, Bald.in l.penul.
C.de execut.rei iud. Alex.in l.fin. de iuriſd.omn.iud.
Sed omnino cauendum eſt ne detur materia ſcanda-
lij, & cauſa deueniendi ad arma inter dominos in iu-
riſdictionum, vt aduerti ſupra in 1.par. ſub nume.94.
& in hac num.23. quia falx non eſt ponenda in meſ-
ſem alienam, alioquin lapis in puteum iniectus ab v-
no fatuo vix a centum ſapientibus extrahi poterit.

41 † Quid modo ſi capiendus fugerit in alienam iuriſdi-
ctionem, an a familia inſecutus poſſit capi inibi? &
dico quod non eſt bene captus, ar. text. in l.quod ait
lex,§.fin.ff.de Adulter. vbi ſi non licet Patri occidere
Adulterũ extra Domũ, vt per Iacob. de Beluiſ.d.pra-
ctic.titul.de fuga Reor.ſub num.45.46. & ſequ. mul-
to minus in caſu iſto, niſi iuriſdictio ſit ſub eodem
Principe immediatè,vel mediatè, vt in locis infeuda-
tis,vel etiam recommendatis, Boſſ.in tit.de for.com-
petent.per tot.illum tit.ſed quando iuriſdictio,in qua
captura fit eſt alterius Principis, tunc non tenet, imo
debet ſtatim relaxari, niſi ſint inter Principes lauda-
biles conuentiones,de quibus alias dicam,eſt tex.in l.
fin.ff.de iuriſd.omn.iud. Barto.in l.quid ſi fugitiuus,
§.idem Celſus,ff.de ædilit.edict.Felin.in cap.fi.col.2.
de for.compet. Boſſ.tit.de captura,nume.34. Gomeſ.
var.reſol.tit.de captura,nu.4.& 5.alleg.60.tex.l.a Di-
uo Pio,§.ſententiam Romæ,ff.de re iudic.& text. in
auth.vt nulli Iudicum,§.ſi vero quis,collat.9. Bald.in
l.ſicuti, §.Ariſto.ff.ſi ſer.vendic. & hanc eſſe veram
practicam, & tenendam dicit Gomeſ.d.num.5.in fi.
qui allegat Doctores contrarium tenentes, & eorum
opinionem in practica non ſubſiſtere ait, & ipſe ſem
per ita practicari vidi, Iul.Clar.§.fin.q.24.ver.ſed po-
ne,hanc comm.opinionem teſtatur,& Boſſ.in alio ti-
de fauorib.defenſionis,ita ſeruari vidit,num.7.in fi.li
cet Puteus de ſyndic.in d.ver.captura,c.4. nu.1. dicat
fuiſſe ſeruatum, quod fugiens è ciuitate Peruſij ſe re-
cepit in ciuitatẽ Florentiæ, vbi fuit captus,& deciſum
fuit quod fuerit bene captus, verum & ipſe Puteus cõ
trariam,& veriorem partem tenet,& illa deciſio for-
tè ſequuta eſt ob pactum,vel aliquam aliam conuen-
tionem,vt in meritis percipi poteſt.

42 † Nunc ſequitur de reſiſtentia videre nonnulla alia
(vltra ea quæ ſuperius in prima par.num.219.220. &
ſeq.dicta ſunt) ac de propulſanda ea verbis, & facto a
Berouarijs, cum ſit materia valde quotidiana, illam
breuiter, ac reſolutiuè tractare decreui per nonnullas
concluſiones ſparſim a Doctoribus tactas, & hic re-
collectas pro faciliori practica latrunculatorum.

43 † Ne alieno laboris, tacito authore, vſurpator vi-
dear, de hac reſiſtentiæ materia copioſè ſcripſerunt,
vt refert Baiard.ad Clar.q.29.num.10. Afflict.conſti.
cultum,num.78.vſque ad fin. & Chaſſ.in conſuetud.
Burg.tit. Des Iuſtices,& droices,§.7. Rip.tract. de re-
med.ad conſer. Huber.nu.89. Felin.in c.ſi quando,de
off.deleg. Bolog.in l.vt vim,de iuſt.& iur.& Farin.la-
tiſſime,d.q.32.a nu.88.cum plu.ſeq.& ibi per eum ad
duct.facit Put.de ſynd.in ver.reſiſtentia,& in ver.ca-
ptura,c.3.& 4.Verùm,quia tradunt etiam de reſiſten-
tia, quæ fit in cauſis ciuilibus, de hac materia non lo-
quitur tractatus noſter,ſed de cauſis criminalib. æquè
grauibus, & ipſe ſecundum ſubiectam materiam ca-
pturæ nonnullas concluſiones pro faciliori practica,
hic tradere volui,vltra ea que dixi in 1.p.n.218.& ſeq.

Prima concluſio erit, quòd captura concedatur ab
habente iuriſdictionem cum illis quatuor qualitati-
bus narratis,num.5.cum mult.ſeq.

44 † Secunda concluſio eſt, quòd executores publici,
vt Berouarij, Commentarienſes, & ſatellites ſint no-
ti,ſeu notati penès acta curiæ, vel in rolo Baricelli, vt
de more, & ſint iurati, Put.in ver. Syndicus, cap.1.in
princip. & habeant in ſcriptis mandatum capturæ in
caſibus mandatum requirentibus, vt illud oſtendere
valeant in actu executionis,ſicut dixi in 1.par.nume-
ro 220.& in hac num.34. Farinac.d.q.32.num.31. &
ſeq. ne capiendus per viſionem licentiæ inſtruatur ad
fugam, cautela eſt illum prius capere, poſtea ſtatim
oſtendere licentiam ſi petat, alioquin ſi oſtenderetur
licentia ante capturam pręſumitur contra officialem,
qui non euadet impunitus, ſi capiendus fugiat, Fari-
nac.d.q.32.num.19.& 21.& de alijs,ob quorum præ-
monitiones capiendi fugerint, vide Cagnol. in l.vni-
cam,§.15.videtur, nu.47. ff. ſi quis iuſd.non obtemp.
& Gomeſ. de delict. cap.3. num.50. qui dicit puniri
pœna extraordinaria, iuxta delictorum qualitates,
Caſſan.conſuet. Burg.rubr.1.§.7.ver.3.concl.

45 † Tertia concluſio eſt,vt benè aduertat Iudex, ne ſe
in captura intromittat, quia Iudex dicitur à iuſdicen-
do, non autem ab exequendo, cap. forus, §. Iudex, de
verb.ſign.& qui facit quod ad eius officium non ſpe-
ctat dicitur facere vti priuatus,cui non eſt parendum,
l.non videtur,§.qui iuſſu,de reg.iur.& non tenet, Fe-
lyn.in c.cum ordinem,de reſcript. Vant. de nullit.tit.
qualiter ſent. nu. 58. & quot modis iniuria fieri dici-
tur in 4.p.in ver.reconuentio,cir.fi.& quando iniuria
afficiat, vide Decia. de delict. tit.de iniur.cauſ. lib.3.
tom.1.& revera Iudex valdè erraret in dedecus ſuæ di
gnitatis, & faceret actum irreparabiliter præiudicialẽ
ſubdito. Nam captura ſiue iuſta,ſiue iniuſta affert ma
lum omen, & non poſſet fama iam publicata reuerti,
quamuis Iudex relaxaret captum. Vnde regula, l.ni-
hil tam naturale,de reg.iur. in hoc locũ non haberet:
ad hæc vide Caualcan.deciſ.21.nu.76.p.1.Nam fama
bona,vel mala ſtatim,atque ex ore prodijt in infinitũ
augetur: & ideò factum de facto contrario imperio
hoc in caſu non auferetur. Captura enim regulariter
irrogat infamiam, Caualca.deciſ.1. nu.128.p.1.& fa-
ctum de facto tolli non poteſt, quando ius ex eo eſt
46 acquiſitum parti,l.non dubium, Cod. de leg. † Vltra
quod Iudex gerendo officium executoris redditur in-
famis,tot.tit.ff.de his qui not.infam.& a Iudice iniu-
ria infertur,ar.l.ſi quis prouocatus, de appell. quæ in-
iuria vindicari ſtatim poteſt propria authoritate, quã-
do non adeſt ſuperior,ex quo non poteſt adiri Iudex,
cùm ſit ipſe iniurians,quando etiam poneretur in de-
riſum,ſi recurreret ad ſuperiorem,Gramma.deciſ.32.
& propulſatio dicitur facta in continenti ſi fiat die ſe-
quenti, D. Menoch.conſil.107.num.40.vo.a.ſtatur ar
bitrio Iudicis,Boer.deciſ.168.num.6.ſed ab executo-
ribus non licet iniuriam vindicare,Bat.& alij in l.ab
executione,C.quor.appell.non recip. l.nec magiſtra-
47 tibus, de iniur. † Nam executores non ſunt capaces
iniuriarum actionis,nec actiuè,nec paſſiuè, quia ſunt
infames infamia facti,& ſunt viliſſimi, Bero.q.84.re
fer Baiar.ad Clar.q.24.nu.67.niſi iniuria facta illis di
catur facta in vilipendium domini,§.patitur,& §.ſer-
uus autem ipſis,Inſtitut.de iniur.l.apud Labeonem,l.
ſed & ſi vnius,§.ait Prætor,cum §.ſeq.de iniur.

48 † Quarta oritur concluſio,quod non licet retinen-
dis ex poſt facto ad vindictam percutere, vulnerare,
multo minus occidere executores, quamuis excelle-
rint; At Iudici iniuſtè aliquem capienti licitè reſiſti
poteſt, ex quo ceſſat in eo præſumptio ignorantiæ,
tex.& DD.in l.error,C.de iur.& fac.ignor. et reſiſte-
re facto licet,et etiam illũ occidere,per text.in l.nihil,

Digitized by Google

de effrac.carcer.& Put.d.ver.captura,c.4.num.4. vbi aduertit illum text.l.nihil habere locum in hoſtibus, & in Iudice,non autem in executoribus,quod eſſe verum Doctores communiter dicunt quando Iudex notoriè iniuſtè retinet,vel exequitur,l.prohibitum,C.de iur.fiſc.lib.10. & quando grauamen eſt irreparabile, nec reparari poſſet niſi reſiſtentia facti vulnerando, aut occidendo,Fel.in d.cap.ſi quando,ver.tertio fallit de offic. deleg. vbi quatuor modis limitat reſiſtētiam iudici faciendā,quem refert Afflict.in d.conſtit.pacis
49 cultum,num.81. cum ſeq. † In dubio tamen non eſt reſiſtendum Iudici facto in executionibus realibus, ſed proteſtandum quia dicitur Iudex miniſter Dei, c. non ſolum,c.quia malos,24.qu.5. Put.in ver.reſiſtentia,c.1.nu.2. Afflic.conſtitut.pacis cultum,nu.84.dixi 3.par.n.221.niſi exequeretur iniuſtè in perſona damnum,quod eſſet perſonale irreparabile,Pet.de Anc.in reg.ea quæ a Iudice.de reg.iu.in 6.tex.l.2. ff.ſi quis in ius voc.non ier. Affl.vbi ſup. nu.84. poteſt etiam reſiſti Iudici de facto iniuſtè exequenti circa res impediēdo ne auferantur, quando damnum eſt irreparabile, ſed reſiſtentia non debet vllo modo fieri in perſonā, intuendo rem ſuam iniuſtè ablatam , ſecundum Fel. in d. c. ſi quando , verum nos loquimur de reſiſtentia ex cauſa capturæ fienda, non autem de reſiſtentia facienda iniuſtis præceptis, ſententijs, & executionibus realibus,de quibus per Put.in ver.reſiſtentiam,cap.1. num.8. & cap.2. num.3. vbi reſiſtentiam debere fieri legitimè,non effrenatè.

Et quo ad reſiſtētiam ob executionem perſonalem factam à Iudice hoc perrarò occurret, niſi Iudex ſit fatuus,& fatui a fatuis tractari debent, ad prædicta vide Farinac.d.q.32.a nu.88.cum mul.ſeq.

50 † Sexta concluſio eſt,quod exemplum a Farin. traditum d.q.32.nu.77.& relatum ab eo nume.108.non quadrat in perſonam Iudicis,qui etſi non obſtante appellatione,exequi mandat pœnam corporalem , nihilominus ſi plectendus pœna eximatur a manibus officialium,qui offendantur.in eodem facto, reſiſtentia dicitur facta officialibus,& non Iudici,nec dicitur læſa publica iuſtitia , quia iuſtitia non eſt , vbi cadit iniquitas,ſed iniuſtitia, §.1.Inſtit.de iuſt.& iur.& tot.tit. ff.eodem.

51 † Septima concluſio eſt , quod nunquam publicis executoribus reſiſtendum eſt,ſiue quoad executiones perſonales,ſiue reales; ratio eſt, quia ad eos nō ſpectat cognoſcere de viribus mandati, Bart.in l.prohibitum C.de iu.fiſc.lib.10. DD.in l.a Diuo Pio,ff.de re iudic.
52 † quia merus executor facti nihil poteſt cognoſcere, l.executorem , l.ſi vt proponis , C.de execut.rei iud. Bero.deciſ.170. per tot. ſed duntaxat exequi debet D. Menoch.de arb.iud.q.38.nu.20.& 21. Hinc eſt quod Berouarij non tenentur, ſi aliquem de mandato Iudicis ponunt ad torturam iniuſtè , per l. non videtur, §. quod iuſſu,de reg.iur. Put.in ver.familiaris,ſiue familia poteſtatis,num.3.ver.familia poteſtatis ducens, & Bar.in l.excuſantur,ff.de infam.vbi ſingulariter dicit, quod ſi poteſtas mandat aliquod illicitum, & a Berouarijs exequatur, ipſe, & non Berouarij tenetur, niſi notoriè conſtaret de iniuſtitia, quia executor expectare,ſeu ſuperſedere tenetur, D.Menoc.vbi ſupra nu.23. imo parere non debet Iudici iniuſtè mandanti , Put. d.ver.reſiſtentia,cap.1.num.7. maximè quando damnum eſt irreparabile, Fel.in d.c.ſi quando,col.2.ver. tertio fallit,de off.deleg. Clar.§.fi.q.28.ver.ſed hic incidenter,Gramm.conſ.56.nu.16.17.& 18. Affl.deciſ. 206.nu.3.& 4. † item poteſt reſiſti,quando contra formam mandati executionem facerent,vel mandati fi-
53 nes excēderent in exequēdo,tex.gl.& DD.in d.l.prohibitum,vbi Luc.de Pen.ver.& no.reſiſtentia, nu.1. & ibi Apoſtil.lit.a Farinac.d.q.32.nu.104.& 162. & tam in executione reali,quam in executione perſonali idem reſpectiuè tenendum , prout ſupra de Iudice
54 dictum eſt,& per Farinac.d.q.32.nu.121. † vbi tenet reſiſtentiam fieri debere,quando alia via,vel alio modo occurri, & obuiari non poteſt executioni iniuſtæ. & ſic reſiſtentia in ſubſidium fit, ceſſante omni alio iuridico remedio,& in hoc propoſito, ſcias quod nec Inhibitio, nec Denuntiatio ſunt timendæ quando ſunt præiudicij irreparabilis, & copia Iudicis haberi non poteſt,& periculum eſt amiſſionis iurium, ſecus ſi Iudicis copia haberi poteſt, nam tum ſpiritu inhibitione cauſaretur attentatum , Rot. Rom. Deciſio.26. aliàs 307.nam vt dictum fuit de excommunicatione, ſiue iuſta , ſiue iniuſta timenda, ſic de inhibitione, & denuntiatione, quæ ſint via iuris factæ. Quia ea eſt natura inhibitionis, vt faciat multoties attentatum quod aliàs non eſſet attentatum , vt multa exempla grad. Lancellot. de Attentat.dict. Tracta. cap.20. ampliat. 1. & ſi oriretur ſcandalum , non excuſatur, qui ſpreuit inhibitionem , & illi reſiſtit, latè Fely. in cap.2.de præſcr.

55 † Octaua concluſio erit, quòd ſi reſiſtentia ſit verbis tantùm , non licet officialibus illam propulſare, ſecundum Bal.in auth.omninò,nu.14. C.ne vxor pro marit. & ratio eſt , quia propulſatio requirit manualē reſiſtentiam,l.milites.§.irreuerens,de re milit. probat Luc. de Penna per illum tex. in d.l.prohibitū, nu.20. ver.dic quod reſiſtere,C.de iur.fiſc.lib.10.& tenet Farinac.d.q.32.nu.45. Put.in d.verb.reſiſtētia,c.2.col.2. per l.2. de deſerto, & nu. 4. vbi dicit illum etiam reſiſtere, quia pertinaciter inſiſtit objiciēdo manus; & in executionibus fit etiam reſiſtentia per retentionē rei , & clauſuram ianuæ domus. Eſt & alia ratio,quia executores non ſunt capaces actiuè, nec paſſiuè iniuriam actionis,vt dixi ſupra ſub tertia regula, & non debent
56 curare de verbis, † quia verba non impediunt, ſed facta, niſi eſſent verba minatoria ab eo, qui minas executioni mittere ſit ſolitus, & manu promptus eſt, de quibus minis per Clar.§.homicidium,verſic.ſed quomodo,ibi non enim tenetur, Grāmat.deciſ.5. Thob. Noni.conſ.109.Bertazol.conſ.433.& 434.nec ſufficit quòd ſit manu promptus,ſed quòd adhuc non ſit ligatus à Berouarijs, quia ſi eſt ligatus,parum refert canis latratus ; ſi eſt ſolutus , & captura fiat pro cauſa criminali graui, & aliter illum capere non poſſunt , niſi reſiſtentiam facti propulſando,tunc excuſantur officiales ſi percuſſerint,aut vulnerauerint illum , nec etiam euaderent pœnam in ſtatu Mediolani verbis tantum reſiſtentes executoribus,vt in No.conſtitut.in titu.de prohib.execut.

57 † Nona regula eſt,quod ſi capiendus pro cauſa non capitali reſiſtat leui pugno , vel leui baculo , non licet executoribus illum vulnerare lethaliter , vt punctim in ventre,vel cæſim ſuper cerebro,vel pulſu, Brun. de indic.q.3.nu.4. Capic.deciſ.58. quia & ſi vim vi repellere licet,l.1.de vi,& vi arm. l.vt vim,de iuſtit.& iur. tamen pro modo, & qualitate reſiſtentiæ propulſatio fieri debet,iuxta illud,par pari referto,& mutua delicta pari compenſatione ſoluenda, l.viro,atque vxori, in fin.ſolut.matr.& propulſatio debet fieri moderatè, ſicut dicitur de reſiſtentia, Put.d.ver.reſiſtentia, cap.2 nu.3.& dicam in 14.concl.

58 † Decima regula,quod ſi reſiſtētia fiat remotè cum armis ſine læſione,licet Berouarijs cum armis,vel aliter propulſare pro retinendo , & deducendo captum , etiamſi lædant illum reſiſtentem in cau à graui non capitali,ſed non vt occidant; at quando non ſunt læſi à capto, & immineret periculum ſcandali , ſi vulnera ſequerentur, potius deſerere capturam debent, quando captura fieri non poſſet, niſi percutiendo, aut vulnerando, Farinac.d.quæſt.32.num.57.& 58.aſt ſi officiales offendantur,tunc licet ſcandali timor imminet , nihilominus , ſi & ipſi captum offendant , excuſantur , quia primi motus non ſunt in noſtra poteſtate, Afflict.in conſtitut.aſperitatem, in 7.nota. Grammat.

mat.

Digitized by Google

mat. conſ.56. num.17. & 18. At ſi nondum fuerit captus, & fugerit cum telo, & non læſerit Berouarios ſe inſequentes, non licet lædere illum, Farinac. d. q.32. nu.45. & 56. ſecus ſi admenauerit contra eos, ſecundum Bald. in l. ſi vt allegas, C. ad leg. Cornel. de ſic. at ſi vltra admenate etiam feriat, tunc impunè etiam occidi poteſt, & ita intelligendus Baldus loco citato.

59 † Vndecima regula eſt, quòd in caſibus grauibus, ſi aliter delinquens capi nequeat à ſatellitibus, niſi cum percuſſionibus, & etiam vulneribus, hoc Berouarijs licet, Boer. d. deciſ. 170. Gomeſ. in d. nt. de captura, & alios quos adducit Farinac. d. q.32. nu.43. Put. in ver. reſiſtentia, col.5. cap. 1. ver. adde, ſed etiam poteſt occidi, Fab. à Monteleo, in ſua pract. at. in 4. par. nu.32. Boſſ. de captur. num.12. cum ſeq. Hoc verum exiſtimo, ſi caſu & præter animum occidendi in captura occidatur, ſecundum caſum Baldi in l. fin. nu.5. C. de exhib. reis, relatum à Farinac. d. nu.43. quia cura principalis eſt capere, licet in conſequentiam contingant vulnera, aut homicidium. Et in hoc propoſito vt Bolog. conſ.33. ſub num. 13.

60 † Duodecima regula eſt, quòd licet etiam occidere capiendum pro delicto capitali, ſi aliter capi nequiuerit, ſecundum Farinac. d. q.32. nu.49. & 53. vbi procedere ait, quando haberent in mandatis ducendi illum viuum, vel mortuum, quo caſu prius curare debent totis neruis, vt capiant viuum, ſi minus occidendo excuſabũtur in foro fori propter mandatum Iudicis, l. non videtur, §. quod iuſſu, de reg. iur. at ſi ex abrupto occidant, tenentur de homicidio, l. 1. ff. ad leg. Cornel. de Sicat. argumento eorum, quæ tradunt Doctores in l. non ideò minus, C. de accuſat. & faciunt dicta ſup. ſub reg. ſeptima, ſed in bannitis, & alijs ſceleratiſſimis perſonis, de quibus ſup. in 4. præmiſſ. p. 1. diximus, nu.92. hæc pęna, nec alia minor locum haberet, nec contra infideles delinquentes, quia contra tales, de facto, id eſt, manu regia, vita exponit. Put. in ver. latro, c. 1. ſub nu.2. procedi poteſt, Bald. in l. nó ſolùm, §. mandato, ff. de iureiur. Canon. in c. pro humani, de homic. in 6. & tanquã diſſidari à quolibet occidi poſſunt impunè, l. 1. C. quando lic. iud. & in l. 3. §. trãsfugas, ff. ad leg. Corn. de Sicat. Farinac. d. q.32. nu.76.

61 † Decimatertia concluſio eſt, quòd ſi captus exemerit ſe cum telo à manibus familiæ, & eam vel aliquem ex ea offenderit, quòd tunc in perſecutione licebit eum vulnerare, vt ſuprà in 11. concluſ. ſed ex interuallo poſtquam à manibus, & oculis eorum euanuerit, & ipſi perſecutionem deſeruerint, non licebit
62 executoribus illum occidere, † quoniam hoc modo homicidium non confunditur cum reſiſtentia, Bertazol. conſ.205. Ratio eſt, quia cùm ad alios actus extraneos Berouarij ſe conuerterint relicta perſecutione, deinde eum repertum occiderint, dicuntur plura delicta, vnum ex parte delinquentis, alterum ex parte executorum, diuerſæ tamen ſpeciei, temporis & perſonæ, de cuius materia apud Bartolum, in l. hos accuſare, §. 1. de accuſ. Baldum in l. cum rationibus, C. qui accuſar. non poſſ. & dicam in 4. par. at ſi reperto capiendo illum tentantes capere contingenter occiderint impunè euadent, vt in præcedenti concl. & hoc modo homicidium confunditur cum reſiſtentia.

63 † Decimaquarta concluſio erit (quam pro regula haberi oportet ad omnes ſupradictos caſus.) Primò, quòd reſiſtentia in dubio eſt prohibita, vt in quinta concluſ. Secundò reſiſtere licet, quando captura eſt iniuſta, & quando dicatur iniuſta, vide Boſſium in tit. de carcere, nu.18. vbi remiſſiue, Aſin. tract. de execut. §.2. cap. 16. & 17. & fieri non dicitur reſiſtentia, niſi actualiter manualis ſit, & ſic de facto fiat, vt dixi in 8. concluſione. Tertio, reſiſtentia debet fieri incontinenti, & non ex interuallo, vt in 3. & 13. concluſio. Quarto, reſiſtentia debet fieri temperatè, & non effrenatè, vt in 9. concluſ. Quintò, reſiſtentia fieri debet neceſſitate exigente, vt verificatur quãdo non potuit quis aliter euadere periculum perſonæ, famæ, ſeu honoris, vel rerum, niſi cum tali reſiſtentia, vt in 7. cõcl.

Quando autem reſiſtens dicatur exceſſiſſe moderamen inculpatæ tutelæ reſidet in arbitrio Iudicis, D.
64 Menoch. de arbitr. iud. caſ. 277. & 278. † Et è contra propulſatio ex parte Berouariorum eſt licita, quando reſiſtentia a parte capiurandi eſt illicita, vt in 1. & 2. concluſ. Secundo, non licet propulſare facto verba iniurioſa dicta Berouarijs, vt in 3. & 8. concluſ. Tertio, nec licet ab executoribus propulſare, niſi in continenti, vt in d. 3. 10. & 11. concluſ. Quarto, propulſatio debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt in 9. concluſ. facit Ang. de malef. in ver. verba iniurioſa, vbi Ang. verſ. quid plura ſi aliquo dicto, vel facto, nu. 10. Placa epit. delic. c. 1. nu.21. & quando quis facere dicitur aliquid cum moderamine inculpatæ tutelę tractat Fel. in conſ.50. nu.13. & ſeq. Ang. de malef. in ver. dictus Titius, nu.26. Clar. §. homicidium, ver. ſcias tamen, Farin. de indic. & tor. q.51. num.58. & reſidet in arbitrio iudicis conſiderandum factum cum ſuis circumſtantijs, & qualitas cauſæ & perſonarum. Quinto non licet Berouarijs vulnerare, minuſque occidere quemquam, etiam in cauſis capitalibus, niſi reſiſtat cum telo in d. 10. concl. & in alijs caſibus de quibus ibidem, & in 11. 12. & 13. concl. ſexto, propulſatio quouis modo fiat requirit prouocationem facto ita & taliter, vt propulſatio dicatur ſecuta cauſa data, & contingenter, & non data opera, vt in 11. & 13. conclu. Quibus omnibus ita conſideratis, facilis erit excuſatio hinc inde, & oĩa erũt arbitrãda a iudice per ſupradicta.

65 † Verum in iudice noſtro ſupremę authoritatis omnis reſiſtentia eſſet damnoſa, propter eius ſupremam poteſtatem, & dignitatem, l. ſi quis ex aliena. & in l. 1. ff. ſi quis iuſd. non obtemp. Put. in d. ver. reſiſtentia, c.2. ſub num.2. in fin. col.2. vbi de poteſtate in magna dignitate conſtituti, ſed recurrẽdum eſt ad Principem ſi tempus dabit, & damnum non ſit irreparabile, vt in 7. concluſ. per ea, quæ limitat Fel. in d. c. ſi quando, verſ. tertio fallit, alioquin facta tenent, l. patre furioſo, ff. de ijs, qui ſunt ſui, vel alie. iur. & Put. de ſyndic. in
66 ver. reſiſtentia, c. 1. ſub num.5. in fi. † dicit quod licet reſiſtere Iudici iniuſtè condemnanti, ne condemnatus ducatur ad mortem, quia tale iudicium eſt ſimile violentiæ latrãnum, & dicit quod ſicut licet reſiſtere latronibus, licet reſiſtere malis Principibus, ſecũdum Luc. de Pen. in d. l. prohibitum, C. de iu. fiſc. & Put. re-
67 putat hoc ſingulare dictum. † Sed reuera de Principibus non recognoſcentibus ſuperiorem, nephas eſt loqui dubitatiuè, vel correctiuè, & ſolet dici (de Principe nihil) quod eſt verum particulariter, tangendo perſonam Principis, ſed loquendo de eo generaliter id, quod de iure eſt, hoc licitum eſt, vel niſi Princeps mandet ſibi reſponderi, §. reſponſa prudentum, Inſt. de iur. nat. gent. & ciuil. nec eſt Principibus reſiſtendum, niſi circa ea, quę ſunt contra Deum, vt per Io. de Ana. in c. literas, n.6. de reſtit. ſpol. In cæteris vero aut eſt ſuperſedendum, donec reſcribatur (vt dixi in 4. p.) vel eſt eis obediendum, vel fugiendum, iactando eorum in Domino, & dicendo, Domine vim patior, reſponde pro me, quia contra ſtimulum calcitrare nõ valeo, & vide in hac reſiſtentiæ ſpecie And. de Iſer. in conſt. vt participatio. & in conſt. de homic. vbi ponit de Rege, qui aliquem particulari odio proſequitur volens occidere, quia innocens poteſt reſiſtere, quia hæc defenſio eſt licita de iure naturali, & diuino, l. vt vim, de iuſt. & iur. l. 3. §. cum igitur, C. vnd. vi, ſecus ſi Princeps perſequitur rebellem, vel delinquentem, vt refert Puteus exemplum de Rege Manfredo, in d. ver. reſiſtentia, c. 1. nu.3. vi. ſup. in 1. par. ſub 67. adde Baiar. ad Clar. §. læſæ Maieſt. ſub nu.11. & per Carrer. pract. tit. 87. in præf. Aff. tit. qui ſint Regal. c. 1. Dec. d. tit. 10. 1. c.49. nu.25. de crim. læſ. Maieſt.

68 † Reliquum eſt videre in hac materia reſiſtentiæ,
an conuocato ab executoribus auxilio particularium
perſonarum, ſeu populi pro capiendo malefactore, vo
cati teneantur parere? Reſpondendum ſi habent hanc
facultatem in mandato capturæ, vel aliter, dummodo
habeant in ſcriptis vocati tenentur parere, Bald. in l. ſi
quis in hoc genus, C. de epiſc. & Cler. Angel. in l. 1. C.
de agger. Nil. non rump. vbi punirentur ſi inobedien-
tes eſſent tanquam auxiliatores in negligendo, Afflic.
ſuper conſtitut. Caſtellani, car. 56. & 157. Si vero non
conſtet de huiuſmodi facultate, non tenentur, at ſem-
per a ruſticis cum fuſtibus, & laternis familia aſſocia-
ri ſolet cum delinquente capto ad carceres (præſertim
69 in Ducatu Mantuæ) † ſed non debent ruſtici vexari
ſumptibus pro alimentis Berouariorum, & equorum,
Rip. tractat. de remed. peſt. contr. peſt. numer. 212. &
Foller. in ver. notatos capiat, numer. 17. tamen ſtatur
conſuetudini; ſecus de iure per dicta iura, niſi a ſtatuto
vel ordinibus aliud diſpoſitum ſit, prout Mantuæ, &
alibi, vt vidi, quod eſt verum quando publica iuſtitia
læderetur, vel pro publica iuſtitia auxilium neceſſa-
rium peteretur, vel quando officialibus magna contu
melia facta eſſet, quia prouinciales tenentur accurre-
re, ſicut quilibet priuatus in auxilium iuſtitiæ, Capic.
deciſio. 130. numer. 69. Put. in ver. familiaris, ſiue fa-
milia poteſtatis, vbi pulchrè, & dicit quod iſti ſi offen
derint captum, vel occiderint erunt tuti, per DD. in l.
Gracchus, de adult. At infirmi, ſenes, mulieres, infan-
tes, & alij circa res publicas occupati non tenentur
accurrere, Ang. d. l. ſi quis in graui, ff. ad Senatuſconſu.
Syllan. Sed quando ageretur de particulari, & iuſto
intereſſe Principis etiam non vocati tenentur ſuccur-
rere ſtatim propter naturalem obligationem, & vincu
lũ originalis iuramẽti fidelitatis præſtitæ, tit. feud. quæ
ſit for. fidel. præſt. trad. DD. in l. grauis, de adult. & in
propoſito, Put. de ſyndic. in ver. familiaris, ſiue fami-
liæ poteſtatis, num. 2. circa fin. & in cap. 3. ſub num. 1.
70 col. 2. ver. quod licet ſubditi. † Et eſt notãdum, quod
Baricelli debent tenere, & mittere numerum ſuffi-
cientem Berouariorum, iuxta conuentionem, & con-
ſuetum, & ſecundum qualitatem capturæ, alioquin
incolæ non tenentur parere, nec eis ſuccurrere, ſi pe-
tant auxilium, & ſi aliquis priuatus cœperit malefa-
ctorem, & in eo capiendo aliquid expenderit, poterit
illud recuperare ab officiali, vel a fiſco. Clar. q. 29. ver.
vnum tamen nota. Pariſ. Put. de ſyndic. in verb. ſala-
rium, §. ſi officialis, num. 7. Ang. in auth. de collat. §. iu
bemus, Niger. in cap. frequens, nume. 106. & alij quos
alleg. Baiar. ad Clar. q. 29. num. 20. & de Bargell. habes
per Bart. in l. 1. C. de naut. lib. 10. & per Bal. in l. da-
ta opera, C. qui acc. non poſ.
71 † Et vice verſa licet etiam ſubditis conuocare ami-
cos, & vicinos, & conſanguineos ad reprimendam
grauem, notoriam, & irreparabilem iniuriam Iudicis
vel inſolentiam eius officialium, & publicorum exe-
cutorum, Bar. in l. ſi quis in ſeruitute, in fin. de fur. per
l. deuotum, vbi Luc. de Pen. & Bar. C. de metal. lib. 12
& quilibet de populo poterit reſiſtentiam facere pro
alio, 11. q. 3. cap. ſi quis epiſcopus, & per alia allegata
a Put. d. ver. reſiſtentia, c. 1. & 2. per tot. vbi nu. 4. dicit,
quod nec reſiſtens, nec eius auxiliatores pœnam ali-
quam incurret, per l. hoſtes, de capt. & in tit. qui ſint
rebelles, Luc. de Pen. d. l. prohibitum, nu. 5. de iur. fiſc.
lib. 10. Non enim licet ſub mantello publicæ iuſtitiæ
liuorem explere, vel latenti odio vindictam velo iuſti
tiæ ſumere, nec alienum ſub prætextu religionis occu
pare, nec amicum tradere, cum hæc Tyranniam ſa-
piant, ſecundum Bartolum in tractat. de Tyran. col. 4.
72 † Secus ſi ſeditiosè hoc fecerint; nam incurrent pœ-
nam rebellionis concitando gentem, & aduerſus iu-
ſtam Principis iuſtitiam, l. capitalium, §. ſolent, ff. de
pęn. Bal. in l. obſeruare, §. nunquam, ff. de off. proconſ.
& legat. Carer. pract. crim. in l. obſeruare, & Boer. in
tract. de ſeditio. Caple. deciſ. 130. Fab. a Mõteleo. pract.
arb. p. 4. nu. 579. DD. in l. 1. vbi quot modis concitatur
ſeditio. C. de ſeditio. idem quando quis ſolus, vel cum
alijs impedit officiales capere malefactorem confeſ-
ſum, vel conuictum, ſecundum Angel. in conſ. 74. nu.
16. inter conſ. crim. diuer. tom. 1. Guid. Pap. deciſ. 579.
Burſa. conſ. 216 vo. 2. & nota, quod ſeditio pluribus
modis fit, vel concitando gentem currendo turbulen-
ter per ciuitatem acclamando arma, arma, per dicta iu
ra, & Boſſ. tit. de ſeditio. nu. 17. & etiam quando publi
ca iuſtitia læditur abſque vlla cauſa, ſed quia mali æ-
gre ferunt illam, & concitant plebem aduerſus Magi-
ſtratus, & officiales, vt occidantur, quod eſt crimen læ
ſæ Maieſt. in ſecundo capite, cap. ſi quis, 6. qu. 1. l. quiſ-
quis, C. ad leg. Iul. Maieſt. ſecus ſi priuato odio, & non
in contemptum iuſtitiæ fiat; nam dicuntur ſeditioſi,
& pœna eſt capitalis vltimi ſupplicij, vt not. gloſ. in l.
fina. ad leg. Iul. Maieſt. & non pœna rebellionis; Item
ſeditioſus dicitur, qui in conſilio generali non ſinit res
publicas tractari, nec vota dari, ſed turbulenter verbis
aut factione ſua impedit, etiam deueniendo ad arma.
Arno. ſing. 57. vbi dicit tales eiciendos, & expellendos
a ciuitate, quia pacis turbatores dicuntur ſeditionem
in populo concitantes, & poſſunt eijci a ciuitate, per
d. l. capitalium, §. ſolet, ff. de pęn. Boſſ. in tit. de pęn. Af-
flic. in tit. quæ ſint regalia, in verb. pęnarum, & Boer.
d. tract. de ſedit. cum diſcordiæ ciuiles peiores ſint cri-
minalibus, quando fiunt in populo, vt de imperio Ro
manorum exempla vndique extare dicuntur, vnde
verſiculus.

Roma quanta fuit, ipſa ruina docet.

Et in materia ſeditionum plura recenſet Decia. tract.
delict. tit. de coniu. fact. & ſeditio. lib. 7. c. 7. n. 16. & 17
73 † De fide autem danda Berouarijs, ac alijs officiali-
bus, vt nuntio, ſyndico, & publicis executoribus, vltra
ea quæ tradunt Bartolus, & alij in l. 1. §. cura. de offic.
Prætor. & in extrauag. ad reprim. in ver. per nuntium
vide Spec. tit. de citat. §. ſequitur, Aeg. in pract. in ver.
necnon ad denuntian. Maran. de ord. iu. in 6. par. de ci
tat. nu. 35. Maſcar. de prob. concluſ. 189. vo. 1. & concl.
1015. vo. 2. Boſſ. in tit. de denuntiat. num. 12. & quic
quid ſit in executionibus, quæ pro cauſis ciuilibus fiũt
dico quod in materia reſiſtentiæ factæ iniuſte Berouа
rijs modica fides datur (niſi in inquirendo regulariter)
74 Farin. d. q. 32. de carcer. nu. 80. & ſeq. & in practica ſer
uatur quod recipiuntur dicta Berouariorum, & ſit viſi
tatio eius qui corporaliter a reſiſtentibus offenſus re-
manſit, & confrontatur eius dictum cum examine a-
liorum Berouariorum & ſi aliter ab alijs (nequaquam
intereſſatis) veritas haberi non poteſt, & concordent,
& concurrent aliæ coniecturæ, & præſumptiones veri
ſimiliter, tunc Berouarij fidem faciunt, etiam ad tortu
ram; nam quæ ſingula non probant, multa ſimul iun-
cta tenent, c. cauſam, de prob. Maſcar. d. concl. 189. nu.
6. D. Meno. de arb. caſ. 112. nu. 14. Alciat. de pręſump.
Reg. 3. præſump. 14. reg. 5. præſumpt. 4. ſequitur Farin.
d. q. 32. nu. 73. vbi alleg. Aemyl. de teſt. in ver. teſtis Be
rouarius, Clar. q. 24. ver. vidi. cum ſeq. multo magis fi-
dem facient, & non facient Iudici noſtro, qui ſola ve-
ritate nititur, & poteſt ſecundum conſcientiam iudica
re, imo ſolis Berouarijs credere poſſet. In ijs quæ ad eo
rum officium ſpectant vt in 1. par. ſub nu. 217. ſed non
75 credere ex cauſa alijs fide dignis, † cum omnis proba
tio ſit Iudici arbitraria, l. 3. ff. de teſt. ibi tu magis ſcire
potes, præſertim iudici qui liberum & abſolutum arbi
trium habet, & non limitatum. Sed non eſt credendũ
illi Berouario, qui remanſit capite rupto a reſiſtente, ſe
cundum Fran. in c. cum parati, o. 36. in fi. de app. Gui.
Pap. dec. 557. ſed fides præſtatur quando (vt dixi) cęteri
officiales conueniunt, nec ab alijs veritas ſciri poteſt,
& alij teſtes haud intereſſati atteſtationib. Berouario-
rum non contradicunt, & eo magis ſtante mala quali
tate delinquere ſoliti, per ea quæ dixi ſupra concl. 12.
† Regulari-

Digitized by Google

76 † Regulariter autem eis non creditur, vt dixi, quia
multum de fide huiuſmodi officialibus diminuitur,
vt inquit Maſcard. d.concluſio.189. Nam a commu-
niter accidentibus Berouarij ſunt mendaces, fraudu-
lenti, iactatores, pauidi, inertes, malitioſi, voraces, &
ebrij, quorum finis eſt in miſeria mori, ex quo vt plu-
rimum morbo gallico laborant, & qui diu latruncu-
lator fuit, teſtimonium perhibet de illis, & experien-
tia aliena docet, Farinac. d.q.32. nu.61. In Spoletinis
fallentia eſſe poteſt, quia mos prouinciæ illius facit in
colas (nõ loquor de ciuibus) Baricellos & Berouarios,
& qui exiſtimant talia officia ſibi decori, honorique
eſſe, ambiẽtes vocari ſub nomine Capitanei, alioquin
indignantur, vt euenit Franciſco Toto Spoletino, dũ
eſſet vnus ex quatuor Baricellis in alma Genuæ ciuita
te, propterea quod extitit a vulgo deluſus, & appella-
tus Aluſſa Bale, idcirco relicto ob verecundiam offi-
cio ſe contulit in ciuitatem Dertonæ, vbi me Prætore
exiſtente more ſolito inſeruit pro Caualerio magis
77 verbis, quam facto. † Et circa huiuſmodi relationes
Berouariorum, ſi aliter ſtatuto non caueatur, ſunt fa-
ciendæ ſtatim, ſed non præcipitanter, vt inquit Bald.
in l.3.col.3. verſ. in tex. mox cognitum, ne delinquen-
ti tempus ſit componendi ſarcinulas, & fugiendi cum
eis, & interim ſubornentur teſtes, & fiat impoſtura,
quam Medici emplaſtrum appellant. Nec refert ſi de
nocte, vel diebus feriatis in honorem Dei relatio fiat
78 † quia ſolemnitates feriarum in honorem Dei intro
ductæ ſunt de iure humano, vt dicit Barto. in l. filiusfa
milias, ff. de donat. ſed ſanctificare dies feſtos eſt de
iure diuino, l. dies feſtos, C. de fer. modus autem de iu
re humano, quo ad ſolemnizandum conferunt dicta
in 1. par. ſub num. 174. & ſeque. in materia citationis:
nimirum ſi captura, tortura, & viſitationes cadaue-
rum, ſeu vulneratorum in die feſto fiant. Anton. Co-
lumb. in for. proced. extraord. in controuer. crim. art.
22. ſecus de iure ciuili, & in cauſis ciuilibus, quia rela-
tiones nuntij ſunt faciendæ in diebus iuridicis tantũ,
Paul. Caſtr. ſing. diuerſo. ſing. 21. nume. 1. & licet non
79 fiant ſtatim, non patitur nuntius pœnam, † quia tota
dies citationi cedit, vt inquit Vant. de nullit. tit. de nul
lit. ex defec. citat. nu. 72. in fin. & Foller. pract. crim. in
ver. fiat relatio.
80 † Et quia nominaui ſyndicos ad denuntiandum
maleficia, idem tempus ab eis obſeruandum eſſe, &
iſti non poſſunt eligi niſi a Iudice ſupremæ authorita
tis, vel a decurionibus cum authoritate Iudicis, Put.
de ſyndic. in verb. ſyndicus, cap. 1. num. 5. & hic refer
re placet, quod etiam refert Baiardus ad Clar. q. 7. nu-
81 me. 10. & 11. † quod ſyndicus, qui infra quatuor dies
referre debet penes acta curiæ, ſi intra illud tempus re-
moueatur, nihilominus ad eum, & non ad ſucceſſo-
rem ſpectat relationem facere, Baldus in rub. extra de
conſtitut. num. 28. alius eſt caſus, quod ſi quis vulne-
ratus intra quatuor dies datos ad faciendam relationẽ
moriatur, ipſe ſyndicus non tenebitur, ſi de vulnere,
eo viuo, intra quatuor dies relationem non fecit, dum
modo infra alios quatuor dies a die mortis de morte
relationem faciat, Bald. in l. ita ſtipulatus de verb. obl.
Verùm in practica non ita facilè excuſabitur, ex quo
per dictum, & aſſertionem vulnerati magis de verita
82 te conſtare potuiſſet. † Sed an ſyndicus excuſetur er-
rans in relatione, vt ſi delicta leuia, vel nocturna non
reuelet, & de alijs multis quæſtionibus, vide vltra a-
lios Put. de ſyndic. in ver. ſyndicus, nume. 4. verſ. offi-
ciali poſito, & num. 5. ver. ſeq. Prob. ad Io. Monac. in
cap. vt animarum, num. 74. & 77. de conſtit. in 6. Feli.
in cap. de cætero, col. fin. ver. ad vltimum, Dec. in reg.
culpa caret, num. 11. de reg. iur. Ro. conſi. 7. Clar. q. 14.
ver. item quæro, Boſſ. in tit. de captura, num. 50. Fari-
nac. de indic. q. 47. num. 21. vbi de validitate eius dicti
& in tit. de accuſat. q. 12. nume. 52. Decia. de delict. tit.
alieno nom. quan. lic. accuſ. cap. 36. nu. 8. lib. 3. tom. 1.
Prob. ad Io. Monac. in cap. vt animarum, nume. 74. &
77. de conſtit. in 6. Fel. in cap. de cætero, col. fin. verſ. ad
vltimum, Deci. in l. culpa, numer. 11. de regulis iuris,
Roman. ſingu. 7.
83 † Sequitur videre de pęna eximentis iſtum captum
a manibus familiæ; & primo ſi quis eximat ſeipſum,
an pœnam patiatur? & videtur quod non, ex quo de-
fenſio eſt de iure naturali, l. vt vim, de iuſt. & iur. & v-
nicuique licet redimere ſanguinem proprium, l. fin. ff.
de receptator. Marſ. pract. §. attingam, num. 40. Nihi-
lominus prædicta non procedunt contra iuſtitiam, &
Clar. in q. 29. refert Boſſ. in d. tit. de captura, nume. 27.
tenere hunc ſe eximentem condemnari, ac ſi ſua non
intereſſet, tanquam reſiſtentem iuſtitiæ temere, vt ita
Senatum Mediolani iudicaſſe teſtatur, ſed Cla. aliam
opinionem tenet ibidem, videlicet quod eximens ſe
ipſum ſit condemnandus, prout ille qui fugit a carce-
ribus, de qua pœna infra, ſed minus, ſi abſque violen-
tia; at ſi cum violentia, debet condemnari, vt alter cõ-
demnaretur, qui alterum eximeret. Aduerte, quod cũ
violentia intelligitur quando actus eſt vi factus, quia
ſimplex violentia differt ab actu, qui vi fit, Boſſ. in tit.
84 de plur. viol. num. 74. † Verum quod de facto ſeruari
vidi, quando quis ſe exemit a manibus familiæ pote-
ſtatis abſque violentia, dico quod facit cõtra ſe vnum
indicium inſurgens a fuga, Barto. in l. admonendi, de
iure iuran. & dicam in ſeq. par. quod reſoluitur, quan-
do cum dicta fuga nil aliud contra delictum concur-
rit, vt per Boer. q. 215. num. 1. in fin. & num. 25. & 26.
vbi per ſpontaneam reuerſionem indicium tollitur,
85 vide eundem, num. 29. & 30. † quia fortior præſum-
ptio debiliorem tollit, D. Menoch. de præſumpt. lib.
5. præſumpt. 5. Grammat. vot. 1. num. 2. Zaſ. conſil. 19
vo. 3. vide Thier. in tract. fugę. nu. 14. vbi ponit limit.
& facit Paul. Ghirlan. titul. de indic. & tor. tit. de fug.
incarcerat. nu. 7. & 8. Si vero violentia facta erit cum
offenſa executoris, tunc pęna regulabitur iuxta menſu
ram offenſæ, l. ſancimus, ff. de pęn. grauior tamen pę-
na arbitrabitur quam ſi offenſa fuiſſet facta alteri quã
officiali iuſtitiæ, vt dicam in 4. par. ſed ſi iſte ſteterit
abſens, poterit formari inquiſitio contra eum, per l.
abſentem, ff. de pęn. & ita tenet Boer. deciſ. 215. n. 22.
vbi hanc partem defendit, & ita practicatur propter
delictum principale, & propter iniuſtam reſiſtentiam
& cum alijs adminiculis poterit in contumaciam cõ
demnari quia hoc modo indicium ad torturam facit,
Caret. pract. l. obſeruare, nu. 115. pro vtroque vna tan
tum pęna, ſi comparuerit, & innocens apparebit, non
euadet pęnam arbitrariam ſui exceſſus contra iuſtitiã
in captura facti, ad quæ vide Doctores in l. pen. & fin.
ff. de cuſto. reor. & Gomeſ. tit. de captura, nu. 11. ſi ve-
ro nocens apparebit, tunc grauiori pęna, ſcilicet ordi-
86 naria plectetur, propter exceſſum, † quia ex cauſa li-
cet iura tranſgredi, auth. ſed nouo iure, vbi Bald. C. de
ſer. fug. ſed ſi pęna ordinaria delicti erit vltimi ſuppli-
cij, opus non erit augere illam, cum nulla pœna ma-
87 ior morte, vt latius in 4. par. dicam. † Eſt tamẽ aduer
tendum, quod ſi captus eſſet a familia malè, & indebi
tè tractatus in captura, vel in ducendo illum ad carce-
res, & ab eis idcirco eximeretur, tanquam prouocatus
pœnam non meretur, vt dixi ſupr. in 7. concluſ. per l.
vt vim, ff. de iuſt. & iu. nec aliquod indicium inſurge-
ret contra fugientem iſto in caſu, quinimo Berouarij
punirentur, tum quia malè tractauerũt captum, cum
non conueniat, Bart. & DD. in l. 2. de exact. trib. & vt
ſup. latiùs dixi tũ propter cauſam, quam ob eorũ ma-
lã tractationem dederunt fugæ, l. qui occidit, §. in hac
quoq. ad l. Aquil. & ſi mihi caſus eueniret arbitriũ ex
cederetur contra hos inſolentes executores cũ rigore.
nã caro humana nõ eſt belluarũ caro, & quilibet tene
tur benefacere officiũ ſuũ cũ modeτamine ſemper in-
culpatę tutelæ. Et ideo captus indebite poſſet impune
fugere, maxime quando immineret periculũ magnæ

Digitized by Google

pęnę,ob perſecutionem magnam Bar.in l.vis eius, C.
de prob. Alex.in l.ſi eximendi,§.ſi quis,circa fin. ff.ne
quis eum. Marſ.ſing.177.num.3. Iacob.de Beluiſ.pra-
ctic.tit.de crim.remiſſ.num.4.5.6.7.vt inf.num.94.
88 † Quid ſi captus iuſtè, & in carcerem detruſus fu-
giat è carcere, an ſit puniendus tanquam confeſſus, &
conuictus? hæc quæſtio ab omnibus criminaliſtis tra-
ctatur, & omnes vno ore dicunt haberi pro confeſſo,
& conuicto, per tex.& gloſ.in l.eos, in ver.puniendi,
ff.de custo.reor. Paul.Ghirl.in tract.de relaxat. carce-
rat.in rubr.de fug.carcerat. Clar.q.21. verſ.tertio mo-
do,vt ſup.num.37.& Foller.pract.crim. in verb. & ſi
confitebuntur, nume.45. Boer.pulchrè,deciſ.215. ſub
num.9.& Gomez.de captura,num.11.quam commu
nem ſententiam locum habere exiſtimo quando cum
fuga concurrit aliud adminiculum, vt ſi fugiens ſit ſo-
litus deliquere, de quo in 3.par.dicam in materia in
ditiorum, vel quando cum fuga etiam frangerentur
carceres, vel frangi curauit ſecundum diſtinctionem
Baldi conſil.230. volum.1. quem in propoſito allegat
89 Boer.d.deciſ.215.nume.11.& num.14. vbi † idem te-
net quando oſtio exiſtente aperto, ſed fractis compe-
dibus vel manicis ferreis carceratus aufugit ex practi-
ca Angeli de maleſ.in ver.fama publica, Bertaz.conſ.
161.per tot.lib.1.& Maſcard.de prob.concl.820. vbi
dat plures limitationes, ſi vero abſque vlla fractione,
oſtio aperto fugerit, tunc non habebitur pro confeſſo,
& conuicto, nec pœna effractionis carcerum, ſed pœ-
na aliqua arbitraria punitetur, Iaſ.in l.admonendi,nu
me.172. ff.de iureiur. idem quando etiam fracto car-
cere aufugit, cum indebitè & ordine iuris non ſeruato
carceratus fuit, Roland.a Valle, d.conſil.7.num.46.
& ſequen.volum.1.Bart.in l.eos, de custo.reor. num.
101. quod accidit quando Iudex de facto ſine aliqua
cauſæ cognitione, ſed de facto, & de capricio proprio
dicit, *mettilo in prigione*, maximè ſi perſona non eſt vi-
lis, nec delinquens, ſed nolit conuerſari cum officiali,
qui officiales hac de cauſa ſolent indignari, & nodum
in ſcirpo quærunt, vt qui ſtat à longè appropinquetur.
90 † Sed hæc limitatio non habet locum in Iudice ſupre
mæ authoritatis, qui in ſcrinio pectoris ſcit aliquid,
quod tūc non expedit dicere, nec communicare cum
curia, donec tempus aduenerit, vnde dicitur, ſic volo,
ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas. Sat eſt, quod non
91 moueatur ex abrupto, vt in hac par.num.8. † At Go
meſ.d.tit.de captura, num.11. temperando commu-
nem opinionem dicit, quod etſi hoc modo fugiens
habeatur pro confeſſo, & conuicto, nihilominus lice-
bit probare innocentiam ſuam. cum a fortiori etiam
liceat verè confeſſo, & conuicto probare, & ſe defen-
dere, l.1.§.ſi quis vltro, ff.de quæſtio. text.& DD. in l.
1. C.de custo.reor. & concludit quod ſi innocens ap-
parebit, nihilominus tenebitur pœna effractoris car-
cerum, l.eos, ff.de custo.reor. & eſt communis opinio
Doctorum per l.1.eod.tit. Igneus in l.3.§.ſubuenitur,
92 num.52.ad Syll. † quæ pœna, cum non ſit a iure ex-
preſſa, arbitrabitur, vt per D.Menoch.de arb.caſ.301.
vbi diligenter pęnam effractoris explicat; ſed ſi nocēs
erit tunc pęna ordinaria delicti cōdemnabitur etiam
multo maiori pęna, ſi pęna delicti erit pecuniaria, uel
nimis leuis attenta fractura carcerum, l.ſancimus, &
l.recipiendum, ff.de pęn.
93 Supradicta communis † conclusio, quod fugiens è
carceribus habeatur pro confeſſo, & conuicto, modo
concurrant ea, de quibus ſupradictum eſt, nunc limi-
tatur non habere locum, quando eſſet iniuſtè deten-
tus, & haberet contrarios potentes, vel Iudicem valdè
ſuſpectum, & præcipitem, & ita ſunt intelligendi Put.
Menoch. Rip.& alij, quos Maſcard.adducit concluſ.
265.num.26.& Bertazol.conſil.560.lib.2.idem quan
do detentus non eſſet vir facinoroſus, & ob nimiam
ſæuitiam cuſtodis, ſeu Commentarienſis carceratus
aufugeret, Bald.in l.ad Commentarienſem, ff.de cu-
ſto. reor. & in l.1.§.Diuus, ad Sylleia. plura adducit
Put.de ſynd.in ver.carcer.& carceratus,cap.4.per tot.
& in ver.crudelitas officialis, & dixi ſupra numer.17.
Item limitatur quando fugiens eſſet iniuſtè captus ob
pectoralem tantum nequitiam Domini, & non quod
mereretur capi, & veriſimiliter timere poſſet de ira, &
potentia Domini ſecundum And.de Iſern.in conſtit.
vt participatio.& in conſtit.1.de homic.facit Put. de
ſyndic.de exceſ.cap.1.num.39.& cap.3. per tot.& in
ver.crudelitas, nu.3.quem vide, & Maſc.d.concl.265.
94 num.27.& 28. † Nunquam enim longius homo a ſe
“ recedit, ſuæque naturæ magis obliuiſcitur, quam cum
“ iraſcitur. Hic demum effectus efficit, vt animal alio-
“ quin nobiliſſimum ad manſuetudinem, & clemen-
“ tiam natum, multo ſit feris ſimilius, quam ſibi ipſi,
“ non rationis, non officij memor, duntaxat iræ indul-
“ gens: quæ omnium perturbationum ſolam mentem
“ ſuo loco demouet, & agit præceps, & apud Valer.Ma-
“ xim.de iracundo, qui dolorem cum inferre vult, pati-
“ tur amara ſolicitudine ne non contingat vltio, anxius,
“ ſed hoc modo ira ab odio ducitur, tanquam cæcus a
“ cæco. Et quando iniuſte quis eſt incarceratus, ei licet
fraudare cuſtodes carcerum, vt per gloſ.in clemen.pa-
ſtoralis, in ver.violentiam, & ibi Doc.de ſentent.& re
iudic. Barto.in l.relegatur, de pen.alius allegat Decia.
de Delic.tom.1.lib.3.tit.de fraude, cap.5. num.16. &
17. vbi ſi licet fraude recuperare rem ſibi ablatam, mul
to magis licebit fraude ſe ipſum eximere ab iniuſto
carcere, ſup.nu.85.
95 † Nunc de eo, qui alium iniuſtè detentum eximit a
manibus familiæ, ne ducatur ad iudicium, dicendum
eſt, qua pęna iſte ſit plectendus, ad quod eſt videndus
Barto.in l.lege Iulia, ad leg.Iul.de vi priu.in l.furti, §.
ope. ff.de furt. Iaſ. in l.3. §.quod Prætor, ff. ne quis
eum qui, Hipp.ſing.177.273.& 376. Circa quæ aduer
tere volo, quod licet ab initio captura videatur noto-
riè iniuſta, tamen ex poſt facto poſſet iuſtificari, per
ea quæ ſupra dixi, num.20.cum ſeq.& ſic bene aduer-
tat eximens, ne ſub vmbra Farinac.d.q.32.numer.78.
remaneat illaqueatus. Nam quando per viam Iudicis
poſſet prouideri iniuſtæ detentioni, nunquam licet e-
ximere captum è manibus familiæ, & ſtantibus ijs ter
minis ille qui captum eximit, ſeuerè puniri debet, Bal.
in l.addictos, C.de epiſc.aud. DD.omnes, in l.5.§.trāſ
fugas, ff.ad leg.Cornel.de ſicar.& in l.ſed eximendi,§.
item, ff.ne quis eum qui in ius voc.eſt iu.eximat. Bar,
in l.cuiuſlibet, ad leg.Iul. Maieſ. Nell.de ban.in 3.par.
2.temp.nu.29. Marſ.in §.attingam, nume.49. Boſſ.in
tit.de captura, nume.13.cum plur.ſeq. Clar.q.68.verſ.
eximens, & ibi add.num.33.cum ſeq. Cagno.in l.vni
ca, §.is videtur, ff.ſi quis iuſſ. Guid.Pap.deciſio.579.
Farinac.d.q.32.num.62.vſque ad nume.80. Decia.de
delict.rubr.de eximen.carcer.11.lib.7.tom.2. Rolan.
conſil.7.num.45.volum.1. pulchrè, ac latè D.Burſat.
conſil.216. Bertazol.conſil.35.volum.1.vbi an magis
puniatur eximens eximit, & multos adducit Maſcar.
96 d. concluſ. 265. † ex quorum omnium dictis colligo
tres principales concluſiones, diſtinguendo (vt fertur)
inter lepram, & lepram.
Prima concluſio erit de eximente iuſtè captum è
manibus familiæ, retentis terminis ſupradictis ante-
quam ſit condemnatus, vel confeſſus, aut conuictus,
de qua nu.92.
Secunda concluſio erit, quando eximitur a mani-
bus familiæ poſtquam eſt confeſſus, vel condemna-
97 tus, de qua num.97. † quod multis modis contingere
poteſt, vel quando ducitur ad ſupplicium; vel quando
traducitur de loco ad locum pro tutiori cuſtodia, vel
pro confrontatione facienda circa alia delicta cum a-
lijs delinquentibus, vt Mantuæ, vbi expedit quando-
que ducere carceratum ab vna parte ad aliam ciuita-
tis, & Mediolani, & alibi ab vno Magiſtratu ad aliud
tribunal, & vt vulgo dicitur ab Herode ad Pilatum;
vel

Digitized by Google

vel etiam quando conceduntur viciſſim delinquen-
tes a Principibus, licet ſint condemnati, vt vidi Man-
tuæ inter Sereniſſimos Duces Mantuæ & Parmæ, &
Venetiarum de quibuſdam ſceleſtis ſtarnellis, ac in-
ter Sereniſſimam Genuæ Rempub. & alios Principes
remittentes alter ad alterum proditores, & aſſaſſinos,
98 ad quorum extirpationem † Deus omnipotens illu-
minet vnanimiter corda Principum Chriſtianorum,
vt inemendatos diſperdere valeant funditus, ponen-
do ſecurim ad radicem, pro conſeruatione ſtatus, &
ſubditorum ſecuritate, cùm horum peſtis dilatata ni-
mis religioni Chriſtianæ obſtet. Non ſic in ſtatu Se-
reniſſimi Magni Ducis, vbi ſceleſti nidum non ha-
bent, ſed citò puniuntur.
99 † Modò ad primam concluſionem redeundo pœna
eximentis captum ex manibus familiæ eadem eſſe di-
citur, quam pateretur reus, ſi condemnatus eſſet pro
delicto pro quo captus fuit, Fely. in cap. ſi quando,
extra de offic. deleg. Alex. conſ. 35. num. 4. vol. 5. DD.
in §. arripiatur, in auth. vt omnes obed. iud. Farinac.
plures allegans, in d. quæſt. 32. num. 64. Guid. Pap. d.
deciſio. 579. Quæ reſolutio recipit temperamentum
quando eximens non fecit in contemptum iuſtitiæ
principaliter, ſed amore ſanguinis, vel miſericordia
ductus, quo caſu pœna erit arbitraria, vt inquit Boſſ. in
d. tit. de captura, num. 15. & ſeq. & Decia. de delict.
tom. 2. lib. 7. rubr. de exim. carcer. cap. 11. numero 12.
100 † Nam multa ſunt, quæ faciunt abeſſe dolum, &
excuſant in delictis, de quibus per Clar. quæſt. 60. fu-
ror, amor, ira, ebrietas, prouocatio & ignorantia. Et
licet regulariter dolus non præſumitur, l. dolum, cum
cõcor. ff. de dol. fallit quãdo datur opera rei illicitæ re,
loco, tempore prohibitis, ſiue in omittendo, ſiue in cõ
mittendo, ab illo, qui eſt doli capax, Bar. in d. l. dolum,
C. de dol. Bal. in l. quicũque, in prin. C. de ſer. fug. pote-
rit tamen probari contrarium etiam per cauſam leuẽ,
& beſtialẽ, per l. igitur, §. & generaliter, ff. de liber. cau.
DD. in l. de ætate, §. qui iuſto, ff. de interrog. act. Me-
noch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 3. nu. 122. lariſſi-
mè Maſcard. de probat. concl. 532. vbi limitat regu-
lam 119. modis in quibus dolus præſumitur, & Fari-
nac. explicat axioma, quod quælibet cauſa colorata,
temeraria, fatua & beſtialis excuſat à dolo, & dicit
procedere in delictis extraiudicialibus, ſecus in iudi-
cialibus, in tit. de accuſat. quæſt. 16. num. 63. & deli-
ctum iudiciale dicit eſſe calumniam. Dolus autem eſt
duplex verus, & præſumptus, & quotieſcunque ſta-
tutum loquitur de Dolo, intelligi debet de Dolo vero,
& non de præſumpto, niſi ſtatutum daret liberum ar-
bitrium ſuper Dolo, quoniam vterque dolus compre-
henditur, idem quando ſtatutum daret liberum arbi-
trium ſuper maleficijs, quia & ſi dolus verus dicatur
maleficium, tamen in pœnis, quæ poſſunt imponi ne-
dum ob dolum verum, ſed etiam præſumptum arbi-
trium intelligitur datum ſuper quolibet Dolo. pul-
chrè Decia. alios allegans, tom. 1. Delic. lib. primo, ca-
pit. 4. num. 10. 11. & ſeq. tit. de Dol. vt datum ſuper
quolibet maloopere comprehendit culpam, caſum
fortuitum, l. 2. C. de iud. Sed Nell. in tract. bannit. in 2.
par. 2. emp. quæſt. 32. in fin. pulchram limitationem
tradit ad fauorem auxiliatoris, quando captus ſine au-
xilio eximentis ex ſe erat euaſurus; nam in hoc caſu
(dicit ipſe) quod eximens in nullo teneretur ea ratio-
101 ne, † quia captus qui poteſt abſque alio euadere, non
dicitur captus, per l. non videtur, cum ſimil. de in in-
teg. reſtitut. ſed de hac limitatione dubito per ea, quæ
tradit Clarus quæſt. 90. verſ. item ſcias, vbi dicit, quòd
in materia auxilij non quæritur an delinquens eſſet
alias facturus, vel non, ſed ſi alias fuiſſet facturus, quod
auxiliator mitius punitur, per Io. And. in cap. fœlicis,
de pœn. item quia, qui ſe ingerit, vbi non debet, eſt in
culpa, l. qui omnia, ff. de procurat. & l. culpa, de reg.
iur. & obſtaculum eſt imputandum illi, qui obſtat, l.
hæc venditio, §. 1. ff. de contrah. empt. & licet res in ſe
mala non ſit, tamen mala reputatur propter malum
exemplum, vel materiam ſcandali, l. exemplo, C. de
probat. cum ſimil. & quilibet tenetur, & iudicatur pro
facto ſuo, l. comprobatio. ff. de prob. l. reſpiciendum, ff.
102 de pœn. Marſ. in §. attingam, nu. 38. vbi tenet † quòd
auxiliator eſſet condemnandus, quamuis fugitiuus
non eſſet puniendus tanquam iniuſtè captus, & inno-
cens appareret, quo caſu non tenetur fugiens redire ad
carceres, Clar. d. quæſt. 21. verſ. tertio modo, nec peccat
fugiendo, Nauar. in ſuo Manual. confeſſ. cap. 12. nu-
mero 18. fol. 102. tom. 1. ſecus ſi iuſtè captus aufugiat,
quia peccat, Boſſ. tit. de carcer. numero 4. quæ ſunt no-
tanda per Fallent. Reg. acceſſorium, & l. cum princi-
palis, de reg. iur. & ad conſ. Bertazol. 35. vol. 1. Et Nell.
103 in hoc propoſ. in 3. par. 2. temp. ſub num. 29. † quæ-
rit an ille, qui eximit captum à manibus familiæ te-
neatur tanquam principalis, vel tanquam acceſſorius,
ſeu auxiliator? & dicit, quòd iſte tenetur duabus pœ-
nis, ciuiliter & criminaliter; de prima in l. 1. & tot. tit.
ff. ne quis eum, qui in ius voc. eſt vi exim. alij dicunt
teneri de vi priuata, de qua per Bartolum in §. arri-
piatur, vt omn. obed. iud. de ſecunda pœna crimina-
lis eſt textus in l. penult. & fin. de fur. & propria mate-
ria habetur à tex. & DD. in l. nunquam plura, C. ad
leg. Iul. de vi, & vi priu. & facit Bertazol. in d. conſ. 35.
vol. 1. Verum teneo, quod ſi eximens motu proprio ſe
ingeſſerit tanquam principalis, quòd eadem pœna ſit
puniendus, de qua in principio huius concluſ. & per
Maſcard. concluſ. 265. numer. 16. cum ſeq. vbi am-
pliat in inſtigatore & fautore, Menoch. caſ. 301. nu-
mero 21. & per ea, quæ tradunt DD. in l. 2. C. de ijs,
qui latro. occultauerunt, & de hac re nil melius videri
104 poteſt, quam Burſat. conſ. 216. vol. 2. † vbi etiam tra-
ctat de pœna occidentis captum in manibus familiæ,
quod differt ab eximente, ſeu liberante captum, & in
hoc propoſito ſi captus eſſet de illis, qui impunè occi-
di poſſunt, vt ſunt capitaliter banniti, vel publici latro-
nes, viarum graſſatores, depopulatores agrorum, & ſi-
miles non poſſent, nec deberent occidi poſtquam cap-
ti ſunt à quouis capiantur de licentia, & commiſſio-
ne Iudicis, Farinac. d. quæſt. 32. num. 74. & 75. qui-
nimmò occidens de occiſo puniretur, niſi periculum
ſit, quod fugiat, Luc. de Pen. in l. quoties, col. fin. nu-
mero 7. C. de exact. trib. lib. 10. & Farinac. d. quæſt. 32.
numero 73. & ſeq. vide omninò Cartar. tract. de exe-
cut. ſentent. cap. bannit. in cap. fin. ſub numero 236.
105 † vbi recenſet Bullam magnam Sixti V. Pap. in hac
materia editam anno 1585.
106 † Quo verò ad ſecundam concluſionem, quando
captus eſt iam confeſſus, vel conuictus, aut condem-
natus, dico eximentem teneri eadem pœna, qua ve-
nit puniendus reus, per ſupradicta. Sed Clarus di-
cit puniri debere pœna mortis, per l. cuiuſcunque,
ff. ad legem Iuliam Maieſtat. & eſſe ſententiam com-
muniter receptam; ſed Baiard. ibi numero 33. cum
ſequ. dicit puniri debere pœna arbitraria, Alexand.
conſil. 35. volum. 2. & Cagnol. dict. l. vnica, §. is vide-
tur, numero 47. ff. ſi quis iuſdic. Decian. vbi ſuprà, de
exim. carcer. numero 13. lib. 7. tom. 2. tenet, quòd illa
pœna eſſet puniendus, quam pateretur, ſi è carcere
eximeret, vt per eundem numero 12. vbi æquiparat
hos duos caſus; ſed revera penès me multa eſt diffe-
107 rentia. † Nam qui eximit à familia, lædit cento-
nem, (vt ita loquar) qui verò eximit è carceribus,
lædit interulam Domini carcerum, l. vlt. C. de cu-
ſtod. reorum, & Bart. in l. laqueum, ff. de acquiren.
rer. dom. in l. legis Iuliæ, ad leg. Iul. de vi pen. Et ratio
eſt in promptu, nam qui abſtulit à familia in itinere,
ponit ſe in manifeſto periculo vitæ, non ſic qui è car-
cere eximit; non enim hoc facere poteſt, niſi cum
ſubdolis artibus, clauibus adulterinis, vel corrumpen
do cuſtodes, vel limis ſurdis, vel aliter, & occultè fiat,

108 † & car-

Digitized by Google

108 † & carcer dicitur locus ſanctus, quo ad iuriſdictio-
nem, Boer. Deciſio. 215. numero 22. quem adducit
Decia.in dict.tit.de exim.carcer.numero 10.& habet
propriam rubr.de effract.carcer.vbi magna eſt pœna,
de qua ſtatim dicetur, & maior quam pœna, tit. ff.ne
quis eum qui in ius voc. eſt vi eximat, & opinio De-
ciani habebit locum, quando loco carceris eſſet da-
tus in cuſtodiam familiæ, non autem quando exími-
tur in via dum ducitur ab Herode ad Pilatum,qua de
re teneo pœnam in iſto caſu eſſe arbitrariam, ſecun-
dum Boſſ.dict.numero 15. & 16. quæ poterit extendi
vſque ad mortem, iuxta qualitatem facti, perſonarũ,
& delicti. Nam quòd iſte confeſſus,vel conuictus ſit,
109 poteſt eſſe, vt eximens ignoret,& ignorantia, † ali-
qualiter excuſat, vt aduerti in præcedenti caſu. Idem
intelligerem, quando non eſſet facta condemnatio
ſolemniter, vel iuxta morem ſolitum, quia dolus ijs
caſibus abeſſet: ergò pœna arbitraria, Vant. de nullit.
ex defect.for.ſent.num.80.& mult.ſeq.
110 † Sequitur videre de pęna eximentis iuſtè captum
è carcere; & in hoc caſu pœna erit grauior, quàm in
præcedente caſu, text. in l. eos, ff. de cuſtod. reorum,
vt tenent Bart. in l. 4. ff. ad leg. Iul. Maieſt. DD. in l.
ſed eximendi, § item ſi quis, ff. ne quis eum, Caſſan.
in conſuetud.Burgund.§.7. num.68. Benedict.in cap.
Raynutius, ver. mortuo,itaque numero 180. de teſta.
Guid.Pap.dict. Deciſio.579. qui dicit teneri pœna læ-
ſæ Maieſtatis, & Gomeſ. de crim. læſæ Maieſtat. nu-
mero 7. dicit verum eſſe, quando erat carceratus pro
crimine læſæ Maieſtatis: item quando fuit incarcera-
tus per Iudicem tantum Imperatoris,vel Regis, ſecus
ſi ab alijs: item quando erat imponenda pœna mor-
tis,alioquin eadem pœna, qua reus puniretur. Verùm
vt ingenuè fatear, quando non animo offendendi ma
ieſtatem,nec iuſtitiam exemerit, ſed ductus amore
ſanguinis, vel amicitiæ, vel miſericordia motus exi-
meret, vt dixi in proxima præcedenti concluſione,
tunc minus eſſet puniendus, per ea quæ dixi ſuprà de
eximente è manibus familiæ, ad tradita per Decia. de
Delict.tit.de eximen.carcer.numero 12.fol.94. lib.7.
tom.2. vbi dicit,quòd ſiue captus è manibus familiæ,
ſiue ex carceribus eximatur, ſiue pro crimine læſæ
Maieſtatis, ſiue alio leuiori crimine, & eximens ani-
mo offendendi Maieſtatem Principis hoc facit, in-
111 currit crimen læſæ Maieſtatis. † In dubio tamen
non præſumitur talis animus, Burſat. conſil. 94. nu-
mero 9. quem adducit Maſcard.concluſio.532. nu.2.
E contra ſi quis eſſet captus pro crimine læſæ Ma-
ieſtatis, & eximens amore ſanguinis, aut miſericor-
dia tantum motus fuerit, & tunc non incurrit cri-
men læſæ Maieſtatis, multò minus ſi fuerint filij, vel
vxor, vt inquit Put.de Syndic. in ver.reſiſtentia, & in
ver.carceratus, cap.3. in fin.& Decia. loc. cit. num.9.
112 † & excuſatur vxor à pœna ordinaria, quæ præbuit
veſtes viro, vt è carceribus exiret, Floria.in l.liber ho-
mo,la ſeconda,ff.quod vi,aut clàm,& Gomeſ.de De-
lict.cap.9.verſic.vlt.& ipſe non procedere intelligo in
duobus caſibus, primò quando eximens non eſt ſub-
ditus, Clar. §.læſ.Maieſtat. verſic.vidi, niſi eſſet habi-
tator cum eius familia in ditione, quoniam per habi-
tationem, & domicilium fit ſubditus, Gig. de crim.
læſ.Maieſtat. quæſtio. 68. numero 2. Canon. in Cle-
ment. Paſtoralis,de re iudic. Landenſ.eodem Tracta.
quæſtio.34. vbi dicit, quòd licet non ſubditus non in-
cidat in hoc crimen læſæ Maieſtatis, tamen hoſtis di-
citur: Secundò,quando Princeps recognoſcit ſuperio-
113 rem, vt per ſupradictos Doctores, † quoniam & ſi
de conſuetudine etiam contra eos,qui habent iura re-
galia,ſed ſuperiorem recognoſcunt,crimen læſæ Ma-
ieſtatis committitur, Clar.eodem tit. verſic.dubium,
in fin. nihilominus illud procedit,quando immedia-
tè contra eorum perſonam, vel ſtatum ſubditus ma-
chinatur, non autem ſi eximat aliquem è carceribus,
& ideò Clarus in verſic. vnum tamen limitat, l.quiſ-
quis,C.ad legem Iuliam Maieſtat.vbi & filij commit
tentis crimen læſæ Maieſtatis puniuntur, non habere
locum in filios, niſi quando contra Imperatorem, &
114 Reges committeretur, † qui titulo Maieſtatis ho-
norantur, & Papa titulo ſanctitatis. Sed de conſue-
tudine, & de facto ſeruatur, etiam ſi contra Princi-
pes non recognoſcentes ſuperiorem,hoc crimen com
mittatur, vt dixi, & per omnes Scribentes in dict. l.
quiſquis. Ego verò teneo, quòd eximendo captum è
carcere, ſiue ex cauſa criminis læſæ Maieſtatis, ſiue
non, licet cauſa ſit valdè pectoralis Principi, & in
eius vilipendium in conſequentiam eximat, quòd
non incurrat crimen læſæ Maieſtatis in primo capi-
te, nec in ſecundo, quoad pęnam filiorum, & circa
alias pęnas, quæ pro crimine læſæ Maieſtatis iure af-
fligunt alios ob factum committentis crimen,ſed tan
tum quoad perſonam eximentis, qui poterit ad exem-
plum aliorum ſuſpendi, & etiam in quartos ſcindi,
data atrocitate maxima delicti,ſi ita Principi placue-
rit,per ſupradicta iura. Sed quia ferè vbique ſunt ordi-
nes, & proclamata Principum contra eximentes è
manibus familiæ,vel è carceribus captos,illa ſunt ſer-
uanda, quia de re caueant temerarij, & ſi exemerint
115 cum fractura, tunc magis puniendi erunt. † Nam
fractura magis fugæ delictum grauat, DD.in l.1.C.de
ijs, qui latro. Bart. dict.l.ſi quis,in fin. ff. ne quis eum
qui in ius voc. eſt vi exi. & in tantum eſt verum,vt in
hoc caſu,quo ad eximentem alium, non ſe ipſum, ſi-
ue captura ſit iuſta, ſiue non, iſte effractor puniendus
ſit illa pęna,qua puniendus eſſet reus, ſi eſſet condem-
natus; pulchrè & diligenter hunc, & quamplures ca-
ſus explicat D.Menoch. de arb.iud.caſ.301. num.16.
& Maſcard.de probatio.concluſ.265. num.16. vol.1.
116 † Nam licet quis iniuſtè ſit captus, & notoriè con-
ſtet familiæ eſſe captum iniuſtè, nihilominus poſt-
quam eſt carceratus, non poteſt à Berouarijs, nec ab
alijs relaxari, niſi iuſſu, & ex ordine Iudicis, l. ſi ca-
ptiuus, ff. de capt. Decia. vbi ſupra, lib. 7. num. 15.
tom.2. quantò magis ſi iuſtè, aut ſubſiſtente ſuſpicio-
ne fugæ debitor captus ſit. Nam eximens vltra alias
pęnas tenetur etiam verſus creditorem, Salyc.in l.ad-
monendi,de iureiuran. Put.de Syndic.in verb.proba-
tio in ſyndicatu, cap.1.numero 2. Sed pone,quod Iu-
dex Cauſarum ciuilium committat capturam Bero-
uarijs Capitanei Iuſtitiæ, & in captura aliò quod De-
lictum ſequatur, cognoſcet Capitaneus, & non Iu-
dex Cauſarum Ciuilium,Caball.caſ.crim.117.
117 † Dictum eſt ſuprà de eximente captum è carceri-
bus ante condemnationem: nunc verò ſequitur vide-
re de eximente captum è carceribus, qui ſit confeſſus,
vel conuictus,aut condemnatus. Verùm quia vbi non
eſt dolus,non venit pœna ordinaria, Put. de ſyndic. in
ver.probatio in ſyndicatu, cap.1. num.2. & qui igno-
rat dicitur carere dolo, l.dolo caret, de reg. iur. tamen
quando condemnatio eſt facta in loco ſolito, iuxta
morem ſolitum ligat omnes, Felyn. in cap.2. nume-
ro 7. de conſtitutio. facit Addit. ad Bertazol. conſil.
122. volum. 1. vltra quòd eſt veriſimile, quod exi-
118 mens ſciuerit à capto in quo ſtatu ſit eius cauſa, † &
eius intereſt probare ignorantiam, modo communis
Doctorum ſententia videtur eſſe, quòd iſte teneatur
pęna læſæ Maieſtatis, Bartol. in l. 4. ad legem Iuliam
Maieſtatis, Bald. in l. additos, C.de Epiſcop.audient.
Boſſ.tit.de captura, numero 16. & in tit.de crim. læſ.
Maieſtat. numero 61. Sed Clar. verſic. eximens dicit
teneri eximentem pęna mortis,per l.cuiuſcunque, ad
legem Iuliam Maieſtar. & eſſe communi calculo re-
ceptam ſententiam, teſtatur ex Plaz. lib.1. Delict. ca-
pit.38.numero 7. cum alijs per eum adduct. Guidon.
Pap.dict. Deciſio.579. tenet cum Bartolo, Decia. de
Delict.eodem tit.de exim.car.lib.7.cap.11.num.2. &
Gomeſ.in dict.tit.de crim.læſ.Maieſt.qui ſub num.7.
declarat

declarat locum habere tribus concurrentibus ſum-
ptis à Iaſ.in §.pœnales, nu. 107. & Fabr.ibidem,& ab
alijs Inſtit.de act.quod reus eſſet incarceratus pro cri-
mine læſæ Maieſtatis, per gloſ.in l.4.§. item qui con-
feſſum, ad leg. Iul. Maieſt. quam tenendam vti com-
muniter receptam ait; ſecundò dicit procedere tan-
tum quando erat in carcere de ordine Imperatoris,
vel Regis, ſecus ſi iuſſu aliorum Iudicum ſub alijs
Principibus, & de hoc Iaſon vbi ſupra. Valdè dubi-
tat,& certè de facto procedit, & de alijs Principibus,
qui ſuperiorem non recognoſcunt,per ea, quæ dixi in
antecedenti articulo, num. 100. tertiò debere intelligi
quando reus debet pati pœnam mortis, ſecus ſi aliam
119 pœnam citra mortem. † Sed Iaſon limitat etiam ni-
ſi ab amicis, vel à conſanguineis appellatum eſſet, &
appellationi iuſtè eſſet deferendum, & nihilominus
Iudex non obſtante appellatione exequi mandaue-
rit, & caſus ſit propter non admiſſam appellationem
iuſtam irreparabilis, Felyn.in d.cap.ſi quando,& ibi
innoc. extra de offic. deleg.dixi ſuprà in materia reſi-
120 ſtentiæ, 7. concluſ. † Aliam limitationem tradit
quando ductus ad ſupplicium obuiam haberet Car-
dinalem, quoniam ponendo pileum in capite iuſti-
tiandi illum liberat,ſecundum Bald.& Salyc.in l.ad-
ditos,C.de epiſ.aud. Sed reuera hoc ex priuilegio fieri
dicitur, non de violentia, vt inquit Clar. quæſt.98.
verſ. vlterius quæro, vt hunc caſum enumerat inter
alios,ex quibus ſententia capitalis in actu executionis
ſuſpendi poteſt; quod tamen priuilegium damnatur
per Barba.in tract.de præſtan.Card.quæſt.9. in 1.par.
& idem tenet Plac. epit. delic. cap.34.quos refert Ba-
iard. ad Clar.d.quæſt.98. ver. vlterius, num.3. Poſſet
tamen eximens excuſari in parte propter amorem,
aut dolorem erga captum, de quibus dixi ſuprà poſt
verſ. modo ad primam concluſionem, & iſtæ quali-
tates ſanguinis, amoris, ignorantiæ, & ſimiles ſunt
probandæ ab eo, qui in eis ſe fundat, vt dicam in 3.
par. quia fiſcus habet fundatam intentionem in fuga,
per tot.tit.ff.ne quis eum qui,& l.1.ff.de effract. & in
121 l.eos,ff.de cuſtod.reor. † nec ſufficit eximentem di-
cere, neſciebam, vel non putaram, quia præſumptio
eſt contra illum qui dat operam rei illicitæ, Maſcard.
de probat.concluſ.532.num.24.50.& 53.& in ijs,quæ
ſunt de genere prohibitorum præſumitur dolus, l. ſi
non conuitij,C.de iniur.l.1. C. ad leg. Corn. de ſicar.
cap.1.de præſumpt.

Sed quando eſſet appellatum à ſententia capitali,
& Iudex non admiſerit appellationem, quam admit-
tere tenebatur,ſed iuſſit exequi,ſi dum ad ſupplicium
condemnatus ducitur,eximatur è manibus Berouai-
riorum,tunc licitè,& impunè eripi poterit,per ea,quæ
ſuprà dicta ſunt in materia reſiſtentiæ, ſecundum li-
mitationem Felyni, & aliorum in d. cap. ſi quando,
ver.tertio fallit, extra de offic.deleg.& per Farinac.d.
quæſt.32. num.77. & 108. Quod verum eſt, quando
non obſtarent ſtatuta,vel alij ordines,vt in Statu Me-
diolani, Mantuæ & alibi, quibus in locis non eſt lo-
cus appellationi in criminalibus, ad quorum intelli-
gentiá vide Nellum in tract.bannit. in 4. par. 5.temp.
quæſt. 1. verſ. pro huius quæſtionis reſolutione, &
Baiard.ad Clar.q.94. num.3.vbi diſtinctionem Nell.
122 reaſſumit, † & cautela erit pro eximente, & reo, vt
in loco tuto eximens reponat captum, & Principem
ſtatim certiorem reddat de cauſa, qua motus eſt ad
eximendum reum, qui reus licet in conſcientia ſit in-
nocens, & poteſt ab impoſtura, & iniuſtitia ſe defen-
dere, tamen non tàm citò in manibus iuſtitiæ reinci-
dat,ſed poſtquam ira, & rumor pacatus fuerit, re me-
lius intellecta,quia impedit ira animum,ne poſſit cer-
nere verum, vt dixi ſub num.94. Sunt & aliæ quæſtio-
nes in propoſito ſubiectæ materiæ à ſuprà dictis Do-
ctoribus explicatæ, quas hic conſulto omitto, ne de-
123 tur de copia exemplum; † Hoc volo aduertere, quòd
iſti Berouarij inuenientes aliquem armatum, non cu-
rant illum capere, ſed ipſis furari ſatagunt, ideoque
ſolent citiùs manum apponere ad marſupium deti-
nendorum, quam ad ligaturam manus, & auferunt
vſque ad interulam, & niſi de omnibus in relatione
capturæ rationem reddant, erunt tanquam fures pu-
niendi, per l.2.& l. Diuus,ff.de bon.damnato. Put. de
ſynd. in ver. familiaris, cap.3. num.13. quia id quod
ſupereſt vltra eorum debitam mercedem,ſi capti ſunt
pauperes, expendi debet in alimentis, vt infra in hac
parte dicam, ſi ſunt diuites,debet impendi pro cuſto-
dibus, & alijs publicis expenſis, idem Put. in ver. ex-
penſæ, cap.2.num.2. & 3. Arma verò dempta delin-
quenti capto à Berouarijs de conſuetudine inter eos,
& Baricellum diuiduntur,ſed de iure ſunt fiſci, Auth.
de armis, Aluarot. in §. ſi quis ruſticus, de pac.tenen.
& ita Baiar.ad Clar.quæſt.82,num.64. ver.ſed quid ſi
ſtatutum, & in repertis cum armis, ſi dum ſatellites
intenti ad rapinam, & ad marſupium, culpa huiuſ-
modi captus fugiat, debent puniri, & repertus ſi non
erit ductus in carceribus, non tenebitur pœna ſtatuti
de armis,l.Barſatoram, C. de fideiuſſ. Menoch. addit.
ad caſ.394.
124 † Sequitur videre; quæ perſonæ carcerari poſſint,
& quæ non: Verùm,quia ſunt plenæ omnium crimi-
naliſtarum paginæ, remitto vltra alios ad Farinac. in
tit. de carcer. & carcera. quæſtio.27.numero 41. cum
mult.ſequ. vbi ponit regulam affirmatiuam ex Barto-
lo ſumptam in l. fin. ad legem Iuliam peculatus. Et
ſtante authoritate Brachij Regij nullus priuilegiatus
erit immunis à captura. Quare viri, mulieres, Do-
ctores, Nobiles, equites, milites, & feudatarij, ſe-
nes, minores, & infirmi capi poterunt, ſi ita Iudici
Brachium Regium habenti videbitur, D. Menoch. de
arbit.iud. quæſtio. 88. Qua ſtante ſuprema authorita-
te,l.ad egregias,ff.de iureiuran.& l.ad egregias,de teſt.
& l.quoties,C.de Dignit.lib.12.& ſimiles diſpoſitio-
nes de conſuetudine locum non habent apud Iudices
ſupremæ authoritatis, niſi eis videbitur, per ea quæ
125 iam dicta ſunt in 5. par. † vbi de Clericis, ac alijs
perſonis priuilegiatis dixi, & infra in 3. par. dicam,
& vide Foller. pract. crim. Canon. par.2. cap.20.nu-
mero 9.& Menoch.dict.quæſtio.88. Franc. Marc.de-
ciſio.709.par.1. & Decia.de Delict. tom.1. lib.4. c.9.
& 10. Bertazol.conſil.crim.78. & ibi addit.volum.1.
Si verò Clericus coram Iudice laico falſum dixerit,
inibi detineri poterit, ſed non puniri, ad effectum
tradendi illum ſuo Iudici Eccleſiaſtico, quamuis di-
catur contempſiſſe, & offendiſſe iuriſdictionem, &
maieſtatem ſecularem, & officium Iudicis ſecularis,
vt ait Petr.de Ancharan. in cap.ea quæ,de regulis iu-
ris, Canon.in cap.poſtulaſti,de foro competẽti, Vant.
de nullit.ex defect.iuriſdict.numero 48.49. & 50. qui
tenet opinionem affirmatiuam. Contrariam autem
videntur tenere Feder. de Sen. conſil.93. Decian. de
Delict.de incompet.tom.2.Clarius in tit.de Cleric.&
Religioſ. lib. 4. cap. 9. vbi tenet, quòd ex incidenti,
quando Iudex ex officio, & non ad querelam proce-
dit, & Clericus falſum dixit, poteſt Clericus in bonis
puniri, ſecus quo ad perſonam, text. in cap. verum,
& ibi Scribentes de foro competenti, Decian.eodem
tit.cap.17.numero 27.lib.2.tom.1. At de delicto ante
Clericatum commiſſo debet puniri à ſuo Iudice, ſe-
cundum Doctores, in l. ſi quis poſtea, ff. de iudic.
Clar.quæſtio.36.ver.ſæpè numero, D. Farinac. de in-
quiſit.quæſtio.8.numero 104.fallit ſi ſumpſiſſe Cleri-
catum in fraudem conſtiterit, pract. Carrer. in §.ho-
micidium,vlt.numero 92. Petr.Caball. caſu crimin.
108. & Decia.dict.cap.10. tradit 20. Caſus, in quibus
Clericus à laico cogi, & reprimi poteſt, & idem in
cap.66.cum ſequ.quibus in locis habetur etiam quan-
do Iudex Eccleſiaſticus non poſſit cognoſcere de De-
lictis laicorum,quæſtio.36. Baiard. ad Clar. ſed in his
caſi-

caſibus ſemper conſules Bullas Summorum Pontifi-
cum, & non errabis. At de eo, qui delinquit, & po-
ſtea factus eſt miles, à Iudice militum puniri tenet,
Petr.Caball.caſu crimin.147. & ibi de milite, qui de-
linquit, & deinde deſijt eſſe miles.

Et Brachium Regium datur ob delicta grauiſſima,
nimirum, vt etiam priuilegiati capturari poſſunt, ex
126 quo † reatus omne priuilegium tollit, l. 1. ff. de ijs
quibus, vt indign. & ibi Doctores, & Anton. Co-
lumba. tracta. de modo proced. in controuer. crim.
artic. 76. vide de reatu text. in Clement. 1. §. 1. & ibi
Card. de Relig. Domibus, cap. vt Clericorum, de of-
fic. ordin. l. 1. & vbi Senator. vel Clariſſ. D. Farinac.
tit. de inquiſit. quæſtio. 10. num. 99. tenet quod tunc
ſit Reatus, quãdo nomen rei eſt receptum inter Reos.
Hinc eſt, quòd ſi grauitas delicti requirit aſperitatem,
leuitas autem delicti requirit lenitatem, in delictis le-
uibus lento gradu ad capturam deuenitur, maximè
contra priuilegiatos per quamcunque liberam, & ab-
127 ſolutam poteſtatem Iudex ſe habeat, † quia non
omne quod licet honeſtum eſt, vulg. l. non omne, de
regulis iuris, & iudicium, & diſcretio pari paſſu am-
bulant, Put. de Syndic. in ver. crudelitas, numero 5.
cuius verba ſunt corde tenenda, ſed in ſolitos delin-
quere nulla diſtinctio eſt habenda. Nam ſiue in gra-
uibus, ſiue in leuibus delictis ſemper acriter contra
huiuſmodi improbos procedendum eſt, vt in ſequ.
par. dicam. At tutiùs agendo cautela erit opus, quan-
do caſus contingat capiendi priuilegiatos, ſeu poten-
tes, verbum prius facere cum Principe, vel eius locum
128 tenente generali. † Item poſſunt retineri omnes
teſtes examinandi ſeparatim, donec omnes fuerint
examinati, ne ſubornentur, neve alter alterum in-
ſtruat, & etiam ne ſecreta curiæ pandantur (licet hoc
difficillimum ſit auaritiæ cauſa) aduertendo in pra-
ctica, ne teſtes ponantur in locis contiguis, quia vox
ſubmiſſa de vno carcere ad alium emittitur, ita vt per-
ueniat ad aures eius, cuius intereſt inſtrui, etiamſi in
129 infimo loco cuſtodiretur, † & quando teſtis tenuit
dicere veritatem, poteſt retineri vltra quinque dies,
l. eos, C. de falſ. Pacia. de probatio. cap. 47. num. 56.
lib. 2. & per l. eos, C. de teſt. at Iudici Brachium Re-
gium habenti nullum tempus limitatum eſt, & per
conſequens diſpoſitio, dict. l. eos, Cod. de falſ. ab eo
130 non ſeruatur, vt de alijs ſupradictum eſt. † Rur-
ſus quoad Clericos addo ſupradictis, quòd ſi Clericus
repertus ſit in adulterio per maritum, poterit retine-
ri per viginti horas, & poſtea conſignari Iudici ſuo,
Soc. in cap. ſi læſerit, numero 16. de iniur. & damn. da-
to. Bart. in l. capite quinto, ff. de adulter. Angel. de Ma-
lefic. in dict. ver. fama publica, numero 65. Sed Cano-
niſtæ tenent debere eum præſentari coram Epiſcopo
ſuo quamprimùm, vt teſtatur de communi Viui. com
131 mun. opin. in verb. Iudex laicus. † Et quando licet
laico capere Clericum in caſibus prænarratis hoc pro-
cedit quando Clericus eſt ſuſpectus de fuga, ita decla-
rat Farinac. quæſtio. 8. numero 116. tit. de inquiſitio.
& vide omninò Bertazol. conſil. 78. & ibi Addit.
vol. 1. vbi numero 5. adducit pulchrum Conſilium
Collegij Patauini, regiſtratum in 1. vol. Conſil. crim.
diuerſo. quod eſt in ordine Conſil. primum.

132 † Præterea licet arbitraria ſit Iudici qualitas car-
cerum, vel cuſtodiæ, an in ſtrictiori, vel latiori carce-
re ſint carcerati cuſtodiendi, & an in compedibus, &
maniris ferreis, vel non, Put. de Syndic. in ver. carcer.
cap. 3. verſic. an ſi plures, vt refert D. Menoch. de arb.
caſ. 305. numero 6. nihiſominus eſt facienda diſtin-
ctio nobilium à vilibus, iuuenum à ſenibus, ſeu infir-
133 mis, mulierum à maſculis, † & ſecundum qualita-
tem delicti, & perſonarum cuſtodia eſt adhibenda,
vt etiam aduertit Clar. quæſtio. 28. verſic. ſcias, & Me-
noch. dict. caſ. 305. numero 8. quia etſi cuſtodia carce-
ratorum ſit facienda iuxta conſuetudinem loci, vt di-
cit Put. in dict. cap. 3. numero 14. tamen ſpectat ad iu-
dicem mandare, qualiter reus ſit cuſtodiendus, & ſi
Commentarienſis, vel alter paruerit ſuperiori ſuo ſer-
uando formam commiſſionis, pœnam, nec (vt Man-
tuæ dicitur) ſchiauinam non meretur ſi carceratus au-
134 fugit. † Nam qui facit, quod habet in mandatis eſt
excuſatus, l. quod Nerua, ff. depoſit. quandoquidem
inferior non debet diffidere de eo, de quo eius ſupe-
rior confidit, nec præſumere contra mandatum ſu-
perioris, nec arguere ſi benè non aduertit, quando
quis non eſt Conſiliarius à latere Principis, vel quan-
do ignorat vires demandatæ cuſtodiæ; non enim li-
cet os ponere in cœlum, quod facit pro exoneratione
Iudicum, & ad inſtructionem, vt rei tutè cuſtodian-
tur, & detur forma cautè qualiter, & quomodo car-
cerati teneri, & cuſtodiri debent, facit Put. in dict.
verſic. carcer. cap. 2. numero 4. qui in hoc propoſ. pul-
chrè loquitur.

135 † Ad quod ſciendum eſt, quòd cuſtodes, ſeu com-
mentarienſes carcerum tenentur, nedum de lata cul-
pa, ſed etiam de leuiſſima, text. in l. 2. & per tot. il-
lum tit. ff. de cuſtod. reor. plura allegat Put. dict. ver.
carcer. cap. 2. & 3. Grammat. vot. 29. Bald. in l. 1. nu-
mero 5. de leg. & in dict. l. ad Commentarienſem, eo-
dem tit. vbi qui ſuſcipit rei cuſtodiam, & pretium te-
netur de periculo ſuccedente, l. carcerarij præpoſitus,
ff. de cuſto. reor. & tenetur de negligentia, cap. fin. de
renuntiat. qua de re cuſtos diligens, & peruigil eſſe de-
bet in officio ſuo, & eò magis quando alij dormiunt,
vide Cardin. in Clement. 1. §. porrò, numero 11. Io-
doc. pract. crim. cap. 17. num. 11.

136 † Vnde antequam captus detrudatur in carcerem,
carcerarius debet exquiſitè perquirere, an aliquod
ferreum habeat abſconditum in veſtimentis, & eum
denudare faciet, deinde reueſtitum mittat in locum
ſuum, & præbeat victum, & lectum, aduertendo,
ne quis eum alloquatur ſine iuſſu Iudicis, & oculatè
intueatur quicquid fertur carcerato, ne fortè in phia-
la ſit abſcondita aliqua lima ſurda, vel loco vini ace-
137 tum, † quod cum vrina mixtum ſuper pauimento
iniectum paulatim cementum marceſcit, vt euenit
Genuæ quando carceratus erat Colonnellus Franci-
ſcus, & appellatus Polinus, in pane aduertat, ne ſcri-
138 ptum aliquod inſit, † vel charta alba cum vrina, vel
ſucco limonis, aut aluminis ſcripta, quia ſuper ardo-
rem ignis appoſita litera apparet, & in ferculis mul-
toties latet venenum opera conſanguineorum intui-
tu honoris, ne ob carceratum infamiam publicam
incurrant, vel aſtutia conſociorum criminis, ne ma-
nifeſtentur à carcerato. Nam reperti quidam fuere,
qui dato mandato, & à mandatario executo, bonis
verbis mandatarium induxerunt ad ſe conſtituen-
dum, maria, & montes ei promittentes, & in vltima
cœna lauta illum veneno præparato potauerunt, & al-
tera die in carceribus conſtitutus, ſtatim infirmatus
eſt, & hinc paucis pòſt diebus obijt, & hoc modo mã-
datarius liberatus fuit, & mandans à timore exem-
ptus, qui tandem factum cum amico conferens luit
pœnas; exempla quædam habentur in addit. Baiard. ad
Clar. §. homicidium, numero 27. & ſequ. & ij conſan-
guinei, & cæteri qui veneno necant carceratos ſi ſunt
complices, & participes delicti, pro quo quis eſt in-
carceratus pœnam illius delicti ordinariam incurrũt,
l. ſancimus, C. de pœn. vltra pœnã huius delicti de pro-
pinantibus venenum, quæ eſt mortis. Clar. §. homi-
cidium, verſic. punitur, & teneri pœna paricidij, &
non læſæ Maieſtatis tenet Burſat. conſil. 216. num. 9.
volum. 2. Petr. Caball. caſ. crimin. 94. vbi in terminis.
139 † Et proditoribus merces datur à tergo manibus li-
gatis, vt refert Derian. de delict. tom. 2. lib. 7. cap. 30.
numero 7. & Marſil. in ſingul. 16. factum extitiſſe, &
de venenantibus carceratos, vide Doctores, quos ad-
ducit Brunor. à Sole, quæſtio. 26. numero 41. Inſuper
cuſtos

Digitized by Google

cuſtos ſæpè viſitet carceratos, & infirmorum ſtatim
notitiam det Iudici, vt curet de Medico, & medica-
mentis prouideri, vndique perquirat intus carcerem,
clauos, gladios, vel aliud genus ferri, aſtet ad fores quan
doque carceris noctis tempore aures præbendo: non
confidat, niſi quatenus de fide valdè expertus ſit, ſed
antequam ingrediatur in carcerem habeat aſtantem,
qui illum intus claudat, nec ſufficiunt binæ ianuæ,
quoniam in Ciuitate Genuæ, fracto oſtio à latere
carceratorum, dum carcerarius primum aperuiſſet
ingreſſus pro aperiendo ſecundo oſtio, ibidem inue-
nit carceratos, ſtatim in carcerarium irruentes, quem
lethaliter vulnerarunt, & eius famulum acclaman-
tem malè tractauerunt, & tres carcerati pro atrociſſi-
mis delictis fugerunt die ſolemniſſima Sanctiſſimi
Corporis Domini Noſtri, dum proceſſiunaliter (vt
de more eſt) tota ferè Ciuitas illa deuotiſſima aſſocia-
bat Arcam Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, & cuſtodes qui-
dem fuerunt in culpa, diligentiam nequaquam adhi-
bentes, ſed reliquerunt paruum gladium, abſque mu-
crone cum cyatho vetri carceratis, qui ſuper cyathum
gladio percutientes limam ſurdam confecerunt, &
cum ea oſtij ferramenta, & vectem ferreum (quam-
uis rudem) corroſerunt, & cum eodem met vecte
cuſtodes, vt ſuprà, malè tractauerunt, cuius rei cauſa
ferè commota eſt tota Ciuitas, alij quippe ad viden-
dum, vt de more eſt vulgi acceſſerunt, alij ob metum,
alij ad perquirendum fugitiuos abierunt, ſed in va-
140 num laborauerunt. † Item cuſtodes carcerum cu-
rare debent, ſaltem diebus feſtiuis, vt carcerati (qui-
bus proceſſus eſt publicatus) audiant Miſſam (ſi fieri
poteſt) dummodò carcerati non ſtent ſuper loco ſa-
cro, alioquin immunitate Eccleſiæ gauderent, de qua
in 1. par. & in hac, num. 26. cum ſequ.

141 † Iudices autem quando habent magnum virum
in carcerem pro cauſa magna, cui morem gerere quan
doque expedit, benè aduertant, ne ſius cum magna
comitiua ad eum venientibus præbeant audientiam,
niſi comitiua de foris remanente, nec ſinat alloqui
carceratum à potente, vel ab alio, niſi ipſo Iudice præ-
ſente, vel alio de quo Iudex ipſe ſummoperè confi-
dit, alioquin (vt plurimùm) iuſtitia eluſa remanebit,
præſertim quando cauſa inter potentes agitur, & pro
cautela, & conſilio erit, vt magis doleant intereſſati,
142 quam Iudex. † Nam mos ei gerendus non eſt, qui
ſolum facit, vt officiat, vt ſunt inuidi, l. in fundo, ff. de
rei vend. l. 1. ff. de aqua plu. & Angelus malus putans
ſedem ponere in Aquilone, eiectus eſt in profundum
inferni, aſſectaturque inuidia fœlicitatem alienam, &
timet ne propria auferatur, & detur facienti fructum
bonum, vnde Poeta:

O inuidia nemica di virtute,
Che à be' principij volontier contraſti.

Et prædicta omnia ſunt menti tenenda, quia ſunt
quæſtiones, quæ in facto extiterunt: experto crede.

143 † Verùm ſi cuſtodes, & alij pro munere ſui offi-
cij ea facient, ad quæ tenentur, iux. l. qui facit, de reg.
iur. non erunt in culpa, & ea ceſſante, vtique pœna
ceſſabit, l. generaliter, vbi Bart. C. de Epiſc. & Cler. &
econtra qui non facit quod debet dicitur in culpa, glo.
in l. videamus, ff. locat. Vant. de nullit. ex defect. citat.
num. 75. & in dolo eſſe dicitur, qui facit vltra quam
natura rei deſiderat, l. quod Nerua, ff. depoſit. ſed exu-
berans cautela non nocet in cuſtode, ſi cautela non ſit
contraria cuſtodiæ, cum omne nimium vitioſum,
Gloſ. in l. penult. C. de cuſtod. reor. & not. Glo. in Au-
thent. vt de ter. ſit, num. circ. princ. col. 1. & de alijs om
nibus per Put. de Syndic. in verb. carcer. cap. 3. num. 4.
& 5. & 10. & cuſtodes de lata culpa grauiter punien-
tur, & quandoque vſque ad mortem, ſed de leuiſſima
culpa leuiter, vt pœna commenſuretur delicto, l. mili-
tes, in verb. nimia negligentia, ff. de cuſtod. reor. Put.
vbi ſupra, numero 12. & 13. in terminis Boer. deciſio.
144 217. per tot. † Qua de re cuſtodes faciendo cuſto-
diam ſecundum conſuetudinem, & mores carcera-
riorum, non erunt in culpa ſi carceratus fugerit, l. quid
ſi fugitiuus, §. Labeonem, ff. de ædilit. edict. l. fin. C. de
fideiuſſ. Put. vbi ſupra, numero 14. & 15. Gabriel. co.
concluſ. tit. de malefic. concluſio. 8. numero 55. lib 7.
vbi excuſat Cuſtode, qui Nobilem virum in arcto
145 Carcere non cuſtodiuit. † Sed cuſtos de ſuo nõ tene-
bitur reaptare, & aſſecurare carceres, quæ nõ ſunt tuta?
ſed malefacta. Sat eſt enim quod moneãt debito tem-
pore Iudicem, & Iudex Dominum, vel alios, ad quos
fabricatio carcerum ſpectat, de qua re Clar. in quæſt.
146 46. ver. & quoniam, † dicit, quòd cuſtodia ad Do-
minum, & fabricatio carcerum ad ciuitatem, & loca
in quibus de carcere prouidendum eſt, Put. d. cap. 3.
ſub numero 15. vbi tex. alleg. in l. prætoria, C. de oper.
publ. Nec etiam cuſtos de caſu fortuito tenebitur,
quando prouideri non potuit, vt de facto famuli, qui
diu fidelis exiſtens, tandem corruptus fugere permiſit
carceratos, d. l. milites, §. ſi verò fortuito, ff. de cuſtod.
147 reor. † Nam à proditione Deus omnipotens nos li-
beret, hinc Put. in d. cap. 3. num. 8. & 9. & in cap. 7. nu-
mero 2. dicit, quòd homo diuinandi arte præditus vix
poterit præcauere à proditione, & facit Bald. in l. quæ
148 fortuitus, ff. de pign. act. † At cuſtos etiam in hoc
caſu culpa non careret cum nimium confidit de fa-
mulo, relinquendo ei curam carceratorum, & ipſe
deambulando, die noctuque ludendo, & meretrican-
do tempus tereret, non ſic de Baſtiano carcerum
Mantuæ cuſtode dici poteſt, qui eſt vir probus, dili-
gens, & cuſtos diſcretus, vt requiritur, & dicit Paul.
Ghirlandus de carcer. cap. 2. num. 5. Vnde facit illud
vulgare: Non ti fidare, & non ſarai gabbato, & Boer.
in d. deciſ. 217. num. 4. dicit: Non ti fidar de prigioni
ſer Gaſpare, ſe non vuoi che ti ſia mozza la teſta.

149 † At ſi contingat carceratum in carceribus mori
facta ab initio relatione Iudici de infirmitate (vt præ-
dixi) carcerarius erit excuſatus, l. quemadmodum, §.
Magiſtratus, ad leg. Aquil. & in l. carcerarij, ff. de cuſt.
reor. d. cap. 2. num. 5. & ita præſumptio ceſſabit, quæ
oritur contra cuſtodem, de qua in l. cum ita, §. ſpecies,
de leg. & Cor. conſ. 136. vol. 1. Contar. tract. de carcer.
num. 26. & Boſſ. d. tit. de carcer. num. 7. & num. 23.
150 vbi etiam dicit, † quod carceratus non poteſt inſti-
tuere hæredem, cuſtodem, vel alium officialem, & cu-
ſtos tenetur probare non culpam, facit Caroc. de lo-
cat. Rubr. de culp. & de caſibus, & pericul. Ang. Aret.
in verb. fama publica, & cuſtos tenebitur pro culpa
vxoris, filiorum, famuli, & ancillæ, Iaſ. conſ. 27. incip.
cuſtodes, quem refert Boer. d. deciſ. 217. num. 11. vbi
teſtatur ita fuiſſe iudicatum.

151 † Item cuſtos ſummoperè cauere debet ne ſe im-
miſceat carnaliter cum mulieribus carceratis, quia in-
currit pœnam deportationis, & confiſcationis bono-
rum, arg. l. 1. C. ſi quis eam cuius tutel. geſſ. ſtup. & ita
tenet Paul. Ghirland. de pœnis omnif. coitus, quæſt.
13. quam pœnam limitat locum habere in muliere
honeſtè viuente, quam cuſtos honeſtè cuſtodire de-
bet, vt ibi num. 2. & per l. 3. & fin. ff. de cuſto. reor.
152 † Sed etiam ſi cum meretrice carcerata rem carnali-
ter habuerit, eadem pœna eſt puniendus, vt per Clar.
in §. fornicatio, ver. cũ carcerata, & Boer. d. deciſ. 217.
dicit hac de cauſa fuiſſe foſtigatum quendam carce-
rum cuſtodem, & idem firmat D. Menoch. de arb.
iud. quæſt. 88. num. 21. per bonam rationem ibi aſſi-
153 gnatam, & in d. tract. caſ. 292. in fin. † quibus in lo-
cis habetur etiam quod de Iudice, vel alio officiali
rem carnalem habentibus cum carcerata, vel aliter
ſubdita, & hanc opinionem ſequitur Farinac. quæſt.
154 21. num. 112. cum ſeq. tit. de carcer. & carcerat. † Et
ſi carceratus carnaliter ancillam, aut vxorem cuſto-
dis cognouerit, pœna arbitraria erit puniendus, D.
Menoch. d. caſ. 292. num. 5. & 6. nec etiam excuſa-
buntur

buntur ſupradicti à pœna arbitraria, ſi de concordia
rem habuerint, imò in pœnis ordinarijs de adulterio
condemnabuntur, t. t.tit.ad leg. Iul. de adult. & Va-
155 ler. Max. hæc de luxuria dicit, † Blandum malum
" luxuria, quam accuſare aliquanto facilius eſt, quam
" vitare, operi noſtro inſeratur: non quidem, vt vlium
" honorem recipiat, ſed vt ſe ipſum recognoſcens, ad pœ-
" nitentiam impelli poſſit, iungatur illi libido, neque
aut à reprehenſione, aut ab emendatione ſeparentur,
gemino mentis errore connexa: hæc ille. Sed auaritiæ
mater libidinis, quæ ſimul in maribus viduis vigent,
teſte Aug. Blanc. ad Ant. & in materia cuſtodis carce-
rum vide Fab. à Monteleo, in eius pract. arb. in 4. par.
à num. 850 vſque ad num. 879. & Bonacoſſ. ſuper ſta-
tu. quæſt. crim. in verb. carcer. vbi infert ad multa. Et
quod mulieres poſſint carcerari quis dubitat? expe-
rientia vbique locorum docet, Petr. Caball. caſ. crim.
78. ſed ab accuſando de crimine publico repelluntur,
l. qui crimen, C. qui accuſ. non poſſ. Rubr. de poteſta.
Proc. & defenſor. in caut. crim. num. 52.
156 † Trita eſt, ſed quotidiana materia, & neceſſaria
ſcire quando, & quibus ex cauſis carcerati relaxandi
ſint; qua circa ſciendum eſt, quod licet pluribus ex
cauſis carcerati relaxari debeant, de quibus per Zaſ.
conſ. 19. Rol. à Vall. conſ. 58. vol. 1. Boſſ. de car. fide-
iuſſ. relaxan. Gulrl. de relaxat. carcerat. D. Menoch. de
arb. caſ. 303. & 304. tamen tres ſunt cauſæ principales
pro quibus carcerati fideiuſſoribus relaxari ſolent.
157 † Prima quando euacuato proceſſu informatiuo
parum aut nihil carceratus grauatus eſt, quo caſu ſi
delictum non eſt atrox, relaxatur fideiuſſore, l. 1. C. de
exhib. reis, Boſſ. in tit. de carcer. fideiuſſ. relaxan. nu-
mero 15. Foller. in ver. examinati liberentur, in princ.
Clar. quæſt. 46. ver. pariter. At vbi veriſimiliter dubi-
tari poſſet de propalatione proceſſus facienda correis
abſentibus, carceratus non debet relaxari, niſi prius
expedita cauſa contra abſentes, Ang. in l. nullus, circ.
158 princ. C. de exhib. reis. † Et in hoc propoſito ſcias
in practica, quòd ſi aliquod delictum enorme patra-
tum ſit à pluribus, quorum vnus, qui fortè modicam
culpam habet, capiatur, cautela erit, non tàm exquiſi-
tè illum interrogare fingendo longiùs ire, & diſſimu-
lare, ac ſi nihil curiæ conſtaret, fingendo velle facere
quod non vult, vt inquit Put. de ſynd. in ver. tortura,
1. cap 7. & illum poſtea relaxare fideiuſſori tanquam
eſca accipiendi conſocios criminis, qui exemplo
iſtius ſe fortaſsè conſtituent, vt mihi Iudici pluries
euenit, qui ſponte conſtituti, & ſtatim reuocato ad
carceres primo ſic relaxato, alter alterum indiciauit,
& omnes pro modo culpæ condemnati fuere. Verun-
tamen cautela hæc non ſemper, ſed cum grano ſalis
adhibenda, nec eſt practica iuuenum, vel nouitio-
159 rum, † ad quæ vide Aug. in d. l. nullus, C. de exhib.
reis, vbi nonnulla alia inconuenientia adducit ob re-
laxationem carceratorum, ante cauſæ expeditionem,
& illud præcipuum eſt, quod quando reuocati no-
lunt redire, bonum eſt in eorum renitentiam eos ban
nire, & fideiuſſorem cogere ad ſoluendum Gano. de
malef. in Rubr. quid ſit agendum Reo præſente nu. 6.
& aduerte, quia malitioſi delinquentes contrario an-
tidoto vti ſolent, & ſatagunt, vt in querela inter com-
plices etiam aliquis innocens nominetur, & contra
eum examinari aliquem, vt locus ſit publicationi
proceſſus, vel ſaltem reus iſte fictus percipiat à ſuo
conſtituto quid ſit contra verè complices, & relaxato
fideiuſſori referat omnia ad inſtructionem aliorum.
160 † Secunda cauſa principalis eſt, quando carcerati
ſunt infirmi, quoniam hoc in caſu, vel ſunt relaxandi
in eorum domibus ſub fideiuſſore, ſi caſus non ſit
atrox, & carceratus non ſit farinellus, & ſi infirmus
ſit pauper, relaxatur ſub iuratoria cautione, vt infra
dicam, vel mittitur ad Hoſpitale ſub cuſtodia, at ſi
non eſt pauper, poteſt relaxari in latioribus carceri-
bus, vt mederi poſſit, & ſi eſt farinellus morbo lethali
grauatus, vtique hoc fieri poteſt ſub bona tamen cu-
161 ſtodia † ſ[illegible] luenda à carcerato, ſi modum habet, ſi mi-
nus, expenſis fiſci, Put. de Syndic. in ver. carcer. cap. 2.
non approbando illam practicam, tenendi eum in
compedibus ferreis, quando delinquens eſt infirma-
tus ad mortem, antequam ſit confeſſus, vel conuictus,
& ita practica bona obſeruat, ne homo ad imaginem
Dei creatus abſque remedio inter Chriſtianos dica-
tur, quia nullus tàm iniquus eſt, qui non poſſit ſalua-
162 ri pœnitentia ductus. † Sed aduertendum eſt circa
relaxandi modum ex cauſa infirmitatis, vt prius præ-
cedat Medici iudicium, qui Medicus debet eſſe confi-
dens Fiſco, & Iudici, nec ad inſtantiam vnius partis
tantum eſt vocandus, niſi vtraque parte, & fiſco con-
cordantibus, alioquin Iudex ipſe Medicum confiden-
tem ſibi eliget. Gulel. de Suz. in proœm. ff. §. 1. Blanc.
pract. cap. ijs ſic præmiſſis, num. 87. & in practica ita
ſeruatur, ſiue procedatur ex officio, ſiue per accuſa-
tionem. Et quando ex cauſa (partibus inſcijs) Iudex
vocat medicum, cùm pro exoneratione officij Iudi-
163 cis hoc fieri debet, † & de iudicio Medici conſtare
debet penès acta Curiæ, Coriet. ſing. in verb. Medi-
cus, Luc. de Penna in l. ſemel, C. de re mil. lib. 12. tu-
tiùs erit adhibere duos quando haberi poſſunt confi-
dentes, & delinquens eſt carceratus pro graui deli-
cto, & grauatus indicijs, vel eſt farinellus, qui ſolent
cauſam dare ſuæ infirmitati, vt ſub eo prætextu rela-
xentur, at ſi non poſſunt adhiberi duo, vnus ſufficit,
164 vt dixi de teſt. par. 3. nu. 248. † Et Medici & alij pe-
riti recuſantes venire, aut ſuum iudicium edere, poſ-
ſunt cogi à Iudice, Ang. in l. argentarius, §. fin. ff. de
eden. Clar. §. homicidium, verſ. ſcias autem, dixi de
165 teſt. par. 1. num. 50. † Sed regulariter teſtimonium
peritorum ſine iuramento tenet circa eorum peri-
tiam, Soc. reg. 516. & d. teſt. in 3. par. numero 93. ta-
men de conſuetudine iurare debent: in propoſito vi-
de Farinac. de indic. & tort. quæſt. 37 numero 141. vbi
dicit, ſtandum eſſe relationi Medicorum an tortus
obierit ob immoderatam torturam.
166 † Tertia cauſa, ob quam carcerati ſolent relaxari,
eſt (vt de more) in feſtis Natalis Domini, & Paſchalis
Reſurrectionis præſtita fideiuſſione, Boſſ. e. d. tit. de
carcer. fideiuſſ. relaxan. numero 27. Clar. d. quæſt. 46.
ver. ſolent etiam plerumque, quod procedit etiamſi
proceſſus nondum ſit publicatus, Menoch. de arb. caſ.
303. numero 38. Franc. Marc. deciſ. 796. Farinac. quæ-
167 ſtio. 33. numero 37. de carcer. † & ideò Iudices ma-
leficiorum & alij, ad quos ſpectat expedire cauſas car-
ceratorum, debent eſſe diligentiores in menſibus De-
cembris, & tempore Quadrageſimæ propè Paſcha, &
omni cura incumbere expeditionibus carceratorum,
vt fit Mediolani per Ill. Senatores ad id particulariter
deputatos, teſtatur Clar. d. quæſt. 46. & ipſe pluries vi-
di; ſic Sereniſſ. Mantuæ Dux Chriſtianiſſimus in illis
diebus ſignaturam generalem facit circa carceratos
condemnatos à D. Capitaneo Iuſtitiæ, cum aſſiſtentia
Illuſt. DD. Conſiliariorum, & Excell. Præſidis Sena-
168 tus, † cuius loco nunc fungitur D. Donelmondus
prudentiæ, & integritatis nemini ſecundus, alioquin
ſi interim ob negligentiam iudicum, & aliorum ali-
quis carceratus pereat in carceribus, ſciant omnes ſe
rationem reddituros coram Deo, & eò magis, qui li-
berum arbitrium habent, quando non habent impe-
169 dimentum iuſtum. † Et virtute huius liberi arbitrij,
ſi carcerati aliquo certo tempore ſolent de more rela-
xari à Iudicibus ordinarijs, tamen qui habent ſupre-
mam authoritatem etiam ante tempus relaxare poſ-
ſunt carceratos, Bald. in d. l. milites, num. 7. C. de mi-
lit. teſt.
170 † Verùm enim verò non ſunt relaxandi homines
ſceleratiſſimi (vt de farinellis dixi) nec poſt, nec ante
proceſſus publicationem, nec qui eſt confeſſus, vel
conuictus

Digitized by Google

conuictus de crimine, vbi ingeritur pœna corporalis,
principaliter, aut in ſubſidium maximè quando ſocij
ſunt abſentes, res vt ſuprà aduerti. Item non ſunt re-
laxandi fideiuſſoribus capti in flagranti crimine, nec
pro falſarijs, nec teſtis, qui torquendus eſt, vt de ijs om
nibus eſt videre Baiar. ad Clar. d. q. 46. à num. 27. vſq;
ad num. 43. & Foller. pract. in d. verſi. examinari libe
rentur. Nec quando pœna eſt arbitraria ſuperiori Iu
dici. Nam inferior, inconſulto ſuperiore, carceratos
relaxare non poteſt, Boſſ. in tit. de carcer. fideiuſſ. re-
laxan. per tot. Menoch. de arbitr. d. caſu 303. nu. 41.
plures caſus ponit, quibus carcerati non relaxantur.
Nec qui iam condemnatus eſt, vel de proximo con-
demnandus relaxari debet etiam in pœna pecuniaria,
quia oportet ſoluere & non fideiubere. per tex. l. 4. §.
ait Prætor. ff. de re iud. & mora non admittitur. Bal.
in l. quicunque. col. 6. nu. 20. C. de ſer. fugi. Borg. De-
ciſio. 39. p. 1. Rom. ſing. 242. Farinac. de Carcer. q. 33.
num. 19. & ante nu. 18. vbi tenet idem in confeſſo, &
cõuicto. l. ſi confeſſus. ff. de iuſt. Reorum. Menoch. de
arbi. caſu 325.
171 † Et quoniam dixi, quòd ſi carcerati ſunt paupe-
res, vel fideiuſſores minimè inuenerint, quod iura-
toria cautione relaxabuntur, hoc eſt verum conſtito
prius ſummariè de diligentia & impotentia, vt per
Addt. ad Clar. d. q. 46. verſi. ſed nunquid, & verſ. ſcias,
vbi etiam dicit ꝙ Illuſtres perſonæ nõ relaxantur ſub
iuratoria cautione, & ꝙ diſpoſitio l. quoties. C. de di-
gni. lib. 12. receſſit ab Aula, ex quo reatus omne priui
172 legium tollit. † At Paul. Ghirl. de relaxat. carcer. nu
me. 8. dicit, ꝙ nobiles magnæ exiſtimationis poſſint
relaxari ſub magna iuratoria cautione (ſi ſunt etiam
diuites) puta ſub pœna ſcutorum mille, aut duorum,
vel trium, iuxta qualitatem delicti, & diuitias, quan-
do ſcilicet pœna non eſt capitalis, Bonacoſſ. q. crimi.
in ver. fideiuſſor, ver. ſi quis ex forma, ſed hoc eſt arbi
173 trarium Iudici, Menoch. d. caſu 303. & 304. † Qui
autem dicatur Illuſtris perſona, tradit idem Menoch.
caſ. 68. & Luc. de Pen. in l. quoties, nu. 6. C. de dignita.
lib. 12. & ad prædicta Iaſ. in l. 1. ff. qui ſatiſda. cog. vbi
tenet non eſſe admittendum illum ad iuratoriam cau
tionem, qui ob malos & corruptos mores illam non
inuenit, nec illum qui periurus eſt. Luc. de Pen. in d. l.
174 quoties, nu. 3. † Poſſet tamen dare pignus loco fi-
deiuſſoris, Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des Iuſtices,
rubr. 1. §. 1. num. 171. ſi ita Iudici videbitur; ſecus eſt
quando ſtatutum requirit dari fideiuſſorem idoneũ,
Carpa. ſuper ſtatu. Mediol. c. 24. nu. 46. vol. 1. Ita etiã
eſt arbitrarium Iudici, an in pęnis arbitrarijs relaxa-
tio fideiuſſori concedenda ſit, necne, D. Menoch. d.
175 caſu 303. num. 41. † tamen non poterit quis alium
pro ſe vadẽ dare, & in carcerem ponere, Clar. q. 47.
verſ. ſed nunquid, niſi quando inter Reges, aut Prin-
cipes hincinde dantur obſides, Afflict. in c. humani-
tate, ſub nu. 54. lib. 2. Baiar. ad Clar. d. q. 46. verſ. cæte-
rum, nu. 43. vide D. Borgn. in deciſ. 1. & 2. par. 1. Sed
Valer. Maximus lib. 4. c. 7. de Damone & Pythia nar
rat, quorum alter pro altero ſe vadem dare non dubi-
tauit, donec interficiendus ad carceres redierit, de hoc
etiam Cic. lib. 3. Offic. qui ob tanti amoris gratitudi-
nem liberati fuere, ſimiliter in vita flos Sanctorum
176 legitur de Sancta Dorothea & Didimo. † Sed nec
pater pro filio, nec dominus pro ſeruo, nec amicus
pro amico iure noſtro incarcerari poteſt, Afflict. in cõ
ſtitut. humanitate, num. 54. lib. 2. quia nemo eſt do-
minus membrorum ſuorum, l. liber homo, ad legem
Aquil. poteſt tantum dari ſeruus, vel animal pro no-
xa, vt tot. tit. de nox. act. & Inſtitut. ſi quadrup. pau-
per. feciſſ. dicatur. §. penult. imò brutum propter de-
lictum punitur, pulchre Guid. Pap. deciſ. 238. & ibi
Add. vbi de porco & mulo combuſtis, Roma. in l. 2.
nu. 5. C. qui teſtam. fac. poſſ. Iodoc. pract. crim. c. 142.
de damno pecuatio. Nihilominus bona cautela quã-
doque fuit citare filium pro patre abſente, & delin-
quente adhuc non vocato, vel ècontra, ſumpta occa-
ſione ex aliqua leui cauſa, vt delinquens latitans amo
re ductus vel compareret, vel delinquere deſineret, &
quem Barisellus capere nequiuit, amor captiuum fe-
cit: quod quidem remedium eſt extraordinariũ, nec
fit niſi contra perſonas non nobiles, & malæ vitæ, &
in grauiſſimis delictis, necnon à Iudice ſupremæ au-
thoritatis, ad effectum quod directè fieri nequit, per
indirectum exequatur, vt delicta non remaneant im
punita, l. congruit, de offic. præſ. cum ſimil. quia ars
deluditur arte.
177 † Et quamuis captus pro vno delicto non poſſit re
conueniri pro alio de iure, tamen in practica contra-
rium ſeruatur, Clar. q. 34. ver. de carcerato, & Caual-
ca. deciſ. 1. nu. 43. par. 1. Ludo. deciſ. 70. Caſo. tract. cri-
mi. diuerſo. tit. de captura, c. 14. num. 18. Boſſ. eod. tit.
nu. 91. Iaſ. in l. in plerique, ff. de in ius voc. Bart. tract.
de carcerat. num. 18. Marſi. pract. §. attingam, nu. 32.
Farinac. q. 7. de inquiſitio. nu. 42. & eò magis attenta
abſoluta poteſtate Iudicis noſtri.
178 † Cautiones autem pluribus modis fiunt, uno mo-
do quando quis pro ſe ſua bona obligat verſus alium,
vel officium Iudicis, & hæc cautio nuda appellatur,
de qua in l. omnes. §. in hac autem, C. de epiſ. & cleri.
alio modo appellatur cautio iuratoria, de qua ſuprà,
& in §. ſi autem dixerit, in Auth. de litig. Alia eſt cau
tio de iudicio ſiſti, vt in l. 2. §. vltimo, ff. qui ſatiſd. cog.
179 † & iſte qui hanc cautionem præſtat, debet eſſe di-
ues, & facilis exactionis, & tenetur ad intereſſe, etiam
in pęnalibus per illum tex. Alia eſt cautio de iudica-
tum ſoluendo, de qua in rubr. & nigr. & ibi Docto.
ff. iudic. ſol. Bart. in l. diffamari, C. de ingen. & manu-
miſ. & hæ tres cautionum ſpecies ſunt tantummodo
in vſu. Nam ſub illa cautione de iudicio ſiſti conti-
netur illa de præſentando toties quoties, & altera de
ſoluendo pœnam ſi nõ præſentauerit, & caſu quo neu
tra inueniri poteſt, tunc recurritur ad cautionem iura-
toriam. Et quamuis iuratoria cautio in criminalibus
non habeat locum regulariter, vt ſcribit Bal. ad Spec.
in tit. de accuſat. verſ. in criminali, & alibi, quem alle-
gat Marſil. d. rubr. de fideiuſſ. nu. 181. tamẽ limitatur
in maſculo, non autem in fœmina; & quicquid ſit
de iure, contrarium obſeruatur de conſuetudine, quia
vtrique conceditur, Clar. d. q. 46. verſ. ſed quid agẽdũ,
& facit Surd. conſi. 68. quæ res iudici arbitraria eſt,
180 D. Menoch. de arbit. caſu 139. † At facinoroſi ne-
quaquàm relaxandi ſub iuratoria cautione, ex quo ha
bent corruptos mores, vt dixi nu. 170. & Bal. tenet in
auth. cui relictum, C. de indic. vid. toll. & de alijs limi
tationibus vide Doctores in d. l. 1. ff. qui ſatiſda. cog.
& Fab. à Monteleo. pract. arb. par. 6. q. 2. a nu. 8. vſque
ad nu. 15. Sed aliqua datur differentia inter cautionẽ
ſeu fideiuſſorem de iudicio ſiſti, & de ſe præſentando,
de qua per Boſſ. in tit. de carcer. fideiuſſ. relaxan. n. 59.
181 † Nam qui promittit iudicio ſiſti ſucceſſiuè tenetur
vſq; ad ſniam, Iaſ. in l. ſi de. uſſor. §. fideiuſſor, nu. 7. ff.
qui ſatiſd. cog. vbi nu. 19. ait ꝙ lata ſnia iſte fideiuſſor
liberatus intelligitur, etiaſi fuerit appellatũ, Duc. Reg.
333. & Barantes ſing. diuerſor. ſingu. 30.
182 † Qui verò promittit de præſentando ſolùm, ſemel
repræſentando liberatus eſt, Boſſ. vbi ſupra num. 35.
niſi adiecta ſit clauſula toties quoties, quia per eam fi-
deiuſſor dicitur obligatus repræſentare pluries, Boſſ.
num. 36. Marſ. ead. Rubr. nu. 99. & pluralitas de duo-
bus contenta eſt, l. falſa, in fi. ff. de condi. & demonſt.
& huiuſmodi fideiuſſor toties quoties tenetur etiam
poſt ſententiam, Bal. in l. qui crimen, col. 2. nu. 11. &
12. C. qui accuſ. non poſſ. Matheſ. ſing. 177. nu. 1. intel
lige durante inſtantia, vt per Afflict. in c. ſæpè contin-
git, num. 4. & 5. ſuper conſtitut. vbi etiam dicit, quòd
elapſo biennio fideiuſſio de iudicio ſiſti à die litis con
teſtatæ expirat, Carauit. Rit. 44. nu. 12. Imol. conſi. 47.

183 † Et non ſufficit repræſentare reum coram Iudice
ſimpliciter, niſi etiam reus in eius fortijs tradatur,
hoc eſt conſignetur Collaterali, ſeu Commentarien-
ſi, vel Baricello, aut famulis, aut cuſtodi carcerum, iu-
dice interloquente eum fuiſſe conſignatum, & pro
conſignato haberi, & ita cuſtodiri mandauit, Boſſ. in
184 tit. de carcer. fideiuſſ. relaxan. num. 36. & ſeq. † Nec
mora iſto in caſu committitur, niſi fideiuſſor fuerit
interpellatus, non obſtante diei interpellatione, in-
tra quod præſentare promiſit, Farinac. de carcer. q. 34.
nu. 105. & 106. ſed propter vim iuramenti, vide infra
nu. 217. Fideiuſſor verò de iudicatum ſoluendo dici-
tur fideiuſſor in litem pro condemnatione futura,
Iaſ. in l. ſi verò, nu. 3. ff. qui ſatiſda. cog. vbi per mortẽ
principalis fideiuſſor non liberatur, intellige vt infra
nu. 243. vbi etiam dicam, quòd per mortem fideiuſ-
185 ſoris hæredes eius non remanent liberati, † cùm gra
uis obligatio transſeat ad hæredes actiuè, & paſſiuè,
Mart. ſing. 159. Afflict. ſuper conſtit. tit. de fideiuſſ.
dan. nu. 5. lib. 3. & dixi infra nu. 244. in hac par. quæ li
mita, quando fideiuſſio datur pro pœna, ſecus ſi ſim-
pliciter data ſit pro furto, vel alio delicto, Sebaſtia.
Medic. in ſuo tract. mors omnia ſoluit, concluſ. 45. &
inf. d. nu. 244. & ſeq. & in hac ſpecie pœnæ fideiuſſor
poteſt accipi, quamuis principalis non ſit obligatus,
& iſta eſt fallentia ad cap. acceſſorium, & l. cum prin-
cipalis, de reg. iur.

186 † Sed principalis abſoluto in prima inſtantia, an
hic fideiuſſor ſit liberatus, dico quòd non, Clar. d. q.
46. ver. ſed nunquid, & Gabriel. eo. concluſ. tit. de fi-
deiuſſ. concl. 4. Franc. deciſ. 320. quod intelligo ve-
rum, niſi ſententia tranſiuerit in rem iudicatam, ad
hæc vide Clar. q. 57. ver. & hæc quidem, & Bertazol.
conſ. 396. nu. 4. vbi quando dicatur ſententia tranſijſ-
ſe in rem iudicatam: & an fideiuſſio lata ſententia
expiret, vide Petr. Caball. caſ. crim. 109. quando ſen-
tentia habet remedium appellationis, vel eſt alia via
reuiſoria: ipſe verò ponderarem primò verba fideiuſ-
ſionis, ſecundò quid ſeruari ſoleat in huiuſmodi caſi-
bus, vide nu. 95. p. 5. vbi diſtinguitur.

187 † Præterea fideiuſſor qui promiſit pœnam ſoluere
toties quoties fuerit contrauentum, iſta pœna habet
locum tantum in bina contrauentione, vt bis tantum
exigatur ſi contrafiat, Marſ. pract. §. quoniam, nu. 13.
& ſeq. vide infra nu. 242.

188 † Item ſi à ſententia datur appellatio, tunc omnes
iſtæ tres fideiuſſiones, videlicet, de iudicio ſiſti, de prę-
ſentando toties quoties, & de iudicatum ſoluendo,
debent ſimul dari, quod eſt notandum, Franc. Marc.
deciſ. 297. par. 2. Farinac. de carcer. & car. q. 34. num.
110. & Clar. ponit cautelam, qua recipiendi ſunt fidé-
iuſſores, quæſt. 46. ver. ſi tamen.

189 † Rurſus quoad fideiuſſionem pęnę de iure cõmu-
ni non poteſt quis pro ſe nec alio fideiubere de ſoluen
da pęna corporali, cum nemo ſit dominus membro-
rum ſuorum, l. liber homo, ad leg. Aquil. Decia. de de
lict. tit. de eo qui ſibi, &c. nu. 25. tom. 1. per gloſ. c. cum
homo, 24. q. 5. Ro. ſing. 129. Duen. reg. 331. vbi idẽ di-
cit, niſi cõſuetudo ſit in contrariũ, Marſ. d. Rub. de fide
iuſſ. nu. 206. Sed vbi talis cautio nõ inuenitur, ſolẽt fie
ri pręcepta pęnalia in faciẽ delinquẽtis, ſiue pęnæ cor-
poralis, ſiue pecuniarię, vt in practica ſeruatur, quãdo
rei relaxantur, vel quando Iudex magnæ authoritatis
vult reprimere audaciã alicuius, ne faciat vel cõmit-
tat tale quid. Et poteſt imponere pęnam fuſtigationis,
vel triremium, vt de huiuſmodi pręceptis latiùs di-
cam infra num. 287. vel ſolet præceptum fieri de re-
deundo ſub pœna pecuniaria vel corporali arbitraria.

190 † Inſuper in recipiendis fideiuſſoribus expedit, vt
primò principalis ſe obliget & ſucceſſiuè fideiuſſor,
& in ſcriptis, Maran. de ord. iud. 8. Menebr. num. 26.
Bald. conſ. 261. num. 7. verſ. 1. & debet fieri iuxta loci
191 conſuetudinem. Soc. conſ. 64. ver. 1. † nec poteſt fi-
deiuſſio pro carcerato dari die feriato, quamuis peti
poteſt relaxatio tali die, Borg. deciſ. 1. nu. 12. & ſi. p. 1.
Iaſ. in l. 1. §. 1. nu. 11. & alibi, ff. de fer. Canon. in c. fin.
de ferijs, late Caccialup. tract. de debitor ſuſpect. q. vlt.

192 † Et notandũ, quòd ſi ſtatutum dicit, vel Iudex mã
dat pręſtari fideiuſſorẽ, & vlterius alijs verbis nõ pro-
cedit; tũc in caſu nõ inueniẽdi fideiuſſionẽ, poterit iu-
ratoria cautio ſupplere, l. ſancimus, C. de verb. ſign.
Bart. in rubr. ff. de in ius voc. fallit in facinoroſis; ſecus
ſi diceretur quod præſtetur idonea fideiuſſio, quia ef-
fectualiter præſtari debet, & hoc per iuratoriã cautio-
nẽ, l. ſi mandato, §. fin. vbi Bart. ff. manda. l. cautionis,
193 vbi Alciat. de ver. & rer. ſign. † & idoneus fideiuſſor
dicitur ille, qui habet tantũ, quãtũ peti poteſt, Borg. de
tut. & curat. nu. 192. pulchrè Menoch. de arb. iud. caſ.
142. vbi explicat, quę ſit cautio idonea, Carpa. de ſtatu.
c. 4. nu. 17. & 18. par. 1. Sed ille qui habet franchiſias,
vel ſatellites quos vocãt brauos feroces, vel arcẽ qua
põt ſe tueri (quãuis diues) nõ dicitur idoneus, Menoch.
194 cõſ. 2. nu. 12. vol. 1. idem de arb. caſ. 142. † paria enim
ſunt quẽ non eſſe idoneũ, vel cũ difficultate eũ conue-
niri poſſe, l. in cõtractibus, in fin. & ibi not. Bart. C. de
non numer. pecun. Carpa. ſuper ſtat. c. 340. nu. 52. ſed
in criminalibus etiã quod quis poſſideat bona immo
bilia & ſit Diues, tamen non releuatur à præſtatione
fideiuſſoris, ſecundum Bal. Ro. & mod. in l. ſciendum
eo. tit. Marſ. num. 255. qui tamen excitãt quæſtionem
ſub num. 245. an poſſidens immobilia poſſit recuſari
in fideiuſſorem, & neſcio an incuria Tipographo-
rum quædam iura ibi adducantur, nil in meo libro
195 ad rem facientes, vi. infra nu. 238. † Item ſic dicitur
ſatisfeciſſe legi de fideiuſſore dando ille, qui eſt diues,
licet dederit fideiuſſorem non idoneum, Bald. ſing. 31.
item quando fideiuſſor tempore executionis eſt ido-
neus, ſufficit, Bald. in l. 1. §. ſi magiſtratus, in fi. ff. de
mag. cõue. ſed ẽt ſcias qđ fideiuſſor debet dari in eo lo-
co, in quo reus eſt detentus; Clar. q. 46. ver. pone quod
Papienſis, vbi alleg. Afflict. in Rub. 10. ſuper 2. par. cõ
ſtit. Sed hoc erit in arbitrio iudicis liberũ arbitriũ ha-
bẽtis, maximẽ quãdo fideiuſſor datur in eadẽ ditione.

Qui autem poſſit eſſe fideiuſſor, & qui non, vide
Carpa. c. 201. 2. vol. Gomeſ. fol. 250. & Put. de ſyndic.
in ver. fideiuſſor, c. 3. nu. 10. vbi dicit, quòd Illuſtres per
ſonæ nõ tenentur dare fideiuſſores de iudicio ſiſti, ſed
iuratoriæ cautioni committuntur, l. quoties, C. de di-
gnita. lib. 12. ſed de conſuetudine aliter ſeruatur eo ma
196 ximẽ ſtante authoritate noſtri Brachij Regij. † Eſt
verũ, quòd ſi ſumus in delictis leuibus, vel in caſu ab-
ſolutionis, vel in perſonis non facinoroſis, & forenſi-
bus, arbitrium eſt Iudici, non obſtante illa dictione
idonea, etiam ſub iuratoria cautione relaxare reum;
in Iudice autem noſtro non eſt de hac re diſputandũ.

197 † Et ſententia, quæ fertur ſuper idoneitate fideiuſ-
ſionis eſt interlocutoria, Felyn. in rubr. de re iud. nu.
21. & in hac materia idoneitatis, ſi fideiuſſor ab ini-
tio eſt idoneus & approbatus, non eſt ampliùs cauen-
dum, Boſſ. eod. tit. num. 71. ſed ſi & ex poſt fiat pauper
Iudex noſter iterum poteſt iubere vt reus detineatur
ad effectum, vt idoneũ fideiuſſorem inueniat, Marſ.
d. rubr. nu. 74. & hoc quando ex officio datur fideiuſ-
ſio. Et poteſt dari exemplum in cautione de bene ui-
uendo, de qua ſup. pulchrè Gomeſ. de fideiuſſ. num. 7.
Qui autẽ teneatur, ſi non accipiuntur fideiuſſores ido-
nei? regulariter tenetur Notarius vi. Farinac. tit. de
Carcer. & car. q. 33. num. 88. & quo remedio ſuccurri
poſſit Notario, vel alteri fideiuſſorem non idoneum
recipienti, tradit Petrus Caball. caſ. crim. 73. ipſe cre-
do docendo, quod fideiuſſor communi opinione re-
putabatur diues. Error enim communis facit ius,
l. 1. C. de teſta. l. fin. in fi. ff. de offic. præſ. & facta etiam
prudentiſſimos homines fallunt, l. 2. ff. de iur. & facti
ignor. vel ſi poſt acceptum fideiuſſorem ipſe ad dete-
riorem fortunam peruenerit, quia nemo tenetur di-
uinare,

Digitized by Google

uinare, Spec. de except. §. 2. ver. item quod eſt, vide Fa-
rinac. de carcer. q. 33. nu. 88. & fideiuſſor qui de preſen
ti non eſt ſoluendo, præſumitur quod etiã tẽpore, quo
fuit acceptus, non erat ſoluendo; vnde ei qui accipit, in
cumbit onus probandi, l. non eſt neceſſe, ff. de probat.
Aret. in §. ſed hoc iure, in fi. Inſtitur. de Attil. tut. Bo-
B nacoſ. q. crim. in ver. fideiuſſ. Et in hoc propoſito ſcias,
quod ſi fideiuſſor datus fuerit pro liberando ſeque-
ſtro, vt ſolet, per Caualca. Deciſ. 3. num. 23. p. 1. & Ca-
ball. milleloq. 643. p. 1. ſi creditor nullitatem ali-
quam commiſerit in iuſtificando, & proſequendo
ſequeſtro, vt ſi in primis taxam ſeu dadiam, aut diri-
tutam iux. ordines non ſoluerit, vt in Florentiæ, &
dixi in 4. par. ſub num. 339. lit. G. verſ. Quæritur in
materia Gabellarum tunc reſoluto ſequeſtro per
viam nullitatis, vtique reſoluta renſetur fideiuſſio.
cap. acceſſorium, de reg. iur. l. cum principalis, eo.
tit. Qua de re ſi Debitor ſit forenſis, & res ſequeſtra-
ta non eſt in loco iudicij permanſura caueant credi-
tores, ſed clarius & ſecurius petant dari fideiuſſorem
ab initio de re conſignanda ad omnem Iudicis, vel
ſaltem rei valorem, donec & quouſque ſuper meri-
tis lis in totum ſit finita, non obſtante aliqua excep-
tione: vt per Marſ. de Rubr. ſub num. 137. verſ. &
idem dicas. Alex. conſil. 19. in princip. ante num. 1.
volum. 3. Caualca. Deciſ. 1. ſub num. 10. par. 1. Bar.
in l. quidam conſulebat, ff. de re iudic. Iaſ. in l. 2. §.
C ſi quis, num. 1. ff. qui ſatiſda. cog. Et generaliter
omnes exceptiones, quæ competũt principali, vtique
competunt fideiuſſori, l. omnes cum ſimil. ff. de ex-
cept. Marſ. num. 36. qui ſub num. 109. dicit quod fi-
deiuſſor per deſertionem inſtantiæ remanet libera-
tus alleg. Bar. in l. Græce, §. 2. de fideiuſſ. cum alijs
per Marſ. 161. & ſub num. 350. cum ſeq. dicit eſſe
D caſum in l. 2. §. ſi quis ff. qui ſatiſdare cog. Et in pra-
ctica obiter dico, quod ad concedendum ſequeſtrum
multa requiruntur. Primo quod fiat fides ſummarie,
de credito. Secundo, quod debitor à tempore contra-
ctus citra deteriorauerit conditionem ſuam. Tertio,
quod talis deterioratio ſit inſignis ſeu notabilis, ſe-
cundum Rom. ſingul. 330. Quarto, quod immobilia
non poſſideat in iuriſdictione, vbi fit ſequeſtrum, vel
mobilia ſaltem pauca, & quæ non ſint facilis exa-
ctionis, vt quia mulier cum egit inopiæ cauſam.
Quinto, quod poſt calamitatem non tenuerit. Vlti-
mo quod Debitor ſit ſuſpectus de fuga, quæ omnia
recenſentur à Franc. Curt. ſuo trac. de ſequeſtrat. nu-
me. 41. & vi. omnino Caualca. Deciſ. 1. & 2. ac 3. 10
prima par. quamuis à quibuſdam, qui nollent quod
aliquis legeretur niſi in ſuo libro, non allegetur ta-
cita emulatione, & patenti vanagloria. At vbi à
ſtatutis certa forma tradita eſt, illa eſt ſeruanda. Eſt
etiam notandum, quod primus fideiuſſor non libe-
ratur per dationem ſecundi inuito eo, de cuius inte-
reſſe tractatur, & ſic mutatione perſonæ non fit no-
uatio, & non citato eo ſecundum Bart. in l. cum
oſtendimus, §. fi. ff. de fideiuſſ. idem in l. pe. ad fi. ff. de
præt. ſtip. Rip. in l. 4. §. ſi ex ennuocatione, num. 6.
& 7. de re iud. Bertazol. conſ. 62. num. 15. vol. 1. Ca-
rauit. Rit. 159. maximè quando pro publica vtilitate
fideiuſſio eſt acceptata, Afflict. ſuper conſtit. in cap.
humanitate, num. 10. lib. 2. Peregr. de iur. fiſc. lib. 6.
num. 39. tit. de conduct. Gabriel. conſ. 181. num. 16.
198 † Non etiam intelligitur liberatus fideiuſſor, pro
eo, qui promiſit de non diſcedendo ab vno loco per
alterum fideiuſſorem poſtea datum, ob infirmita-
tem, per quam neceſſe habuit mutare locum, & ae-
rem valetudinis cauſa recuperandæ: quando fideiuſ-
ſor infirmitatis promiſit reddere illum ad eundem
locum à quo diſceſſit, Gabr. conſil. 170. volum. 2. Ber-
tazol. conſ. 63. vol. 1. Petr. Caball. caſ. crim. 47. Et ſi
principalis captus (inſcio & non admonito fideiuſſo-
re) ex eadem cauſa, ſi aufugerit intelligatur liberatus?
& dicitur quod ſic, quia dicitur facta nouatio DD. in
d. l. nouatione, C. de fideiuſſ. Afflict. deciſ. 130. & Grã-
mat. conſ. 66. nu. 60. & 64. ſecus ſi ex alia cauſa fuiſſet
captus, & fugerit, Maſ. de fideiuſ. nu. 142. Affli. deciſ.
130. niſi quando fuit incarceratus fideiuſſor fuerit pro
teſtatus ꝙ habet illum preſentatum per eum in carce-
ribus, & ꝙ ampliùs nõ vult teneri, Afflict. deciſ. 130.
nu. 5. allegando ſe iuſtè timere quod dictus relinquẽs
nolit parere, & ita iurat non obſtante quacunque cau
ſa etiam de nouo ſuperueniente, ſecundũ Bott. cõſ. 38.
& quia in cõtrarium videtur cõmunis opinio, de qua
per Doctores allegatos à Farinac. tit. de carcer. q. 34.
nu. 101. & ſeq. mihi videtur poſſe reconciliationẽ fieri
199 quãdo noua cauſa ex nouo delicto ſuperuenit, † quo
niã fideiuſſio cum ſit ſtricti iuris, l. quicquid aſtringẽ-
do, de verb. obl. l. ſi vnus, §. ante omnia, ff. de pac. l. 2. in
fi. ff. de fideiuſſor. Menoch. conſ. 212. nu. 13. vol. 3. Fe-
ret. conſ. 49. nu. 2. intelligitur rebus ſic ſtantibus Fari-
nac. tit. de carcer. q. 34. nu. 42. cũ ſeq. Afflict. deciſ. 214.
vbi ſi pena eſt promiſſa ad intereſſe nõ extenditur niſi
dictum ſit, altercante Vrſill., & vide Caualcan. deciſ.
5. per tot. p. 1. & Muſcatell. Regnicoll. de fideiuſſ. p. 2.
q. 1. & ſeq. Hinc eſt quod fideiuſſor, qui promiſit pro
vulnere, nõ tenetur, ſi mors ſequatur. Spec. tit. de fide-
iuſſ. § 1. verſ. ſed pone Egi. cũ alijs per Marſ. adduct. d.
Rubr. nu. 211. Sed cantela eſt recipere fideiuſſorẽ pro
quacunque pena, vi. inf. ſub nu. 215. & ideò nõ tenere-
tur ampliùs quouis modo principalis aufugerit quod
limito, ſi ex fuga corporaliter eſſet puniendus, quia di
citur allatum impedimentũ fideiuſſori de præſentãdo
200 principalẽ, † quod impedimentũ ſeu difficultas ex-
cuſat, l. ſi vehenda, §. pen. ff. ad leg. Rod. de iact. Marãt.
diſp. 7. nu. 11. Afflict. deciſ. 195. nu. 3. Bertaz. cõſ. 436.
vol. 2. & conſ. 560. vbi plures ſpecies impedimẽti recẽ-
ſet, ex quibus fideiuſſor excuſatur, et Farinac. q. 34. nu.
38. de carcer. adducit caſum quãdo mutatur ſtatus per
ſonę, vt puta de laico fit clericus: ſed nõ prodeſſet fide-
iuſſori, ſi principalis ſuus ab alio Iudice captus auſu-
gerit, Anao. cõſ. 43. nu. 4. vol. 1. cõſ. crim. Farinac. q. 34.
nu. 99. ſed prodeſſet ſi promiſiſſet iudicatũ ſoluere; &
hęc eſt alia differentia inter fideiuſſorẽ de iudicio ſiſti,
& iudicatũ ſoluendo ſub certo Iudice, & principalis
fuiſſet cõdemnatus ab alio Iudice, tex. eſt in l. cũ apud,
ff. iudic. ſolui, Gomeſ. de delict. c. 8. ſub nu. 5. col. pen.
201 niſi carcerario fuiſſet affectata. Idẽ † puto verũ quãdo
fideiuſſor interpellatus repræſentaſſet prima vice reũ
in carceribus, ſi culpa Iudicis, vel cuſtodis auſugerit,
quia intelligitur liberatus, vt tenent cõiter Doct. in d.
locis, & ita cẽſuit Senatus Mediolani in cã cuiuſdã no
bilis Papienſis anno 1580. alias ſecus ſi fideiuſſor eſſet
datus, vt reus nõ diſcedat ex certo loco pro carcere ei
aſſignato; nã hoc in caſu, ſiue diſceſſerit cũ licentia Iu
dicis aut cuſtodis, ſeu aliter, nihilominus fideiuſſor re
manet obligatus, Bertazol. conſ. 80. nu. 12. p. 1. Duen.
202 Reg. 390. in verb. fuga. cũ ibi per eũ adductis, † ſed ſi
vel propter crudelẽ ſæuitiã, vel metũ iniuſtũ principa-
lis aufugiſſet, tunc fideiuſſor diceretur liberatus, pul-
chrè Bertazol. cõſ. 560. per totũ, vol. 2. imò ſi reus fugit
propter nimiã Iudicis ſęuitiã, non facit prę ſumptionẽ
criminis cõtra ſe, Put. de ſyndic. in verb. fideiuſſor, c. 2.
203 n. 8. † Itẽ ſcias, ꝙ ſi principalis fuit ob cõtumaciã bã-
nitus capitaliter ob aliã cauſam, non interpellato fide
iuſſore pro prima cã, fideiuſſor erit liberatus, Marſ. de
fideiuſſ. nu. 93. & 94. Clar. d. q. 46. verſ. pen. Bertazol.
cõſ. 432. li. 2. facit Iaſ. in l. 1. n. 19. et 20. C. de iud. vbi no
uatio, & prorogatio intelligitur facta cũ oĩb. ſuis qualitatib.
204 † Nũquid aũt per prorogationẽ termini factã princi
pali fideiuſſor intelligitur liberatus? hęc concluſio eſt
cõtrouerſa, & aliqui tenẽt ꝙ ſic per l. nouatione, C. de
fideiuſ. cum ſimil. Marſil. d. Rubr. de fideiuſſ. nu. 89.
contrariũ tenẽt Doctores in l. ſi cum Hermes. C. loc.
& in l. ſi vnus, §. 1. ff. de pac. Strac. tract. de decoct. 5. p.
prin. Gabr. concl. 3. de fideiuſſ. Gomeſ. var. reſol. eo. n.

Digitized by Google

de fideiuſ. num.21.col.fin.quam opinionem dicit eſ-
ſe veriſſimam, & tenendam in conſulendo & iudi-
cando, & nullo modo tenendam eſſe opinionem af-
205 firmatiuam. † Item prorogatio termini, vt in caſu
latioris carceris, non innouat, Bertaz. conſil.63.per
totum.vol.1.& in conſi.80.eod.vol. & Rimin.conſi.
82.& conſi.83.vol.2. ſed quando dicatur facta noua-
tio vide Decian. conſi.72. vol.2. Cephal. conſil.331.
206 & Riminal.Iun.conſi.201. † Sed quid ſi bona prin-
cipalis fuerint confiſcata? dic quod fideiuſſor dicitur
liberatus,l.ſi debitor, ff.de fideiuſſ. Marſi. in rubr.de
fideiuſs.num.346. niſi Fiſcus repudiauerit, Herc.tra-
cta.de cautio.de non offen.c.23.nume.13.cum conſi.
32.nume. 2.

207 † Quæro nunc,an fideiuſſor indemnitatis, vt eſt il
le qui promittit fideiuſſorem releuare indemnem, te-
neatur, inſtante fideiuſſore conuento ob dictam fide-
iuſſionem ſuſcipere in ſe iudicium? & breuiter in ca-
ſu noſtro tenetur per tex. in l. pater, iunct. in verſ. quod
208 ſi ratum de dot. prælega. vbi Bart.nu.1. † ait, paria
ſunt quem promittere indemnitatem, vel defenſio-
nem, Bal.in l.ſi pro ea,12. quæſt.C.manda. idē in c.1.
de fideicom. ſed Alex. conſi. 114. vol.3.nu.1. 2.& 3.
dicit hoc verum quando fideiuſſor non poteſt aliun-
de conſeruari,adde Carol. Ruin.conſi.187.nu.2.3.&
4.vol.1. vbi dicit teneri nedum ad ſortem, ſed ad vſu-
ras, Marſ. Rub.de fideiuſſ.num.315. plura ſingularia
tradit Iaſon in l. ſi ego.ff.ſi cer. pet. vbi quando pro fa
cto iniuſto promittitur, Sed quicquid ſit, ad hoc ſunt
conſideranda verba indemnitatis promiſſæ; nam ita
prægnantia,& obligatoria eſſe poſſent, vt nouiſſimè
fieri ſolet, vt ſtatim quouis modo teneretur promiſ-
ſor indemnitatis velit nolit ſubire iudicium pro fide-
209 iuſſore, † & defenſor iſte qui tractat de ſuo intereſ-
ſe poterit opponere omnes exceptiones ſibi compe-
tentes ex ſua perſona, Barto. in l. idemque. §. genera-
liter,num.2.cum addit.ff.manda. & ſi principalis fuit
iniuſte carceratus, & pro exeundo dedit fideiuſſorē,
exceptio metus competens principali, competit etiā
fideiuſſori.l.qui in carcerē.ff.quod met. cauſ. Signor.
de homod. conſ.774.per reg. ante dictam quia acceſſo
rium ſequitur naturā principalis etiam in prætorijs
210 ſtipulationibus. † Item eſt differentia inter ſimpli
cem fideiuſſorem, & fideiuſſorem indemnitatis. Nā
ſimplex fideiuſſor poteſt renuntiare beneficio fideiuſ
ſorum, quo caſu poterit conueniri antequam princi-
palis,non ſic fideiuſſor indemnitatis etiamſi renuntia
211 uent. † Alia eſt differentia; nam primus fideiuſ-
ſor debet opponere de beneficio excuſſionis ante litē
conteſtatam ſecundum Bald. & Salyc. in l.exceptio-
nem, C.de probatio. ſed fideiuſſor indemnitatis etiā
poſt litem conteſtatam opponere poterit, per Bal. in
c.ex reſcripto, de iure iuran. Iaſ. in l. ſi ego, ff.ſi cert.
Marſil.in d.rubr.de fideiuſs.num.314. cum plur. ſeq.
212 Et nu.317. † dicit, quòd ſi aliquis mandat delictū
committi, & promittit mandatario de conſeruando
eum indemnem, quòd talis promiſſio non valet, ſe-
cundum Bartol.in l.ſi a reo, §. illud quod vulgò, de fi-
deiuſſor.

213 † Sed quid de collaudatore? dic quòd ille cui fide-
iuſſor promiſit, non poteſt agere contra collaudatorē
ſimplicem, niſi & ipſe inſolidum fuerit æquè obliga-
tus principaliter. Et ille dicitur collaudator, qui man-
dato fideiuſſoris eum collaudat pro idoneo, & eſſe ido
neum promittit vt ſeruatur Papiæ & alibi, Carpa. ſu-
per ſtatuto Mediolani vol.1.413.nu.11.& 12.cum ibi
214 per eum adduc.par.1.& Clar. d. quæſt.46. † Cæte-
rum tenetur collaudator, ſi fideiuſſor non ſit ſoluen-
do, idem ſi eſſet ſoluendo, ſed difficilis exactionis
ignotæ ei pro quo fideiuſsor accipitur, ſed quando fi-
deiuſsor eſset notoriè non ſoluendo, tunc poſset pro-
cedi aduerſus collaudatorem nō facta diſcuſſione fi-
deiuſſoris vti contra fideiuſsorem principalem noto-
riè non ſoluendo, Marſil.pract.in §.aggredior.n.128.
Et differt fideiuſsor a collaudatore, nam qui promit-
tit indemnitatem, recipit a principali promiſſionem
de releuando eum indemnem, & ſine damno vt ſu-
pra. At qui collaudat accedit primo fideiuſsori. Car-
pa. ſuper ſtatuto Mediolani in ciuil. cap.413. nu. 11.
& 12. & ſententia afficit tàm collaudatorem quam
fideiuſsorem quem laudauit,ex quo collaudator & fi-
deiuſsor ſunt ambo vna tantum fideiuſſio, qua de
re commodo, & incommodo fideiuſsoris gaudet. l.
eum qui ædes.ff.de vſucap. Marſil.de fideiuſs. nume.
314. cum ſequent. qui in hoc videtur terminos con-
fundere, ſub nume. 315. qui ſub num. 23. ait quod fi-
deiuſsor indemnitatis etiam quòd non renunciaue-
rit beneficio de fideiuſsoribus, tamen non poterit cō-
ueniri antequam Principalis per Bar.in l. 1. C.de con.
fiſ.deb.lib.10.

215 † An autem ſententia lata contra principalem affi
ciat eius fideiuſsorem, ita vt abſque nouo proceſsu pa
riat exceptionem rei iudicatæ contra eum? Et Papiē
ſis in for. execut. ſent.num. 27. tenet quòd ſic, Boer.
deciſ.277.num.4.intellige in fideiuſsore dato in cau-
ſa criminali, ſecus in fideiuſsore contractus, Faber.§.
fina. Inſtitu. de ſatiſda. Mynſinger. obſer. 96. cent. 4.
Vrſill.ad Afflict. deciſ. 182. Bero.conſi.106.num.30.
volum.3. Hercul.de cautio.de non offen. cap.29. Ale-
xan.conſi.136. num.4. volum.2. Boſs.in tit.de carcer.
fideiuſs. relaxan. num. 60. ſed eſse citandum fideiuſ-
ſorem magis iuri & æquitati conſonum eſt, vt Sena-
tus Mediolani cenſuit anno 1590. in cauſa Petri Boui
Derthonæ: & ideò ſunt vnico contextu citandi tàm
reus, quam fideiuſsor, ita vt vnica ſententia quilibet
condemnari poſſit fideiuſsor pro ſua promiſſione, &
principalis pro pœna, niſi fideiuſsor pro ſoluenda con
demnatione promiſiſset, quia in pecuniarijs ſufficit
vnica ſolutio, Gomeſ.de delict. c.1. nu. 8. tex.in l.1.
C.de condict.furt.l.1.§.ſi plures, ff. eod. At addit.ad
Bart. in l.duobus.§.igitur ſi quis.ff.de iure iuran. vide
tur alicui Caball.milleloq.268.p.1. Et cum hic aduer
te quomodo promittit, Nam ſi fideiuſſio ſit facta pro
omni damno, & culpa alicuius miniſtri vel famuli,
tunc venit nedum intereſse, verum etiam, pœna cum
appellatione culpæ in ſtipulationibus fideiuſsoriū,do-
lus continetur, vt tradit Bart. in l.Quod nerua.ff. De-
poſ. quem ſequitur Alex.in l.etiam, §.licet,num.8.ff.
ſolut.matr.vt refert Decia. de delict. lib.3. tom. 1.c.6.
tit.de culpa, num. 2. & ſeq. qua de re tu qui promittis
caue, quia cum fiſco poſtea cauſam tuam diſpariter
tractabis. ſi verò fideiuſſio ſit prætoria, vt quia pro-
miſiſti pro tino de fuga non facienda, vel de eum ra-
preſentando, tunc ſcias quod ſoluendo promiſsum,
ex eo quod Titius fugijt, tu eris anterior fiſco in bonis
titij, ſi titius vlterius in pęnam delicti condemnabi-
tur, quoniam in penis pecuniarijs fiſcus non habet
hypothecam niſi à Die condemnationis, vt per Dec.
conſil.57. per totum quem ſequitur Peregri. de iure
fiſci libro 6. num.12. hoc quanto Titius obligaſset ſua
bona fideiuſ.

216 † Practicam autem citandi fideiuſsorem in Sta-
tu Mediolani ponit Clar. §.fina.quæſt.49. verſiculo
quarto, vbi ſolet primo citari fideiuſsor ad conſi-
gnandum reum, & vbi non conſignet, condemna-
tur iuxta fideiuſſionem; deinde citatur reus, qui ſi
non comparet, vtique condemnatur in pœnam,alio-
quin ſi primò citaretur reus (qui ob contumaciam
banniretur) ſi poſt bannum fideiuſsor citaretur ad ſi-
ſtendum reum, eſset excuſatus, ſicut quando fideiuſ-
ſor eſset citatus ad præſentandum reum coram alio
tribunali, & non coram eo vbi facta fuit obligatio
fideiuſsoris, Roland. conſil. 58. nume. vndecimo,
volumi. primo, vide Foller. in practi. crimin. frag.
pars, num. 257.

217 † Quid de carcerato fideiuſsori relaxato ſub cer-

to termino redeundi? quo caſu dicitur, quòd dies in-
terpellat ipſo facto, l. magnam, C. de contrahen. &
commit. ſtipu.& gloſ.ſingu.in l.1.C.quibus vt indig.
An eo elapſo, & non comparente reus dicatur ſtatim
incurriſſe pœnam, & an poſſit moram purgare, vide
Gomeſ.var. reſolutionum, de delict.c.9. nn.9.qui ad
partes hanc quæſtionem diſputat,& determinat reum
incurriſſe pœnam abſque alia monitione, & reſpon-
det ad contraria, de quibus in l. fi. C. ut intra certum
tēpus,& ad concluſ.Innoc.in c.extirpādæ,de præben.
& ad gloſ.in l.1. C. quibus vt indig. procedere in ter-
mino legali, ſecus in termino à Iudice ſtatuto, Berta-
zol. conſ.560.n.13.& 14.vo.2.Nam propter vim iura
mēti de rigore iuris pæna debetur, Bonacoſ.q.etiam ſu
per ſtatu. in ver.fideiuſſor, ver. & no.quod ſi.eſt tamē
verum q; de æquitate ſi intra modicum ſpatium, puta
trium dierum poſt lapſum temporis, ſe conſtituerit,
q; ipſo facto mora purgatur, iux.tex.in l.& ſi poſt tres,
ff.ſi quis caut. & poſſe moram purgari intra tantundē
temporis,quantum datum fuit ad præſentandum,tex.
in l.ſancimus, C.de fideiuſſo. Alex.in l.ita ſtipulatus,
4.col.de verb. oblig.& Felyn.in c.de Magiſtris,2.col.
in fi.quia modica mora nō dicitur mora, eò maximè
quando nil deperit fiſco propter rei comparitionem,
& etiam ex interuallo admitteretur moræ purgatio in
ſta ſubſiſtente cauſa impedimenti, de quo vide Me-
noch.de arb.iud.caſ.7.& caſ.40.& circa moram d.caſ.
7.quę tamen in Iudice noſtro ceſſare videntur ob eius
liberam facultatem procedendi, Marſ.ſing.465.Doct.
in l.ſi inſulam, ff. de verb.obl. Bertaz. conſi.560.nu.
25.latè Maſcard. de proba. concul.106.in verb.mora,
etiamſi pæna fuerit iam declarata, Theiſ.deciſ.57. D.
Farinac. vir ſummæ lectionis, in tit. de carcer. q.34.
n.145.& ſeq.vbi ampliat & limitat multis modis mo
re ſolito, Menoch.de arbit.iudi.caſ.7.& 40.qui arbitra
rium eſſe iudici dicit,& caſ.220. & ibi Add. alleg. tres
caſus, in quibus non requiritur interpellatio, 1. quan
do promiſſio eſt geminata, 2. quando eſt promiſſum
factum ſucceſſiuum, 3. quando res promiſſa perit cul
pa promittentis, & reliqua proſequitur caſ. 498. & in
materia iſta vide infra num.239. & 241.& num. 251.
218 † Quando autem fideiuſſor ſoluere coactus fuit pro
principali, agere poterit coram eodem Iudice pro ſua
indemnitate contra principalem, quia id venit inci-
denter in eodem officio per modum ſequelæ, Bald.in
l.cum vēdente, C. vbi cauſæ fiſcales, ſequitur Felyn.
in c. cum oporteat, col. fin. extra de accuſat.& deciſ.
Luc.92.num. 32. vbi quid pendente appellatione in-
terpoſita à ſuo principali,& habet contra eum manda
ti actionem, Duen. reg.337. ſed non poterit agi con-
tra principalem antequam ſoluat, Marſ.de fideiuſſ.n.
316. Socin. reg. 192. & Duen.reg.335.vbi multis mo
dis limitāt, & idem Duen.in reg. 331. verſ.3.fol.305.
219 † vbi in cauſa criminali fideiuſſor non habet benefi
cium excuſſionis, & iſte fideiuſſor, qui ſoluit, repetet
à fiſco, cui bona principalis fuere cōfiſcata, Dec.conſ.
57.& quo remedio petat, vide Bald. d.l.1.cum vēden-
te, C. vbi cauſ.fiſca. Caſtrenſ. in l. ſi quis cum procu-
ratorio, in fin. princ.ff.de procurat.
220 † Inſuper in practica aduertendum eſt circa huiuſ-
modi fideiuſſores; nam quandoq; vnus fideiubet pro
pluribus correis, quandoq; plures fideiubent pro vno
reo, quandoq; plures fideiubent pro pluribus, & fide-
iuſſor, ſeu fideiuſſores promittūt inſolidum, vel ſim-
pliciter, & quandoq; inter plures correos ſeu delin-
quentes promittit pro alio, ſeu (vt dicitur) alter o fide-
iubet, quod fieri poteſt ſecundum Marſ. in d.rubr.de
fideiuſſ.num.369.
221 † Primo caſu ſi fideiuſſor fuerit interpellatus, vel
monitus ad præſentandum vnum ex pluribus, & cæ-
teri correi ſint abſentes, Iudex nouiter aduertat, ne
fortè procedendo ad torturam contra vocatū, ex qua
cæteri abſentes grauentur valdè, vt exinde durior ſit
effecta cauſa eorum abſentationis, ſed antequam de-
ueniat ad ipſam torturam, curet, vt cæteri correi præ-
ſententur, alioquin fideiuſſor poſſet conqueri, quòd
Iudex cauſam dederit abſentandi alios præſentandos.
Quamuis hæc defenſio de conſuetudine parum fide-
iuſſori prodeſſe poſſit, ſed ad tollendas difficultates
bonum erit, vt omnes correi ſiſtantur, ne cæteri in-
222 ſtruantur ad fugam. † Hinc eſt quòd aliquando
vnus ſuſpectus de aliquo delicto captus fuit relaxa-
tus ſub fideiuſſore, interim capti ſunt alij dicta de
cauſa indiciati, contra quos eſſet deueniendum ad
torturam, & tunc deberet ſuperſederi à tortura, do-
nec iam relaxatus fideiuſſori iterum conſtituatur in
carceribus, nec poſſet excipere quod non teneatur
ſe conſtituere, niſi nouis ſuperuenientibus indicijs
iuxta practicam communem, de qua Boſſ. in tit.
de ſenten.nu. 61. & Cal. quæſt. 46. verſic. pariter, &
Farin. de inq. quæſt. 34. n. 63. Quoniā ſi prius eſſent
torti alij, & grauaſſent iſtum iam relaxatum, ſequere-
tur illud inconueniens, de quo dictum eſt, & de alijs
pluribus malis, quæ cauſantur ex ſimilibus relaxatio-
nibus, Ang. in l.nullus, C.de exhibendis reis, quæ res
difficultatem non habet in iudice noſtro liberum &
223 abſolutum arbitrium habente. † Nec dictus fideiuſ
ſor liberatur per præſentationē vnius ex pluribus, niſi
omnes præſentauerit ad requiſitionem Iudicis, ſeu of
ficij eius, & ſeruantur ea quę ſupra dixi quando ſimpli
citer quis promittit, ſeu fideiubet de præſentando, vel
fideiubet de præſentādo toties quoties, vide infra nu.
231. & ſeq. & 242.
224 † Secundo caſu quando plures fideiubent pro vno
reo tantum, & tunc promittunt principaliter & inſo-
lidum, eſt in electione Iudicis interpellari facere quē
malit ex dictis fideiuſſoribus, vel omnes, vt ſimul di-
ctum principalem ſiſtāt: & ſi fideiuſſio erit ſimplex,
ſat erit præſentare pro vna vice tantum, ſecus ſi erit cū
clauſula toties quoties, quia attenditur quod ſupradi
225 ctum eſt, † & ſi tantum vnus ex pluribus fideiuſſo-
ribus erit monitus vel interpellatus ad ſiſtēdum prin
cipalem, tunc (eo præſentato) toties quoties erant ob-
ligati, cæteri remanent pariter liberati, argumento
eius, quod dicit Gomeſ. var. reſolut. tit. de contract.
c.13.num.15. Marſ. de fideiuſſ. nu. 27 28. & 34. idem
in ſingul. 2. ſed ſi vnus fuerit tantum interpellatus,
vel omnes ad ſiſtendum eorum principalem, & non
paruerint, omnes tenentur inſolidum ſoluere pœnā,
ita tamen vt ſolutione vnius, cæteri liberati cenſean-
226 tur, per dicta iura. Quòd ſi in † fideiuſſione non
fuerit renuntiatum beneficio cedendarum, & noua-
rum conſtitutionum, de quibus per Marſil. in dictis
locis mox deductis, tunc poterunt ipſi fideiuſſores
excipere quoad pœnam promiſſam ſoluendā, vt fiat
diuiſio inter illos, qui etſi promiſerunt principaliter
& inſolidum, hæc verba operantur, vt teneantur præ-
ſentare, non autem vt teneantur ſoluere, niſi pro ſua
parte diuidenda inter alios pęna ob renuntiationē nō
factam ſupradictis beneficijs, videlicet beneficio de
fideiuſſoribus, beneficio Epiſtolæ Diui Adriani, be-
neficio cedendarum, & beneficio nouæ conſtitutio-
nis de duobus reis, de quibus terminanter per Marſ.
in d.Rubr.de fideiuſſ. num. 7.cum multis ſeq. vſq; ad
num.36.
227 † Quòd ſi ex pluribus fideiuſſoribus vnus tan-
tum interpellatus fuerit, & non cæteri fideiuſſores,
& ille fuerit negligens, vel non fecerit quicquid face-
re debuerat, tunc ſi condemnatus fuerit, alij non te-
nebuntur ad pœnam, ex quo non fuere citati, l. de
vnoquoq;, ff.de re iudicata, minuſq; ob negligentiam
& culpam alterius, vulgatis iuribus, ſecus ſi omnes fue
rint interpellati,& de materia iſta eſt tex. glo. & Do-
ctores in auth. hoc ita, C.de duobus reis, & notandū
quòd ſufficit vnica interpellatio, l.boues, §.hoc ſermo
ne, de ver. ſig. D. Menoch.de arb.caſ.220.n.26.& 27.

Digitized by Google

dummodò ſi legitimè facta. Nam paria ſunt non facere, vel facere non tamen legitimo modo, l.1.§.penult.ff.quorum leg.

228 † Tertio caſu in practica notandum eſt, quòd quando plures pro pluribus promiſerint inſolidum, tunc omnes fideiuſſores tenētur præſentare omnes principales, & quilibet eorum poteſt cogi ad præſentandū omnes; verùm præſentatione facta ſemel, vel pluries, prout ſonat obligatio de delictis principalibus, cæteri fideiuſſores liberantur: non ſic ſi præſentatus fuerit tantummodò vnus ex dictis principalibus; nam durante præſentatione aliorum principalium durat in ſolidum dicta obligatio quouſq; adimpleta fuerit quo ad omnes principales præſentandos, ſed ſolutione pœnæ facta ab vno de dictis fideiuſſoribus, eo quia interpellatus non ſiſtit reum, tunc ſi non fuerit negligens, & in culpa, vt ſuprà in antecedenti caſu dictum fuit, cæteri confideiuſſores tenentur ad ratam reſarcire dicto fideiuſſori id quod ſoluit, detracta eius portione; ſed per hoc non remanent dicti fideiuſſores omnes liberati à fideiuſſione reſpectu aliorum ſuorum principalium, ſed ab iſtius tantum obligatione pro quo pœna fuit ſoluta. vide ad hæc Caualca.deciſ.8.in 4.p.& pulchre Salyce.& gl.in l.1.in verb. iuuare, in fin.nu.6.C.de duob.reis, gloſ.in l. fideiuſſoribus, in ver. nomina, & gloſ.in l. poculus, in ver. & vſurarum.ff.de fideiuſſor. Rot. Sicil.deciſ.1.num.15.& ſeq.lib.2. Capic.deciſ.51.num.8.& 9.

229 † Nec eſt omittendum quòd ſi Iudex interpellari fecerit fideiuſſores, vt quilibet eorum vnum reſpectiuè de dictis fideiuſſoribus, puta vnus alium, & alter alterum præſentet, tunc videtur facta diuiſio priſtinæ obligationis, ita vt non teneantur amplius inſolidum, ſed ad impleta iuſſione Iudicis ab vno, ipſe fideiuſſor remanet ſolutus quoad iſtum, ſed obligatus etiā quoad alios propter dictam diuiſionem factam, l.ſi creditores, vbi Iaſ.C.de pact.

230 † An autem vnus de dictis pluribus fideiuſſoribus ſolus interpellatus poſſit petere, vt etiam alij confideiuſſores conueniantur, videlicet ad ſiſtendum principalem, pendet à qualitate obligationis: Nam ſi obligatio eſt ſimplex ſiue renunciatione, tunc auditur, auth.hoc ita, C.de duobus reis, ſi autem eſt inſolidū, tunc nō poteſt, ſed tenetur præſentare per ſupradicta.

231 † Verùm quando inter plures delinquentes alter pro altero fideiubet, & alter alterum promittit ſeruare indemnem, tunc idem dicendum eſt, quia adimpleta obligatione ab vno quoad vnum, non dicitur liberatus, niſi à Iudice nouiter facta fuerit diuiſio, de qua in præcedenti caſu, quamobrem oportet, vt cauſa omnium prius ſit finita antequam locus ſit liberationi, & ſi vnus de dictis delinquentibus, & ſimul cū fideiuſſoribus ſuccubuerit, tàm quoad pęnam delicti ſui, quàm quoad non adimpletam fideiuſſionem, nihilominus etiam ſoluens pœnā pro ſe remanebit obligatus reſpectu fideiuſſionis quoad alios.

232 † Et aduertendum eſt, q̄ aliud eſt promittere inſolidum de præſentando plures, aliud eſt promittere inſolidum de ſoluendo pœnam: nam in primo caſu videtur dicendum quòd non fuerit liberatus, niſi omnes præſentati fuerint, ſed quoad pęnam inter plures fiet diuiſio. Quilibet enim pro ſua parte tenebitur. In ſecūdo verò caſu videntur omnes teneri inſolidum, & non eſſe locum diuiſioni ſi renunciatum fuerit beneficijs vt ſuprà, ita tamen vt vnica ſolutio facta ſufficiat pro omnibus, iuxta dicta per Gomeſ. var. reſolut.de contract.tit.de duobus reis, num.2.& 3.vbi qui ſoluit poterit repetere ab alijs, & de hoc in d. authen. hoc ita. C.de duob. reis.

235 † Item ſciendum eſt, quòd qui promiſit præſentare plures ſub certa pęna inſolidum, tunc tenetur præſentare omnes, per tex.auth. hoc ita, C.de duobus reis. Sed ſi aliquem non præſentauerit ex eis, non tenetur ad totam pęnam, ſed ad ratam, & hic eſt alter effectus quando quis promiſerit præſentare inſolidum, ſecus ſi promiſiſſet etiam ſoluere pœnam inſolidum, Ang. & Doct. in l.2.C. de exhibendis reis, & Doct. in l.4.§. Cato.de verb. obl.& in auth. hoc ita, C.de duob.reis, Gomeſ. Var.reſol.tit.de contract.c.10.nu. 3. & 4.

234 † Sed hic ſubtiliter ſubinfertur, quòd ſi dictum ſit, promitto præſentare omnes inſolidum, an vno ex pluribus reis tantum vocato, & pręſentato ſatisfactum dicatur? dico quòd ſi pœna eſt pecuniaria, tunc videtur quod fideiuſſor ſit liberatus quoad alios reſpectu pœnæ, quando pęna vna eſt. licet plures ſint rei, arg.l.3.§.1.ff. de duob.re. Doct.in l.1.C.ſi plures vna ſent. Imputet ſibi ille qui ita fideiuſſionem accepit; ideò cautela erit compellere vno eodemq; tempore fideiuſſorē, vt omnes præſentare debeat, ſi verò pœna eſt corporalis, & promiſſio ſit pro qualibet pœna ſequenda non adiecta certa quantitate, tunc intelligitur promiſſio facta pro ea pœna pecuniaria, quæ ſequi poſſet, Farinac.de carcer.q.34.nu.3.4. vbi duobus modis limitat, & in omnem caſum deberet condemnari fideiuſſor pœna arbitraria. Foller.pract.crim. Trag. Par.num.259.cum ad pęnam corporalem (vt dixi) fideiuſſor nō debeat accipi niſi conſuetudine permittatur, Farinac.
235 q.33.nu.75. de carcer. † Vnde ſi reus eſſet condemnatus corporaliter antequam fideiuſſor condemnetur ob non præſentationem, tunc ipſe fideiuſſor diceretur obligatus per ſupradictam rationem.

Et pro cōplemento huius materiæ fideiuſſionis in
236 cauſis criminalibus, † quæro, an fideiuſſor de iudicato ſoluendo teneatur ad pœnam, quæ culpa ipſius delinquentis augeretur, vel propter negationem, vel propter contumaciam, vel propter moram in ſoluendo, excedendo pœnam determinatam ordinariam ſic ſtantibus ſtatutis? & reſpondeo, ſi eſt datus ante condemnationem non tenetur niſi etiam expreſſerit, l.ſi ita.ff.de fideiuſſ. & in 2.vbi Bart. & Doct. ff. de in lit. iuran. Felyn. in c.cum ordinem, de reſcrip. item ſecus ſi datus ſit poſt condemnationem, Boſſ.eo. tit. de carcerat.fideiuſſ.nu.53. & 54. vbi fideiuſſor pro vulnere non tenetur pro morte, per l. ſi quis pro eo, §.numos, ff.de fideiuſ. Boer.deciſ.314.

237 † Quæro, an fideiuſſor de iudicio ſiſti poſſit eſſe Conſiliarius curiæ, Aduocatus, vel Procurator? & reſolutiuè dico quòd non, Boer. deciſ. 315. nu.2. Mar. d.rubr.de fideiuſſ.nu.347. quicquid dicat Put.de ſyndic.in ver.fideiuſſor.capite 2.circa finem. Quia de cōſuetudine ſimiles non admittuntur, ex quo contrariatur ei quod quis non poteſt eſſe Iudex in cauſa propria, l.qui iuriſdictioni.ff.de iuriſd.omn. iud.l.nullus, C.de teſt. Bal.in c.ex parte, in vlt.q.de poſtul. Et licet in magna Vicaria Neap.& in Gallia ſoleant admitti, tamen Boer. in fi.alleg.deciſ.315.dat conſilium, ne ſimiles fideiubeant ſi nolunt perdere lucrum, & Florentiæ extat lex prohibens eos fideiubere.

238 † Quæro etiam nunquid ille, qui eſt diues, ſi recuſetur in fideiuſſorem poterit agere iniuriarum actione? vide Mantuam ſing.538.& ſuprà, nu.194.& 195. vbi fallentiæ, & infra num.254. vt ſupra nu.194.

239 † Quæro, an fideiuſſor qui promiſit præſentare reum, vel non facturum fugam, ſi reus fugerit, an poterit pro reo comparere, & illum defendere? Et Marſilius in rubr. de fideiuſ.nu.136.& 137.tenet, quòd ſic, quamuis contrarium alij ſentiant, dummodò fuga fuerit non affectata ab eo, & ſit ſine culpa, ita glo. in l.ſancimus, in verb. non poſſit, C.de fideiuſſ. multò magis fideiuſſor poterit comparere ad petendum inducias ad eum ſiſtendum, Boſſ.titu.de fideiuſſ.nu.52. per Spec. in tit.de accuſat. §.1.verſic. Porrò, Bertazol. conſi.555.lib.6.vol.2.

240 † Quæro pariter, ſi fideiuſſor promiſit pro aliquo de non diſcedendo à Prætorio, ſi ille diſcedit, & ex interuallo reuertatur ante condemnationem, an ex

iſta

Digitized by Google

iſta inobedientia poſſit damnari? Et reſpondeo non poteſt, l. diuortium, ff. de diuor. multò minus ſi receſſus fuit ob cauſam publicam, Afflict. deciſ. 130. nu. 7. idem quando non requiſitus rediit, Carer. pract. ver. tertium iudicium, num. 30. Paul. Ghirl. de relaxat. carcerat. tit. de fuga, & hoc quotidie occurrit. Et Prætor ait, quandoq; bonus dormitat Homerus, facit tex. in l. quicquid calore, ff. de reg. iur. Idem quando fuiſſet factum præceptum alicui de non diſcedendo à palatio, quoniam, ſi diſcedit ſine licentia & rediit antequam vocetur, aut capiatur, non incurrit pœnam, multò minus, ſi præceptum fuiſſet ſine cauſa factum, ſed ex abrupto, Alex. conſ. 140. vol. 6. Pot. de ſyndic. in verb. præceptum, c. 2. & c. 3. ver. reſtat. & hoc in caſu poſſet reſiſti Iudici iniuſtè & irrationabiliter iubenti, vt dixi ſupra num. 42. & in 5. p. n. 42. facit Bertaz. conſ. crim. 251. & conſil. 416. & 417. Claud. in repet. l. vt vim. de iuſt. & iur. Farinac. delict. q. 18. nu. 45. & Boſſ. in tit. de præcept. pœnal. per tot. Plot. inter conſ. crim. diuerſo. conſ. 3. At ſi quis ob contemptū diſcederet à Prætorio, purgatio moræ locum non habebit. Plus eſt enim contemnere quàm non parere, Luc. de Penna in l. qui fiſcales. C. de naucular. lib. 11. quē refert Baiard. ad Clar. q. 30. nume. 19. & fruſtrà legis auxilium implorat, qui in legem committit, l. auxilium, de minor. auth. Nauigia. C. de fur. & tot. titu. ſi quis iuſdic. non obtemper. Caualca. Deciſ. 14. in 5. p. vbi in punct. Farinàc. q. 30. nu. 77. Hercul. tradi. caut. de non offen. c. 50. Carer. prac. l. obſeruare. num. 115. cum ſeq. vbi de pęna huiuſmodi inobedientiam.

241 † Quid ſi fideiuſſor, qui non præſentauit principalē fuerit condemnatus, & poſtea adhuc non condemnato principali eum pręſentauit, an excuſatur? Et Foller. in pract. crim. in verb. verum ſi citati, in 2. par. num. 2. 5. & 13. ait, quòd expectatur finis cauſæ; nam ſi principalis abſolutus erit fideiuſſor liberabitur à pœna, ſecus ſi venerit condemnatus, Grammat. deciſ. 95. Sed aut per præſentationem moram fideiuſſor purgauit, aut ſi non purgauit, etiam quod principalis ſe conſtituat, videtur fideiuſſor teneri, quia non paruit, quamuis principalis abſoluatur; ſi verò purgauit, & comparuerit, quam non debet teneri, quamuis principalis condemnetur, & eò minus cum principali cōſtituto fideiuſſor non teneatur per ſupradicta poteſt deciſ. Grammar. ſtare ex quadam arbitraria æquitate, vel quia per cōſtitutiones Regni ita dicendum erat, ſecus de iure cōmuni, per quod mora purgari poteſt, tex. l. & ſi poſt tres, ff. ſi quis caution.

242 † Quæro quid fideiuſſor promiſerit ſoluere pœnā pro reo toties quoties contrafactum fuerit, an extendatur in infinitum? Et dico quòd nō, ſed tantum bis committi poterit, l. fideicommiſſa, §. ſi quis decem, de leg. 3. Marſ. per illum tex. in d. rubr. num. 139. & in pract. crim. §. quoniam, num. 13. & num. 51. ait, quòd poterit agi actione iniuriarum tempore ſyndicatus cōtra Iudicem, qui relaxandum ſub fideiſſione non relaxauit, Ang. in ver. pro quibus Antonius fideiuſſit. verſ. & no.

243 † Quæro an mortuo principali fideiuſſio criminalis ſit extincta; Et reſolutiuè dico, quòd ſi delinquens moriatur poſtquam eſt confeſſus aut condemnatus, tunc ſicut non extinguitur delictum, ita nec pœna promiſſa pro delicto, l. defuncto, ff. de publ. iud. l. 1. & tot. tit. C. ſi reus, vel accuſ. mor. fuer. & infra in 4. par. latius dicā, & hoc haber locum, quando fideiuſſor promiſit ſoluere quamcunq; pœnam, & non de iudicio ſiſti, Ang. de malef. in verb. eius bona publicamus, vbi addit. num. 4. Bonacoſſ. com. opin. in ver. mortuus poſt delicti confeſſionem, Seb. Medices in ſuo tract. mors omnia ſoluit, par. 2. concl. 32. num. 91. vbi limitat non habere locum in ficta confeſſione, & hos adducit Farinac. tit. de inquiſit. q. 10 num. 56. & 57. vbi diſtinguendo reconciliat opinionē huic contrariam, videlicet quando pœna pecuniaria venit principaliter imponenda. Sed ſi promiſiſſet ſoluere quamcunq; cōdemnationē pecuniariam, tunc etiam ſi (poſtquam eſt confeſſus, vel conuictus) moriatur ante condemnationem, teneo hoc in caſu contrariam opinionem eſſe veriorem, de qua Com. eſ. var. reſolut. titu. de delict. cap. 1. num. 82. & Peregr. de iur. fiſc. lib. 4. tit. 5. num. 39. & alij quos Farinac. allegat. d. q. 10. num. 57. ver. contrarium, licet videatur loqui in terminis, tamen ex illis quæſtio noſtra deciditur, hac potiſſimum ratione, quia fideiuſſio eſt ſtricti iuris, vt dixi num. 199. & facit. l. cum principalis, de reg. iur. & iſte fideiuſſor de iudicato ſoluendo intelligitur pro condemnatione futura, vt dixi ſupra num. 184. & ſeq. & eſt alius caſus, quod ſi principalis mutat ſtatum fideiuſſio expirat, Marſ. in Rubr. de fideiuſſ. num. 110. & 115. cum mult. ſeq. vbi infert ad multa in practica.

244 † Quæro iuxta præcedentem concluſionem, an & quando fideiuſſore mortuo obligatio tranſeat ad hæredem? Et Farinac. d. q. 34. tit. de carcer. num. 12. & ſeq. dicit non tranſire quando eſt facta ſimplex promiſſio pro maleficio, vt tenet Boſſ. in d. tit. de carcerat. fideiuſ. relaxan. num. 46. ſed quando eſt facta promiſſio ſub certa pœna in caſu contrauentionis, licet promiſſio ſit ex cauſa à maleficio naſcente, tunc obligatio pœnalis tranſit ad hæredes, ita declarante Aret. in §. fideiuſſor. Inſtit. de fideiuſſor. dixi ſup. num. 185. quā dubitationem ceſſare dicit Farinac. loc. cita. ex quo in obligatione Notarij de ſtylo ſolent apponere hæc verba, promiſit per ſe, & ſuos hæredes.

245 † Quæro quanto tempore durat cautio data ad beneplacitum Iudicis? Et durat durante tempore eius officij vel delegationis, ex quo ceſſante iuriſdictione ceſſat beneplacitum, Tiraq. in tract. ceſſante cauſa, in ver. iuriſdictione ceſſante, facit Bart. in l. centeſimis, §. ſi ita ſtipulatus fuero, vbi Iaſ. & alij de ver. obl. At ſi adhuc durat cauſa ob quam cautio eſt data, tunc durat tantum quantum ipſa cauſa, c. eum ceſſante, de appellat. quia cautiones accipi ſolent nomine officij, & non Iudicis. & officium ſemper durare dicitur, licet perſona mutetur, quamobrem ſi cautio iſta ſit data ob aliquam ſuſpicionem, quamdiu durat ſuſpicio, cautio durat, arg. c. cum ceſſante, de appellat. Hinc eſt q. quando quis eſt ſuſpectus de aliquo maleficio, & non adſunt teſtes, ſolet cogi ad cautionem præſtandam, de ſe præſentando toties quoties ad omnem officij requiſitionem pro cauendo intereſſe fiſci venturo, & hoc fit à Iudice extraordinariam baliam habente, Menoch. de arbitr. q. 68. num. 50.

246 † Quod ſi Iudex noſter ſupremæ authoritatis iuſſerit cautionem præſtari de beneuiuendo, vt fit contra diſcolos, hoc in caſu: quando tempus non fuerit determinatum, nihilominus, ſi præſtans talem cautionem bene vixerit per triennium, tunc ceſſabit cautio, quia per triennium bona fama dicitur recuperata, tex. ſingularis, in auth. de monachis, & Caſo. de Iud. num. 7. dixi de teſt. in 1. par. nume. 102. Et hæc bene uiuendi cautio requirit ſummariam cauſæ cognitionem ad inſtar cautionis de damno infecto. Bart. Iaſ. & alij in l. qui bona, ff. de damn. infect. nec licet alteri hanc cautionem præſtari facere niſi Iudici ſupremæ authoritatis, ex quo eſt remedium extraordinarium. Put. in ver. Iudicis ſupremæ poteſta. c. 1. quia ſi quis deliquit debet puniri ordinario iure, l. ita vulneratus. ad l. Aquil. nec debet alligatus teneri more belluarum, ſed re vera Florentiæ adſunt carceres appellatæ le ſtinche, quibus diſcoli, & malè morigerati cuſtodiuntur, & vt plurimum tanquam inemēdati ibi moriuntur, niſi ſenes facti ſint, qui locus verè mortus eſt temerariorum: ſic etiam ſeruatur in Ciuitate Lucana. vide Moſcatell. in ſua prac. de fideicom. & Maſcard. de prob. eo. verſ. Fideiuſſor.

247 † Quid ſi cautio eſt data per mēſem certum, & vltra

tra

tra ad arbitrium Iudicis,ſeu ad eius beneplacitum? &
quidem ſi intra illum menſem Iudex declarationem
beneplaciti ſui non fecerit,tunc elapſo illo menſe,be-
neplacitum expiraſſe dicitur,& per conſequens cautio
ipſa expirat, ſecundum Beto. conſil.204. vol.3. Reli-
qua in materia fideiuſſionum proſequere per Ma-
ſcard.de probat. cod. ver. fideiuſſio, & per Muſcatell.
Moder.Regnicolam in ſua pract.tit.de fideiuſſ. par. 1.
& 2. & infra quamplures caſus ipſe tradam quotidia-
nos,& vtiles.

248 † Reſtat modò videre de cautione de non offen-
dendo, de qua vltra alios Marſ.in l.1.§. præterea, vbi
latè,ff.de quæſtio.& Farinac.de carcer.quæſt.34. Her-
cul.in ſuo tract.de caut. de non offen. Et circumſcri-
ptis ſtatutis,quæ dant certam formam, tamen loquen-
do de iure communi , & præcipuè ſtante hac Regia
facultate, quilibet illam præſtare cogendus eſt ad in-
ſtantiam petentis , cauſa ſummariè præcognita, quòd
licita ſit petitio, l. denunciamus , C. de ijs, qui ad Ec-
cleſ. confug. & vice verſa debet reciprocè præſtari , ſi
licita eſt petitio reciproca , & ita eſſe expediens Iudex
iudicet,ſecundum Bart.in l.illicitas, §.ne potentiores,
249 numero 3. ff.de offic. Præſ. † vt æqualitas in iudicijs
ſeruetur, Bart.& Doct. in l.quæ bona, §. ſi quis iuxta,
ff.de damn.infect. & ideò Iudex ſtatim debet diligen-
ter examinare cauſam , & cuius qualitatis ſit iſte, qui
primò petit cautionem de non offendendo ſibi dari,
Menoc.de arb.caſ.140. & 141. & poſtea quando reci-
procè petitur conſiderare,an ſit expediens, vt detur ab
aduerſario , quoniam ſunt quidam tam temerarij , &
parum Deum timentes, qui etiam ſine cauſa prouo-
cant,& ſimul offendunt pauperes, aut perſonas mites,
& quietas, & quando ſunt coacti talem cautionem
dare , petunt conſimilem ſibi reciprocè dari cautio-
nem , cum proteſtatione quòd non intendunt dare
pro eorum parte cautionem (etſi iam dederint) niſi
250 †ex aduerſo ſibi detur, quo caſu Iudex prudens ſolet
reijcere talem proteſtationem,Baiar.ad Clar.d.quæſt.
47.ſub numero 21.& Franc.d.Deciſ.359. volum.2.&
Hercul. tract.de cautio. de non offen. cap.31. num.9.
& conſiderabit, an iſte qui obtinuit ſibi dari cautio-
nem , & à quo reciproca petita eſt cautio , ſit perſona
ſenex,aut aliter impotens,ſiue propter imbecillitatem
corporis, aut quia pauper, & humilis, & hoc in caſu,
admittet iſtum ſub iuratoria cautione pro ſimili pœ-
na,vel cautionem præſtabit pro alia ſumma,quam in-
uenire poterit, & in reliquo ſub iuratoria cautione,
251 †at ſi ſit talis, & non inueniat cautionem , tunc Iu-
dex curabit eum non diſcedere è Prætorio, vel è do-
mo propria ſub conſimili pœna, & in caſu impoten-
tiæ ſub alia pęna corporali arbitraria, & vi. Iaſ. ad hoc
in l.quod iuſſit, ſub num.19. de re iud. & ita ſeruanit,
& Baiar.in d.quæſtio.47. d. num.21. non approbat id
quod dicit Clarus , quòd renuens , vel non inueniens
date fideiuſſorem banniatur extra Ciuitatem , vel lo-
cum per tot miliaria, ne morbida tota pecus pecu-
dum corrumpat ouile. Sed non bannitur in totum
252 à toto dominio. † Nam profectò eſt dare materiam
multiplicandi faſinellos, & augetur, & non dimi-
nuitur occaſio ſcandali; vtinam non eſſent tot,& tan-
ti banniti, res quippè periculoſiſſima, ſed in hæc tem-
pora incidimus, in quibus data opera multi ſe ban-
niunt, vt furentur, & occidant, ita vt nullus ferè tu-
tus ſit in propria domo, teſtatur id Padus, & Ticinus.
253 † Et in adhibenda cauſæ cognitione ſufficiunt ſum-
mariæ informationes, Monticell. pract. crimin. reg.
princ.nu.45. Barba.conſ.64. vol.1. Maſcard.de probat.
concl.137.& etiã ſufficeret iuramentũ calũniæ,quãdo
eſſet petitio veriſimilis, & caſus celeritatem require-
ret,l.metus,ff.quod met.cauſ.Menoch.caſ.140. num.
40. & in hac cautione datur etiam fideiuſſor vt quo-
tidie ſeruatur in practica, Clar. quæſt. 47. per tot. &
Farinac. d. quæſt.34. licet de iure ei qui eſt diues non
expediat alium fideiuſſorem dare, ſat eſt vt ipſe pro-
mittat, Bart. in l.illicitas,§.ne potentiores, num.4. de
offi.præſ.per tex.l.fin.ff.qui ſatiſda.cog.tamen de con-
ſuetudine ſeruatur, quod detur fideiuſſor, per l.2. ff.
qui ſatiſda.cog. & multò magis ſi rixoſus eſſet vel diſ-
ficilis exactionis,vt ſup.num. 194. & ſeq.& num.238.
254 † Verùm experientia docet, quòd feroces & mali-
gni homines renuunt præſtare hanc cautionem de
non offendendo, & Iudex ſolet excipere, quod præ-
ſtetur, alioquin pro data omninò habeatur, vt etiam
dicit Baiar. d.quæſt.47. num.21. & ſi eſt pauper addi
debet ſub pœna corporali arbitraria, vel mandare vt
exulet; ſed hanc prouiſionem damnandam dixi ſu-
prà,quia non eſt occaſio danda,vt multiplicentur ini-
qui,l.in fundo, §.penult.ff.de rei vend. & occaſio di-
citur quando cauſa non eſt ordinata ad effectum , de
quo agitur, ſed accidentaliter & caſu illud contingit,
l.fin.§. cum in ſecunda, C.de fur.Dec.in cap.1. nu.7.
de conſtit. & in Rubr. C.qui admitt. Bald.conſ.119.
col. fin. lib.2. melius erit vel in carcerem, vel in do-
mum eum arctare,donec ſatiſdet ſub magno pœnali
præcepto;& quando res agitur inter partes,vtputa in-
ter vnam & alteram familiam, tunc omnes ſeque-
ſtrari ſolent in proprijs domibus,vel ſub certis finibus
255 ſub pœnis magnis concludere, † & etiam ſub pœ-
na indignationis Principis, quæ pro ſpreto præcepto
ſuo iuſto poteſt extendi etiam vſque ad mortem,
quando fuit contra factum atrociter, vel cum magno
ſcandali periculo, de qua pęna Menoch. de arb. iud.
caſ.355.& Luc.de Pen.in l.1. C.vt dignit. ordo ſerue-
tur, lib.12. Grammat. deciſ.40. num.20. Farinac. de
256 delict. & pęn. quæſt.19. num.32. † Nam pęna om-
nis in Principe arbitraria dicitur vſque ad mortem,
Aug. ad Ang. de malef. in ver. caput à ſpatulis, ver.
quando aliqua lege, & refert Farinac. cod. tit. de de-
lict. & pęn. quæſt. 17. num. 60. & Monticell. pract.
crim.reg.2.num.8. Caret.pract.de homicid. num.31.
& 32. & maior vel minor erit pęna ſecundum quali-
tatem tranſgreſſionis & indignationem Principis,
vt per Menoch.& alios ſupra adduct.
257 † Solent etiam huiuſmodi præcepta fieri inter v-
nam & alteram communitatem, quando occurrit
inter eas diſputari de finibus territorij, ne diſcedant
incolæ à certo fine,cauſa vitandi ne deueniatur ad ar-
ma, l.fin.ff. de decret.ab ord.faciend. Et in Statu Se-
reniſſ. magni Ducis Etruriæ, Domini mei,viget mos
laudabilis & vtilis, vt ſtatim atque ad aures Iudicia
maleficiorum peruenit de aliqua rixa,tubicen, ſono
tubæ in loco delicti,& in locis ſolitis moneat,& præ-
cipiat, quatenus tollantur offenſiones inter eos, inter
quos orta eſt contentio vſque in tertium & quartum
gradum ſub pęnis comminatis, & quòd intra quinde-
cim dies aut menſem proximum debeant cautionem
præſtare de tregua, vel pacem feciſſe, qua proclama-
tione facta omnes ſibi à calamitate tali cauent: & in
cautionibus ſeruatur deinde ſuprà dicta forma. De
iure communi vide Guid. de Suaar. quem ſequitur
Io. And.ad Spec.tit.de pignor.§.ſequitur, verſic. quid
ſi timeo, Alex. in l.qui bona, §. ſi quis , de damn. in-
fect. Attende tamen quod ſi eleuatio offenſarum, aut
huiuſmodi præcepta facta non ſint iuridicè ſeruatis
ſeruandis,non valent,tex.in cap.fin. qui matr. accuſ.
non poſſ. & ita Florentiæ fuiſſe iudicatum in Rota.
Et in materia l.fin.C.de Decret.ab ord.fac.vbi de cau-
tione, & prouiſione adhibenda ne ſcandala inter
communitates oriantur, ſcias quod ſi altercantur in-
ter priuatos ex cauſa priuata, pęna contra communi-
tatem locum non haberet,l.iuriſgentium,ff.de pac.ſe-
cus ſi publicum tangerent,ſaltem maiori parte appro-
bante,l.fin. C.de auth. præſt.l.ſi quis ex arg ntis ff.de
eden.l.ſuum hæredem,§.hodie,ff.de pac.& eſt verum
quod factum à maiori parte ab omnibus factum eſſe
dicitur. Bar.in l.quod maior.ff.ad municip. Soc. Reg.
286.

286. Ancharan. facit in conſil. 156. Aret. conſil. 165. Gand. in Rubr. de Homicid. num. 14. Ideo cauendum eſt ab vnionibus ſquadrilijs, & illicitis Congregationibus, quoniam etiam ſine ſono campanæ diceretur Communitas congregata ad malum, per l. 3. C. de Summa Trinitate, & Fide Catholica: vide Boſſ. in eo. tit. de vnionibus, & conuenticul. Quando autem Pax dicatur rupta inter vtramque Communitatem habes per Bertazol. Conſil. crim. 183. par. 1. conſil. 247. Con. conſil. 167. lit. l, volum. 3. vbi an ſit pax facta ſimpliciter inter Vniuerſitates, vel inter eas, & earum homines particulares.

258 † Quanto autem tempore durare debeat cautio de non offendendo, ſtat in arbitrio Iudicis, Bart. in d. §. ne potentiores, numero 7. de iure communi fideiuſſio præſtita oretenus durat per duos menſes, & in ſcriptis perpetuo, l. penult. C. de fideiuſſ. Afflict. ſuper Conſtit. ſi vaſallus, numero 24. fol. 282. & per decennium durare dicit D. Menoch. de arbit. caſ. 141. numero 3. & de cautione de iudicio ſiſti quando expirat, dixi numero 181. vide Guliel. de Cun. tract. de ſecuritat. nu-
259 mero 39. † Pœnam autem promiſſam incurrit, qui facto, aut verbis iniuriando contrauenit fideiuſſioni de non offendendo, quæ pœna debetur omninò, & etiam is, qui cautionem rumpit, tenetur luere pęnam pecuniariam, aut corporalem ſecundum qualitatem delicti ſecuti in ipſa contrafactione, ſcilicet pœnam de iure communi, vel ſtatutario pro delicto, ſecundum Foller. in pract. crim. in verb. pęnis debitis, numero 23. & Marſ. conſil. 9. col. fin. quod non habet dubium. Veruntamen vide Gughel. de Cun. tract. de ſecurit. num. 38. verſic. quæro ſi tu dicis iniuriam, vbi tenet, quod per iniuriam verbalem non incurritur in pęnam conuentionalem, ſub illa generalitate de non offendendo, niſi expreſsè cautum ſit; nec per quamlibet aliam iniuriam, quæ non tangeret in effectu perſonam facto: & Guglielmus ibi infert ad vaſallum, qui non perdit feudum ob ſolam iniuriam verbalem: & numero 41. ait, quòd auxiliator eius, qui promiſit non offendere, tenetur eadem pęna conuentionali, ſi fuit præſens, id eſt, quando pęna ſtipulata fuit, auxiliando in facto criminis. Sed de hoc dubitandum, quoniam ſtipulatio non egreditur perſonam contrahentium, cùm ſit ſtricti iuris, l. quicquid aſtringendæ, de verborum obligat. id poſſet habere locum, quando quis promiſit per ſe, nec per alium offendere, quamuis Guglielmus plura iura ibi allegat, quarum inductionem non reperi iuxta ipſius opinionem.

Sed vt pleniùs in actu practico hanc materiam tam quotidianam explicemus more noſtro, notandum eſt,
260 quod † differt Pax à remiſſione rancoris: Nam rancor dicitur remiſſus, ſi aduerſarij ſimul comedant, vel bibant. Bald. in l. accuſationem, num. 7. in fin.

261 Pax † verbis iniurioſis rumpitur, vel ſi quis quereſlat, aut alium inſtigat animo nocendi illi, cum quo pacem fecit: Nam pax ab animi reconciliatione procedit, & animus perturbatur ex verbis iniurioſis, atque corrumpi dicitur, nimirum ſi pax ſolis verbis rumpitur: Nam offenſa dicitur omne id, quod ad iracũdiam prouocat, Cot. conſ. 51. nu. 6. volum. 1. ſi facta eſt pax pro iniuria verbali, ac ſi facta eſt pro iniuria actuali, tunc ſolo verbo iniurioſo non rumpitur ea ratione, quod quicquid eſt cauſa cauſæ, dicitur eſſe cauſati, l. ſi amicis, ff. ad leg. Iul. de adult. l. manumiſſiones, vbi Bald. not. ff. de iuſt. & iur. & in terminis Caualca. Deciſio. 19. per tot. par. 5. vel ſicuti relatiuu continetur in referente cum omnibus ſuis qualitatibus, l. aſſe toto, ff. de hær. inſtit. & per Barto. in l. ſi ſeruum, §. fin. ff. de legat. 1. ſic de pace & eius ruptura cenſendum eſt, vt in propoſito dicit Maſcard. de probat. concluſio. 1163 num. 101. & 102. vnde ſi pax eſt facta pro offenſa facti, ita & factis rumpi debet, vt quæque res ſecundum propriam naturam & qualitatem reguletur, vt de propulſanda iniuria dictum eſt, ac de reſiſtentia ſupra in hac 2. par. num. 57. & ſeq.

Igitur quærit Clarus in q. 47. verſ. quæro etiam, ſi duo promiſerunt inter ſe non offendere, & vnus offendat fratrem alterius, an dicatur incidiſſe in pęnam? & reſpondet quod non: per doctr. Bar. in l. ſi ita ſtipulanis, §. Griſogonus, vbi omnes, de ver. oblig. & teſtatur de communi, ac limitat non procedere ſi manifeſtè apparet, quod ad vindictam & in offenſam alterius fratris (cum quo ſtipulatio eſt ſecuta) alterum fratrem offendit, l. item apud Labeonem, §. pen. & fin. ff. de iniur. Cephal. conſil. 587. num. 26. volum. 4. & hæc opinio eſt vera, ſi cautio de non offendendo eſt tantummodo in perſonam, quia non extenditur ad aliam perſonam, l. quicquid aſtringendo, de ver. oblig. maximè in pœnalibus, cap. odia, & cap. in pœnalibus, de regul. iur. Dec. in conſil. 89. num. 11. quinimmo etiam ſi offendat filium, aut vxorem, non eſt locus pœnæ pro iniuria perſonali, l. eum qui, in principio, ff. de iniur. DD. in l. 4. §. Cato, de verb. oblig. & hoc quia cautio loquitur tantùm de offenſa perſonali. Moro. tracta. de fide, tregua, & pace, quæſt. 134. num. 1. & 15. in fin. & cum Bart. tranſeunt Vulpell. de pac. quæſtio. 40. Bero. conſil. 135. volum. 3. quamuis in vxore, Luc. de Pen. in l. vnica, num. 49. C. public. lætit. contrarium ſentire videtur: ſicut etiam arguendo à ratione correlatiuorum, tenet Iaſ. in l. tranſigere, C. de tranſac. & etiam tenet Alcia. in d. l. 4. §. Cato. in 7. quæſt. & alij quos Moro. vbi ſupra allegat. nume. 15. & ſequ. tamen reſpectu correlatiuorum ſumus extra hos terminos cum in ſtipulatione eſt contenta perſona Titij, quia nomen non habet, neque eſt correlatiuum, ar. l. ſi quis in tantam, C. vnde vi. l. in agris, ff. de acq. re. do. Barto. in l. 2. C. de tranſac. Secus ſi diceretur, promiſit non offendere maritum Bertæ, vel patrem Titij, quia maritus eſt correlatiuus ad vxorem, & pater ad filium: vt declarat Euerar. in ſuis centur. loc. 76. à vi correlatiuorum, lit. B. per l. fin. C. de iudic. & appellatione Titij non continentur filij, nec vxor, quia eſt diſcrepantia, ſecundum Grãmat. in numine, in caſu, & in perſona, hinc eſt, quod macula acquiſita in perſona Titij non nocet filio, tex. eſt ſing. in l. emancipatum, §. fin. ff. de Senator. & in terminis Cephal. d. conſil. 587. à num. 12. vſque ad nume. 23. vo. 4. Secus etiam ſi promiſerit non offendere carnem, vel ſanguinem Titij: nam vtique vxor, & filij comprehenduntur, ſunt enim vna caro, & oſſa de oſſibus patris, & caro de carne eius, 35. quæſt. 4. §. hac authoritate, & 31. quæſt. 2. de Nepos. l. ſi. C. de impub. & alijs ſubſtit. inſtitut. de noxal. §. vltim. plura adducit Luc. de Pen. d. l. vnica, ſub numer. 49. C. public. læt. lib. 12. & in l. cum ſi tenus, C. de agr. & cenſ. lib. 10. vbi actio iniuriarum pro offenſa facta patri, vel marito, cõpetit filio, & vxori, ſecundum Barto. in l. ambitioſa, C. de decret. ab or. fac. Item ſi promiſerit non offendere Titium in rem, nec in perſonam, vtique vxor, & filij comprehenduntur in ſtipulatione, l. nam abſurdum, ff. de leg. facit regula, ſi de quo minus, ergo de quo magis, cap. cum iniunctis, iuncta gloſ. de elect. Hinc dici ſolet, mei nati, mea vxor ſunt res meę. Idem quando promiſerunt non offendere ſeipſos, filios, fratres, conſanguineos, & affines, vſque ad quartum gradum: iuxta ea, quæ ſupra in d. 2. par. nume. 254. & in ijs terminis bene loquuntur. In prætorijs ſtipulationibus fit lata interpretatio ratione finis, quando eſt attenta iudi cã, ne ſcandala oriantur, vt hic, ſecus in cautionib. conuentionalibus, Luc. de Penn. in d. l. vnica, nume. 49. C. publ. lætit. lib. 12. Tiraquel. de leg. connub. l. 55. & vltim. num. 54. vſque ad nume. 66. Moro. de fid. pac. & tregua, q. 134. num. 14. Iaſ. in l. tranſigere, C. de tranſac. & multo magis cum cautiones huiuſmodi dantur ſic iubente ſtatuto, aut lege particulari, vt ſupra dixi nume. 257. d. 2. par. quia finis eſt, ne partes deueniant ad arma, & propter publica ſcandala auertenda,

Digitized by Google

da,nimirum ſi ſit extenſio,cap.odia,vbi limitant Do-
cto. de regul.iur. & pro expreſſo habetur, quod tacitè
ineſt,text.in l.quamdiu, C.de fideicomm.quid dubij,
quod offenſa vxori facta magis afficiat:imo vxor non
per extenſionem,ſed virtualiter dicitur compr henſa,
l.& ſi non defendantur, ff.de pœn. l.ijs ſolis, C.de reu.
don.l.milites agrum,in princip.ff.de re milit.ideo tol-
lenda eſt occaſio, Bal.Paul.de Caſt.in d.l.quamdiu, &
in prop.Maſcar.de probat.concluſio.1136 nume. 40.
in fin. ubi dicit, quod ſi promiſſio de non offendendo
eſt facta poſt delictum, tunc lata ſit interpretatio : aut
eſt facta de delicto abbreuiando, & tunc ſtrictè inter-
pretatur, Menoch.de arb.caſ.335.num.4. cum ibi per
eum adduc. Multo magis comprehenderetur vxor, ſi
in promiſſione appoſiti eſſent expreſsè nedum con-
ſanguinei,& affines, ſed conſortes, & coniuncti, vt in
Formulario Florentino practicatur in materia treguę:
B Nam vir, & vxor conſortes appellantur vulgari ſer-
mone, Salyc. in l.penult. C.de contrahen. empt. quia
nemo illorum proximior,& de conſortibus Alexand.
conſil.12.numero 1.lib.7. Caſtr.conſil.159. ſuper pri-
mo,lib.1. & matrimonium dicitur maris, & fœminæ
coniunctio,§.1. Inſtitut.de nupt. & in Euang. Matth.
cap. 12. Quos Deus coniunxit,homo non ſeparet; &
in iure ciuili appellatione coniunctorum veniunt vir,
& vxor, probat tex.in l.fin. §.cum autem in confinio,
C.de fur. ibi actionem furti non dari marito in vxo-
rem,tanquam perſonas ita ſibi coniunctas. Iaſ. in l.1.
numero 4. C.vnde vi. apoſtil.ad Bart.in l.fin. Cod.de
verborum ſignific.& hoc in caſu ceſſant dubitationes,
quia ſumus in claris, l. continuus, de verborum obli-
gatio. & ideo cautela eſt, vt in cautione dicatur, pro-
miſit nullo modo offendere, nec offendi facere in rē,
nec in perſonam Titium, nec ſuos quouis modo, ſan-
guine,vel affinitate coniunctos vſque ad quartum gra
dum: Surd.Deciſ.89.numero 11. Verùm ſi ex noua
cauſa, offenſa vere facta ſit, tunc non eſt locus pœnæ,
Cæphal.d.conſil.587.numero 29.cum plur.ſeq. vol.4.
Hercul. de cautio. de non offend. cap. 13. numero 5.
Bertazol.conſil.147.numero 24. Bero.conſil.198.nu-
mero 12.volum.3. Maſcard.de probatio.d.concluſio.
1136. numero 37. vbi ait non valere pactum, quod e-
tiam noua cauſa ſuperueniente quis teneatur ad pœ-
nam de non offendendo, teſtatur de communi, niſi
fuerit cauſa noua affectata, argumento trium onerum
tutelarum. Inſtitut.de excuſat.tuto.vel curato.& Viui.
commun.opinion.808.num.32.& 41.vo.3.vbi ſi ſta-
tutum dicit, quod præſtetur cautio iſta de non offen-
dendo actiuè, nec paſſiuè conſanguineos, & affines,
vſque ad tertium gradum, ſecundum ius Canonicum
non comprehenditur ſponſa; & ad prædicta vide Io.
Fabr.in l.denunciamus,C.de ijs,qui ad Eccle.confug.
Aufrer.addit.ad Capell. Toloſa.quæſt.489.in fin.Plac.
C epit.delic.lib.1.cap.7.num.10.in fin. Et hic nota,quod
vbi certa forma cautionis de non offendendo eſt tra-
dita à ſtatuto, vel ordinationibus, ſi inſtrumentum
cautionis fuerit deperditum,& ſolum penes acta curię
ſit quodam de ſtylo,memoriale, ſeu repertorium, in
quo memoriale recolitur de cautione præſtita, tunc
creditur, & intelligitur cauiſſe, iuxta formam ſtatuti,
propter relationem,quæ refertur ad relatum, l.aſſe to-
to,ff.de hær.inſtit.l.ait Prætor, §.ſi Iudex, ff.de re iud.
paria enim ſunt aliquid eſſe certum de ſe, vel per rela-
tionem ad aliud:ſecus ſi impugnetur, vel certa forma
non ſit tradita, quia non creditur, Doct.in authent.ſi
quis in aliquo, C.de eden. facit Caualcan.deciſio.21.
numero 36.37.& 38. ibi clarum eſt,quod vbi de certa
quantitate non eſt conuentum, Bartol.in l.admonen-
di,col.9.ver.ſed quæro, quid de exemplo,vbi in fortio
ribus terminis, ff. de iureiurando. Nam ſi non credi-
tur notario, nec copiæ, ſeu exemplo continenti totum
tenorem inſtrumenti, quanto minus illi memoriali,
ſeu repertorio, aut indici apud acta, quando non con-
ſtat de originali, Authent.ſi quis in aliquo, C.de eden.
Maſcar.de proba.concluſio.711.num.1.2.& 15.Oria
in pract.de inſtrum.product.c.9.num.19.& 29.Socin.
in d.authent.in aliquo,num. 17. Purpur. num.32.& in
antiquis faceret aliqualem fidem, vt in ſimili Caual-
can.deciſio.46.num.15.cum ſequen.par.1. Curt.d.au-
thent. ſi quis in aliquo, numer.15. & ideo ad fiſcum
ſpectat probare, quando pœna in totum, vel in parte
ei cedit, l.qui accuſare, C.de eden.cap.ex litteris, extra
de probat. l.vti frui, ff.de vſufruct. Barto. in l.1. C. de
iur.fiſc. Socin.l.2. ff.de except.rei iudic. Peregrin.de
iur.fiſc. lib.7.tit.3. num.13. Et notandum,quod ſi pax
ſit rupta ab vno ex pluribus in pace comprehenſis,om
nes tenentur pro virili. Alex.in conſil.116. vo.4. con-
ferunt dicta ſupra in 2.par.vbi in materia fideiuſſ.facit
Tob.Non.conſil.152.num.17.inter conſil.crimin.di-
uerſo.to.1. & pax quando diminuat pœnam, vide ſu-
pra num.79. & ſequen. & Farinac.de accuſat.quæſtio.
13.quid ſi poſt ſententiam habetur pax, an proſit? dic
quod non;niſi ſit locus appellationi, & fiat appellatio-
ne pendente.Gomeſ.var.reſol.tit.de delict. cap.3. nu-
me.6. Plac.epit.deciſio.cap.39.nume.27.& 28.Franc.
deciſio.370.num.19.vo.2. & pax,quam fidem faciat,
vide Maſcard.de probat.concluſio.1161. & 1162. vbi
quibus modis rupta dicatur, & dixi ſupra in 2.part. de
præſentante pacem:& plura Boſſ.titu.de pac.& addit.
ad Clar.quæſtio.21.num.145.& ſtante ſtatuto de rum
pente pacem.aduertendum eſt ſemper ad verba ſtatu-
ti, an comprehendant percuſſionem, vulnera, aut ad-
menationem. Nam ſi pax, vel tregua rupta dicatur,
non intelligitur rupta per admenationem, nec per le-
uem percuſſionem. nec dicitur rupta ab eo, qui prius
fuit prouocatus,& opus habuit ſe defendere; l.1.de vi,
& vi arma. & de ijs apud Maſcard. d.concluſio. 1162.
num.42.47.54. & 118. vbi offendens minantem non
dicitur fregiſſe pacem,alleg. Marſ.in pract.§.expedita,
col.prima,& ſingul.337. Bertazz.conſil.48. numer.1.
D † Hoc vnum eſt, quod ſi dolo pax non rumpitur, ru-
pta non dicitur, Alexan.conſil.115.colnm.4.num.15.
volum.4.Bero.conſi.196.num.121.volum.3.Bertazz.
conſil. 4. vo.7. & pax non dicitur pluſquam ſemel ru-
pta,niſi ſtatutum dicat toties quoties, Ioann.Andr.ad
Spec.tit.de treg.& pac.in rubr.& refert Maſcar.d.con-
cluſio.1162.nume.40.& de clauſula toties quoties,nu-
me.38.& 39. vt.ſupra in 2.par.ſub num.180. Tandem
ſcias, quod pax,& remiſſio pro iniuria non extendun-
tur ad damna. Iaſ. in l.1. col.3. ff.de pac. vbi de modo
faciendi pacem, quæ præcipuè haberi debet ab omni-
bus,quorum intereſt:& tam à fœminis,quam à maſcu
lis, ſecundum veram, & communem opinionem, de
qua per Fel.in cap. cum oporteat, col.5. de accuſat. ſe-
quitur Boſſ.d.tit.num.9. Differt tamen pax à remiſſio
ne,quia pax ſit ambabus partibus concurrentibus; re-
miſſio autem fit ab vna parte tantùm, videlicet à par-
te offenſa,Carauit.rit.175. differt etiam pax à concor-
dia, quia pax eſt perpetua, & concordia poteſt eſſe ad
tempus, Alexan.in l.de fideicommiſſo, C.de tranſact.
ſequitur Boſſ.d.tit.de pac.num.2.& 3.Alex.& alii in l.
1.ff.de pac. & finaliter pax facta pro priuato intereſſe,
non impedit proceſſum,quo ad intereſſe fiſci. Barto.in
l.1.§.vſque adeo,de iniur. Boſſ.d.tit.num.8.vide Vulp.
de pac.q.14. & Carauit.rit.262.nume.26. qui dicunt,
quod pace habita à principali non poteſt procedi ulte
rius in cauſa, & ita ſeruat conſuetudo; quæ ſupradicta
tanquam magis quotidiana ſunt ſeruanda, & pax ſem
per ſit hominibus bonæ uoluntatis.
262 Qun verò † ad treugam, quæ fit de non offenden-
do, ſi non addatur in perſonam, etiam verbis iniurio-
ſis rumpitur, quoniam iniuria verbalis dicitur offen-
ſio animi, & perſonæ, ſed non in perſonam, pulchrè
hanc rem explicat Vulpell. conſil.26. numero 7. & 8.
idem in tract.de pace,q.91.cum ſeq.vbi vult,quòd in-
iuria verbalis, & grauis rumpat cautionem, ſeu treu-
gam

Digitized by Google

gam de non offendendo, & dicit eſſe arbitrarium Iudici, Baiard. ad Clar. §. fin. quæſtio. 47. numero 3. quia ſi eſt arbitrium Iudici, pœna conuentionalis, vel ſtatuta de non offendendo non habebit locum, ſed aliqua extraordinaria, & indeterminata in dicta cautione. Et ſi cupis videre, qui fuit primus inuentor Treguæ, & acordi erato inter rixantes, & de varijs modis iniendi pacem, & concordiam, ac faciendi treguam, & fideiubendi. vi. Polib. Virgil. de Vrbino in d. ſuo tract. cap. 15. car. 110.

E Nunc in propoſito pone, quod inita ſit tregua inter Publium, & Mæuium de ſe non offendendo in perſonam, & dum quadam die ſuper menſuratione agri ambo contenderent, Publius exprobrauit Mœuio, quod ſit latro, vel dixit Razza di ladro, non eſt dubium, quod hæc verba ſinnant in grauem iniuriam, & contumeliam, Speculat. in tit. de accuſat. §. 1. verſic. quid ſi vocauit latronem, propè fin. quo caſu licuit iniuriato, vti militi honorato, vlciſci, & mentiri Publio, ſecundum Angel. de Maleſic. in verb. verba iniurioſa, in verſic. quid plura, ſi aliquo dicto, vel facto, num. 10. qui dicit opinionem Speculatoris veriſſimam eſſe, & huiuſmodi iniuriæ propulſationem fieri ex interuallo etiam poſſe teſtatur Menoch. conſil. 107. numero 40 volum. 2. vbi ait, quod ſatis incontinenti fieri dicitur, ſi propulſatio fiat die ſequenti, licet de arb. iud. caſ. 361. numero 21. dixerit, quod intra triginta dies propulſatio dicitur facta calore iracundiæ; ſed certè magis puto calore praui animi vindicatiuè fieri, vt ait Maſcard. concluſio. 1162. numero 59. ideòque ſtandum eſſe arbitrio Iudicis, vt ſuprà numero 46. & facit Baiar. ad Clar. §. homicidium, numero 21. & 113. modò die ſequenti Mœuius obuiam habens Publium aduerſus illum hæc verba protulit. Di quelle parole, che hieri diceſſi in diſpregio della Caſa mia menti per la gola, & pugno illum pariter percuſſit, & Publius euaginato enſe in Mœuium irruit, & illum pluribus vulneribus repercuſſit, qua de re cauſa ventilata in iudicio fuit iudicatum treugam à neutro ruptam fuiſſe me patrocinante; & cum ſimilis caſus euenisset in Ciuitate Florentiæ ita iudicatum fuit de anno 1602. die 24. Octobris, à Dominis oct. de Balia.

F Nam ad determinationem cuiuſcunque rei initium ſpectandum eſt, l. Pomponius, de negot. geſt. & cauſam rixæ perpendendam eſſe, ait Vulpell. de pace reſponſ. 98. numero 1. & 6. Vnde Publius protulit illa verba, Razza di ladro natus, occaſione menſurationis agri, & ſic ex noua cauſa, ob quam præſumuntur fuiſſe prolata illa verba; immò clarum eſt, & non eſt opus coniecturis, l. decem, §. continuus, de verborum obligatio. & quando eſſemus in dubio ſemper eſt præſumendum ex noua cauſa; & non veteri dictam, vel factam fuiſſe iniuriam ad euitandam pœnam conuentionalem, l. ſemper in ambiguis, vbi Dec. de regul. iuris, &c. in obſcuris, vbi Dyn. eod. tit. in 6. Maſcard. d. concluſio. 1136. numero 38. Menoch. de præſumptio. lib. 3. præſumptio. 144. numero 4. Vulpel. reſponſ. 2. numero 34. & quæſt. 9. numero 5. Soc. Iun. conſil. 103. volum. 3. Marſil. ſingul. 503. Ruin. conſil. 10. numero 12. volum. 4. Bertazol. conſil. 282. numero 17. & 18. & conſil. 248. lib. 2. idem conſil. 4. numero 14. conſil. 147. numero 12. & ſequ. conſil. 151. numero 11. vbi ait, quod poteſt noua cauſa allegari, etiamſi ex conuentione, vel à ſtatuto, aut ab ordine Magiſtrali prohiberetur noua cauſa allegari, & etiamſi noua cauſa eſſet iniuſta; vltra quod per illa verba iniurioſa treuga non dicitur rupta in caſu iſto, quia cautio fuit præſtita de non offendendo, vel offendi faciendo in perſonam tantum, quæ taxatiua ſtricto modo offenſam perſonalem facto, & non verbis tantum comprehendit, iuxta doctrinam Bartoli in l. ſi cum 15. qui iniuriarum, ff. ſi quis cautio. & Gugliel. de Cun. in tract. de ſecuritat. numero 38. verſic. quarto ſi tu dicis iniuriam, & cautio de non offendendo eſt ſtricti iuris, vt ſupra numero 199. quæ interpretatio ſtricta locum non haberet deficiente illa taxatiua tantum, ſecundum Maſcard. de probatio. concluſio. 1136. numero 40. in fin. & tamen diſtinguit, quod ſi promiſſio ſit facta poſt delictum, lata ſit interpretatio, ſecus ſi ante ex eo, quia timetur ne partes veniant ad arma, vt fit in Statu Sereniſſimi Magni Ducis ſtatim, atque timetur de rixa ſono tubæ eleuantur offenſæ, & coguntur partes, vel facere pacem, aut treugam ſub illa pœna, quam arbitratur Magiſtratus, vel Iudex, & quia in caſu noſtro dictum fuerat, quod promiſerunt partes ſe non offendere cum armis, vel ſine armis in perſonam, & treuga verificatur rupta cum pugno, fuſte, vel alio inſtrumento, nam appellatione armorum talia non comprehenduntur, ſed virtute huius clauſulæ ſine armis, treuga, pugno, vel baculo rupta dicitur, per ſupra dicta.

G Modò ad rem pro mentita, & pugno die ſequenti treuga non dicitur à Mœuio rupta, quia vti miles ex cauſa honoris licitè vlciſci ſe potuit, l. vt vim, cum concord. de iuſtitia, & iure, Maſcard. de probat. concluſ. 1136. numero 20. Hercul. tract. de cautio. de non offen. cap. 27. numero 18. verſic. in quibus forſan, Bertazol. conſil. 534. numero 21. verſic. tertio, lib. 2. Socin. Iun. d. conſil. 103. numero 12. par. 1. Maſcard. vbi ſuprà, num. 4. tom. 2. & contraueniſſe non dicitur qui offenſus offenſorem offendit, Vulpell. conſil 8. nu. 2. Maſcard. d. concluſ. 1163. num. 41. & num. 42.

Nec obſtat, quòd iniuria verbalis erat vlciſcenda hinc inde ſolis verbis, non autem etiam facto, ſed cum moderamine inculpatæ tutelæ, Placha in epitom. delict. cap. 1. numero 21. Angel. de Maleſic. in verb. verba iniurioſa, numero 10. & 16 Auguſt. ibi, & dixi ſuprà numero 57. & ſeq. & numero 64. in hac 2. par.

Quoniam reſpondetur, quod ille, qui videt alium contra ſe animatum venire, quem non ignorat verbis contumelioſis affeciſſe, & audit, & videt illum minus inferre, & verba incitatoria ad rixam proferre, non tenetur expectare, vt ille prius euaginet enſem, & admenare incipiat, ſed de iure ad defenſam poteſt omni meliori modo contra illum irruere, & admenare, l. vim vi, ff. de vi, & vi armat. Clar. §. homicidium, verſic. ſed quomodo probatur, Tib. Nom. conſil. 109. & Bertazol. latè conſil. 433. & 434. Grammat. deciſio. 5. & 23. & 98. facit Boer. deciſ. 169. Capic. in cauſa mentitæ, deciſio. 58. Nam primi motus non ſunt in noſtra poteſtate, & propulſatio facta prouocatè excuſat, Vulpell. conſil. 94. numero 6. Afflict. ſuper Conſtitut. Reg. in verb. aſportatem, in 7. not. idem deciſio. 206. numero 3. & 4. vbi in propoſito ait, quod aggreſſus qui ſe defendendo modum excedit, non debeat puniri pœna conuentionali, ſed aliquantiſper pro exceſſu, pulchrè Tiraquel. de pœn. temper. cauſa 1. numero 6. cum ſeq. vbi ita iudicatum fuiſſe teſtatur. Nam offendens treugam non rumpit, vt dictum eſt Maſcard. d. concluſio. 1136. numero 28. & 29. concluſio. 1162. numero 41. & 42. etiamſi ex interuallo fiat, Hercul. d. tract. de caut. de non offen. cap. 18. & cap. 46. numero 40.

Quæ ratio vtique procedit reſpectu Mœuij, vltra quod, ſi pugno percuſſit luit pœnas: Nam remanſit vulneratus pluribus vulneribus, & medica percuſſio cum pugno non habetur in conſideratione de iure communi, Marſil. conſil. 80. numero 31. cum ſeq. & Bertazol. conſil. 98. numero 14. conſil. 195. numero 14. conſil. 248. numero 5. lib. 1. conſil. 287. numero 15. lib. 2. Nicol. Moro. tract. de treug. & pac. quæſtio. 122. numero 18. & ſeq. niſi ſtatuto, vel conuentione aliter caueretur, vt in caſu noſtro ex illis verbis, cum armis, vel ſine armis, vt ſuprà diximus, & Alber. in l. 4. ff. de adim. legat. videtur velle, quod etiamſi non adeſſent illa verba, ſine armis, nihilominus treuga poſſit dici rupta, quia negari non poteſt, quod facta adiecta verbis,

Digitized by Google

bis, ut eſt peccutere pugno non ſit offenſio: quo caſu ſi ex ueteri cauſa hoc factum appareret, treuga diceretur penes me rupta, licet pugno leui in cautione prætoria.

Sed ex quo in caſu noſtro conſtat ex noua cauſa, & prouocatus Mœuius mentitam cum pugno dedit, non dicitur treuga rupta, per ſupradicta, & per reg. quicquid calore iracundiæ, de reg. iur. Clar. dict. §. fin. quæſtio. 60. uerſic. eſt etiam, Bertr. deciſ. in. 168. Grammat. uoto 19. numero 14. Marſil. pract. §. quoniam, numero 14. & ſeq. Abb. in cap. ſi rixann, extra de iniur. Hercul. d. tract. de caut. de non offend. cap. 27. numero 18 ubi loquitur in milite.

263 Et quando † non conſtat quis ex rixantium fuerit author, ambo ſunt abſoluendi, ut aliás dicam ex Bart. in l. cum pater, §. libertis, in fin. de legat. 2. Tiraquel. de pen. temp. caut. 62. Bertazol. conſil. 48. numero 7 lib. 1. Vulpell. de pae. reſponſ. 97. numero 7. Menoch. de arbit. caſ. 363. numero 17. ſaltem à pena conuentionali, ſecus quoad pœnam facti ſtatutariam, Maſcard. d. concluſio. 1162. numero 28. Petr. Caball. Caſ. crim. 102. numero 4. 5. 6. & 13. quamuis ex multis coniecturis cognoſci poteſt, quiſnam author ipſe fuerit, ut ſi alter erat rixoſus, brauoſus, potentior, magis armatus, & huiuſmodi, ut docet Menoch. de arbit. d. caſ. 363. per tot. Maſcard. concluſio. 1131. Clar. quæſtio. 60. numero 104. & ſeq.

Et licet ex verbis iniurioſis non conſtant in proceſſu, vt *Razza di ladro*, nihilominus ex mentita præſupponitur cauſa præcedens, l. ſi ſeruus plurium, §. 1. de leg. 2. Menoch. de arb. caſ. 363. nume. 3. & ex illa menſuratione, per quam ad contentionem verborum conſtat deueniſſe, præſumitur læſus, qui deinde mentitus eſt alterum, licet de qualitate læſionis non conſtaret expreſſe, vel clare. Nihilominus caue: nam quandoque vindicatiui, & inuidi quærunt cauſam offendendi, & aliqua verba altercatoria proferunt, vt videantur prouocati, & ideo Iudex cuncta eimari debet, cap. Iudicem tem. 30. q. 5. vide quæ dixi de teſt. in 5. par. nu. 1. & ſequen. & facit illud Salomonis: cauſam quærit, qui vult recedere ab amico.

Quæ autem dicatur cauſa noua, quæ leuis, quæ iuſta, & quæ iniuſta rixæ, & qualiter hæc probentur, vide Maſcar. late in d. concluſ. 1131. 1136. 1162. ad quæ te remitto.

264 Et aduerte, quod † fideiuſſores rei, qui pro pace ſeruanda fideiuſſerunt, præferuntur fiſco in fructibus bonorum ſubiectorum fideicommiſſo. Bertazol. conſil. 139. vbi add. vo. 1. & refert Baiar. ad Clar. q. 78. nu. 37. vbi ait, procedere etiam quoad illum, qui promiſit præſentare reum, per Becc. in conſ. 57.

265 Tandem nota, quod † ſi plures dati ſunt fideiuſſores anticipatè, ſed diuerſis temporibus, ante natam obligationem, eorum principalis verius ſumitur creditorem; prioritas, atque poſteritas inter eos contra bona principalis locum non habet, & ſic ceſſat diſpoſitio, cap. qui prior, de reg. iur. in 6. & ratio eſt, quia attenditur tempus ortæ obligationis inter eorum principalem, & creditorem, cum fideiuſſio ſit acceſſoria obligationi, cap. acceſſorium, de reg. iur. & l. centum Capuæ, & l. Iulianus, ff. quod cer. loco.

Item ſi plures fideiuſſores ſoluerint pro eorum principali, quem tandem decoctum, & fallitum declarari fecerunt, & egerunt contra eius bona, ſi horum vnus negligens fuit, non poterit obtinere poſtea contra fideiuſſores, l. ſi debitor, ff. de iis, quæ in fraud. cred. vbi Barto. & alij, & add. ad Dyn. d. reg. qui prior. lit. q. Iura enim vigilantibus; & non negligentibus ſubueniunt, Inſtit. in procem. niſi iis plus debito obtinuiſſent, vel fuiſſent ſocij, Afin. tract. de execut. §. 5. cap. 8. num. 5. & §. 7. cap. 46. verſ. quinto, & cap. 127. vbi adducit Menoch. conſ. 46. volum. 1. & dicit, quod negligentia vnius non debet nocere alteri diligenti, ſi vero eſſent in ſolidum obligati ad inuicem, idem eſſet, per d. l. ſi debitor, ff. de pig. act. ſed non poſſet portionem ſuam petere, ſed deberet is negligens admitti ad vendum ſimul cum alijs commoditate dictorum bonorum. Sed quid ſi vnus tantum ex pluribus ab vna parte comprehenſis offendat partem aduerſam, vel vnum ex ea, dico omnes ex latere offendentis teneri diuiſione portionum inter eos facta, quãdo omnes in ſolidum ſunt obligati, vt in ſimili dixi ſupra, num. 224. & num. 228. & ita firmat Alex. conſ. 116. vol. 4. & ſuper hoc Alex. conſilio facit Tob. Non. inter conſ. cri. diuerſo. tom. 1. conſ. 152. nu. 17.

266 Et in hoc propoſito † exigendi pœnam pecuniariam à principali, vel à fideiuſſoribus in practica octodecim caſus minimè ſpernendos tanquam quotidianos hic inſerere volui fiſco, & eius Cameræ exactionem facilitando.

Primus itaque caſus eſt, quando duo ſunt rei inſolidum obligati, nam ſi vnus ſoluit ſuam partem conſiſtentem in pondere, vel numero, aut menſura, alter remanet liberatus, l. reos, §. cum tabulis, & in l. 2. ff. de duobus reis, Iaſ. in l. creditores, nume. 4. C. de pact. eſt etiam text. in l. 1. & 2. vbi Caſtrenſ. C. ſi plur. vna ſent. Octaui. Pedem. deciſ. 44. nu. 1. Afflict. deciſ. 215. Soc. conſ. 242. circa primum, nu. 9. col. fin. ver. circa ſecundum, part. 2.

Secundus caſus eſt, quando ſunt duo rei in ſolidum, & tunc ſi vnus dimidiam ſoluit abſque proteſtatione iſta, quod animus ipſi ſit ſoluere pro ſua parte, non eſt liberatus, imo ne cum dicta quidem proteſtatione liberatus erit, ſi minus parte dimidia ſoluerit, Iaſon. in d. l. ſi creditores, num. 3. verſ. 1. & 2. vbi rationem allegat.

Tertius eſt caſus, quando plures in ſolidum fideiuſſerunt, vel obligati ſunt, & creditor ab vno partem petit, tunc obligationem diuiſit, & ſoluens partem ſuam remanet liberatus, niſi per creditorem facta ſit proteſtatio, quod nolit diſcedere à prima obligatione, per ſupradicta iura, proteſtatio tamen non proficit, ſi non fuit renuntiatum beneficio diuiſionis, authen. hoc ita, vbi Barto. C. de duobus reis, Borg. deciſio. 16. num. 39. verſ. ſecus, in a. part. vbi Rector ita petendo videtur remittere tempus, & caducitatem, ſicut recipiendo, & notat Tiraquel. de rettact. conuentio. §. 1. gloſ. 2. num. 64. verſ. quid autem, per text. l. Aemylius, & ibi gloſ. reſtitui poſt princip. ff. de minor. ſecus ſi ſimpliciter petit. Hinc eſt etiam, quod Procurator ſimpliciter petendo, vel agendo, cenſetur feciſſe actum ſecundum inſtrumentum procuræ, & eo modo quo in mandatis habet licet non dicat agere, & petere, vt procurator. Nam quando actus duplici modo interpretari poteſt, intelligitur factus ſecundum id, quod eſt permiſſum. DD. in l. merito, ff. pro ſoc. Alex. conſil. 103. num. 8. vo. 3. & eſt in electione creditoris petere ab eo, qui inter plures in ſolidum obligatus eſt, l. liberum fuit, l. ſicut eligendi, & l. ſi alternam, C. de fideiuſſ. l. exprimere, & ibi gloſ. in verb. electio, C. de duobus reis, Alex. conſ. 149. num. 1. vol. 2.

Quartus caſus eſt, quod quando fiſcus, aut creditor regie contra plures reos, vel fideiuſſores debendi in ſolidum, cum proteſtatione, quod vnica ſolutio ſufficiat, tunc qui ſoluit liberatur, ſecus, ſi non ſint in ſolidum obligati, quia quilibet tenetur tantum pro ſua rata, & intellige quod correus liberetur per ſolutionem à correo ſoluente in ſolidum obligato ope exceptionis tantum, non autem ipſo iure, d. l. fin. C. de fideiuſſor. gloſ. in l. cum alter, in verb. non competit, C. eod. Alex. d. conſil. 149. volum. 2. Alba. conſil. 738. numer. 6. vol. 4. Etſi is correus, vel fideiuſſor non ſoluit totum, poteſt creditor quoad reſiduum agere contra principalem, & alium correum, l. reos principales, C. de fideiuſſor. Alba. d. conſil. 758. & conſil. 684. numer. 6. volum. 4. Aret. conſ. 33. nu. 2. col. 1. & l. in duobus, §. vbi duo, & ibi Bar. ff. de duob. reis, vbi etiam Pau. Caſt. n. 7. & ſeq.

Quintus

Quintus caſus eſt, quando ſunt duo fratres hæredes patris, & pro debito patris conueniuntur, tunc ſi ſtent in communione dicuntur in ſolidum à iure obligati, & ſi vnus dimidium ſoluit abſque proteſtatione quòd pro ſua rata ſoluit, non eſt liberatus, ſecus ſi cum proteſtatione, l. ſi plures, ff. de pact. gloſ. in l. pro hæreditarijs, C. de hæred. act. Ratione ſolidi vna eſt obligatio indiuidua, vt dicit gloſſa in d. l. pro hæreditarijs, & poteſt confideiuſſor petere beneficium diuiſionis ex eo, quia à lege ſunt in ſolidum obligati, l. reos, ff. de duobus reis, vbi Bart. & in l. cum alter, & ibi gloſ. C. de fideiuſſ. §. ſi plures, Inſtit. eod. & gloſ. in d. l. liberum fuit, in verb. iuris ratio, C. eodẽ. Debet tamen diuiſionẽ petens probare conſociũ eſſe ſoluendo Salyc. in l. fideiuſſor, n. 6. verſ. quæro an excipiẽs, C. de fideiuſſ. ſecus in duobus correis, Salyc. in auth. hoc ita, n. 6. & 7. C. de duobus reis, trad. Bart. in l. inducta, §. vbi duo, ff. eod. Gomeſ. var. reſol. tit. de contract. c. 13. n. 14. verſ. tertio limita. & nu. 5. & Boer. deciſ. 59. nu. 2. & 3. Alex. cõſ. 32. nu. 12. vol. 4. & Natt. cõſ. 345. nu. 3. vol. 2.

Sextus caſus eſt, quod ſi duo vel plures ſiue rei ſint hæredes, & diuiſi, quod quilibet pro debito hæreditario repræſentat perſonam defuncti, & per conſequens pro ſua rata tantũ tenetur, niſi alter effectus ſit non ſoluendo, & creditor non fuiſſet morotius, quia per diuiſionem ipſorum non cenſetur diuiſa obligatio patris ſine facto creditoris, d. l. pro hæreditarijs, C. de hær. act. Bart. in d. auth. hoc ita, nu. 37. C. de duobus reis, & in l. eadem, nu. 6. eod. tit. ad hæc faciunt ſuprà deducta in 5. caſu, & Canon. in c. quod meum eſt, de reg. iuris.

Septimus caſus eſt, quãdo vnà fratres, vel duo ſocij ſimul in Cõmunione, vel in ſocietate viuẽtes faciunt debitum commune, vel aſſumunt in ſe ſimul aliquã obligationem ſatisfaciendam, ſiue in pondere, vel numero, aut menſura, tunc dicitur vnum debitum, & pro vno debitore tantum obligati cenſentur, & ſolutione facta dimidia ab vno abſque proteſtatione non eſt alter liberatus, nec ipſe quoad reſiduum, idem ſi cum proteſtatione, cui creditor aſſentire noluit, & ita ſe declarauit, d. l. ſi plures, ff. de pact. l. ſi ex toto, §. 1. de legat. 1. & Iaſ. in l. ſi creditores, nu. 3. C. de pact. & vide D. Borg. deciſ. 11. num. 28. 29. 30. 31. in 2. part. Oſaſc. deciſ. 150. num. 6. & ſeq. Rot. Genuæ deciſ. 46. & 97. item deciſ. 129. num. 3. & deciſ. 161. num. 8. Pariſ. conſ. 69. num. 20. & ſeq. vol. 2.

Octauus caſus eſt, quando debitum non eſt factum pro cauſa ſocietatis, vel communis, tunc qui ſoluit dicitur liberatus pro ſui parte, niſi in ſolidum fuiſſent plures obligati, & vnus ſoluiſſet abſq; proteſtatione, quæ ſi acceptata non eſſet à creditore, tunc remaneret adhuc fideiuſſor alterius, qui nec ratã vel nihil ſoluit donec ſatisfaceret, qui ſi efficeretur non ſoluendo, facta excuſſione, reſiduum ſoluere teneretur, Bart. in d. auth. hoc ita, nu. 37. C. de duobus reis, & in l. 2. §. exijt, ff. eod. tit. & in l. ſtipulationes, §. Cato. nu. 6. de verb. oblig. D. Borg. deciſ. 11. nu. 20. & 30. in 2. part. Alexand. conſ. 99. nu. 8. vol. 2. cõſ. 217. nu. 12. & 13. vol. 7.

Nonus caſus eſt, quando pecunia tota peruenit ad manus vnius tantum ex pluribus debitoribus, licet in ſolidum obligatis, quia nihilominus vnus dicitur debitor, & alter qui non habuit pecuniam, cenſetur fideiuſſor; & ſolutione partis debiti non eſt remiſſa obligatio, donec totum ſoluatur, tex. ad lit. in l. ſed Iulianus, vbi Caſtrenſ. ff. ad Senatuſc. Macedon. Bart. in d. §. Cato. num. 6. de verb. oblig. vbi diſtinguit, & in d. auth. hoc ita, num. 29. C. de duobus reis, in terminis Rota Luca. Magon. deciſ. 60. D. Borg. d. deciſ. 11. num. 31. in 2. part. Cæphal. conſ. 635. num. 3. & 11. vol. 5. Boer. deciſ. 59. num. 6. & 7. Rimin. iun. conſ. 576. num. 18. vol. 5. Surd. conſ. 20. num. 27. 28. vol. 1. facit text. & ibi DD. in l. 1. C. ſi actor ſe non geſſ. & l. cum iuſſu, ff. de ſolut. Rot. Genuæ deciſ. 176. num. 7. & 8. & deciſ. 86. num. 2. & ſeq.

Decimus caſus eſt, quando ſunt duo rei dandi, vel faciendi, in opere, ſeruitute, & huiuſmodi, tunc obligatio indiuidua dicitur, & ſi vnus pro ſui parte adimpleat, non dicitur liberatus reſpectu rei debitę, quæ diuidi non poteſt, DD. in l. ſtipulationes non diuiduntur, de verb. oblig. Gomeſ. var. reſol. tit. de iudic. cap. 10. num. 5. & 6.

Vndecimus caſus eſt, quod ſi vnus ex debitoribus obligatis pro vno debito, aut in ſolidum, aut non, & ſolu erit totum, habet regreſſum pro rata contra alios, l. 1. C. de duobus reis, Barto. in d. auth. hoc ita, nume. 7. & Gomeſ. eo. tit. nu. 3. vbi diſtinguit c. 12. tom. 2. quod procedit ceſſa ſibi actione à creditore, alias non: quia alter non eſt ei obligatus, l. in fideiuſſoribus, & ibi glo. ff. de fideiuſſ. l. mora, §. ſi pupillo, ff. de verb. oblig. Alua rot. Valaſq. deciſ. 316. Vinc. Franc. deciſ. 55. nu. 1. & 12. & 14. Ant. Foſſa. deciſ. 191. Soc. conſil. 71. vo. 3. tex. in l. cum alter, & ibi gloſ. C. de fideiuſſ. Ant. de Fano. de pignor. in 5. par. 3. memb. n. 35. Alba. conſ. 738. vol. 4. ſub intellige etiam, niſi principaliter & in ſolidum promiſerit, nam etiam ſine actione ceſſa poterit agere, vti ad inuicem alter alteri obligatus, gloſ. in auth. de fideiuſſ. in prin. in ver. fideiuſſorem, & in l. 1. in ver. iuuare, circ. fi. C. de duobus reis, Alex. conſ. 41. viſiſque ſubtiliter, nu. 2. ver. nec habet obſtare, vol. 5. Bald. in l. per diuerſas, num. 37. 38. q. 15. C. manda. Foſſan. d. deciſ. 191.

Duodecimus caſus eſt, quod pro debito hæreditario hæredes repræſentant perſonam defuncti in ſolidum, Borg. deciſ. 29. nu. 18. par. 4. Sed hæres non tenetur, niſi adierit hæreditatem, vel ſe immiſcuerit hæreditati, at ſi illam acceperit cum beneficio legis, & inuentarij pariter non tenetur, vltra vires hæreditarias. DD. in d. l. ſi pro hæred. vbi gloſ. C. de hæred. act. de qua aditione cum beneficio legis, & inuentarij, vide Caualcanum de vſufruct. num. 76. & ſequ. Sed Florentiæ extat lex, per quam hęc cautela huius beneficij nihil prodeſt hæredibus, quia tenentur totum ſoluere, ſi in quindecim dies, non abſtinuerunt ſe ab hæreditate, Rubr. 29. lib. 2.

Decimuſtertius caſus eſt, quia inter plures debitores neceſſarios competit beneficium diuiſionis ipſo iure, ſecus inter voluntarios (ad cautelam ſolet renunciari tali beneficio) Caualcan. in repert. deciſ. 1. part. 1. in verb. fideiuſſor promittens, Marſ. in rub. de fideiuſſ. circ. princ. & DD. in d. l. pro hæreditarijs, C. de hær. act. & vide eundem Caualcan. d. deciſio. 11. num. 31. in 2. part. & tex. in l. propter mutuum, ff. de duob. reis, Rota Genuæ d. deciſ. 176. nu. 8. Ferret. conſ. 129. & conſil. 130. vol. 1. & Bar. Caſt. & alij in d. l. in duob. §. vbi duo, ff. de duob. reis, idem Caſt. conſ. 331. p. 1. tex. in l. tres tutores, ff. de admin. tut. Soc. d. conſ. 71. vol. 3. & notandum quod debitor ob delictum ab eo, vel de eius mandato dicitur debitor voluntarius, non autem neceſſarius, Tiraq. de retr. conſang. §. 1. gl. 14. nu. 15. vbi alleg. Bal. in conſ. 20. quid importent, lib. 2.

Decimuſquartus eſt caſus, quod debitor partem debiti ſoluit, & creditor facit quietantiam ſimpliciter, dic quod intelligitur quietantio facta de parte tantum recepta, Iaſ. in l. ſi de certa, nu. 6. C. de tranſac. Boer. deciſ. 310. Gomeſ. var. reſolut. tit. de delict. c. 1. nu. 88. 89. & ſeq. vbi infert ad multa.

Decimuſquintus caſus eſt, quando plures pro vno obligati ſunt in ſolidum dicitur vnica obligatio, & omnes ſimul pro vno tantũm debitore reputantur per regulam, vbi duo propter vnum, ibi vnum tantum eſt tex. l. ſi plures. ff. de pact. & l. fi. ff. pro donat. Bar. in l. ſtipulationes, §. Cato, nu. 6. de verb. oblig.

Decimuſſextus eſt caſus: Nam creditor non cogitur recipere particularem ſolutionem, niſi quatenus obligatio, & ſolutio, vel ſaltem ſolutio eſt iam actu diuiſa a lege, vel ab homine, l. tutor, §. Lucius, ff. de tutel. Gomeſ. de contract. cap. 10. nu. 3. verſ. nec obſtat pulchre, Cabal. Millelo. 264. p. 1. vbi decem limitat. facit Borg.

H deciſ.

Digitized by Google

deciſ.8.num.4.6.& 12.in 2.par. Surd. deciſ. 186. nu.2. Rumin.Sen.conſ.348.nu.3.vo.4.

Decimuſſeptimus caſus eſt, ſi fiat iactus nauis ob tempeſtatem in mari; centum debebant ſolui ſex perſonis, quarum merces pro releuanda naui in mare proiectæ fuerunt, vni pro decem, alteri pro viginti, tertio pro triginta, quarto pro trigintaquinque, quinto pro duobus, ſexto pro tribus, quæ ſolutiones important in totum illa centum exigenda à magiſtro nauis, qui non exegit adhuc inter omnes à debitoribus niſi triginta. Tertius vero cui damnum reſarciendum erat in triginta petijt à magiſtro nauis, vt ſibi triginta ſoluat, magiſter dicit, quod ſit paratus ſoluere de pecunijs vſque huc ex actis ad ratam ſui crediti, ſed tertius reſpondit volo integram ſolutionem, poſtquam alij creditores ſunt negligentes, & tu exegiſti tantum quantum mihi debes, & dicitur quod magiſter tenetur dicta triginta tota ſoluere huic tertio prius petenti, nec debet expectare, vt alij creditores ipſi quoque petant, & hac ratione, quia debitor inuito creditore non poteſt diuidere creditum, nec creditor inuito debitore, Iaſ.in l.cum quædam puella, §.quoties, in princip.ff.de iuriſdict.omn.iud. Gome.tit.de contract.c.10.num.5. At hæc exceptio de iure tertij non operatur effectum hoc in caſu tertio inicio, nec conſtito de eius voluntate, Bald.in l.2.ff.de except. rei iudic. Socin.iun.conſil. 130. num.11. part.3. & per talem ſolutionem alij creditores non amittunt ſuum creditum, Gozad.conſil.4. num.20.facit Afflict.deciſ.150.nume.19. Menoch.de arbit.caſ.137.eſt tex.in l.1.ff.de priu.cred. Dyn.in reg. qui prior, num.22.23.& ſeq. Bar.in l.pupillus, ff.de ijs, quæ in fraud.credit.

Decimuſoctauus caſus etiam quæritur de ſingulari caſu duorum ſociorum negotiationis, qui ſimul cum quibuſdam alijs perſonis fuerant inquiſiti ob aliquod maleficium, tanquam illius maleficij ſocij, & complices, & vnus ex dictis ſocijs negotiorum fuit abſolutus, alter vero condemnatus, nunquid is condemnatus habet actionem aduerſus ſocium abſolutum? & videtur quod non, textus eſt in l.cum duobus, §.damna. ff. pro ſocio. Petr.de Vbald.tract. de duobus fratribus, 8. part.numer.5.& 8. Nam damna ob delictum non veniunt communicanda: quid modo ſi iſte condemnatus ſatagit probare ſocium (licet abſolutum) tamen fuiſſe complicem? dico quod poſtquam fuit ſemel abſolutus diffinitiue non poterit amplius directè, aut per indirectum moleſtari, vt ſupra dixi per textum in l.3. ff. de præuaricat.& l.3.§.ſi tamen plures, ff.de libe.hom. exhib.trad. Gomeſ. var.reſolut.tit.de delict.cap.26. Farinac. de inquiſit. q.4. vbi omnes allegat. Bruno à Sole, quæſtio. 17. Bertazo.conſil.129.& conſil.171.vo.1.in crim.& in propoſ. Gomeſ.d.cap.1.numer.88.infert ad multa, vbi ait quando à pluribus delictum committitur, an ſententia abſolutoria, vel condemnatoria contra vnum noceat, vel proſit alijs, & diſtinguit, quod in delictis non connexis, abſolutio, aut condemnatio vnius non prodeſt, neque nocet alijs, l.ſi quis, §.fin.cum l.ſequ. ff.de iuriſd.omn.iud.tex.in l.item Mela.ff.ad l. Aquil. & alia iura ibi adducit, ſecus in delictis non connexis, abſolutio, aut condemnatio vnius non prodeſt, neque nocet alijs, l.ſi quis, §.fin.cum l.ſeq.ff.de iuriſd.omn.iud.tex.in l.item Mela, ff.ad leg. Aquil. & alia iura ibi adducit, ſecus in delictis connexis, l.denunciaſſe, §.fin.ff.de adult.& dat exemplum in delictis carnis, quæ fiunt à duobus ſimul, vt num.89. vbi omnino vide quia quotidiana, & practicabilia docet, & tádem dicit quod ſi innocens fuit punitus, nocens non euadit pœnam, vide in propoſito infra num. 157. & in propoſito damnorum inter ſocios, quando caſu, aut culpa, vel dolo euenit, vide Bertaz.conſil.288, vol.2. Et ſic ex prædictis omnibus habes, quando ſolutio vnius alterum liberat, vel non liberat, & quando vna pœna confunditur cum altera.

267 † Proxima huic diſquiſitioni eſt tractatio ſaluaguardiæ, quam pro ſecuritate accipit Boer.deciſio.297.
num.6.verſ. alias ſequeretur, & pro ſaluoconductu accipitur ab Addit. ad Guid. Pap. deciſio.418. vbi dicit
ſaluumconductum barbaro vocabulo ſaluamguardiam
appellari; at Io.de Plat.in l.fi. C.de ero.mil.ann.lib.12.
quē refert & ſequitur Pedem.deci.88.ſub nu.35. accipit ſaluaguardiam pro cuſtodia; verum D.Menoch.de
arbit.iud.caſ.338. videtur aſſignare differentiam inter
ſaluamguardiam & ſaluumconductum. Nam ſaluuſconductus conceditur, ne quis moleſtetur à curia, ſaluaguardia vero datur ne quis à potentioribus moleſtetur, nec ab alijs, DD.in l.illicitas, §.ne potentiores,
cum §.ſeq.ff.de off.præſ & per Clar.q.47.ver.ſed nunquid. Mihi tamen videtur poſſe aſſignari nonnullas
alias differentias inter ſaluamguardiam, & ſaluumconductum, cuſtodiam, & ſecuritatem. Prima namque
268 & præcipua differentia eſt, † quia ſaluaguardia ſolum
à Principe conceditur, at cætera de quibus ſupra implorato Iudicis officio concedi poſſunt, prout iuſtitia poſtulat, D.Menoch.d.caſ.338.num.1.& 2. Secunda differentia eſt, quoniam forma ſaluaguardiæ differt à forma cuſtodiæ, & ſaluiconductus, vt ſtatim dicam; nam
ſaluaguardia durat perpetuo, Boer. d. deciſio.267. ſed
cautio, ſecuritas, cuſtodia, & ſaluuſconductus ad tempus, l.ſine præfinitione, ff.de pœnis. Tertia differentia
eſt, quia ſaluaguardia conceditur nedum pro intereſſe
priuato, ſed etiam pro intereſſe publico, vt in ſequentibus exemplis, ſecus de ſaluoconductu, & cuſtodia (generaliter loquendo) d.§.ne potentiores, vbi DD.offic.
præſ. Exemplum eſt; pone quod ſubditus feudatarij
Principem Superiorem recognoſcentis Principem
certum reddiderit de aliqua re ad eundem, Principem
ſpectante à feudatario poſſeſſa, iſte ſubditus quamuis
rem gratam, & vtilem Principi faciat, nihilominus ſecus eſt quoad feudatarium ſuum dominum immediatum, quo caſu Princeps ob gratum ſeruitium, & iuſtum ſubditi timorem, ſolet dare in ſaluamguardiam
ſubditum Domino ſuo ſub pœna, & pœnis ſtatutis, vt
euenit de Viſtarino Viquenæ, qui tamen morte præuentus naturali in Hiſpania obijt, & præmio gaudere
nequiuit. & in ijs terminis proprijs, vel ſimilibus ſaluaguardia accipitur, Bartol.in d.l.illicitas, §.ne potentiores, ff.de offic.præſ. & in l.denunciamus, C.de ijs,
quæ ad Eccleſ.confug. l.metus, ff.quod met.cauſa. Aliud exemplum de officiali magno, quem ob bene administratam iuſtitiam viriliter, nulla habita acceptione perſonarum, perſequuntur potentiores, tunc Princeps iuſtus, ac Religioſus dat ei ſaluamguardiam, vt
ſuis fidelibus, Boer.d.deciſio.297.num.6.7. & 8. quicquid moderni Romani dicant in tit. de carcer. qu.29.
269 num. 15. † Quarta differentia eſt, quia Princeps ſolet
ſub ſaluaguardia recipere obſides, quando agitur de
cauſa ſtatus, vt infra dicam, ſed nunquam recipit aliquem ſub ſaluoconductu, ſolum concedit ſaluumconductum, & iſte remanet ſub tutela iuſtitiæ ordinariæ.
Quinta differentia eſt, quia cautio de non offendendo in ære, aut in perſona reciprocè datur, vt ſupra dictum eſt, nu.243. non ſic ſaluaguardia. Sexta differen-
270 tia eſt, † nam qui habet onus ſaluaguardiæ tenetur
ad omne periculum, Doctores in cap. ex parte, de appellat.& tenetur etiam exponere ſe periculo (licet non
immineat) & vigilare, quando cuſtodiendus dormit,
cap.oportet, 81.diſtinctio.& Luc.de Penn. C.de lit. &
itiner.cuſto.lib.12.in rubr.ſecus in cuſtode, l.metus, §.
271 quod licet, ff. quod met. cau. † quia cuſtos debitam
adhibens diligentiam, iuxta ſolitum excuſatur, ſecundum ea, quæ ſupra dixi in materia cuſtodis carcerum,
num.114.cum ſeq. Non enim eſt obnoxius extraordinariæ diligentiæ, ſicut ille, qui habet onus ſaluaguar-
272 diæ, Put.de ſyndic.in ver.carcer.cap.5. Et ratio † eſt,
quia cuſtos mercenarius dicitur, & ad eū non pertinet
de ouibus, vt in Euang. Io.c.10. At ſaluaguardia ēt ſine
merce-

mercede & perſonæ intuitu datur, vt ſupra in primo e-
xemplo, etiamſi oneratus ſaluaguardia non dederit
273 cauſam iniuncti oneris. Sepuma differentia eſt: † nã
qui ob priuatam inimicitiam timet ab inimico offen-
di, & idcirco petit cuſtodiam ne offendatur, illam ſuis
expenſis habere debet, Barto. in l. ſanctum, nume. 2. ff.
de rerum diuiſio. vbi etiam de debitore, qui ſuis expen
ſis alendus eſt, per gloſ. in l. fin. in ver. agnoſcere, C. de
erog. mil. anno. & Alex. ad Barto. limitat, quando de-
bitor habet de ſuo, idem quando ſub cuſtodia, & non
in carceribus debitor ſtare vellet, l. cũ ſæpe, C. de erog.
mil. annu. Put. de ſyndic. in ver. carcer. c. 4. numero 3.
non ſic ſaluaguardia. Octaua differentia eſt, quia cu-
ſtodiam ad inſtantiam partis iudex concedere ſolet, ſi-
ue aduerſarius ſit potens, ſiue non, Clar. q. 47. ver. ſed
274 pone, † ſecus in ſaluaguardia, quæ non conceditur
à Principe, niſi aduerſarius ſit potentior, d. §. ne poten-
tiores. Vnde ſi petens ſaluamguardiam ſit potens ad ſe
defendendum, non conceditur. Neuiza. conſil. 83. nu-
me. 5. in fin. Nona eſt differentia, quia cuſtos ſimplex
non tenetur de leuiſſima culpa, nec de caſu fortuito,
l. item quæritur, & in l. qui mercedem, ff. locat. Put. d.
cap. 3. & 4. ſecus eſt de eo qui ſaluaguardiæ curam ha-
bet, l. Nauta. & in l. idem ait, §. miratum, ff. Naut. cau-
po. ſtab. & DD. in d. l. item quæritur, §. ſi fullo, ff. locat.
Luc. de Pen. d. Rubr. de lit. & itiner. cuſto. num. 3. nec
ſufficit exacta diligentia, ſed exactiſſima requiritur, d.
275 l. qui mercedem, cum ibi not. ff. locat. † Quinimo ne-
dum tenetur pro facto ſuo, vel eius nomine geſto, in
ære, vel in perſona cuſtodiendi, (ſicut tenetur fideiuſ-
ſor de non offendendo) ſed etiam tenetur pro facto alie
no, Pedemont. deciſio. 88. & etiam belluarum, & de
omni alia violentia facti, Caroc. de locat. rub. de caſ. &
pericul. nu. 21. & ſi quid mali in itinere contigerit, iſte
tenetur, ſi præuideri potuit, & niſi prius debitæ diligen
tiæ factæ fuerint, Luc. de Pen. in l. quoties, nu. 19. C. de
dign. lib. 12. & imputabitur ei culpa ſi de bono equo
non prouiderit, cum per bonam, & rectam iri potuit;
idem ſi de cibo, potuque non venenatis, l. vtique, in fi.
ff. de dam. infec. quas diligentias ſi non fecerit, erit pœ
næ obnoxius, Luc. de Pen. d. rubr. C. de litor. & itiner.
cuſto. col. 2. verſ. vnde tenetur, qua de re vix eximetur,
etiam probando non culpam, ſed cuſtos ſic, Bart. in l. ſi
quis ex argentarijs, §. 1. ff. de edend. Caroc. de locat. tit.
de caſib. & pericul. nu. 11. & ſeq. p. 2.
276 † Sed hæc omnia limitantur habere locum, niſi il-
le, qui eſt ſub ſaluaguardia cauſam affectatam periculo
dederit, cap. damnum, de reg. iur. facit text. in l. 2. C. de
naut. fœno. & in l. qui officij, §. fin. ff. de contrah. emp.
quos tex. Caroc. adducit, tit. de caſ. & pericul. num. 13.
vbi dicit, quod Romæ in ſing. 44. vendidit dictas leges
Florentiæ octo Ducatis, facit Petr. Sancta. de aſſecu-
rat. par. 4. & Neuiz. d. conſil. 83. nu. 8. ita intelligendus.
278 † Secundo limitatur non teneri de caſibus inopina-
tis, vt de fulgure, & vi ventorum, incendio, & naufra-
gio, argu. l. ſi ea res, in princ. ff. de act. empt. non ſic de
incurſu latronum, quandoquidem præcauere poterat,
& facit illud vulgare:

Buona guardia ſchiua rea ventura.

Add. ad Bertazol. conſ. 338. lit. B. vo. 2.
279 † Poſtremo hæc ſaluaguardia datur pro defenſio-
ne iuris, & facti, D. Menoch. d. caſ. 338. num. 3. & Plac.
in l. ſæpè, C. de erog. milit. annon. lib. 12. & ibi per a-
lios ab eo adductos. & nedum conceditur pro tuitione
perſonæ, ſed & rerum, Bar. in d. l. illicitas, §. ne poteũo-
res, ff. de offic. præſ. iuxta diſtinctionem D. Menoch. d.
280 caſ. 338. num. 8. † quia ſaluaguardia alia eſt generalis
alia ſpecialis; generalis eſt pro perſonis & rebus, vt in
caſu ſaluaguardiæ datæ Abbatiæ, de qua loquitur Pede
mont. deciſ. 88. ſpecialis quando certæ perſonæ expreſ-
ſe datur, vt dicit Neuiz. d. conſil. 83. ſub num. 12. ver. 7.
non obſtat.
281 † In ſaluaguardia vero, quando Princeps aliquem
accipit, non adhibetur cauſæ cognitio, ſecus quando
hoc onus humeris alterius adijciendum eſt, cum ſit
maximum, ac periculoſiſſimum onus, & valdè extra-
ordinarium, vt ſupra diximus. Nam talis qualis adhi-
betur cauſæ cognitio, iux. dicta per Franc. Hercul. d.
tract. de cautio. de non offend. in d. cap. 3. num. 8. & 11.
fallit quando conſcientia Principis eſt informata, quia
ſtat pro ratione voluntas. §. ſed quod principi. Inſtit. de
iur. nat. gent. & ciuil. Item fallit quando periculum eſ-
ſet in mora, Neuiza. d. conſil. 83. nu. 12. in fi. vbi etiam
limitat non habere locum cauſæ cognitionem in ſalua
guardia generali, quæ fit per proclamata, ſecus in ſpe-
ciali; at ſi Princeps motu proprio mandat quem ſub
ſpeciali ſaluaguardia recipi, non eſt vlterius quæren-
282 dum, ſecus ſi ad preces, † & de vi clauſulæ motu pro
prio, vide D. Menoch. caſ. 201. num. 79. & ſeq. vbi latè,
& ille, qui ſaluaguardia oneratus eſt, poterit poſt mo-
ram ſe iuſtificare, & obtinere reuocationem, vt inquit
D. Menoch. d. caſ. 318. numer. 10. & 11. qui dicit ſolere
apponi clauſulam iuſtificatiuam videlicet, ſi ſenſeris te
grauatum, compareas, de qua dixi de teſt. in 5. pat. nu.
65. Fel. conſ. 5. nu. 2. & ſeq.
283 † De ſaluaguardia autem rerum, & mercium, ac
de cuſtodia caſtri, cum hæc non pertineant ad mate-
riam noſtram, hic ſuperfluum tractare duxi, cum latè
à Franc. Hercul. de cautio. & Strac. de mercatur. Berta
zol. conſ. 419. & 420. par. 2. & ab alijs hæc materia tra-
ctetur in ſuis locis, vt eſt videre apud Bar. in ver. cuſtos,
& Farinac. de indic. & tortur. q. 37. num. 157. cum ſeq.
284 † vbi an cuſtodes rerum & caſtri poſſint torqueri, &
Luc. de Pen. C. de lito. & itiner. cuſto. lib. 12. & in ti. de
Decurio. li. 10. & C. de incol. eo. lib. de qua re ſtante fa-
cultate Brachij Regij non eſt dubitandum, nihilomi-
nus qualitas delicti attendenda eſt. Demum ſi vide-
re cupis.
285 † Reliquum eſt videre de pœna frangentis ſaluam
guardiam, quando non eſt in ea expreſſa; & de iure
communi, quando frangitur ſaluaguardia à Principe,
ſeu ab eius locumtenente conceſſa, tunc pœna eſt cri-
minis læſæ Maieſtatis, l. 1. in princ. vbi Bart. ff. ad l. Iul.
Maieſta. Caſtr. conſ. 422. in 6. col. vo. 2. ſecundum an-
tiq. impreſ. ſi vero ſaluaguardia eſt data à iudice perſo-
næ, ſi frangitur occidendo, tenetur pœna mortis, l. 1. C.
ad leg. Cor. de ſic. & in l. denunciamus, C. de ijs, qui ad
Eccleſ. confug. ſi non occidat, diſtinguitur, an data o-
pera & penſatè frangendo vulnerauit, & tunc eadem
pœna, ſi animum habuit occidendi, de quo dicam in
3. par. & facit ad ſtat. Mantuæ ſub Rubr. de homicid.
vbi eſt §. & intelligantur animum occidendi habuiſſe
ſi letaliter vulnerauit; aut non data opera vulnerauit,
ſed in rixa, & tũc mutilatur, ſi prouocatus aliter euade
re potuerit, vel alia pęna arbitraria corporali plectetur;
aut non vulnerauit, ſed alio modo iniuria facti ſaluam
guardiam fregit, hoc caſu pęna erit pecuniaria, niſi re-
ſpectu qualitatis perſonæ offenſæ, vel ex ſtatuto aliter
ſuadetur, arg. l. 1. ff. de effract. & expil. & l. hodie, ff. de
pœn. §. ſi quis hominem, & §. ſi quis alim. cum §. ſequ.
de pac. tenen. in vſib. feud. Neuiz. conſ. 83. ſub nu. 11
286 † Quando vero ſaluaguardia data bonis frangitur,
tunc pęna eſt arbitraria, per dicta iura & de hac vi. Gui.
Papæ d. deciſ. 418. & ibi addu. ita ferè diſtinguendo, &.
Boer. d. dec. 297. n. 6. & 7. & DD. in d. l. denunciamus,
vbi Fab. C. de ijs qui ad Eccl. Gug. de Cun. in tract. aſſe
curat. & in l. quæ bona, §. quoniam, ff. de dam. inf. Far.
d. qu. 29. Io. Feral. tract. de priuil. Reg. Franc. priuil. 16.
Caſſa. ſuper conſuetud. Burgund. rubr. des iuſtices, verſ.
aduerte tamen, num. 46. & in Catalog. glo. mundi, pa.
1. num. 118. et 195. et Neuizan. allega. conſil. 83. vbi an
Epiſcopus poſſit recipere inferiores ſub ſaluaguar-
dia, et dicit ſaluamguardiam durare triginta annos,
et vſque ad mortem concedentis, niſi aliter expreſ-
ſum ſit.
287 † Nunquid autem Iudex noſter poſſit cõcedere ſca-

lam francam ex cauſa duelli; & breuiter dico, quod
non, quia licet babeat vices Principis intelligitur in
pertinentibus circa iuſtitiam, & nõ aliter, circa quam
Iudex noſter omnia poteſt, vt latè in 1. par. dixi, de cu-
ius duelli materia latè tractauit tempore ſuo, & diſpu-
tauit ad partes Baldus in l. ex hoc iure, ff. de iuſtitia, &
iure, Cagnol. in l. fauorabiliores, num. 15. de regul. iur.
Noſtris autem temporibus duellum eſt penitus prohi-
bitum, quod ſingulare certamen appellatur, & non po
teſt concedi, nec ad id conſilium dari, nec fieri, nec vi-
288 deri, Concil. Trident. Seſſ. 25. cap. 19. † vbi appellat
vſum duelli deteſtabilem, fabricante Diabolo intro-
ductum, ideoque concedentes omni iuriſdictione, vbi
fit duellum, priuantur, & qui in duello inter ſe confli-
gunt, pęnam perpetuæ infamiæ, ac confiſcationis bo-
norum incurrunt, & in eo moriens caret Eccleſiaſtica
ſepultura, ita ut cum propter honorem mundi olim
duellum fieret, hodie propter infamiam fiat, & per cõ
ſequens qui duellum iniret, perderet corpus, animam,
289 honorem, & omnia, † & ſpectatores eſſent excom-
municati, & perpetuæ maledictionis damnati, ſicut
conſulentes: Et quidem inter Chriſtianos nullo mo-
do, nullaué cauſa licere duellum fieri poteſt, de quo
per Dec. de delict. om. 1. lib. 2. c. 19. num. 4. & D. Ant. à
290 Per. de poteſta. Prin. c. 124. nu. 16. † Quamuis de fa-
cto in partibus Sabaudiæ anno præterito audierim,
hoc ſingulare certamen ſecutum fuiſſe inter filium Se
reniſſimi Sabaudiæ Ducis, & Equitem magnæ exi-
ſtimationis Gallum, quamobrem Summus Pontifex
hoc ualdè ægrè ferens monuit, ut in futurum abſtine-
rent, licet cauſa ſaltem colorata extiterit, nempe Reli-
gionis Chriſtianæ tuendæ (ut ferunt) & de hoc ſatis
dictum.

291 † Reſtat tandem uidere, cuius expẽſis pauperes car-
cerati alendi ſunt? & dico, quod ſi pro cauſa ciuili pau-
per ſit carceratus, is qui comprehendi fecit, tenetur ad
alimenta tex. eſt in l. Iudices, & in l. 3. C. de Epiſc. aud.
glo. ſing. in uerb. agnoſcere, C. de erogat. mili. anno. lib.
12. Bar. in l. ſanctum, de rer. diuiſ. Iaſ. in l. ſi uictum, ff.
de re iud. Caſ. inter conſ. crim. diuerſo. tit. de captura,
nu. 16. idem Iaſ. in § in fraudem, nu. 93. de Act. Boer.
deciſ. 303. nu. 10. & Put. de ſyndic. c. 4. in uer. carcer. u-
bi ait, poſſe agi actione iniuriarum ſi lectus, & alimẽta
carceratis pauperib. dẽnegẽtur ab illis, ad quos ſpectat.

At ſi pauper eſt pro cauſa criminali incarceratus,
tunc debet alimentari de publico, ſecundum commu-
nem ſententiam, & communem omnium locorum
practicam, quando bona carcerati fuere publicata,
tex. in l. mulier in opus ſalinarum, ff. de cap. & poſtlim.
reuer. & ibi gloſ. fin. Nam quando fiſcus ſentit utile ex
publicatione bonorum, utique incommodum ſentire
debet, l. ſecundum naturam, de reg. iur. Marſ. ſing. 263.
292 † & publicatio fit, dummodo reus non egeat, dum
ſtat in carceribus, alioquin fiſcus negando alimenta di
citur homicida, uel necare ante tempus, l. uel negare,
ff. de alim. & cib. legat. & in publicatione bonorum
non comprehenduntur alimenta, l. is cui, ubi Barto. ff.
293 eod. † Hinc eſt, quod ſi bona bannitorum ſint con-
fiſcata, quamdiu bannitus uiuit, fiſcus illius alimenta
non percipit, Nell. de bannit. in 1. pat. 2. temp. quæſtio.
84. & ita fuiſſe iudicatum reſtatur Boſſ. de bon. publi-
cat. numer. 72. ubi uide, & ratio eſt, quia damnati reti-
nent ea, quæ ſunt iuris naturalis, l. in metallum, ff. de
ijs, quæ pro non ſcripi. ſecundum DD. in l. uictum, u-
bi Bartolus limitat habere locum in cauſa ciuili, aut
criminali pecuniaria, uide Pereg. de iur. fiſ. lib. 5. num.
123. ubi alimentorum ius non tranſire in fiſcum, ait,
d. l. is cui, & l. ſeruis, ff. de alim. leg. Sal. in l. ſi ademptis,
C. de ſent. paſſ. D. Borgn. tract. de uſufruct. mul. relict.
nu. 238. poſt Franc. Marſ. deciſ. 833. p. 1. ubi limitat in
alimentis debitis ratione uſusfructus. Nam uſufructu
extincto, utique alimentario ceſſat, & uſusfructus ex-
tinguitur, quando quis eſt condemnatus ad triremes,
uel ad perpetuos carceres, multo magis cum maximã
patitur capitis diminutionem, Borg. in d. tract. de vſuf.
nu. 229. & quando alimenta eſſent præſtanda antequã
quis banniretur, aut infamia irrogaretur, poſtea non
ſic deberentur, ſed ad neceſſarium tantum, & non vt
prius honorificè tradebantur, reducẽda eſſent, Peregr.
294 de iur. fiſc. lib. 5. tit. 18. num. 72. † Hinc eſt, quod bo-
nis confiſcatis reſeruatur etiam legitima filijs, & prius
eſt deducenda (deductis debitis) & ſi eus ſatisfacere te-
netur, Boſſ. eodem tit. nume. 1. cum multi. ſequen. & eſt
communis ſententia, nec fiſcus poteſt petere à patre
alimenta filij banniti, ex quo de iure naturę ſunt debi-
ta filijs, Spec. de execut. ſent. ver. quid ſi filius, in fin.
Nell. d. tract. de bannit. in 1. part. 2. temp. nume. 36. Ve-
runtamen quando quis eſt bannitus, & eius bona ſunt
confiſcata, non percipit alimenta de conſuetudine,
295 alia ratio eſt in filio banniti, qui non deliquit, & † i-
deo filius non debet ex facto patris priuari alimentis,
l. ſi quis, C. de inoff. teſtã. l. ſancimus, C. de pęn. & quid
in crimine læſæ Maieſtatis, vide Put. de ſynd. in verb.
fui rogatus, num. 2. & cum legitima ſit debita iure na-
turæ, & loco alimentorum habeatur, per ſtatutum tol-
li non poteſt, l. iura ſanguinis, & ibi Dec. nu. 7. & Add.
de reg. iu. Quod ſi pater in vita alienauerit alia de cau-
ſa, quam ob delictum, tunc ſi nihil remanebit filio, pa
tienter ferre debet, licet hæc cõcluſio multas diſtinctio
nes recipiat, quæ cum ad tractatum noſtrum non perti
neant, ſat eſt indicare inter alios Caualcan. deciſio. 7. &
8. vbi latè de legitima, & in Add. & in deciſ. 16. par. 3.
296 vbi an, † & quomodo pater poſſit prohibere, ne bo-
na alienentur in caſu delicti filij, & etiam Marz. tract.
de fideicomm. q. 47. par. 2.

Sed quando carceratus eſt inops, qui nulla bona ha
buit, ſed eius paupertas tantummodo confiſcata eſt,
tunc deficientibus eleemoſynis, debet alimentari de
publico. text. formalis eſt expreſſus, in d. l. iudices, & in
l. 3. C. de Epiſcop. audien. Iaſ. in §. ſi quis in fraudem,
num. 23. Inſtit. de act. & in l. ſi victum, num. 2. de re iu.
& ibi Apoſtill. & ratio eſt, quia ſicut Reipublicæ inte-
297 reſt delicta puniri, l. congruit, ff. de off. præſ. † ita etiã
Reipublicæ intereſt alimenta præſtari incarceratis, do
nec iuſtitia ſuum ſortiatur effectum, l. cum ratio, ff. de
bon. dam. Fiſcus autem à paupertate nullum commo-
dum ſentit, quia eius commodum burſale dicitur, Boſ.
de iur. & priuil. fiſc. ergo ceſſare debet incommodum,
298 per ſupradicta, † quamuis fiſcus, & Reſpublica ęqui
parantur, Alciat. in l. inter publicam, ver. fiſcus, de ver.
ſig. Io. Plat. in Rub. C. de iur. fiſc. Et ſic reſoluitur quæ-
ſtio an ad Dominum, uel ad Communitatem ſpectet
alere carceratos: & quoniam allegata fuit, l. Iudices, C.
de Epiſ. aud. dici poſſet hæc alimenta præſtanda à Iudi
299 ce per illum tex. † & uidetur tenere ultra alios Abb.
in repert. in uerb. paupertas, ubi Add. Corſet. Sed te ue
ra quod textus non dicit, nec nos dicere debemus, §. cõ
ſideremus, in auth. de trien. & ſemiſſ. cum ſimil. aggra-
uatur ſolum Iudex in iubendo, & mandando, ut carce-
ratis alimenta præbeantur ab eis, ad quos de iure, uel de
conſuetudine ſpectat; item quando Iudex non eſt pau-
per, ſed Dei timoratus, debet ipſe ſuccurrere de ſuo
pauperibus incarceratis, iuxta Euangel. quod ſupereſt
date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt uobis,
Luc. 11. pium eſt enim, & Sanctum, & meritorium ui
tæ æternæ alere pauperes, Matth. cap. 25. Put. de ſyndi.
in d. uer. carcer. cap 4. nu 3. Et infans mulieris carcera-
tæ pariter publicis expenſis alendus eſt, Gomeſ. uaræ
300 ſol. de delict. cap. 13. num. 37. col. 2. † Pro quibus ex-
penſis communitas poteſt imponere collectam, ſi nõ
habet aliunde, unde alere poſſit carceratos, Bar. & Dd.
in l. 4. §. actor. ff. de re iud. ſequitur Boſſ. tit. de Princ. &
priuil. eius. nu. 96. & pauperes hoc in caſu non debent
ſoluere collectam, Iaſ. in l. 4. §. 1. num. 21. facit Bal. in l.
301 præſes, C. de ſer. & aqua. † ubi pauper nõ tenetur ale
re pauperẽ, cũ ipſe egeat quia ita eſt ordo charitatis, c. di
lecto,

Digitized by Google

lecto, extra de præben. Et ex hoc alia ſoluitur quæſtio,
an collecta iſta debeat imponi ſuper rebus, ideſt, ſuper
æſtimo, aut per capita, vel per ora, & capita: Et quod
cauſa pauperum reſpectu alimentorum reſpiciat, ſeu
requirat auxilium à communitate, tenent omnes Do-
ctores in l. omnes, & ibi gloſ. C. de anno. & tribut. lib.
10. Barto. in l. ſancimus, §. ſed ſi quis, in fin. C. de lat. li-
ber. toll. qua de cauſa in multis locis ſunt conſtituta,
302 † & erecta loca pia pauperum, præſertim in alma ci-
uitate Genuæ, vbi reuera pietas regnat, & in ea præſtan
tiſſimum officium miſericordiæ erectum eſt, quod
pater pauperum diei poteſt, norma quippe & exem-
plum mirandum omnibus alijs Prouincijs, tam quo-
ad exuberantiam continuam eleemoſynarum, quam
quoad ordinem, & formam alendi pauperes, quos nõ
ſinunt vagari per vrbem illam quæritando, nec per Ec
cleſias impediendo orantes, ſed recipiuntur paſſim a-
more Dei in locis deputatis, & inibi prouidetur eis de
rebus, & alijs neceſſarijs quoad victum, & veſtitum:
quinimmo artes traduntur eis, & inſtruuntur, prout
quiſque ingenio, & induſtria pollet.
303 † Et quoniam delicta atrocia, (vt plurimum) à ſce-
leratiſſimis & facinoroſiſſimis patrari ſolent, ideo in
modo, & ordine capturæ talium hominum non eſt
inſiſtendum nimis, quia ordo eſt, ordinem non ſerua-
re contra hos proteruos, vt dixi in 1. par. & fruſtra eſt
quærere, an ſint relaxandi. Nam ſi carcerati nõ eſſent,
omnino carcerati deberent, l. ita vulneratus, ff. ad leg.
Aquil.
304 † Præterea licet à præceptis pœnalibus non ſit in-
choandum iudicium, Boſſ. d. tit. quomo. proc. per præ
cept. pœnal. quia contumax eſt, qui non comparet, vel
quia conſcientia proprij ſceleris remordet, vel quia
non audet ſe ponere in carcere, cum de futuris contin-
gentibus dubitari poſſit, vel propter potentiam aduer-
ſarij, & quandoque propter nimiam iudicis ſęuitiam,
vel aliter, non autem propter contemptum iuſtitiæ,
aut Iudicis, ideo regulariter à præceptis pęnalibus non
eſt inchoandum. Clar. quæſtio. 31. verſ. item quæro,
Brun. conſil. 87. nu. 46. Bertazol. conſil. 354. vol. 2. Rol.
conſil. 47. numer. 44. vo. 2. quod maxime procedit, vbi
eſt formanda inquiſitio, vt dicunt ſupradicti Docto-
305 res, tamen † ex cauſa quandoque iudicium incipit à
præceptis pœnalibus, & ex cauſa multa alia fiunt, quæ
alias iniuſta apparerent. Bald. in l. ſi quis non dicam,
col. 3. in fin. C. de Epiſc. pulchrè Cacheran. deciſio. 88.
ſub numer. 34. & 35. & ſequent. & diuerſimodè fiunt
hæc præcepta pœnalia, vt dixi num. 189. vel ſub pœna
confeſſi, aut conuicti, vel ſub pœna pecuniaria, aut alia
grauiori corporali, vel aliter, Farinac. de delict. & pęn.
306 quæſt. 18. † nec poſſunt fieri à ſupremo iudice, vel ab
authoritatem Brachij Regij habente, Boſſ. eod. tit. nu.
13. Put. de ſyndic. in ver. reſtat videre de præceptis, &
per Clar. d. q. 31. vbi niſi de ordine Senatus talia præce
pta fieri poſſunt, quibus in locis habetur, quid ſtante
ſtatuto imponente pœnam contumaciæ confeſſo, &
conuicto, vide Nat. conſ. 594. vo. 3. Fel. in c. 2. de dol. &
307 contu. Pereg. de in. fiſc. lib. 5. nu. 32. † vbi tenet quod
quis non poteſt citari ſub pœna confiſcationis bono-
rum, & Iaſ. in l. quod iuſſit, num. 19. de re iud. vbi non
poteſt præcipi, quod quis non recedat è domo ſub pœ-
na delicti, quia diceretur delictum de non delicto,
quod non poteſt Iudex ordinarius facere, vt infra di-
cam, ſic tenet Bertazol. conſil. 416. numer. 10. & 11. &
conſil. 417. nume. 25. libr. 2. in cri. niſi præcipiatur ſub
pœna confeſſi, & conuicti criminis. Verùm hæc om-
nia ceſſant in Iudice noſtro ſupremæ authoritatis pro-
pter Brachium Regium, per ea quæ in 1. par. nume. 7.
308 & alibi paſſim dicta ſunt, † & diſpoſitio l. eos, C. de
mod. mulct. qua cauetur ne mulcta excedat certam
quantitatem de conſuetudine non ſeruatur etiam à Iu
dicibus ordinarijs, Iaſ. in l. 1. ff. ſi quis iuſd. non obtęp.
Roland. conſil. 47. numero 13. volum. 2. D. Menoch.
caſ. 280. Boſſ. titul. de mulct. numero octauo.
309 † Cauſæ vero procedendi per præcepta pœnalia
videntur eſſe quando delictum eſt certum, & valdè a-
trox, ſed difficilis probationis, & eſt ſuſpicio vehemẽs
contra certam perſonam, quæ poſt delictum latitaret,
& quia non poteſt ſumi indicium à latitante tanquam
310 de fuga, † cum latitans fugere non dicatur, Bar. in l.
1. col. 1. C. de ædilit. act. & Puteus in ver. carcer. cap. 6.
nu. 3. ſolet citari per præcepta pœnalia, maxime atten-
ta eius qualitate. Item poteſt eſſe quod Iudex ſcit in
conſcientia veritatem facti, & tamen non inueniun-
tur teſtimonia, quæ deponere in iudicio velint, vel te-
ſtes timeant deponere, niſi prius is, qui deliquit, valdè
potens ſit carceratus; & vt delictum non remaneat im
punitum, fiunt præcepta comminantia magnam pœ-
nam, ſi vocatus comparere nolit, aut quia aliquando
ſic prudenti Iudici placuit ex aliqua cauſa non forma-
re inquiſitionem contra vnum (quando à pluribus de-
lictum factum arguitur,) ne complices, vel alij ſuſpecti
fugiant, aut inſtruantur videntes inquiſitionem con-
tra ſocium formatam; item, quando tractaretur de plu
ribus delictis grauibus ad cautelam fieret præceptum
de comparendo ſub leuiori pœna, quia videns teno-
rem inquiſitionis forte renueret comparere, quando-
quidem iuxta qualitatem pęnæ nimis grauis timorem
311 incuteret, † quas quidem conſiderationes habere ſo-
lent Iudices valde practici, & ſupremæ authoritatis tã-
tum, qui iuxta caſus, & facti contingentiam conſilium
(vt dicitur) ſumunt in arena tanquam copioſi partito-
rum, ſeu remediorum, exemplo prudentis Medici,
qui modo vnum, modo aliud remedium adhibet, pro-
ut qualitas morbi inueterati, & gangrenæ requirit, ad-
hibendo tandem ignem, ſecundum ſubiectam mate-
riam, & extremis morbis extrema remedia, dicit A-
phoriſm.
312 † Verum in propoſito quando teſtes indicta mul-
cta comparere nollent, tunc poſſunt mulctari toties
quoties (vt dixi) de teſt. in 5 par. num. 66. & 177. & poſt
trinam mulctam teſtis; ſi non compareat, arguitur de
falſo, tanquam ſubornatus, vel pecunia corruptus, &
ad hoc Bar. in l. 1. §. 1. ff. de falſis, cautelam docet, vt for
metur inquiſitio contra hunc teſtem de pecunia acce-
pta, pro teſtimonio adhibendo, qui poterit in contu
maciam condemnari, iuxta diſpoſitionem legis Cor.
de falſ. cuius timore teſtis poſtea veniet, Angel. de ma-
313 leſ. in ver. comparent dicti inquiſiti, num. 7. † At Iu-
dex Brachij Regij pęnam legis Corneliæ de falſis po-
terit comminari teſti ab initio per præceptum pęnale,
non ſeruato ordine mulctæ, nec formata inquiſitione,
cum poſſit procedere ordine non ſeruato, nec ſeruata
forma iuris ordinarij.
314 † Poſtremo Iudex noſter poterit ſaluumconductũ
dare tam abſentibus iam condemnatis, ſeu bannitis,
quam adhuc non bannitis, etiam circa alia delicta,
præter delictum, de quo præcipuè quæritur, vt ab iſto
ſe expurgare valeant, vel vt veniant dicere veritatem,
tanquam teſtes, vt delictum & delinquentes detegan-
tur, quod iudices ordinarij (extraordinaria authoritate
non fungentes) minime facere poſſunt. Nã ſaluumcon
ductũ dare ſoli Principi cõpetit, Boſſ. in tit. de citat. nu.
39. per tex. l. relegati, ff. de pęn. Sal. in l. cum indulgẽtia,
C. de ſen. paſſ. dixi de teſt. in 4. par. nu. 70. cũ ſeq. Clar. §.
fi. q. 42. ver. tu ſcis, & ver. ſed hic quæro, Boer. deci. 179.
D. Men. de arb. q. 81. Affl. dec. 4. vbi dicit, ꝙ ſolus Prin
315 ceps ſaluumconductum perpetuum facere poteſt; † ſed
Iudex habens Brachium Regium, ſaluumconductum
facere non poteſt, niſi ad tempus, & ex cauſa indagãdæ
ueritatis, ita exigente neceſſitate pro iuſtitia, & non a-
liter, quia ſaluusconductus, ſiue in perpetuum, ſiue ad
tempus, qui concedi ſolet à Principe alia de cauſa, quã
ob exercendam iuſtitiam, ſapit naturam gratiæ, quæ
ſoli Principi reſeruata eſt, ut pulchrè per Boer. deciſio.
297. nu. 7. & 8. & ubi de cauſa iuſtitię ceſſat, ubiq; ceſſat

da,nimirum ſi ſit extenſio,cap.odia,vbi limitant Do-
cto. de regul.iur. & pro expreſſo habentr ,'quod tacitè
ineſt,text.in l.quamdiu, C.de fideicomm.quid dubij,
quod offenſa vxori facta magis afficiat:imo vxor non
per extenſionem,ſed virtualiter dicitur comprehenſa,
l.& ſi non defendantur, ff.de pęn. l.ijs ſolis, C.de reu.
don.l.milites agrum,in princip.ff.de re milit.ideo tol-
lenda eſt occaſio, Bal.Paul.de Caſt.in d.l.quandiu, &
in prop.Maſcar.de probat.concluſio.1136. nume. 40.
in fin. ubi dicit, quod ſi promiſſio de non offendendo
eſt facta poſt delictum , tunc lata ſit interpretatio : aut
eſt facta de delicto abbreuiando , & tunc ſtrictè inter-
pretatur, Menoch.de arb.caſ.335.num.4. cum ibi per
eum adduc. Multo magis comprehenderetur vxor, ſi
in promiſſione appoſiti eſſent expreſsè nedum con-
ſanguinei,& affines, ſed conſortes, & coniuncti, vt in
Formulario Florentino practicatur in materia tregue:
B Nam vir , & vxor conſortes appellantur vulgari ſer-
mone, Salyc. In l.penult. C.de contrahen.empt. quia
nemo illorum proximior,& de conſortibus Alexand.
conſil.12.numero 1.lib.7. Caſtr.conſil.159. ſuper pri-
mo,lib.1.& matrimonium dicitur maris , & fœminæ
coniunctio,§.1. Inſtitut.de nupt. & in Euang. Matth.
cap. 12. Quos Deus coniunxit,homo non ſeparet ; &
in iure ciuili appellatione coniunctorum veniunt vir,
& vxor, probat tex.in l.fin.§.cum autem in confinio,
C.de fur. ibi actionem furti non dari marito in vxo-
rem,tanquam perſonas ita ſibi coniunctas. Iaſ. in l.1.
numero 4. C.vnde vi. apoſtil. ad Bart.in l.fin. Cod.de
verborum ſignific.& hoc in caſu ceſſant dubitationes,
quia ſumus in claris, l. continuus, de verborum obli-
gatio. & ideo cautela eſt , vt in cautione dicatur, pro-
miſit nullo modo offendere, nec offendi facere in rē,
nec in perſonam Titium, nec ſuos quouis modo, ſan-
guine,vel affinitate coniunctos vſque ad quartum gra
dum: Surd.Deciſ.89.numero 11. Verùm ſi ex noua
cauſa, offenſa vere facta ſit , tunc non eſt locus pœnæ ,
Cæphal.d.conſil.587.numero 29.cum plur.ſeq. vol.4.
Hercul. de cautio. de non offend. cap. 13. numero 5.
Bertazol.conſil.147.numero 24. Bero.conſil. 198.nu-
mero 12.volum.3. Maſcard.de probatio.d.concluſio.
1136. numero 37. vbi ait non valere pactum, quod e-
tiam noua cauſa ſuperueniente quis teneatur ad pœ-
nam de non offendendo , teſtatur de communi , niſi
fuerit cauſa noua affectata, argumento trium onerum
tutelarum. Inſtitut.de excuſat.tuto.vel curato.& Viui.
commun.opinion.808.num.32.& 41.vo.3 .vbi ſi ſta-
tutum dicit , quod præſtetur cautio iſta de non offen-
dendo actiuè , nec paſſiuè conſanguineos , & affines ,
vſque ad tertium gradum , ſecundum ius Canonicum
non comprehenditur ſponſa ; & ad prædicta vide Io.
Fabr.in l.denunciamus,C.de ijs,qui ad Eccle.confug.
Aufrer.addit.ad Capell.Toloſa.quæſt.489.in fin.Plac.
C epit.delic.lib.1.cap.7.num.10.in fin. Et hic nota,quod
vbi certa forma cautionis de non offendendo eſt tra-
dita à ſtatuto , vel ordinationibus , ſi inſtrumentum
cautionis fuerit deperditum,& ſolum penes acta curię
ſit quodam de ſtylo,memoriale , ſeu repertorium , in
quo memoriale recolitur de cautione præſtita , tunc
creditur , & intelligitur cauiſſe, iuxta formam ſtatuti ,
propter relationem,quæ refertur ad relatum, l.aſſe to-
to,ff.de hær.inſtit.l.ait Prætor, §.ſi Iudex, ff.de re iud.
paria enim ſunt aliquid eſſe certum de ſe, vel per rela-
tionem ad aliud:ſecus ſi impugnetur, vel certa forma
non ſit tradita, quia non creditur , Doct.in authent.ſi
quis in aliquo , C.de eden. facit Caualcan.deciſio.21.
numero 36.37.& 38. ibi clarum eſt,quod vbi de certa
quantitate non eſt conuentum, Bartol.in l.admonen-
di,col.9.ver.ſed quæro, quid de exemplo,vbi in fortio
ribus terminis , ff. de iureiurando . Nam ſi non credi-
tur notario, nec copiæ, ſeu exemplo continenti totum
tenorem inſtrumenti , quanto minus illi memoriali ,
ſeu repertorio, aut indici apud acta, quando non con-
ſtat de originali, Authent.ſi quis in aliquo, C.de eden
Maſcar.de proba.concluſio.711.num.1.2.& 15.Oria
in pract.de inſtrum.product.c.9.num.19.& 29.Socin.
in d.authent.in aliquo,num. 17. Purpur.num.32.& in
antiquis faceret aliqualem fidem , vt in ſimili Caual-
can.deciſio.46.num.15.cum ſequen.par.1. Curt.d.au-
thent.,ſi quis in aliquo , numer.15. & iden ad fiſcum
ſpectat probare , quando pœna in totum , vel in parte
ei cedit,l.qui accuſare, C.de eden. cap.ex litteris, extra
de probat. l.vti frui, ff.de vſufruct. Barto. in l.1. C. de
iur.fiſc. Socin.l.2. ff.de except.rei iudic. Peregrin.de
iur.fiſc. lib.7.tit.3. num.13. Et notandum,quod ſi pax
ſit rupta ab vno ex pluribus in pace comprehenſis,om
nes tenentur pro virili . Alex.in conſil.116. vo.4. con-
ferunt dicta ſupra in 2.par.vbi in materia fideiuſſ.facit
Tob.Non.conſil.152.num.17.inter conſil.crimin.di-
uerſo.to.1. & pax quando diminuat pœnam , vide ſu-
pra num.79. & ſequen. & Farinac.de accuſat.quæſtio.
13.quid ſi poſt ſententiam habetur pax, an proſit? dic
quod non;niſi ſit locus appellationi, & fiat appellatio-
ne pendente. Gomeſ.var.reſol.tit.de delict. cap.3. nu-
me.6.Plac.epit.deciſio.cap.39.nume.27.& 28.Franc.
deciſio.370.num.19.vo.2. & pax,quam fidem faciat,
vide Maſcard.de probat.concluſio.1161.& 1162. vbi
quibus modis rupta dicatur, & dixi ſupra in 2.part. de
præſentante pacem:& plura Boſſ.titu.de pac.& addit.
ad Clar.quæſtio.21.num.145.& ſtante ſtatuto de rum
pente pacem. aduertendum eſt ſemper ad verba ſtatu-
ti, an comprehendant percuſſionem, vulnera, aut ad-
menationem . Nam ſi pax, vel tregua rupta dicatur,
non intelligitur rupta per admenationem , nec per le-
uem percuſſionem . nec dicitur rupta ab eo , qui prius
fuit prouocatus,& opus habuit ſe defendere; l.1.de vi,
& vi arma. & de ijs apud Maſcard. d.concluſio. 1162.
num.42.47.54. & 118. vbi offendens minantem non
dicitur fregiſſe pacem,alleg. Marſ.in pract.§.expedita,
col.prima,& ſingul.337. Bertazz.conſil.48. numer.1.
D † Hoc vnum eſt , quod ſi dolo pax non rumpitur, ru-
pta non dicitur, Alexan.conſil.155.colum.4.num.15.
volum.4.Bero.conſi.196.num.12 t.volum.3.Bertazz.
conſil. 4. vo.7. & pax non dicitur pluſquam ſemel ru-
pta,niſi ſtatutum dicat toties quoties, Ioann.Andr.ad
Spec.tit.de treg.& pac.in rubr.& refert Maſcar.d.con-
cluſio.1162.nume.40.& de clauſula toties quoties,nu-
me.38.& 39. vi.ſupra in 2.par.ſub num.180. Tandem
ſcias, quod pax,& remiſſio pro iniuria non extendun-
tur ad damna. Iaſ. in l.1. col.3. ff.de pac. vbi de modo
faciendi pacem , quæ præcipuè haberi debet ab omni-
bus,quorum intereſt:& tam à fœminis,quam à maſcu
lis , ſecundum veram, & communem opinionem, de
qua per Fel.in cap. cum oporteat, col.5. de accuſat. ſe-
quitur Boſſ.d.tit. num.9. Differt tamen pax à remiſſio
ne,quia pax fit ambabus partibus concurrentibus ; re-
miſſio autem fit ab vna parte tantùm,videlicet à par-
te offenſa,Carauit.tit.175. differt etiam pax à concor-
dia , quia pax eſt perpetua , & concordia poteſt eſſe ad
tempus , Alexan.in l.de fideicommiſſo, C.de tranſact.
ſequitur Boſſ.d.tit.de pac.num.2.& 3.Alex.& alij in l.
1.ff.de pac. & finaliter pax facta pro priuato intereſſe,
non impedit proceſſum,quo ad intereſſe fiſci.Barto.in
l.1.§.vſque adeo,de iniur.Boſſ.d.tit.num.8.vide Vulp.
de pac.q.14. & Carauit.tit.262. nume.26. qui dicunt,
quod pace habita à principali non poteſt procedi ulte
rius in cauſa, & ita ſeruat conſuetudo ; quæ ſupradicta
tanquam magis quotidiana ſunt ſeruanda, & pax ſem
per ſit hominibus bonæ uoluntatis.
262 Quo verò † ad treugam,quæ fit de non offenden-
do,ſi non addatur in perſonam, etiam verbis iniurio-
ſis rumpitur , quoniam iniuria verbalis dicitur offen-
ſio animi, & perſonæ , ſed non in perſonam , pulchrè
hanc rem explicat Vulpell. conſil.26. numero 7. & 8.
idem in tract.de pace,q.91.cum ſeq.vbi vult,quòd in-
iuria verbalis, & grauis rumpat cautionem , ſeu treu-
gam

Google

gam de non offendendo, & dicit eſſe arbitrarium Iudici, Baiard. ad Clar. §. fin. quæſtio. 47. numero 3. quia ſi eſt arbitrium Iudici, pœna conuentionalis, vel ſtatuta de non offendendo non habebit locum, ſed aliqua extraordinaria, & indeterminata in dicta cautione. Et ſi cupis videre, qui fuit primus inuentor Treguæ, & acordi eorum inter rixantes, & de varijs modis iniendi pacem, & concordiam, ac faciendi treguam, & fideiubendi. vi. Polib. Virgil. de Vrbino in d. ſuo tract. cap. 15. car. 110.

E Nunc in propoſito pone, quod inita ſit tregua inter Publium, & Mæuium de ſe non offendendo in perſonam, & dum quadam die ſuper menſuratione agri ambo contenderent, Publius exprobrauit Mœuio, quod ſit latro, vel dixit Razza di ladro, non eſt dubium, quod hæc verba ſonant in grauem iniuriam, & contumeliam, Speculat. in tit. de accuſat. §. 1. verſic. quid ſi vocauit latronem, propè fin. quo caſu licuit iniuriato, vti militi honorato, vlciſci, & mentiri Publio, ſecundum Angel. de Maleſic. in verb. verba iniurioſa, in verſic. quid plura, ſi aliquo dicto, vel facto, num. 10. qui dicit opinionem Speculatoris veriſſimam eſſe, & huiuſmodi iniuriæ propulſationem fieri ex interuallo etiam poſſe teſtatur Menoch. conſil. 107. numero 40. volum. 2. vbi ait, quod ſatis incontinenti fieri dicitur, ſi propulſatio fiat die ſequenti, licet de arb. iud. caſ. 361. numero 21. dixerit, quod intra triginta dies propulſatio dicitur facta calore iracundiæ; ſed certè magis puto calore praui animi vindicatiuè fieri, vt ait Maſcard. concluſio. 1162. numero 59. ideòque ſtandum eſſe arbitrio Iudicis, vt ſuprà numero 46. & facit Baiar. ad Clar. §. homicidium, numero 21. & 113. modò die ſequenti Mœuius obuiam habens Publium aduerſus illum hæc verba protulit. Di quelle parole, che hieri diceſti in diſpregio della Caſa mia menti per la gola, & pugno illum pariter percuſſit, & Publius euaginato enſe in Mœuium irruit, & illum pluribus vulneribus repercuſſit, qua de re cauſa ventilata in iudicio fuit iudicatum treugam à neutro ruptam fuiſſe me patrocinante; & cùm ſimilis caſus euenisset in Ciuitate Florentiæ ita iudicatum fuit de anno 1602. die 24. Octobris à Dominis oct. de Balia.

F Nam ad determinationem cuiuſcunque rei initium ſpectandum eſt, l. Pomponius, de negot. geſt. & cauſam rixæ perpendendam eſſe, ait Vulpell. de pace reſponſ. 98. numero 1. & 6. Vnde Publius protulit illa verba, Razza di ladro natus, occaſione menſurationis agri, & ſic ex noua cauſa, ob quam præſumuntur fuiſſe prolata illa verba; immò clarum eſt, & non eſt opus coniecturis, l. decem, §. continuus, de verborum obligatio. & quando eſſemus in dubio ſemper eſt præſumendum ex noua cauſa, & non veteri dictam, vel factam fuiſſe iniuriam ad euitandam pœnam conuentionalem, l. ſemper in ambiguis, vbi Dec. de regul. iuris, &c. in obſcuris, vbi Dyn. eod. tit. in 6. Maſcard. d. concluſio. 1136. numero 38. Menoch. de præſumptio. lib. 3. præſumptio. 144. numero 4. Vulpel. reſponſ. 2. numero 34. & quæſt. 9. numero 5. Soc. Iun. conſil. 103. volum. 3. Marſil. ſingul. 503. Ruin. conſil. 10. numero 12. volum. 4. Bertazol. conſil. 282. numero 17. & 18. & conſil. 248. lib. 2. idem conſil. 4. numero 14. conſil. 147. numero 12. & ſequ. conſil. 151. numero 11. vbi ait, quod poteſt noua cauſa allegari, etiamſi ex conuentione, vel à ſtatuto, aut ab ordine Magiſtralis prohiberetur noua cauſa allegari, & etiamſi noua cauſa eſſet iniuſta; vltra quod per illa verba iniurioſa treuga non dicitur rupta in caſu iſto, quia cautio fuit præſtita de non offendendo, vel offendi faciendo in perſonam tantùm, quæ taxatiua ſtricto modo offenſam perſonalem facto, & non verbis tantum comprehendit, iuxta doctrinam Bartoli in l. ſi cum 15. qui iniuriarum, ff. ſi quis cautio. & Gugliel. de Cun. in tract. de ſecuritate, numero 58. verſic. quarto ſi tu dicis iniuriam, & cautio de non offendendo eſt ſtricti iuris, vt ſupra numero 199. quæ interpretatio ſtricta locum non haberet deficiente illa taxatiua tantum, ſecundum Maſcard. de probatio. concluſio. 1136. numero 40. in fin. & tamen diſtinguit, quod ſi promiſſio ſit facta poſt delictum, lata ſit interpretatio, ſecus ſi ante ex eo, quia timetur ne partes veniant ad arma, vt fit in Statu Sereniſſimi Magni Ducis ſtatim, atque timetur de rixa ſono tubæ eleuantur offenſæ, & coguntur partes, vel facere pacem, aut treugam ſub illa pœna, quam arbitratur Magiſtratus, vel Iudex, & quia in caſu noſtro dictum fuerat, quod promiſerunt partes ſe non offendere cum armis, vel ſine armis in perſonam, & treuga verificatur rupta cum pugno, fuſte, vel alio inſtrumento, nam appellatione armorum talia non comprehenduntur, ſed virtute huius clauſulæ ſine armis, treuga, pugno, vel baculo rupta dicitur, per ſupra dicta.

G Modò ad rem pro mentita, & pugno die ſequenti treuga non dicitur à Mœuio rupta, quia vti miles ex cauſa honoris honeſtè vlciſci ſe potuit, l. vt vim, cum concord. de iuſtitia, & iure, Maſcard. de probat. concluſ. 1136. numero 20. Hercul. tract. de cautio. de non offen. cap. 27. numero 18. verſic. in quibus forſan, Bertazol. conſil. 534. numero 21. verſic. tertio, lib. 2. Socin. Iun. d. conſil. 103. numero 12. par. 2. Maſcard. vbi ſuprà, num. 4. tom. 2. & contraueniſſe non dicitur qui offenſus offenſorem offendit, Vulpell. conſil. 8. nu. 2. Maſcard. d. concluſ. 1163. num. 41. & num. 42.

Nec obſtat, quòd iniuria verbalis erat vlciſcenda hinc inde ſolis verbis, non autem etiam facto, ſed cum moderamine inculpatæ tutelæ, Placha in epitom. delict. cap. 1. numero 21. Angel. de Malefic. in verb. verba iniurioſa, numero 10. & 16. Augu. ſt. ibi, & dixi ſuprà numero 57. & ſeq. & numero 64. in hac 2. par.

Quoniam reſpondetur, quod ille, qui videt alium contra ſe armatum venire, quem non ignorat verbis contumelioſis affeciſſe, & audit, & videt illum minus inferre, & verba incitatoria ad rixam proferre, non tenetur expectare, vt ille prius euaginet enſem, & adminare incipiat, ſed de iure ad defenſam poteſt omni meliori modo contra illum irruere, & adminare, l. vim vi, ff. de vi, & vi armat. Clar. §. homicidium, verſic. ſed quomodo probatur, Tob. Non. conſil. 109. & Bertazol. latè conſil. 433. & 434. Grammat. deciſio. 5. & 23. & 98. facit Boer. deciſ. 169. Capic. in cauſa mentitæ, deciſio. 58. Nam primi motus non ſunt in noſtra poteſtate, & propulſatio facta prouocatè excuſat, Vulpell. conſil. 97. numero 6. Afflict. ſuper Conſtitut. Reg. in verb. aſperitatem, in 7. not. idem deciſio. 206. numero 3. & 4. vbi in propoſito ait, quod aggreſſus qui ſe defendendo modum excedit, non debeat puniri pœna conuentionali, ſed aliquantiſper pro exceſſu, pulchrè Tiraquel. de pœn. temper. cauſa 1. numero 6. cum ſeq. vbi ita iudicatum fuiſſe teſtatur. Nam offendens treugam non rumpit, vt dictum eſt Maſcard. d. concluſio. 1136. numero 28. & 29. concluſio. 1162. numero 41. & 42. etiamſi ex interuallo fiat, Hercul. d. tract. de caut. de non offen. cap. 18. & cap. 46. numero 40.

Quæ ratio vtique procedit reſpectu Mœuij, vltra quod, ſi pugno percuſſit luit pœnas: Nam remanſit uulneratus pluribus uulneribus, & medica percuſſio cum pugno non habetur in conſideratione de iure communi, Marſil. conſil. 80. numero 31. cum ſeq. & Bertazol. conſil. 98. numero 14. conſil. 195. numero 14. conſil. 248. numero 5. lib. 1. conſil. 287. numero 15. lib. 2. Nicol. Moro. tract. de treug. & pac. quæſtio. 122. numero 18. & ſeq. niſi ſtatuto, vel conuentione aliter caueretur, vt in caſu noſtro ex illis verbis, cum armis, uel ſine armis, ut ſuprà diximus, & Alber. in l. 4. ff. de adim. legat. uidetur uelle, quod etiamſi non adeſſent illa uerba, ſine armis, nihilominus treuga poſſit dici rupta, quia negari non poteſt, quod facta adiecta uerbis,

Digitized by Google

bis, ut eſt percutere pugno non ſit offenſio: quo caſu ſi ex ueteri cauſa hoc factum appareret, treuga diceretur penes me rupta, licet pugno leui in cautione prætoria.

Sed ex quo in caſu noſtro conſtat ex noua cauſa, & prouocatus Mœuius mentitam cum pugno dedit, non dicitur treuga rupta, per ſupradicta, & per reg. quicquid calore iracundiæ, de reg. iur. Clar. dict. §. fin. quæſtio. 60. uerſic. eſt etiam, Boer. deciſio. 168. Grammat. uoto 19. numero 14. Marſil. pract. §. quoniam, numero 14. & ſeq. Abb. in cap. ſi rixanti, extra de iniur. Hercul. d. tract. de caut. de non offend. cap. 27. numero 18 ubi loquitur in milite.

263 Et quando † non conſtat quis ex rixantium fuerit author, ambo ſunt abſoluendi, ut aliàs dicam ex Bart. in l. cum pater, §. libertis, in fin. de legat. 2. Tiraquel. de pœn. temp. caui. 62. Bertazol. conſil. 48. numero 7 lib. 1. Vulpell. de pac. reſponſ. 97. numero 7. Menoch. de arbit. caſ. 363. numero 17. ſaltem à pœna conuentionali, ſecus quoad pœnam facti ſtatutariam, Maſcard. d. concluſio. 1162. numero 28. Petr. Caball. Caſ. crim. 102. numero 4. 5. 6. & 13. quamuis ex multis coniecturis cognoſci poteſt, quiſnam author ipſe fuerit, ut ſi alter erat rixoſus, brauoſus, potentior, magis armatus, & huiuſmodi, ut docet Menoch. de arbit. d. caſ. 363. per tot. Maſcard. concluſio. 1131. Clar. quæſtio. 60. numero 104. & ſeq.

Et licet ex verbis iniurioſis non conſtant in proceſſu, vt *Razza di ladro*, nihilominus ex mentita præſupponitur cauſa præcedens, l. ſi ſeruus plurium, §. 1. de leg. 2. Menoch. de arb. caſ. 363. nume. 3. & ex illa mentitatione, per quam ad contentionem verborum conſtat deueniſſe, præſumitur læſus, qui deinde mentitus eſt alterum, licet de qualitate læſionis non conſtaret expreſſe, vel clare. Nihilominus caue: nam quandoque vindicatiui, & inuidi quærunt cauſam offendendi, & aliqua verba altercatoria proferunt, vt videantur prouocati, & ideo Iudex cuncta rimari debet, cap. Iudicem tem. 30. q. 5. vide quæ dixi de teſt. in 5. par. nu. 1. & ſequen. & facit illud Salomonis: cauſam quærit, qui vult recedere ab amico.

Quæ autem dicatur cauſa noua, quæ leuis, quæ iuſta, & quæ iniuſta rixæ, & qualiter hæc probentur, vide Maſcar. latè in d. concluſ. 1131. 1136. 1162. ad quæ te remitto.

264 Et aduerte, quod † fideiuſſores rei, qui pro pace ſeruanda fideiuſſerunt, præferuntur fiſco in fructibus bonorum ſubiectorum fideicommiſſo, Bertazol. conſil. 139. vbi add. vo. 1. & refert Baiar. ad Clar. q. 78. nu. 37. vbi ait, procedere etiam quoad illum, qui promiſit præſentare reum, per Becc. in conſ. 57.

265 Tandem nota, quod † ſi plures dati ſunt fideiuſſores anticipatè, ſed diuerſis temporibus, ante natam obligationem, eorum principalis verſus ſuum creditorem, prioritas, atque poſteritas inter eos contra bona principalis locum non habet, & ſic ceſſat diſpoſitio, cap. qui prior, de reg. iur. in 6. & ratio eſt, quia attenditur tempus ortæ obligationis inter eorum principalem, & creditorem, cum fideiuſſio ſit acceſſoria obligationi, cap. acceſſorium, de reg. iur. & l. centum Capuæ, & l. Iulianus, ff. quod cer. loco.

Item ſi plures fideiuſſores ſoluerint pro eorum principali, quem tandem decoctum, & fallitum declarari fecerunt, & egerunt contra eius bona, ſi horum vnus negligens fuit, non poterit obtinere poſtea contra fideiuſſores, l. ſi debitor, ff. de iis, quæ in fraud. cred. vbi Barto. & alij, & add. ad Dyn. d. reg. qui prior. lit. q. Iura enim vigilantibus; & non negligentibus ſubueniunt, Inſtit. in procem. niſi ijs plus debito obtinuiſſent, vel fuiſſent ſocij, Aſin. tract. de execut. §. 5. cap. 8. num. 5. & §. 7. cap. 46. verſ. quinto, & cap. 127. vbi adducit Menoch. conſi. 461. volum. 1. & dicit, quod negligentia vnius non debet nocere alteri diligenti, ſi vero eſſent in ſolidum obligati ad inuicem, idem eſſet, per d. l. ſi debitor, ff. de pig. act. ſed non poſſet portionem ſuam petere, ſed deberet is negligens admitti ad vtendum ſimul cum alijs commoditate dictorum bonorum. Sed quid ſi vnus tantum ex pluribus ab vna parte comprehenſis offendat partem aduerſam, vel vnum ex eis, dico omnes ex latere offendentis teneri diuiſione portionum inter eos facta, quādo omnes in ſolidum ſunt obligati, vt in ſimili dixi ſupra, num. 224. & num. 228. & ita firmat Alex. conſ. 116. vol. 4. & ſuper hoc Alex. conſilio facit Tob. Non. inter conſ. cri. diuerſo. tom. 1. conſ. 152. nu. 17.

266 Et in hoc propoſito † exigendi pœnam pecuniariam à principali, vel à fideiuſſoribus in practica octodecim caſus minimè ſpernendos tanquam quotidianos hic inſerere volui fiſco, & eius Cameræ exactionem facilitando.

Primus itaque caſus eſt, quando duo ſunt rei inſolidum obligati, nam ſi vnus ſoluit ſuam partem conſiſtentem in pondere, vel numero, aut menſura, alter remanet liberatus, l. reos, §. cum tabulis, & in l. 2. ff. de duobus reis, Iaſ. in l. creditores, nume. 4. C. de pact. eſt etiam text. in l. 1. & 2. vbi Caſtrenſ. C. ſi plur. vna ſentent. Octaui. Pedem. deciſ. 44. nu. 1. Afflict. deciſ. 215. Soc. conſ. 242. circa primum, nu. 9. col. fin. ver. circa ſecundum, part. 2.

Secundus caſus eſt, quando ſunt duo rei in ſolidum, & tunc ſi vnus dimidiam ſoluit abſque proteſtatione iſta, quod animus ipſi ſit ſoluere pro ſua parte, non eſt liberatus, imo ne cum dicta quidem proteſtatione liberatus erit, ſi minus parte dimidia ſoluerit, Iaſon. in d. l. ſi creditores, num. 3. verſ. 1. & 2. vbi rationem allegat.

Tertius eſt caſus, quando plures in ſolidum fideiuſſerunt, vel obligati ſunt, & creditor ab vno partem petit, tunc obligationem diuiſit, & ſoluens partem ſuam remanet liberatus, niſi per creditorem facta ſit proteſtatio, quod nolit diſcedere à prima obligatione, per ſupradicta iura, proteſtatio tamen non proficit, ſi non fuit renuntiatum beneficio diuiſionis, authen. hoc ita, vbi Barto. C. de duobus reis, Borg. deciſio. 16. num. 39. verſ. ſecus, in 2. part. vbi Rector ita petendo videtur remittere tempus, & caducitatem, ſicut recipiendo, & notat Tiraquel. de retract. conuentio. §. 1. gloſ. 2. num. 64. verſ. quid autem, per text. l. Aemylius, & ibi gloſ. reſtitui poſt princip. ff. de minor. ſecus ſi ſimpliciter petit. Hinc eſt etiam, quod Procurator ſimpliciter petendo, vel agendo, cenſetur feciſſe actum ſecundum inſtrumentum procuræ, & eo modo quo in mandatis habet licet non dicat agere, & petere, vt procurator. Nam quando actus duplici modo interpretari poteſt, intelligitur factus ſecundum id, quod eſt permiſſum. DD. in l. merito, ff. pro ſoc. Alex. conſil. 103. num. 8. vo. 3. & eſt in electione creditoris petere ab eo, qui inter plures in ſolidum obligatus eſt, l. liberum fuit, l. ſicut eligendi, & l. ſi alienam, C. de fideiuſſ. l. exprimere, & ibi gloſ. in verb. electio, C. de duobus reis, Alex. conſi. 149. num. 1. vol. 2.

Quartus caſus eſt, quod quando fiſcus, aut creditor egit contra plures reos, vel fideiuſſores debendi in ſolidum, cum proteſtatione, quod vnica ſolutio ſufficiat, tunc qui ſoluit liberatur, ſecus, ſi non ſint in ſolidum obligati, quia quilibet tenetur tantum pro ſua rata, & intellige quod correus liberetur per ſolutionem à correo ſoluente in ſolidum obligato ope exceptionis tantum, non autem ipſo iure, d. l. fin. C. de fideiuſſor. gloſ. in l. cum alter, in verb. non competit, C. eod. Alex. d. conſil. 149. volum. 2. Alba. conſil. 738. numer. 6. vol. 4. Etſi is correus, vel fideiuſſor non ſoluit totum, poteſt creditor quoad reſiduum agere contra principalem, & alium correum, l. reos principales, C. de fideiuſſor. Alba. d. conſil. 738. & conſil. 684. numer. 6. volum. 4. Aret. conſ. 33. nu. 2. col. 1. & l. in duobus, §. vbi duo, & ibi Bar. ff. de duob. reis, vbi etiam Pau. Caſt. n. 7. & ſeq.

Quintus

Digitized by Google

Quintus caſus eſt, quando ſunt duo fratres hæredes patris, & pro debito patris conueniuntur, tunc ſi ſtent in communione dicuntur in ſolidum à iure obligati, & ſi vnus dimidium ſoluit abſque proteſtatione quòd pro ſua rata ſoluit, non eſt liberatus, ſecus ſi cum proteſtatione, l. ſi plures, ff. de pact. gloſ. in l. pro hæreditarijs, C. de hæred. act. Ratione ſolidi vna eſt obligatio indiuidua, vt dicit gloſſa in d. l. pro hæreditarijs, & poteſt confideiuſſor petere beneficium diuiſionis ex eo, quia à lege ſunt in ſolidum obligati, l. reos, ff. de duobus reis, vbi Bart. & in l. cum alter, & ibi gloſ. C. de fideiuſſ. §. ſi plures, Inſtit. eod. & gloſ. in d. l. liberum fuit, in verb. iuris ratio, C. eodẽ. Debet tamen diuiſionẽ petens probare conſociũ eſſe ſoluendo Salyc. in l. fideiuſſor, n. 6. verſ. quæro an excipiẽs, C. de fideiuſſ. ſecus in duobus correis, Salyc. in auth. hoc ita, n. 6. & 7. C. de duobus reis, trad. Bart. in l. inducta, §. vbi duo, ff. eod. Gomeſ. var. reſol. tit. de contract. c. 13. n. 14. verſ. tertio limita, & nu. 5. & Boet. deciſ. 59. nu. 2. & 3. Alex. cõſ. 32. nu. 12. vol. 4. & Nati. cõſ. 345. nu. 3. vol. 2.

Sextus caſus eſt, quod ſi duo vel plures ſiue rei ſint hæredes, & diuiſi, quod quilibet pro debito hæreditario repræſentat perſonam defuncti, & per conſequens pro ſua rata tantũ tenetur, niſi alter effectus ſit non ſoluendo, & creditor non fuiſſet moroſus, quia per diuiſionem ipſorum non cenſetur diuiſa obligatio patris ſine facto creditoris, d. l. pro hæreditarijs, C. de hær. act. Bart. in d. auth. hoc ita, nu. 37. C. de duobus reis, & in l. eadem, nu. 6. eod. tit. ad hæc faciunt ſuprà deducta in 5. caſu, & Canon. in c. quod meum eſt, de reg. iuris.

Septimus caſus eſt, quãdo vnà fratres, vel duo ſocij ſimul in Cõmunione, vel in ſocietate viuẽtes faciunt debitum commune, vel aſſumunt in ſe ſimul aliquã obligationem ſatisfaciendam, ſiue in pondere, vel numero, aut menſura, tunc dicitur vnum debitum, & pro vno debitore tantum obligati cenſentur, & ſolutione facta dimidia ab vno abſque proteſtatione non eſt alter liberatus, nec ipſe quoad reſiduum, idem ſi cum proteſtatione, cui creditor aſſentire noluit, & ita ſe declarauit, d. l. ſi plures, ff. de pact. l. ſi ex toto, §. 1. de legat. 1. & Iaſ. in l. ſi creditores, nu. 3. C. de pact. & vide D. Borg. deciſ. 11. num. 28. 29. 30. 31. in 2. part. Oſaſc. deciſ. 150. num. 6. & ſeq. Rot. Genuæ deciſ. 46. & 97. item deciſ. 129. num. 3. & deciſ. 161. num. 8. Pariſ. conſ. 69. num. 20. & ſeq. vol. 2.

Octauus caſus eſt, quando debitum non eſt factum pro cauſa ſocietatis, vel communis, tunc qui ſoluit dicitur liberatus pro ſui parte, niſi in ſolidum fuiſſent plures obligati, & vnus ſoluiſſet abſq; proteſtatione, quæ ſi acceptata non eſſet à creditore, tunc remaneret adhuc fideiuſſor alterius, qui nec ratã vel nihil ſoluit donec ſatisfaceret, qui ſi efficeretur non ſoluendo, facta excuſſione, reſiduum ſoluere teneretur, Bart. in d. auth. hoc ita, nu. 37. C. de duobus reis, & in l. 2. §. ex ijs, ff. eod. tit. & in l. ſtipulationes, §. Cato. nu. 6. de verb. oblig. D. Borg. deciſ. 11. nu. 20. & 30. in 2. part. Alexand. conſ. 99. nu. 8. vol. 2. cõſ. 217. nu. 12. & 13. vol. 7.

Nonus caſus eſt, quando pecunia tota peruenit ad manus vnius tantum ex pluribus debitoribus, licet in ſolidum obligatis, quia nihilominus vnus dicitur debitor, & alter qui non habuit pecuniam, cenſetur fideiuſſor; & ſolutione partis debiti non eſt remiſſa obligatio, donec totum ſoluatur, tex. ad lit. in l. ſed Iulianus, vbi Caſtrenſ. ff. ad Senatuſc. Macedon. Bart. in d. §. Cato. num. 6. de verb. oblig. vbi diſtinguit, & in d. auth. hoc ita, num. 29. C. de duobus reis, in terminis Rota Luca. Magon. deciſ. 60. D. Borg. d. deciſ. 11. num. 31. in 2. part. Cæphal. conſ. 635. num. 3. & 11. vol. 5. Boer. deciſ. 59. num. 6. & 7. Rimin. iun. conſ. 576. num. 18. vol. 5. Surd. conſ. 10. num. 27. 28. vol. 1. facit text. & ibi DD. in l. 1. C. ſi actor ſe non geſſ. & l. cum iuſſu, ff. de ſolut. Rot. Genuæ deciſ. 176. num. 7. & 8. & deciſ. 86. num. 2. & ſeq.

Decimus caſus eſt, quando ſunt duo rei dandi, vel faciendi, in opere, ſeruitute, & huiuſmodi, tunc obligatio indiuidua dicitur, & ſi vnus pro ſui parte adimpleat, non dicitur liberatus reſpectu rei debitę, quæ diuidi non poteſt, DD. in l. ſtipulationes non diuiduntur, de verb. oblig. Gomeſ. var. reſol. tit. de iudic. cap. 10. num. 5. & 6.

Vndecimus caſus eſt, quod ſi vnus ex debitoribus obligatis pro vno debito, aut in ſolidum, aut non, & ſoluerit totum, habet regreſſum pro rata contra alios; l. 1. C. de duobus reis, Barto. in d. auth. hoc ita, nume. 7. & Gomeſ. eo. tit. nu. 3. vbi diſtinguit c. 12. tom. 2. quod procedit ceſſa ſibi actione à creditore, alias non: quia alter non eſt ei obligatus, l. in fideiuſſoribus, & ibi glo. ff. de fideiuſſ. l. mora, §. ſi pupillo, ff. de verb. oblig. Alua rot. Valaſq. deciſ. 316. Vinc. Franc. deciſ. 55. nu. 1. & 12. & 14. Ant. Foſſa. deciſ. 191. Soc. conſil. 71. vo. 3. tex. in l. cum alter, & ibi gloſ. C. de fideiuſſ. Ant. de Fano. de pignor. in 5. par. 3. memb. n. 35. Alba. conſ. 738. vol. 4. ſub intellige etiam, niſi principaliter & in ſolidum promiſerit, nam etiam ſine actione ceſſa poterit agere, vti ad inuicem alter alteri obligatus, gloſ. in auth. de fideiuſſ. in prin. in ver. fideiuſſorem, & in l. 1. in ver. iuuare, cir. fi. C. de duobus reis, Alex. conſ. 41. viſiſque ſubtiliter, nu. 2. ver. nec habet obſtare, vol. 5. Bald. in l. per diuerſas, num. 37. 38. q. 15. C. manda. Foſſan. d. deciſ. 191.

Duodecimus caſus eſt, quod pro debito hæreditario hæredes repræſentant perſonam defuncti in ſolidum, Borg. deciſ. 29. nu. 18. par. 4. Sed hæres non tenetur, niſi adiuerit hæreditatem, vel ſe immiſcuerit hæreditati, at ſi illam acceperit cum beneficio legis, & inuentarij pariter non tenetur, vltra vires hæreditarias. DD. in d. l. ſi pro hæred. vbi gloſ. C. de hæred. act. de qua aditione cum beneficio legis, & inuentarij, vide Caualcanum de vſufruct. num. 76. & ſequ. Sed Florentiæ extat lex, per quam hęc cautela huius beneficij nihil prodeſt hæredibus, quia tenentur totum ſoluere, ſi in quindecim dies, non abſtinuerunt ſe ab hæreditate, Rubr. 29. lib. 2.

Decimuſtertius caſus eſt, quia inter plures debitores neceſſarios competit beneficium diuiſionis ipſo iure, ſecus inter voluntarios (ad cautelam ſolet renunciari tali beneficio) Caualcan. in repert. deciſ. 1. part. 1. in verb. fideiuſſor promittens, Marſan tub. de fideiuſſ. cit. princ. & DD. in d. l. pro hæreditarijs, C. de hær. act. & vide eundem Caualcan. d. deciſio. 11. num. 31. in 2. part. & tex. in l. propter mutuum, ff. de duob. reis, Rota Genuæ d. deciſ. 176. nu. 8. Ferret. conſ. 129. & conſil. 130. vol. 1. & Bar. Caſt. & alij in d. l. in duob. §. vbi duo, ff. de duob. reis, idem Caſt. conſ. 331. p. 1. tex. in l. tres tutores, ff. de admin. tut. Soc. d. conſ. 71. vol. 3. & notandum quod debitor ob delictum ab eo, vel de eius mandato dicitur debitor voluntarius, non autem neceſſarius, Tiraq. de retr. conſang. §. 1. gl. 14. nu. 15. vbi alleg. Bal. in conſ. 20. quid important, lib. 2.

Decimuſquartus eſt caſus, quod debitor partem debiti ſoluit, & creditor facit quietantiam ſimpliciter, dic quod intelligitur quietatio facta de parte tantum recepta, Iaſ. in l. ſi de certa, nu. 6. C. de tranſac. Boer. deciſ. 310. Gomeſ. var. reſolut. tit. de delict. c. 1. nu. 88. 89. & ſeq. vbi infert ad multa.

Decimuſquintus caſus eſt, quando plures pro vno obligati ſunt in ſolidum dicitur vnica obligatio, & omnes ſimul pro vno tantùm debitore reputantur per regulam, vbi duo propter vnum, ibi vnum tantum eſt tex. l. ſi plures, ff. de pact. & l. ſi. ff. pro donat. Bar. in l. ſtipulationes, §. Cato, nu. 6. de verb. oblig.

Decimuſſextus eſt caſus: Nam creditor non cogitur recipere particularem ſolutionem, niſi quatenus obligatio, & ſolutio, vel ſaltem ſolutio eſt iam actu diuiſa a lege, vel ab homine, l. tutor, §. Lucius, ff. de tutel. Gomeſ. de contract. cap. 10. nu. 3. verſ. nec obſtat pulchre, Cabal. Millelo. 264. p. 1. vbi decem limitat. facit Borg.

deciſ.8.num.4.6.& 12.]in 2.par. Surd. deciſ.186. nu.2. Rimin.Sen.conſ.348.nu.3.vo.4.

Decimuſſeptimus caſus eſt, ſi fiat iactus nauis ob tempeſtatem in mari ;centum debebant ſolui ſex perſonis, quarum merces pro releuanda naui in mare proiectæ fuerunt, vni pro decem, alteri pro viginti, tertio pro triginta, quarto pro trigintaquinque, quinto pro duobus, ſexto pro tribus, quæ ſolutiones important in totum illa centum exigenda à magiſtro nauis, qui non exegit adhuc inter omnes à debitoribus niſi triginta. Tertius vero cui damnum reſarciendum erat in triginta petijt à magiſtro nauis, vt ſibi triginta ſoluat, magiſter dicit, quod ſit paratus ſoluere de pecunijs vſque huc ex actis ad ratam ſui crediti, ſed tertius reſpondit volo integram ſolutionem, poſtquam alij creditores ſunt negligentes, & tu exegiſti tantum quantum mihi debes, & dicitur quod magiſter tenetur dicta triginta tota ſoluere huic tertio prius petenti, nec debet expectare, vt alij creditores ipſi quoque petant, & hac ratione, quia debitor inuito creditore non poteſt diuidere creditum, nec creditor inuito debitore, Iaſ.in l.eum quædam puella, §.quoties, in princip.ff.de iuriſdict.omn.iud. Gome.tit.de contract.c.10.num.5. At hæc exceptio de iure tertij non operatur effectum hoc in caſu tertio inſcio, nec conſtito de eius voluntate, Bald.in l.2.ff.de except. rei iudic. Socin.iun.conſil. 130. num.11. part.3. & per talem ſolutionem alij creditores non amittunt ſuum creditum, Gozad.conſil.4. num.20.facit Afflict.deciſ.150.nume.19. Menoch.de arbit.caſ.137.eſt tex.in l.1.ff.de priu.cred. Dyn.in reg. qui prior, num.22.23.& ſeq. Bar.in l.pupillus, ff.de ijs, quæ in fraud.credit.

Decimuſoctauus caſus etiam quæritur de ſingulari caſu duorum ſociorum negotiationis, qui ſimul cum quibuſdam alijs perſonis fuerant inquiſiti ob aliquod maleficium, tanquam illius maleficij ſocij, & complices, & vnus ex dictis ſocijs negotiorum fuit abſolutus, alter vero condemnatus, nunquid is condemnatus habet actionem aduerſus ſocium abſolutum? & videtur quod non, textus eſt in l.cum duobus, §.damna. ff. pro ſocio. Petr.de Vbald.tract. de duobus fratribus, 8. part.numer.5.& 8. Nam damna ob delictum non veniunt communicanda ; quid modo ſi iſte condemnatus ſatagit probare ſocium (licet abſolutum) tamen fuiſſe complicem? dico quod poſtquam fuit ſemel abſolutus diffinitiue non poterit amplius directè, aut per indirectum moleſtari, vt ſupra dixi per textum in l.3. ff. de præuaricat. & l.3.§.ſi tamen plures, ff.de libe.hom. exhib.trad. Gomez. var.reſolut.tit.de delict.cap.26. Farinac. de inquiſit.q.4. vbi omnes allegat. Bruno.à Sole, quæſtio.17. Bertazo.conſil.129.& conſil.171.vo.1.in crim.& in propoſ. Gomeſ.d.cap.1.numer.88.infert ad multa, vbi ait quando à pluribus delictum committitur, an ſententia abſolutoria, vel condemnatoria contra vnum noceat, vel proſit alijs, & diſtinguit, quod in delictis non connexis, abſolutio, aut condemnatio vnius non prodeſt, neque nocet alijs, l.ſi quis, §.fin.cum l.ſequ. ff.de iuriſd.omn.iud.tex.in l.item Mela.ff.ad l. Aquil. & alia iura ibi adducit, ſecus in delictis non connexis, abſolutio, aut condemnatio vnius non prodeſt, neque nocet alijs, l.ſi quis, §.fin.cum l.ſeq.ff.de iuriſd.omn.iud.tex.in l.item Mela, ff.ad leg. Aquil. & alia iura ibi adducit, ſecus in delictis connexis, l.denunciaſſe, §.fin.ff.de adult.& dat exemplum in delictis carnis, quæ fiunt à duobus ſimul, vt num.89. vbi omnino vide quia quotidiana, & practicabilia docet, & tãdem dicit quod ſi innocens fuit punitus, nocens non euadit pœnam, vide in propoſito infra num.157. & in propoſito damnorum inter ſocios, quando caſu, aut culpa, vel dolo euenit, vide Bertaz.conſil.288.vol.2. Et ſic ex prædictis omnibus habes, quando ſolutio vnius alterum liberat, vel non liberat, & quando vna pœna confunditur cum altera.

267 † Proxima huic diſquiſitioni eſt tractatio ſalua-
guardiæ, quam pro ſecuritate accipit Boer.deciſio.297.
num.6.verſ.alias ſequeretur, & pro ſaluoconductu accipitur ab Addit. ad Guid. Pap. deciſio.418. vbi dicit
ſaluumcõductum barbaro vocabulo ſaluamguardiam
appellari; at Io.de Plat.in l.fi. C.de ero.mil.ann.lib.12.
quẽ refert & ſequitur Pedem.deci.88.ſub nu.35. accipit ſaluãguardiam pro cuſtodia; verum D.Menoch.de
arbit.iud.caſ.338. videtur aſſignare differentiam inter
ſaluamguardiam & ſaluumconductum. Nam ſaluuſconductus conceditur, ne quis moleſtetur à curia, ſal-
uaguardia vero datur ne quis à potentioribus moleſte-
tur, nec ab alijs, DD.in l.illicitas, §.ne potentiores,
cum §.ſeq.ff.de off.præſ.& per Clar.q.47.ver.ſed nun-
quid. Mihi tamen videtur poſſe aſſignari nonnullas
alias differentias inter ſaluamguardiam, & ſaluumcon
ductum, cuſtodiam, & ſecuritatem. Prima namque
268 & præcipua differentia eſt, † quia ſaluaguardia ſolum
à Principe conceditur, at cætera de quibus ſupra implo
rato Iudicis officio concedi poſſunt, prout iuſtitia po-
ſtulat, D.Menoch.d.caſ.338.num.1.& 2. Secunda dif-
ferentia eſt, quoniam forma ſaluaguardiæ differt à for
ma cuſtodiæ, & ſaluiconductus, vt ſtatim dicam; nam
ſaluaguardia durat perpetuo, Boer. d. deciſio.267. ſed
cautio, ſecuritas, cuſtodia, & ſaluuſconductus ad tem-
pus, l.ſine præfinitione, ff.de pœnis. Tertia differentia
eſt, quia ſaluaguardia conceditur nedum pro intereſſe
priuato, ſed etiam pro intereſſe publico, vt in ſequenti-
bus exemplis, ſecus de ſaluoconductu, & cuſtodia (ge-
neraliter loquendo) d.§.ne potentiores, vbi DD.offic.
præſ. Exemplum eſt; pone quod ſubditus feudatarij
Principem Superiorem recognoſcentis Principem
certum reddiderit de aliqua re ad eundem, Principem
ſpectante à feudatario poſſeſſa, iſte ſubditus quamuis
rem gratam, & vtilem Principi faciat, nihilominus ſe-
cus eſt quoad feudatarium ſuum dominum immedia-
tum, quo caſu Princeps ob gratum ſeruitium, & iu-
ſtum ſubditi timorem, ſolet dare in ſaluamguardiam
ſubditum Domino ſuo ſub pœna, & pœnis ſtatutis, vt
euenit de Viſtanno Viqueriæ, qui tamen morte præ-
uentus naturali in Hiſpania obijt, & præmio gaudere
nequiuit. & in ijs terminis proprijs, vel ſimilibus ſal-
uaguardia accipitur, Bartol.in d.l.illicitas, §.ne poten-
tiores, ff.de offic.præſ. & in l.denunciamus, C.de ijs,
quæ ad Eccleſ.confug. l.metus, ff.quod met.cauſa. A-
liud exemplum de officiali magno, quem ob bene ad
miniſtratam iuſtitiam viriliter, nulla habita acceptio-
ne perſonarum, perſequuntur potentiores, tunc Prin-
ceps iuſtus, ac Religioſus dat ei ſaluamguardiam, vt
ſuis fidelibus, Boer.d.deciſio.297.num.6.7. & 8. quic-
quid moderni Romani dicant in tit. de carcer. qu.29.
269 num.15. † Quarta differentia eſt, quia Princeps ſolet
ſub ſaluaguardia recipere obſides, quando agitur de
cauſa ſtatus, vt infra dicam, ſed nunquam recipit ali-
quem ſub ſaluoconductu, ſolum concedit ſaluumcon-
ductum, & iſte remanet ſub tutela iuſtitiæ ordinariæ.
Quinta differentia eſt, quia cautio de non offenden-
do in ære, aut in perſona reciprocè datur, vt ſupra di-
ctum eſt, nu.243. non ſic ſaluaguardia. Sexta differen-
270 tia eſt, † nam qui habet onus ſaluaguardiæ tenetur
ad omne periculum, Doctores in cap. ex parte, de ap-
pellat.& tenetur etiam exponere ſe periculo (licet non
immineat) & vigilare, quando cuſtodiendus dormit,
cap.oportet, 81.diſtinctio.& Luc.de Penn. C.de lit. &
itiner.cuſto.lib.12.in rubr. ſecus in cuſtode, l.metus, §.
271 quod licet, ff. quod met. cau. † quia cuſtos debitam
adhibens diligentiam, iuxta ſolitum excuſatur, ſecun-
dum ea, quæ ſupra dixi in materia cuſtodis carcerum,
num.114.cum ſeq. Non enim eſt obnoxius extraordi-
nariæ diligentiæ, ſicut ille, qui habet onus ſaluaguar-
272 diæ, Put.de ſyndic.in ver.carcer.cap.3. Et ratio † eſt,
quia cuſtos mercenarius dicitur, & ad eũ non pertinet
de ouibus, vt in Euang. Io.c.10. At ſaluaguardia et ſine
merce-

mercede & perſonæ intuitu datur, vt ſupra in primo e-
xemplo, etiamſi oneratus ſaluaguardia non dederit
273 cauſam iniuncti oneris. Septima differentia eſt: † nā
qui ob priuatam inimicitiam timet ab inimico offen-
di, & idcirco petit cuſtodiam ne offendatur, illam ſuis
expenſis habere debet, Barto. in l. ſanctum, nume. 2. ff.
de rerum diuiſio. vbi etiam de debitore, qui ſuis expen
ſis alendus eſt, per gloſ. in l. fin. in ver. agnoſcere, C. de
erog. mil. anno. & Alex. ad Barto. limitat, quando de-
bitor habet de ſuo, idem quando ſub cuſtodia, & non
in carceribus debitor ſtare velles, l. cū ſæpe, C. de erog.
mil. anno. Put. de ſyndic. in ver. carcer. c. 4. numero 3.
non ſic ſaluaguardia. Octaua differentia eſt, quia cu-
ſtodiam ad inſtantiam partis iudex concedere ſolet, ſi-
ue aduerſarius ſit potens, ſiue non, Clar. q. 47. ver. ſed
274 pone, † ſecus in ſaluaguardia, quæ non conceditur
à Principe, niſi aduerſarius ſit potentior, d. §. ne poten-
tiores. Vnde ſi petens ſaluamguardiam ſit potens ad ſe
defendendum, non conceditur. Neuiza. conſil. 83. nu-
me. 5. in fin. Nona eſt differentia, quia cuſtos ſimplex
non tenetur de leuiſſima culpa, nec de caſu fortuito,
l. item quæritur, & in l. qui mercedem, ff. locat. Put. d.
cap. 3. & 4. ſecus eſt de eo qui ſaluaguardiæ curam ha-
bet, l. Nauta. & in l. eadem ait, §. nautarum, ff. Naut. cau-
po. ſtab. & DD. in d. l. item quæritur, §. ſi fullo, ff. locat.
Luc. de Pen. d. Rubr. de lit. & itiner. cuſto. num. 3. nec
ſufficit exacta diligentia, ſed exactiſſima requiritur, d.
275 l. qui mercedem, cum ibi not. ff. locat. † Quinimo ne
dum tenetur pro facto ſuo, vel eius nomine geſto, in
ære, vel in perſona cuſtodiendi, (ſicut tenetur fideiuſ-
ſor de non offendendo) ſed etiam tenetur pro facto alie
no, Pedemont. deciſio. 88. & etiam belluarum, & de
omni alia violentia facti, Caroc. de locat. rub. de caſ. &
pericul. nu. 21. & ſi quid mali in itinere contigerit, ille
tenetur, ſi præuideri potuit, & niſi prius debitæ diligen
tiæ factæ fuerint, Luc. de Pen. in l. quoties, nu. 19. C. de
dign. lib. 12. & imputabitur ei culpa ſi de bono equo
non prouiderit, cum per bonam, & rectam iri potuit;
idem ſi de cibo, potuque non venenatis, l. vtique, in fi.
ff. de dam. infec. quas diligentias ſi non fecerit, erit pœ
næ obnoxius, Luc. de Pen. d. rubr. C. de litor. & itiner.
cuſto. col. 2. verſ. vnde tenetur, qua de re vix eximetur,
etiam probando non culpam, ſed cuſtos ſic, Bart. in l. ſi
quis ex argentarijs, §. 1. ff. de edend. Caroc. de locat. tit.
de caſib. & pericul. nu. 11. & ſeq. p. 2.
276 † Sed hæc omnia limitantur habere locum, niſi il-
le, qui eſt ſub ſaluaguardia cauſam affectatam periculo
dederit, cap. damnum, de reg. iur. facit text. in l. 2. C. de
naut. fœno. & in l. qui officij, §. fin. ff. de contrah. emp.
quos tex. Caroc. adducit, tit. de caſ. & pericul. num. 13.
vbi dicit, quod Roma. in ſing. 44. vendidit dictas leges
Florentiæ octo Ducatis, facit Petr. Sancta. de aſſecu-
rat. par. 4. & Neuiz. d. conſil. 83. nu. 8. ita intelligendus.
278 † Secundo limitatur non teneri de caſibus inopina-
tis, vt de fulgure, & vi ventorum, incendio, & naufra-
gio, argu. l. ſi ea res, in princ. ff. de act. empt. non ſic de
incurſu latronum, quandoquidem præcauere poterat,
& facit illud vulgare:

Buona guardia ſchiua rea ventura.

Add. ad Bertazol. conſ. 338. lit. B. vo. 2.
279 † Poſtremo hæc ſaluaguardia datur pro defenſio-
ne iuris, & facti, D. Menoch. d. caſ. 338. num. 3. & Plac.
in l. ſæpè, C. de erog. milit. annon. lib. 12. & ibi per a-
lios ab eo adductos. & nedum conceditur pro tuitione
perſonæ, ſed & rerum, Bar. in d. l. illicitas. §. ne potētio-
res, ff. de offic. præſ. iuxta diſtinctionem D. Menoch. d.
280 caſ. 338. num. 8. † quia ſaluaguardia alia eſt generalis
alia ſpecialis; generalis eſt pro perſonis & rebus, vt in
caſu ſaluaguardiæ datæ Abbatiæ, de qua loquitur Pede
mont. deciſ. 88. ſpecialis quando certæ perſonæ expreſ-
ſe datur, vt dicit Neuiz. d. conſil. 83. ſub num. 12. vet. 7.
non obſtat.
281 † In ſaluaguardia vero, quando Princeps aliquem
accipit, non adhibetur cauſæ cognitio, ſecus quando
hoc onus humeris alterius adijciendum eſt, cum ſit
maximum, ac periculoſiſſimum onus, & valdè extra-
ordinarium, vt ſupra diximus. Nam talis qualis adhi-
betur cauſæ cognitio, iux. dicta per Franc. Hercul. d.
tract. de cautio. de non offend. nd. cap. 3. num. 8. & 11.
fallit quando conſcientia Principis eſt informata, quia
ſtat pro ratione voluntas, §. ſed quod principi. Inſti. de
iur. nat. gent. & ciuil. Item fallit quando periculum eſ-
ſet in mora, Neuiza. d. conſil. 83. nu. 12. in fi. vbi etiam
limitat non habere locum cauſæ cognitionem in ſalua
guardia generali, quæ fit per proclamata, ſecus in ſpe-
ciali; at ſi Princeps motu proprio mandat quem ſub
ſpeciali ſaluaguardia recipi, non eſt vlterius quæren-
282 dum, ſecus ſi ad preces, † & de vi clauſulæ motu pro
prio, vide D. Menoch. caſ. 201. num. 79. & ſeq. vbi latè,
& ille, qui ſaluaguardia oneratus eſt, poterit poſt mo-
ram ſe iuſtificare, & obtinere reuocationem, vt inquit
D. Menoch. d. caſ. 318. numer. 10. & 11. qui dicit ſolere
apponi clauſulam iuſtificatiuam videlicet, ſi ſenſeris te
grauatum, compareas, de qua dixi de teſt. in 5. par. nu.
65. Fel. conſ. 5. nu. 2. & ſeq.
283 † De ſaluaguardia autem rerum, & mercium, ac
de cuſtodia caſtri, cum hæc non pertineant ad mate-
riam noſtram, hic ſuperfluum tractare duxi, cum latè
à Franc. Hercul. de cautio. & Strac. de mercatur. Berta
zol. conſ. 419. & 420. pat. 2. & ab alijs hæc materia tra-
ctetur in ſuis locis, vt eſt videre apud Bar. in vet. cuſtos,
& Farinac. de indic. & tortur. q. 37. num. 157. cum ſeq.
284 † vbi an cuſtodes rerum & caſtri poſſint torqueri, &
Luc. de Pen. C. de lito. & itiner. cuſto. lib. 12. & in l. de
Decurio. li. 10. & C. de incol. eo. lib. de qua re ſtante fa-
cultate Brachij Regij non eſt dubitandum, nihilomi-
nus qualitas delicti attendenda eſt. Deinum ſi vide-
re cupis.
285 † Reliquum eſt videre de pœna frangentis ſaluam
guardiam, quando non eſt in ea expreſſa; & de iure
communi, quando frangitur ſaluaguardia à Principe,
ſeu ab eius locumtenente conceſſa, tunc pœna eſt cri-
minis læſæ Maieſtatis, l. 1. in princ. vbi Bart. ff. ad l. Iul.
Maieſta. Caſtr. conſ. 422. in 6. col. vo. 2. ſecundum an-
tiq. impreſ. ſi vero ſaluaguardia eſt data à iudice perſo-
næ, ſi frangitur occidendo, tenetur pœna mortis, l. 1. C.
ad leg. Cor. de ſic. & in l. denunciamus, C. de ijs, qui ad
Eccleſ. confug. ſi non occidat, diſtinguitur, an data o-
pera & penſatè frangendo vulnerauit, & tunc eadem
pœna, ſi animum habuit occidendi, de quo dicam in
3. par. & facit ad ſtat. Mantuæ ſub Rubr. de homicid.
vbi eſt §. & intelligantur animum occidendi habuiſſe
ſi letaliter vulnerauit; aut non data opera vulnerauit,
ſed in rixa, & tūc mutilatur, ſi prouocatus aliter euade
re potuerit, vel alia pęna arbitraria corporali plectetur:
aut non vulnerauit, ſed alio modo iniuria facti ſaluam
guardiam fregit, hoc caſu pęna erit pecuniaria, niſi re-
ſpectu qualitatis perſonæ offenſæ, vel ex ſtatuto aliter
ſuadetur, arg. l. 1. ff. de effract. & expil. & l. hodie, ff. de
pœn. §. ſi quis hominem, & §. ſi quis alim. cum §. ſequ.
de pac. tenen. in vſib. feudo. Neuiz. conſ. 83. ſub nu. 11
286 † Quando vero ſaluaguardia data bonis frangitur,
tunc pęna eſt arbitraria, per dicta iura & de hac vi. Gui.
Papă d. deciſ. 418. & ibi additio latè diſtinguendo, &.
Boer. d. dec. 297. n. 6. & 7. & DD. in d. l. denunciamus,
vbi Fab. C. de ijs qui ad Eccl. Gug. de Cun. in tract. aſſe
curat. & in l. quæ bona, §. quoniam, ff. de dam. inf. Far.
d. qu. 29. Io. Feral. tract. de priuil. Reg. Franc. priuil. 16.
Caſſa. ſuper conſuetud. Burgund. rubr. des iuſtices, verſ.
aduerte tamen, num. 46. & in Catalog. glo. mundi, pa.
1. num. 118. et 195. et Neuizan. allega. conſil. 83. vbi an
Epiſcopus poſſit recipere inferiores ſub ſaluaguar-
dia, et dicit ſaluamguardiam durare triginta annos,
et vſque ad mortem concedentis, niſi aliter expreſ-
ſum ſit.
287 † Nunquid autem Iudex noſter poſſit cōcedere ſca-

Digitized by Google

lecto, extra de præben. Et ex hoc alia ſoluitur quæſtio,
an collecta iſta debeat imponi ſuper rebus, id eſt, ſuper
æſtimo, aut per capita, vel per ora, & capita: Et quod
cauſa pauperum reſpectu alimentorum reſpiciat, ſeu
requirat auxilium à communitate, tenent omnes Do-
ctores in l. omnes, & ibi gloſ. C. de anno. & tribut. lib.
10. Barto. in l. ſancimus, §. ſed ſi quis, in fin. C. de lat. li-
ber. toll. qua de cauſa in multis locis ſunt conſtituta,
305 † & erecta loca pia pauperum, præſertim in alma ci-
uitate Genuæ, vbi reuera pietas regnat, & in ea præſtan
tiſſimum officium miſericordiæ erectum eſt, quod
pater pauperum dici poteſt, norma quippe & exem-
plum mirandum omnibus alijs Prouincijs, tam quo-
ad exuberantiam continuam eleemoſynarum, quam
quoad ordinem, & formam alendi pauperes, quos nõ
ſinunt vagari per vrbem illam quæritando, nec per Ec
cleſias impediendo orantes, ſed recipiuntur paſſim a-
more Dei in locis deputatis, & inibi prouidetur eis de
rebus, & alijs neceſſarijs quoad victum, & veſtitum:
quinimmo artes traduntur eis, & inſtruuntur, prout
quiſque ingenio, & induſtria pollet.

303 † Et quoniam delicta atrocia, (vt plurimum) à ſce-
leratiſſimis & facinoroſiſſimis patrari ſolent, ideo in
modo, & ordine capturæ talium hominum non eſt
inſiſtendum nimis, quia ordo eſt, ordinem non ſerua-
re contra hos proteruos, vt dixi in 1. par. & fruſtra eſt
quærere, an ſint relaxandi. Nam ſi carcerati nõ eſſent,
omnino carcerati deberent, l. ita vulneratus, ff. ad leg.
Aquil.

304 † Præterea licet à præceptis pœnalibus non ſit in-
choandum iudicium, Boſſ. d. tit. quomo. proc. per præ
cept. pœnal. quia contumax eſt, qui non comparet, vel
quia conſcientia proprij ſceleris remordet, vel quia
non audet ſe ponere in carcere, cum de futuris contin-
gentibus dubitari poſſit, vel propter potentiam aduer-
ſarij, & quandoque propter nimiam iudicis ſæuitiam,
vel aliter, non autem propter contemptum iuſtitiæ,
aut Iudicis, ideo regulariter à præceptis pęnalibus non
eſt inchoandum. Clar. quæſtio. 31. verſ. item quæro,
Brun. conſil. 87. nu. 46. Bertazol. conſil. 354. vol. 5. Rol.
conſil. 47. numer. 44. vo. 2. quod maximè procedit, vbi
eſt formanda inquiſitio, vt dicunt ſupradicti Docto-
305 res, tamen † ex cauſa quandoque iudicium incipit à
præceptis pœnalibus, & ex cauſa multa alia fiunt, quæ
alias iniuſta apparerent. Bald. in l. ſi quis non dicam,
col. 3. in fin. C. de Epiſc. pulchrè Cachetan. deciſio. 88.
ſub numer. 34. & 35. & ſequent. & diuerſimodè fiunt
hæc præcepta pœnalia, vt dixi num. 189. vel ſub pœna
confeſſi, aut conuicti, vel ſub pœna pecuniaria, aut alia
grauiori corporali, vel aliter, Farinac. de delict. & pęn.
306 quæſt. 18. † nec poſſunt fieri à ſupremo iudice, vel ab
authoritatem Brachij Regij habente, Boſſ. eod. tit. nu.
13. Put. de ſyndic. in ver. reſtat videre de præceptis, &
per Clar. d. q. 31. vbi niſi de ordine Senatus talia præce
pta fieri poſſunt, quibus in locis habetur, quid ſtante
ſtatuto imponente pœnam contumaciæ confeſſo, &
conuicto, vide Nat. conſ. 594. vo. 3. Fel. in c. 2. de dol. &
307 contu. Pereg. de iu. fiſc. lib. 5. nu. 32. † vbi tenet quod
quis non poteſt citari ſub pœna confiſcationis bono-
rum, & Iaſ. in l. quod iuſſit, num. 19. de re iud. vbi non
poteſt præcipi, quod quis non recedat è domo ſub pœ-
na delicti, quia diceretur delictum de non delicto,
quod non poteſt Iudex ordinarius facere, vt infra di-
cam, ſic tenet Bertazol. conſil. 416. numer. 10. & 11. &
conſil. 417. nume. 25. libr. 2. in cri. niſi præcipiatur ſub
pœna confeſſi, & conuicti criminis. Verùm hæc om-
nia ceſſant in Iudice noſtro ſupremæ authoritatis pro-
pter Brachium Regium, per ea quæ in 1. par. nume. 7.
308 & alibi paſſim dicta ſunt, † & diſpoſitio l. eos, C. de
mod. mulct. qua cauetur ne mulcta excedat certam
quantitatem de conſuetudine non ſeruatur etiam à Iu
dicibus ordinarijs, Iaſ. in l. 1. ff. ſi quis iuſd. non obtẽp.
Roland. conſil. 47. numero 13. volum. 2. D. Menoch.
caſ. 280. Boſſ. titul. de mulct. numero octauo.

309 † Cauſæ vero procedendi per præcepta pœnalia
videntur eſſe quando delictum eſt certum, & valdè a-
trox, ſed difficilis probationis, & eſt ſuſpicio vehemẽs
contra certam perſonam, quæ poſt delictum latitaret,
& quia non poteſt ſumi indicium à latitante tanquam
310 de fuga, † cum latitans fugere non dicatur, Bar. in l.
1. col. 1. C. de ædilit. act. & Puteus in ver. carcer. cap. 6.
nu. 3. ſolet citari per præcepta pœnalia, maximè atten-
ta eius qualitate. Item poteſt eſſe quod Iudex ſcit in
conſcientia veritatem facti, & tamen non inueniun-
tur teſtimonia, quæ deponere in iudicio velint, vel te-
ſtes timeant deponere, niſi prius is, qui deliquit, valdè
potens ſit carceratus; & vt delictum non remaneat im
punitum, fiunt præcepta comminantia magnam pœ-
nam, ſi vocatus comparere nolit, aut quia aliquando
ſic prudenti Iudici placuit ex aliqua cauſa non forma-
re inquiſitionem contra vnum (quando à pluribus de-
lictum factum arguitur,) ne complices, vel alij ſuſpecti
fugiant, aut inſtruantur videntes inquiſitionem con-
tra ſocium formatam; item, quando tractaretur de plu
ribus delictis grauibus ad cautelam fieret præceptum
de comparendo ſub leuiori pœna, quia videns teno-
rem inquiſitionis forte renueret comparere, quando-
quidem iuxta qualitatem pęnæ nimis grauis timorem
311 incuteret, † quas quidem conſiderationes habere ſo-
lent Iudices valde practici, & ſupremæ authoritatis tã-
tum, qui iuxta caſus, & facti contingentiam conſilium
(vt dicitur) ſumunt in arena tanquam copioſi pætito-
rum, ſeu remediorum, exemplo prudentis Medici,
qui modo vnum, modo aliud remedium adhibet, pro-
ut qualitas morbi inueterati, & gangrenæ requirit, ad-
hibendo tandem ignem, ſecundum ſubiectam mate-
riam, & extremis morbis extrema remedia, dicit A-
phoriſm.

312 † Verum in propoſito quando teſtes indicta mul-
cta comparere nollent, tunc poſſunt mulctari toties
quoties (vt dixi) de teſt. in 5 par. num. 66. & 177. & poſt
trinam mulctam teſtis; ſi non compareat, arguitur de
falſo, tanquam ſubornatus, vel pecunia corruptus, &
ad hoc Bar. in l. 1. §. 1. ff. de falſis, cautelam docet, vt for
metur inquiſitio contra hunc teſtem de pecunia acce-
pta, pro teſtimonio adhibendo, qui poterit in contu-
maciam condemnari, iuxta diſpoſitionem legis Cor.
de falſ. cuius timore teſtis poſtea veniet, Angel. de ma-
313 leſ. in ver. comparent dicti inquiſiti, num. 7. † At Iu-
dex Brachij Regij pęnam legis Corneliæ de falſis po-
terit comminari teſti ab initio per præceptum pęnale,
non ſeruato ordine mulctæ, nec formata inquiſitione,
cum poſſit procedere ordine non ſeruato, nec ſeruata
forma iuris ordinarij.

314 † Poſtremo Iudex noſter poterit ſaluumconductũ
dare tam abſentibus iam condemnatis, ſeu bannitis,
quam adhuc non bannitis, etiam circa alia delicta,
præter delictum, de quo præcipuè quæritur, vt ab iſto
ſe expurgare valeant, vel vt veniant dicere veritatem,
tanquam teſtes, vt delictum & delinquentes detegan-
tur, quod Iudices ordinarij (extraordinaria authoritate
non fungentes) minime facere poſſunt. Nã ſaluumcon
ductũ dare ſoli Principi cõpetit, Boſſ. in tit. de citat. nu.
39. per tex. l. relegari, ff. de pęn. Sal. in l. cum indulgẽtia,
C. de ſen. paſſ. dixi de teſt. in 4. par. nu. 70. cũ ſeq. Clar. §.
fi. q. 32. ver. tu ſcis, & ver. ſed hic quæro, Boer. deci. 179.
D. Men. de arb. q. 81. Affl. dec. 4. vbi dicit, quòd ſolus Prin
315 ceps ſaluumcõductum perpetuum facere poteſt; † ſed
Iudex habens Brachium Regium, ſaluumconductum
facere non poteſt, niſi ad tempus, & ex cauſa indagãdæ
ueritatis, ita exigente neceſſitate pro iuſtitia, & non a-
liter, quia ſaluuſconductus, ſiue in perpetuum, ſiue ad
tempus, qui concedi ſolet à Principe alia de cauſa, quã
ob exercendam iuſtitiam, ſapit naturam gratiæ, quæ
ſoli Principi reſeruata eſt, ut pulchrè per Boer. deciſio.
297. nu. 7. & 8. & ubi de cauſa iuſtitię ceſſat, utiq; ceſſat

authoritas Iudicis,cap.cum ceſſante,de appellat. & ſic
nota quòd in ijs quæ tantummodò Principi reſeruata
ſunt, circa modum procedendi, ita Iudex noſter pro-
cedere poterit, ſecus in alijs reſeruatis, vt condere le-
ges, facere gratiam, & huiuſmodi quæ fiunt citra no-
men Iudicis, vt ſuprà in 1. par. numero 16. & 25. &
paſſim in 3.par.
316 † Et de frangente ſaluumconductum, vide Boer.
d. deciſio. 279. Menoch. caſ. 337. Farinac. de carcer.
quæſtio.29.vbi diffusè loquitur, Nell. d.tract.de ban-
nit.2.par.2.temp. quæſtio. 15. & alios quamplures al-
leg. Baiard.ad Clar. quæſtio.32. numero 17. vſque ad
numero 41.& Cattar.de execut.ſent.capi. bannit.cap.
fin.numero 316. Put. de ſyndic. in verb.ſaluuſcondu-
317 ctus, † vbi dicit, quòd habens ſaluumconductum, ſi
capiatur debet reponi in priſtinam libertatem,etiamſi
illum habuerit à Iudice non habente poteſtatem con-
318 cedendi ſaluumconductum, † & hoc propter fidem
publicam, de qua Valer. Max.lib.6.cap.6. ait,fidei pu-
blicæ imagine ante oculos poſita,venerabile fidei nu-
men dexteram ſuam,certiſſimum ſalutis humanæ pi-
gnus oſtentat,ſub qua nemo decipi debet,l.1. C.de ijs,
qui veniam æta.impetr. Dec. & Cagnol. in l.in ea eſt
natura,de reg.iur.Franc.deciſio.258.numero 1.vol.2.
Farinac.d.quęſtio.29.numero 5. & 95.& ſi data eſt fa-
cultas Bannito veniendi,& recedendi cauſa pacis fien
dæ,non intelligitur pro vna vice tantum. Dec.conſil.
562. At ſi quis in contumaciam condemnatus fuerit
cum reſeruatione, vtputa vnius menſis ad ſe defen-
dendum, pendente hoc termino ſi captus fuerit, benè
captus erit, quia ille terminus datus non eſt ad effe-
ctum, vt ſe conſtituat, ſed ad effectum, vt ſe defendat,
argumen.eius quod dicit Bart. in l.conſentaneum, C.
quomodo,& quando Iudex, pulchrè Boſſ. tit.de capt.
numero 10. hoc procedere ait non obſtante diſpoſi-
tione,l.ſiue pars,C.de dilat.& quotidie ij ducuntur ad
carcerem pendente hoc termino, quia curia non eſt
tuta, vt ille ſe conſtituat, & in ſimili de termino dato
ad reſpondendum inquiſitioni, loquitur Clar. quæſt.
31.ver.vltimo quæro. Contumax verè dicitur ille, qui
vt ſtatuti, vel fideiuſſionis non comparuit citatus le-
gitime,vt ſub num.225.ver.& poſtquam,par.5.tex.in
l. Senatus,§.quod ſi tribus, ff.de iur.fiſc. Sirac.de mer-
cat.de Decoct.p.1.vlt.par.numero 29. Sed etiam con-
tumax dicetur ſi bis tantum citatus ſit, vt de ſtilo.
Curiarum, Vant.de nullit.ex defect.citat. numero 75.
ver. Diximus etiam: per tex.l.minime, de leg. & Flo-
rentiæ extat Decretum in Cancellaria DD. Octo de
Balia contra Delinquentes ad ſolam delationem ci-
tatos bis, & non comparentes torqueri poterunt, edit.
Anno 1551.15. Decembris,quod declaratum fuit An-
no 1559. 7. Septembris, vt Contumax bis teneatur
ſuam probare innocentiam, Farinac.de inquiſit.quæ-
ſtio. 11. numero 100. cum ſequ. Et in ſumma ex quo
ſaluuſconductus eſt ſtricti iuris, vt firmant ſupradicti
319 Doctores,& tantum valet quantum ſonat, † cautela
eſt, vt omnes vires ſaluiconductus extenſæ expriman-
tur, ac ſcriptæ ſint in diplomate, videlicet qua de cau-
ſa,per quantum tempus,vbi, & ijs ſimilia, nam abun-
dans cautela non nocet, & ſaluuſconductus omninò
ſeruandus eſt, nec vllo modo violandus, quia licet ex-
pediat puniri malefactores, tamen non via iniqua, &
320 iniuſta, † quoniam non ſunt facienda mala, vt eue-
niant bona.22.quæſtio.2.primum, cap. non ſunt, 23,
quæſtio. 4. Damaſ. reg. 107. & in hoc propoſito vide
Decian.de delict. tom.1.lib.2. cap. 19. vbi tractat, an
delictum minus permittendum ſit, vt delictum ma-
ius euitetur,& plura iura adducit.
321 † Sed in duobus tantum caſibus fidem frangere
liceret: Primò quando qui habet ſaluumconductum,
promiſit dicere veritatem, & ſeriem facti extraiudi-
cialiter narrare, & propter hoc fuit ei ſaluuſconductus
conceſſus, & poſtea coram Iudice negauit veritatem;
nam hoc caſu frangenti fidem, fides frangatur eidem,
322 l.cum proponas, C.de pact. † Secundo caſu quando
iste veniendo, vel redeundo non leuiter deliquit, nec
ad neceſſariam defenſam, vt per Iodoc.pract.crimin.
cap.26.num.7. Franc. d. deciſio.258.refert,& ſequitur
Baiard. ad Clar.d.quæſt.32.num.35.
323 † Et pro complemento huius ſecundæ partis quæ-
ro, an reus (vbi appellari poteſt ab iniuſta carceratio-
ne) poſt decem dies de iure communi datos ad appel-
landum,vel poſt terminum à ſtatuto præſtitutum ad-
mittatur ſemper,& quandocunque; & breuiter dico,
quòd ſic, quandoquidem grauamen hoc eſt conti-
nuum & ſucceſſiuum; nam carcer coercet,& eſt ma-
la manſio, vt dixi in hac par. num. 12. cum ſeq.Spe-
cul. in tit.de appellat. §.nunc reſtat, verſ. ſed quid di-
ces de hac detentione reali,ideoque tempus non cur-
rit,& quamuis à præcepto de captura non appellatur,
tamen à diutina carceratione appellari poteſt, cum ſit
ſpecies pœnæ, l.qui diutino, ff.de pœn. & carcer detur
ad cuſtodiam,non autem ad pœnam,l.1.& l.de ijs, C.
de cuſtod.reo.l.aut damnum,§.ſolent,ff.de pœn.Bald.
in l.2.C.de Epiſ.aud. Marſ.pract.§. attingam, nu. 19.
§.expedita, nu.73. Iaſ.in l.ait Prætor. §.ſi aliquando,
num.9.ff.de nou.oper.nun. Guid.Pap. deciſ.236. An
autem à tortura appellari poſſit dicam in ſeq. p. 3. &
an à captura videtur quod ſic, Bart. & alij in l.1.C.de
ferijs, Felyn. in cap. ſignificauerunt, de iudic. Anch.
conſ.332. & die feriata in honorem Dei, vt per Bart.
& alios vbi ſupra, & pendente appell.non excarcera-
tur, Bald.l.2.C. de Epiſc.aud.Lancell. de attenta. p.2.
cap. 12. ampl.4. nu.21. Marant.de ord.in 3.p.6.act.2.
num.178.
324 † Sed quæro an pendente appellatione carceratus
debeat ſtare in carcere Iudicis à quo, vel Iudicis ad
quem? & videtur quòd debet ſtare in carcere iudicis
ad quem,eò quia carceratio eſt de proceſſu, Boſſ. in tit.
de captura, num.83. Put.in d. ver.carcer. cap.7. nu.2.
ſed dico capturam ideò de proceſſu eſſe,ex quo pro ci-
tatione habetur reali, Bald.in l.ſenatus,num.7.C. qui
accuſ.non poſſ. Farinac.d. tit.quæſt.27.num.150. Ber-
tazol.conſ.465. num.47.libr.2. & virtute appellatio-
nis interpoſitæ appellans conſtituitur in poteſtate, &
protectione Iudicis ad quem, & eſt exemptus à iuriſ-
dictione Iudicis à quo, cap. ad audientiam, extra de
appellat. & Guid. Pap. deciſ.436. num.1. Lancellot.
de attenta.in 2.par.cap.12.10.limit.num.8.& in præ-
fat. nu.208. cum ſeq. vbi in captura litis pendentiam
inducat, quæ opinio vera eſt, & ſeruatur quando iu-
dici ad quem occurrit petere carceratum in fortijs
ſuis pro examinando, vel aliter,vt per eundem Guid.
Pap. deciſ.237. num. 2. & ibi addit. alioquin conſue-
tudo obſeruat carceratum morari in carcere Iudicis à
quo, donec cognoſcatur quid iuris. Carceratus verò
pro expenſis & cuſtodia retineri poteſt, licet fuerit
abſolutus, Clar.& ibi Add.quæſt.62. ſecus pro merce-
de Aduocatorum & Procuratorum. Nam inducta ad
liberandi finem, non debent contrarium operari,
Doc.in l.fi. C. commo. l.ſi non ſortem,§. ſi centum,
ff.de cond.indeb. Boer. Deciſ.15.num. 2.& 3.l. legata
inutiliter, de leg.1.Car. in cle.1.§.1. de præben. & res
agi debet ciuiliter,quo caſu iudicium à captura incipi
non debet,niſi contra ſuſpectum, Borg. deciſ.1.nu.34.
p.1.Vezin.co.op.diuerſo.tom.2.lib.4.tit.de act.cap.2.
in fin. ſed in hoc quo ad Detentionem pro expenſis
Conſuetudo vbique ſeruat, quod retineri poſſit licet
ius retentionis cuſtodi non competat, l. fin. C. com-
mod. Iaſ.in l. ſi non ſortem, §.ſi centum, de cond. in-
deb. Boer. Deciſ.15.nu.2.& 3. & vt. quæ trad. Caball.
caſ.crim.Caſ.146. vbi ait quod condemnatus puta ad
triremes, & ad intereſſe partis non poteſt retineri in
Carcere, donec pars ſit ſatisfacta, quod eo minus con-
uenit Aduocatis, & procuratoribus pro eorum mer-
cede, & tandem Not. quod Contractus in carcere a
iuſtè

iuſtè detento factus tenet. Alb. in l. qui in Carcerem, ad fi. ff. quod not. cauſ. ſequitur Clar. quæſt. 46. ver. plerunque. Farinac. De carcer. quæſt. 35. num. 45.

PARTIS TERTIÆ SVMMARIVM.

1 *Brachij Regij vires circa torturam.*
Tortura materia difficilis, & periculoſa.
2 *Santi Auguſtini verba ad Iudices quoad torturam.*
Exempla quibus innocens ob torturam dixit ſe nocentem.
3 *Brachium Regium cur, & quibus de cauſis, quoad torturam datur.*
4 *Repetitio teſtium quando facienda, & quando non.*
5 *Reus referens ſe ad iam per eum dicta, an ſatisfaciat in repetitione.*
Cantela quando reus pluries examinatur, ne contrarietur.
6 *Inditia ad torturam, quæ ſufficientia ſunt.*
7 *Tortura in, attenditur principium.*
8 *Torturæ ſuper proceſſu informatiuo quando locus ſit.*
9 *Confrontatio quando facienda, & ad quem effectum.*
10 *De delicto ante omnia conſtare debet.*
11 *Iudex quid conſiderare debet antequam ad torturam deueniatur.*
12 *Proteſtationes diuerſæ in principio torturæ adhibendæ.*
13 *Conuictus, & non confeſſus, an pœna ordinaria ſit puniendus, & num. 41.*
14 *Proteſtatio hæc citra præiudicium conuicti, quid operetur.*
15 *Appellationes in criminalibus ſtatuta prohibent.*
16 *Practica interrogandi reos, num. 40.*
17 *Reus tortus, & negans, an poſſit aliquo pacto condemnari.*
18 *Conuictus qui, & quando verò dicitur conuictus.*
19 *Conuictio per confeſſionem non fit.*
Confeſſioni ſine inditijs non eſt quieſcendum, 266.
Condemnari an poſſit per vnum teſtem reus.
20 *Probatio pleniſſima quæ.*
Socij criminis, an plenè probant.
21 *Mandatarij duo, ſi vnus fatetur, alter negat, an mandans dicatur conuictus.*
22 *Probatio plena quæ, & inf. 269.*
23 *Conuictus quot modis dicatur, & quot modis quis poteſt conuinci.*
24 *Conuictus, an ſit neceſſe quod etiam fateatur.*
5 *Statutum loquens de confeſſo, non habet locum in conuicto.*
26 *Conuictus quando eſt torquendus, quot vicibus torqueri debet, num. 41.*
27 *Iudices ſupremæ authoritatis poſſunt recedere à regulis iuris communis, alij verò non.*
28 *Iudex Brachij Regij terminos ordinarios, quomodo egredi poſſit.*
Omne nimium vitioſum.
29 *Conſcientia eſt Dux, & Regina omnium actionum.*
Totus an quis ſufficienter dicatur, ſtatur arbitrio iudicis.
Conuictus, vt fateatur tortus, ſi ſuſtinet negatiuam, qualiter punitur.
30 *Reus qualiter condemnari poteſt pœna arbitraria, ſine confeſſione, & tortura.*
31 *Probatio pluſquam ſemiplena.*
32 *Iudex liberum habẽs arbitrium, poteſt eligere illam viam, qua in eius conſcientia tutior ſibi videtur, num. 50*
Rei facinoroſi non ſunt relaxandi.
33 *Delinquentes conſuetudinarij carentes pietate pietatem non inueniunt.*
Crudelitas, & impietas quando pro pietate habentur.
34 *Delicta, an cum miſericordia ſint quærenda, & tractanda.*
35 *Delinquens conſuetudinarius, ſemper eſt à conſuetudine indiciatus.*
Conſuetudo delinquendi eſt magnum indicium.
Tortura in magnis ſceleribus, qualiter adhibenda.
36 *Teſtes omnes, an torquendi, vel duo ſufficiunt.*
37 *Tortura teſtium eſt refrænanda, ſicut eorundem multitudo.*
38 *Proteſtatio citra præiudicium confeſſi, & conuicti.*
Reus ſuper alijs delictis qualiter interrogandus, & torquendus.
39 *Interrogari in ſpecie quando quis debet.*
40 *Certum quod eſt non debet in dubium reuocari.*
Quæſtio ceſſat in confeſſo.
Quod per confeſſionem conſtat, apparere, imò certum eſſe dicitur.
41 *Reus conuictus, & confeſſus interrogatus an deliquerit, impertinenter dicitur interrogatus.*
Iudex fatuus eſt, qui Reum confeſſum & conuictum, adhuc dubitatiuè illum interrogat, & quàm ſit præiudiciale.
42 *Iudex poteſt interrogare Reum conuictum & confeſſum, quoad alios.*
Confeſſus probata deinde innocentia non debet puniri.
43 *Proteſtatio citra præiudicium Banni, & rei iudicatæ.*
44 *Confeſſus per ſolam contumaciam audiendus.*
45 *Fiſcus habet intentionem fundatam in ſtatuto, in ſententia, in banno.*
46 *Bannitus ad nouas defenſiones non ſolet admitti, niſi prius audito ſtatu cauſæ à Principe, & quam ſit damnoſum hanc practicam non ſeruari.*
58 *Bannitus quando per Iudicem ad nouas defenſiones poſſit admitti.*
48 *Brachij Regij vis & authoritas, quanta, & qualiter circa torturam exercendam: & de effectibus exinde reſultantibus.*
Deus donum intellectus dat Iudicibus timentibus eum.
49 *Conſcientia bona teſtibus gaudet.*
50 *Conſcientia bona communis eſſe debet, 159.*
Conſcientia bona Iudicem excuſat, ſupra nu. 32.
51 *Torturæ gradus qui, & quot ſunt.*
52 *Tortura quomodo adhibenda leniter, & quando acriter.*
53 *Iudex in adhibenda tortura, quæ conſiderare debeat, nume. 100.*
54 *Tortura ad menſuram danda.*
55 *Tortura plena, quæ dicitur, quæ non.*
56 *Tormentorum ſpecies multæ, & quæ magis in vſu, & quæ in deſuetudinem abierunt, 57. & ſeq.*
57 *Tormentum funis eſt magis in vſu, & tortura funis eſt regina tormentorum.*
58 *Ferula aut fuſtigatio pro tormento, contra quos adhibetur.*
59 *Tormentum ignis quomodo infertur.*
60 *Horologium puluerinum eſſe neceſſarium in adhibenda tortura.*
61 *Tormentum funis in ſquaſſis dandis perículoſum.*
62 *Torqueri poteſt, qui non vult Iudici reſpondere, & qualiter hoc ſit verum, num. 63.*
63 *Practica torquendi eum, qui non vult reſpondere Iudici.*
64 *Doloſus dicitur, qui renuit reſpondere Iudici.*
65 *Tacens quando indicium facit contra ſe.*
66 *Arma de domo rei non ſumenda, & quomodo Reg. fallit.*
67 *Turpitudinem ſuam allegare an liceat.*
68 *Interrogatorijs impertinentibus, quis non cogitur reſpondere, & num. 72.*
69 *Iurare cum tenetur reus cogi poteſt, alioquin torqueri poteſt.*
70 *Iudex liberi arbitrij nequit ſine iuramento recipere teſtes.*
71 *Teſtis qui ſuper capitulis depoſuit, renuens iurare ſuper interrogatorijs, nil probat.*
72 *Reſpondere quando quis non tenetur.*
73 *Inditia ad torturam ſufficientia, 6. & inf. 136.*

74 *In-*

Digitized by Google

74 *Iudex Brachij Regij torquere an poſſit abſque ſufficientibus indicijs.*
Iudex Brachij Regij eſt omnmò alligatus conſcientiæ.
75 *Iudex Brachij Regij poteſt credere teſti, aliàs non credendo.*
Teſtes inhabiles quando admittuntur.
76 *Teſti condemnato, vel conuicto de falſo fides non datur.*
Teſtis qui per torturam falſum dixit, non punitur.
77 *Arbitrium liberum datum intelligitur quoad perſonas, & non quoad dicta teſtium.*
Teſtium multitudo non poteſt ſanare defectus, qui in dicto teſtium inſunt.
78 *Indiciorum ad torturam multæ qualitates.*
79 *Famæ indicium.*
80 *Fama facit credere quod fortè non eſt.*
Famam negligere eſt vituperium.
81 *Nomen malum quodnam indicium facit.*
82 *Argumentum à malo nomine fallax eſt.*
83 *Papa cur nomen ſibi mutat in ſua creatione.*
84 *Denominatio facit indicium contra denominatum.*
Qui ſtat videat ne cadat.
85 *Conuerſatio mala indicium facit.*
86 *Conuerſatio mala, & bona verba cauſant dolorem.*
87 *Mendacium quale indicium facit.*
88 *Rubor indicium facit.*
89 *Fuga quando indicium facit.*
90 *Reſiſtentia facta curiæ quando indicium facit.*
91 *Dictum ſocij criminis quodnam indicium facit.*
92 *Delinquens ſolutus qui dicitur.*
93 *Aſſertio vulnerati quod indicium facit.*
94 *Incertitudo vitiat indicium.*
95 *Inimicitia indicium facit.*
Surdus, & mutus, an in teſtes admittantur.
96 *Minæ faciunt indicium.*
Odium indicat, & infert ad delictum.
97 *Mala qualitas perſonæ præſtat indicium.*
Vagabundus quis dici poteſt.
Perſonæ contra quas ius præſumit.
98 *Blaſphemantium finis malus.*
99 *Blaſphemiæ pœna quæ olim, & quæ hodie per ſtatuta.*
100 *Confeſſio extraiudicialis, & num. 227.*
Inſtantia indicium facit.
101 *Confeſſio extraiudicialis, an ſit punibilis.*
102 *Aſſertio eius qui primo notificat maleficium, facit præſumptionem contra eum.*
Teſtis quandoque eſt quis in occultis contra ſe.
103 *Taciturnitas vxoris arguit cõtra illam de homicidio viri.*
Repertus iuxta locum delicti facit indicium.
104 *Sanguinis emiſſio è cadauere in conſpectu alicuius indicium contra eum facit.*
105 *Gladius ſanguinolentus, quod indicium facit.*
106 *Inconſtantia, trepidatio, pauor, contrarietas, variatio, & huiuſmodi indicia faciunt.*
107 *Allocutio ſecreta indicium facit.*
Aggreſſio, & inſultatio nullis dictis verbis indicium faciunt.
Aſſiſtentia delicto, quomodo facit indicium.
Præparatio inſolita parit ſuſpicionem.
108 *Contumacia eſt indicium.*
109 *Indicia proxima, remota, & neceſſaria.*
110 *Indicium credibile, ſeu veriſimile, quale ſit.*
111 *Indicium à præſumptione differt.*
Adminiculum quid ſit: & ſtatur arbitrio Iudicis.
112 *Argumentum contra aliquem ex quibus conſtat.*
Coniectura quæ ſit.
113 *Tortura an ſine indicijs poſſit irrogari.*
114 *Caſus quibus videtur ſine indicijs poſſe ad torturam deueniri, num. 115.*
115 *Torturam ſemper aliquod indicium præcedere oportet: & in quibus caſibus magis irrogatur.*
Torqueri qui poſſunt ſine indicijs.
116 *Tortura quando locum habere debet, & quando non.*
117 *Tortura quando cum ſolis adminiculis infertur.*
118 *Mandatarius quando quis præſumitur delinquendo.*
119 *Tortura ſine indicijs qualiter inferenda.*
120 *Indicium, & diſcretio pari paſſu ambulant.*
Summum ius ſumma iniuria.
121 *Iudices crudeles, & improbi.*
123 *Tortus, & confeſſus ſine indicijs, non debet condemnari.*
124 *Torqueri qui non poſſunt.*
125 *Torqueri perſonæ aliquæ priuilegiatæ poſſunt virtute Brachij Regij, vide infra num. 129.*
126 *Tortura ſenibus, pueris, & infirmis, qualiter inferenda, & quomodo mulieribus prægnantibus.*
127 *Torqueri poſſunt laborantes febre quartana.*
Cæci, ſurdi, & muti, an torquendi.
128 *Arbitrium in dubio erga aliquos priuilegiatos extendendum.*
129 *Priuilegiatæ perſonæ quando poſſunt torqueri.*
130 *Iudex ante torturam quid habeat conſiderare, ſuprà numero 52. & 141.*
131 *Tortura à quo prius inchoanda.*
132 *Confeſſioni patris metu torturæ, an ſtandum ſit.*
133 *Mulieres minus torturam timere.*
134 *Tortura non eſt adhibenda paſſim pro quolibet indicio.*
135 *Tortura quando repetenda.*
136 *Tortus ab vno Iudice, ſi eſt torquendus ab alio ea de cauſa habetur ratio torturæ primi Iudicis.*
137 *Torturæ ictus funis quot dari poſſunt.*
Torturæ interpolatis vicibus qualiter danda, num. 139.
138 *Tortus ſemel, an iterum poſſit torqueri, quid ſtante ſtatuto.*
Torturam, an liceat diuidere.
139 *Tortura ſocijs criminis quomodo irroganda.*
Practica repetendi torturam.
Tortura quando non ſit perficienda.
140 *Iudex Brachij Regij poteſt excedere modum, & tempus in torquendo.*
141 *Iudex dum reum torquet, quæ conſiderare debet, ſup. num. 52. & num. 130. & de cautela ne aliquid mali contingat.*
142 *Torturæ, an quis à ſeipſo ſubijci poſſit.*
Nemo dominus membrorum ſuorum.
143 *Meri imperij, quæ ſunt, non conceduntur ex pacto priuatorum.*
144 *Iudex Brachij Regij æquiparatur prudenti nautæ.*
Ius commune debet minus lædi, quam fieri poſſit.
145 *Iudicum quorundam impertinens indagatio, & mens non recta in materia torturæ.*
146 *Iudex cuiuſcunque authoritatis, qui exceſſit valdè in torquendo, & tortus moritur in tortura, puniendus eſt capitaliter.*
147 *Tortus indebitè, an teneatur de iniuria verbo, vel facto illata contra Iudicem.*
148 *Iram continere, maius eſſe fertur, quàm hoſtes in bello ſuperare.*
149 *Impunitate promiſſa, & non ſeruata, an excuſetur reus ſi delinquit contra Iudicem.*
Fides etiam hoſti ſeruanda.
Iuramentum ſuper promiſſione impunitatis, an ſeruandum.
Iudex ordinarius non poteſt impunitatem promittere.
150 *Qui contrahit, vel ſcit, aut ſcire præſumitur.*
Iudex ſupremæ authoritatis poteſt impunitatem promittere, & debet eam ſeruare.
151 *Impunitatis promiſſio parum diſtat à ſuggeſtione.*
152 *Confeſſio ſub ſpe impunitatis extorta quando valet.*
Veritatem inueſtigare quot modis permittitur.
Impunitatis promiſſio ambigua non eſt obligatoria.
Sententia contra iniuſtitiam facientes, Ezech. Proph.
153 *Confeſſio ſpe impunitatis extorta reuocata quid iuris, & an faciat nihilominus indicium.*
154 *Impunitas furi promiſſa non ſeruanda.*
Salarium an debetur Iudici conceſſa impunitate à Principe.
155 *Incantationes, & maleficia, quibus rei in tortura vtuntur,*

vtuntur, numero 154. & 155.
Mundus ſine timore torturæ non poteſt in pacem viuere.
156 Iudex quid facere poteſt contra incantationes.
157 Tortus, & non confeſſus ob dubium incantationum, an debet aliqua pœna condemnari.
Incantationum indicia.
158 Regulæ ordinariæ in materia torturæ ſunt fallaces.
Gladius in manu inſanientis periculoſus.
Practica bona, & approbata ſeruanda.
159 Iudex iuſtus tenetur adaptare ſuam particularem conſcientiam, cum conſcientia publica.
160 Iudex ordinarius excedendo vires, excuſatur quandoque ſi eſt rectæ conſcientiæ.
Iudex ordinarius ſecundum acta, & probata iudicat.
Limitata cauſa limitatum parit effectum, idem de iuriſdictione limitata.
161 Brachij Regij authoritas, et recta conſcientia ſimul quantam vim in torquendo præbent.
162 Iudex caueat à torquendo ex abrupto ſine aliquo indicio, & quando non eſt certus in conſcientia.
Tortura in delictis occultis facilius irrogatur.
163 Brachium Regium dicitur ſubordinatio quædam extraordinaria, non tamen penitus iuri contraria.
Brachium Regium carens ratione mortuum dicitur.
Arbitrium liberum regulatur cum iuſto, & iuſtum cum veritate, & conſcientia.
164 Torturæ an interueniant Aduocatus, & Procurator Fiſcales.
Fiſcus dicitur ſubditorum calamitas.
165 Tortura in pœnis arbitrarijs, an inferri poſſit.
166 Tortura ſuper delictis leuibus, an inferenda.
167 Tortura an teſti in cauſa ciuili inferenda.
168 Mandans qui faſſus eſt mandatum, ſed illud reuocaſſe, an huic confeſſioni cum qualitate ſtandum ſit.
Confeſſio qualificata qualiter acceptanda.
Reuocatio eſt facti, & qualiter fiat, num 170.
Mandatarius quando non diſgrauat mandantem.
169 Mandatum quibus coniecturis non præſumitur reuocatum.
170 Reuocatio qualiter fieri debet.
171 Mandans reuocando, an tenetur certiorare eum contra quem mandatum dedit, & quomodo.
172 L. nihil tam naturale, de reg. iur. qualiter procedit.
Statutum Mantuæ ſub Rubr. de mandatoribus interpretatur.
173 Mandans qui dicit reuocaſſe mandatum, ſed patrato delicto receptans delinquentes mandatarios eſt, ac ſi non reuocaſſet.
Acceptans illico delinquentem an pari pœna puniendus.
174 Mendax in re principali, dicitur mendax in acceſſorio.
175 In dubio ſemper ad coniecturas recurrendum eſt.
Mandatum tale præceſſiſſe præſumitur, quale delictum ſucceſſit.
176 Differentia inter mandatum, conſilium, & perſuaſionem.
177 Mandans occidi, dicitur ipſe homicida.
178 Mandans an teneatur de exceſſu.
179 Mandans tenetur de omni, & toto eo quod ſequitur ob mandatum.
Vulnera, percuſſiones, & verbera non dantur ad menſuram.
180 Qualitates aggrauantes delictum ob factum mandatarij, vtique mandantem aggrauant.
181 Confeſſio per torturam requirit ratificationem.
Ratificatio confeſſionis, quando, & qualiter facienda, 185. & 192.
182 Confeſſionis duæ ſunt perſeuerationes.
Perſeuerantia alia expreſſa, alia tacita.
183 Confeſſio in tortura ſine indicijs, ſed perſeuerata, an valet.
Perſeuerare in confeſſione quando quis dicitur.
184 Confeſſus in tortura, ſi nolet ratificare, quid agendum.
185 Confeſſio debet eſſe veriſimilis, probabilis, ac concludens.
186 Confeſſio in tortura, & ratificata, an poſſit reuocari.
187 Confeſſio reuocatur facilius, quando eſt ſine indicijs per torturam extorta, quamuis ratificata.
188 Confeſſio ſine indicijs non valet: amplia pluribus modis, vt ibi.
189 Reus quis non debet conſtitui, legitimis indicijs non ſubſiſtentibus.
190 Delinquentium aſtutia, & præmeditatæ falſæ defenſiones, & num. 294.
Delinquentes abſentes, quibus cautelis vtuntur.
Iudices cauſarum criminalium caueant à fallacijs, & impoſturis delinquentium, ne deſtruantur proceſſus.
Subornationis cauſa quando eſt tractanda.
191 Qui timet Deum ſapiens erit, & prauidenda prauidebit.
Impij ambulant in circuitu.
Sapientia huius mundi ſtultitia apud Deum.
192 Ratificatio quandoque in tortura fieri debet.
193 Confeſſio metu torturæ facta quando dicitur.
Tortura frigore, & fame dicitur fieri.
194 Timorem incutere, vbi non decet, malum eſt.
195 Confeſſio in dubio metu tormentorum iudicatur facta.
In dubio ſiniſtra præſumptio contra quos ſumitur.
196 Hominum quidam feris crudeliores.
197 Tortura modica non dicitur tortura.
198 Tortus quomodo confeſſus dici poteſt non metu torturæ.
Audaces & feroces, quomodo ſuccumbere poſſunt in audacia, & in ſubeunda tortura.
199 Puſillanimes faciliter pauent, ac terrentur pro minimo.
Territiones quos terrent, & quos non terrent.
200 Ratificatio ob quas perſonas neceſſaria non eſt.
Confeſſio vtrum ſpontanea, vel metu torturæ ſtatur arbitrio iudicis.
201 Confeſſio qualis eſſe debet, ſupra num. 185.
202 Confeſſio ſpontanea differt à confeſſione voluntaria.
Voluntas licet coacta, tamen voluntas dicitur.
Confeſſionum quæ fortior, & validior eſt.
203 Confeſſio reuocari poteſt, & quæ contra propriam confeſſionem deduci poſſunt.
204 Practica reuocandi confeſſionem propriam, num. 206.
Confeſſio quando reuocari poteſt.
Quid poſt ſententiam.
Quid ſi fuerit acceptata.
Quid ex internallo: quid in teſte, num. 209.
Quid poſt concluſum in cauſa.
Quid ſi fuerit geminata.
205 Confeſſionis reuocatio quando non tenet.
Error qualiter probandus, num. 207. 210. 212.
206 Confeſſio de proprio facto, vel de alieno quomodo, & quando reuocari poteſt, 208.
207 Confeſſionis reuocandæ quæ & quot ſunt cauſæ iuſtæ, & legitimæ.
Confeſſio Rei & Procuratoris eſt reuocabilis, ſecus Aduocati.
208 Probatio rem aliter ſe habere quando ſufficit, & quando non.
209 Confeſſio quando reuocatur parit ſuſpicionem, ne teſtes ſint ſubornati.
Teſtis ex internallo non poteſt reuocare ſuum dictum.
210 Error quando allegari debet.
Metus qualis ſit vt excuſet.
Metus quando tollitur.
Metus qualiter allegandus.
211 Metus ſolus non diſgrauat.
212 Confeſſio per ſolum metum torturæ non reuocatur, ſupra num. 211.
Practica torquendi illum, qui allegat confeſſionem ſuam per metum torturæ emanaſſe.
Reuocatio confeſſionis per metum an ſufficit, & qualiter in hac re Iudex ſe gerere debet.
213 Confeſſio quando dubia remanet, & non nitida, an poſſit Reus condemnari.
214 Ignorantia an ſit cauſa ſufficiens reuocandæ confeſſionis.
Ignorantia

Ignorantia in quibus cadit.
215 Ignorantia in facto alieno.
Reſtitutio ex capite ignorantiæ quando concedenda.
216 Obliuio an ſit iuſta cauſa renocandæ confeſſionis.
Obliuio in teſte eſt lata culpa.
217 Fictio optimum locum habet in memoria: quid ſi quis finxit ſe fatuum.
Fatuitas quomodo ſanatur.
218 Ira an ſit cauſa legitima reuocandæ confeſſionis.
219 Perſuaſio an excuſet, vel tollat confeſſionem.
Confeſſio ſub ſpe impunitatis, an reuocabilis.
210 Reuocationis effectus.
Confeſſio reuocata, dum quæritur de veritate, non tollitur per reuocationem, ſed ſtat in ſuſpenſo.
Confeſſus reuocando quando non debet audiri.
221 Statutum Mantuæ Rubr. de tormentis, circa ratificationem interpretatur.
222 Reuocatio confeſſionis, quæ eſt admiſſibilis, poteſt à quolibet pro ſuo intereſſe deduci.
Reuocatio confeſſionis eſt materia quotidiana.
223 Practica ſeruanda à Procuratoribus, & Aduocatis, circa reuocationem confeſſionis reorum.
Reuocatio ſimplex non releuat.
224 Quæſtio iuris non ſtat in arbitrio rei.
225 Practica ſeruanda à reo, quando vult reuocare confeſſionem ſub quouis prætextu.
226 In confeſſione ſpontanea mitiùs agitur, quàm in confeſſione torturæ.
Confeſſio ſpontanea in continenti reuocanda.
227 Confeſſio quamuis reuocata, qualiter perſeuerare dicitur.
Confeſſio extraiudicialiter facit indicium ad torturam, ſi eſt probata, & negata, ſecus ſi reuocata ſit ex aliqua iuſta cauſa.
228 Tortus perſiſtens in negatiua debet ſæpè examinari.
Cautela eruendi veritatem à negantibus.
Cautela qua delinquentes vtuntur in tortura.
229 Rei torquendi, quomodo ſunt ab Aduocatis inſtruendi, ne fateantur delictum.
230 Reus qui confitetur in tortura, & poſtea non vult ratificare, quoties torquendus, vide num. 234.
Practica ſeruanda in torquendo reos, qui ſtatim in tortura fatentur, & demiſſi negant toties quoties confeſſi ſunt, num. 234.
231 Confeſſus qui reuocat confeſſionem, an torquendus, vel aliqua pœna puniendus.
Confeſſio tam clara ex quibus fit obumbrata, & non liquida, ſed obſcura redditur.
232 Confeſſione prima reuocata, & deinde iterum tortus confitetur, an poſtea licebit iterum reuocare.
233 Melius eſt peccare in tempore, quam in ſententia.
234 Reus qui ſuſpenſus in tortura ſtatim confitetur, & demiſſus ſtatim negat, quoties torquendus.
235 Delicta ob qualitates magis grauantur.
236 Confeſſio clerici facta coram Iudice laico, an valet ſi reuocata eſt coram ſuo Iudice.
Confeſſioni ſoli non eſt ſtandum, ſed vlterius quærendum, ſuprà num. 19.
237 Iudex debet quærere veritatem, & non perſeuerantiam.
Iudex ſtat in medio fateri & negare, & amplectitur quod eſt verius, & de alijs circumſtantijs ſpectantibus ad Iudicem.
Iudex quas habere qualitates debeat.
Qualitates laudabiles in Iudice, & quæ prohibentur, & requiruntur.
238 Aduocati & Procuratores veniunt parati coram Iudice, ideò Iudex cautus ſit ab improuiſa locutione.
Vota Iudicum, auditorum & aliorum maturè proferenda.
239 Audientia benigna Iudicum mitigat dolorem, liuorem, rancorem & aufert ſuſpicionem.
Notarij actorum aliqui ſunt, qui negligunt perficere proceſſum, & ſuam culpam in Iudicem retorquent.
Iudicis cura circa carceratos.
240 Iudex caueat ab odio, amore, timore & pretio.
Iudex timens Deum omnia rectè agit.
241 Ius iniquum ſtatuere, an licet Iudici liberum arbitrium habenti.
Ius iniquum à dominis ſtatui poteſt.
Ius iniquum dominorum quale ſit.
242 Iuris iniquiſſimi exempla, 243. 244.
243 Ius iniquum quot modis ſumitur.
Poteſtas abſoluta ſoli Regi ſeu Principi competit.
Arbitrium plenum quid ſit.
Iniquum quando æquo præfertur.
244 Ius iniquum eſt concedere ad requiſitionem partis torturam.
245 Iudex Brachij Regij ad euitanda ſcandala ius iniquum exercere poteſt.
246 Afflictionem afflicto dare eſt ius iniquum.
Cogere inuitum ad accuſandum eſt ius iniquum.
Cogitatum ſolum condemnare eſt iniquum.
Actori concedere quod reo non permittitur eſt iniquum.
247 Errantem, & ignorantem punire eſt iniquum.
248 Quis de ſua turpitudine interrogari poſſit.
Conditio mala quibus inferri poſſit.
249 Cogere aliquem docere de conſcientia aliena eſt iniquum.
250 Nemo præmium ex propria malitia conſequi debet.
251 Impunitus delinquens quandoque dimittitur.
252 Iudex an per ſolam præſumptionem iudicare poſſit.
Sæuitia magna quando culpæ non adſcribitur.
Teſtes ex abrupto torqueri iniquum eſt.
253 Sententia iniqua ſemper eſt damnabilis.
254 Statuta pœnalia an comprehendant forenſes.
Pater quando pro filio, dominus pro ſeruo, communitas pro damno dato damnari poſſunt.
Pœna ſuos authores ſequitur.
255 Ius vnius an alteri concedi poſſit.
Defenſiones auferre iniquum eſt.
Defenſionem facti prohibere eſt contra naturam.
256 Intromiſſio inter rixantes cauſa ſegregandi, ſi eſt punibilis, quid dicendum, & de intellectu legis Ducalis Florentiæ 1569.
257 Iudex liberi arbitrij poteſt inſtantiam prorogare.
258 Torturam inferre in pœnis pecuniarijs eſt iniquum.
259 Subrogatus ſapit naturam ſubrogantis.
In delictis cauſa & origo ſemper attenditur qualitas, & non accidens.
260 Pœna quæ de iure communi erat corporalis, ſi per ſtatutum effecta ſit pecuniaria, nihilominus quoad procedendum tortura inferri poteſt.
Delicti qualitas iudicatur à qualitate pœnæ.
261 Tortura locum habet in cauſis mixtis.
262 In delictis attenditur ſtatus perſonæ.
263 In delictis priuatis non attenditur mutatio ſtatus.
264 Statutum maiorem pœnam imponens vni quam alteri, quomodo intelligitur.
Forenſes vbique, quàm diſparis conditionis ſunt ab indigenis.
Forenſes quomodo malè tractentur in aliena patria.
265 Qualitas vnius aggrauat alterum.
266 Delicta reſpectu loci aggrauant, & quæ ſint loca priuilegiata.
267 Tortura in cauſis ciuilibus, an inferenda.
268 Cauſa ciuilis magna æquiparatur criminali.
269 Priuilegiatus qui non poteſt torqueri, an ſaltem aliqua pœna condemnari debet.
Probatio plena, quæ dici poteſt ad condemnandum pœna ordinaria.
Duæ ſemiplenæ probationes quando coniunguntur ad plenam probationem fiendam.
270 Inquiſitus quando ex indicijs, & præſumptionibus condemnari poteſt.
Iudex habens arbitrium, an poſſit torquere, vel pœnam

potiùs

potiùs extraordinariam indicere.
271 Iudex qui non vult torquere, ſed condemnare in pœnam extraordinariam, quando, & quibus concurrentibus hoc facere poteſt.
272 In alternatiuis alterum de duobus adimpleri debet.
273 Iudex ſeuerus, an idcircò ſuſpectus allegari poſſit: quid de Iudice ſupremæ authoritatis.
274 Iudex ordinarius, an et quando ſuſpectus poteſt allegari.
275 Iudex ſupremæ authoritatis ſuſpectus allegari poteſt, ſed pendente liquidatione ſuſpicionis non impeditur, numero 274.
Princeps ſolus cognoſcit de cauſa ſuſpicionis Iudicis ſupremi.
Humanum eſt peccare, Angelicum nunquam peccare, Diabolicum perſeuerare.
276 Iniuriam legibus facit, qui vult legibus meliorē ſe uideri.
Iudex habens liberum, & abſolutum arbitrium, quando leges ſeruare, & non ſeruare tenetur.
277 Exculpationis materia difficilis, & quotidiana, diſtinctè, & clarè explicata.
Exculpatio duplex, implicita, & explicita.
278 Exculpatio explicita, & eius effectus, num. ſeq. 282.
Offenſi taciturnitas quando non exculpat.
279 Exculpatio vnius ab alio facta, an alios diſgrauet.
280 Statutum Genuæ, lib. 1. cap. 8. de querelantium ſatiſdatione interpretatur.
281 Inſtigator, aut ſollicitator non habentes mandatum, an teneantur de calumnia: quid de Aduocato, & Procuratore Fiſcali.
Fiſcus nec dat, nec recipit expenſas.
282 Deſiſtentia an exculpat, inf. num. 292.
283 Exculpatio quando prodeſt.
284 Exculpatio offenſi, in articulo mortis prodeſt, limita. tribus modis.
285 Exculpatio non veriſimilis non diſgrauat.
286 Exiſtens in articulo mortis quando præſumitur dicere veritatem.
287 Animæ ſeparatio à corpore, quàm pœnalis ſit.
Mortis agonia ex quibus cauſatur.
288 Eccleſia ſepulturam omnibus Chriſtianis in dubio non denegat.
289 Exculpatio ſocij criminis, dum ſuſpenditur in furca, an iuuat, num. 293.
290 Exculpatio offenſi inter viuos.
291 Exculpatio offenſi qui prius inculpauerat quid prodeſt.
292 Accuſatori non licet pecuniam accipere pro deſiſtentia.
293 Exculpatio ſocij criminis, qui alterum nominauit in ſocium criminis, an prodeſt.
294 Delinquentes ſolent præparare falſas defenſiones caſu quo capiantur, & de eorum aſtutijs, & fallacijs, ſuprà num. 190.
Sociorum criminis cautelæ.
295 Abſentes delinquentes, qua aſtutia vtuntur, antequam ſe conſtituant.
296 Exculpatio mandatariorum, quando diſgrauat mandantem.
Exculpato mandatario per torturam, an vtique mandans exculpatus cenſeatur.
Argumentum de ſocio criminis ad mandatarios valet.
297 Exculpatio ſui ipſius, & inculpatio aliorum ſibi non prodeſt, nec alijs nocet.
298 Exculpatio propinquorum offenſi, an prodeſt.
Præſumptio vna quando alteram tollit.
299 Exculpatio curatoris pro adulto, an prodeſt.
300 Exculpatio teſtis qui primo grauauit, & ſecundo loco contrarium dixit, an prodeſt.
301 Veritas ex quibus cauſis opprimitur.
302 Exculpatio teſtis facta in articulo mortis.
303 Exculpatio teſtis extraiudicialiter, poſtquam iudicialiter grauauit, an prodeſt.
304 Vtile per inutile non vitiatur.
Suſpicio falſitatis quando pro falſitate habetur.
Ius fiſco acquiſitum priuatorum dictis, an tolli poſſit.
305 Exculpatio teſtis ſpontanea, ex interuallo facta, an prodeſt.
306 Exculpatio illius, qui eſt reus quoad ſe, & teſtis quoad alios, an prodeſt, & ſibi, & alijs.
Exculpatio prodeſt quando cum ea concurrunt coniecturæ, & præſumptiones.
307 Aſſertio Iudicis, an poſſit diſgrauare.
Exculpatio domini cui res furata eſt, an diſgrauat furem.
Amicus noſter non eſt qui noſtra bona tollit.
308 Præſumptio pro innocentia rei eſt validior.
309 Statutum excludens omnes exceptiones, non excludit exceptionem innocentiæ.
Iudex cognoſcens ſententiam iniuſtam, non debet exequi ratione innocentiæ.
Innocentia quantum proſit, tam in fabricando proceſſum quam poſt: & admittit non admittenda.
310 Inquiſitio quando locum non habet.
Socius non dicitur furtum facere in re, in qua eſt inita ſocietas.
Depoſitanti rem penes aliquem, an liceat inſcio depoſitario recipere ex ſe illam rem.
Rem ſuam de manu potentis an liceat auferre.
Creditor verus, ſi non poteſt probare creditum, an poſſit licitè quo quomodo tantum de bonis debitoris accipere ex ſe, quantum eſt debitum.
Excuſatio cuiuſlibet de populo quando admittitur.
311 Exculpatio vxoris ad fauorem adulteri an prodeſt.
312 Iudices omnes ſuſpecti recuſari poſſunt.
313 Recuſatio fieri poteſt in qualibet parte Iudicij.
314 Excipiuntur Princeps omnes non recognoſcentes ſuperiorem.
315 Perſonæ quæ recuſari poſſunt.
316 An totum collegium cenſeatur recuſatum, ſi duo vel tres de ipſo fuerint recuſati.
317 Etiam Iudices delegati poſſunt recuſari.
318 Nec pactum valet, quod Iudex non poſſit allegari ſuſpectus, iuxta cauſa ſuperueniente.
319 Optimæ qualitates Iudicis haud tollunt ſuſpicionem.
320 Ciſtercienſes & Carthuſienſes ius dicere poſſunt in cauſis proprijs.
321 Vbi agitur de præiudicio tertij nemo præſumitur bonus.
322 Notarij actorij recuſari poſſunt.
323 Item executores, qui grauamen poſſunt inferre.
324 Iudex recuſatus ſuſpectus quando votatur, non debet intereſſe.
325 Recuſationes inualidæ quales, & 327.
326 Iudices nec Notarij valent recuſari, quando de conſenſu partium ſunt electi.
327 Recuſatio quomodo proponenda, & 331.
328 Recuſatio ſola non requirit cauſæ cognitionem.
329 Recuſatio non poteſt interponi cauſa iam inſtructa.
330 An Iudex poſſit allegari ſuſpectus propter motiuis traditis contra alteram partem.
331 A Decreto ſuſpicionis non datur appellatio.
332 Iudex allegatus ſuſpectus, quomodo ſe exonerabit.
333 Facta recuſatione cum iuramento, Iudicis iuriſdictio ſtatim ſuſpenditur.
334 Procurator ad faciendam recuſationem neceſſe habet ſpeciale mandatum.
335 Litis cauſæ probandæ ſunt corā arbitris, Iudice recuſato.
336 Arbitros eliguntur ab ipſomet Iudice, diſſentientibus partibus: qui etiam ſententia executioni mandabit.
337 De iure Canonico alia forma ſeruatur.
338 In Notarijs actuarijs recuſandis ſufficit iuramentum præſtare.
339 Si præceſſor Iudex ſit allegatus ſuſpectus, ſucceſſor poteſt iudicare.
340 Si cauſa recuſationis non poteſt expreſſè allegari aut probari, tunc recurrendum eſt ſuperiori.
341 Quid ſi Iudex ſuſpectus nolit ſe abſtinere à cauſa, & 342
342 Non ſufficit appellatio niſi fuerit proſecuta.
343 Quid ſi aliquis affinis Iudicis ſit Aduocatus.
344 Cauſæ legitimæ recuſationis iuſtæ.

HORTEN-

HORTENSII CAVALCANI

DE BRACHIO REGIO

PARS TERTIA.

AGgredior nunc torturæ materiam, in qua ferè tota vis Brachij Regij conſiſtit, rem quidem difficilem, & valdè pericu-
1 loſam in actu practico; † quo circa ſunt ſemper cordi tenenda verba Sancti Auguſtini lib. 19. de Ciuitate Dei, cap. 6. vbi ait; Quid, cum in ſua cauſa quiſque torquetur, & cum quæritur vtrum ſit nocẽs, cruciatur, & innocens luit pro incerto ſcelere certiſſimas pœnas; non quia illud commiſiſſe detegitur, ſed quia non commiſiſſe neſcitur? Ac per hoc ignorantia Iudicis eſt plerumque calamitas innocentis, & quod eſt intolerabilius, quum propterea Iudex torqueat accuſatum, ne occidat neſciens innocẽtem, fit per ignorantiam miſeram, & vt tortum, & innocentem occidat, quem ne innocentem occideret, torſerat. Si enim ſecundum iſtorum ſapientiam delegerit ex hac vita fugere, quàm diutiùs illa ſuſtinere tormenta, quòd non commiſit, ſe commiſiſſe dicit, & per hoc innocentem, vt ſciret torſit, & dum neſciret, occidit: quam ſententiam refert Brunor. à Sol. in Elegant. conſil. 51. numero 166. & Cartar. de execut. ſent. capt. bannit. §. fin. numero 84. Sed prius enarrata à Put. de ſyndic. in verbo, tortura, il 2. cap. 1. numero 3.
2 † & à Valer. Max. lib. 8. cap. 4. plura exempla traduntur, quibus ob facilem fidem per quæſtionem nocens abſolutus, & innocẽs damnatus fuit, vt de ſeruo Marci argentarij, qui facinus admiſiſſe faſſus eſt, & ſupplicio affectus, paruulo tempore interiecto, ille cuius de nece creditum eſt, redijt, & è contra ſeruus Alexand. Fanij tortus ſepties negauit homicidium, & abſolutus tandem confeſſus delictum, pęnas luit; & multi innocentes pauidi, & debiles confeſſi ſunt, quod non fecerunt, multi feroces negarunt facinora per eos patrata, & Put. in d. verſic. tortura, il 2. cap. 1. refert Tull. par. 2. partitionum, hæc dixiſſe quæſtionibus reſiſtendum eſſe, quod & dolorem fugientes multi in tormentis mentiti ſunt, moriq́ue maluerunt falſum fatendo, quàm verè infitiãdo dolere, multi etiam ſuam vitam neglexerunt, vt eos qui hic cariores ſunt, quàm ipſi ſibi eſſent, liberarent; alij autem, aut natura corporis, aut conſuetudine dolendi, aut metu ſupplicij, ac mortis vim tormentorum pertulerunt, alij ementiti ſunt in eos, quos oderunt; hæc ille.

3 † Qua de re ſciendum eſt, quod Brachij Regij vires reſpicere ſolent, aut magnam delicti atrocitatem, & difficultatem probationum, aut ſceleratiſſimorum hominum peſſimam qualitatem, de quibus latè ſuprà in 1. par. Et eſt facienda diſtinctio in practica; aut enim agitur ob difficultatem probationum contra virum, aliàs non ſolitum delinquere pro atrociſſimo delicto, & non ſeruatur æquè rigor tam extraordinarius, ſicut contra homines ſceleratiſſimos, aut proceditur contra hos aſſaſſinos, & farinellos ob difficultatem probationum pro delicto graui, vel non tam graui, & ſemper rigor immenſus eſt ſeruandus, quoniam contra iſtos proteruos, conſuetudinarios, & incorrigibiles æquitas eſt eſſe crudelem, Put. in verb. crudelitas, cap. 1. & infra docebitur num. 33.

Conſtituto igitur Reo, & diligenter examinato, vt inter alios optimè practicam docet Cartar. in ſuo tract. de modo interrog. Reos, per tot. & nouiſſimè Sigiſmund. Scaccia. de iud. ciuil. crim. & hæret. cap. 86.
4 per tot. præcipuè numero 67. † ſi Reus negat, tunc fit omninò repetitio teſtium, quando proceditur (vt paulò ante dictum eſt) contra hominem non tam facinoroſum pro grauiſſimo delicto, non obſtante hac Regia facultate, vt firmant Bart. in l. filiusfamil. num. 4. ff. de donatio. Iaſ. in §. bonæfidei, numero 26. Inſtit. de act. Marſil. in l. 1. numero 4. ff de quæſtio. Simon. de Præt. conſil. 102. numero 7. Bertazol. conſil. 94. vbi addit. lit. B. vol. 1. At ſi proceditur contra aſſaſſinos, farinellos, & huiuſmodi ſceleratiſſimos, nomine hominis indignos, ſed potiùs ferarum, propter ſuam inhumanitatem, tunc Iudex Brachij Regij non tenetur repetere teſtes, ſi nolint, vt in ſimili de præeminentia Neapoli ſcribit Carer. in ſua pract. in princ. num. 108. & Grammat. conſil. 64. numero 4. & vot. 3. & 30. numero 23. pulchrè Pedemont. deciſio. 79. numero 19. verſic. præterea dicta præeminentia non habet locum, niſi in latronibus inſignibus, & ita trad. Baiar. ad Clar. quæſtio. 45. ſub numero 34. 35. & 36. Sanè ſi Iudex noſter veriſimiliter dubitare poſſet de ſubornatione teſtium, tunc ex cauſa poſſet recedere etiam in primo caſu à repetitione, & ita procedunt dicta à Dec. conſil. 54. colum. 1. & doctr. Bart. in Extrauag. ad reprimen. in verb. figura, colum. fin. verſic. ſed an præſente parte, & alij, quos Pedemont. pro hac parte adducit d. deciſ. numero 3. 4. & 19. verſic. nec obſtat, quia nititur Iudex noſter veritate, & poteſt procedere ordine non ſeruato reiectis ſolemnitatibus, & per proceſſum informatiuum, vt ſuprà abundè in 1. par. dixi, facit Put. de ſyndic. in verb. tortus, cap. 5. numero 4. & in verb. tortura, cap. 6. numero 7. 8. & 9. Marſil. in ſua pract. §. expedita, & §. diligenter, numero 176. Sed ad vnum (quæſo) vt aduertatur, quod ſi proceſſus informatiuus Reo fuerit publicatus, cum ſolito termino ad faciendum defenſiones, pendente termino Reus torqueri non poteſt, non obſtante Balia torquendi, data Iudici ſuper proceſſu informatiuo, quoniam Iudex vi amplius non integra propter terminum defenſionum datum, non poteſt ea vti, & pœnitere non licet, l. ſi quis iuſiurãdum, verſic. ſatis, C. de rebus cred. & per ea quæ dixi in prima parte, circa Clauſulam iuſtitiam facias, ſub numero 195. & 242. & defenſionum tantus eſt fauor, quod illis regulariter renunciari non poteſt, Aſin. pract. §. 3. cap 6. dixi in prima parte, ſub numero 180. 183. & ſeq. & Iudex per publicationem proceſſus offenſiui videtur elegiſſe viam ordinariam. per Can n. in cap. ſignificantibus, de offic. deleg. vt numero 242. d. par. 1. At publicato proceſſu teſtes ad offenſam amplius non admittuntur, ſic eſſe deberet ad defenſam, nam Rei perſcrutando vadunt quid depoſuerint ſui teſtes, & ſi audiant quod nollent, alios teſtes nominant, qua de re talis teſtium nominatio non debent permitti, niſi ſemel, & antequam inciperẽtur examinari, ne ſubornarentur alij, tamen hoc eſt arbitrarium Iudici, & quod teſtes poſt publicationem amplius nõ admittantur maxime in criminalibus ad inſtantiam partis (non ex officio) trad. Salyc. in l. fin. col. vlt. C. de quæſt. Marſ. pract. §. ſequens, num. 8. & Foller. pract. verſic fiat publicatio. num. 2. & pendente termino ad defenſam officium Iudicis quieſcere dicitur, cap. ſignificante, de appellat. & re vera vtroque modo quieſcit, cum in ſumendo informationes non parum fatigat, & publicatio proceſſus vim habet Decreti, ex quo cum ius parti quæſitum ſit. Iudex poſtea variare non poteſt. Iaſ. in l. quod iuſſit, numero 11. ff. de re. iud. tex. in l. patre furioſo, ff. de ijs, qui ſunt ſui, vel alie. iur. pulchrè Marc. Anton. Blanc. in pract. ver. datis defenſionibus, num. 73. Bart. l. fin. quæſtio. penult. per text. l. vnius, §. cogniturum, de quęſt. tex. glo. & DD. in l. et ſi non defendantur.

5 † Et quoniam in repetitione examinis Rei, ſiue extra torturã, ſiue in tortura, Reus ſolet ſe referre ad iam per eum dicta, talis reſponſio poteſt admitti (ſi Iudici videbitur) Bald. in l. eos, numero 6. C. de falſ. Menoc. de arb. iud. caſ. 109. ſed ſi petierit ſibi legi primum examen debet concedi, ſi rationabiliter petatur, vt inquit

ident

idem Menoch. & ſi adhuc cogeretur reſpondere ad
extenſum, Reus vti poterit proteſtatione iſta, videlicet,
reſpondeo, quod ſi quid nunc dicam deuium à
primo examine ad illud me remitto, & ex nunc me
corrigo, quia memoriam non habeo de ijs, Cartar.
in pract. interrog. Reos, lib. 3. c. 11. nu. 83. cum multis
6 ſeq. † Rurſus quæ dicantur indicia ad torturam ſufficientia
ſtandum eſt arbitrio Iudicis, Alex. conſ. 65.
in col. 2. qui poterit credere etiam teſte minus idoneo,
Men. de arb. iud. q. 9. nu. 2. & q. 84. Bertaz. conſ.
7 213. nu. 8. Clar. §. t. verſ. ſunt etiam, † & in hac materia
torturæ attenditur principium, & non finis quicquid
ſit in captura, de qua ſupra in 2. p. nu. 30. Farin.
de indic. & tor. q. 42. nu. 27. cum ibi per eum adduct.
& inf. dicam de qualitatibus indiciorum.
8 † Habitis ergo indicijs, & facta repetitione (ſi Iudici
videbitur) & cõſtito de delicto, Iudex noſter virtute
authoritatis Brachij Regij poterit deuenire ad
torturam ſuper proceſſu informatiuo, niſi prius videatur
confrontationem Rei cum teſtibus fieri debere,
de qua etiam latè dixi in pract. de teſtib. in 5. p. nu.
9 209. 214. & 216. † vbi qualiter, & quando, ad quem
effectum confrontatio fieri poteſt. Et ipſe ſæpe vidi
in confrontatione Reos ſuccumbere; erit tamen aduertendũ,
quod teſtes, vel ſubornati, vel pauidi, quandoque
in pręſentia Rei deſtruunt ſuum dictum, ideoque
confrontatio fieri non debet, niſi quando Iudex
rationabiliter credere, & ſperare poſſet in ea Reũ debere
ſuccumbere, ſi non in totũ, ſaltẽ in aliqua parte.
10 † At in omnem caſum contra quoſcunque criminaliter
proceditur, debet prius conſtare de delicto,
antequam Reus torqueatur, vel per euidentiam facti
vel per teſtes de viſu, vel per famam, ſi aliter conſtare
non poteſt, Gand. tract. malef. tit. de præſumpt. ver. aliud
etiam nota dignum, & Boſſ. in titul. de delicto,
nume. 16.
11 † Sed antequam deueniatur ad torturam Iudex animaduertere
debet, an Reus ſit confeſſus, vel conuictus:
Nam ſi erit confeſſus, aut conuictus, condemnabitur
datis defenſionibus, ſecundum ea, quæ infra dicam,
poterit tamen torqueri ad effectum, non vt clariorem
contra ſe probationem faciat, ſed vt cõſocios,
vel forte (etiamſi ita Iudici noſtro videbitur in crimine
valde atroci) vt confiteatur delictum, licet ſit
conuictus per teſtes, vel ad alium effectum, vt infr. n.
26. & de conſuetudine ſi eſſet malę vitæ, poſſet etiam
interrogari ſuper alijs delictis, de quibus conſtare debet,
& quod de alijs delictis in genere reus confeſſus
interrogari poſſit, tradit Boſſ. in tit. de indic. nu. 137.
Foller. pract. in verb. & ſi confitebuntur, n. 33. Marſ.
12 pract. §. conſtente, nu. 14. & infra nu. 38. † Quo caſu
adhibendæ ſunt proteſtationes antequã torqueatur,
Boſſ. tit. de conſiderat. ant. tor. nu. 130. & ſeq. Clar. q.
64. verſ. debet, ver. & ideo, & ver. ſcias etiam, & Bal.
ibi nu. 24. Caſſan. in conſuet. Burg. rub. 1. §. 5. ver. vidercimus
caſus, col. 2. Rim. conſ. 705. nu. 25. vol. 6.
13 † Quando autem reus eſt ſolum conuictus, & non
confeſſus, & ſtatutum non dicit, quod conuictus puniatur
pœna ordinaria; tunc de iure communi non
poteſt puniri, niſi pœna extraordinaria, Boſſ. tit. de cõ
14 uict. nu. 6. † quo caſu ſolent Iudices torquere reum
ſub hac proteſtatione, videlicet citra præiudiciũ conuicti,
& etiam hæc proteſtatio adhibetur, quando
quæritur, vt reus delictum fateatur, ne per appellationem
illud, quod fuerit pronunciatum ſuſpendi valeat:
Nam ſtatutum vigere poteſt, quod conuictus &
confeſſus crimen appellare non poſſit à ſententia, ita
Clar. d. quæſt. 64. verſ. ſcias, & 94. Lancellot. de atten-
tat. 2. par. c. 12. amplia. 4. num. 12. quod procedere ait
etiam de iure communi Guid. Pap. deciſ. 74. Afflict.
ſuper conſti. reg. viuranorum, lib. 1. num. 13. Alin. in
ſua pract. §. 31. c. 2. limit. 2. Viui. comm. opi. lib. 2. op.
15. incip. appellans conuictus, Grammat. conſ. crim.
15 64. nu. 11. † ſed Mediolani, & Mantuæ in criminalibus
ſtatuta appellari prohibent, & ideò conuictus pœna
ſtatuti ordinaria puniri poteſt, & opinio prædicta
non eſt paſſim recepta, vt torqueatur cõuictus ad effectum,
vt appellare non poſſit (ex quo viderentur
tolli defenſiones) vt firmat Couarruu. in ſua pract.
cap. 23. q. 1. num. 5. contra Bald. in l. 2. C. quor. appell.
non recip. & cum eo tenet Cartar. de executio. ſent.
capt. bannit. cap. 1. num. 77. & 87. & num. 89. vbi dicit
opinionem Bald. procedere, quando Iudici (intellige
magnæ authoritatis, & non aliter) videretur ita
expediens pro publico bono citiùs cauſam expediri,
& exequi. In hoc tamen ſummopere cauendum eſſe,
ne intentio fiſci deſtruatur, vel parti præiudicium
afferatur torquendo non torquendũ, vel ſine præiudicio
& ſine proteſtatione, ibidem monet Chartarius.
16 Et facta in hoc caſu proteſtatione iſta, † Iudex in
practica bene aduertere debet circa modum interrogandi
reum conuictum, vt illum nequaquam dubitatiuè
interroget, an tale delictum, de quo eſt conuictus
commiſerit; nam eſſet retrogredi, & in dubium
vertere, quod eſt certum, & eſſet venire contra proteſtationem,
Bart. & alij in l. non ſolum, §. morte, ff.
ſoluto matrimonio, ſed debet Iudex monere reum,
vt abſolutè fateatur delictum, de quo eſt conuictus,
17 † qua proteſtatione ſtante, licet reus pluries tortus in
negatiua perſiſtat, nihilominus poterit adhuc condemnari
in pœna ordinaria virtute ſtatuti de conuicto
crimine, & circumſcripto ſtatuto in pœna extraordinaria,
Clar. d. quæſtio. 64. verſ. veritas, & in materia
conuicti, vide etiam Boſſ. eodem titulo, de conuict.
per tot. D. Farinac. de carcer. & carcerat. vbi paria
eſſe dicit quæſt. 33. num. 12. quem eſſe confeſſum
vel legitimè conuictum, per l. fina. C. de cuſtod. reorum,
vnde ille non dicitur legitimè conuictus, qui
per teſtes inhabiles, varios, contrarios, ſingulares, &
huiuſmodi conuinceretur, vt infra per diſcurſum, &
in pract. de teſt.
18 Hic opportunè videndum eſt qualiter, & quando
quis verè dicatur conuictus: & breuiter ille dicitur
legitimè conuictus, qui non poteſt negare crimen, l.
quoniam, C. de pœn. & qui nulla tergiuerſatione poteſt
celare delictum ſuum, c. cum clim, de verb. ſign.
Gomeſ. var. reſ. l. tit. de delict. c. 2. num. 9. cum ſequ.
19 † & conuictio non ſit per confeſſionem, c. at ſi clerici,
de iud. Abb. ibi & d. tit. de conuict. n. 6. 7. & 8. hinc
eſt quod non ſtatur ſoli nudæ confeſſioni, niſi etiam
ex teſtibus, vel alijs præſumptionibus verificetur cõfitentem
deliquiſſe, Clar. q. 65. Maſca. de prob. concl.
357. nu. 5. Bruno à Sal. d. conſ. 51. nu. 176. Boſſ. latè d.
tit. de confeſſ. & in tit. de conuict. n. 37. ait, quod quis
poterit condemnari cum vno teſte de viſu concurrẽtibus
alijs coniecturis, maxime quando reus eſt perſona,
quæ de iure non debet torqueri, Grammat. vot.
16. nu. 15. & infra dicam, & hæc probatio appellatur
plenior, quia eſt plus quam ſemiplenè probatum hoc
modo, Gramm. vot. 15. nu. 14. Sed reuera illum dico
eſſe legitimè conuictum, cõtra quem ſunt duo teſtes
conteſtes idonei deponentes de viſu, loco & tempore
concordantes, Bal. in l. fin. col. 1. vbi Sal. C. de pro-
20 bat. † & iſta appellatur pleniſſima probatio, Grammat.
d. vot. 15. nu. 14. & ibi hanc etiam appellat probationem
intuitiuam, Gomeſ. de delictis, c. 12. n. 10.
ver. item adde, n. 18. & ibi tenet, quod plures ſocij criminis
iurati, & torti plenè probant, ſcilicet in certis
caſibus exceptis, vtputa hæreſis, læſæ Maieſt. falſæ monetæ
in maleficio, & mathematico, in vitio nefando
cõtra naturam, & in omnibus alijs delictis, quæ ſine
ſocijs à cõtter accidentibus fieri nequeunt, Gom. d. c.
21 12. nu. 26. c. 13. nu. 28. Gramm. vot. 16. nu. 15. † ſed in
materia mandati, ſi mandans fateretur mandatũ, &

mandatarij eſſent duo(quorũ vnus fateretur, & alter
negaret) tunc mandans non dicitur bene conuictus,
Gomeſ.loc.cit.num.16.verſ.adde tamen. Nec etiam
quis verè conuictus diceretur, ſi vnus teſtis depone-
ret de indicio proximo, puta de viſu, alter vero de in-
dicio remoto, vt de auditu, eſto quod ambo ſint per-
ſonæ idoneæ, nec quando duo teſtes eſſent conteſtes
22 de viſu, ſed non eſſent idonei, † quamuis hæc poſſit
dici plena probatio, Grammat.d.vot.15.num.14. ni
hilominus non poſſet puniri pœna ordinaria, niſi
confiteretur delictum, vt ſtatim dicam, vel ſi vnus
teſtis de viſu, & plures de publica voce, & fama de-
ponerent, Cla.q.63.ver.tu ſcis, & Boſſ.d.titu. de con-
uict.niſi ijs habitis reus eſſet contumax, & vi ſtatuti
23 verè habitus eſſet pro conuicto, † & alijs pluribus
modis quis poteſt conuinci, vt per rei euidentiam,
in notorio, in capto, in flagranti: Item per inſtrumē-
ta, ſeu per aliquam ſcripturam continentem manda-
tum, & delictum, vt de occidendo, vulnerando, vel
aliter de coniuratione, & vnione ad malum, Boſſ.d.
tit.de conuict.num.63.64.& 65. Baiar.ad Clar.q.66.
24 nu.1. † qui dicit, quod vbi reus eſt conuictus, non re
quiritur, vt ſit confeſſus, & vbi eſt confeſſus, non re-
quiritur quod ſit conuictus. Guliel. Bened. in c. Rai-
nutius, in verb. mortuo itaque teſtatore, nu.149. de
teſt. relatum à Caſſa. in conſuet. Burg. fol.190.nu.40.
ſed hoc fortè in ciuilibus; at in criminalibus expedit
quandoque vtrumque concurrere, videlicet, quod ſit
nedum conuictus, ſed etiam confeſſus(ex cauſis pau-
lo ante prænarratis) tum reſpectu ſtatutorum diuer-
25 ſorum, tum reſpectu pęnę de iure communi. † Nā ſta
tutum loquens de confeſſo non habet locum in con-
uicto, nec ecõtra, Canoniſtę in c. at ſi Clerici, in prin.
de iud. Bero. conſ.187.nu.11.vol.3. Bonacoſſa. quæſt.
crim. ſuper ſtatu, in verb. conuictus. Duen. reg. in ver.
conuictus, & in hac materia, vide etiam Io. Baptiſtā
à Sancto Seuerino in l. admonandi, nu.107. de iu. vi-
ron. Gab. co. conel. tit. de prob. cõcl.1.lib.1. Petr. Cab.
caſ.39.n.68. & neſcio quo iure conuictus non poſſit
etiam interrogari de delicto conuicto, vt videtur ſen
tire Baiar. ad Clar. q.64.nu.24. vbi allegat Ceph. cõſ.
crim.32. qui in libro meo hoc non dicit, nu.19.& 20
ſed quod non debet torqueri, quod multum differt.
Nam per ſimplicem negationem non purgantur in-
dicia plenè probantia, ſed per torturam ſine proteſta
tione purgari poſſent. Nam dixi torturam tanquam
medicinam purgatricem inuentam eſſe, itemq́ue ad
veritatem inueniendam, & ad pœnam, in pract. de
teſt. p.5.nu.150.& ſequ.& in 3.p.no.26. Boſſ.de con
feſſ.nu.28. ſed fatuus eſſet Iudex, qui reum conuictũ
torqueret ad effectum, vt etiam fateretur delictum
cum tali proteſtatione. Addit. ad Magon. deciſ. Luc.
89. in fi.& Cępol.d.conſ.32.n.19. ſic loquuntur Grā
mat. deciſ.29.nu.1.& Boſſ.tit.de confeſſ.nu.29. Ber-
taz. conſ.266.nu.2. Sed forte Baiar.& Fab. non in to
tum ruminarunt, quantum poſſit & valeat hæc pro-
teſtatio citra præiudicium conuicti, ſicuti videtur, ꝙ
non fecerint differentiam inter confiteri, & torque-
ri. Nam ſi ſtatutum non extat(quod requirit reum
conuictum etiam confiteri debere, vt locus ſit pœnæ
ordinariæ, vt paulò ſuperius dixi, vel vt pęna augea-
tur, vel ad alium finem, nempe vt appellari non poſ-
ſit, tunc Iudex non debet reum conuictum torquere
cum dicta proteſtatione, ad effectum, vt etiam confi-
teatur, circumſcripto ſtatuto: At ſi ſtatutum extat,
tunc Iudex ſapiens practicus, & expers interrogabit
reum cum dicta proteſtatione, & ſi neget, torqueri
faciet repetita proteſtatione, ſine qua, ſi reus in tor-
tura negatiuam ſuſtineret, vtique purgata dicerentur
indicia illa, per quæ conuictus iam eſſet, vt alias ad-
uerti, Cattar. de exec. ſen. cap. banniti, c.1.n.77. cum
ſeq. Rurſus ſi ſtatutum non extat, nihilominus reus
debet interrogari cum tali proteſtatione, ſed non tor
queri, quod Cæpolla d.conſ.32.nu.19. non negat; at-
que ſi abſque tali proteſtatione conuictus interroga-
retur & negaret, eſſet ac ſi non fuiſſet conuictus, per
ea quę dicam p.5. ſub nu.108. vbi negans probationē
claram reddit dubiam: & ſi reus conuinctus non in-
terrogaretur, vt fateretur delictum, ſequeretur abſur-
dum. Nam nomen rei inter reos receptum non eſſet,
quod fieri debere, per l. is qui reus, ff. de pub. iudic. di-
xi in pract. de teſt. p.5.num.203.204.& ſeq. Nam pro
conteſtatione litis habetur in criminalibus reſpon-
ſio rei, ſiue affirmatiua, ſiue negatiua, quamuis ſo-
lemnitas conteſtationis litis in criminalibus, ſub-
lata eſſe dicatur, vt ibi, & non poſſet reus dici legiti-
mè conuictus, niſi confrontatione facta cum teſtib.
vt dixi in d. pract. de teſt. p.5.nu.209. At peius faciunt
illa latrunculatores, qui non ſolum nolunt interroga
re reum de delicto conuicto, ſed etiam negant illi co
piam dare illius criminis, & indiciorum, de quib. di
citur conuictus: & malum malo addendo, non dant
defenſiones, contra præcepta diuina, & humana, vt
mihi relatum eſt. Paria enim ſunt defenſiones non
dari, vel cum difficultate dari. Blanc. pract. ver. datis
defenſionibus, nu.95.96.& ſeq. Florentiæ ſolet tantū
dari copia querelę, & inquiſitionis. non autem dicto
rum teſtium ad offenſam, niſi factis defenſionibus,
quod non laudo nec vitupero. vi. inf. num.109.& in
prac. de teſt. in 5. par. ſub nu.112. Nam vt dixi p.1.n.
201.& 202. etiam Diabolo darentur defenſiones, ſi
fuiſſet capax, ſed non poteſt eſſe, & ſi captis in fran-
granti crimine defenſiones ſunt dandæ, vt ibi dixi,
quanto magis ſi per teſtes rei ſint conuicti. Quinimò
& examinari, & copiam indiciorum, & defenſiones
dari, & carceres arctè dilatari, vt liberè defendi poſ-
ſint, vbi de crimine læſæ Maieſtatis, vel hæreſis non
ageretur, aut de ratione ſtatus Principis, faciunt quæ
dixi in pract. de teſt. p.5.nu.211.& 212.& ibi in 3. p.
nu.252. Alioquin quomodo iuſtitia ęqua lance libra
bitur, iux. c. iudicantem, 30.q.5.c. cū æterni, de re iud.
Summum enim ius ſumma crux, & rigor differt ab
æquitate, & humanitate, ac à crudelitate: atque ſi in
formando proceſſum offenſiuum permittitur ex gra
ui cauſa rigor maximus, cur in proceſſu defenſiuo nõ
permittatur æqualitas in iudicijs ſeruetur?

26 Modo ſi reus eſſet legitimè conuictus, ſed pro con
demnando eum in pœnam ordinariam delicti opus
eſſet confeſſione, vt ſupra tetigi ſecundum Gram-
mat.d.vot.15.nu.14. tunc debet torqueri, uſque ad tri
nam uicem(interpellatis uicibus) hoc iure ordinario
ſed attenta qualitate delicti, & delinquentis, & autho
ritate Brachij Regij, præcedentibus aliquibus indi-
cijs, infamia delinquentis, &c. poterit etiam torqueri
uſque ad quartam uicem, & tandem poſſunt adijci
pondera pedibus, & mutari genus tormentorum,
nec ſeruabitur in hoc regula, quam ponit Clar. in §:
fi. quęſt.64. uerſ. debet, cit. prin. col.2. uer.& in hoc, in
fi. quia ſat erit quod Iudex noſter non excedat nimis
modum, nec tempus ordinario iure conſuetum, ni-
ſi puta in practica, ſi iuxta qualitatem indiciorum,
tortura eſſet inferenda uia ordinaria, primo gra-
du, Iudex huius liberi, & abſoluti arbitrij in delictis
atrocibus, & perſonis minimè probis poterit(ſi ipſi
opportunum videbitur) adhibere torturam in ſecun-
do gradu, & ſi tortura per viam ordinariā eſſet in ſe-
cundo gradu inferenda, etiam vſque ad tertium gra-
dum Iudex noſter deuenire poterit hac extraordina-
ria facultate; temperando tam latum arbitrium, & il-
lud regulando ſecundū ea quæ in prima parte dixi,
nu.20.21.22.23.24. & ſeq. & ſi propter hoc Brachiū
Regiū ordo non ſeruatur, recediturq́; à regulis iuris
communis ciuilis, hoc eſt ſignū Iudicis ſupremæ au-
27 thoritatis, † quia hæc poteſtas recedendi à regulis
iuris

ſtatis communis ſolum conuenit Iudicibus ſupremæ
authoritatis, & non alijs, qui tenentur ſeruare ſtatu-
ta, quæ iurauerunt, Bald. in auth. hodie, C. de iudic.
& in auth. ſed nouo iure, col. 2. C. de ſer. fug. quod di
ctum ſequitur Iaſ. in in §. ex maleficijs, num. 14. Inſt.
de act. Hipp. de Mar. pract. §. diligenter, nu. 176. quos
in hoc propoſito adducit Decia. de delict. tit. de ma-
28 ior. Magiſtratibus, cap 45. tom. 1. lib. 4. † qua facul-
tate ſtante, Iudex noſter non ex abrupto, ſed cum gra
no ſalis ad torturam deuenire debet, & ſi opus erit,
terminos ordinarios tranſibit, non in totum, ſed ali-
quid plus vltra, iuxta illud commune Prouerb. quod
etiam habet Terentius in Andria; ne quid nimis:
quia omne nimium vitioſum eſt, gloſ. in auth. vt de-
term. ſit num. cir. princ. col. 1. regulando ſe cum bona
29 conſcientia † vti domina & duce omnium rerũ be
nè geſtarum, mala autem eſt ſcala æterni ſupplicij,
cum æterni, de ſent. & de re iud. in 6. † vbi reus ſuffi
cienter tortus videbitur Iudici noſtro (à cuius arbi-
trio hoc iudicium pendet, l. 1. Men. de arb. ca. 273. n.
3. Marſ. in l. quæſtionis modum, nu. 57. de quæſtio.)
tunc ſi tortus perſiſtit in negatiua, non effugiet pœnã,
quæ datur à iure communi, vel ſtatutario illi, qui tan
tum conuictus eſt & non confeſſus, ſtãte ſupradicta
proteſtatione, videlicet citra præiudicium conuicti:
Secus quando non eſſet conuictus legitimè, nam
non poſſet condemnari ad torturam ob eius negati-
uam, ſed abſoluendus eſſet, non definitiuè, ſed rebus
ſtantibus, vt inquit Clar. q. 57. verſ. ſed hic, & qu. 62.
ver. forma. & proteſtatio eſſet nulla, Rimin. iun. cõſ.
705. nu. 25. cum ſeq. vol. 6. quamuis Baiat. ad Clar. q.
64. dicit, quod talis proteſtatio omiſſa non debet im-
pedire, quin reus legitimè confeſſus non poſſit con-
demnari in pœnam pecuniariam, non obſtante per-
ſiſtentia in negatiua, & allegat plures num. 24. & 25.
30 † Verùm Iudex habens liberum, & abſolutum ar-
bitrium, tam in condemnando, quam in proceden-
do poteſt condemnare reum non ... aliqua pœ
na arbitraria, etiam ... non fuiſſet legitimè, ſ... u... l...
denter conuictus, iuxta qualitate ... & ... -
quentis. Menoch. de arb. quæſtio. 9. nu... Gar... de
quæſt. & tor. quæſt. 3. col. 2. num. 42. quo... v... r...
quando eſſet plus quam ſemplenè probatum ... lis
probatio eſſet ve... m... is, Gramm. d. vot. 15. ſub nu.
31 14. † vbi docet quando dicitur eſſe probatum pluſ-
quam ſemiplenè, pulchrè Gom. reſ. de delict. c. 13. nu.
28. de hac latius dicam ſub nu. 269.

Sed Iudex ordinarius carens hoc libero, & abſolu
to arbitrio non poteſt talia facere, noſter autem Iu-
dex, vel cauſam via torturæ terminabit, vel ſine tor-
tura, mediante aliqua condemnatione arbitraria, vt
factum fuit Mantuæ contra quendam nobilem: vel
poteſt iſtum reum diu detinere in carceribus, donec
videatur purgaſſe peccata, l. qui diutino, ff. de pœn.
quod quidem remedium tutius erit, licet ille nobilis
malo facto ſuo eo vti noluerit, ſed magis inſtiterit ad
expeditionem per ſententiam deueniri, (quamuis ip
32 ſe ſe ſcire aſſerebat fore condemnandum) & † Iudex
liberum arbitrium habens, eligens illam viam iu-
ſtam, quæ in eius conſcientia tutior & aptior vide-
bitur, erit omninò excuſatus, vt infra dicam nu. 48.
& 283. & intellige dummodo probatio tendat circa
negotium principale, non autem circa circumſtan-
tias leues.

At ſi reus eſſet vir valdè facinoroſus, tunc ſub
quouis prætextu non eſſet relaxandus eſſet, Alex.
33 conſ. 65. habita ſuper nu. 10. vol. 1. † Nam contra hu-
iuſmodi ſceleratos ſeueritas habetur pro manſuetu-
dine, et ſummus rigor pro magna æquitate, Boniſ. Vi
tal. de Mantua tract. de malef. in proœm. nu. 16. cum
ſeq. qui tanquam vicinus Pado facinora horũ ſatiuel-
lorum audire, & ſcire facillimè potuit. Io. de Mont.

Ferrat. ante repet. l. ſi quis pro emptore, ff. de vſucap.
vbi ait ſummam pietatem eſſe in delinquentes ſæui-
re, facit Clar. d. q. 64. ver. ſed pone, qui ſi eſſet viuus,
miraretur valde, quòd hodie hæc peſtis ingreſſa ſit
etiam ad ipſa mœnia vrbium Mediolani, & Papiæ &
34 & Farinac. de delict. & pœn. q. 17. nu. 3. tractat, † an
delicta ſint cum miſericordia, vel ſeueritate punien-
da. Verum vt dixi aduertendum eſt ne quid nimis
fiat, nam ſcriptum eſt: Illi robuſti dicuntur, qui cum
de ſua iuſtitia præſumunt, miſericordiam peccanti-
bus non impendere putant, vnde à Domino percuſſi in-
tereunt, quia iudicium ſine miſericordia erit illis,
qui nolunt facere miſericordiam delinquentibus,
Iac. 2. quibus per Salomonem dicitur, Eccleſ. 7. No-
li eſſe nimis iuſtus, quia eſt iuſtus, qui in ſua iuſtitia
perit, c. plerumque, §. de his etiam, 2. q. 7. Grammat.
conſ. 45. in fin. & hæc procedunt, vbi æquitas ſuadet,
ſecus vbi rigor, vt in nu. 100.

35 † Sed ille profectò qui eſt conſuetudinarius delin-
quens, magnũ habet contra ſe indiciũ, quia conſue-
tudo delinquẽdi probata eſt tanquam betonica, quæ
fortificat extera indicia debiliora, & ſanat imperfe-
cta, videlicet vt iuſtitia armata contra ſæuum delin
quentem viriliter procedat, vt inquit Blanc. de Iu-
dic. nu. 246. & Put. de ſyndic. in ver. tortura, 11. c. 1.
nu. 2. in magnis ſceleribus tormenta adhibenda eſſe
non extenſis ... eo, non ſcindentibus vnguibus,
non vrentibus flammis, ſeu verberibus, & dolori
credi non oportet, non oleo nec vnguento, ſed igne
& ferro medici vtuntur in cancrenis.

36 † Sed antequam materiam conuicti egrediar, po-
ne quòd ſint multi teſtes, ... veritatem delicti
præ... & torque... ſunt, ... ea, quæ
dixi in pract. de ... 4. p. nu. 166. & in 5. p. ... 140 &
156. cum plur. ... tamẽ non ſunt torquendi omnes
teſtes, ſi ita videbitur iudici noſtro, ſed duo, aut tres
ſufficientes ad conuincendum, ... binerus, ff. de
37 teſt. † ... ſicut multitudo teſtium eſt refrenanda; vt
in d. ... de teſt. par. 2 nu. 145. ita etiam teſtium tor
tura, Bald. in l. data oper. & ibi Salyc. C. qui accuſ.
non poſſ. & ſæpè de facto plures quæſtionem habui
de quibuſdam teſtibus, qui magis coactè, quam ſpon
tè veritatem ... voluerunt, vt poſtea apud inte-
reſſatos cum ... ſiue ob parentelam, ſiue propter
amicitiam excuſare ſe poſſent, ſi contra reum inui-
ti depoſuerint, ... nec laudo, nec vitupero.

38 † Altera ſequitur proteſtatio facienda à Iudice,
antequam reus conuictus, ... minus legitimè ſit cõ
uictus, & confeſſus torqueatur ſuper alijs delictis, &
complicibus ſocijs criminis, auxiliatoribus, manda-
toribus, aut quouis modo in delicto intereſſatis, &
debet proteſtari citra præiudicium confeſſi, & cõui-
cti criminis, & non aliter, nec alio modo, Clar. q. 21.
ver. dic ... ſocij, & q. 64. ver. veritas, Farinac. de indic.
& tor. q. 43. Cepol. conſ. crim. 32. Grãmat. deciſ. 96. et
vnt. 1. Foller. ver. rei indutum, nu. 3. Boer. deciſ. 163. n.
13. Decia. conſ. 93. nu. 74. vol. 2. Bertazol. cõſ. 333. n. 6.
vide et Nauarri manual. cõfeſſ. nt. 18. n. 59. vbi opti-
mè loquitur, quomodo in hoc caſu cautè procedẽdũ
ſit, & debet interrogari in genere, vt veritatẽ dicat,
an alia delicta fecerit, vt docet Iuriſconſul. in l. 1. §.
qui quæſtionem habiturus, ff. de quæſtio. ſi tamen ali
qua præcedant indicia, & qui fuerunt alij complices
delicti confeſſati in caſibus, in quibus interrogari de
ſocijs eſt permiſſum; ſed ſi contra ſocios ſint aliqua
indicia in ſpecie de delicto, de quo principaliter quæ
ritur, vel de alijs delictis, quamuis ſint indicia
39 leuia, † nihilominus iſte confeſſus poterit etiam
interrogari in ſpecie ſuper illa perſona, vel deli-
cto expreſſè, & particulariter, quia hæc non po-
teſt vocari ſuggeſtio, vt tenet Carer. in l. obſeruare,
num. 198. in ſua pract. crim. de modo interrog. reos,

I 2 Boſſ.

Boſſ.tit.de indic. & conſid. ante tor. nume.136.137.
138.cum alijs plur.ſeq.& eſt mera veritas, Salyc.l.ſi.
quæſt.2.C.de accuſat.
40 † Sed in practica aduertendum eſt ad id, quod ſu-
pra dixi circa modum interrogandi confeſſum, aut
conuictum, ne iſte confeſſus, aut conuictus interro-
getur, an tale delictum per eum confeſſum commi-
ſerit, quoniam eſſet deſtruere confeſſionem, & fiſci
intentionem, quia, quod certum eſt, non debet in du
bium reuocari, l.continuus, de verb.oblig. & in con-
feſſo ceſſat omnis quæſtio, l.proinde, ad leg. Aquil.&
illud vere apparere dicitur quod per confeſſionē con
ſtat, Innoc.in c.cum contingat, ver.indigeat, de offic.
deleg.& illud pro certo habetur ſciri, quod per con-
feſſionem ſcitur, glo.1.iuncto tex.in c.ſi ſacerdos, de
off.ord.multa in propoſ.congerit Brun.a Sol.d.q.51.
nu.10.& ſeq. Spec.in tit.de teſt. §.iam de interroga-
torijs per tot.nonnulla dixi in pract.de teſt.in ver.tor
tura::interrogatoria:repetino,& in ver.ratificatio. Si
igitur reus iam conuictus, & confeſſus, ita imprudẽ
ter interrogatus negaret, tunc proteſtatio ſeruiret de-
uento quoad confeſſionem, & [illegible] pus eſſet tortu
ra, pro ſananda infirmitate confeſſionis ſectita ob
41 imperitiam Iudicis malè interrogantis, † quem fa-
tuum appellat Clar.d.q.64.ver.verit[illegible] fa[illegible]ta te-
neri, l.patre furioſo, ff.de ijs, qui ſunt [illegible] alie.iur.
& ſi vſque ad trinam vicem interrogatus in tortura,
perſiſtit in negatiua, tunc non poterit puniri [illegible] pœ-
na conuicti ordinaria, vt in præcedenti caſu dictum
eſt, quoniam ob imprudentis interrogatorium confeſ
ſio exinanita fuit, Cæ[illegible]l.conſil.crim.n.32.& Bertazo.
conſil.27.[illegible] 3.nu.6. At ſi n[illegible] fuiſ-
ſet legitime conuictus, & [illegible]ſſionem reuocaret in
tortura, & in negatiua perſiſteret, non obſtante [illegible]
proteſtatione, non poſſet condemnari in pœnam de
conuicto, ſed dicerentur purgata indicia, & probα-
tiones, non ſolum contra ſe, ſed etiam contra alios, &
magnoperè Fiſcus conqueri poſſet de iudice, [illegible]
tam ſuam intentionem ob imperita interrogatoria
deſtruxit, & ita eſt intelligendus Clar.in d.q.64. verſ
veritas, vbi dicit, quod tortus eſſet extraordinariè cō-
demnandus, & hoc verū, ſi pluſquam ſemiplenè [illegible]
42 uictus eſſet, vt ſup.nu.31. [illegible] Cæt[illegible] ſi reus non erit
interrogatus quoad ſe, ſed quoad [illegible]s, nec per impru
dens interrogatorium, conuictio, & confeſſio in du-
bium reuocatæ non erunt, tunc etiam quod in tortu
ra negaret propriam confeſſionem, talis negatio nō
admitteretur; ſed condemnari [illegible] virtute præce-
dentis proteſtationis in pœnam [illegible]inariam conui-
cti, & cōfeſſi criminis, vt in d.ver.[illegible]s, & per DD.
ſupra allegat.niſi eſſet probata innocentia; nam non
obſtante quod eſſet verè confeſſus, non poſſet puni-
ri, l.idem Neratius, ad fin.ad l. Aqu. Brun.à Sol. d.q.
51.nu.123.Bal.in l.vnica, C.de confeſſ.
43 † Tertia ſpecies proteſtationis eſt, quādo reus iam
cōdemnatus & bannitus admittitur ad nouas defen-
ſiones, de qua re ſcribit Boſſ.co.tit.de liter.admitt.ad
no.defenſio.Clar.§.fin.q.64.verſ.[illegible] nunquid. Nam
fit proteſtatio citra præiudicium banni, & rei iudica-
tæ. Idem quando bannitus eſt captus, & fit recogni-
tio identitatis perſonæ bannitæ, interrogando ban-
nitum captum, quo nomine, cognomine, & patria
ſit, ad effectum, vt conſtare poſſit illum met eſſe ban-
nitum; Clar.q.96.ver.ſed quæro. Cartar.tract.de exe-
cut.ſent.capt.bannit.cap.1.& 2.Farinac.q.11. Baiar.
ad Clar.d.qu.54. quo caſu dato aliquo breui termino
ad faciendum ſuas defenſiones non contra delictum
aut bannum, ſed aduerſus recognitionem antedictā,
poſtea exequenda eſt ſententia, Boſſ.tit.de lit. Princ.
admitt.ad nou.defenſio.col.pen.& fin.& Clar.q.96.
ver. quæro nunquid, & Cartar.de execut.ſent.capi.
44 bannit.cap.1.nu.271. † quod verum eſt, quando ex
indicijs legitimis conuictus fuit condemnatus, &
condemnatio tranſiuit in rem iudicatam, ſecus ſi ex
ſola contumacia haberetur pro conuicto, & confeſ-
ſo, iuxta diſpoſitionem ſtatutorum; nam hoc in caſu
eſſet omnino audiendus aduerſus ſententiam ſecun-
dum Alber.& alios quos adducit Clar.d.qu.96. ver.
quæro nunquid, & ibi Baiard. optimè Marſ.in §.op-
portunè, nu.8.& 9.per Bar.in conſi.incip. à domino
Cyno. Fit ergo proteſtatio citra præiudicium condē-
nationis, aut bāni, antequam interrogetur, deinde ſu
per alijs delictis & complicibus tantum, non autem
quoad ſe, ne ſequātur inconuenientia excitata ſupra
in alijs duobus caſibus conuicti, & confeſſi, Cartar.
d.tract.de execut.ſent.capt.bannit.ca.1.num.455.&
45 456. † Et quia Fiſcus habet ſuam intentionem fun-
datam in ſtatuto de contumace, vel in ſententia, aut
in banno, Boſſ.d.tit.de lit.admitt.ad nou.defenſ.
col.pen. ſi ad nouas defenſiones admittitur, ſolū co-
pia condemnationis datur, & banni, ſuper quibus
bānitus ſolet formare capitula, & teſtes examinari fa
cere ad probandam ſuam innocentiam, Iaſ. in l.in-
ter ſtipulantem, §.[illegible]it.ff.de verb.obl. & Cart.alios
allegantem, d.c.1.nu.272.cum plu.ſeq.& ſi funditus
non euacuauerit indicia contra ſe exiſtentia poterit
torqueri, iuxta qualitatem indiciorū, ac multo plus
attenta atrocitate delicti, & mala qualitate perſonæ
virtute Brachij Regij & nō aliter, & ſi Iudex noſter
ſciret in conſcientia eum deliquiſſe, non poſſet eum
condemnare quando in tortura negatiuam ſuſtinue
rit, ꝓpter ipſas literas, quibus admiſſus fuit per Prin
cipem ad nouas defenſiones, ſic intelligendus Cart.
d.c.1.nu.457. Ex hoc manibus palpatur, quam bona
46 † & quam vtilis ſit practica, qua Principes vtuntur,
non admittentes bannitos ad nouas defenſiones, ni-
ſi [illegible] ſtatu cauſæ, vt dicit Boſſ.d.tit.quod ſe-
[illegible] quando bannitus captus eſſet intra decem
dies poſt [illegible] ſententiam condemnatoriam; quia
Iudex [illegible] poſſet ei concedere nouas defenſio-
nes [illegible] & iſto in caſu ſi Iudex
[illegible] c, non obſtante quod in tortura
ſ[illegible] tiuam, poſſet eum condemnare pœ-
na aliqua extraordinaria uirtute dictæ proteſtationis
47 & liberi arbitrij. † quia multum differt, an bannitus
ſit admiſſus ad nouas defenſiones [illegible] Iudice, vel ex re-
ſcripto Principis, Boſſ.in [illegible] eis, & in tit. ſi
aduerſ.rem iudic.reſtit.poſtulet, & in tit.de ſupplic.
aduerſ. rem iud. quibus in locis hanc Theoricam &
practicam inuenies: & an Iudex noſter poſſit admit
tere reos ad nouas defenſiones poſt decem dies latæ
ſententiæ, dicam in ſeq.parte.
Et quia dixi, quod fiſcus habet intentionem
fundatam in ſententia. Amplia etiam procedere
in ſententia Arbitri, qui declarauit ſtandum eſſe
ſententiæ ſuæ ſub pœna centum fiſco applicando-
rum, per l.prima, ff.de iure fiſci, quamuis priuatus
non poſſit acquirere priuato, cuius non intereſt, §.
alteri, Inſtitut.de inut.ſtipula. l.ſtipulatio iſta,
§.alteri, ff.de verborum obligatio. Anchara.in puncto,
in conſilio primo, ſatis notn.& uulgato.& Boer.
Deciſio.284.in fin. diſtinguendo ait, quod ſi pœna
ſtipuletur à perſona publica authoritatem habenti
acquiritur fiſco abſenti. quia ſemper intereſt, ut fi-
ſcus ſit Diues, & quod ſit ſemper ſoluendo, not. in
l.prima, C.de iudic. Sic apud Cab ll Milleloquio.
888.par.ſecunda, & ita hodie ſeruatur, ut Afflict.De-
ciſio.135.num.6. Hinc dicitur, quod pœna conuen-
tionalis in fiſcum tranſit quando (ſcilicet) Notarius
ſtipulatur fiſco abſenti, multo magis ſi præſenti. facit
Bero.conſ.197.n.16.& conſ.209.no 3.Add.ad Clar.
q.80.nu.8. Sed aduerte, quod ſi duo promiſerunt ſub
certa pecuniarum ſumma de ſeſe nō offendendo, uel
de pace, aut tregua non rumpenda, & illam pœnam
conuentio-

conuentionalem applicandam eſſe fiſco ſtipulati ſint, quod ſi vnus ex ijs alium percuſſit, aut vulnerauit, & Iudex criminalis condemnauit tantum in pœnam ſtatuti pro percuſſione, aut vulnere. fiſcus reclamando, & executionem pœnæ conuentionalis petendo, nequaquam obtinere poteſt, per l. terminato, C. de fruct. & lit. expenſ. & quia in pœnalibus fiſcus non reſtituitur, vt dicam in quarta parte, ſub numero 302. & lata ſententia, & ſemel punitus amplius puniri non debet, per ea, quæ dicam ſub numero 273. cum ſequen. ea. quarta parte, facere mihi videtur text. in l. ſancimus, C. de vſur. rei ind. & Bertazol. conſil. crimin. 242. numero 12. & ſi locum haberet reſtitutio Aduerſus rem iudicatam, iuxta terminos. Boſſ. eodem titulo, numero ſeptimo, & octauo, tamen non poteſt exequi pœna ſub prætextu, quod Acta facta in vno Iudicio inter eaſdem perſonas fidem faciunt in alio, iuxta l. 15. apud quem, C. de appellatio. dixi in pract. de teſt. p. 3. num. 274. & ſequen. & per Viui. Deciſio. 313. in ſecunda parte, tamen faciunt fidem, non ad condemnandum, multo minus ad exequendum, ſed dumtaxat ad inſtruendum iudicem, vt procedere valeat, l. magiſtratibus, vbi Bald. in fin. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Immo nec confeſſio in vno iudicio operaretur executionem in alio. Afflict. ſuper conſtitut. in ver. damna clandeſtina, not. 9. verſ. Quarto quæro. Grammat. conſil. 42. cir. princ. Farinac. de delic. tit. de inquiſit. quæſtio. 7. nume. 43. De hac re latiſſime Maſcard. de probatio. concluſio. 33. & 34.

Equidem ridiculoſum eſſet antè cauſæ cognitionem, & ante declaratoriam, executionem fieri contra regul. quod ab executione iudicium non ſit inchoandum, l. 1. C. de execut. rei iud. Aſin. tractat. de execut. §. 2. cap. 4. numer. 5. & ſtare poteſt quod quis percuſſerit, aut vulnerauerit, ſed quod non contrauenerit pœnę conuentionali. vt quia ex noua cauſa, vel caſu, aut aliter, per ea quæ dixi ſupra in 2. par. numero 259. & ſequen. & alibi. & oportet probare, quod doloſe deliquerit, vt ait Bertazol. conſil. crimin. 422. numero ſexto, facit Boſſ. de accuſat. numero 34. Clar. quæſtio. 51. ver. ſcias etiam. In pœnalibus ſtricte eundum eſt, & nō ſacco parato. hinc etiam dicitur, quod pœnarum pœnę non debentur. Barto. in l. 1. C. de fiſc. vſur. lib. 10. Nec vſurarum vſuræ. Dec. in cap. venerabiles, extra de except. Nec interreſſe de interreſſe. Peregr. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 7. num. 30. 31. & 32. & in materia pœnæ conuentionalis vi. Bertazo. qui quam plura conſil. crim. fecit vo. 2. & Menoch. de arb. caſu 360. vbi nedum in ſtipulationibus prætorijs, vel iudicialibus, vt præſupponit D. Farinac. de car. & carcerat. 9. quæſtio. 30. numero 77. ſed etiam ſuper mere conuentionalibus contractus Iudicem habere arbitrium ait, facit gloſ. & Barto. in l. 2. nu. 14. ff. ſi quis iuſd. non obtemp. pulcre Cachera. deciſin. 70. nu. 13. quod in iudice noſtro verum eſt ob amplam libert arbitrij poteſtatem. Et quælibet pœna, ſiue à lege, ſiue ab homine non exceſſiua, ſiue arbitraria licite exigitur in foro poli, Caball. milleloq. 874. p. 2.

49 † Antequam vlterius progrediar circa modum practicandi torturam, volo ſuper nonnullis te bonum Iudicem aduertere, quod adeo potens eſt vis, & authoritas Brachij Regij, & huius lati, liberi, & abſolutı arbitrij Iudicis noſtri, ſecundum ea quæ diffuſe in 1. par. dicta ſunt, vt pluſquam neceſſarium ſit omnino, vt Iudex noſter ſit in conſcientia ſua bene qualificatus, nam comite conſcientia à iure informata, vt in 1. p. nu. 28. magis viriliter ac cautius aget, vt experientia ducuit, & facit Gand. de quæſt. & tortur. q. 1. nu. 41. quia Dominus Deus intellectum bonum ſubminiſtrabit Iudicibus, & alijs timentibus eum; & ex ore infantium, & lactentium via aperietur taliter, quod ad veritatem delictorum, & delinquētium facillimè perducetur: vt legitur in lib. flos Sanctorū, de illo Sancto inique, & doloſè accuſato ab vna peruerſa muliere, quæ exiſtimabat ſe famæ veræ ſanctitatis eius poſſe detrahere, aſſerens ſe ab eo grauidam ſuſcepiſſe puerum lactantem, & infans puta vnius menſis interrogatus ab iſto verè ſancto loquēdo miraculosè, reſpondit non eſſe verum, & ſic ab ore infantis, & lactantis cum veritate laus profecta fuit; iſte Sanctus fuit Sanctus Brixius Archiepiſcopus Turonenſis; de quo Greg. Turonenſ. memoriam facit.

49 † Bona itaque conſcientia teſtibus gaudet, quamuis teſtibus vti haud deſiderat, vt inquit Angel. Politia. in ſuis Epiſtolis ad Triſtanum Caluum, lib. 4. in fin. Epiſt. & in Adagio dicitur, conſcientia mille teſtes, tam quoad cognoſcendum ſeipſum, iuxta illud, noſce teipſum, & Cicero 1. Tuſculan. præceptum Apollinis monet, vt ſe quiſque noſcat; quam etiā quo-
50 ad aliorum actiones. † Sed conſcientia debet eſſe cōmunis, & Chriſtiana, & à iure informata, & ſufficientibus indicijs inſtructa, alioqui erit erronea, vt inquit Bruno. à Sol. in d. eius, q. 51. nu. 132. & in tantum bona conſcientia operaretur, vt in caſu dubio Iudex ſequens eam opinionem, quam in ſua conſciētia à iure informata, & bene inſtructa credit eſſe veram, excuſetur apud Deum, & homines, etiamſi poſtea contrarium declaretur per ſuum Superiorem, c. fi. de conſt. c. 1. de poſtul. pulchrè Dec. conſ. 175. viſo themate, nu. 6. Soc. conſi. 150. & Grat. conſ. 101. ver. tertio ſi in dubijs, par. 2. & de vi clauſulæ ſecundum conſcientiam tuam, & qualiter Iudex noſter poſſit ſecundum conſcientiam iudicare, late dixi in 1. par. nu. 127. & alibi per diſcurſum.

51 † Nunc de gradibus torturæ dicendum eſt, de quibus Clar. d. q. 64. verſ. nūc de gradibus torturæ, & primus gradus eſt terrere, quod verificatur in comminatione torturæ; ſecundo, quando reus ducitur ſub eculeo; tertius, quando ibidem ligatur; quartus, quando eleuatur à terra; quintus, quando ſemel concutitur; ſexto, quando bis deijcitur, ſiue quaſſatur; ſeptimus, cum iterum deorſum emittitur. & de hoc etiam dixi in pract. de teſt. in 4. par. num. 155. cum plur. ſeq. & Paul. Ghirl. tract. de quæſt. & tor. ait primum gradum incipi à terrore, ligatura, & funi applicatione; ſecundum, ib eleuatione à terra, quando modico tēpore manet in aere ſuſpenſus: tertium gradum eſſe, quando reus ſtat ſic ſuſpenſus per ſpacium vnius, aut duorum miſerere, (quod ipſe appellare ſoleo ſtare in tortura per aliquod notabile ſpacium): quartum eſſe, poſtquam reus manſit ſuſpenſus ſpacio dimidiæ, vel vnius horæ, & dantur ictus funis, hoc eſt, reus deijcitur. Sed reuera ſemper placuere mihi illi tres gradus, quos ſeruare Senatum excell. Mediol. Clar. adducit in d. q. 64. ver. nunc de gradibus, in fin. & in practica, torquere, ideſt, eleuare reum in tortura, bene torquere, ideſt, per ſpacium notabile vnius horæ, acriter torquere, ideſt, deijcere ſemel, bis, vel ter; & alios magnos practicos ita ſeruare vidi plures.

52 † Pręterea, ab initio tortura moderatè eſt adhibenda, l. de minore, §. tormenta, ff. de quæſt. quod male obſeruare vidi à quodam delegato, qui ſtatim tanquam canis rabidus irruit in reum maximis cruciatibus, tormentis & malè digeſtis interrogatorijs, & ni monitus fuiſſet, forte reus in prima tortura obijſſet, (quamuis de hac munitione, ac de alijs bonis operibus monitor lapidatus extiterit, & odio habitus gratis) ſed profecto qui ita indiſcrete ſe gerunt, fortè pro conſequendo ſalario debito ob torturam, iniquè agunt, nequaquam memores, ca. cum æterni, de ſent. & de re iud. lib. 6. ſed laus in fine canitur & certe hoc iniquo & præcipiti modo non ſequitur finis eruendæ veritatis; ſed in torquendo expedit ire pedetētim,

pede plumbeo,& cautè procedere, vt faciunt latrun-
53 culatores practici,& aſtuti,arg.l.1.de legat 2. †conſiderantes qualitatem delicti, indiciorum, & perſonæ, cuius fortitudinis, ætatis, & valetudinis ſit ille qui torquendus eſt, an veritas aliter haberi poſſit, quàm per torturam,an ſit ſolitus delinquere,& iuxta qualitatem plagarum collyrium adhibere ſic, vt reũ innocentem à ſupplicio indemnem conſeruet,vt inquit Ang.de Maleſ.in verb.quod fama publica, nu. 103.& ibi Aug.alioquin reus diceretur nimis grauatus, & iniuſtè oppreſſus (cùm ſit debilis) ſi fortiori-
54 bus tormentis cruciaretur, † quia tortura debet dari ad menſuram, reſpectu delicti,temporis,& perſonæ, & ſecundum ſubiectam materiam, & non ex abrupto,quoniam tortura reſpectu vnius poſſet grauis dici, quæ reſpectu alterius diceretur lenis, & ideò (licet tortura ſit arbitraria) hoc arbitrium debet cum diſtinctione regulari, Farinac. de indic. & tor. q. 38.
55 num. 33. & 82. vbi tradit † quæ dicatur tortura plena, & quæ moderata Iudicis arbitrio, vt dixi nu. 29. Put. in verb.tortus, c.1. nu.18. idem pulchrè in c.7. num.14.in verb.tortura 1. cap.5. nu.7. vbi quædam in actu practico oſtendit, & omninò videndus in verb.tortura 11.cap.1. num.2.& 3.cum ſeq.
56 † Tormentorum autem plura ſunt genera,quibus rei torqueri ſolent ſecundum caſus contingentiam, de quibus per Marſ.criminaliſtarum aurigam,in repet.l.1.ff.de quæſtio. Brun.de indic.& tor 2.par.q.2. nu. 6. qui nonnullas tormentorum ſpecies adducit, quæ apud Iudices Dei timoratos non ſeruantur, Foller.in eius pract.in verb. rei indurati torqueantur, & Menoc.de arb.q.39. per tot. latè Farinac.de indic.& tor.à nu.60.vſque ad nu.72. trad. Put. in verb.tortura, 1.c.6. Sed licet multa ſint genera tormentorum,ta-
57 men †tortura funis eſt regina illorum,tanquam magis tuta, & ab omnibus frequentiori practica approbata. Sanè deiectio eſt valdè periculoſa,præcipuè in reis non robuſtis: ſecundo loco ponitur tormentum ignis applicito pedibus carbone accenſo, tabella intermedia,vt de modo practicandi ſtatim dicam; tertio eſt tormentum cabaletæ,quod alio nomine nuncupatur la ſueglia,alibi cipus,alibi capra; quarto tormentum taxillorum, ſtrictè colligatorum, inter vtriuſque manus nodos, vel inter pedum clauicam, aut iuncturam; quinto tormentum grilli, quod fit ex quibuſdam fuſis frequenter nodoſis,qui inter nodos digitorum ſtringuntur, ſexto,ſtanghetta,qua ſæpè in Regno vtuntur; ſeptimo,velum quod potatum inuoluitur, extremam partem præ manibus tenente executore,& viſcera commouetur,& ob tam acrem dolorem veritas eruitur, at quia periculoſum, ergo caue; octauo tormentum arundinis ſubtiliter in vnguibus immiſſæ; nono, pilorum extractio, à digitis pedum,aut manuum,quorum copiam homines hirſuti habent; decimo ferula, pueris, & valdè ſenibus, & nota hinc vnum quod dicit Luc.de Penna in l. cũ
58 ſuprà,num.1. & 2. C.de re mil. † quòd quando quis ferula,aut virgis fuſtigatur pro pœna, non pro habenda veritate,taliter verbera inferri debent,quod ex illis exeat ſanguis; ſed in hoc ſeruanda eſt conſuetudo; vndecimo, ſolet negari cibus, & potus per aliquot dies, Put. in d.ver.tortura, 1l 3. cap.4. num.10. & 11. maximè contra ſceleſtos,& admodum robuſtos in atrociſſimis delictis, vt per macerationem veritatem dicant, & magis tormenta timeant; duodecimus modus,quandoque reus exponitur aeri frigido,vt recenſet Gand.de quæſt.& tor. num.31. Ipſe verò qui vltra annos viginti continuè, & criminalia, & ciuilia ſimul officia geſſi, nunquam vſus ſum alio tormentorum genere, niſi funis, & ignis, taxillorum ſemel,& pluties ferula pueris,& ſenibus; & vt dixi funis tormentum eſt magis tutum,& magis approbatum, vt inquit Farinac. de indic. & tor.
59 q. 38. num. 62. † & ignis tormento latrunculatores vtuntur, quando torquendus eſt in genitalibus apertus, vel mancus, aut debilitatus in brachijs, quod fit accenſis carbonibus, reus ſedet humero parieti adiecto, & pedes nudos immittit in compedibus, ſed prius aqua calida, & ſapone fricatos, & lotos timore cuiuſdam vnctionis, quæ ignis dolorem non ſinit reum ſentire, & iuxta ignem,ac pedes ipſos in compedibus appoſitos, ponitur intermedia quædam tabella mobilis, quæ per miniſtrum toties eleuatur, quoties Iudex mandat,& pro qualibet eleuatione tabellæ intelligitur datus vnus ictus torturæ, quæ debet ſtare tantum temporis eleuata, vt ignis pedibus officio ſuo fungi poſſit, ſcilicet quantum reus in tortura funis ſuſpenſus ſtare deberet, cum ſubrogatio ignis ſapiat naturam funis,in cuius locum ignis ſub-
60 rogatus eſt, §.fuerat, Inſtit.de act. † & ideò horologium puluerinum,cum diſtinctionibus medij quarti, & quarti integri, tertij, & dimidij horæ, & horæ integræ,debet ſtare præ oculis Iudicis, vt penes acta, qualitas,ac quantitas torturæ conſtet, & quandoque in grauibus ſceleribus (quando adſunt indicia valdè vrgentia) ſolent faces accenſæ ſub pedibus in tortura ſuſpenſi adhiberi, vt infra dicam, ſed hircum viuum appendere pedibus torti, nunquam vidi, nec approbabo: ſicuti alia genera tormentorum diſplicent relata,quæ revera magis ſapiunt liuorem tyrannicum, quàm iuſtitiæ zelum, tamẽ euenire poſſet caſus tam atrox, vt procedendum eſſet contra homines tam ſceleſtos,& talibus vti tormentis valdè expediret.
61 † Quo verò ad ictus funis attinet, certè expertus ſum eſſe periculoſiſſimum, & parum deſeruire intentioni, & vidi conquaſſatos, ſemimortuos manere,& loquelam amittere, vnà cum ſenſu, & interrogati neſciunt quid dicant,tanquam venientes de alio mundo,& ne fortè fingerent,certior factus ſum, qua de re de eorũ dictis non eſſe curandum cenſui, l.hac conſultiſſima,§.cum humana fragilitas, C.qui teſtamen.fac.poſſ. ſed veritas abſque dubio haberi debet ſine aliquo ſcrupulo,à ſenſu ſano. At loco quaſſationum iuſſi reum multò magis in tortura ſuſpenſum permanere, & quandoque eam repeti, & benè auxilio Diuino,à quo cuncta bona procedunt, mihi euenit, quandoque reus ligatus, & deorſum proſtratus, ſic eleuatus fuit in tortura, ob cuius pondus faſſus eſt, dum eleuaretur,nam revera quaſſatio potiùs videtur inuenta ad pœnam luendam, quàm ad veritatem eruendam.
62. † Et quoniam in prima impreſſione tract. de teſt. in 2.2.par.numero 160.dixi, quòd teſtis, aut reus renuens reſpondere ad interrogata, vel minùs ſufficienter,poſſet torqueri, iux.pract.Clar.q.45. verſ.ſed pone,& per Bald. in l.accuſationum, verſ.ſuper hoc melius, C. qui accuſ. non poſſ. Farinac. de indic. & tortura,quæſt.37.num.117.& approbatur à Conſilio Neapol. vt refert Capici. deciſ.145. quam etiam ſeruare Senatum Mediol.teſtatur Clar.quæſt.45.ubi dicit, Senatum mandaſſe renuentem reſpõdere tribus ictibus eculei plecti debere, & fui in ſententia quòd etiam vltra tertiam uicem poſſet torqueri, dicendo, Amice tibi gratulor, eò quòd cum reſpondere nolueris ſublimis in aera ſurſum, ſub plantis immane chaos ſubſidere terram uidiſti tam ſæpè tuis; at cum poſtea melius uiderim Foller. in ſua pract. crim. in uerſ.& ſi comparent,in 2.par.nu.3.& in 5.par. nu.4. & alios, quos Farinacius allegat in ſuo tract.tit.de indic.& tor.à num.176.uſque ad numero 191. tranſeo cum diſtinctione, quando quis non uult reſpondere circa ſubſtantialia, & non quoad circunſtantias, tamen in practica utroq; modo renuens reſpondere,poterit torqueri in leuibus leuiter, & in grauibus grauiter,

titer, niſi excluſa eſſet temperantia iſta propter prauam, & inhumanam qualitatem perſonæ torquendæ ſecundum ea, quæ in d. pract. de teſtibus 4. par. d. num. 160. aduerti, ſecus eſt in ciuilibus, vt firmat idem Foller. d. 3. par. princip. 3. par. nu. 4. & Clar. d. quæſt. 25. Blanc. de indic. & tor. num. 273. Cartar. in ſua pract. de modo interrogandi reos, lib. 3. cap. 3. num. 17. Maſcard. de probat. concl. 1385. & Boſſ. in tit. de reſponſ. a reo fac. in ciuilibus vi. Pap. in for. libell. cir. intertogator. fiend. Reo, glo. compellatis reſpondere. At plures limitationes dat Foller. vt locus ſit torturæ, quando in criminalibus quis renuit reſpondere loc. prox. cit. nihilominus penes Iudicem noſtrum parum prodeſſent, quia, aut inuitis dentibus teneretur reſpondere, quando aliqua contra eum præcedunt indicia, aut torturam pati, tot. tit. ſi quis iuſdic. non obed. quamuis Bertazol. in conſ. 8. num. 39. lib. 1. dicat, quòd reus non tenetur reſpondere, ſi non præcedant legitima indicia, vide D. Thom. in 2. 2. quæſt. 61. ar. 2. vide etiam Nau. in rub. de indicijs, num. 52. & ſeq. qui ex iure diuino, naturali, & ſcripto, & canonico, & ciuili hoc planè demonſtrat, & Sotum l. 5. de iuſt. & iur. quæſt. 6. nu. 1. & 2. vbi hæc vltima ſententia comprobatur quic-
63 quid ſit de practica, quam † valdè prædicti Doctores damnant, quæ ſic ſeruatur, & non tenetur etiam reſpondere, quando coram inimico iudice ab eo interrogaretur. Nimis enim durum videtur coram iudice tam ſuſpecto iudicari, cum inde triſtiſſimi ſequantur euentus, l. cum ſpeciali, C. de iudic. Pariſ. conſ. 31. num. 89. in fin. vol. 1. & latiùs dicam in hac 3. p. ſub num. 312. ſed reus cauſam allegare tenetur, cur renuit reſpondere, & vi. Marſ. conſ. 44. num. 15. vbi excuſat Reum interrogatum de Delicto extra Iuriſditionem Iudicis facto. Nec tenetur reſpondere iuris ordine non ſeruato, vbi ſeruandus eſt, nec extra propoſitum interrogatus, ar. §. cõſideremus in auth. de trien. & ſemiſſ. vbi glo. Nec quando quis interrogaretur ſciens, quod nulla exiſtẽt inditia contra eum, quia dicitur interrogatus à perſona priuata, non à Iudice, vi. Nauar. Manuali confeſſ. cap. 23. num. 35. & quæ in ſeq. verſ. dicam. Et quando reus fuit opportunè interrogatus aliquibus in præcedentibus indicijs, & noluit reſpondere, primò Iudex ei torturam minatur; deinde, adhuc renuentem fateri aliquid ligari iubet, & funi applicari; & ſi non vult reſpondere diſſolui, & in carceribus ſecretis cuſtodiri; alia die iterum monet, & renuentem ligari, & ſuſtolli aliquantulum mandat, & perſiſtentem in taciturnitate, diſſolui & cuſtodiri, vt ſuprà; & tertia die adhuc eo renuente, vltra ſuſpenſionem in tortura repente demiſſus ſemel fuit, & remiſſus ad locum ſuum, iterum interrogatus tandem reſpondit. Prædicta procedunt quando periculum non eſt in mora, verum renitentia iſta poſſet ortum habere ab ignorantia, & inſipientia, ab obliuione, & fatuitate, vel etiam ab aliquo maleficio, & in hoc partes Iudicis ſunt benè aduertere, ar. tex. l. de ætate, §. qui tacuit, de interrog. act. & quandoque ſumere indicium ex taciturnitate contra teſtem, & cum alijs adminiculis conſtitui illum reum ſuper eodem delicto, per cap. qui tacet,
64 de reg. iur. in 6. & cap. cauſam, de offic. deleg. † ex quo nolens reſpondere dicitur doloſus contumax, gloſ. in l. quamdiu, ff. de acq. hær. Iaſ. latè in l. quæ dotis, num. 69. & 76. ff. ſol. matrim. cum taciturnitas ſit præiudicialis, & loquendo impedire poſſet, cap. nonne, de præſumpt. & in l. ſæpè, vbi Bart. ff. de re iud. Innoc. in cap. 1. de ijs, quæ fiunt à maiori
65 par. † & ex hac taciturnitate inſurgens ſuſpicio vehemens facit, vt meritò torqueri poſſit, Brun. de indic. & tor. par. 2. quæſt. 8. num. 4. & eſt præſumptio contra tacentem, Bald. & Salyc. in auth. ſi quis in fin. C. de adult. & Menoch. de præſumptio. lib. 1. præſumpt. 7. nu. 54. Sigiſm. Scacc. de iudic. ciuil. crim. & hæret. cap. 86. num. 46. 47. & 48. vbi multa bona in
66 practica dicit in hoc propoſito. † Et licet regula ſit, quòd non ſunt ſumenda arma de domo rei, cap. inter dilectos, extra de donat. & l. de minore, §. tormenta, ff. de quæſt. Bertazol. conſ. 100. vol. 1. nedum in criminalibus corporalibus, ſed nec etiam in pecuniarijs, d. l. de minore, §. item Diui. Marſ. in d. l. de minore, §. tormenta, cir. fin. vbi limitat quando periculum animæ verſatur, tamen hæc regula fallit, ſtante authoritate liberi arbitrij, per quam recedi poteſt à regulis iuris communis propter cauſas vrgentes, vide in 1. par. num. 118. & in 4. num. 28. & quando reus contra quem aliqua militant, tacendo præſtat arma indicia, non talia qualia in iudice ordinario requiruntur præſumptioni contra ſe, faciendo ſe ſuſpectum, quo caſu ſibi imputet, cap. damnum, quod quis ſua culpa ſentit, de reg. iur. in 6. quid refert reo aut teſti reſpondere per verbum neſcio, vt torturam reſpectu retitentiæ effugiant, ni præſumptio ſit ſcire maximè in caſu recenti: poſſet forte reus excuſari, cum quis turpitudinem ſuam non tenetur detegere per l. aliàs, de iur. iuran. & Bald. trad. in l. ſi creditoribus, vbi addit lit. D. C. de ſer. pig. & hanc obiectionem ſibi factam fuiſſe dicit Foller. d. pract. 3. par. nu. 4. per doctrinam Baldi in l. 1. cap. quomodo, & quando, & per alia iura, ex quibus inquiſitus non tenetur reſpondere poſitionibus curię criminoſis. Nam reſpondetur de mente Follerij hoc non eſſe verum, quando quis iurauit dicere veritatem, & Iudex ex officio interrogat iuridicè, ſeu ſeruato iuris ordine, vel ſe ſpontè reus offert ad iurandum, vt habet Nauar. in man. cap. 12. num. 8. tenet Bald. in l. 2. §. quod obſeruari, C. de iura. calum. & Archid. in §. item quod dicitur, ſub cap. in ipſatum 22. quæſt. 2. vbi habetur, quòd reus tenetur reſpondere Iudici interroganti in caſibus, in quibus iuxta ſupradicta interrogare poteſt, vt dictum eſt, & veritatem dicere etiamſi tractaretur de periculo mortis, & contra teſtem vide, quæ infra dicam nu. 69. & 71. & quando turpitudo iam per teſtes eſt detecta quis tenetur reſpondere, & detegere ore proprio coactus à Iudice, Ruin. conſ. 142. num. 7. vol. 1. Salyc. in l. nemo poteſt, de leg. 1. & procedit etiam in eo, qui licet delicti particeps ſit, tamen non fuit particeps turpitudinis, Ruin. conſ. 194. num. 11. & ſeq. vol. 1. & Petr. Anca. hos allegans in ſuis quæſt. 47. nu. 7. 8. 9. & 10.
67 † vbi an quis poſſit allegare turpitudinem ſuam, & ideò ſi nolit reſpondere attenta qualitate indiciorum delicti, & perſonæ reus poterit torqueri vſque ad tertiam vicem, & acriter, alioquin vltra quartam torturam renuens reſpondere, eſſet procedere in infinitum, quod fieri non debet, l. fi. C. de Sacroſanct.
68 Eccl. † Verùm nemo tenetur reſpondere interrogationibus impoſſibilibus ſeu impertinentibus, & ideò interrogatoria fieri debent opportuna, & non extra propoſitum. Et in propoſito ſcias qual. accuſator non tenetur reſpondere poſitionibus in criminalibus, ſed dantur interrogatoria contra accuſatum, Bald. in l. accuſationem, num. 11. verſ. alij dicunt, C. qui accuſ. non poſſ. ſecus ſi cauſa eſſet mixta, & poſitiones tenderent ad intereſſe priuatum, per cap. 1. de confeſſ. in 6. l. 1. §. fin. ff. de quæſt. & circa interrogatoria fienda, & ſuper quibus interrogatorijs quis non teneatur reſpondere, vi. Farinac. de teſt. quæſt. 73. num. 49. cum mult. ſeq. vbi ſub nu. 72. ait non eſſe admittenda illa vſque ad fi. d. q. interrogatoria, quæ habent vim capitulorum ad hoc faciunt, quæ dixi in prac. de teſt. p. 5. ſub nu. 212. lit. E. nec illa, in quibus rei falſi ſunt, nec alia, quæ deſtruunt, vt ſupra dicta teſtium.

69 † Quid

69 † Quid ſi reus aut teſtis nolit iurare cum tenetur? &
præcipitur ei iuridicè, vt coram me contigit; neque
enim potui vnquam vlla ratione efficere, vt qui-
dam verſutus iurare vellet, ipſe examinaui illum,
deinde in tortura iuſſi eleuari, & in ea ſuum dictum
ſuſtinuit, quamuis eſſem benè ſecundum iura infor-
matus de contrario, vt tradit Spec. in tit. de iuram.
calum. §. ſupereſt, ver. quoniam dicatur haberi pro
confeſſo, qui renuit iurare quando tenetur, & debet
iurare, per l. ſi confeſſus, ff. de cuſtod. reor. hoc fortè
quoad reum, licèt in practica an hoc fuerit ſerua-
tum, minimè viderim; ideò tortura, præcipuè quoad
teſtem, eſt ſanum remedium, vt dixi in pract. de teſt.
nu. 44. par. 3. & facit Soci. conſ. 253. col. 2. ſed ſi reus
velit docere per iuramentum de innocentia, non ad-
mitteretur in criminalibus hæc purgatio canonica,
Bart. in d. l. de minore, §. tormenta, de quæſt. Abb. in
cap. 1. in fin. eodem tit. de purgatio. Canon. D. Petr.
Caball. caſ. crimin. 84. Et Iudex poteſt cum iura-
mento interrogare Reum, quando ſola diffama-
tio eſt contra illum, Bart. in l. maritus, in fi. vbi glo.
de quæſtio. Si autem adſint aliqua inditia tunc per
torturam purganda ſunt. Blanc. d. prac. in ver. Da-
tis defenſionibus num. 72. vtinam Iurantes iurarent
ieiuni ſicut cauetur in Decreto. PP. Cornelij, pro-
pter periculum animę quod valde imminet in Reo,
et teſtibus in Cauſis Criminalibus. Quod decretum
70 fuit factum in Concilio Cornelienſi, † & vigore li-
beri arbitrij Iudex noſter non poteſt recipere teſtes
ſine iuramento, Bald. & alij in l. milites, num. 6. C.
de teſtam. milit. & eſſe magis communem opinio-
nem teſtatur Iaſ. §. in bonæfidei, num. 29. Inſtit. de
act. licèt in l. admonendi, num. 225. de iureiuran. vi-
detur inclinare in partem cõtrariam, quicquid Bart.
dicit in d. l. filiusfamiliàs, col. 2. ff. de donat. & dixi
in pract. de teſt. num. 40. vſque ad num. 50. par. 3. vbi
de vi, forma, & tempore iurandi, & quomodo intel-
ligi debet quando teſtes ſine iuramento poteſt reci-
pere ex Soc. reg. 516.

71 † Et in propoſito ſciendum eſt, quòd teſtis, qui
ſuper capitulis productis depoſuit, ſi ſuper interro-
gatorijs partis aduerſæ nolit reſpondere, redditur ſu-
ſpectus, nec ei creditur in eo, in quo depoſuit Dec. in
l. is apud quem, num. 45. C. de eden. Spec. tit. de teſti-
bus, §. iam de interrogatorijs, ver. interrogatorium,
Alexand. conſil. 100. viſo, & diſcuſſo, col. 2. vol. 2.

72 † Si verò teſtis aut reus interrogarentur, non ſerua-
to iuris ordine, & minimè iuridicè, vt dixi, ſeu extra
propoſitum non tenerentur reſpondere, ar. §. conſi-
deremus, in auth. de trien. & ſemiſſ. vbi gloſſ. not. &
circa teſtem, vide quæ dixi in pract. de teſt. part. 1.
num. 5. & in 5. par. ſub num. 175. vbi non tenetur te-
ſtis ſuper delicto interrogatus reſpondere interro-
gatorijs tangentibus turpitudinem ſuæ perſonæ,
quia hoc probandum eſt à parte, quæ per exceptio-
nem turpitudinis ſatagit repellere teſtem. Ad hoc
vt. quæ dicam infra ſub num. 333. par. 4.

73 † Quæ autem ſint indicia ad torturam ſufficientia
ſuperabundanter habentur apud Blanc. in ſua repet.
l. fin. ff. de quæſtio, num. 43. cum ſeq. vbi loquitur in
Iudice ordinario, cuius arbitrio licèt relinquatur
quænam ſint indicia ad torturam ſufficientia, quia
certa doctrina dari non poteſt, l. 1. §. ſi expilatores,
de effract. Card. & Bald. & Angel. in l. milites, C. de
quæſtio. dixi ſuprà nu. 6. dicit tamen hoc arbitrium
regulari ſecundum legis diſpoſitionem. Sed in ma-
teria authoritatis Brachij Regij dico, ſi non poſſunt
haberi indicia ita ſufficientia, ſat eſt ſi habeat aliqua,
quibus iure naturali, & diuino, vel etiam canonico
procedere poteſt, cùm illo habeat abſolutum arbi-
trium, & non regulatum à iure ciuili, vt ſentit idem
Blanc. numero 44. in fin. per quem ſupplet conſcien-
tia eius à iure informata, vt in 1. par. numero 28.
74 † qua de re Iudex noſter poterit torquere, etiam non
ſufficientibus indicijs iure ciuili requiſitis, Bart.
Mar. & DD. in l. fin. ff. de quæſt. Menoch. de arbit.
quæſt. 84. num. 4. Gand. in Rubr. de Malef. ver. item
quæro nunquid poteſtas, qui habet arbitrium, Put.
in verb. tortus, cap. 12. num. 1. & licèt Brun. de indic.
& tort. in quæſt. 9. num. 16. dicat, quòd arbitrium da-
tum Iudici ad torquendum intelligitur præcedenti-
bus legitimis indicijs, tamen loquitur de libero ar-
bitrio tantum, ſed non de abſoluto, & extra vires
Brachij noſtri Regij, vt infra dicam, cuius facultate
Iudex non ita ſtrictè ligatus eſt omnibus iuris ſo-
lemnitatibus, vnde licet non adeò exacta indicia, vt
in Iudice ordinario in eo requirantur, reliqua iudicij
ſupplere poteſt: ea igitur ſtante, ſi teſtis erit infamis,
vel aliàs iure ordinario repellendus, vt latiſſimè in
75 pract. de teſt. in 4. par. dixi, per tot. † hac extraordina-
ria poteſtate poterit (ſi habeat alia indicia probabi-
lia) credere teſti non credendo de iure ciuili, vt plu-
ries dixi, & per Menoch. d. quæſt. 9. numero 2. quo-
niam ſi facultas Brachij Regij datur ad effectum, vt
veritas inueniatur, (ſtante difficultate probationum)
& ne delicta remaneant impunita; vt etiam ſæpè di-
ctum fuit in 1. par. ſequitur quod etiam teſtes aliàs
inhabiles admittuntur, l. quoniam, C. de hæret. Sa-
lycet. in l. ea quidem, C. de accuſatio. & Blanc. de in-
dic. numero 393. & ſeq.

76 † At nullo modo (prætextu huius arbitrij) fides
eſt danda teſti condemnato, vel conuicto de falſo,
vel malam aſſignante rationem, Decian. conſil. 93.
numero 66. vſque ad numero 73. volum. 2. Roland.
à Valle, conſil. 12. ex themate, volum. 3. at teſtis qui
per torturam falſum dixit, non punitur de falſo, Vi-
77 tal. tract. clauſul. num. 13. † & notandum eſt etiam,
quòd liberum arbitrium intelligitur datum quoad
perſonas, & non quoad dicta examinatorum, ſic
Bald. ait in conſil. 515. quidam fuit, num. 4. volum. 5.
Crauet. conſil. 13. Michael. Dauid. lib. 1. Nec magna
caterua teſtium ſanare poteſt defectus, qui inſunt in
dicto teſtium, nec tollere minuſque ſupplere, vt
pract. de teſt. 5. par. num. 45.

78 † Et circa qualitates indiciorum Caſo. in tract. de
Malefic. præmittit tabulam indiciorum nomina-
tim, quæ oriuntur ex perſona, cauſa, facto, & dicto,
ante, in inſtann, & poſt, quæ tabula iudicioſa, & pul-
chra omninò eſt videnda. Ipſe verò primum ſumam
indicium à fama, de qua per Blanc. de indic. nume-
ro 387. Monticel. reg. crim. 4. numero 25. & ni fallor
copioſè in pract. de teſt. dixi in 1. par. num. 102. &
103. & in 2. par. num. 128. & 130. vbi an fama poſſit
per vnum teſtem probari, & par. 3. numero 28. vbi
quotuplex ſit fama, & ibidem num. 27. & 103. quale
ſit indicium famæ, & par. 2. vbi an delictum per fa-
79 mam probetur, num. 66. cum ſeq. † & in ſumma, de
fama conſtare aliter debet quàm per dictum Iudicis,
Boſſ. in tit. de inquiſitione, num. 23. 34. & 35. & ipſe
in d. 2. par. ſub num. 130. de teſt. vbi notandum eſt in
practica, quod bona fama elidit malam in paritate,
ſed ſi bona fama ſit in genere, & mala in ſpecie, hæc
elidit bonam famam, Alex. conſil. 77. volum. 1. con-
ſil. 62. vol. 3. et Ro. conſil. 67. qua de re contra malam
famam in genere, ſat eſt probare bonam famam in
ſpecie, vt ſi dicatur ille eſt vir malus, poteſt probari
bona opera facere, vt frequentare Eccleſias, erogare
in eleemoſynas, benè loqui de proximo, nec in ſpe-
cie quid mali fecerit auditum fuiſſe; et ècontra ſi di-
catur iſte eſt vir probus, qui benè audit apud omnes,
ſi aliter ſit poterit probari aliquid mali quod fecerit,
vel quòd ſit hypocrita, cùm non faciat quod oſten-
dit facere, ab operibus cognoſci poteſt: & hoc modo
bona, vel mala fama probari poteſt ſecundum DD.

quos

Digitized by Google

quos allegat Boſſ. loc. mox cit. & ibidem numero 37. recenſet mirabiles effectus famæ, quando eſt rectè probata, & qualiter fama probetur, ſeriatim docet Grammaticus conſilio 41. Farinac. de indic. & tor. q. 47.
80 per tot. † Nam fama facit credere id, quod fortè non eſt, & dicitur facere de albo nigrum, & ideo quilibet pro obtinenda bona fama totis viribus laborare debet, l. facta §. ſi ſub conditione, ff. ad Trebellia. & ſecundùm quoſdam expedit potiùs mori, quàm ob vitia perdere bonum nomen, quod quidem præualet diuitijs, iuxta illud Sapient. Prouerb. 22. Melius eſt nomen bonum, quàm diuitiæ multæ, vt not. in l. 1. hoc enim nomen, C. de Summa Trinitate, & Fide Catholica, & ſcriptum eſt, Crudelis eſt qui negligit famam ſuam, cap. nolo, 12. q. 1. Nauar. in cap. inter verba, 11. q. 3. concluſ. 2. num. 10.
81 † Secundo loco malum nomen dicunt facere indicium, ſi ſit vulgare ſequitur dictum, quod nomina præſumuntur eſſe conſona rebus, §. eſt & aliud, Inſtit. de donatio. vtputà ſi quis appelletur Scannamatcha, Zuzatti, Rampini, taglia borſa, guarda l'occhio, Farinello, capelletto, & ijs ſimilibus, qui lingua incognita loquuntur, videlicet in zergo, ut in ſtatu Venetorum, Regni Romandiolæ, & alibi peſtis hæc extenſa eſt; & de hoc indicio vide Caſo. de indic. & tor. cap. 7. & Blanc. de indic. numero 405. vbi dicit facere indicium in genere, per tex. cap. 1. ubi Canon. de depoſ. Put. de ſynd. in verb. mandauit Rex, cap. 2. num. 25. Felyn. in proœm. decret. in verb. Gregorius, & Iaſ. in rubr. ſolut. matr. Verùm hoc indicium non eſt tutum, quoniam ſi à ſolo nomine, & cognomine natiuo, & familiæ argumentum ſumeretur in malam partem, etiam nobiles & virtuoſi torqueri deberent, quod abſurdum ſit dicere, Boſſ. d. tit. de inquiſitio. num. 164. cum mult. ſeq. Sunt enim multæ cognationes ſeu familiæ in Italia, & alibi, habentes cognomina auditu turpia, & valdè ridiculoſa, vt ſtriglia porci, mangia vaccha, catenigo, culagna, mangiaferro, aſino, aſinari, & ijs ſimilia, ex quibus viri, & virtute, & prudentia celebres quamplurimi prodie-
82 runt, † ita vt nephas ſit à turpi nomine ſeu cognomine indicium malum ſumere, quamuis apud Platinam de Papa Sergio II. ann. 844. legatur, quòd antè creationem os ſuis vocabatur, hoc tamen repro-
83 batur ab Onuph. in annot. ad Platinam, † qua dicit, quòd primus qui nomen mutauit fuit Ioannes Papa XII. qui prius Octauianus vocabatur, ſed Pontifices proprium nomen retinuiſſe vſque ad creationem S. Greg. PP. & ab inde cæteros Pontifices aliud nomen ſumpſiſſe teſtatur in lib. de Sanctorum; & apud Sabellic. Hiſtoriogr. 6. lib. habetur de appellationibus à virtute aut à vitio impoſitis; & ſunt vice verſa quidam nomine, & cognomine venetandi, & nobiles, qui conſuetudinem in delictis ducentes vitam laqueo finierunt. Ergo fallax hoc
84 indicium à nomine, & cognomine, † non ſic à denominatione, ſeu à ſuprà nominatione acquiſitis ob vitia ſeu virtutes, vt per Sabell. loc. citat. nam mala denominatio originem à communiter accidentibus habet à prauis moribus, & non eſt mirum ſi faciat indicium. Vnde qui ſtat videat ne cadat, ne vulgi fabula fiat, l. deſertorem, §. is cui, ff. de re mil. l. ſi mihi, ff. quibus, vt indig. Caſo de tor. cap. 18. numer. 7. et Diu. Paul. 1. Cor. 10. ſic ait, qui ſe exiſtimat ſtare, videat, ne cadat.

Scio, & à pleriſque Doctoribus adduci ſolere malam phyſiognomiam, vtpote quæ aliquale indicium facere ſoleat, & quam tertio loco poni poſſe non ignorabam, & de qua plures pertractarunt philoſophi, Ariſtoteles, Auicenna, Conſtantinus, Philemon, ac Meletius; verùm cum hanc nullum apud probos Iudices non ſolum indicium, ſed nec coniecturam aut ſuſpicionem facere poſſe exiſtimem, totum hunc tractatum ſciens volenſque prætereo, & curioſos ad ſuperius allegatos remitto: monens tamen hanc etiam Eccleſiæ decretis improbari, vtpote, quæ Chiromantiæ genus ſit, quæ in regulis indicis librorum prohibitorum, & in Bulla Sixti V. contra Aſtrologos nominatim prohibetur. Certè Iuuen. Sat. 2. ſcribit, fronti nulla fides; vnde ſigna omnia ex fronte, atque adeò ex omnibus corporis lineamentis ſumpta ſatyricæ mordacitate reprehendit.
85 † Quarto loco mala conuerſatio facit quem dici criminoſum, l. ædiles, §. pedibus, de ædilit. edict. Marſ. in pract. §. expedita, num. 91. Blanc. de indic. nu. 257. vnde verum efficitur illud Dauidis, Pſal. 9. cum Sancto Sanctus eris, & cum peruerſo peruerteris, Carer. de indic. & tor. §. octauo, num. 10. in fin. D. Menoch. de arb. quæſt. 89. num. 87. in fin. verum prauæ conuerſationis teſtimonia, cum aliquibus alijs adminiculis indicia aliqua generant. Nam bonorum cum malis conuerſatio quandoque fit ad correctionem, vt inquit S. Auguſt. ſuper Pſal. 54. quod in officio habetur hebdomadæ ſanctæ, feria quinta, in Cœna Domini, in Eccleſia: Omnis malus, dicens, aut ideo viuit, vt corrigatur, aut vt per eum bonus exerceatur. Vtinam qui nos modo exercent conuertantur, & nobiſcum exerceantur, tamen quamdiu ita ſunt, vt exerceant nos, non eos oderimus, quia in eo, quod malus eſt quis eorum, vtrum vſque in finem perſeueraturus ſit, ignoramus, & plerumque cum tibi videris odiſſe inimicum, fratrem odiſti, & neſcis. Diaboli & Angeli eius in Scripturis ſanctis manifeſtati ſunt nobis, quòd ad ignem æternum ſint deſtinati: ipſorum tantùm eſt deſperanda correctio, contra quos habemus occultam luctam, ad quam luctam nos armat Apoſt. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnē, & ſanguinem (Ephes. 6.) ſed aduerſus Principes, & poteſtates, & Rectores te-
86 nebrarum harum. † Sed conuerſatio diutina cum malis, & verbalis tantùm bonitas, hæc cauſat dolorem, & parit iniquitatem, ſi bonis operibus non fuerit aſſociata, quia buone parole, & triſti fatti, ingannano i ſaui, & i matti; qua de re obſequium quod tnalis præſtatur, laudabile eſſe debet, & honeſtum.
87 † Quinto loco mendacium ſuccedit, de quo etiam dixi d. pract. de teſt. par. 2. num. 126. & par. 4. nu. 96. Rol. conſ. 8. & mendacium contra vagabundos ſuſpectos facit indicium, quòd ſint fures, iux. illud vulgare, Chi è bugiardo, è ladro, & de hoc Put. in verb. tor. 1. cap. 5. num. 6. vbi mendacium, vt faciat indicium, debet eſſe cum iuramento, & eſſe alicuius momenti. Hinc ſcire te volo quod expertus ſum. Nam aliquando viros adeò pauidos in conſpectu iudicis reſpondiſſe factum narrando aliter quàm ſequutum ſit, non dolosè, ſed meticulosè, nam ſi factum prout fuit narrauiſſent, nullam pœnam incurriſſe, ex quo illud factum puníbile non erat, tamen de non delicto delictum commiſerunt narrando factum cum mendacijs, & ideò ſuſpectos ſeſe reddiderunt, et pœnæ Reos ſe fecerunt. Iaſ. in l. ſi quis nec num. 22. ſi cer. pet. Menoc. de arb. Caſ. 307. Hinc etiam dicit Ang. conſ. 194. num. 2. quod propter mendacium quis poterit puniri pœna ſtellionatus quamuis mendacium non afficiat dicto ſuo quominus ei credendum non ſit. Sequitur Marſ. conſ. 37. viſo tenore ſub num. 6. Butrig. in l. Lucius, de infamibus.
88 Sexto loco rubor, vt apud Terent. erubuit, ſalua res eſt, ſed non ſemper verum; quoniam alij à natura pro minimo erubeſcere ſolent: alij propter præſentiam Iudicis, & locum Tribunalis, alij cum ſint innocentes, & honorati ægrè ferunt interrogari de

factis,

Digitized by Google

factis, & rebus obſcœnis, quare non mirum eſt ſi ira accenſi erubeſcant.

89 † Septimo fuga indicium facit, Blanc. de indic. numero 177. & 178. D. Menoch. de arb. iud. caſ. 474. numero 48. Maſcard. de probatio. concluſio. 1318. numero 53. intellige ſi iam fuerit delatus, verum apud Iudicem noſtrum fuga, ſiue ante, ſiue poſt ſemper facit indicium, quando quis fugit ſecuto delicto, ſed per ſpontaneam repræſentationem tollitur hæc ſiniſtra opinio ſumpta à fuga, & de hoc indicio dixi in pract. de teſt. in 3. par. ſub numero 203. & in hoc tract. in 2. par. num. 84. 91. 115. & alibi. Put. in verb. tortura, 1. cap. 8.

Et vltra prædicta hic, & ſupra in 2. par. ſub numero 88. cum pl. ſeq. vt Iacob. de Beluiſ. in ſua pract. in Rubr. de fug. Reorum, & de criminoſo Remiſſo à numero 4. vſque 10. & vltra, vbi diſtinctè loquitur quando fuga indicium facit, quando aggrauat, & quando non. & regulariter ſola fuga non probat, ſed aggrauat, Petr. Duen. reg. 389. nec poſt accuſationem ſola fuga facit indicium ad torturam, ſi perſona non ſit vilis, aut malæ qualitatis, ſecus ad inquirendum, vt reg. 390. & 391. vel viſi fieret cum fractura carcerum, vt ſupra numero 88. in 2. par. & per Duen. Reg. 392. & 393. vbi de pœna frangentis Carceres, & ad Statutum vi. Bonacoſſ. d. quæſt. crim. in d. ver. fuga. Et fuga de ſe non eſt maleficium, ſed ſignum maleficij, vt infra in 4. par. de eo qui viſus fuit fugere cum gladio ſanguinolento, eſt bene fuga de ſe delictum quando fit contra præceptum, & pœnam comminatam à Iudice, ſi fugiat, vel niſi cum rebus, vel ſeruis alienis quis fugiat, vt diſtinguit Stracc. tit. de Decoct. 2. par. vlti. par. ſub numero 6. vbi recenſet Bal. conſi. 382. in quadam quæſtione Mediolani, & Bart. & alios in l. 1. C. de ſeru. fug. vbi Cæpol. ſed magis diceretur hoc caſu furti delictum, quàm delictum fugæ. Quia de re ſola fuga eſt de ſe delictum quando comminata fuit pœna ne diſcederet, neve fugam faceret, vel ita ſtatuto caueretur, alias non eſt delictum etiam quod quis captus, vel carceratus indebitè fugeret, nam vnicuique licet redimere ſanguinem ſuum, l. 1. de bo. damnat. vnicuique licet fugere mortem, & continuos Cruciatus, C. ſi nulla, 23. quæſt. 8. & libertas res eſt inæſtim. l. [illegible] & naturaliter etiam in Brutis, §. 2. Inſtitut. de iur. perſon. vnde non bene pro toto libertas venditur auro. Hinc dicitur quod ſi quis prohibetur facere id, quod eſt contra libertatem, & voluntatem, magis ille in vetitum nititur, prout eſt quando prohibetur facere id, quod eſt licitum, & non malum, attamen punitur contemptus præcepti, & prohibitionis, vt in 4. par. in materia ſtatutorum exorbitantium. Similiter ſi dum quis ad triremes tranſmittitur fugiat, ei licet, tamen punitur, quia eſt effectus obnoxius pœnæ triremium. Inſtitut. de oblig. quæ ex delict. naſc. per tot. Et in hoc propoſito aliqui tenent, vt is fugiens, mori debeat, ſed de conſuetudine ſeruatur Contrarium, quando fugiens eſt vir aptus ad remigandum, ſed vel fruſtris ceditur, vel ictibus funis plectitur, & duabus catenis ligatur ſi eſt Chriſtianus, ſi verò Infidelis natus, & aures mutilantur, vel ferro candenti in fronte ſignatur: & ita dum eram Auditor Excellentiſſimi Principis Auriæ ſemper ſeruari vidi: veruntamen quilibet abundat in ſenſu ſuo. Secus ſi quis ad hoſtes fugeret, quoniam tanquam transfuga capite puniretur, l. deſertorem, §. is qui, ff. de re milit. pulchrè per Decia. de Delict. tom. 2. lib. 7. tit. 14. per tot.

90 † Octaua reſiſtentia, quæ fit, ne malefactor capiatur à familia, indicium facit, Carer. in ſua pract. numero 123. 131. Marſil. in l. 1. ff. de ſicar. numero 25. & 68. Put. in verb. reſiſtentia, Cæpol. conſ. 14. Blanc. de indic. numero 294. & Iacob. Nouell. pract. & Theſ. crim. [illegible] in forma conſpicien. Cadauer. numero 10. Blanc. de indic. numero 294. verſic. cohibens, ſed quando reſiſtentia eſt iuſta, vt dixi in hoc tract. in 1. par. numero 219. & in 2. par. numero 46. 53. cum plur. ſeq. tunc nullum indicium facit, ſecus quando eſt illicita.

91 † Nono, dictum ſocij criminis, quando alios ſponte nominat, & id, quod dicit eſt veriſimile, indicium facit, l. ficiùs, & ibi Bald. C. de quæſt. præcipuè ſtante mala qualitate nominati, Blanc. de indic. numero

92 141. 246. & 410. & ſeq. ſi ſit ſolitus delinquere, † & tunc verificatur ſi bis, aut ter deliquit, Caſo. co. de indic. & tor. cap. 4 numero 4. & cap. 16. numero 16. & de vi huius dicti infra in hac par. & ſupra in verb. his opportunè, 18. & infra in ver. exculpatio ſocij criminis, & in pract. de teſt. 4. par. numero 69. & in 5. par. in princip. vbi de materia ſocij criminis, quid in pract. ſeruandum dixi, & per Cartar. tract. de execut. ſentent. capit. bann. numero 74. cum plur. ſeq. vbi videtur reſtringere ad caſus exceptos, & ait ſententiam fundatam ſuper dicto ſocij non mereri executionem, contra contumacem intra annum captum.

93 † Decimo, indicium præſtat aſſertio vulnerati, Clar. quæſtio. 21. & ibi addit. ſed hoc verum, ſi vulneratus fuit per dictum vnum mentis planè compos, per ea quæ dixi infra in verb. exculpatio offenſi. Grammat. deciſio. 35. numero 7. Menoc. caſ. 99. numero 16. maximè ſi poſt ſuſceptum Sanctiſſ. Euchariſtiam ita aſſerui, Bald. conſil. 25. volum. 1. maximè quando offenſus nullas habet inimicitias cum

94 alio, † alioquin incertitudo vitiat indicium, Clar. §. homicidium, ver. alia eſt etiam, quæſtio. 60. verſic. vidi ego Bertazol. conſil. 395. Menoch. de arbit. caſ. 362. & de incertitudine vide Alberic. in l. item Mela, numero 6. ad l. g. Aquil. vbi adde Ioan. Anton. de Rubeo, tract. crim. diuerſo. tit. de poteſta. Proc. & defenſ. in cauſ. crim. num. 167. & 168. vbi an vulneratus poſſit pro vulnerante comparere.

95 † Vndecimo, maximum indicium præcedens inimicitia in dubio facit. Clar. d. quæſt. 21. ver. inimicitia, de qua latè dixi in pract. de teſt. par. 4. numero 24. 205. 240. vbi plures adduxi, ver. ſed in hoc, & licèt regulariter teſtis inimicus ſit repellendus, tamen virtute late, & abſoluti arbitrij poterit admitti, vt ſuprà dixi, & tenet Bart. in dict. l. hiſtuſ familias, colum. 2. ff. de donatio. vbi etiam admittere poteſt ſurdum, & mutum, Innocent. in cap. ſciſcitatus, extra de reſcrit. hoc verum concurrentibus alijs adminiculis, & multò magis quando Iudex noſter eſt in conſcientia certus hunc inimicum veritatem dicere, vel adeò valida poſſent eſſe argumenta, vt teſtis iſte veritatem dicat, & ei credendum ſit, ſed non tantum quantum alijs, Maſcard. de probatio. in verb. inimicitia, concluſio. 900. & concluſ. 902. vbi alios allegat, & quid ſi pax, aut venia præſtantur? dico non facere indicium, gloſ. ſingul. in cap. ex lubita, de homicid. quam ſequitur Rom. in l. 1. §. Nouatio. ff. de nou. oper. nunciat. Grammat. conſil. 34. numero 5. & Neuiz. conſil. 68. Maſcard. concluſio. 501.

96 † Duodecimo, minæ ſolæ præcedentes ab eo factæ, qui eſt ſolitus executioni mandare minas, validum indicium faciunt, dixi in pract. de teſt. par. 3. numero 202. & Clar. dict. quæſt. 21. ver. minæ. multò magis conſtito de delicto, Brun. de indic. & tor. quæſtio. 3. 1. par. numero 33. & de odio, Cran. conſil. 3. numero 3. Maſcard. de probatio. concluſ. 1057. & Menoch. de præſumption. quæſtio. 89. numero 65. At ſi offenſus plures alios, & ob diuerſas cauſas inimicos haberet, tunc minæ ſolæ non facerent indicium, niſi ad inquirendum, Caſo. tract. de indic. c. 1. numero 17. tamen hoc erit in arbitrio Iudicis noſtri, Put. de ſyndic. in verb. tortura, 1. cap. 6. num. 1.

&

Digitized by Google

& experientia docet quod homines vindices,& per-
uerſi occultè ſe vindicant, & operantur culpam re-
torquere in alios.

97 † Tertiodecimo, qualitas malæ perſonæ non mo-
dicam præſumptionem facit, quando quis eſt ſolitus
delinquere, Blanc. de indic. numero 240. & ſeq. Put.
in ver. tortur. 1. cap. 5. & qui dicitur ſolitus delin-
quens, habetur per add. ad Bertazol. conſ. 213. lib. 1.
& dixi ſuprà numero 122. vel eſt ingenio ferox, &
vagabundus, & pauper, Clar. quæſt. 39. verſic. cæte-
rum, & verſic. ſeq. vbi dicit illum eſſe vagabundum,
qui per mundum vagatur, vide Claud. Reg. crim. 7.
Maſcard. de probatio. concluſio. 1395. Bart. in l. 4. ff.
de damn. infect. Ang. in l. ſi ſubducta, C. de fur. Qui
oberrantes nullam artem exercentes alienam ſub-
ſtantiam ludis, & tabernis, ac proſtribulis dilapidant,
arripiunt, conſumunt, & à communiter accidenti-
bus ſunt fraudatores, Blaſphemi, & luſores, ac luxu-
rioſi quorum finis interitus, quorum Deus venter
98 eſt. Varro. lib. 3. cap. 16. de Re Ruſtic. † Item ſi quis
ſcortator ſit publicus, & publica lupanaria conſecta-
tur, de quo hominum grege Cic. in Catil. ait, bellum
cum Catilina nõ magnoperè pertimeſcendum, cum
in hoc ſit habiturus Catilina ſcortatorum cohortem
Prætoriam, ſimiliter luſores paupetes, & viles, de
quibus per Salyc. in l. ea quidem, C. de accuſatio. Ba-
tard. ad Clar. in §. ludus, numero 14. vbi fraus in ludo
à ludentibus probari poteſt, item conſuetudinarius
blaſphemator, qui impudentiſſimè contra Deum os
profanum aperit, & furibundè nomen eius benedi-
ctum proſcindit, quantò magis contra homines ſeſe
facilè commouebit? quod ſanè hominum genus, vt
plurimum malum finem ſortitur, D. Menoch. caſ.
375. de arbit. contra quos vtroque gladio proceden-
dum eſt, Abb. cap. 2. numero 4. de maled. & attentis
adminiculis indicium magnum blaſphemus facit
contra ſe, & ſimiles ſunt ſuſpecti de hæreſi, Baiar. ad
Clar. in §. blaſphemia, numero 4. & ſeq. & num. 11.
99 † vbi licèt pœna ſtatuti eſſet pecuniaria in blaſphe-
mo, tamen tortura locum in eo etiam habere poſſet,
& tunc magis malæ qualitates prænarratæ, & ſimi-
les indicium faciunt ad torturam, quando meretrix
eſt offenſa, quia ex ea præſumitur contra ſcortato-
rem, ſicut ex concubina contra concubinarium, &
ex luſore contra colluſorem, & ſic in ſimilibus idem
eſt iudicium; quia iuſto Dei iudicio, qui fuit occaſio
ruinæ, eſt etiam condemnationis occaſio, vt in eo in
quo quis peccauit luat pœnas.

100 † Quartodecimo, confeſſio extraiudicialis deli-
cti (delicto ſecuto,) aut iactantia eſt inter alia iudi-
cia validiſſimum indicium concurrente veriſimili-
tudine, Gomeſ. var. reſol. de delict. cap. 13. numero 8.
vbi tenet requiri ratificationem, & Maſcard. de pro-
batio. concluſio. 350. & concluſio. 871. Menoch. de
arb. caſ. 331. Caball. caſ. crim. 81. & expendere mul-
tum, & ludere magnam pecunię quantitatem, quan-
do quis eſt pauper, arguit eum, qui hoc facit, furem
eſſe, conſtito de furto, Bertazol. conſil. 213. volum. 1.
101 † & no. quod confitens extra iudicium ſe glorian-
do delictum commiſiſſe, Iudicis arbitrio punitur,
Menoch. de arb. iud. caſ. 331. & vbi iuſtitia rectè gu-
bernatur contra illos, qui nullum exercitium nul-
lamve artem faciunt, nec bona poſſident, & tamen
benè induunt, melius comedunt, domum apertam
tenent, de ijs (ſi aliquod furtum fiat occultum in illa
Ciuitate) quid præſumendum cogita. in Baricelle, &
vigila ne clauibus adulterinis Apothecæ aperiantur,
dum alij dormiunt. Cæterum quoad confeſſionem
extraiudicialem, quæ vocatur hoc in loco iactantia:
& numero 220. & 227. cautela erit coram Iudice ſta-
tim reuocari, quia ex ea torturam effugies, & ſufficit
allegare errorem, vel vaniloquium. Bal. in l. 1. C. de
confeſſ. Iaſ. in l. Magiſtratibus, de iuriſdict. omnium
iudicum, Blanc. pract. d. ver. numero 64. ſed caue à ta-
li cautela in grauibus.

102 † Quintodecimo, huic accedit dictum eius, qui
prius nunciauit aliquem fuiſſe interfectum, quia ſæ-
pè complices ſunt primi, qui nunciant homicidia, vt
inquit Put. de ſyndic. in verb. tortura 11. cap. 1. nu. 4.
& ſolicitant Curiam, vt de maleficio inquirat, & ſæ-
pè fit iudicio Dei, vt quis ſit in occultis contra ſe te-
ſtis. Et ipſe quando monitus fui à perſonis non in-
tereſſatis, nec ratione officij, nec ratione offenſi ſi-
ſtere iuſſi nuncium, donec conſtitit mihi de delicto,
& ſecundum qualitatem perſonæ, aut in carceribus
103 cuſtodiri iuſſi, aut ſub fideiuſſione relaxari. † Et è
contra taciturnitas, & negligentia vxoris, ſeu alio-
rum de domo, in qua quis inuentus eſt poſt lapſum
temporis interfectus, indicium facit contra vxorem
de nece mariti, & alios de dicta domo, Put. in d. ver.
tortura, in cap. 1. num. 8. Blanc. de indic. num. 299. ſi-
mile indicium facit, qui repertus eſt iuxta locum de-
licti, & eſt malæ qualitatis, & aptus ad talia commit-
tenda, & frequenter in eundem locum viſus eſt ire,
& redire, modò alloquens vnum, modò alium, &
ſemper de eadem re nouum ſe facit, & mirandum,
Bart. in l. 3. ff. de fur. & Put. de ſyndic. in ver. tortu-
ra, 1. cap. 2. numero 1. & 2. vbi ex mutatione colo-
ris, & ex inepta locutione reum ſe facit, Luc. de Pen.
in l. euictione, C. de ver. pub. lib. 11. & Blanc. de in-
dic. numero 300. & ſeq.

104 † Hinc aliud inſurgit magnum quidem indi-
cium, quod datur, quando homicida occulto in præ-
ſentiam cadaueris exiſtente, tanquam innocente, ſan-
guis in conſpectu eius è cadauere mortui emanat;
quod ego ipſe vidi in quodam nobili noctis tempore
occiſo, qui mane ſequenti in agro repertus, quampluri-
bus ruſticis, vt de more eſt, aſtantibus ad cuſtodiam,
ſanguinem è vulnere emiſit, verum cùm tot eſſent,
ignorabam, quò me verterem, ſed opportunum erat iu-
bere, vt omnes procul ſtarent, deinde vocare vnum-
quemq; ſigillatim, eoſq; ſingulos ante, & iuxta cada-
uer ſtatuere; poſtea verò copertũ eſt vnũ ex dictis a-
ſtantibus fuiſſe interfectorem, & de hoc indicio per
Blanc. de indic. num. 408. & ſanguis clamat vindi-
ctam contra interfectorem, C. ſo. de indic. & tor. vbi
adducit Ariſt. in problema cap. de naribus, & Luc.
lib. 4. in hoc verſic. Emicat in partem ſanguis, vnde
icimur ictu. Et ſanguis Abel clamat vindictam con-
tra Cain de terra, vt habetur in Geneſ. cap. 4. vide
Farinac. de indic. & tor. quæſt. 36. num. 61. & qui-
dem nuper valde ſçitus tum Martinum Delrio So-
cietatis Ieſu Theologum huius indicij in lib. 2. diſ-
quit. magic. mentionem facere, cauſſamque rei hu-
ius reddere, nempe antipathiam quandam, quam
mortuum cadauer in eum habet, à quo vita priua-
105 tum eſt. † Simile indicium ſumitur ab eo, qui eſt
viſus exire ex domo interfecti gladium cruentum
geſtans, & poſt modicum auditus eſt clamor, &
multò magis ſi vulneratus aſſeruit, à quo fuerit vul-
neratus, Put. de ſyndic. in verb. tortura, 1. cap. 1 nu. 4.
vbi ſi talis fugeret per plateam, vel etiam per viam
publicam dicto gladio ſanguinolento armatus, non
eſſe dubium ait hunc fateri ſe maleficium notorium
commiſiſſe, ſecundum Innoc. in cap. ſtatuimus, de
offic. deleg. Blanc. de indic. num. 297. & 300. & eò
magis ſi viſus ſit illum vibrare, licet non ſuit viſus
percutere, aut ferire, Blanc. num. 302. fallit in lanio
aut barbitonſore. Norſino quoque, & in Cauaden-
te, non in Cinganis.

106 † Sextodecimo, inconſtantia, trepidatio, pauor,
contrarietas, variatio, hæc circa negotium principa-
le, & in perſonis, quæ veriſimiliter delictum com-
mittere potuerunt, Felyn. in cap. veriſimile, de præ-
ſumpt.

ſumpt. faciunt indicium, Ang. de malef. in verb. fama publica, num. 105. & ibi Auguſt. & de ijs omnibus apud Boſſ. de indic. & conſiderat. ante tor. per tot. Clar. d. quæſt. 21. & Brun. de indic. p. 1. & Blanc. nu. 259. vſque ad num. 265. Put. de ſyndic. in verb. tortura 1. cap. 5. num. 6. & 7. vbi allegat Lucam de Penna, dicentem, quòd prædicta ſunt ſigna malæ conſcientiæ, tamen non eſt fundandum iudicium ſolum in vna ex dictis qualitatibus, quia multi multum timent, licet innocentes ſint, vt dixi ſuprà nume. 87. verſ. ſexto, & alibi, & per Put. d. cap. 5. per tot. & de ijs quando occurrant, conſtare debet in actis.

107 † XVII. Allocutio ſecreta frequens, ac frequentatio præcedens extraordinaria ad locum, vbi delictum ſecutum fuit, faciunt indicium de tractatu præcedenti ſuprà verſ. 15. & Blanc. num. 300. ſicut aggreſſio, & inſultatio nullis præcedentibus verbis, Blanc. num. 232. 234. & 235. vbi de aſſiſtentia ad delictum, per quam quis audacior fit ad delinquendum, & num. 237. de qua aſſiſtentia maleficio latè loquitur Borgn. deciſ. 19. in 5. p. de malef. vi. in 4. par. ſub num. 186. verſ. & quoniam, ſed ſi quis reperitur præſens maleficio non præſumitur in dubio aſſiſtere data opera, Placa epit. delict. cap. 16. num. 10. ad auxilium præſtandum: præcipuè quando aſſiſtens eſt armatus, & amicus alterius ex rixantibus, & nume. 307. in verb. prohibere potens, ſi non prohibet eſt in culpa, l. culpa caret, vbi Dec. ff. de reg. iur. in 6. & Blanc. d. num. 237. dicit de indicio, quod oritur ex præparatione inſolita armorum, & melius nume. 67. 68. & ſeq. de hoc indicio in materia armorum vide Farinac. de indic. & tor. quæſt. 52. vbi latè, & maxime quando arma reperiuntur ſanguine conſperſa, ſeu madida, & delictum recens.

Eſt veriſſima in iure concluſio illa, quod aſſiſtens delicto in dubio præſumitur caſu aſtitiſſe. Bar. in l. 1. de ſer. corrupt. & alij quos adducit Plac. Epit. Delict. lib. 1. cap. 16. ſub num. 10. Bal. & Ro. in l. 1. §. ſed ſi in eo. ff. ad Sylla. Pariſ. conſil. 164. nu. 11. vol. 4. Menoc. de arb. caſ. 350. num. 2. & 3.

Verum ex alijs præſumptionibus percipitur quod data opera, & non caſualiter ibi aſſiſterit, vt offenſus timidior, & offendens audacior redderentur, vt per filij, in cap. ſicut dignum, de homic. nu. 5. ad Auguſt. ad Ang. de Malef. in verb. & d. Andreas, nu. 4. & qui contrarium tenent, eorum opinio procedit in pura rixa, & non in delicto animo deliberato atrociſſimo, vt etiam videtur ſentire Bertaz. d. conſil. 106.

Hinc dicitur quod Homicidio patrato apoſtato, & vt dicitur à ſangue freddo, nullis dictis verbis, & vulneribus proditoriè illatis arguunt tractatum præambulum fuiſſe. Bal. in l. hæc verba, ff. de ijs, qui. not. infam. Marc. Ant. Blanc. in ſua pract. crim. in ver. viſis indicij, num. 72. inibi fuiſſe data opera, ſicuti de Peregrino Vernacino, qui aſſiſtit tali homicidio patrato ab Amadore Vernacino eius cognato, & à Nicolao de Chelis, vt probant decem teſtes ad offenſam, & in proceſſu defenſiuo teſtes prodictis inquiſitis idem non negant. N. & vltra quod eſt conſanguineus homicidæ eſt etiam nepos Bontæ vnius ex inquiſitis qui alias vulneratus remanſit à dicto Luca occiſo.

Prima ergo Coniectura erit, quia. N. inibi prope delictum aſſiſtens, & ſiſtens eſt de parentela homicidiarij, arg. l. Procula, ff. de probatio. Nam conſanguinitas parit Coniecturam ad fauorem conſanguinei, vt per Menoch. de præſumptio. lib. 1. quæſtio. 28. numero 13. Nat. conſil. 458. volum. 2. per totum, vbi contra aſſiſtentem.

Secunda Coniectura eſt cum is conſanguineus inibi armatus enſe ſub brachio tenens in auxilium fuiſſe dicunt, e che impugnò la ſpada apertè dicit. N. teſtis ad defenſam. Concordat cum ſupradictis. 1. & iſta coniectura eſt adeò potens, quod tergiuerſari non poteſt, vt in l. 1. C. de rapt. virg. & tex. & Doct. in l. is cuius ope, ff. de adult. Alex. in l. is qui opem, de fur. eo quia delictum patratum, & præmeditatum fuit. pulchrè Mascard. alios allegans, de probat. concluſ. 159. num. 16. & in d. concluſio. num. 5. & 6. ait procedere quamuis is armatus prope, & etiam remotè aſſiſtit: & etiam ſi arma non tractatit, num. 7. & 8. nec aliquem actum fecerit, idem Concluſ. 1144. num. 8.

Tertia Coniectura eſt, quia is aſſiſtens nihil dixit aduerſus homicidiarios, ſed tacuit immo enſem ſub ſela poſuit, & impugnauit, & tenebatur ſaltem acclamare, & prohibere verbis ne tale ſcelus patraretur vnde ſuccedit reg. culpa non caret qui ſit prohibere poteſt, & non prohibet, l. culpa, de reg. iur. cap. quando, de ſentent. excom. Rom. conſil. 95. Blanc. de indic. num. 236. & licet Iacob. Nouell. dicat id procedere de iure canonico in ſua pract. ſub num. 88. tamen in ijs delictis exceptis, vbi cadit periculum animæ vtrunque ius armatur.

Quarta Coniectura eſt, quia is Aſſiſtens viſus eſt eo mane paulò antè Delictum, in ſocietate dictorum homicidiariorum, vt probat N. teſtis. Sed quod Demum patrato delicto dictus N. aſſociando homicidas inſecutus ſit illos, & cum eis fugijt dicunt teſtes, adeo quod iſta fuga cum delinquentibus, & aſſociatio poſt delictum illum Reum quoque aſſociantem facit. Blanc. in d. tract. de Indic. num. 236. & 237. Iacob. Nouell. d. prac. crim. Bal. & Rom. in l. 1. §. ſed in eo. ff. ad Syllanian. Mascard. de probatio. d. concluſio. 1144. numero 12.

Accedit quod iſte N. non dormiuit amplius in eius Domo, vt ex relatione Barcelli, ſed ſe abſentauit, & moratus eſt cum homicidiarijs in ciuitate Lucæ, vt etiam deponit Rinald. & non eſt dubium quod Culpa facit aliquem culpabilem, antequam contra ipſum inquiratur. Iacob. Nouell. d. pract. crimin. num. 75. maximè ſupradictis concurrentibus, Bertazol. conſil. crim. 474. num. 12, in 2. vol. idem in conſil. 106. num. 13. vol. 1.

Qua de re vndique Conuictus dicitur, & Reus eſt iudicij, ſaluo &c. qua pœna autem is aſſiſtens puniatur, vi. in prima par. ſub num. 79.

108 † Decimooctauo, Contumacia maximum indicium facit contra bannitum captum, & non ſpontè ſe iudici ſiſtentem, Marſ. pract. §. diligenter, nu. 136. latè Cartar. tract. de execut. ſent. capt. banuit. cap. fin. num. 180. & infra dicam. Multa ſunt indicia, quæ vbique inueniri poſſunt apud Doctores ſuprà allegatos, ad quos breuitatis gratia me remitto, ſat eſt quod ea, quæ ſunt frequentioris vſus ſtrictim tetigi: tamen plura ſunt negotia quàm vocabula, & in ijs ſummoperè verſatur Iudicis prudentia, & longa experientia, & permiſſu Dei indicia quandoque animantia dederunt. Nam ſæpè cadauera ſepulta à canibus exhumata, vel à ſuibus vidi, quandoque à coruis, & cum quidam vxorem interfeciſſet, & clam illum ſepeliſſet, canis illius frequenter, vbi erat vxor ſepulta ibat, & redibat, & ita repertus fuit vxoricida & punitus: de ijs multa exempla apud Valer. Maximum.

109 † Inſuper ſciendum eſt alia eſſe indicia proxima, & alia remota, de quibus dixi in d. pract. de teſt. par. 4. Clar. quæſt. 64. verſ. ſed quarto, & Pedemont. deciſ. 79. num. 15. latè Burſat. conſ. 201. pro dilucidatione, & D. Menoch. de arb. iud. caſ. 270. num. 7. & 8. ait indicia, quæ Latini ſigna appellant multiplicis generis eſſe. Aliquando enim appellantur indicia neceſſaria, vt eſt indicium de proprio viſu, & de certa ſcientia, præſumptiones iuris, & de iure, de quibus latè per D. Menoch. de præſum. lib. 4. præ-

ſum.

ſum.10.& eſt tex.& gloſ.in l.capite quinto, de adult.
& dixi in pract.de teſt.3.par.num.184.195.& 196.&
197.vbi neceſſariam probationem eſſe præſumptio-
110 nem iuris,& de iure,& num.204.& 205. Aliud eſt
indicium credibile,ſiue veriſimile, & hoc quando i-
ta eſſe poteſt habetur,ca.quia veriſimile, de præſum.
& D.Menoch. de arb. dat quædam exempla, vnum
iudicij Salomonis,quod habetur 3.Reg.c.3.& in ca.
afferte,de præſumpt.vbi contendentibus duabus mu
lieribus ſuper filio viuo Salomon Rex finxit ſe vel-
le diuidere puerum viuum.& illa quæ vera mater e-
rat noluit, ſed maluit eo priuari, vt viuus potiùs ſuus
filius remaneret. Aliud exemplum de Carolo Ma-
gno, neſciente quinam homicida eſſet,an pater, aut
filius,qui vtrumque condemnauit pœna homicidij,
quam ob cauſſam pater ſe ſolum eſſe homicidam
patefecit. Aliud exemplum de ſolito delinquere,c.ſe-
mel malus,de reg.iur.in 6.de præcedenti inimicitia,
de minis,& alijs,de quibus ſupra,ver.1.2.3.4.6.7.11
12.13.& 15.& de iſto indicio vide Duaren. in l.di-
ſputationum,c.27.vbi dat duo exempla,quando pro
batur aliquē fuiſſe in illa domo, ex qua res tunc ſub-
tractæ ſunt,eſt aliud exemplum,vt contra vicinos pau
peres, & viles, vel famulos, quod hic adaptatur, l.
octaui,C.vn.cognat.& Bald.in l.excuſantur,de excu
111 ſat.tut. † ponit differentiam inter indicium,& præ
ſumptionem; nam præſumptio animum remouet,
ſed indicium per oculos,vel per aures percipitur: Ad
minicula ſunt indicia vehementia,ſed non proxima
& adminicula variè à varijs DD. appellantur, ab a-
lijs quandoque ſuſpiciones, ab alijs præſumptiones,
ab alijs coniecturæ, de quibus per Farinac. de indic.
quæſt.43.num.156.cum multis ſequent. tamen reſi-
det in arbitrio Iudicis qualia eſſe debent talia admi-
nicula, Menoch.caſ.474.num.37. Maſcar.de probat.
112 concluſio.1131.ſub num.53.† Argumentum eſt,
quando plures coniecturæ, aut præſumptiones, ſeu
probationes concurrunt ad concluſionem; coniectu
ra eſt repræſentatio vnius ex aliquo alio ſic veriſimi
liter ordinato, & tandem veriſimile eſt, quod ſtare
poteſt,vt di[illegible] omnibus apud Par.de Put. de
ſyndic.in ve[illegible]2. per tot. & in cap.3. nu.11.
12.& 13.Boſſ.[illegible]e indic.& conſiderat.an.tor.
num.1.2.3.4.[illegible]43.cum ſeq.& Farinac.de in-
dic.& tor.q.3[illegible]27.vſque ad fin. d.quaſt. Sed in
hac indiciorum materia, quamuis multi multum la
borauerunt,tamen hoc verum eſt,quod certa doctri-
na aſſignari non poteſt,niſi magna experientia à bo-
nis Magiſtris adiſcita non in ſcholis, ſed in exercen-
do officia criminalia. Et præſuppoſita practica Cla-
ri (quem ſemper libenter ſequor) vei tuta, & ſingula
ſingulis referendo, ex omnium dictis recolligo, &
dico ſic:

Indicia aut ſunt hominis, aut bruti, aut rei inſen-
ſibilis,& hæc omnia,aut ſunt proxima, aut remota,
vel remotiſſima: Hominum indicia ſunt proxima,
quando deponunt de viſu, & de auditu proprio in ijs
quæ circa hos duos ſenſus verſantur. Remota, quan-
do quis audiuit,& non vidit,vel ſi vidit è longinquo
vidit; Remotiſſima,quando ante delictum vociferan-
ti audiuit, vel per minas, vel ob malam qualitatem
contra inculpatum ſuſpicatur, vel de auditu alieno:
Brutorum indicia proxima ſunt, quando culpa do-
mini animal; quod ligatum debebat teneri ſolutum
damnum dedit, & inibi repertum fuit, vel quando
canis fidelis irruit, & inſecutus eſt occiſorem domi-
ni domus, vel alterius fugientem quando delictum
ſequutum fuit; remota,quando poſt aliquod tempus
detegit cadauer perſonæ occiſæ, cuius canis erat; re-
motiſſima ob latratum contra furem noctis tempo-
re. Inſenſibilium indicia,vt vites,& arbores repertæ
inciſæ in domo inculpati in totum, vel in parte, aut
ſegetes combuſtę: vel quando quis exijt è domo inter
fecti gladio ſanguinolento, vel reperta fuere arma sā
guine aſperſa, vel enſis in ancipite cæſos, vel puncta
cutia, aut ſclopus ſub cubili abſconditos, ex quorum
genere armorum de recenti delictum factum fuerit;
Remota, ſi arma fuere ab altero in domo inculpati
repoſita,vel ei accōmodata; remotiſſima, vt de ſcaa-
lis repertis ad feneſtram domus delicti, vel ſi pileus,
aut pallium in via noctis tempore reperirentur, vbi
delictum fuit commiſſum,& ſic de ſimilib. Dicūtur
pariter indicia leuia,& leuiſſima: Leuia, quando cau
ſa ob quam eſt leuis: leuiſſima, quādo in ſola ſuſpicio
ne reſident, de ijs omnibus conſule Farin. Menoch.
Boſſ.& Clar. Blanc. Gand.& alios ſcrib.
113 † Nunquid autem ſtante hac Brachij Regij facul
tate poſſit Iudex noſter ſine indicijs præcedentib.de-
uenire ad torturam? & breuiter dico, quod ſtāte ma-
xima difficultate probationū, & mala qualitate per-
ſonæ, vel atrocitate delicti, & diffamatione, vel alio
indicio veriſimili, ſeu probabili, non eſt dubiū, quod
Iudex torquere poſſet, vt colligitur à Clar. q.64. verſ.
dixi etiam,& verſ.dixi quoque latè Burſ.conſ.201.&
Guid.de Suzar.de indic.& tor.nu.38.Caio.eo.de tor
ment.c.5.num.4.& 5.concurrenob. vt dixi qualitate
perſonæ,& diffamatione, circa quam vide Farina.de
inquiſit.nu.20.cum ibi per eum add. & querela. Sed
quando nec indicium de auditu præcederet (iuxta ea
quæ dicta ſunt in pract.de teſt.in 5.p.nu.157.& 160.)
nec fuga, nec aliud adminiculū veriſimilitudinis ha-
beretur, ſecundum Put.in verſ.tortus,c.13.nu.3.verſ.
vnde ſine indicijs, tunc non obſtāte hac regia facul-
te Iudex non poterit quem torquere, Boſſ.de indi.&
conſi.an. tor.nu.13.24. Affl.quem Gramm.alleg. vo.
32.n.9.ita reſpondiſſe Regi Neapoli. Quod ſi Iudici
dictū ſit à perſonis fide dignis, tunc poterit in caſib.a-
trocib.& cōtra perſonas quæ nō ſunt bonæ exiſtima
tionis, cōditionis,& famæ deuenire ad torturā, vt ad
uerti in 1.p.ſub nu.114 124.& 128.& 133.ſanè cōtra
publicos latrones,& aſſaſſinos, ſi ad eū deferātur, po-
terit velo leuato deueniri ad torturā, Put.de ſynd. in
ver. torturā, ſl 1.c.1.n.9.& c.6.n.7.& in ver.tortus, in
14.& 44.& 49.vbi omnino vide, idē in c.14.per tot.
vide quæ dixi in 1.p.n.190. de teſt. Gand.de q.& tor.
nu.41. Sed quædā quandoq; fiunt ſumēdo (vt fertur)
cōſiliū in arena, quorū certa doctrina dari nō poteſt.
114 † Et quamuis à nonnullis Doctoribus aliqui ca-
ſus traduntur, in quibus aiunt poſſe ad torturam de-
ueniri etiam nullis præcedentibus indicijs in certis
delictis, de quibus in 1.par.huius tract.num.58. cum
mult.ſeq. & hanc opinionem ſequuntur Boer. deciſ.
333.nu.4.& ſeq. Brun.de indic.in 2.par.q.5.nu.6.vbi
in tractantibus proditorijs, et nu.7 vbi de bannito per
contumaciā capto, & non ſponte conſtituto, Marſ.
pract.§.diligenter, nu.136. Farinac.q.11. Sed reuera,
ſi benè videātur Doctores, requirūt ſemper aliquod
indiciū præcedere, ſiue proximū, ſiue remotū,& hoc,
ſiue inſurgat à perſona fide digna, ſiue non, ſeu à teſti-
bus, ſeu a mala qualitate rei, vt innuit Salyc.in d.l.ſi,
ff.de quæſt. Boſſ.de delict.& conſid.ante tor.nu.136.
115 † & Caio.de tor.c.5.nu.5.& 6.vbi delicti, quæ à cō-
muniter accidentibus ſecretò fieri ſolent, ſunt iſta, a-
dulterium, ſimonia, & vſura, ſecundum Brun.à Sol.
q.51.nu.3. ſodomia, veneficium, fabricatio falſę mo-
netæ,& tractatus,& in ijs ad torturam faciliùs deue-
nitur præcedentibus aliquibus indicijs, Clar. quæſt.
64.verſ.& ideò, Put.de ſyndic.in verb.tortura 1.d.c.
1.num.9. & 10. Item non requiruntur tanta indicia,
quanta in alijs delictis circa proditiones, aſſaſſinia,
incendia, & alia, ob quorum atrocitatem multa fie-
ri permittuntur, quæ aliàs non permitterentur, not.
in l. Prætor edixit,§.præterea, de iniur. vbi Bartol. &
in l.reſpiciendum, de pœn. reſpectu qualitatum delin-

K quentium;

quentium; & hic addo, quod ſine alijs indicijs tor-
queri poſſunt pro cauſa furti cuſtodes, nautæ, caupo-
nes, ſtabularij, ſupra in 1. par. huius tract. nume. 277.
Nam lex diffidit de ijs, vt tot. tit. ff. naut. caup. ſtab. ni
ſi hoſpes eſſet bonæ exiſtimationis, & famæ, Bart. in
l. 1. ff. de offic. præfect. vigil. & quoad fures vagabun-
dos ſatis ſufficeret querela partis, ſecundum Clar. d.
q. 64. verſ. ſed pone, in fin. vel notificario, denuncia-
accuſario, captu, cum aliquibus adminiculis, inſtante
Fiſco poterit ad torturam deueniri virtute Brachij
Regij per ſupradicta, & ſic nota, quod in huiuſmodi
perſonis ceſſat honor, virtus, & diſpoſitio, l. merito,
ff. pro ſoc.

116 † Veruntamen torturæ locus non eſt ſub quouis
prætextu liberi arbitrij, quando alia via poteſt con-
ſtare de veritate, vt inquit Clar. d. q. 64. verſ. debet e-
tiam, nec per ſola adminicula deuenitur ad tortu-
ram, quando indicia ad eam ſufficientia haberi poſ-
ſunt, l. edictum, ff. de quæſt. Boſſ. d. ti. de indic. & con
ſid. an. tor. cit. princ. Bald. in l. 1. obſeruare, num. 179.

117 † At in practica attende, quod ſi indicia, niſi ſero,
& tarde haberi poſſent, & periculum eſſet in mora
(ſtante Brachio Regio, vel aliter poteſtatem haben-
te torquendi) reus torqueri poterit cum adminiculis
tantum, de quibus ſupra, ne forte dum expectarentur
teſtes, cæteri complices fugam arripiant, vt ſi delictū
à pluribus factum eſſe dicatur, & conſtet, ſed ignoran
tur alij ſocij criminis, quorum vnus tantum, vt val-
dè ſuſpectus captus ſit, & eo magis ſi inceptor, ſeu au
ctor rixæ extiterit, Marſ. ſing. 300. idem quando Iu-
dex vidit commiſſo delictum à pluribus, & vnum co
gnouit quem capi iuſſit, & cæteri fugerunt, quoniam
poteſt ſtatim examinari, & torqueri ſi negabit, tam
quoad ſe, quam quoad alios, citra tamen præiudiciū,
& cum proteſtatione cōuicti criminis ob notorium
delictum, de quo in 1. par. huius tract. ſub num. 200.
cum plur. ſeque. at ſi per teſtes poſſet conuinci tutior
practica erit. Nam Theologi, & Canoniſtæ plerique
omnes affirmant Iudicem nihil agere in iudicio poſ
ſe ex propria ſcientia, ſed eum ex publicis actibus co-
ram ipſo factis debere procedere, ſi præſertim per ſe
iudicet. Nam bonus Iudex nihil ex arbitrio ſuo fa-
cit, & propoſito domeſticæ voluntatis, ſed ſecundum
leges, & iura pronunciat, vide D. Tho. 2. 2. q. 67. &
ibi Caiet. Maio. in 3. ſent. d. 43. q. 4. Sot. in v. Iudex, 2.
§. 5. Car. à Turrecrem. in d. c. iudicet. & plurimos a-
lios quos citat Couar. in 1. l. var. reſolut. c. 1. q. 4. & ſe-
quen. qui planè contrariam ſententiam euertit. Ca-
rer. tit. de homic. num. 28. & 43. Item ad effectum, vt
mandatarios nominet, Boſſ. num. 144. & 145. (ſi præ
ſumptio vehemens eſſet, vt tanquam mandatarius i-
118 ſte captus deliquerit) † vt quando nulla ſubſiſtente
cauſa, & extra propoſitum, quis in alium deliquit,
DD. in l. 1. C. de ſer. fug. Fel. in c. ſicut dignum, in 4.
col. verſ. 3. concluſio, cum plur. ſeq. de homic.

119 † Quotieſcunque ergo Iudici noſtro opportunū
eſſe videbitur, iuxta qualitatem delicti, & delinquen
tium infamiam, ac malam conſuetudinem venire
ad torturam ſine indicijs, ordinario iure minas ſuf-
ficientibus (non autem ſine aliqua probatione veriſi
mili,) vt in l. fina. vbi gloſ. ff. de quæſt. etiam teſtibus
ipſis ad informandam Curiam, minime repetitis,
ſtante ſtilo, vt per Alex. conſi. 65. vo. 3. Bolog. in add.
ad Guid. de Suzar. in tract. de tor. Gramma. Deciſio.
34. numer. 37. circa fin. quos alleg. Add. ad Clar. quæ-
ſtio. 45. numero 24. maxime ſtante hac facultate Bra
chij Regij, vt ſupra numero 181. p. 5. & facit Baiard.
d. quæſt. 45. numero 36. tunc moderatè, & temperatè
ſe gerat. vt admonet tex. l. de minore, §. tormenta, ff.
de quæſtio. Brun. in d. tract. de indic. & tort. in finali-
bus verbis dicti tract. aduertendo ne quid nimis fiat,
vt inquit Cicer. lib. 1. de Orat. & dixi ſupra num. 52.

120 † Quoniam iudicium, & diſcretio pari paſſu am-
bulant, dixi in 2. par. huius tract. num. 127. & not. gl.
in ver. iudicio, l. cum Prætor, §. 1. ff. de iud. Put. in ver.
arbitrium, c. 1. nu. 16. Nam ſummum ius ſumma ma
litia, Terent. in Heautontimorumeno, & Tul. in 1.
Off. & apud antiquos ſummū ius, ſumma crux repu-
tabatur, ſic Columel. de re Ruſtic. lib. 1. c. 7. & idem
Cic. in Orat. pro Sexto Roſcio Amerino, qui inuehi
121 tur aduerſus † Iudices crudeles, & iniquos, dicēs, ſi
ea crudelitas, quæ hoc tēpore in Rep. verſata eſt, ve-
ſtros quoq; animos, (id quod fieri profectò non pōt)
duriores acerbioreſq; reddidit, actum eſt Iudices: &
Valer. Max. lib. 6. c. 3. de Domitio Aenobarbo Pręto
re ait, ratio publici imperij Pręторem nimis aſperum
exiſtimari nō patitur. Et propterea in qualibet re ſal
ſetētiæ, & diſcretionis ineſſe debet, vt dixi in pract. de
teſt. p. 5. cit. princ. & hæc coniunge ijs quæ dicit Go-
123 meſ. var. reſol. tit. de delic. c. 13. nu. 25. † quod ſi quis
tortus penitus ſine indicijs præcedētibus ratificet, nō
tenet dicta confeſſio, per l. nō dubiū, C. de leg. vbi in-
fert, ꝙ confeſſio extorta ab eo, qui ex priuilegio non
poterat torqueri, non obſtante ratificatione, non te-
net, idem ſi fuerit extorta à pueris, & ſenibus, per in-
debita tormēta, & vide Bald. in l. accuſationis, nu. 4.
vbi diſtinguit, C. de accuſ. vbi tortus ſine indicijs cō-
tra ius legis, vel accuſati, nō facit indicium: At ſi fuit
tortus, qui non debebat torqueri vi priuilegij ſui, &
ſic contra ius torti, facit indicium: ſed multò minus
indicium facit, qui tortus eſt contra ius accuſati, &
torti, & in tantum hoc eſt verum, vt ſi poſtea indicia
appareant, tamen pręcedens tortura ſine indicijs non
iuſtificetur, nec confeſſio hoc modo extorta tenebit
propter ordinis præpoſterationem, Bald. in d. l. accu-
ſationis, num. 3. C. de accuſat. & ibi gloſ. facit tex. in
l. quod ab initio, cum concor. de reg. iur. Item quan-
do reus eſt ſufficienter tortus, & negauit, ſi iterum ſi-
ne nouis indicijs torqueatur, & fatetur, & ratificet,
non tenet; idem quando pendente appellatione reus
torquetur, fatetur, & ratificet. Quæ vera ſunt omnia
etiam in noſtro Iudice, qui habet liberum arbi-
trium, & abſolutum, vide C[illegible]. variar. reſolut.
l. 1. cap. 1. §. 7. vbi etiam ſup[illegible] Tribunalium
Iudices affirmat, non poſſe [illegible]ta ſcientia ali-
quid ſtatuere, nec ſine indicijs [illegible]

124 † Item ſciendum eſt, quòd quædam ſunt perſonæ,
quæ ex priuilegio non debent torqueri, tàm de iure,
quàm etiam de conſuetudine, vt Duces Illuſtriſſimi,
& in magna dignitate conſtituti, & Clerici cuiuſcū-
que gradus à Iudice ſęculari, neque torqueri, neq; de-
tineri, niſi per viginti horarum, vel vnius diei ſpa-
cium poſſunt; licet Doctores, milites, & nobiles de
conſuetudine torqueantur, aliæ ſunt perſonæ, quæ re-
ſpectu ætatis, & imbecillitatis non debent torqueri,
vt minor annorum 14. vel ſeptuagenarij, & infirmi,
mulieres prægnantes, aut lactantes, de quibus omni-
bus per Bart. in l. 1. & in l. quæſtionis modum, & in l.
liber homo, & tot. tit. ff. de quæſt. Boſſ. in d. tit. de in-
dic. & cōſid. an. tort. per tot. Put. de ſynd. in verb. tor-
tura, 111. c. 6. & in ver. tortus, c. 1. latè Caſo. de tormē
tis, c. 10. & 11. Clar. d. q. 64. verſ. vbi autē, cū plur. ſeq.
& ibid. addit. & Guid. de Suzar. de indic. et tor. nu. 8.
125 vide ſup. Farinac. de indic. & tor. q. 41. per tot. † Sed
prædicti priuilegiati ratione dignitatis, ſexus, condi-
tionis, & ætatis de ordinaria poteſtate nō poſſunt tor-
queri, veruntamē ſtante hac regia facultate, in crimi-
nibus exceptis ob difficultatem probationum, quan-
do veritas ab alijs haberi non poteſt, & malam qua-
litatem perſonæ, tanquam teſtes, & rei, omnes cuiuſ-
cunq; ſtatus exiſtant torqueri poterūt, vt in ſimili de
captura dixi ſuprà in 2. p. nu. 124. & 126. vbi reatū gra
nem priuilegiū tollere dixi, cū plur. ſeq. & ideò Do-
ctores, milites, modò non ſint ordinis Eccleſiaſtici,

equites,

equites, nobiles, decuriones, & alij in magna dignitate ſæculari conſtituti poterunt torqueri: excipiuntur ſemper Clerici, qui ad Eccleſiaſticum Iudicem quacunque de cauſſa ſunt remittendi, Farinac. d. quæſt. 41. num. 100. cum ſeq. ſed ſine Brachio Regio minime torqueri poſſunt, etiam pro caſibus exceptuatis, & ita ſunt intelligendi Doctores per Farinacium adducti numero 100. cùm facultas recedendi à priuilegio, & à regulis iuris communis pertineat ad Iudices ſupremos.

126 † At quibus modis ſint torquendi ſenes, infirmi ac pueri, dixi num. 58. & ſenes robuſti poſſunt etiam attolli in tortura, multo magis ſi ſunt peruerſi, non tamen pro delictis leuibus, ſed pro grauiſſimis, & atrociſſimis, quando veritas aliunde haberi non poſſet, & in delictis forte exceptuatis tantum, Farina. de indic. & tor. quæſt. 41. num. 10 .. & ſequ. & mulieres prægnantes, vel lactantes nullo modo torquẽtur, nec terrentur, ne metus cauſa abortum faciant, vel lac amittant, l. Imperator, la ſecond., ff. de ſtat. hom. & in l. prægnantis, ff. de pœn. & Clar. d. qu. 64. verſ. quarto modo, vbi dicit, quod poſt partum de conſuetudine non torquentur, niſi expectatis quadraginta diebus, verum hoc erit in arbitrio Iudicis noſtri, qui conſuetudini in hoc derogare poteſt, ſtante atrocitate delicti, vt dixi in 1. par. ſub num. 28. cum mul. ſeq. ſi non ſit periculum vitæ, & dum expectatur tempus pariendi, debet ſub cuſtodia teneri expenſis ſuis, ſi habet modum, ſin minus, expenſis publicis, vt ſupra in 2. p. num. 161. & 293. vbi ſi opus eſſet infans ali, & lactari ab alia muliere poſſit, vt iuſtitia non remaneret impedita. Eſt tamen verum, quod ſenes etiam valetudinarij poſſunt terreri ducendo eos ſub eculeo tantum, ſed abſque ligatura, quando præſumptio eſt, quod nolunt dicere veritatem, vel ferula cædi poſſunt, ſicut dictum eſt de pueris nu. 58. & per Carer. de indic. & tort. nu. 16.

127 † Laborantes febre quartana poſſunt in caſibus grauiſſimis torqueri ea die, qua non laborant dicta infirmitate, Franc. Marc. deciſio. 790. Sed nec ſurdus à natura, nec mu[illegible] torqueri poſſunt, Brun. de indic. in 4. q. 2. part. n[illegible] Caſo. de tor. c. 20 num. 5. Farin. q. 41. num. 89. [illegible] quia iſti nec actu, nec potentia interrogantem [illegible], aut ei reſpondere poſſunt in tortura, Paul. Ghirl. de quæſtio. & tor. q. 6. num. 7. ſecus extra torturam, quia per ſigna poſſunt deponere, vt in prac. de teſt. par. 4. ſub num. 19. in fin. iis ſimiles ſunt cæci, & furioſi, l. 3. §. ſurdus, & §. cæcus, de quaſt. poſſunt decipi in auditu, quia multi habent eundem vocis ſonum, & alij alienam vocem fingunt, licet in ſacris paginis legitur de Iſaac, quem vox non decipit, ſed tactus, vox Iacob, manus autem Eſau, Gen. c. 27. qui locus tendit ad fidem noſtram. Et in ſumma etiam priuilegiati omnes laici, qui laborant infamia, & præcedentibus indicijs poſſunt torqueri, vt dixi ſtante atrocitate delicti, & difficultate probationum l. & ſi excepta, C. de maleſ. glo. in l. inuicti, la ſeconda, ff. de teſt. l. de minore, & l. libero, ff. de falſ. l. deſertorem, & l. proditores, ff. de re mil. Gand. de quæſt. & tor. q. 1. Corrad. de negat. crim. nu. 37. Paul. Ghirl. de quæſt. & tor. q. 6. n. 10. cir. fi. Bonif. de Vital. de quæſt. & tor. qu. 1. Attamen quando tortura infertur etiam perſonis, quæ vel priuilegio, vel alio reſpectu de iure ordinario non debent torqueri, tunc moderatè, & cum temperamento eſt adhibenda, vt dixi ſupra, & ſic quãdo cum minus legitimis indicijs ad torturam deuenitur, nu. 143. ſed quoad priuilegiatos tanquam reos non habetur diſtinctio, quando contra eos adſunt indicia præcedentia, & atrocitas reatus expoſcit acrem torturam, quia reatus omne priuilegium ſeculare in foro fori tollit, vt dixi in 2. part. numero 126.

128 † & Iudex noſter in dubio arbitrium inclinare debet erga priuilegiatos, ſed contra ſceleratos arbitrium debet cõuerti ſuper dorſum eorum, vt pluries in hoc tracta. dictum eſt, tamen eſt modus in rebus ſit arbitrium æquum, & iuſtum. Nec erit inconueniens, quod Iudex, non obſtante Brachio Regio, verbum prius faciat cum Principe, quando priuilegiatum in dignitate conſtitutum torqueri oportet, ſecundum ea quæ dixi ſupra in 2. par. num. 31. & ſeq. immo optimum erit conſilium Principem adire.

129 † Collige ergo ex ſupradictis omnibus, quod omnes cuiuſcunque gradus, & conditionis exiſtant torqueri poſſunt concurrentibus infraſcriptis: primo, authoritate Brachij Regij, ſecundo atrocitate delicti, tertio difficultate probationum, quarto querela, ſeu inſtantia fiſci, vel ex officio habita aliqua notificatione, quinto adminicula præcedere debent torturam, ſexto tortura moderata, ſi non ſunt facinoroſi, ſed nullus ſine indicijs torqueri poteſt.

130 † Et ſemper eſt aduertendum cuius qualitatis, cuius formidinis, debilitatis, vel roboris corporis ſit is qui torquendus eſt, & ſecundum varietatem perſonarum, diuerſitatem criminum, vel illa ſpecie tormentorum, quæ magis opportuna videbitur; nam in paritate criminis, & indiciorum diſparitas qualitatis perſonarum cauſat diſparitatem, & differentiam fieri, tam circa modum & tempus procedendi & torquendi, quam etiam circa modum & qualitatem condemnandi, Fab. à Montelæo, in ſua pract. ar. in 5 par. nu. 15. cum plur. ſequ. vbi quænam qualitates ſint attendendæ. Nam, vt inquit Paul. Ghirlandus magnus practicus de quæſtio. & tor. q. 3. nu. 19. aliter ſunt torquendi iuuenes robuſti, alio modo debiles, delicati, vel ſenes, alio modo ruſticus, vel miles; alio modo ciuis; & alio modo nobilis; & alio modo ignobilis, & plebeius.

131 † Et vlterius inchoanda eſt tortura prius ab eo, à quo creditur veritatem facilius haberi poſſe, & ſic a magis timido, Put. de ſyndic. in verb. tortura, 11. c. 2. & etiam a magis ſuſpecto, & debiliori, ſecundũ Bar. in l. 1. §. 1. & in l. vnius, ff. de quæſtio. Gand. tract. maleſ. de quæſtio. & tor. col. 2. Marant. pract. in prin. nu. 13. arguendo ab ordine, Cartar. pract. interrog. reos, lib. 4. c. 1. nu. 208. vbi lauti ſime.

Item incipiendum eſt ab eo, qui eſt peioris qualitatis, Carer. in d. l. obſeruare, nu. 185. & ſi pater & filius ſunt rei, tortura debet à filio incipi, vt aliquid dicunt in conſpectu patris, ex quo pater facilius veritatem dicet, quam pati filium torqueri, l. iſte quidem, ff. quod met. cau. Quod ego non facerem, niſi vrgen-

132 tibus contra vtrumque præcedentibus indicijs, † & ſi eo modo pater confiteretur delictum, non eſſet ſtandum in tali confeſſione, niſi præcedentibus indicijs validis, & ſubſequente ratificatione, Bald. in l. prima, in fin. C. ii rec. Prouinc. Tiraqu. in l. ſi quando, C. de reuoca. donat. in præfat. numero octauo, quod etiam animaduertit Scaccia. de indic. cau. ciuil. crim. & hæret. tit. de inquiſit. generali, c. 83. nu. 3. vbi recenſet Boſſ. in tit. de exam. reo. dicere de illo patre innocente, qui faſſus eſt delictum ob metum, & dolorem filij, & propter hoc Iudex ille induit habitum Fratrum Capucinorum, ſed ante eum talia exempla poſuit Put. de ſyndic. in ver. tortus, c. 11. nu. 3. ver. & volo. Item incipienda eſt tortura à fœmina, vt inquit

133 Gand. de quæſt. & tor. nu. 11. q. 1. † Verũ expertum ſum mulieres minus timere torturam, quam mares, & durius in negatiua perſiſtere, ſed hoc totum eſt Iudicis arbitrarium. Afflict. ſuper conſtit. ſi damna clandeſtina, nu. 75. Item eſt inchoandum ab eo, qui malum cognomen publicè ei inditum habet, vt dixi in pract. de teſt. p. 1. nu. 113. & faciunt. quæ etiam dixi ſupra nu. 81. & 85. cum ſeq. Nec poſtremi eſſe debent, qui malam, & prauam Phyſionomiã habent, de qua

Petr. Tarantag. in compend. Theolog. lib. 2. c. 58. ſed quæ ſapiunt iudicialem indagationem, omittimus, tanquam incerta, & apud Hiſpanos ombre de mala cara aide puto vellaco mala cara tenes: ombre palabrero, y Maſnadero dellos Diablo.

134 † Nec eſt adhibenda tortura paſſim pro quolibet indicio, videlicet modo torquendo ſuper vno indicio, modo ſuper alio, quando poteſt euacuari proceſſus, quo euacuato omnium indiciorum contra reum fit ſumma ad inſtar computi rationum, & calculatis & ponderatis omnibus, demum tortura adhibenda; quia aliter procederetur in infinitum, ſed reaſſumptis omnibus indicijs poteſt reus torqueri ſuper omnibus ſemel tantum, aut bis, aut ter ad plus, & non vltra, Marſ. in ſua pract. §. expedita, num. 85. Cumia. de ſyndic. & tor. c. 2. nu. 2. hoc tamen eſt de iure ordinario, ſecus de extraordinario iure, vt ſtatim dicam, & in aſſaſſinio, parricidio, crimine læſæ Maieſtatis, & alijs delictis poteſt vltra tertiam vicem tortura adhiberi, Carer. de indic. & ſupradixi, num. 32. & ſeq. &
135 † tortura niſi nouis ſuperuenientibus indicijs repeti non debet, quando alia purgata fuerunt ſufficienter, Gand. d. q. 1. nu. 2. Et notandum, quod noua indicia oportet eſſe diuerſa ſpecie à primis indicijs, non autē eiuſdem ſpeciei, cuius ſunt primę, Marſ. d. pract. §. quoniam, numero ſecundo, Nou. in pract. in rubr. de for. conſtit. reos, verſ. vt quia numero 7. & debent etiam eſſe fortiora primis, D. Menoch. de arbit. iud. caſ. 272. in fi.

136 † Aduertendum eſt etiam quod ſi reus fuerit tortus ab vno Iudice, & nondum perfecta tortura, alter Iudex ſucceſſor aduenerit, aut alteri cauſa delegata ſit, quod in proſequendo torturam habebitur ratio torturæ, iam per primum Iudicem illatæ, Marſ. d. pract. crimi. §. occurrent. nu. 4. Carer. d. l. obſeruate, nu. 199. in 2. impreſſ.

137 † Ictus autem funis, (vt prædixi) tres in totum dari poſſunt pro quolibet proximo, & magno indicio, ſecus in remoto, & appellantur iſti ictus apud DD. Venetos tot Collegia, videlicet tres ictus dicuntur vnum collegium, & ſex ictus dicuntur duo collegia, & nouem ictus tria collegia, & pro qualibet die dantur tres ictus tantum, & ſic in tribus diebus dantur tria collegia, quæ ſunt in totum nouem ictus funis in terpolatis vicibus dati.

Verum quando plura ſunt indicia proxima, ſed diuerſa ſpecie, tunc per tres dies tortura adhiberi poteſt in atrocioribus delictis ſtante mala qualitate perſonæ, & facultate Brachij Regij pro qualibet die vno ictu, Paul. Caſtr. conſil. 299. circa fin. vo. 2. Blanc. in l. finali, numero 10. ff. de quæſtio. etiamſi indicia eſſent mille, intellige diuerſæ ſpeciei, alioquin ſi eiuſdem ſpeciei, ex duobus teſtibus reus diceretur conuictus, vt ſupra numero 18. & non eſſet opus tortura, niſi ad effectum indagandæ veritatis, quoad alios, & ad alia delicta, dixi ſupra numero 11. cum plur. ſequen. poſſet igitur prima die terreri, & parum attolli modico tempore; ſecunda die fortè vno ictu plecti; & tertia die compleri tortura duobus ictibus, & hoc re-
138 ſidet in arbitrio Iudicis. † At ſi ſtatuto cauetur, quod ſemel tortus iterum torqueri non debet, vt Mantuæ in rubr. de tor. tamen ſtante diplomate amplo, de quo in prima parte, ſub numero 23. & numero 101. non ſeruatur, & Iudex poterit diuidere ſi ei videbitur torturam, ſeu illam in plures vices diſpartiri, ſiue eadem hora, ſiue eadem die, vel altera ſequenti, vt pluries ſeruaui. Nam hoc ſic, quando reus parum, aut nihil pati videtur, Put. de ſyndic. in ver. tortura, 111. cap. 4. numero quinto, col. quinta, Boſſ. in titul. de tortur. numero 242. & ex alijs cauſis, Farinac. eodem titul. de indic. & tor. quæſt. 38. numero 83. vbi hoc non habere difficultatem apud DD. ait, quando reus nocentiſſimus non eſſet prima vice ſufficienter tortus, Brun. de indic. & tor. 2. quæſtio. 5. numero 59. Marſ. §. quoniam, numero ſecundo, Menoch. de arb. caſ. 272. numero ſexto, nec opus eſt alijs indicijs in hoc caſu, vt tortura repetatur, vt quotidie ſeruatur, & hinc oritur illud dictum, ſi vis ſcire, diuide, at Iudex noſter multo plus poteſt facere (ſi vult) vt infra dicam.

139 † Et hic volo aduertere vnum in practica valde ſingulare: nam aliquando ſunt plures ſocij criminis, quorum alij ſunt capti, alij non, & vnus illorum captus fatetur delictum, & etiam illud ſuſtinet in facie aliorum ſociorum, qui conſtanter illud negant, dicentes illum mentiri nequiter, & confirmato prius dicto iſtius in tortura, vt de more eſt, de teſt. in 4. par. ſub numero 69. poſtea deuenitur ad torturam contra iſtos conſocios, qui ſi parum timent torturam, debet tortura diuidi ad duplicem effectum; primo ad effectum, de quo dictum eſt; ſecundo ſi in repetitione torturæ facienda infra quadraginta horas de iure ordinario (vt infra dicetur) tempore dictarum horarū, quo ſanguis bullit, & oſſa torti ad huc ſunt concuſſa ob primam torturam, debet inquam hoc tempore tortura repeti, & facilius veritas habebitur, iuxta illud: Accipe dum dolor eſt; ſi vero perſiſtat in negatiua, hæc ſecunda tortura debet eſſe leuis, & non ſufficiens, ſed reus debet reponi ad locum ſuum cū proteſtatione, ac animo proſequendi, & complendi ſufficienter torturam ſuis loco, & tempore, alioquin ſi in hac ſecunda vice tortura perficeretur, & tortus purgaſſet indicia, vtique præiudicium intentioni fiſci allatum eſſet, quoad alios ſocios, tam præſentes, quam abſentes reſpectu huius indicij ſocij, qui faſſus eſt; at ſi tortura videretur perficienda, eſſet proteſtandum antea, quod pro ſuo facto tantum torquetur, & non pro facto aliorum ſociorum, & caſu, quo fateretur aggrauando alios conſocios, torquebitur leuiter, vt eius dictum valere poſſit, modo quo ſupra dictum eſt, & hæc in practica ſunt notanda, nam plures ſunt caſus, quam vocabula, l. natura, de præſcr. verb. & non eſt farina Nouellorum Tyronum Criminaliſtarum.

140 † Sed Iudex liberi, & abſo[illegible]rbitrij poterit, ſi opportunum videbitur, excede[illegible] modum, & tempus in torquendo, nedum bis, & ter, ſed quater, & vltra, quando agitur de crimine atrociſſimo, & perſonæ ſunt facinoroſiſſimæ: nam hoc in caſu delinquens conuictus poterit torqueri ordine non ſeruato, perche ſi hà per vn ſacco di oſſa: ſecundum aliquos, quos ipſe non ſequor: vi Brachij Regij ad effectum, vt fateatur pro cauſis ſupradictis, vel notificet alios complices, & alia delicta, de quibus contra eum ſunt indicia magna, non ſic ſi delinquens non eſt facinoroſus.

141 † Iudex autem in torquendo multa in practica conſiderare debet, nam ſi iubet reum ligari, & reus alleget ſe habere aliquod membrum infirmum, debilitatum, vel inhabile ad torturam ei inferendam, tunc Iudex executoribus mandabit practicis, vt diligenter inſpiciant, & penes acta eorum iudicium ſcribatur, & ſi de tali re ſint ignari, vocetur Medicus, aut Chirurgus, & dicant ſuum iudicium. Nam ſi in vno brachio reus erit defectuoſus, vt allegat, poterit torqueri per alterum brachium, & ſi à duobus lateribus eſt mancus, poterit igne pedibus admoto torqueri, idem quando in genitalibus eſt apertus. Et debet Iudex proteſtari ſatellitibus, ſeu dictis executoribus, vt bene aduertant, & caueant, diligenterque reum ligent, ac inſpiciant funem, ne forte ſit marcidus, aut valde tritus, præcipue quando dantur ictus funium à ſummo, vſque deorſum, & cuncta ſunt ſcribenda, nec parcendum calamo.

mo, vt Index à nemine accuſati meritò poſſit, & ſi ca
lumniam patiatur, ſuam ipſe cauſſam agere valeat,
Put. in ver. officialis, c. 1. idem in ver. tortura, 1. c. 12.
nu. 5. & Belui. pract. crim. de quæſt. nu. 75. Bertazol.
conſ. 474. vo. 2. Burſat. conſ. 325. nu. 25. vo. 3.
141 † Item ſcias, quod non poteſt quis ſeipſum ſuppo
nere, & offerre ad torturam, vt alter inuitus æquè ſub
ijciatur, cùm perſæpè dictum ſit, neminem eſſe do-
minum membrorum ſuorum, l. liber homo, ad l. A-
quil. quoniam poteſtas torquendi eſt meri imperij, l.
defenſionis, C. defenſor. ciuit. & in auth. de teſt. §. niſi
143 ius dicens. † & ea quæ ſunt meri imperij non poſ-
ſunt pacto priuatorum concedi, l. priuatorum, ff. de
iuriſd. om. iud. & Put. in ver. tortus, c. 13. timbat. reli-
quit cogitandum, vbi multa ſimilia adducit in hoc
propoſito, & in cap. 14. allegat alios caſus ſimiles Fa-
rinac. de indic. & tor. q. 37. num. 109. ſecus ſi ita Iudi-
ci noſtro videbitur ob aliqua indicia, quæ vtrumque
premant, Gand. de quæſt. & tor. rubr. 1. & de hoc ſa-
tis dixi in pract. de teſt. 4. par. num. 151. cum plur. ſeq.
Luc. de Pen. in l. 1. col. 2. C. de decu. lib. 12. Marſ. rub.
de fideiuſſ. nu. 208. Boſſ. de remed. iud. contr. ſent. tit.
ſeq. Clar. q. 63. verſ. ſed quæro, nihilominus ſtante a-
trocitate delicti & difficultate probationum inter pa
res, ſi Iudici videbitur, hoc fieri poterit ex aliqua cau
ſa probabili, & præcedentibus indicijs aliquibus, ar-
gum. l. Imperator. ff. de ſtat. hom. ſed Iudex debet ha-
benas in manibus tenere, vt dixi in prima par. nec
ad nutum ſolum iſtorum deuenire ad torturam, ne
forte odio, & vindicta inter eos occulta id fieri peta-
tur. Item quia ſi paſſim concederetur hoc, nullus fere
inueniretur teſtis, qui veritatem dicere vellet timore
torturæ, & ſequeretur, quod ſæpennmero delicta im
punita remanerent; & eſſet priuato, & publico com-
modo res damnoſa, l. ita vulneratus, & l. liber homo,
ad leg. Aquil.
144 † Qua de re Iudex ad inſtar prudentis nautę, qui
manus ad funem (quæ rudens, appellatur uulgari ſer-
mone la ſcota) tenet, dum uentus nimis uehemens
perflat, & uela nimium inflat, tunc oculis apertis, &
manibus promptis Iudex cautè ſe gerat, & iubeat,
prohibeat, uel permittat, quod opportunum erit, ca-
uendo ſemper ne ipſe Iudex pro ſuo arbitratu proce-
dat, ſed aliquibus indicijs præcedentibus, & magna
cum prudentia iuſtitiam adminiſtret: nam ſatis eſt,
quod ſine defenſionibus reus poſſit torqueri virtute
Brachij Regij, quia licet hæc Brachij Regij facultas
egrediatur terminos iuris communis ciuilis, non ta-
men ab eis adeo longe recedit, quin ſemper oculos
habeat ad terminos ordinarios reſpiciendo, & viden
dum eſt, ne termini iuris penitus euaneſcant ab ocu-
lis Iudicis Brachium Regium, ſeu liberum, & abſo-
lutum arbitrium habentis, hac potiſſima ratione, vt
ius commune minus lædatur, quam fieri poſſit, l. fin.
§. in computatione, vbi glo. C. de iu. delib. & vt ſecu-
rius in re tam periculoſa procedatur, l. 1. §. ſi quis, ff.
de Carbo. edict. l. manifeſtiſſimè, C. de fur. ius enim
commune dicitur ſal per quod purificatur ſtatutum,
ne marceſcat, vt ait Aret. in §. ius autem, Inſtitut. de
iur. nat. & quando petebat ſtatutum, dicebat afferte
mihi carnem ſalatam, ius namque commune decla-
145 rat, & ſupplet ſtatutum dubioſum. † & ſunt quidã
Iudices vindices, & inuidi in cathedra peſtilentię ſe-
dentes, qui non habent ſibi propoſitam veritatẽ ſci-
re, ſed duntaxat, vt torquendus fateatur delictum, &
expleant occultum liuorem, & ad hoc tendunt ani-
mo petitus obſtinato, quod iniquum, & valde dam-
nandum eſt, ſed finis eſſe debet veritatem totis ner-
uis perquirere, vt dicit Put. de ſynd. tortura, 1. c. 7. nu.
3. contra quos inuehit Boniſac. tract. de fur. §. fraudo
loſa, ſub num. 19. & ſeq. vbi allegat multa bona iura,
& authoritates in hoc propoſito, & quomodo om-
nia iura, tam ciuilia, vt in l. reſpiciendum, de pœn. &
in l. pedius, de incen. rui. naufr. quam canonica, vt in
cap. ſi quis, 2. 2. quæſt. 8. & Concil. Trident. ſeſſio. 13.
cap. 1. memoriæ mandaut Iudicibus eſſe clementio-
res, vt de hac re dixi in 4. par. 4. num. 1. & 2. ac alibi.
proniores itaque ad abſoluendum, l. obſeruare, ff. de
offic. præſc. l. officium, de rei vendic. Damaſ. reg. 39.
& caueant ab ira Dei huiuſmodi iudices, ne dum
corpus aliorum indebitè cruciant, ſuam animam in
gehennam perdant, & ideo bene aduertant, ne con-
tingat reum in tormentis vitam cum morte commu
tare, prout accidit vni, de quo ſcribit Marſ. in d. ſua
pract. §. expedita, num. 86. §. ſi. quem Iudex fortè ſub
prætextu Brachij Regij nil humani ſe habere putans
iuſſit per horas duodecim appenſum ſtare in tortura,
& ita eum reliquit, & rediens poſtea miſerrimum il-
146 lum in tortura inuenit mortuum, † & in hoc caſu
Index cuiuſcunque authoritatis exiſtat, tenetur pęna
capitis, quoniam rigore permiſſo non intelligitur cõ
ceſſum eum ferina crudelitate modum excedere, &
vſque ad vltimum vitę ſpiritum incluſiue, ſeu animi
deliquium reos torquere, quoniam iudices quacun-
que dignitate fulgeant, debent adhibere modum in-
culpatæ ſeueritatis in torquendo, Put. in ver. tortus,
c. 1. nu. 12. Men. de arb. Iud. c. 340. Gramm. conſi. 15.
Put. in ver. tortura 1. c. 12. per tot. incip. an ſi officia-
lis, vbi diſtinguit Carer. pract. tit. de homicidio, n. 53.
niſi fortè torquendus eſſet peſſimus quidam magus,
ſeu veneficus, vel obſtinatus aliquis hæreticus, vel a-
poſtata, poſt baptiſmum ſuſceptum in Iudaiſmum
relapſus, vel huiuſmodi ſceleribus alijs cõtaminatus,
non credo tamen iſtos licere, ita torquere, vt ad mor-
tem adigantur, nec hoc in Sancti Officij Tribunali
ſeruatur, quamuis quidam illud peſſimè infamare
non vereantur. Igitur potius huiuſmodi reus poſt ſuf
ficientes probationes extremo ſupplicio afficiendus
videbitur. Quis enim ſcit, an fortè in vltimo ſpiritu
iſte homo inimicus Dei conuerti poſſit? vt legitur
de bene fortunato latrone, Luc. 23. Quare S. Leo ep.
90. & hab. de pœn. diſt. 7. c. 1. rectè ait. Nemo deſpe-
randus eſt, dum in hoc corpore conſtitutus eſt. Dia-
boli tantum eſt deſperanda correctio, vt inquit S.
Auguſt. tract. Hebd. Sanct. Hinc zizania non fuit e-
radicata ſtatim, quia in triticum conuerti poterat,
Matth. 31.
147 † Hinc quæritur, tortus indebitè, ſi ſtatim Iudicẽ
aliquo modo iniuriauerit, vel vulnerauerit, aut occi
derit, an teneatur pœna ordinaria? & magis commu
nis opinio eſt quod non, ſed extraordinariè punitur;
quicquid dicat Beluiſ. in d. ſua pract. crim. de quęſtio.
num. 75. & hanc partem tenet Marſ. ſing. 475. incip.
difficillimum: idem in ſua pract. §. diligenter, nu. 58.
Sed ſi iniuria eſſet illata Iudici noſtro tam amplę au
thoritatis, iſte non effugeret pœnam ordinariam pro
modo culpæ. DD. in l. qui iuriſdictioni, ff. de iuriſd.
om. iud. & to. tit. C. ne quis in ſua cauſa ſibi ius dicat,
cum reclamare poſſit ad Principem de iniuſtitia;
nec calore iracundiæ excuſabitur, iuxta trad. per Bar
to. in l. qui ea mente, ff. de iur. DD. & Cagnol. in l.
quicquid in calore iracundiæ, ff. de regul. iur. Clar. q.
60. verſ. eſt etiam, Decia. de delict. c. 11. lib. 8. tom. 2.
148 verum † iram continere maius eſſe fertur, quàm po
tentiſſimas vrbes expugnare, vt ait Cicer. pro Marc.
Boſſ. in titul. de homicid. numero ſexageſimoquar-
to, & per dolorem, aut pœnitentiam iudicis non
mitigatur dolor eius, qui indebitè, & doloſè
tortus fuit, & ideo mitiori pœna eum puto punien-
dum.
149 † Similiter dici poteſt de eo, qui ob impunita-
tem promiſſam, & non ſeruatam de hac iniuria ſe
contra Iudicem vindicauit, per ſupradicta, nam reus
ſpe impunitatis confeſſus delictum conqueri poteſt,

quòd fides non ſeruetur ei, cùm etiam hoſti fides ſer-
uanda ſit, l. conuentionum, ff. de pact. & Boſſ. in ter-
minis, in tit. de confeſſ. per tor. num. 9. quamuis Dec.
in l. ea eſt natura, in addit. ſub num. 7. dicat non eſſe
ſeruandam impunitatem propter finem bonum, &
bonum publicum, vt delicta puniantur, & quod Iu-
dex excuſatur, & non eſſe ſeruandum iuramentum
ſuper impunitate promiſſa, propterea quod eſſet peri-
culoſum animæ aperire viam delictis ob impunita-
tem, cap. non eſt obligatorium, de reg. iur. & in ma-
lis promiſſis fidem non expedit obſeruare, ſed Decia.
tract. Delict. tom. 1. lib. 1. tit. De fraude, cap. 5. nu. 19.
dicit hanc rem requirere altiorem indaginem, vbi
alleg. Marſil. in l. 2. §. quæſtioni. in fi. de quæſtio. &
in pract. §. poſtquam, num. 15. & in ſing. 201. & 177.
Dec. in l. ea eſt natura, de reg. iur. num. 7. Plac. Epit.
Delict. cap. 37. num. 6. ver. cæterum ait quod ſicuti
iuramentum eſt ſeruandum (quando ſine interitu
animæ ſeruari poteſt) ita fides, quam æquo librami-
ne ſeruare tenemur, cap. cum dilectus, quod met. cau.
cap. ſi verò, de iureiuran. & ſubdit æquum eſſe Iudi-
cem impunitatem ſeruare, quando non ſit in perni-
ciem Reipubl. ibi. numero 7. & 8. Quæ ſi non ſerue-
tur confeſſio ſpe impunitatis promiſſæ emanata re-
uocari poteſt, & ex ea non poſſe confeſſum damna-
ri, vt crebriorem ſententiam eſſe teſtatur, de qua Pa-
ris de Put. tract. ſindic. in verb. tortura, verſic. ſequi-
tur quæſtio quotidiana. Blanc. pract. in verb. Datis
defenſionibus, numero 35. 36. 37. & ſeq. vbi diſtin-
guit, quod ſi Iudex erat in conſcientia tutus, quod il-
le cui impunitatem promiſit, Delictum fecit, non
tenetur ſeruare promiſſionem. Ipſe verò ſemper
fui contrariæ ſententiæ, quia alia via, & cum tem-
pore veritas in lucem prodire poteſt, interim Reus
ſtet ſub bona cuſtodia, nihilominus hoc fortè in Iu-
dice ordinario locum haberet, quia ius faciendi im-
punitatem non habet, & nemo dat quod non habet,
& promiſſio eſt ipſo iure nulla, & ſibi imputet reus,
qui fuit nimis credulus, Clar. quæſtio. 55. ver. circa ſe-
cundum, in fin. & tenebatur perquirere, & cogitare
150 qualis eſſet iſta promiſſa; † Nam qui contrahit, vel
ſcit, vel ſcire præſumitur, l. quod te, vbi DD. ſi cert.
pet. l. qui fundum, §. ſeruus. ff. pro empt. At à Iudice
noſtro ſupremę authoritatis talis impunitas eſſet ſer-
uanda, vt ſentire videtur Put. in ver. ſaluuſcondu-
ctus, cap. 1. num. 3. ibi qui non poterat dare ſecurita-
tem, ergo quando potuit, ſecus eſt, idem in ver. tortu-
ra, 1. cap. 7. numero 2. ibi præterea Iudex non poteſt
remittere, ergo quando poteſt remittere, vtique ſer-
uare debet promiſſam; nam ſi ſoli Principi facultas
hæc impunitatem promittendi reſeruata eſt, l. rele-
gari, ff. de pœn. & Boſſ. vbi ſuprà numero 11. ergo &
Iudici noſtro, cui vices Principis circa iuſtitiam con
ceſſæ ſunt, Clar. quæſtio. 55. ver. allegare, ſic & illa
151 ſeruare debet, l. ius publicum, ff. de pact. † & parum
hæc promiſſio diſtare uidetur à ſuggeſtione, Brun.
uer. addendo ad ſupradicta. At ſi promiſſa fierent ſi-
ne iuramento, fortè melius eſſet quàm acriter tor-
quere, impunitatem promittere in caſibus atrocibus
difficilis probationis, & perſonis facinoroſis; & ita
Putei opinio in dict. cap. 1. de ſaluoconducto, & ibi-
dem add. & in d. cap. 7. poſſet ſeruari, cùm liceat Iu-
dici omni uia, diligentia, & induſtria ueritatem in-
ueſtigare, ſine fraude tamen, & circumuentione ul-
la, quæ in hoc caſu apparere uidentur, & quod impu-
nitas ſit ſeruanda ab eo qui illam ſeruare poteſt ipſe
indubitanter teneo, & huius opinionis ſunt multi
relati à Bonifac. tract. ſuo de fur. §. fraudoloſa, nu. 18.
152 † Cæterum ſi iſta confeſſio ſub ſpe impunitatis
extorta iuſtificetur ex alijs indicijs omninò ualebit,
ſi reuocata non fuerit, Boſſ. in dict. tit. de confeſſ. per
tortur. nu. 13. 14. & 15. quoniam permittitur blan-
dimentis, perſuaſionibus, & præmijs de ueritate inqui-
rere, DD. in l. de minore, §. plurimum, vbi materia,
ff. de quæſt. & Scaccia. de iud. cau. ciuil. crim. & hæ-
ret. cap. 86. num. 35. vbi infert ad multa, quæ per Iu-
dices ſunt aduertenda, & Afflict. ſuper conſtit. de
præſtan. iura. num. 6. Bertazol. conſ. 93. num. 5. vo. 2.
Sed reuera promiſſio non debet fieri expreſsè, ſed
ſub quodam inuolucro verborum generalium, quæ
perſuadendi vim habeant, quæ nequaquam ſunt
obligatoria, exhortari quidem licet, ſed non iniquè
agere, memorando de dicto Ezechiel Proph. cap. 18.
Si iuſtus auerterit ſe à iuſtitia ſua, & fecerit iniqui-
tatem ſecundum abominationes, quas operari ſolet
impius, nunquid viuet? omnes iuſtitiæ eius quas fe-
cerat non recordabuntur, & impius auertens ſe ab
omnibus iniquitatibus ſuis vita viuet; ſententia ve-
ra menti ſemper tenenda, ipſe vero (& Deus ſcit
quod non mentior,) ut plurimum bonis verbis per-
ſuaſiuis, nunquam obligatorijs ad impunitatem, ſed
magnæ ſpei plenis, reos delicta fateri feci, ſecutus
conſilium Put. in d. ver. tortura, 1. cap. 6. ver. multi
etiam, & in hoc fortunatiſſimus fui; nam ita & tali-
ter me cum reis geſſi, qui de aliquo crimine infama-
ti ad me delati ſunt, quod nullum ferè delictum im-
punitum remanſerit, præſertim in ciuitate Mantuæ
meo tempore: modum hic non recenſeo, quoniam
ridiculoſus eſſem illis, qui nares aduncas habent.
153 † At ſi confeſſio ſpe impunitatis facta reuocetur,
tunc ſit per eam indicium ad torturam præcedenti-
bus aliquibus adminiculis, Boſſ. in tit. de confeſ. per
tortur. num. 13. vbi dicit, torturam debere eſſe mo-
deratam; hoc verum, ſi non adſint alia indicia, niſi
querela cum tali confeſſione, & an confeſſio hæc
modo reuocata faciat indicium ad torturam, eſt in
arbitrio Iudicis, Menoch. de arb. iud. caſ. 270. nu. 4.
Sed ſi non fuerit reuocata, eſt dubium per Doctores,
an pęna ordinaria, vel extraordinaria per hanc con-
feſſionem ſub ſpe impunitatis reus ſit condemnan-
dus: & D. Menoch. tenet pœna extraordinaria pu-
niri, Caſo. 367. de arb. iud. & Couar. var. reſol. lib. 1.
cap. 2. in fin. Carrer. de indic. & tor. num. 7. & 19. &
in tit. de homic. nu. 14. & hoc locum haberet quan-
do non eſſet multum iuſtificata ab alijs indicijs, &
ſtantibus indicijs in practica ſeruatur torquere
reum, vt locus ſit pœnæ ordinariæ, & tandem ſi hoc
bono modo confiteretur ſub ſpe impunitatis, credo
pœnam extraordinariam locum habere, & de mate-
ria confeſſionis, & reuocationis infra latè diceretur.
154 † Nunquid autem ſit attendenda promiſſio facta
vni, ſi manifeſtauerit alios fures de eo liberando, &
in ſolitis furari? videtur quòd non, propter huius de-
licti frequentiam; fraus enim cum fraude compen-
ſari poſſe dicitur, l. de viro, ff. ſolut. matr. & l. ſi am-
bo, ff. de compenſat. Quid de ſalario debito. Iudici
ob ſententiam, an ſententia non ſecuta ob impuni-
tatem debeatur, vide infra in 4. par. num. 223.
155 † Et quoniam experientia rerum magiſtra docet
multoties reos tortos nil pati in tortura, quamuis
acriter illata, poteſt veriſimiliter dubitari tortum
habere aliquas incantationes, quæ appellantur ma-
leficia taciturnitatis, ſeu inſenſibilitatis, ſecundum
Paul. Ghirl. tract. de quæſtio. & tor. quæſt. 4. num. 11.
& ſeq. vbi plures ſpecies incantamenti, ſeu malefi-
ciorum narrat, & num. 16. contraria maleficijs re-
cenſet; tunc poteſt mutari aliud genus tormento-
rum, vt per Put. de ſynd. in verb. tortura, 3. cap. 4. paul-
lò ante, num. 6. vbi dicit, quòd ſine timore torturæ
mundus non poſſet in pace viuere; quia oderunt
peccare mali formidine pœnæ, idem in d. verb. tor-
tura, 3. cap. 1. vbi recenſet ſe vidiſſe quendam peſſi-
mum nebulonem, qui pro quinque carlinis permit-
tebat ſibi dari vnum tractum funis, & quòd ſi tor-
quendus

quendus opium bibit, non ſentit dolorem: alij ſunt
ita torturæ aſſueti, & alij adeò molles, & membris
156 omnibus flexibiles, † vel nodis oſſium lenti, vt
non curent hoc tormenti genus, tunc Iudex quæ-
dam facere poteſt, quę ponit Marſ. in d. pract. §. nunc
videndum, num. 520. videlicet iubere reos denuda-
ri, & capillos, piloſque omnes tonderi, ſeu abradi, vt
etiam dicit Puteus mox alleg. deinde ſi hoc non ſuf-
ficit, addatur ſulphur naribus, & poſtea ſi non iuuat
hæc, detur aqua calida in potum, vt euomant bulle-
tinos, & etiam fieri ſolent cliſteria ad effectum, vt
euacuentur characteres, & incantationes, de quibus
Paul. Ghirl. inter tract. crim. diuerſo. d. quæſt. 4. vbi
multa alia antidota ponit contra has diabolicas in-
cantationes, & Cattat. de modo interrog. reos, lib. 4.
cap. 1. num. 218. vſque ad fin. & exorciſmis vti quan-
doque ſolet, quod eſt optimum remedium, quod-
que exercendum eſt ab habente authoritatem à
ſummo Pontifice, vel à ſuperiori alio Eccleſiaſtico,
& contra hæreticos eo præcipuè vtendum eenſ:1.
Aliqui ſolent dicere Pſalmum: Quid gloriaris in
malitia? Alia multa remedia ponunt criminaliſtæ,
quorum reuera nullum remedium aptiùs, & opor-
tuniùs, quàm recta mens Iudicis directa tantum-
modò ad iuſtitiam faciendam, & non ad vanam
gloriam capeſſendam, aut lucri cauſa, & ideò Iudex
rogare tenetur Deum, vt propitiùs ei ſit, & eum di-
rigat in viam iuſtitiæ, & veritatis, et qui odio, timo-
re, amore, pretio aut vindicta ſcienter, doloſè, ini-
què, et fraudulenter iuſtitiam adminiſtrant, ſunt ad
inſtar Præfectorum illorum, qui tempore primiti-
uæ Eccleſiæ martyrijs piorum Chriſtianorum præ-
erant, qui Tyranni nunc, et in æternum in inferno
157 cruciabuntur, et † propter iſta maleficia, quibus ſe
ipſi coinquinarunt (quando non fatentur, neque ti-
ment,) poſſunt nihilominus aliqua pœna condem-
nari propter probationem, quæ ab incantatione ſu-
mitur, Simon. de Præt. conſ. 105. et ipſe vidi alios in
tortura dormire, alios vigilantes ſilere, alios valde
loqui, et deridere, ac ſi eſſent in cubili, et in tribus aſ-
ſaſſinis ſceleſtiſſimis à Mirandula, quibus ſtantibus
eleuatis in tortura, iuſſi cereum ſub eorum pedibus
accenſum apponi, ferè per horam, ita vt etiamſi
planta eſſet nigra, et pellis cremata, et caro tum eſa-
cta, nihil pati viderentur, nec verbum quidem dixe-
runt, aut aliquod ſignum doloris, nec ore, nec pedi-
bus, aut alio modo oſtenderunt, ſed ferè immobiles
apparebant, et quando interrogabantur, adeò vili
et dulci uoce reſpondebant, ac ſi nil penitus mali pa-
terentur, quin etiam cum eſſent demiſſi è tortura,
voces ad ſidera mandabant, et repetita tortura adhuc
in eadem pertinacia manſerunt; At cur hoc? certè
ego huius rei cauſſam ſcire I. C. fines tranſcendere
arbitror, et ſic huic dicto locum eſſe poſſet: mitte ar-
cana Dei, cœlumque inquirere quid ſit, vt ille ait, et
Valer. Max. lib. 8. cap. 4. refert multorum exempla,
et de ijs loquitur, l. 1. ff. de quæſt. vt per Menoch. de
arb. caſ. 272. vbi quando tortura ſit repetenda. Ego
etiam expertus ſum cum maxima admiratione con-
trarium in nonnullis alijs valde robuſtis, qui ante
torturam erant feroces, et ſummoperè audaces, et
ſtatim eleuati faſſi ſunt delictum.
158 † Ideò ex theorica, & practica non poteſt dari
certa doctrina in hac materia torturæ, quia regulæ
ordinariè ſunt fallaces, l. 1. §. quæſtioni fidem, ff. de
quæſt. ſolummodò tutiùs hac in re ſe gerunt, qui lon-
gam experientiam habent; Nam gladius, vel enſis in
manu experti militis regit, ſed non occidit, cædenda
cædit, non offendenda non offendit, ſed ſi in mani-
bus inſanientis gladius dimittatur, periculoſiſſimam,
ac pernicioſiſſimam rem eſſe ait Paria. de probatio.
cap. 44. numero 20. lib. 2. ſic de bono, & de malo Iu-
dice iudicatur. Put. in ver. arbitrium, cap. 1. Fab. à
Monteleo. pract. arb. ver. 3. & ſic in dubio magis ca-
nonicè procedendo, quàm fieri poſſit; ſeruanda eſt
practica iuxta bonos, & approbatos mores, vt etiam
ſi Iudex dicaris rigoroſus, tamen iuſtus ſis, & non
tyrannus, & vt ius commune ſemper minus lædatur,
quàm fieri poteſt, vt dixi per Gloſ. l. fin. §. in com-
putatione, C. de iure deliberan. & Bartol. in l. om-
nes populi, quæſtione ſexta, de iuſtitia, & iure. Et
159 † Iudex bonus, & iuſtus debet adaptare ſuam par-
ticularem conſcientiam cum publica ſcientia, cap.
iudicet, 3. quæſtio. 7. Cyn. in l. ſi quis, C. ad leg. Iul.
Maieſt. & in rebus arduis, & valdè difficilis curatio-
nis, ad inſtar Medici conſilium à magis perito, & à
ſeniori quærere; ad quod facit Iaſ. in l. 2. ff. de iuſti-
tia, & iure, aduertendo ne à captioſo, & ignaro conſi-
lium petatur, vt admonet Boſſ. tit. de indic. & conſid.
an. tor. numero 142. in fin. Nam regulariter plus ſa-
piunt duo, quàm vnus ſolus, Butr. cap. vt debitus, de
appellatio. & hoc modo Iudex magis excuſatus erit.
160 † Itaque regulariter, atque adeò ſemper ordinarius
Iudex ſecundum allegata, & probata iudicare debet,
l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. Præſ. & 14. quæſtio. 2.
Didac. varia. reſolut. lib. 1. cap. 1. numero 6. & Felyn.
in cap. paſtoralis, §. quia verò, ff. de offic. deleg. &
Maſcard. de probatio. concluſio. 949. quod etiam ve-
rum eſt in quocunque Iudice, quamuis Brachio Re-
gio, vel quacunque alia facultate munito; licèt qui-
dam ſint, qui eum Iudicem ex propria conſcientia
iudicare poſſe cenſeant; ſed hoc tenendum eſt, quod
Theologis placet, non quod quidam Iuriſconſulti
exiſtimant. Bertazol. conſil. crim. 291. numero 10.
lib. 2. Iaſ. in §. ſi minus, numero 15. Inſtit. de act. vbi
etiam id eſſe verum, ſi Iudex ſciret veritatem aliter
eſſe, vt infra. Sed ſunt quidam, ponit Decia. de De-
lict. cap. 12. 13. 14. 15. 16. & 17. tom. 1. Felyn. & alij
in dict. cap. paſtoralis, qui videntur limitare in modo
procedendi tantum, quando ſcilicet liberum arbi-
trium datum eſt tantum in procedendo, quia limita-
ta cauſa limitatum parit effectum, arg. l. functs, ff. de
Procurat. rex. in l. cancellauerat, ff. de ijs, quæ in teſta.
delen. Pariſ. conſil. 116. circa reſolutionem, num. 8.
colum. 2. volum. 1. Tiraq. tract. cauſa ceſſante, nume-
161 ro 147. † Qua de re ſtante facultate Brachij Regij,
& probationibus, ſeu indicijs, & alijs, de quibus ſu-
prà, Iudex noſter tutius procedere poterit, modò ri-
goroſiùs, modò rigoroſiſſimè, acriter, & acerrimè,
ſecundum ſubiectam materiam iudicium aſſocian-
do ſemper, quantum poſſibile eſt cum veritate, & ri-
gore, cum veritate, & manſuetudine, cum manſue-
tudine, & iuſtitia, cum iuſtitia, & veritate, cum veri-
tate, manſuetudine, et iuſtitia, Marſ. ſing. 347. diſtin-
guendo prudenter inter delictum, et delictum, per-
ſonam, & perſonam cum timore Dei, vt infra dicam
circa Iudicis qualitates, Fab. à Monteleo, in ſua prac.
arb. in 5. par. num. 15. cum plur. ſeq. Canon. in cap.
cum quidam, vbi gloſ. de iureiuran. gloſ. in l. & ſi ſe-
uerior, in ver. certis rationibus, C. ex quibus cauſ. in-
162 fam. irrog. Clar. quæſtio. 64. ver. debet igitur. † At
quando nil Iudici conſtat in proceſſu, et nil ſcit in
conſcientia à iure informata, caueat ne ex abrupto
procedat, ſed omnia prudenter agat, reſpiciendo fi-
nem, quoniam in ijs, in quibus facillimè alicui præ-
iudicari poteſt lento paſſu, pede plumbeo eundum,
& iuſta menſura prius cuncta menſurari debent.
Nam licèt in grauiſſimis, & atrociſſimis delictis fa-
ciliùs ad torturam deueniri poſſit. Put. in ver. tortu-
ra, cap. 7. et 9. Grammat. vot. 21. num. 5. hoc ſolum
tamen verum eſt, quando, vt dixi, ex rationabili ali-
qua cauſa per aliqua indicia Iudex mouetur ad tor-
turam, et non ſine illis, Rom. conſil. 76. col. penulti.
quia cui latior datur habena, magis præ oculis veri-
tatem

Digitized by Google

tatem habere debet et æquitatem, Imol. in cap. cum æterni, de ſent. et re iud. Bald. in l. fi. ff. de pœn. cum pro veritate inuenienda Brachium Regium conceſ-
163 ſum ſit, quod † brachium eſt quædam ſubordinatio extraordinaria, non tamen iuri contraria, nec in modo penitus differens, et eſt quaſi ferrum valde limatum, vel cote, vel rota perpurgatum, et perpolitum, vt magis acutè feriat, non autem dilaniet, vel laceret, et eſt tanquam theriaca contra venenum, ſic Bald. appellat conſ. 145. caſus talis, vo. 3. et brachium ratione carens mortuum dicitur, l. cum nuda, de bon. damn. et ſemper in dubio tutior via eſt eligenda, et hoc modo Brachium Regium authoritas libera, modus extraordinariè procedendi contra delicta atrociſſima, et iniquos delinquentes, et omnia pro munere iuſtitiæ ſuum ſortientur effectum, Clar. d. quæſt. 64. ver. debet igitur, Gand. de quæſt. et tor. nume. 41. Marſ. d. §. diligenter, num. 24. vbi liberum arbitrium debet regulari cum iuſto, et iudicium cum veritate, et æquitate, l. fin. ff. de probat. Boſſ. tit. de bannit. quid amit. num. 18. in fin. alioquin ſeruata legis litera repugnante æquitate veritas ſupplantatur, anima damnatur, et iudicium ſordeſcit, Foller. pract. in princ. in ver. ſtudeat, num. 39.

164 † Sed nunquid Procurator, vel Aduocatus Fiſcalis poſſint, aut debeant eſſe præſentes, quando quis ad torturam ponitur? & de iure communi videtur, dicendum quòd non, Bart. in l. cuſtodias, ff. de publ. iud. Paul. de Caſtr. in l. legis virtus, ff. de leg. Afflict. ſuper conſtitut. quæſt. in 2. not. quoniam Fiſcus eſt pars, & non Iudex, & nullam habet iuriſdictionem, Peregr. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 1. numero 12. & Fiſcus nil aliud eſt, quàm ſubditorum calamitas, et ſemper ſtat ore, et ſacco patulo, vt no. Bald. in cap. 1. col. fin. extra de iureiurand. ma chi troppo la tira, la rompe, et guaſta l'vfficio, et in pœnis agit cauſam lucratiuam, vt per Cæphal. conſil. 241. numero 63. per text. in l. ſciendum, ff. ex quibus cauſ. maior. Peregr. de iure fiſci lib. 5. tit. 2. numero 11. idem Cæphal. conſil. 605. col. penulti. et in Ciuitate Mantuæ nullo modo ex ordinibus Fiſcales poſſunt interuenire examinibus nedum rigoroſis, ſed nec alijs, nec votum præſtare poſſunt, ſed dumtaxat iura fiſci defendere, et tueri, licèt ſecus ſit in Statu Mediolani, vbi etiam in examinibus teſtium, et reorum fiſcales interuenire ſolent, et in ordinationibus votum perhibent, quæ practica an ſit laudabilis, me remitto ad Clar. d. quæſt. 64. ver. quæro nunc.

165 † An autem in pecuniarijs pœnis tortura ſit adhibenda? et videtur quòd non, ex quo quælibet pœna corporalis proueniens à tortura, eſt maior omni pœna pecuniaria, tex. in l. edictum, §. 1. ff. de quæſtio. ita dicit Put. in ver. tortus, cap. 5. in 1. et Gomeſ. varia. reſolut. tit. de tortura, numero 2. vbi de communi teſtatur, et allegat omnes DD. Put. Gand. Brun. Paul. Ghirl. et alios; ſed opinio Bart. magis eſt recepta in practica, vt in ſubſidium deficientibus alijs probationibus ſit locus torturæ leui, in l. Diuus, de quæſt. quem Put. loc. cit. allegat, et Paul. Ghirlan. de quæſt. et tortur. tenet idem, quando tractatur de delicto, ſiue principaliter, ſiue incidenter, vt quando in cauſa ciuili productum eſt inſtrumentum, & arguitur de falſo, l. 4. C. de quæſt. item in decoctoribus, vt per Put. d. cap. 5. & poteſt torqueri cedens bonis ſuſpectus de occultatione bonorum, Franc. deciſ. 776. numero 12. & Florentiæ viget lex anni 1582. per quam Dominis Octo de Balia (qui circa res criminales Magiſtratum gerunt) datur facultas torquendi etiam vxorem, filios, & alios de domo decoctoris, ſeu falliti, quæ procedere debet, quando præcedunt aliqua indicia, quod ſciuerint, vel quod auxilium præſtiterint, l. maritus, ff. de quæſtion. minus læditur quam fieri poſſit. Et Falliti, & Doctores habent præſumptionem contra ſe. Stracc. De Decoct. 3. par. ſub numero 22. cum ſeq. & ſic valet conſequentia, Fallitus ergo fraudator. Item quando negatur depoſitum; Put. d. cap. 5. & Abb. in cap. 1. depoſito, dummodò Iudex habeat authoritatem torquendi, Luc. de
166 Penna in l. vorax, C. de num. actuar. lib. 11. † & etiam ſuper leuibus delictis torturæ moderatæ locus eſt, Clar. quæſt. 64. ver. præterea, in fi. Bald. in l. ſicut, C. de falſ. multò magis eſt locus torturæ quando pœna eſt pecuniaria, vel corporalis arbitraria. Vnde ſi quia pauper, & vagabundus furtum fecerit, etiamſi pœna ſit pecuniaria, & in ſubſidium corporalis, torqueri poteſt defectu probationum, Bald. de Peruſ. tract. de quæſtio. & tor. cap. 2. numero 1. Paul. Ghirland. d. quæſt. 7. & facit in tit. de fur. Boſſ. numero 65. & in tit. de indic. & conſid. an. tor. numero 136. & 137. Foller. in 3. par. ſuæ pract. 3. par. ver. & ſi confitebuntur, & quicquid ſit de iure, tamen de conſuetudine in delictis leuibus, & in pœnis pecuniarijs deuenitur ad torturam, ex quo attenditur id quod principaliter ſit, quod eſt perquirere veritatem, ne delicta remaneant impunita, & non quòd in cõſequentiam venit nempè dolor torti, Ghirland. d. quæſt. 7. nu. 6. & hanc opinionem tenet Bald. in l. 2. C. de exhiben. Reis, Franc. Marc. deciſ. 906. num. 15. par. 1. latè Farinac. de indic. & tor. quæſt. 42. numero 19. & 20. licèt numero 16. 17. 18. & 25. videtur tenere contrarium, tamen conſuetudo eſt in contrarium contra perſonas viles, & non nobiles, maximè ſtante arbitrio libero procedendi, Carer. in l. obſeruare, numero 179. vbi caſus omnes ponit, quibus tortura inferri poteſt, Baiard. ad Clar. dict. quæſtio. 64. numero 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14. qui per ſuas additiones laboribus ſtudioſorum pepercit, quas reperiendo ferre
167 neceſſe eſt, & quidem bonum opus fecit, † vbi an teſtis in cauſa ciuili varius, & vacillans poſſit torqueri, allegat Marſ. in l. de libero homine, num. 12. ff. de quæſt. & Ghirl. d. quæſt. 7. nu. 3. qui tenet quòd non ex natura cauſæ, ſed propter illud accidens vacillandi, Bald. & Salycet. in dict. l. ſicut, C. de falſ. quid in cauſis ciuilibus.

168 † Ad vnum in materia mandatarij, & mandantis volo aduertere in actu practico, quoad torturam; Nam quandoque delictum eſt mandatum ab vno, & patratum ab altero, & Iudex dum vult torquere bono modo perſuadendo inducit mandantem ad dicendam veritatem, qui fatetur dediſſe mandatum ad vulnerandum, aut ad verberandum, ſeu fuſte cædendum,

Veruntamen aſſerit ſe reuocaſſe mandatum re integra, an ſtandum ſit huic confeſſioni taliter qualificatæ, poſtquàm mandatarius executus eſt, & nunquid credendum ſit mandantem mandatum reuocaſſe. Prima facie videtur hanc qualificatam confeſſionem cum ſua qualitate acceptari debere, iuxta doctrinam Bartoli in l. Aurelius, §. idem quæſijt, ff. de liberat. lega. & ad hoc multa poſſent adduci, quæ breuitatis cauſa omitto; Attamen cùm reuocatio ſit facti, & facta non præſumantur, niſi probentur, l. in bello, §. facta, ff. de capt. & poſtl. reuer. meritò hæc qualitas eſt probanda, vt de qualitate neceſſariæ defenſionis dicitur à Claro in quæſt. 55. ver. poſſet, & D. Menoch. de arb. iud. caſ. 93. num. 36. & 37. Soc. in l. cum quæritur, in fin. ff. de duobus reis, vbi tenet hanc qualitatem probandam eſſe, & circa hanc materiam vide Burſat. conſ. 77. num. 18. & Bertazol. conſil. 27. & conſil. 449. numero 31. & Maſcard. de probatio. concluſio. 867. Gabriel. co. concl. tit. de maleſ. lib. 7. concluſio. 19. Farinac. quæſtio. 32. numero 60. de Carcer. & quamuis mandatarius accuſet etiam mandantem, dicendo quòd reuocauit ſuum mandatum,

tum, tamen non penitus eum liberat, quando con-
iecturæ, & præſumptiones ſunt in contrarium. Fol-
ler. pract. crim. in ver. & ſi confitebuntur, num. 46.
& 47. vbi diſtinguit, aut contra qualitatem annexam
adeſt præſumptio iuris, & tunc Confeſſio poteſt pro
parte acceptari: vt ſi Reus confiteatur ſe occidiſſe ad
ſui defenſionem, vel non animo occidendi, vel in-
iurias dixiſſe non animo iniuriandi, Nam ſtatur con
feſſioni contra ſe, ſed qualitas eſt probanda, l. exem-
plo, C. de probatio. Tex. & Gloſ. in l. ſi quidem, C. de
except. et poteſt torqueri, vt explicité confiteatur. Bal.
in l. vnica, col. 11. C. de confeſſ. Grammat. vot. 2. nu-
mero 12. & vot. 24. & ita Angel. de Malefic. in ver.
comparen. dicti inquiſiti, Foller. vbi ſupra, nume-
ro 48. vbi dicit Ferrar. in cautel. 5. tenere contrarium
quòd eſſe arbitrarium Iudici, credo niſi Reus proba-
re paratus ſit, vel quando ſemiplene dictam quali-
tatem probaſſet, vel ſi Reus conditionaliter fatere-
tur, vtputa ſi hoc feci, ad mei defenſionem feci, ſe-
cundum terminos Bertazol. Cæpol. & aliorum idem
fateretur feciſſe in pura rixa, quia præſumitur in pu-
ra rixa factum. Blanc. de indic. numero 179. Pior. in-
ter Conſil. crim. diuer. conſil. 130. numero 74. & Fol-
ler. ſub d. numero 47. ſequitur ſuam diſtinctionem,
& dicit, Aut contra illam qualitatem nulla adeſt præ-
ſumptio iuris, & tunc aut confeſſio continet vnum
capitulum, aut plura. Primò caſu debet tota accepta-
ri, & non poteſt diuidi, vt ſi Reus confiteatur promi-
ſiſſe ſub conditione, vel ſi dicat verum eſt quod ac-
cepi à te decem, quæ mihi ex cauſa mutui debebas,
ſecundum Bart. in dict. l. Aurelius, §. idem quæſijt,
ff. de liberat. legat. Secundò caſu quando plura capi-
tula continet, vtputa ſi confiteor verum eſſe, quod
mutuo accepi decem, ſed poſtea feciſti Dilationem,
vel pactum de non petendo, & hoc in caſu Reus te-
netur probare, Dilationem, vel pactum, & Confeſ-
ſio pro parte acceptari poteſt. Mil. in pract. crim. fol.
71. numero 33. & ſeq. Angel. dict. ver. comparent di-
cti inquiſiti, & partem confitentur, & partem ne-
gant, vbi dicit quod ſi quis confitetur factum, & ne-
gatur qualitas, poterit condemnari, ſi qualitas non
erit probata, per Bart. in l. eum qui, in princip. ff. de
iureiuran. Sed vide omnino Boer. Deciſio. 243. vbi
ait quod Confeſſio quando eſt facta cum iuramen-
to, & qualitas orta eſt ſimul, & ſemel, cum ipſa obli-
gatione quod in totum acceptari debet, ſecus ſi ex
interuallo, vtputa confiteor me recepiſſe mutuo cen-
tum, & promiſi reſtituere intra quattuor annos.
At ſi confiteor me accepiſſe mutuum, ſed quod tu
feciſti pactum de non petendo, ſunt actus ſepara-
ti, & hæc qualitas non dicitur ſimul orta, ſed ex in-
teruallo, vt per Boer. dict. quæſtio. 243. ſub numero
7. 8. & 9. & de hac confeſſione qualificata per eun-
dem Deciſio. 339. vbi vim facit in Iuramento quan-
do eſt indiuiſibile, de quo vi. in Pract. de teſt. par. 3.
ſub numero 70. At redeundo ad propoſitum no-
ſtrum circa qualitatem probandam, vide Socin. in l.
cum quæritur.
169 † Prima coniectura, quod reuocatio mandati non
ſit verè facta, eſt quando in mandato, & mandante
hæc tria concurrunt, inimicitia cum offenſo, minæ
præcedentes, & quòd mandans ſit ſuperior manda-
tario, & ei iubere poſſit; iſta ſunt argumenta man-
dati factum præcedentia, arg. eius quod dicit, Iaſ. in
l. 1. de Sicar. vbi Caſtrenſ. facit Put. in ver. tortus,
cap. 12 num. 3. & 4.
Secunda coniectura eſt, quando mandans poſt re
uocationem adhuc conqueritur cum mandatario,
de eo contra quem iam dederat mandatum, ex quo
perdurare in eo mala voluntas dicitur, & ſi non ad-
uertit, præſumitur velle vindictam fieri, & non dici-
tur hoc in caſu inſtigator, ſed mandans reſpectu
mandati præcedentis, non obſtante aſſerta reuoca-
170 tione. † Nam reuocatio verbo, & facto fieri debet
Cæpol. cautel. ſi. qui eſt, num. 258. ſub num. 3. & ibi
Add. & reuocans oſtendere debet ſe penitus alie-
num ab executione mandati remiſſo animi ranco-
re, Carer. in d. pract. car. mihi 127. num. 26. & adhuc
irritando mandatarium poſt reuocationem man-
datorum, ijs lamentationibus facit actum contra-
rium reuocationi, l. qui non facit, de reg. iur. & l.
171 quicquid in calore, eo. tit. † & ſi mandans non eſt
tutus, quod mandatarius ſit pariturus reuocationi,
tunc tenetur bono modo certiorem facere inimi-
cum ſuum ſimilibus verbis: Petrus iram tecum ha-
bens ea de cauſa, quam tu optimè noſti, tibi nocu-
mentum aliquod afferre ſtatuerat opera ſui amici,
ſed pœnitentia ductus ob amorem Dei reuocauit
mandatum, & rogat te, vt eum veri amici loco ſem-
per habeas, & quod etiam caueas à tali ſuo affine, vel
amico, (non tamen eum nominando pro mandata-
rio,) quia ratione nimiæ affectionis, quam in eum
gerit, aliquid fortè contra te moliri poterit, caueas
ergo diligenter tibi, nè is in te aliquid iniquum ge-
rat. Et ſi hæc practica ſecuta eſt, mandans exonera-
tus fuit à delicto ſecuto negligentia offenſi, Carer. in
d. prac. in verb. circa tertium, num. 17. fol. mihi 127.
licèt Gomeſ. contrarium tenet tit. de delict. cap. 3.
num. 40. Ang. in ver. & Sempronium, fol. 63. quam
opinionem locum habere intelligo, quando man-
dans non eſt tutus, quòd mandatarius non ſit execu-
turus mandatum, non obſtante tali reuocatione, vt
dixi; facit tex. in l. manifeſtiſſimi, C. de fur. & l. cul-
pa, Carer. de reg. iur. tex. in l. furioſum, & ibi gloſ. C.
qui teſt. fac. poſſ. Abb. in cap. ad audientiam, num. 7.
de homicid. voluntar. vel caſual. DD. in l. 1. §. penult.
ff. quor. legat. alioquin ſi mandans non facit quic-
quid in veritate poteſt ad effectum, vt mandatum
minimè executioni mandetur, quicquid inde ſequi-
tur propter mandatum, dicitur culpa mandantis fa-
ctum, l. qui occidit. §. in hæc quoque, ff. ad leg. Aquil.
172 † non obſtat textus in l. nihil tam naturale, de reg.
iur. ſic Innoc. in d. cap. ad audientiam, num. 3. Nam
procedit quando non fuit ſecutum aliquid contra re-
uocationem, & ſolùm quæritur, an quis de ſolo
mandato ſit puniendus, vt in aſſaſſinio, in quo quis
per ſolum mandatum punitur aſſaſſinio non ſecu-
to, nec attentato, Grammat. voto 8. DD. in l. ſi quis
non dicam, C. de Epiſc. & Cler. Decia. tex. in glo. in
cap. pro humani, in verb. mandauerit, de homic. in
6. qui textus cum gloſſa faciunt ad ſtatutum Man-
tuæ ſub rubr. 49. de mandatoribus, in §. mandans
verò, vbi videtur velle ſolùm mandatum in aſſaſſi-
nio eſſe punibile, non obſtante reuocatione; item in
omnibus alijs atrocibus delictis quis extra ordinem
punitur, Put. in ver. tortus, cap. 12. num. 3. col. 3. de
quo etiam per Carer. fol. 128. num. 26. nam iſto in
caſu ſufficit conſtare de reuocatione, & ita procedit
opinio Baldi, & aliorum quos Carer. alleg. dicto nu-
me. 17. & Gomeſ. loc. cit. Sed ſi detur mandatum
alicui affini de vindicanda iniuria, quæ etiam illum
tangit, ſi reuocatum debito modo mandatum fue-
rit, et tamen non obſtante reuocatione mandatarius
mandatum exequatur, tunc is non tanquam man-
datarius, ſed tanquam principalis puniretur, & man
dans excuſaretur, l. culpa caret, de reg. iur. Cæterum
quando iniuria non tangeret mandatarium, man-
dans non euitaret aliquam pœnam, per l. qui occi-
dit, §. 1. in hoc quoque, ff. ad leg. Aqui. Cacher. de-
ciſ. 104.
Tertia coniectura eſt, quando mandatum, non ob
ſtante reuocatione, executioni eſt mandatum à man
datario, qui nullam cauſam habebat contra eum,
quem offendit, & quem veriſimiliter non offendiſ-
ſet.

ſer,niſi mandatum fuiſſet, DD.in l.1.C.de ſer.fug.& Felyn.in cap.ſicut dignum, in 4.col. ver. tertia concluſio. cum plur.ſeq. de homic. & dixi ſuprà ſub numero 137. & infra in Capic. deciſ. 155. Menoch.de arb.caſ.352.num.13.

Quarta coniectura eſt, quando delictum fuit tractatum in domo mandantis, & poſt aſſertam reuocationem vnio gentis manu promptæ ibidem congregata eſt, & ab ijs poſtea ſecutum fuit delictum, l. ſemper, qui non prohibet, ff.de reg.iur. Dyn. in reg. ratihabitionem, eod.tit. Boſſ.tit.de crim.læſ.Maieſt. num.24.& 27.

Quinta coniectura eſt, quando poſt reuocationem mandatarij arma prohibita ſumpſerunt in eadem domo mandantis, eo ſciente, & eadem die ſecutum fuit delictum iam mandatum animo præmeditato per inſidias, & occultè, puta ab hominibus laruatis, aut barbas ſimulatas gerētibus, aut noctis tempore, quoniam hæc obſtant dictæ reuocationi, quia exitus acta probat, l.rem non nouam, §.fin. C.de iud. cum ſimil.& faciunt quæ ſuprà in ſecunda coniectura dicta ſunt, & ſub num. 107. vbi de indicio præparationis armorum, & vide Afflict. ſuper conſtitut. reg.lib.1.tit.de illicita portat.armorum, per tot.

Sexta coniectura eſt, quando ſtatim delicto patrato delinquentes ſe receperunt in domum mandantis, & mandatarius ad aures eius ſecretò delictum patratum nunciauit.

Da lui ſperando per l'annuncio diro
Acquiſtar gratia, & ingannar il Biro.

quia præſumitur ex mandato delictum ſecutum fuiſſe, non obſtante colorata reuocatione, ad trad. per DD.in l.ſi quis mihi bona, ff.de acquir.hæred. Bald. in l. ſententiam, C. de interloc. omn. iud. ſil. nupt. lib.2.num.66. Menoch.de præſumpt.lib.5.præſump. 27. Placha. Epit. Delict.cap.14.num.5.& 6 vide quæ dixi in pract.de teſt.par.1.num.200.

173 † Septima coniectura conuenit cum proxima præcedenti, & eſt quando mandans poſt delictum ſequutum recepit in ſuam domum delinquentes, & occultos tenuit, præbendo eis cibum, & potum, & arma eorum ſanguine mad. facta abſcondendo, Decia. de Delict. lib.9. cap. 38. tom.2. & dicitur ratum habuiſſe mandatum, non obſtante intermedia reuocatione, quo caſu pœna ordinaria tenetur, ſecundum Carer. in § ſequitur, de ratihabitione, num.20. fol. mihi 140. cuius opinio vera eſt, licèt malè allegatur Aret.& fulcitur nedum per reg.ſemper qui non prohibet, de reg.iur. ſed pro ea eſt gloſſa in d.cap.pro humani, in verb.mandauerit. vbi Ioan. Andr.de homicid.in 6.& Plac. Epit. Delict.lib.1.cap.19. verſic.vndecimo, duodecimo, & tertiodecimo, vſque ad fin, Bald.ſubiilit in l.obſeruare, §.proficiſci, ff.de offic. Proconſul. Rom.conſil.105.num.2.& Ang.de Malefic.in verb.& Sempronium, vbi Aug.num.21.qui in aſſaſſinio loquitur Farinac.de indic.& tor. quæſt. 44.num.11.& 12. & qui illico recipit delinquentem poſt delictum, non minus quàm ipſe delinquens punitur, l.1.ff.de recepta. Grammat.vot.15.numero 2. Menoch.de arb.iud.caſ.384. Maſcard..de probatio. concluſio.1264.& 1392.numero 15. Carer.fol.mihi 140.num.20. Dyn.in cap. ratihabitione, de reg.iur. in 6.& DD.in l.ſi quis pro emptore, ff.de vſucap. intellige in mandante, vel alio ratum habente delictum, alioquin qui bona fide poſt delictum receptaret delinquentem, circumſcripto ſtatuto, de iure cōmuni non punitur, ſic l.ſi qui, Cod.de Adult. Put.de ſyndic.in verb.tortus, cap.3. Sed punitur tantum pro ſimplici receptatione, non autem tanquam ſocius Criminis. Barth. Socin.conſil. 262. Bonacoſſ.quæſt. crimin. ſuper ſtatu. in verb. receptans, vbi multa in hac materia.

Octaua coniectura eſt, quando mandatarius executus eſt mandatum, non obſtante reuocatione, ob quod delictum commodum obuenit mandanti, & non mandatario, Carer.fol.mihi 127.& faciunt quæ ſuprà dixi in 3.coniectura.

Nona coniectura eſt, quando mandans eſt vir malæ qualitatis, & ſolitus talia committere, reg. ſemel malus, de reg.iur. in 6. & præſumitur reuocationem ficto modo feciſſe, præparando defenſiones, ſi caſus contingeret; quando aliquam aliam defenſionem feciſſe conſtet, quoniam ex vno infertur ad aliud, l. Papinianus, §. exuli, de minor. laté Euerard. in argument.à ſimili.

Decima coniectura ſumi poteſt ex variatione mandantis, qui allegat reuocationem, eamque probat, tamen in ſuo examine ſe inuoluit, & neſcit ſe explicare, faciunt ſuprà dicta num.136. vbi de variatione, maximè ſi in reuocatione inſit aliquod factum non veriſimile, quia quod veriſimile non eſt, falſitatis imago eſt, cap.quia veriſimile, de præſumpt.

Vndecima coniectura eſt, quando iſte prima vice negauit mandatum dediſſe, poſtea faſſus eſt cum iſta
174 qualitate reuocationis, quo caſu † mendax in principali præſumitur mendax in acceſſorio, & faciunt quæ dixi ſuprà num.87. vbi de indicio mendacij, maximè concurrentibus alijs coniecturis, vt de receptatione, & occultatione delinquētium poſt delictum vt ſuprà in ſeptima coniectura.

Quibus coniecturis ſtantibus parum de ipſa reuocatione curandum eſt, tanquam ficta, & captatoria,
175 & ſubdola, † cùm in dubio tàm ſuper dicto mandantis, quàm mandatarij recurrendum ſit ad coniecturas, vt inquit Bald. in tit.de pac.iuram.firm. §.in iniuria, & refert Put. in ver. tortus, num.42. ſicut in omnibus alijs rebus, l.contractus, & l. ſemper in ſtipulationibus, de regul.iur. Mantic. de coniectur.vlt. volunt.in princip. Menoch. de præſumpt.per tot. & ideò ſolùm reſtat deuenire ad torturam contra mandantem, quando faſſus eſt dediſſe mandatum tantùm ad fuſte percutiendum, aut vulnerandum, & ſecutum fuit homicidium, non baculo, fuſte, vel lapide, ſed armis aptis ad occidendum, & cum tot, tantiſque vulneribus pro maiori parte lethalibus in perſonam eius, qui ſe defendere nequiuit, quo caſu tale præſumitur mandatum, quale factum ſucceſſit, l.rem non nouam.§.fin. C.de iudic.cum ſimil. Quid ſi dictum ſit, dagli, ò feriſcilo alla peggio, & mandatarius occidit, vel proditoriè vulnerauit, an intelligatur datum mandatum ad occidendum, vel ad proditoriè vulnerandum? & videtur quod ſic, quia ex facto mens & verba declarantur, arg.l.ſi vno, in prin. ff.de locat.& l.2.& 3.C.de pact.quę ſunt notanda pro ſtatutis certam qualitatem requirentibus.

176 † Et in hoc propoſito mandati Doctores differentiam faciunt inter mandatum, perſuaſionem, & conſultationem, quia qui mandat dicitur pro ſe mandare, qui perſuadet, vel conſultat pro alio, Gomeſ.de delict.cap.3. num.43. Grammat. vot.16.& notandum, quòd mandans, & mandatarius pari pęna puniuntur, Salyc.in l. non ideò minus, quæſt.6. C.de accuſ.alios adducit D.Menoch.de arb.caſ.353. num.2. Bart.in l.non ſolùm, §.ſi mand. ff.de iniur. Farinac. de inquiſitio. quæſt.7. num.48. nimirum
177 † quia Herodes cùm mandauerit tantum innocentes occidi, nihilominus ipſe appellatur homicida, vt in tex. Matth. cap. 2. ibi mittens Herodes occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem: ſic de Dauid dicitur, qui etſi homicidium per ſe ipſe non commiſerit, veruntamen ijs verbis repræhenſus fuit à Profeta Nathan, Vriam Hethæum percuſſiſti gladio, 2. Regum 12.eſt tex. in cap.qui per alium facit, de reg. iur.in 6. vbi Add.ad Dyn.num.3. vbi multa

in pre.

Digitized by Google

In propoſito, & in materia ſtatutorum afferuntur, eſt etiam tex. l. Cornelia, ad leg. Cor. de ſicar. & optimus tex. in l. ſed ſi quis, §. quæſitum, ff. ſi quis cautio. vbi factum ſerui de mandato Domini, adſcribitur Domino: faciunt quæ infra dicam num. 180. & facere dicitur qui cum poſſit prohibere non prohibet, l. adigere, in princ. vbi gloſ. ff. de iur. patron. & ideò mandatur, vel ſocius criminis iſte reputatur, Dec. in l. ſemper qui non prohibet, num. 8. cum ibi per eum adduc. de reg. iur. eſt materia, l. non ideò minus, vbi Bald. & Salyc. C. de accuſ.

178 † Item notandum, quòd mandans non tenetur ſi mandatarius exceſſit fines mandati, quando erat in poteſtate mandatarij fines ſeruare, vt ſi mandatum fuit alterum percutere fuiſſe extra plateam, vel alia loca, in quibus delinquentibus maior pœna imponi ſolet, & ſic quando ratione loci pœna à ſtatuto augetur, tunc ſi in platea occiderit, non tenetur mandans de iſto exceſſu, Clar. quæſt. 89. verſ. penè aliquis, Ang. de Maleſ. in verb. & Sempronium, 18. num. 36. & ibi Ang. Cœpol. conſ. 34. ſecus ſi datum ſit mandatum ad cædendum tantum, & vulneret, vel ad vulnerandum, & occidat, multò minus tenetur, ſi dedit mandatum ad occidendum aliquem, qui iam à mandatario ante mandatum occiſus fuerat, non tamen intuitu mandatarij, Iaſ. in repet. l. quo minus, ff. de flum. add. ad Dec. in d. l. ſemper, qui non prohibet, in fin. num. 8. de reg. iur. tenetur in foro fori, & in foro poli, quatenus ad conatum, & affectum, de quibus in 4. par. num. 195. per l. cogitationis, de pœn. Duen. reg. 35. & not. hic quod ſtatutum puniens ſimpliciter delictum, non comprehendit illud, in quo eſt admixta qualitas aggrauãs delictũ, l. ſi quis viduam, C. de adult. l. ſi adulterium cum inceſtu. C. de Rapt. virg. plura per Caſtrenſ. conſ. 136. ſub num. 4. col. fi. vo. 2. Sed in materia exceſſus, vi. Lancellot. de attenta. par. 1. cap. 1. Cæpol. conſ. 36.

179 37. 38. & in num. ſeq. † quoniam mandans tenetur de omni, & toto eo, quod ſequitur propter mandatum, quia ſcire poterat non eſſe in poteſtate mandatarij ita percutere, vt ſit ſecurus, quòd non ſequatur vulnus, aut mors, Perche le baſtonate, & ferite non ſi poſſono dare à miſura à vn huomo, che ſi può muouere, & difendere, Marſ. conſ. 67. idem in l. §. Diuus, num. 9. ad leg. Cor. de ſicar. Monticell. pract. crim. reg. 7. num. 58. D. Menoch. de arb. iud. caſ. 35. & Decia. tract. crim. tom. 2. lib. 9. tit. quomodo mandans; cap. 33. vbi num. 8. & ſeq. optimè hanc rem explicat circa qualitatem inhęrentem mandatario exequenti, & delictum aggrauantem. & pœnam augentem, an vtique inhæreat qualitas iſta mandanti, videlicet an pœna aucta ob factum mandatarij, teneat etiam mandantem; & èontra de qua eſt theorica Bart. in l. is qui opem, ff. de fur. ſecundum quam Decian. ait,

180 quòd † qualitates, quæ inſunt perſonæ facienti reſpicientes, & alterantes delictum, intelliguntur etiam ineſſe mandanti, cui (vti primæ cauſſæ) attribuitur actus, l. qui iniuriæ, ff. de fur. & denominatur non à faciente, ſed ab eo cuius contemplatione factum eſt, l. profectitia, in princ. de iur. dot. l. 2. §. omnia, C. de vet. iur. enuclean. §. eamque hoc. in proœm. inſtitu. dixi ſuprà num. 177. & ſic qualitates concomitantes delictum pœnam aggrauantes reſpectu loci, & temporis, conſiderantur etiam reſpectu mandantis; ſed verior videtur opinio Angeli in locis mox adduct. & opinio Bart. videtur procedere quando datum fuit mandatum ſimpliciter non adiecta aliqua alia circumſtantia circa modum exequendi, vt innuit Decia. ibi ſub num. 9. Si verò qualitas delicti inhæreat perſonæ mandatarij, & non delicto, tunc illa qualitas non nocet mandanti, vt num. 11. quamuis in contrarium videtur ſentire Baldus in l. non ideò minus, num. 11. C. de accuſat. et dat inſtantiam, vt ſi quis mandaret ſeruo occidere dominum, vel filium patrem, quia etiam reſpectu perſonæ mandatarij augetur pœna mandanti, cùm non ſit dubium, quòd qui offendit patrem magis delinquat, quàm ſi alterum lædat, tot. tit. ad leg. Pompei, de parricid. Ipſe verò dico ſic, ſi mandans ſciuit, vel ſcire potuit ſaltem in genere, quòd euenire potuit, tenetur luere pœnam auctam, ſiue ratione perſonæ, ſiue qualitatis delicti, per ea, quæ tradit Bertazol. conſ. 299. & 161. Addit. lit. A. vo. 2. ſi verò ſecuta ſit qualitas, quæ non poterat cadere in conſilium humanum, tunc mandans videtur tantùm teneri pœna extraordinaria, de reg. qui per alium facit vbi Dyn. in fin. de reg. iur. in 6. & vide etiam Dec. in l. is damnum, ff. eo. tandem concludo quod mandans tenetur de exceſſu, Lancell. de attentat. par. 1. cap. 1. Cæpol. conſil. 36. 37. & 38. vbi de eo, qui dedit mandatum ad vulnerandum tantum, quia hæc eſt materia quotidiana, non mirum eſt, ſi aliquantiſper à tramite torturæ digreſſus ſum.

181 † Poſtquam reus delictum per torturam confeſſus eſt, expedit confeſſionem ratificare extra locum torturæ poſt vnam diem naturalem coram Notario, vt inquit Put. in ver. tortus, cap. 1. num. 28. & 29. & ſeruatur de iure communi, & ſi per ſtatuta aliter cauetur, ſeruentur ordines: & de hac ratificatione iam dictum eſt in pract. de teſt. par. 4. num. 158. multa tra. l. Marſ. pract. §. quoniam, in princ. Clar. quæſtio 64. verſ. cæterum, & ver. & circa ver. debet quoque, Io. Claud. conſ. 201. num. 15. pulchrè Gomeſ. de delict. cap. 13. num. 24. & fieri ſolet etiam teſtibus præſentibus, vt Mantuæ, & alibi, Ang. in ver. quod fama publica, num. 12. vbi tamen hoc eſſe Iudici arbitrarium dicit, Gand. de quæſt. & tor. num. 33. ſi quidem attenta atrocitate delicti, & perſonarum qualitate tardè, aut citiùs ratificatio fieri debet, ex quo tempus hoc nequaquam præfixum in iure inuenitur, vt inquit Clar. d. ver. cæterum, ſed iuxta ſtylum locorum ratificatio eſt facienda, ad hoc vide Cæpol. conſ. 39. num. 50 51. & 52. & ſtante hac facultate Brachij Regij in delictis atrocibus erit in arbitrio, & poteſtate Iudicis noſtri, vt ratificatio fiat etiam eadem die, puta poſt quatuor, vel ſex horas quando confeſſus per torturam eſſet vir facinoroſus, & ſolitus talia patrare, Bart. in l. 1. §. Diuus, numero 5. & Ap ſtill. ff. de quæſt. vel quando contra eum fuerunt indicia vrgentia, Clar. quæſt. 65. ver. ſi verò, vel quando iſte eſſet vir fortis, qui vix tortus ſtatim faſſus eſt delictum, quod eſt veriſimile feciſſe, Folier. pract. crim. in 3. par. ver. & ſi confitebuntur, num. 113. Maſcard. de probatio. concluſio. 353. num. 22. cum ſeq. & per Clar. d. quæſt. 64. d. verſ. & circa, & in verſ. præcedendi, admonet ne tortus, & confeſſus ducatur ad ſolitum carcerem, ſed cuſtodiatur in loco remoto ab alijs ſolus, donec & quouſque ratificauerit, ne perſuaſionibus ſeducatur, & eſt conſilium in practica penitus ſeruandum, Marſ. pulchrè in ſua pract. in §. quoniam, à num. 38. cum mult. ſeq. vbi quando opus non eſt ratificatione, & ratificatio fieri debet etiam ſi metu tormentorum confeſſio emanauerit, Bru. de indic. in 6. quæſt. a. par. num. 4. Paul. Ghirl. de quæſt. & tor. quæſtio. 4. num. 2. Follet. vbi ſuprà num. 81. & de metu vide Dec. in l. omnibus pro facto, ff. de reg. iur.

182 † Confeſſio igitur in tormentis facta debet (vt ſuprà) ratificari, vt perſeuerata eſſe dicatur, circa quã perſeuerantiam Put. in verb. tortura, 1. cap. 9. num. 3. dicit, quòd duæ confitentium perſeuerantiæ reperiuntur, quarum vna expreſſa eſt ad condemnandum, quæ ſola ſufficit, & de qua loquitur l. 2. ff. de cuſtod. reor. Altera eſt perſeuerantia tacita, quando con-

confeſſus in tormentis tacet, & nihil contra confeſ-
ſionem adducit eam non reuocando, & minus ap-
probando, & hæc ſola confeſſio ſine præcedentibus
indicijs non ſufficit, ſed perſeuerata habetur pro
ſpontanea confeſſione, l. a. C. de cuſtod. reor. tenet
183 Put. d. cap. 9. num. 2. † & concludit valere expreſ-
ſam perſeuerantiam confeſſionis factam in tor-
mentis, quantum valet confeſſio ſpontanea facta ſi-
ne proceſſu nullo per tura, & Doctores quos ibi al-
legat; & prædicta eſſe vera intelligo duobus concur-
rentibus; Primo, authoritate Brachij Regij, qua po-
teſt procedi liberiùs, quàm Iudex ordinarius ſoleat;
ſecundo, quòd confeſſio ſit veriſimilis, et alia ſuffra-
gentur adminicula, vt no. in cap. quia veriſimile, de
præſumpt. Put. in d. verb. tortura, in cap. 4. num. 1. &
alibi ſuprà pluribus in locis tetigi, quia non eſt ſtan-
dum ſoli confeſſioni etiam perſeueratæ nullo mo-
do, ſi ante, vel poſt non ſit verificata indicijs, vel Iu-
dex noſter ſciat in ſua conſcientia, ſecundum iura
informata per aliquas probationes veriſimiles, verè
hunc confeſſum deliquiſſe, alioquin Catal. de ſyn-
dic. verſ. 145. iure exclamabit cum Bart. in l. penul.
ff. de quæſt. cum quo communiter Doctores con-
currunt. Brun. à Sol. d. quæſt. 51. num. 185. & quan-
do quis perſeuerare dicatur, ponit Put. in ver. tort.
cap. 9 num. 2.
184 † Cæterum ſi reus, qui confeſſus eſt in tortura no-
lit poſtea ratificare, poterit iterum torqueri, & ſi rur-
ſus confiteatur in tortura, nec poſtea voluerit ratifi-
care, tertia vice torquebitur iure ordinario, & non
vltra, ſed ſtabitur tertio, & vltimo eius dicto, ne in
infinitum procedatur, l. boues, §. hoc ſermone, de
verb. ſig. Caſo. de tor. cap. 21. Paul. Ghirl. de tort.
quæſt. 7. num. 11. & ſtantibus validis indicijs, & ma-
la qualitate perſonæ, ac atrocitate delicti poterit ex-
traordinariè puniri, ſi tandem ratificare noluerit,
vt ſuprà dixi.
185 † Aduertendum quòd confeſſio debet eſſe pro-
babilis, & veriſimilis, ac concludens, ſiue fiat ſpon-
tè, ſiue in tortura, antequam fiat ratificatio, vt ad-
uertit Maſcard. de probat. concluſio. 353. & Marſ. in
l. quæſtionis modum, num. 17. de quæſt. Menoch. de
arb. caſ. 269. vide infra num. 201. & quando confeſ-
ſio veriſimilis dicatur, ponit Tiraq. in l. ſi vnquam,
in præfat. num. 60. cum mult. ſeq. & tradit Decia.
conſil. 16. num. 26. vo. 3. Vnde ſi reus in tortura va-
riauerit, qui modò ait, modò negat, quaſi videatur
deludere Iudicem, vel confeſſionem vagam, accipi-
tem & intricatam fecerit, aut non rectè omnia, &
ſingula, quæ debet expreſſerit, debet benè torqueri,
vt clarè confiteatur veritatem, (vt dictum eſt) pro-
pter indicium vacillationis, & intricationis, ſuprà
num. 106. & per Bald. in l. Presbyteri, C. de Epiſc. &
Cler. Put. in ver. tortus, cap. 6. num. 1. col. 2. Demum
torto ſufficienter, & in eadem confeſſione intricata
manente, dum facienda eſt ratificatio, illa debet ma-
gis clarè fieri, quàm fieri poteſt, & diligenter in rati-
ficatione eſt interrogandus, vt ſeriem facti narret: ad
hoc propoſitum vide Bero. quæſtio. 126. maximè
quando de vita hominis tractatur.
186 † Reſtat videre, an confeſſio in tormentis facta,
& modo quo ſuprà ratificata poſſit deinceps reuoca-
ri? & videtur quòd non, maximè ſtante ſtatuto, vt
Mantuæ in rubr. de torment. ad hæc vide Bart. in l.
Diuus, de quæſtio. Bald. & Salyc. in l. fin. C. de proba-
tio. qui ſunt contrarij; ſed Grammat. conſil. 40. num.
29. tenet non eſſe audiendum reuocantem, & in hoc
etiam dico Brachium Regium eſſe magni effectus,
quia ſi Iudex noſter in conſcientia à iure informata,
vt ſuprà, ſcit confeſſionem eſſe veram, tunc non ad-
mittet hanc reuocationem, per ea quæ ſuprà dixi in
1. par. nu. 207. & 232. & alibi, vt in ver. tortus, cap. 9.
187 num. 1. † ſecus quando nullis præcedentibus indi-
cijs quis fuiſſet confeſſus, & ratificauit, poſteaque re-
uocat confeſſionem, nam etſi æquiparentur hæc con-
feſſionis ratificatio, & perſeuerantia, confeſſioni
ſponte factæ, vt paulò ante dixi, nihilominus quoad
reuocationem non fit repugnantia, ita tenet Berta-
zol. conſil. 341. num. 19. conſil. 427. num. 9. Alexand.
conſil. 5. in cauſa inquiſitionis, col. 1. vol. 1. Rom.
conſil. 167. Burſat. d. conſil. 203. num. 24. volum. 2.
188 Boſſ. de confeſſ. num. 8. † Quinimmò etiamſi non
reus cauerit, non valet confeſſio nullis præcedenti-
bus indicijs per tura, & DD. adduct. à Maſcard. de
probatio. concluſio. 353. fallit ſtante querela, & con-
currentibus adminic. Bart. & DD. in l. Diuus, & in l.
Maritus, ff. de quæſt. item fallit ſi coram Iudice fiat
incompetenti cum indicijs, & deinde ratificetur co-
ram Iudice competenti quoad eum, nó autem quo-
ad alios, vt declarat Vant. de nullit. tit. quoties, & in-
tra quos, &c. num. 51. & ſeq. Hinc eſt, quod confeſ-
ſio teſtis per torturam, ſeu eius depoſitio recepta à
non habente iuriſdictionem non valet, vt in l. lega-
tum ſub conditione, §. fin. vbi Bart. ff. de aliment. &
erronea reputatur, Bald. in l. alia, col. 2. C. de ijs, qui-
bus vt indig. & per Vant. allegat loc. cit. at per reuo-
cationem ſublata ratificatione, & docto de cauſa iu-
ſtæ reuocationis, nullo modo reus puniri poterit, vt
firmat vltra alios Iul. Scarlat. conſil. 112. num. 36.
vol. 1. inter Conſil. crim. diuerſo. & DD. ſuprà relat.
Felicin. Conſil. crim. 47. num. 28. vbi ampliat etiam
ſi ſuperuenerint indicia per doctr. Bart. in d. l. mari-
tus, ff. de quæſtio. Boſſ. in tit. de confeſſ. per tot. nu. 6.
Brunor. à Sol. quæſt. 51. num. 187. ſecus eſt ſtante au-
thoritate Brachij Regij, ob quam Iudex noſter po-
teſt procedere liberius, quàm Iudex ordinarius, per
ſupradicta, & per Felyn. in cap. olim, de reſcrip. nu-
mero 8. Iaſ. in l. Magiſtratibus, num. 9. de iuriſdict.
omnium iudic. Clar. quæſtio. 55. verſic. item poſſet,
& Maſcard. de probatio. concluſio. 357. Socin. Iun.
conſil. 39. num. 21. volum. 2. dummodò non ex ab-
rupto, ſed ex aliqua cauſa rationabili præcedentibus
aliquibus indicijs animus Iudicis noſtri motus fue-
rit, eſt tex. cum glo. in l. 1. §. Diuus Seuerus, ff. de quæ-
ſtio. Scilicet, vt quia reus ſit malæ famæ, & qualita-
tis, vel vacillans, vel quia adducit in ſuo dicto teſtes
189 valdè ſuſpectos. † Nam etſi de iure quis non debet
conſtitui reus non ſubſiſtentibus legitimis indicijs,
tamen conſtito de delicto, & porrecta querela, &
qualitate perſonæ, & aliquibus indicijs præcedenti-
bus, ſtante vi liberi arbitrij Iudex poteſt ſtatim exa-
minare reum captum (vt in patria mea ſeruatur) vbi
per proceſſum informatiuum proceditur iuxta pra-
cticam, de qua ſuprà in 2. par. huius tract. dixi nume-
ro 299. & per ſuperuenientiam aliorum indiciorum
Iudex poterit repetere torturam, in qua confitendo,
& ratificando poterit condemnare, & ſic vide quan-
tum poſſit vis Brachij Regij; quicquid dicunt Do-
ctores quos allegat Brunor. à Sol. quæſtio. 51. nume-
190 ro 187. † & multoties iſti delinquentes faciunt ſua
præparatoria, caſu quo capiantur, & ſolent nomina-
re in ſuo conſtituto aliquos ſuos amicos præmoni-
tos, & quandoque ſocios criminis, de quibus curia
notitiam non habet, aſſerentes, quòd ibi non erant
quando delictum patratum fuit, & dant teſtes ad
exonerandum eos, & eorum ſocios; qui teſtes ſi exa-
minarentur, equidem defenſiones facerent ante
tempus, & contra fiſcum deponerent, ſicut etiam
exonerarentur ab ijs rei comparere nolentes, qui ſo-
lent ſupponere amicos, vt curiæ recordari debeant
nonnullos eſſe teſtes benè de negotio informatos;
quod aduertit tex. l. 1. §. in cauſa ibi, plerique enim
dum metuunt ne fortè rei apprehenſi eos nominét,
prodere eos ſolent, hoc modo impunitatem ſibi cap-
tantes,

prantes; ſed non facilè eis indicantibus proditores
ſuos creditur, vide quæ ſuprà dixi in 2. par. nu. 138.
At incauti Iudices fidem ijs præſtantes & minimè
aduertentes, quòd in cauda ſtat venenum, vocant
nominatos, qui examinati totam intentionem fiſci
deſtruunt, & inchiodano, vt fertur l'artigliaria; ſicut
etiam dicitur de illis reis, qui perſuadere ſolent Iudi
ci, vt caueat ab examine teſtium contra ipſos exami
natorum, quia offerunt ſtatim probare ſubornatos
fuiſſe, & hoc ſub prætextu non faciendi de delicto
delicta; vnde ſi Iudex non ſit benè cautus & verſu-
tus, decipitur quia attendens ad detegendam ſubor-
nationem deſtruit dictum talium teſtium contra
reum deponentium, ſed hanc ſubornationis excep-
tionem Iudex debet reſeruare ad finem pro tempo-
re faciendæ defenſionis, & ijs ſupradictis modis fit
impoſtura fiſco, ac contra veritatem. Qua in re Iu-
dex cautus ac prudens in hoc regulabitur à ſua pru-
dentia & penetrabili iudicio, ac practica, præſertim
quando delictum eſt atrox, & ſuſpicio rationabilis,
191 & non captioſa. † Quoniã Deus omnipotens per
Angelum lucis ſæpè viam veritatis docet timentes
eum, & hi præuidenda præuident, quando neceſſa-
rium eſt: At de impijs & malis iudicibus ſcriptum
eſt, quòd impij ambulant in circuitu. Pſal. 11. Et de
illis qui de ſua ſapientia præſumũt, ſcriptura dicit, Sa
pientia huius mũdi ſtultitia eſt apud Deũ. 1. Cor. 3.
192 † Aliquando etiam ratificatio fit in tortura, vt in
ſocio criminis, & in perſonis infamibus, de quibus
dixi in pract. de teſt. par. 4. num. 68. cum ſeq. & in 5.
par. num. 140. ſicut etiam quando expedit cum tor-
tura dictum teſtis inhabilis ratificare, Carer. pract.
in d. l. obſeruare, num. 16. & in tit. de homicid. foli.
mihi 81. num. 7. at ille perſeuerare dicitur, qui nihil
reuocat, Boſſ. de confeſſ. per tot. num. 7.
193 † Reliquum eſt, vt videamus de confeſſione facta
metu tormentorum, & reuera confeſſio dicitur me
tu extorta, quando Iudex habens poteſtatem tor-
quendi (& reus hoc ita credit) proteſtatus eſt velle ſe
torquere reum niſi veritatem dixerit, & reus ætate,
ſexu, vel aliter ſit puſilli animi & virium, Marſ. in
pract. §. expedita, in princ. multò magis quando ad
locum torturæ adductus & ligatus eſt, licèt non ſit
in ſublime euectus, Put. in verb. tortus. c. 1. ſub nu. 3.
ver. confeſſio rei facta in tormentis, Carer. in l. ob-
ſeruare, nu. 15. cum ſeq. & de indic. & tor. nu. 4. cum
ſeq. quia in perſonis vniuerſalibus hoc modo verè
metus incutitur, Clar. q. 64. ver. nũc de gradib. Frãc.
Caſo. de indic. & tor. rubr. de non torq. ſine indic.
nu. 8. & 9. Item confeſſio dicitur facta metu tormen
torum, ſi cum frigore & fame quis detinetur in car-
cere cum proteſtatione, quod eo modo tenebitur, ſi
veritatem non fateatur, Bar. in l. 1. §. Diuus, de q. Put.
in verb. tortura, 3. c. 4. nu. 10. Carer. de indic. et tor.
nu. 5. vbi æquiparat confeſſionem factam ſponte ſi-
ne indicijs confeſſioni factæ metu tormentorum,
194 † ergo malum eſt incutere timorem, vbi eſſe non
debet timor, Vital. de Gambil. tract. clauſul. de metu
tormentorum, num. 13. fol. mihi 298.
195 † Si verò dubitaretur, an confeſſio dicatur ſponte
facta vel metu tormentorum, potius in dubio iudi-
candum eſt eſſe factam metu tormentorum, & nõ
ſponte, Carer. loc. ſuprà cit, n. 31. fol. 67. Veruntamẽ
contra aſſaſſinos, ſceleratos, impoſtores, latrones fa-
moſos, & faniellos peſſimos omnis in dubio ſumẽ
da eſt præſumptio ſiniſtra & mala, D. Menoch. de
præſumpt. lib. 5. præſumpt. 5. Hip. prac. §. diligenter,
nu. 99. Calca. conſ. 63. nu. 2. Oſaſc. alios allegans in
deciſ. 88. nu. 27. quia illi carent omni legum auxilio;
ſunt enim à iure diffidati, dixi in 2. par. huius trac. n.
60. ſunt priuati immunitate Eccleſiaſtica, ſecus de
Clericis & Monachis, niſi poſt trinam monitionẽ
fuerint incorrigibiles, c. Cler. de for. comp. torquen-
tur ſine indicijs legitimis, non tamẽ ſine aliquibus,
ſup. nu. 141. & ſeq. & Farinac. de ind. et tor. q. 37. nu.
171. & denegatur eis copia indiciorum, nec dantur
defenſiones, idem Farin. q. 39. nu. 109. Intellige quã-
196 do ſunt confeſſi aut conuicti. † Cæterũ quoad alios
Farinac. de indic. & tor. q. 37. nu. 98. 99. & 100. dicit,
in practica ſeruari quod confeſſio facta abſque ſu-
ſpenſione in tortura non habetur tanquam facta in
197 tormentis, † quia modica tortura non dicitur tor-
tura, Marſ. pract. §. quoniam. nu. 3. & in conſ. 80. nu.
27. & per alios ibi adduct. Ang. in verb. fama, & ibi
Aug. nu. 110. Verùm ipſe ſeruaui, & ſeruare vidi cõ-
feſſionem huiuſmodi opus habere perſeuerantia, &
non poteſt verè dici ſponte facta & ita tenet Bald.
in l. 2. ff. quorũ appell. non recip. & in l. 2. de confeſſ.
quicquid dicat Farin. cuius opinio in practica fortè
non eſt vera, niſi quãdo extra tormenta Iudex incu-
teret minas de torquendo, & reus fateretur, excepto
ſi cum minis Iudex etiam iuraſſet velle eum torque
re; nam ob vim iuramenti timor diceretur veriſimi
liter incuſſus, ex quo veriſimiliter reus crediturus
erat Iudicem iuramẽtum ſeruaturum eſſe, l. metum,
c. quod met. cauſ. l. de pupillo, §. ſi quis de nou. op.
nunc. per ea quæ dixi in pract. de teſt. 3. par. n. 41. 42.
& 122. Nam reus tunc tempus non habet cogitandi
vim illius iuramenti, & an ſit vel non ſit ſeruan-
dum ſine interitu ſalutis æternæ. iuxta c. cum con-
tingat. de iureiurãd.
198 † Sanè ſunt quidam rei tãm audaces, vt parum de
minis & ligatura curent, & coram Iudice intrepidè
negent, et in negatiua perſiſtant, quaſi riſui habentes
minas Iudicis, et cùm ſunt extra locũ torturæ, ſe offe
runt ad ſubeundam torturam, qui ſi ad locum tortu
ræ ligatis manibus ducantur, et iuſtu Dei iudicio cõ
fiteantur abſque eleuatione crederem (attenta quali
tate delicti, et delinquentis, ac præcedentium indi-
ciorum notitia) hoc in caſu confeſſionem vti ſpon-
taneam debere iudicari arg. eorũ quæ ſuprà dixi, fa-
cit tex. in c. damnum, de reg. iur. in 6. nec illi ſuccur-
rendum eſt, qui poſuit ſe in neceſſitate. l. ſicut, C. de
act. et oblig. quãuis pietas Chriſtiana aliud requirat.
Alij ſunt qui aliàs propter alia delicta vel ſimilia tor
ti conſtanter negatiuã ſuſtinuerunt, qui liberati abu
ſi fuerunt Dei miſericordia, et iterum delinquentes
capti ob delicta peiora prioribus parum de minis, et
territione curant, nihilominus dum ad locum tortu
ræ ducti ſunt, confeſſi ſunt, et talis confeſſio pariter
iudicanda eſſet potiùs ſpontanea, quàm metu tor-
mentorum facta, et hoc modo poſſunt conſiderari
Doctores, quos Farinac. adducit d. q. 37. nu. 101. 03.
et 104. et q. 38. nu. 43. Paul. Ghirlãd. in hãc par. incli
199 nare videtur de quæſtio. & tor. q. 4. nu. 2. † quoniã
puſillanimis, (vt tetigi) ſolæ minæ terrorem incutiũt
in animo. Marſ. l. 1. in princ. ff. de quæſt. Farinac. d.
q. 37. nu. 103. & ècõtra delinquẽtibus ferocibus quę-
libet indignantis percuſſio & territatio, vbi corporis
dolor non incutitur, non dicitur tortura, Maſc. cõcl.
200 353. nu. 22. † vbi non requiri ratificationẽ ait in fa
moſis latronib⁹, et hoc modo teneo cũ Paulo Ghirl.
vbi ſuprà nu. 3. & 7. nihilominus arbitratus ſem per
fui eſſe in arbitrio Iudicis, an confeſſio dicatur ſpon
tanea, aut metu tormentorum extorta; nã dicit Boſſ.
in tit. de confeſſ. per tot. nu. 33. quòd nõ poteſt certa
doctrina dari, quando confeſſio metu tormẽtorum
facta dicatur propter varietatem perſonarum, qua-
rum aliquæ ſunt infirmo animo, & viribus, aliæ nõ,
vide D. Menoch. de arb. iud. caſ. 268. n. 7. & caſ. 269.
201 nu. 2. vbi nu. 3. † dicit cõfeſſionem eſſe debere pro-
babilem, poſſibilem & veriſimilem de prima quali
tate, dicit Ang. in l. 1. C. de confeſſ. de ſecunda Marſ.
in l. 1. num. 33. ff. de quæſt. de tertia idem Marſ. ibi-

dem nu. 35. ſuprà ſatis per diſcurſum dictum num.
215. eſt, ad hæc vide Lancellot. tract. de Prætor. in
202 ver. confeſſio criminis.† Eſt etiam notandũ diffe-
rentiam eſſe inter confeſſionem ſpontaneam, &
confeſſionem volũtariam ſecundũ Baldum, qui om
nia diſtinguit in c. 1. § iniuria, de pact. iura. firm. ſpõ-
tanea quandoque ſine tortura (vt dixi) voluntaria,
quandoque etiam cum tortura fit, Aret. in l. qui alie-
na, §. Celſus, ff. de acq. hær. Ghirland. de quæſt. & tor.
q. 4. quoniam etſi voluntas ſit coacta, tamen volun-
tas dicitur, l. ſi mulier, §. metu, ff. quod met. cau. l. qui
ita in prin. ad Trebell. Vnde ſolet dici, confiteor
ſpontè, fateor coactus. profiteor ſpõdens, Io. And. in
c. 1. de vi. & ho. Cler. & ſpontanea confeſſio etiã di-
citur, quando quis de ſe tantum interrogatus eſt, ſta-
tim fatetur, & hæc cõfeſſio eſt validior confeſſione
facta in tormentis ſeruatis ſeruandis, ſecus quando
quis de alio, & non de ſe interrogatur. Nam quo ad
alios confeſſio facta in tormẽtis eſt validior, at ſi de
ſe, & de alijs quis interrogatur, tunc ſpontanea con-
feſſio eſt validior, Mar. de l. 1. de quæſt. Foller. pract.
cri. in 3. par. in verb. & ſi confitebuntur, nu. 90 Dec.
conſ. 175. nu. 8. Gramm. vot. 34. nu. 12. & vide Clar.
q. 55. ver. poſſet etiam. & Alex. & Iaſ. in l. inter ſti-
pulantem, §. 1. de verb. oblig. & Bertazol. conſ. 341.
344. 427. & 449. vbi quid iuris quo ad condẽnandũ.

Redeundo nunc ad reuocationem confeſſionis
criminis, ſcias, quòd ſi quis primò negauit, deinde fa
tetur delictum, non ei prodeſt, circa quod vide Al-
ber. de ſtatut. in verb. confeſſio, vbi de ſtatuto remit-
tente partem pęnę confitenti delictum, ſi primò reus
negauit, poſtea fateatur, non gaudet beneficio ſtatu-
ti, niſi in continenti ſe corrigat: eſt materia l. eum
qui. ff. de iureiuran. vbi Iaſ. nu. 8. & ſeq. tenet contra-
rium, nihilominus opinio ipſius & ſequacium non
videtur vera, cum reo ſoleat deferri iuramentum
dum examinandus eſt, & ideò poſtquam iuratus ne
gauit, non gaudet beneficio ſtatuti quoad diminutio
nem pœnæ, & ille textus l. eum, qui de iureiuran. fa-
ctus videtur in pœnam rei, qui primò ſub vinculo iu
ramenti negauit id, quod poſtea falſus eſt, & accuſa-
tor vel fiſcus poſſet offerre velle per teſtes probare:
verùm quoad cauſæ deciſionem confeſſio prodeſt,
vt non augeatur obligatio, nõ dico, vt diminuatur,
Angel. de maleſ. in ver. deducta ſibi quarta, & in re-
ſponſ. D. Carol. patris mei 167. & 302. & ad hanc
materiam quando quis primò negat, deinde fate-
tur, eſt textus in l. ſi dubitetur, ff. de fideiuſſ. l. hæredi
tatem, ff. ad leg. Falcid. Brun. ſuper ſtatut. in verb.
confeſſio, vbi diſtinguit quoad diminutionem pœ-
næ & quoad deciſionem, primo caſu non prodeſt,
quoad beneficium ſtatuti, ſecũdo caſu prodeſt quo-
ad determinationem: de hac re vide latiſſimè D.
Petr. Caball. in ſuis caſib. criminal. caſ. 56. qui nihil
in hoc propoſito intactum relinquit, vbi ſub nu. 88.
limitat etiam quando quis in contumaciam eſſet cõ
demnatus, quoniam hæc ficta confeſſio vi ſtatuti nõ
prodeſt. præſertim quando ad formam ſtatuti fuerit
citatus. per l. 1. in fi. de minor. vnde etiam fuerit po-
ſtea admiſſus ad nouas defenſiones, & confiteatur
nõ gaudebit beneficio ſtatuti vt ibi nu 88. 89. & 90.
& inter alias ſuas quotidianas limitationes, ſi mihi
licentiam daret libenter adderem has duas limita-
tiones ab eo non tactam, & eſt quod ſtatutum re-
mittens partem pœnæ ob confeſſionem Delicti, ſi
Delinquens iterum in idem crimen incidat, & fa-
teatur non gaudebit amplius beneficio dicti ſtatuti,
Ad trad. per Doc. in l. 3. C. de Epiſc. & Cler. & di-
cam in 4. par. ſub nu. 100. quod tenementi. & digito
liga Vulpell. conſ. 69. vbi dicit, quod antequam fi-
ſcus ſit grauatus ad probandum, quod reus benefi-
cio confeſſionis potitur. Sed minor ſemper reſtitui-
tur aduerſus confeſſionem, Bald. in l. 1. §. etiam qui,
1. q. 4. de poſtul. Ang. in l. ... §. ſin autem, eod. tit. Sfort.
Odd. de reſtit. in integr. p. 2. q. 72. art. 1. nu. 12. & 13.

Verũ quia verba ſtatuti ſemper propriè intelligẽ-
da ſunt, l. non aliter, de leg. 3. vbi Doct. limit. Si quis
deliquit, & fugijt, non poterit per procuratorem vti
beneficio confeſſionis, niſi principalis compareat
perſonaliter, & fateatur. quia requiritur vera, et pro-
pria confeſſio, vt per ſupradictis. DD. Hinc eſt
quod ſi Marito aliqua pars dotis debetur propter
adulterium, non obtinebit per fictam confeſſio-
nem, qui vi ſtatuti etiam naſcitur à contumacia, ſed
opportet vt vere appareat, ſicuti refert Baiar. ad Cla.
q. 2. nu. 10. Guglie. Benedic. in c. Raynutius, in ver.
mortuo itaque teſtatore. nu. 175. cum mult. ſeq. vbi
oſtendit differentias inter confeſſionem veram &
fictam à nu. 158. vſque ad nu. 169. Et in materia ſta-
tuti, Quod Contumax habeatur pro confeſſo vi. Io-
ſeph. Ludo. in ſuis Concluſ. & ipſe quoque ſuis locis
dicam, ad vnum eſt aduertendum, quod confeſſio
non releuat à pęna quando, eſt ipſo iure, impoſita,
Bar. in l. qui ob rem. ff. de Cond. indeb. & in l. quod
ff. de pen. Ai. prac. §. 7. c. 5. limit. 83.
203 †Cæterum contra propriam confeſſionem mul-
ta adduci poſſunt præcipuè docto. de errore DD. in
l. fin. vbi Salyc. poſt nu. 2. C. de prob. Bart. & Iaſ. in
l. error, C. de iur. & fact. ignor. Boſſ. in tit. de confeſſ.
nu 6. & nu. 60. Alex. conſ. 42. col. fin. & cõſ. 87. vo. 5.
Afflict. ſuper conſt. nu. 27. Maſ. latiſſimè cõcl. 368.
& diſtingue inter errorẽ iuris & facti, vt per Blanc.
de indic. & tor. nu. 18. de err. re facti conceditur, nõ
de errore iuris, niſi cum illis in quibus iuris error nõ
204 cadit; † quæ reuocatio ex cauſa criminali fieri po-
teſt quandocũque ante ſententiam Angel. de maleſ.
in verb. compareat inquiſiti, & Gand. de quæſt. &
tor. nu. 24 Mar. in l. 1. §. fi. nu. 40. de quęſt. Montell.
prac. cri. reg. 20. nu. 4. Gab. co. conc. l. tit. de confeſſ.
concl. 5. cir. fin. quinimò confeſſio huiuſmodi etiã ſi
fuerit acceptata reuocari põt. Alç. de pręſ. reg. 3. pręſ.
21. etiam ex interuallo, non obſtante iuramento,
etiam poſt concluſum in cauſa, vt dicũt omnes prę-
dicti Doctores, & eſſe communem opinionem te-
ſtatur Viui. inter comm. opin. in verb. confeſſi an,
& quan. tit. de probat. cap. 8. vo. 3. & vide Lancellot.
tract. de Prætor. tit. de confeſſ. crim. nu. 12. vbi in 19.
limitat. quamuis Bald. & Salyc. in d. l. error contra-
rium tenet, nihilominus communiter ſeruatur quod
reuocari poſſit, etiam ſi geminata eſſet, vt tenet Bal.
in l. 1. C. de error. calcul. etiamſi cum confeſſione
concurrerent probabiles & legitimæ probationes,
Bero. conſ 201. nu. 5. vo. 3. & hoc verum in confeſ-
ſione ore proprio, & non vi contumacia emanata,
Monticell. pract. crim. reg. 20. limit. 4. niſi per re-
ſtitutionem in integrum contumax adiuuaretur,
205 Bellam. decis. 693. Sfort. Od. reſtitut. integ. par. †&
in perſonis facinoroſiſſimis parum prodeſſet reuo-
catio, Foller. in d. 3. par. in verb. & ſi confitebuntur,
Boſſ. in d. tit. de confeſſ. Lanfranc. de Oria. eod. tit.
de confeſſ. verſ. quæritur, nu. 55. & Farinac. de indic.
& tor. q. 38. nu. 100. 101. 102. & ſeq. & facit Bertaz.
conſil. 341. 344. 427. 449. & in conſil. 103. vbi addit
qualiter error probandus. Si verò confeſſio ſponta-
nea non eſt adhuc in ſcriptis redacta, vel confeſſio
per torturam ratificata, tunc non eſt opus (ſi reuoce-
tur) docere de errore, Foller. d. verſ. & ſi confitebun-
tur, nu. 140. in 3. par. Alex. conſ. 92. viſo, & opportu-
nè vo. 5. Gabri. l. de confeſſ. concl. 6. Tind. in tract.
de teſt. cap. 4. num. 3. vbi loquitur in hoc propoſito
tàm de reo, quàm de teſte.
206 †. Verùm in hac materia reuocandæ confeſ-
ſionis placet ſic dicere in actu practico, quòd
in cauſis criminalibus confeſſio de proprio fa-
cto,

ĉto, tàm ſpontanea quàm in tortura poteſt de iure
quandocunque reuocari poſt ratificationem vſque
ad ſententiam incluſiuè, l. non fatetur, vbi Dd. ff. de
confeſſ. Bald. in l. fin. in prin. C. de probat. imò etiam
poſt ſententiam dncto de errore, ſeu de legitima cau
ſa, ob quam confeſſio reuocetur, non obſtante quòd
fuerit iuramento corroboralidata, & hæc eſt omnium
ſcribentium prædictorum communis ſententia in
d. l. error, C. de iur. & fact. ignor. Anto. de Canar.
tract. ſuo de quæſt. membr. 5. nu. 2. & 16. Maſcard.
alios allegans de proba. d. concl. 637. vſque ad concl.
648. & Bertaz. d. conſi. 103. lit. C. Clar. q. 55. verſ ſed
pone, & ipſe in pra. de teſt. in 3. par. ſub n. 111. dixi.
207 † Sed operæ pretium eſt ſcire, quæ ſint iuſtæ &
legitimæ cauſæ reuocandi confeſſionem perſeuera-
tam, ſeu ratificatam, geminatam, & iuramento val-
latam, vt ſuprà dictũ eſt; Quocirca ſciendũ eſt, quòd
nedum expedit allegare errorem, ſed debet in ſpecie
error probari, & non in genere, Bart. in l. error, C. de
iur. & fact. ignor. & Curt. conſ. 26. & eſt omnium
ſententia, Maſcar. id. concl. 637. & hæc cauſa ſpecifi-
ca, in qua error conſiſtit, debet eſſe poſſibilis, veriſi-
milis et probabilis, vt de exculpatione infra dicetur;
& hæc concluſio procedit in confeſſione rei, & pro
curatoris: ſecus in confeſſione aduocati, quia in ad-
uocato non requiritur probatio erroris, c. fi. de con-
208 feſſ. Franc. in cum cauſam, nu. 3. de appellat. † nec
ſufficit in facto propriu ſtante confeſſione allegare
ſolum rem aliter ſe habere, ſecus in facto alieno, Ma
ſc. concl. 642. quia quis facilè poſſet probare rem ali-
ter ſe habere, & nunquam eſſet dare finem, & ideò
in facto proprio quis non eſt audiendus poſt perfe-
ctam confeſſionem volens probare rem aliter ſe ha-
bere, niſi prius doceat de legitimo errore cur faſſus
ſit, Boſſ. in tit. de confeſſ. n. 34. & 64. Clar. d. q. 55. ſed
poteſt probare tale quid, quòd ſtare poſſit cum dicta
confeſſione, ut puta ſi confeſſus ſum hoc propter ti-
morem torturæ, vel propter obliuionem, vel quia
neſciebam quid dicerem, vel ira mentem impediuit
& hæ excuſationes ſint veriſimiles, Soc. reg. 64. 65.
& 66. vide Donat. in h. reg. de indic. in ver. cõfeſſio
209 & Marſ. ſing. 257. & ſing. 339. † benè aduertendo
ad ſubornationem teſtium in hac ſpecie reuocandę
confeſſionis valde vſitatam. Hinc eſt quòd teſtis nõ
poteſt ex interuallo reuocare ſuum dictum, allegan-
do errorem, l. eos, vbi D. ff. de falſ. Put. de ſyndic. in
ver. tortus, c. 1. dicit hoc eſſe verum quando teſtis ſi-
ne tortura, ſed libenter depoſuit, ſecus ſi cum tortu-
ra, quia etiam ex interuallo poteſt ſe corrigere, l. fin.
ubi Bald. de teſt.
210 † Error præcipuè allegatur conſiſtere in vna ex
infraſcriptis cauſis, quæ ſunt videlicet metus, igno-
rantia, obliuio, ira, fatuitas, vel mens nõ ſana, & per-
ſuaſio; & ad hoc ut metus releuet, requiritur, quòd ſit
iuſtus probabilis, & neceſſarius, de per. D. Menoch.
caſ. 136. Dec. in l. in omnibus cauſis pro facto accipi
tur, de reg. iur. qui metus in conſtantem virum non
cadit, l. 2. §. metus, ff. quod met. cau. quia metus eſt
inſtantis vel futuri periculi cauſa mentis trepidatio,
Azo. in ſum. d. Rub. quod met. cau. nec metus per ra
tificationem tollitur iuſta cauſa ſubſiſtente metus,
Bru. à Sol. d. q. cri. 51. n. 183. & metu tormentorum
cõfeſſione facta debet ita in ſpecie & in indiuiduo
allegari metus, & non in genere, Aret. in c. cum dile
cti, extra de accuſ. Boſſ. d. tit. de confeſſ. n. 77. cũ plur.
ſeq. Maſc. de prob. concl. 353. & concl. 1055. Bru. d.
q. 51. nu. 180. 181. 182. 183. & 184. & cum metu de-
bet concurrere aliqua alia cauſa probabilis, nempè
vt ſi confeſſus ſit, tamen eſſe poſſit in contrarium ve
ritas, & quod veriſimile ſit per metum confeſſum
fuiſſe, alioquin ſi cum ſimplici metu nil aliud con-
currat, niſi allegare quòd per metum faſſus ſit, poſſet
torqueri tanquam varius, ſecundum Boſſ. in titul.
211 de tor. n. 49. † quinimò fortè poſtquam ratificauit
ſi dixerit ſe confeſſum fuiſſe per metum torturæ, &
nil aliud deduxerit, parum prodeſſet, Brun. de indic.
& tort. par. 1. 4. q. n. 4. maximè quando confeſſio in-
dicijs coadiuuatur, vide Boſ. in d. tit. de confeſſ. ſub
n. 80. Marſ. in §. quoniam, ſub n. 1. ver. ſi autem appa
212 rent, vide infra n. 256. † At ſi cũ metu deducta ſit
aliqua alia cauſa veriſimilis, & probabilis, tunc non
debet torqueri, ſed practica eſt quòd iſte reuocans de
bet poni in ampla cuſtodia, id eſt, in carceribus com
munibus, & dantur defenſiones, ut doceat de errore
ſuæ confeſſionis, & probet per teſtes, & non per tor-
turam, Boſſ. tit. de confeſſ. n. 78. & probet cauſam (vl
tra metum,) ob quã reuocatio teneat, vel rem aliter
ſe habere in parte, vel in totum: in totum, ſcilicet pro
bando contrarium, ut dixi in pract. de teſt. in 3. p. n.
111. lit. N. in parte, quãdo qualificatè deliquit, vel ad
neceſſariam defenſionem, ut per Gom. ſ. de delict.
c. 3. n. 26. vel quòd ignoranter, aut non principaliter
deliquit, ſit per plus aut per minus, ſecundum excu-
ſationes, quas ponit Clar. q. 60. at ſi nihil probauerit
quod releuet; firma manebit eius confeſſio, vt per
Bald. in l. fin. de quæſt. & Brun de ind. & tor. par. 1.
q. 4. n. 4. Put. in ver. tortus, c. 8. col. 2. ſed ſi aliquo pa-
cto confeſſionem dubiam reddiderit, tunc poterit
torqueri ſecundum Bal. in l. in bonæfidei, nu. 5. C. de
iureiur. & debet ſeruari pract. trad. à Marſ. in §. quo-
niã, n. 3. & 4. quia cogitur perſeuerare, aut debet tor-
queri, Farin. de ind. & tor. q. 38. n. 100. cum ſeq. Boſſ.
213 de confeſſ. per tor. n. 22. † vbi confeſſio quando nõ
remanet nitida, ſed dubia, locus eſt torturæ, vel poſſet
puniri aliqua pœna extraordinaria per ea, quæ elegã
ter more ſuo trad. Gomeſ. var. reſol. tit. de delict. c. 3.
ſub n. 26. in 3. col. poſt d. n. 3. Ang. in ver. comparent
dicti inquiſiti, Hip. in §. quoniam, n. 24. idem in l. re
pete, de q. vide quæ in hoc propoſito dicã n. 231. & i-
deò ſicuti tenet reuocatio confeſſionis ſponté factæ,
vt per Boſſ. Maſc. Marſ. & alios, quos ſuprà adduxi,
ita & reuocatio confeſſionis extortæ per tormenta
etiam ratificatæ. Nam ut dixi ſupra n. 113. confeſſio
per torturam ratificata, & confeſſio ſpontanea æqui
parantur, & ideò circa reuocationem idem ſeruan-
dum eſt in una, quod in alia, & ad maiorem declara-
tionẽ vide, quæ infra dicã in materia exculpationis.
214 † Secunda cauſa reuocãdæ confeſſionis eſt igno
rantia, qualis eſt illa, qua ruſtici & imperiti homi-
nes prorſus rudes laborant, qui os aperientes neſciũt
quid dicant, ſiue pro, ſiue contra ſe, & quod peius
eſt, volunt teneri ſapientes, & nedum abundant in
ſuo ſenſu, ſed carent intellectu, & de hac ignorantiæ
cauſa loquuntur Bald. Bart. & alij Doctores in d. l.
error, C. de iur. & fact. ignor. & debet eſſe probabilis
et veriſimilis, qualis eſt in ruſticis, minoribus, et mu
lieribus, in quibus ignorantia regulariter cadit. Idẽ
in vrbicis quandoque contigit, qui ſemper domi cõ-
morati ſunt, & cum ignaris diu conuerſati, & in agi
bilibus mundi ſunt ad inſtar aſini.
215 † Pręterea ignorãtia regulariter cadit in facto a-
lieno, tex. in l. qui in alterius locum, de reg. iur. Itẽ in
factis antiquis; tex. & Dd. in l. ucius, de appel. Bal. in
l. 1. col. 4. de confeſſ. Soc. reg. 219. 220. & 221. Meno.
de arb. caſ. 186. latiſſimè Maſc. d. prob. concl. 879. et
880. Verùm ignorantia non debet eſſe craſſa, nec ſu-
pina, l. nec ſupina, ff. de iur. & fact. ignor. Andr. Gail.
obſerua. 48. n. 15. nec debet eſſe affectata, c. eos cleri-
cos, de tẽp. ord. in 6. Iaſ. in l. ſi ſeruus pluriũ, §. ſi quis
ante, n. 7. de l. 1. & facit Blãc. in ſua pract. c. ignoran-
tia, Gab. co. concl. tit. de iur. & fact. & ignor. concl.
6. & quando ex capite ignorantiæ reſtitutio in inte-
grum concedatur, vide Sforz. Oddum de reſtit. in in
tegr. q. 8. art. 9. & 10.

L 2 216 † Tertia

216 † Tertia cauſa eſt obliuio, de qua idem dicendum
eſt, quod de ignorantia, vt per Soc. reg. 219. & Maſcard. concl. 650. num. 5. & ſeq. idem concl. 1122. nu.
31. Boſſ. in tit. de reſponſ. à reo fact. nu. 4. & 5. vbi remiſſiuè ponit eos, in quibus cadit obliuio, Ioſeph
Ludou. concl. 38. ver. primus caſus, & Menoch. cóſ.
247. nu. 41. vo. 3. quibus in locis quando obliuio præſumitur iam in reo, quàm in teſte, & dixi in pract. de
teſt. in 3. p. n. 143. & Bar. in l. Presbyteri, C. de Epiſc.
& Cler. dicit, quòd obliuio in teſte eſt lata culpa, &
eſt verum, quoniam fictio magis locũ habet in memoria, quàm alibi, cùm ab initia exceptio obliuionis
naſcatur, cęterę autem obiectiones ab extra: Nam vt
dictum eſt metus non cadit in virum conſtanté, & ſi
iſte metum allegaret, non eſſet ei credendum. Idẽ de
ignorantia, quæ in virum ſagacem & verſutum non
cadit, & ſi ſatis eam allegaret non eſſet ei credendum, quia aut ſcit, aut ſcire pręſumitur, l. quod te, vbi
DD. ff. ſi cert. pet. l. qui fundum, §. ſeruus, ff. pro empto. cum ſimil. Idem de ſurditate. quam quis facillimè fingere poteſt; quia nemo poteſt argui, quòd ſit
benè memor, ſi dicit ſe non recordari, nec quòd au-
217 diat, ſi non audit, aut non audire fingit. † Secus eſt
de ficta fatuitate, (vt vidi, dum Genuæ eſſem, in quodam, qui ſuper triremibus fatuitatem fingebat, quiq;
cæſus fuſtibus pluries à Aguzili cito compos mentis
factus eſt,) & ipſe in facto plures noui, qui per torturam, cùm antea ſurdi eſſent, audierunt, & cum muti
eſſent, loqui cœperunt, & immemores recordari, &
ita fatuis verberibus medendum eſt.
218 † De ira autem, illud vulgare apud auctorem, qui
Catonis nomine circunferrur, extat, impedit ira animum, ne poſſit cernere verum, de qua eſt tex. in reg.
quicquid in calore iracundiæ vel fit, aut dicitur, non
prius ratum eſt, quam ſi perſeuerantia apparuerit iudicium animi fuiſſe. Quòd autem cófeſſio per iram
facta reuocari poſſit, trad. DD. in c. ex literis. extra
de diuor. Ro. ſing. 108. incip. volo commutari, Foller. pract. d. ver. & ſi confitebuntur. nu. 17. & 136. At
diligenter eſt perquirendũ, an ita ſit veriſimilis, imò
an tempore emanatæ confeſſionis confitens ira accenſus erat, & ideò ſi cum confeſſione concurrant
aliæ probationes, tunc allegare iram duntaxat, &
eam probare non adiuuat, niſi in totum vel in partem rem aliter ſe habere doceatur, vt ſuprà dixi in allegando errore metus, quinimò confeſſio per iram
facta & perſeuerata tenet, cap. ſi quis iratus 2. q. 3. ex
adduct. à Maſcar. concl. 346. nu. 20. & 21. vbi dicit
iratum à furioſo non diſtare durante furore, vel ira,
Put. in ver. tortus, c. 7. nu. 9. Vnde Horatius in Epiſt.
Ira furor breuis eſt, animum tege, &c.
219 † Reſtat ſolùm de perſuaſionis cauſa dicere, ob
quam quis confeſſum ſe eſſe dicit, quo caſu perfecta
confeſſione (ſi de delicto conſtat, & adſint indicia
contra hunc reuocantem confeſſionem) quis ei dicenti fidem adhibebit? cùm non ſit veriſimile, quòd
ob perſuaſionem ſolam quis confiteri voluerit delictum, quod non fecit, cap. quia veriſimile, de præſumpt. niſi iſte eſſet verè fatuus, aut ſemifatuus, vel
niſi confeſſio extorta eſſet impunitate promiſſa, aut
blanditijs, vel ſuggeſtionibus, Put. in ver. tortus, c. 7.
num. 1. & 12. verſ. ſi autem reuocatur confeſſio, &
ſimul cum hac exceptione cócurrat fatuitas, vel carceris impatientia, aut tædium vitæ ſunt omnia probanda, & tunc poſſet admitti reuocatio, qua reuocatione ſtante in parte, aut in totum contrarium probari deberet eius quod falſus eſt, Maſcard. de probat.
concl. 468. nu. 9. Put. d. c. 7. nu. 12. verſ. nam ſi, & notandum quod aliud eſt mandare, aliud conſulere,
aliud perſuadere, vt dixi ſuprà, & per Gomeſ. de delict. cap. 3. num. 43. dixi num. 176.
220 † Effectus autem reuocationis inſurgit ab vna ex
ſupradictis cauſis, quarum vna probata ſecundum
Aret. in c. cum dilecti, extra de accuſ. dicitur non circumſcripta confeſſio, ſed in ſuſpenſo ſtare, & ideò
cótra eam (circa merita) reus tenetur probare in totum, aut in parte contrarium, (vt prædixi): & ſi nihil
quod releuet, probabit, confeſſio firma manebit, vt
ſuprá nu. 212. circ. fin. eſt tamen dare caſum, in quo
non expedit probare de errore, vt quãdo quis extraiudicialiter eſſet confeſſus ex tempore conſtituti negaret, vel allegaret errorem tantum, vt pro cautela
traditum eſt ſupra ſua nume. 101. in hac 3. par. Sed
cauſa erroris, quę allegatur, debet eſſe iuſta vt infra
num. 227.

Sed in omnem caſum, qui verè ſunt conuicti, &
ex aliqua rationabili cauſa, vel in tortura, aut ſpontè
ſunt etiam confeſſi, ſecuta ratificatione confeſſionis
in caſibus, in quibus ratificatio requiritur, tunc nullo modo ſunt audiẽdi, tex. in l. 2. & ibi DD. C. quor.
221 appel. nó recip. † vt etiam Mantuę extat ſtatutum
ſub rubr. de torm. vbi ratificatione ſecuta nó eſt amplius locus reuocationi, ſed duntaxat conceduntur
defenſiones, non tamen admittuntur illæ, quæ ſunt
directò contrariæ proprij oris confeſſioni perfectæ,
& cóuictioni, Put. in verb. tortus, c. 7. per tot. & Boſſ.
d. tit. de cófeſſ. nu. 80. & 81. & in alio tit. de cófeſſ. per
tot. & in tit. de conuict. & quando eſt locus reuoca-
222 tioni, † quilibet pro ſuo intereſſe admitti debet, vt
pater, vel filius, cóſanguinei, & amici cófitẽtis. Ang.
in l. ſi is cũ quo, ff. de confeſſ. Bald. in l. 1. §. ſi abſens.
ff. de noxal. Put. d. ver. tortus, c. 7. nu. 12. in fi. & n. 13.

Et quoniam hæc materia reuocandæ confeſſionis eſt quotidiana, difficilis, & pręiudicialis, non eſt
dedignandũ, ſi adhuc infiſtam circa eius practicam,
quamuis in idem ferè incidere videam cũ his, quæ
223 ſæpiùs à me dicta ſunt. † Quando igitur quis vult
reuocare confeſſionem ſuam, vel prætextu erroris,
vel aliter per aliquam ex ſupradictis cauſis, practica
eſt, vt Aduocati, ſeu Procuratores reorum ſcripturã
componant, in qua dicant, quòd etſi N. confeſſus eſt
tale delictum, & poſtea ratificauit, nihilominus errauit, & erraſſe ſe dicit, & proteſtatur, verum quia
defenſionem, ſeu excuſationem ſuam citiùs parare
nequiuit, nũc eſt paratus, & ſe offert probare per teſtes errorem ſuæ cófeſſionis, & præcipuè dicit confeſſum fuiſſe metu tormẽtorum, vel quia ignorabat
quid diceret, vel ſenſu carebat, vel quia non recordabatur, vel quia ira impeditus fuit, & ijs ſimilibus
cauſis, vel vna earum deductis in ſpecie, & non in
genere (vt dixi) debet aſſignari terminus probatorius: alioquin ſi quis tantummodò dixerit reuocare
confeſſionem ſuam ex interuallo, & nõ allegauerit
errorem in ſpecie, ſed tantùm in genere, ſuccumbet,
& non audietur: & in hoc incauti Aduocati decipiũtur, cum primum (reuocatione ſimpliciter facta) ſtatim formant capitula probatoria directò contraria
confeſſioni ſine vlla erroris pręfatione, & vt dicitur
iungunt plauſtrum ante boues; Alij formant ſcripturam, in qua tantummodò dicunt reum reuocare cõfeſſionem, & velle per torturam ſuſtinere cõtrariũ,
& iſti pariter decipiuntur per ea, quæ ſuprà dixi num.
220. & optimè tenet Boſſ. in d. tit. de confeſſ. ſub nu.
224 65. & 79. ver. ſed difficultas, vbi nu. 80. dicit, † quæſtionem iuris non debere eſſe in arbitrio rei; per teſtes igitur, & non per torturam eſt defenſio faciẽda,
Add. ad Bertazol. conſ. 103. Maſcard. de probat. concluſ. 637. & in caſu præcedenti capitula non ſunt admittenda, quoniam negatiua eſt ipſo iure improbabilis, DD. in Clem. 2. de teſt. Hercul. tract. de negatiua, in princ. dixi in pract. de teſt. 3. par. nu. 111. Maſcard. de probat. cócl. 70. Vnde ſi quis cófeſſus eſt delictũ, de quo cóſtat, non poteſt capitulare, non fuiſſe
commiſſum tale delictum, de quo quæritur, nec po-
teſt

Digitized by Google

teſt ſine præfatione ſtatim articulare illud non fuiſ-
ſe,vel ſi quis dedit mandatum ad delinquendum , &
confeſſus ſit ſe vere dediſſe mandatum , & illud non
reuocaſſe,non poteſt im mediate capitulare non fuiſ-
ſe ſecutum delictum,vel reuocaſſe mandatum (quan
225 do de delicto,& de mandato conſter.) † Sed practi
ca eſt,quod prius dicat, licet confeſſus fuerim me fe-
ciſſe tale delictum,vel dediſſe tale mandatum, tamē
confeſſio fuit erronea ob talem,& talem cauſam, &
volo probare me non feciſſe,vel mandatum reuocaſ
ſe, & tunc ſunt admittenda capitula probanda per
teſtes,ſi cauſa deducta eſt veriſimilis per ſupradicta.
226 † Et quia mitius agitur in confeſſione ſpontanea,
quam in confeſſione per torturam,aut metu torturæ
extorta,& ratificata,vt inquit Add.ad Bertazol. d.cō
ſil. 103.lit.c. ver.in re noſtra, nihilominus ſi deduca-
tur in reuocatione metus veriſimilis, ob quem con-
feſſus dicitur,& propter eundem metum ratificauit,
ſciens quod ſi non ratificabat ipſum torquendum
fore,tunc ſunt admittenda capitula contra propriam
confeſſionem, iux. Theor. Aret.in cap.cum dilecti,
extra de accuſat.quam æquiſſimam dicit Boſſ. alleg.
tit.de confeſſ.num.78. & faciunt dicta à Brun. à Sol.
in d.quæſt.51.nume.182.& 183. vbi in proprijs ter-
minis loquitur,& ante num.160.cum mult.ſequent.
intellige concurrentibus alijs præſumptionibus , ſeu
coniecturis , alioquin ſola allegatio metus non rele-
uat,nec ſola allegatio rem aliter ſe habere prodeſt,iux
ta terminos ſupra narratos,loquendo de confeſſione
non ſpontanea,ſed per torturam extorta , & ratifica-
ta, demum ex cauſis prænarratis etiam reuocata, ſed
quoad ſpontaneam confeſſionem iam dictum eſt, ſi
in continenti reuocetur propter talem variationem
reus potius torquebitur, Foller.d.pract. verſ.etſi con-
fitebuntur,num.114.allegat Marſ.in §.quoniam,nu-
me.18. Anton.de Canar.in ſuis quæſt. crim.memb.
5. num.16. & Tiraq.de retract.connenno. §.primo,
glo.5.numer.14. dicit incontinenti reuocari poſſe e-
tiam non docto de errore, intellige antequam reda-
cta ſit in ſcriptis, vel à parte acceptata,vt ſupra nume
ro 202. & de dictione incontinenti , per Menoch. de
arbitr.caſ.30.numero ſecundo,caſ.12.numero ſecun
do,conſil.18.& 19. numero ſecundo, & ante caſ.16.
vbi de hac dictione incontinenti , ad diuerſos caſus ,
& effectus, quādo verificetur, Tiraq. vbi ſupra num.
16.cum mult.ſequen. Sed ſi ex interuallo tempore
defenſionis reuocatur , audiendus eſt Iaſ. in l. magi-
ſtratibus,ff.de iuriſdic.omn.iud. pulchre Put.in ver.
tortus,ca.8.col.2.ver.& ſi confeſſionem reuocat,vbi
227 † dicit confeſſionem reuocatam perſeuerare,quan
do contrarium non probatur,l.error,ff.de iur.& fac.
igno. At miror valde de dicto Marſ.in d.§.quoniam
ſub nume. 18.quia iura per eum adducta,per quæ vi-
detur velle eum , qui ſponte confeſſus eſt , poſſe con-
demnari, ex quo talis confeſſio non eget ratificatio-
ne , bene ſtat : ſed quando confeſſus ſtatim reuocat ,
mouet & non reſoluit, qua de re firma manet diſtin-
ctio noſtra, & eius opinio procederet, quando ſtaret
in puris terminis pœnitentiæ,ſecus ſi ſufficientē cau-
ſam probaret contra propriam confeſſionem, Put.in
ver.tortus,c.8.col.2. per text.l.1.§.ſi quis vltro, & ibi
Bart. & cæteri de quæſt.& de alia quæſtione,quam
ſubijcit Marſ.d. num. 18.non eſt dubium, quod pro-
bata confeſſione rei extraiudicialiter facta per teſtes,
ſi coram Iudice reus illam negabit poterit torqueri ,
dixi ſupra de qualitate huiuſmodi indicij num. 101
& Gab.de confeſſ.concl.2.& 3. Boſſ.eo.tit.num.45.
Maſc.conclu.346.cum ſequ.Farin.tit.de carc.& car.
q.33.nume.14.15.16.& ſequent. & contra peſſimos
aſſaſſinos,Marſ.in d.§.quoniam,nu.26. ſecus ſi iuſta
228 de cauſa fuerit reuocata per ſupradicta. † dat caute-
lam ſi ſufficienter torti in negatiua perſiſtunt, vt ſæ-
pe,ac ſæpius de eodem delicto examinentur , & ob
eorum variationes repetenda erit tortura : quamuis
iſti verſuti,& ſcelerati contraria cautela vtuntur.Nā
quando ſunt interrogati pluries ſolent reſpondere:
Quel che hò detto è ſcritto,legetemi il mio primo e-
ſamine, quo lecto, & audito dicunt : A queſto mi ri-
metto .
229 † Verum vt plurimum rei inſtructi ſunt ab ad-
uocatis,vt potius ſuſtineant torturam,& laqueū plu-
ries in manibus,quam ſemel in collo, & hoc timore
admonent reos, vt quando ſunt eleuati, fateātur de-
lictum, & addant aliquam qualitatē annexam diuer
ſam à prima,ſed non veram.nam Iudex qui tenetur
veritatem diligenter expurgare (ſi repererit dictā qua
litatem minime eſſe veram) tenebitur iterum curare
ſuſtolli facere reum in tortura , vt ſincere veritatem
fateatur,qui ſecunda vice tortus ſtatim fatetur,aliud-
que mendacium in confeſſione implicat, & facta di-
ligenti veritatis perquiſitione, & non verificata hac
qualitate,ſed reperto mendacio, iterum reus in tortu
ra eleuatur tertia vice,vt dicat veritatem & ſic ſtatim
ſublatus fatetur , demum demiſſus dum diſſoluitur ,
ſtatim dicit ſe omnia dixiſſe metu torturæ , quo caſu
cum ſit ter tortus de iure non poteſt amplius torque-
ri, vt tradunt Criminaliſtæ in l.1. §. ſi quis vltro , &
in l.fin.ff.de quæſt.quia infinitas eſt euitanda,l. inter
ſocerum,§.fin.ff.de pact. Foller.in ſua pract. ver.& ſi
confitebuntur, numero 109. Put.de ſyndic. in verb.
230 tortura,& Bœer deciſio.163.num.20. † eodem mo
do vtuntur rei,qui ſtatim eleuati fatētur,& ducti de-
bito tempore ad ratificandum negant, & allegāt me
tum , aut dolorem torturæ , quoniam non deberent
torqueri,niſi tribus interpolatis vicibus , Boſſ.titu.de
tortura,num.43.& 44.Farinac.de indic.& tot.q.38.
num.94.96.& 97. Marſ.in l.repen,ff.de quæſt. & ha-
bes prædicta à Put.in ver.tortus,ca.6. per tot.vbi ſub
fideiuſſore relaxari arbitratus eſt huiuſmodi reos ,
propter ſuperuenientiam nouiſſimorum indiciorum ,
& ad hæc faciunt quæ in ſeq.4.par.num.199.dicam ,
an cauſa debet remanere indeciſa,vel definitiue ter-
minari,& infra num.269.& Marſ.in d.§. quoniam,
num.4. & 5.ſequitur Put. & poſt eum Gomeſ.tit.de
delict.cap.13.num.25.in fin.& num.27. vide alium
modum confitendi,& negandi,num.264.

Ad dubium excitatum ſupra nume.213.vbi reuo-
cata confeſſione , & dato termino ad incumbentia,
quæ faciunt contra confeſſionem,ſi non fuerit plene
contra eam probatum , dixi duas eſſe opiniones, vel
iterum torquere, vel aliqua pœna extraordinaria reū
231 condemnare, † & reuera non eſt dubium, quod cō
feſſio,contra quam taliter qualiter probatum eſt,di-
citur eliſa aliquantiſper,vel ſaltem nō remanet clara,
& nitida,vt requiritur in criminalibus.iux.l.fi. C. de
prob. Nam deducto errore contra confeſſionem re-
manet confeſſio obumbrata, Men.de præſ.li.5.præſ.
3.nu.52. Bar.in l.admonendi col.pen.ff.de iu.iu.& in
iſto caſu ſi Iudex ordinarius non habet liberum arbi
triū, tenetur expedire cauſam per torturā,ſi vero ha-
bet liberum arbitrium, tunc poteſt ſequi opinionem
Gom.de deli.in c.3.n.16.in 3.col.vel torquere,ſi vult
quia pēdet ab eius arbitrio,facit Marſ.ſing.288. Sigiſ.
Sca.tract.iud.ciuil.crim.& hæret.tit.de proceſ. cōtra
reum contumacem,c.27.ſub nu.161. Gramm.conſi.
cri.15.verum conſuetudo magis obtinuit, vt per tor-
turam res dirimatur, Aret.in d.c.cum delicti, extr.de
accuſ. Ant.de Canar.in tract.ſuo de q.nu.44.2.mēbr.
232 † Sed pone in practica , quod Iudex potius velit
dirimere cauſam per torturam , quid erit , ſi iſte in
hac tortura fateatur, & etiam ratificet ? num deinde
poterit more ſolito allegare errorem, & nunquid au-
diendus ? eſt pulchra dubitatio , ſed iudicio meo
facilis digeſtionis, & breuis reſolutionis , & re-
L 3 neo

Digitized by Google

nco non eſſe amplius audiendum, ne in infinitum
procedatur, l.fi. C.de Sacroſanct. Eccleſ. niſi iſte tale
quid adduxerit, puta abſentiam aliquorum, vel aliud
legitimum impedimentum, per quod non potuit ei
incumbentia plenè, & concludenter facere in ter-
mino vltimo ſibi aſſignato, quia hoc in caſu debet
233 adhuc audiri; † melius eſt enim peccare in tempo-
re, quàm in ſententia, & debet aſſignari terminus
breuis ad probandum impedimentum iuſtum; ad
hæc faciunt, quæ dixi in pract. de teſt. in 3. par. nu-
mero 268. lit. E. ſed ſi plene non probabit, condem-
nabitur abſque vlteriori tortura, vel alia conſidera-
tione concurrentibus indicijs pro dicta confeſſio-
ne per ſupradicta.
234 † Alio modo confeſſio reuocari ſolet; nam reus
in tortura vix ſuſpenſus in aere ſtatim fatetur, & de-
miſſus ſtatim negat: iterum ſurſum ſublatus fatetur,
& liberatus ſubitò negat: tertio eleuatus fatetur, &
ſolutus negat: & hæ reiterationes torturæ, confeſſio-
nes, & reuocationes ſecutæ ſunt eadem die, & hora,
quid agendum? reſpondeo, quòd ſi in tribus iſtis vi-
cibus omnibus computatis ſtetit reus in tortura per
modicum ſpacium, non dicitur ſufficienter tortus;
& ideò debet repeti tortura, vel tertia illa vice in ſu-
blime ſtare, et torqueri per congruum ſpacium tem-
poris iuxta qualitatem delicti, delinquentis, & indi-
ciorum, ita, vt poſſit dici ſufficienter tortus, & tan-
dem ſi non erit viarum graſſator, & perſiſtat in ne-
gatiua, poterit dato fideiuſſore relaxari, ſecundum
ea, quæ ſup. dixi num. 230. & Marſ. §. quoniam, nu-
mero 5. Baiar. ad Clar. quæſtio. 68. ver. illata, nu-
mero 127.
235 † Ad aliud eſt aduertendum, quod delictum pro-
pter qualitatem adiacentem magis grauatur, vt de
homicidio proditoriè commiſſo, vel, vt dicitur ex
compoſito, & vulgo dicitur, à ſangue freddo; nam
magis hoc modo delinquens punitur, quàm ſi ſecu-
tum fuiſſet in pura rixa: vnde ſi reus inquiſitus fa-
teatur delictum, ſed qualitatem neget, tunc deberet
torqueri pro habenda veritate circa dictam quali-
tatem, de qua ſunt præſumptiones, & coniecturæ, ſed
temperatè, vel acriter ſecundum qualitatem delin-
quentis: at ſi conſtiterit de delicto, & de eius mala
qualitate, tunc tortura eſt adhibenda ſicut ſuper fa-
cto principali reus torqueri deberet modo, quo ſu-
prà dictum eſt, vide in propoſ. Marſ. pract. §. quo-
niam, num. 52.
236 † Quid de confeſſione Clerici facta coram Iudi-
ce laico? & non valet, ſi reuocata ſit coram ſuo Iudi-
ce Eccleſiaſtico, Maſcard. concluſio. 33. num. 27. &
concluſio. 352. diſtingue an ſit actor, vel reus recon-
uentus, vt ibi tex. in l. 2. C. ſi non à competen. iudic.
Maria. in rubr. de foro compet. & Gramm. deciſ. 29.
intellige valere quo ad eum, non autem quo ad præ-
iudicium aliorum, Vant. de nullit. Quoties, & intra
quod tempus, &c. nu. 51. cum plur. ſeq. Et pro com-
plemento benè aduertat Iudex, ne iudicium ſuum
ſuper ſola confeſſione firmet, vt admonet Put. in d.
ver. tortura, 1. cap. 4. num. 2. & in verb. tortus, cap. 8.
237 & ſuprà paſſim in pluribus locis dixi † more quo-
rundam Iudicum, qui animum ſolum habent ad
perſeuerantiam confeſſionis, ſeu vt reus velit nolit
perſeueret in confeſſione, quando modò ait, modò
negat, ſecus ſi cum confeſſione ſunt indicia valida,
vel Iudex noſter ſcit confeſſionem eſſe veram, mo-
dis requiſitis, & prout iura requirunt. At mens hu-
iuſmodi non eſt laudabilis, ſed animus Iudicis debet
inclinari circa veritatem inueniendam, & non ali-
ter, & debet Iudex eſſe tanquam mediator inter fa-
teri, & negare, iux. l. qui tacet de reg. iur. Boſſ. tit. de
defenſio. reo. num. 9. & amplecti quod eſt verius, at
quod peius eſt, ſtudent, & inuigilant circa condem-
nationem ægreferentes abſolutionem, & qualiter
poſſunt ſub aliquo quæſito colore videri Iudices re-
ctè extrinſecus indui pelle ouium, intrinſecus au-
tem ſunt lupi rapaces. Signorol. conſ. 228. ſub nu. 10.
facit tex. in l. vbi, C. de falſ. At in partiare ſi magis de-
clinaret ad dexteram, quàm ad ſiniſtram, diceretur
Iudex partialis, quia finis eius debet eſſe veritas, ar.
l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. præſumpt. Bart. in
quæſt. ſua, incip. Iudex maleficiorum, ſic ſtateram
iuſtam teneat, cap. cum æterni, de ſent. & re iud. in 6.
& Iudex debet habere puras manus ab auaritia, præ
cinctos lumbos à luxuria, quoniam cupiditas, igno-
rantia, & laſciuia malę ſunt, Bald. conſ. 201. vo. 2. nec
nimiam familiaritatem cum ſubditis habere iuuat
præcipuè loquacibus, & nimium fimbrias fori tan-
gentibus, & nimium Iudici obſequia præſtantibus,
quia nimia familiaritas parit contemptum, & ſu-
ſpicionem, & not. in l. obſeruandum. ff. de offic. præ-
ſumpt. & iuſtè, vti ſuſpectus poterit recuſari, vt in 5.
par. dicam. Ergo ſuſpiciones remoueat, præſumptio-
nes abſcindat, prauis ſermonibus locum non præ-
ſtet, calumnijs obuiam eat, prouinciam malis ho-
minibus purget, parcat impenſis, diſcordias com-
ponat, contra ſceleſtos rigidum, contra incautos
æquum ſe præbeat; audiat libenter aduocatos, non
tamen verboſos, ſed veridicos, non fictos, nec vlla
interlocutione, quid ſentiat intempeſtiuè diuulget,
pauca reſpondeat, (ne ex improuiſo capiatur in ſer-
238 mone.) † Nam ſolent aduocati venire in marſupio
benè inſtructi, vel iuribus in manica referti, acci-
ditque interdum, vt Iudex diuerſis negocijs impli-
citus, quandoque explicitè ad rem, & quandoque
inopinatè reſpondeat, ergo in proferendis votis
prius maturè deliberet, ne cum ſit fortè auditor, aut
Conſiliarius alicuius Principis prioribus verbis o-
bligetur, ne cum rubore in nouiſſimo tempore con-
trarium retractare valeat, & à Domino irrideatur;
ſed prius conſideranda conſideret, poſtea votum
ſuum ſana mente proferat, alioquin ſi nimis ani-
moſè, & feſtinanter votum dixerit, temeritate non
carebit, Io. And. in cap. 1. de ſent. excommun. lib. 6.
Audiat benignè reos, & eos, qui pro reis loquuntur;
239 † quia benigna audientia mitigare ſolet pœnæ do-
lorem, liuorem, rancorem, ac aufert ſuſpicionem;
at ſuperbis ſtatim reſiſtat, ne Iudicis abutantur mo-
deſtia, & illum, (vt de more habent) partu pen-
dant, diligenter ſe informet, inuigiletque ſemper,
ne ab alijs officialibus, præſertim à quibuſdam aui-
dis actuarijs (pace bonorum) decipiatur, ſimulque
iuſtitia eludatur. Nam quidam marſupio pleno
ſecreta proceſſus propalare ſolent, & demum copia
proceſſus ſoluta reliqua perficienda negligunt (vt
experientia docet,) qui actuarij ſæpenumero ſuam
culpam retorquent in Iudicem. Inſuper carcera-
tos viſitet, ſemel ſaltem in ſabatho, pupillis, or-
phanis, & viduis ſciat in dubio fauendum eſſe, idem
locis pijs: ſit mitis, blandus, & placidus omnibus,
§. præcipuè in auth. de manda. Princ. Sit Iudex
fortis, & patiens, qui non iraſcatur per ſingulos
dies, ſtet firmus, conſtans, & iuſtus, atque æquus,
240 † & præcipuè caueat ne in procedendo aut iudi-
cando vendicet odium, vel fauor vſurpet, timor
exulet, aut præmium auertat, nec lachrymis cre-
dat, non omnibus, nec omnia, Fab. à Monteleo.
art. vlt. num. 16. in d. eius pract. ſit fidelis, & ſapiens,
non ignarus, peruigil & expers, nequaquam ſcru-
puloſus, nec nimium ſubtilis, l. poſthumus, ff. de
iuſt. et iur. ſed ſuper omnia timor domini ſit cum eo,
vt in Pſalm. 18. habetur, in ieiunio, & oratione ad-
uerſarios vincet, & ad prædicta documenta vide
etiam Tiraq. de retract. lignagier. §. 15. gloſ. 1. per
tot. vbi pulchrè loquitur, vi. in num. 319.

† Nun-

241 † Nunquid autem Iudex noſter virtute arbitrij
liberi,& abſoluti poſſit ſtatuere ius iniquum? & ſe-
cundum Baldum in l. milites, num.6. C.de teſtam.
mil.quem etiam refert Iaſ.§.bonæfidei,num.39. In-
ſtit. de act. tenent, quòd non, & ipſe teneo quòd lo-
quantur de illo iure iniquo, quod ſtatuitur à domi-
nis, vt eſt imponere onera, & angarias, quas ex cau-
ſa poſſunt imponere. Sed in materia iuſdicendi in
terminis Brachij Regij Iudex noſter poteſt ius ini-
quum ſtatuere contra rigorem, vbi rigor, & contra
æquitatem,vbi æquitas requiritur, Tiraq.de retract.
lignagier.d.§.15.gloſ.1. num.9. cum ſeq. & ceſſante
dolo poterit ex cauſà iniquum æquo anteferre, Hen
ric. Boer. ſing. in ver. compromiſſum, numero 10.
242 †ſed de iure iniquiſſimo poſſet poni exemplum in
eo, qui in alium vult quod pro ſe nollet, l.1. ff.quod
quiſq; iur. Item de eo, qui vellet ſibi oculum vnum
erui, vt alteri ambo eruantur, quod ab omnibus eſt
243 ipſo iure improbatum. † Nunc ad rem: ius ini-
quum octo modis dicitur, quatuor per plus, & qua-
tuor per minus, videlicet re, loco, tempore, cauſà,
Bald.in l.2. §.ſed ſi quis, C.commun.de leg. nam li-
cèt Iudex habeat latum,& liberum arbitrium, illud
non habet plenum, hoc eſt, de poteſtate illa abſolu-
ta,quæ ſoli Regi,aut Principi conuenit; dicendo,ſic
volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas, vt eſt apud
Iuuen.Sat.6.Bald.conſ.383. incip. quando ſuper fa-
cto, num.2.& 3. volum.3. vbi explicat quid ſit ple-
num arbitrium, & quando iniquum præferatur æ-
quo.ponit gloſ.in verb.arbitrium,in l.fideicommiſ-
ſo,§.quamquam, de legat.3. & Bart. in l.ſi quis ma-
ior,num.326.ff.de iureiuran. Sed exempla quædam
244 poſſunt adduci. † Nam quandoque euenit, quòd
quis offert ſtare in carcere,aut in tortura in confron-
tatione alterius,& licèt ius hoc vetet,l.1. §.tormen-
245 ta,ff.de quæſtio. † Iudex tamen quandoque ex cau
ſa concedit,vt dixi ſuprà num.142. Aliud exemplum
quando rumor eſt in populo, ad ſedandum rumo-
rem,& ad euitanda ſcandala, Iudex noſter poteſt ſta
tim damnatum iuſtè, & nondum puniendum pu-
nire,vel puniendum relaxare,l.qui ſedem, in fin. ad
leg. Cornel. de ſicar. Pur. in ver. pœna, cap. 1. & 2.
Semper tamen concedendum eſt ei tempus ad ſa-
cramentum ſaltem pœnitentiæ recipiendum,vt ha-
bet Clement.1. de pœnit.& remiſſio. & docet Na-
uar.in Manua. cap.25. num.23. & in Ench. de ora-
tio. cap.22. num.11. Item ſtante mala qualitate de-
linquentis, & atrocitate delicti, & eius pertinacia in
tortura, Iudex poteſt addere pondera pedibus, vel
ignem, vt cæreum accenſum ſub planta pedum, vt
246 dixi ſuprà num. 59. † & tamen eſt iniquum adde-
re afflictionem afflicto, l.Naui. ff. ad leg. Rhod. de
Iactur. Item poteſt cogere inuitum ad accuſandum,
quod eſt contra ius,Cod.vt nemo inuitus,in rubr.&
nigr. Item poteſt condemnare aliquem per ſolum
cogitatum, quod ad aliquos actus quamuis remotos
ſit deductum, licet pœna locum non habet de iure,
niſi ad aliquem proximum perueniatur, l.1. ff.quod
quiſque iur. Clar. §. fin. quæſtio. 91. & quæſtio.38.
ver.vidi aliquando,& ibi Add. Baiard. licèt ſecus ſit
de iure Canonico, cap. cogitationis, de pœn. diſt. 1.
& ſit etiam contra ius ciuile, l.ea. ff. de pœnis, cogi-
tationis pœnam nemo patitur. Item licèt iniquum
ſit actori concedere quod non permittitur reo, vulg.
reg.non debet, de reg. iur. tamen ſi reus eſt peions
conditionis,non ſeruatur æqualitas, Dec. in l. fauo-
247 rabiliores, eo. de reg. iur. † Similiter Iudex noſter
poteſt errantem,& ignorantem punire,l.1. ff.de iur.
& fact. ignor. & tamen errans excuſationem mere-
tur,quia dicitur dolo carere, l.non poteſt, eo. de reg.
iur.& quo hoc procedat vide Clar.quæſtio.60. verſ.
quæro nunquid, & Blanc. in eius pract. crimin. cap.
ignorantia, Menoch. de arbit. caſ. 106. Maſcard.de
248 probatio.concluſio.879.cum ſeq. † Item licèt non
poſſit quis interrogari de ſua turpitudine, nec tenea-
tur reſpondere, l. aliàs, de iureiuran. tamen inuitus
cogitur quando ſunt aliqua indicia præcedentia, vt
dixi ſuprà num. 62. Item delinquenti poteſt iniqua
conditio inferri propter eius iniquam, & prauam
qualitatem, cum actius tractando contra l. non de-
bet, de reg.iur. Item etſi illicitum ſit compellere ali-
quem ad iudicium ire diebus feriatis in honorem
Dei,l.2.in fin.ff.de fer.nihilominus tenetur compa-
rere Iudice mandante,& in his diebus capi,& etiam
torqueri poterit, vt dixi ſuprà in 2. par. num.23. in-
tellige magna vrgente neceſſitate ob bonum publi-
249 cum. † Item iniquum eſt cogere aliquem reſpon-
dere, & docere aliquem de vita, & moribus malis
aliorum,l.fin.C.de accuſat. & Lancellot. de Prætor.
§.2.vbi plures caſus ponit,de interrogatione, fol.25.
tamen ad id cogi poterit (quando habentur contra
illum indicia, de cuius vita dubitatur) vt de vita, &
moribus ſodalis ſui doceat, licebitque ſumere arma
de domo rei,l.edita,vbi DD.C.de eden.Item ſi Do-
minus iubet Iudici, vt nocentem libere, vel relaxet
certè dicitur hoc ius iniquum, ſecundum Alexand.
in conſil. 11. ſub num. 5. vol. 1. tamen tanta poſſet
eſſe excellentia, & vtilitas perſonæ huius, quod be-
ne factum eſſe diceretur, vel poſſet huius relaxatio
eſſe aliorum delinquentium abſentium captio, &
punitio, vt. infra in 4. par. ſub num. 202. in fi. Item
250 † poſſet dari præmium exploratori, qui malitioſè
capi fecit bannitum, aut delinquentem, quemque
vt dicitur, ad macellum tanquam hœdum duxit, &
tamen nemo ex ſua malitia præmium conſequitur,
l.non debet, ff. de dol. Hinc dici ſolet Principibus
proditiones placere, ſed proditores nunquam, qui à
communiter accidentibus incidunt in malam cru-
251 cem. † Item ſolet vni ex pluribus delinquentibus
impunitas concedi (vt alij complices propalentur,
vel capiantur (quamuis dolus nemini patrocinari
debet,) arg.l.ſi quis in ſuo, §.fin.ff.de inoffic.teſtam.
& cap. audiuimus, de colluſ. deteg. & eſt contra re-
gulam quod delicta non debent remanere impuni-
ta, l.ita vulneratus, ad leg. Aquil. immò publicè in-
tereſt pœnam delinquentibus non remitti, l. ſi ope-
ris, C.de pœn. ſed in occultis melius eſt parcere vni,
vt cæteri complices puniantur, quàm ignorare de-
linquentes,arg.l.2.§.ſed & ſi quid,C.de ver.iur.enu-
clean. & ad effectum ne Prouincia malis impleatur
hominibus,prouideri oportet,l.congruit, ff de offic.
252 Præſid. † Item Iudex noſter poterit iudicare per
ſolam præſumptionem,quamuis iniquum ſit,vt no-
tat gloſ.in l.res hæreditarias, ff.de crim.exp.l.hæred.
& Clar.quæſtio.20. verſic. ſcias tamen, & ibi Add.
Baiar. Item Iudex vtendo ſæuitia magna,eidem cul-
pæ non adſcribitur, vt in carcerando omnes ſuſpe-
ctos, & teſtes, & priuilegiatos, dummodò non ſint
Clerici,vt dixi in 2.par. num. 124. ſed ex abrupto te-
ſtes torqueri à ſæculo non eſt auditum; & denegare
cibum, & potum, vt in hac ſuprà num.58. & Tiraq.
de retract.conſanguin. §.35. gloſ.1. num.6. & 20. &
de retract.lignagier.§.35.gloſ.1. num.9. cum ſeq. &
tamen nimia ſæuitia damnatur, l. præceptorum, ff.
253 ad leg. Aquil. † Verùm iniquam euidenter ſenten-
tiam proferre cauendum eſt; Nam qua menſura
menſi fueritis, remetietur vobis, & nolite iudicare,
& non iudicabimini, Matt.7.not.gloſ. in l.rem non
nouam, in ver.iudicabuntur, C.de iud. Item punire
vnum pro alio ius iniquum eſt, Luc. de Pen. in l.2.
C.de exact. & execut. lib. 12. vbi trad. quando vni-
uerſitas puniri poſſit,& an pro delictis clandeſtinis,
D. Menoch. caſ. 345. vbi ait extare talia ſtatuta Pa-
pæ, vide Afflict. ſuper Conſtitut. ſi damna clande-
ſtina,

Digitized by Google

ſtina, num. 20. diſtingue aut vniuerſitas deliquit in
omittendo, & punitur, l. iubemus nullam nauem,
C. de Sacr. Sanct. Eccleſ. & de ſtatutis contr. liber.
Eccleſ. §. item. Quæcunque communitas. Bar. in l.
aut facta, ff. de pœn. aut deliquerit in committendo,
& tunc, ſi ſono campanæ, & data opera, ſe congrega-
uerunt vniuerſi, punitur, ſecus ſi obiter euenit caſus
Maria. Soc. in repetitione, cap. Qualiter, & quando
num. 43. de acc. alios multos alleg. Bonifac. de fur. §.
animo, num. 232. cum ſeq. vbi vi. Et ſtante iure mu-
nicipale villa tenetur emendare damna Anto. Seap.
iur. non ſcript. libr. 3. de Diuerſ. act. cap. 103. Clar. §.
fin. quæſtio. 82. ver. quod villa, quæ emendatio non
debet fieri per capita Domorum, ſed pro modo pa-
trimonij, l. 1. C. de mu. patr. lib. 12. & ita tenet Gand.
de malef. in Rubr. De aliq. quæſt. var. ſub num. 8.
Anca. conſ. 156. Aret. conſ. 165. Oldr. conſ. 315. Ca-
chera. deciſ. 79. & 88. per tot. vbi num. 27. ait ſenes,
mulieres, pupillos, & abſentes poſſe puniri; vide quę
dixi in materia ſaluaguardiæ nu. 269. & alibi par. 2.
& tamen quandoque alter pro altero punitur de hac
re per Farinac. de delict. & pœn. quæſt. 24. num. 150.
254 vſque ad num. 160. † vbi incipit tractare, an ſtatu-
ta pœnalia comprehendant foreuſes, & prolixiùs
vſque ad fin. d. quæſt. 24. Hinc eſt quod pater tenetur
pro filio, dominus pro famulo, vel animali, com-
munitas pro damno dato, Dec. in l. culpa caret, nu-
mero 2. de reg. iur. Propinqui pro propinquo banni-
to contra regulam, quod pœna debet ſequi ſuos au-
thores, l. ſancimus, cum ſimil. de pœn., l. non debet,
de reg. iur. & iniquum eſt, quod quis odio alterius
255 grauetur, vulg. iurib. † Item poterit ius vnius dare
alteri, Grammat. conſ. 8. num. 8. quamuis manum
regiam neminem ſpoliare dicit Boer. deciſ. 467. nu-
mero 9. intellige ex iuſta cauſa. Item ius iniquum
eſt auferre defenſiones iuris, tamen de facto facino-
roſis delinquentibus denegantur ante torturam, vt
ſuprà per tot. hanc par. & poſtea anguſtiantur defen-
ſiones. Eſt etiam iniquum prohibere defenſiones
facti, quod eſt prohibere ne quis de facto defenda-
tur, vt in materia reſiſtentiæ dixi in 2. par. num. 57.
cum mult. ſeq. & in ſtatu Sereniſſ. magni Ducis Ae-
256 trutiæ Domini mei † eſt prohibita intromiſſio in-
ter rixantes, etiam cauſa eos ſegregandi, ſicuti vſus
armorum etiam non prohibitorum prohibitus eſt,
quæ nec itinerando ferri poſſunt, niſi à militibus, &
ab alijs ex priuilegio, ſed optima ratione dicta ſe-
gregatio eſt prohibita, ne ſub prætextu ſegregandi
fiant vniones, & ſquadriliæ, ex quibus ſuperchiariæ
naſcuntur; Sed aduerte, quod inſultati, ſeu prouocati
quando ſunt plures ſimul, non habet locum lex de
intruſis, ſeu intromiſſis, ſecus ſi plures inſultant: ita
diſponit lex Ducalis de anno 1569. Qua de re ſi quis
inſultat alicui in domo ſua, etiam fratres ibidem
exiſtentes dicuntur inſultati, & participant de offen
ſa, l. lex Cornelia, de iniur. Tiraq. in tract. de pœn.
cauſ. 51. num. 88. Menoch. de arb. caſ. 161. & 262.
quod in alijs caſibus forte locum non haberet. Et
intromiſſio de iure (tanquam exorbitans prohibi-
tio) locum non deberet habere quando fit ſine ar-
mis, vel quando operatione ſequatur malum, vel
quando caſu ſi intromiſit, & ſi erat coniunctus, con-
iunctum retinuit à malo, nec quando poſt ſedatam
rixam adiuuauit vulneranti aſſociando in Barbiton
ſoriam, uel in alio domo, vt mederi poſſet, alioquin
impium eſſet non auertere malo cum quis poſſit, &
pati de bono opere (ceſſatque) hoc conſtitio: ratio fi-
nalis, d. legis, ergo ceſſat diſpoſitio cap. cum ceſſante
de app. & vbi æquitas ſuadet, rigor ceſſat, cap. in pœ-
nalibus, de reg. iur. & leges facti ad conſeruatio-
nem, non debent contrarium operari, l. adigere, §.
quamuis vbi Bar. & alij, de iur. patr. vi. Caualca. De-
257 ciſ. 28. par. 5. in hoc prop. † Item poteſt Iudex no-
ſter inſtantiam prorogare, & decidere contra caſus
rigoroſos, Iaſ. in d. §. in bonæfidei, per DD. quos a l-
legat. Inſtit. de act. multa alia poteſt facere Iudex
magnæ authoritatis, quæ poſui in 1. par. cir. fin.
258 † Præterea eſt res iniqua, vt in pœnis pecuniarijs
quis torqueatur, cùm quælibet pœna corporalis
etiam leuis ſit maior pœna pecuniaria (quamuis for-
te auari aliqui, & cupidi aliter ſentiant,) Crauet. con-
ſil. 137. num. 11. quem refert Bertazol. conſ. 215. nu-
mero 7. lib. 1. & generaliter quòd non ſit deuenien-
dum ad torturam in pœnis pecuniarijs, tradit Fari-
nac. de indic. & tot. quæſt. 42. num. 14. cum ibi per
eum adduc. Clar. d. quæſtio. 64. ver. præterea, & ibi
add. Baiar. tamen ſuprà dixi num. 165. poſſe quem
torqueri hac ratione, & quando de iure communi
pœna eſſet corporalis, vt ea, quæ blaſphemo imponi-
tur, & de iure ſtatutario conuerſa eſt in pœnam pe-
cuniariam, nihilominus non poteſt inferri tortura,
259 Fab. à Monteleo. pract. arb. 3. par. quæſt. 6. † quo-
niam ſubrogatum aſſumit naturam ſubrogati, l. ſed
& ſi quis, §. quæſitum, ff. ſi quis cautio. licet alij te-
neant, quòd ideò in cauſa blaſphemiæ poſſit deue-
niri ad torturam, quando pœna eſt perforatio lin-
guæ, quæ res non habet contradictorem, nos loqui-
mur, quando pœna eſt pecuniaria, & ideò in delictis
ſemper cauſa, & origo attenditur, ar. l. 3. C. manda.
vbi per illum textum non attenditur factum à ſer-
uo, cuius contemplatione feciſſe dicatur, ſed origo
iuſſus Domini. Hinc Bald. in l. ſi eum, ff. ſi quis cau-
tio. tradit regulam, quæ omnibus caſibus deſeruit,
260 in quibus † pœna, quæ de iure erat corporalis per
ſtatuta, vel per conſuetudinem effecta eſt pecunia-
ria, quod hæc pœna debeat appellari corporalis, &
ſapit naturam pœnæ corporalis, & in pœnis aug-
mentum, vel diminutio non mutat naturam deli-
ctorum; Afflict. in conſtitut. in verb. iuſtitiarij, nu-
mero 18. & ideò in procedendo attenditur qualitas
delicti, & non accidens pęnæ commutatæ à iure
municipali, arg. l. 1. C. de condit. ob cau. Felyn. in
cap. 1. de calum. vbi contra Bald. in l. 3. C. de ſer. fug.
dicit, quòd qualitas delicti iudicatur à qualitate pę-
næ. Verùm apud ſupremos Iudices de conſuetudine
A etiam in leuibus delictis, & pęnis pecuniarijs ad tor-
turam deuenitur. Paul. Ghirlan. de quæſt. & tort.
quęſt. 5. num. 2. & ſeq. & Alber. in l. edictum, num. 4.
ff. eod. quos cum alijs adducit D. Farinac. vir magnæ
eruditionis, & lectionis, d. quæſt. 42. num. 19. 40. 41.
ſed hoc procedit bis præcipuè concurrentibus quin-
que conſiderationibus, quarum prima eſt, vt de de-
licto agatur, per quod affertur damnum publico, vel
principis ærario, vt in fraudantibus vectigal, anno-
nam, ſal, plagiarijs, & huiuſmodi, vt tot. tit. de pu-
blic. iud. tit. de plagiar. tit. de fraud. anno. ſecunda, vt
adſint indicia ad torturam ſufficientia, de quibus
B ſuprà num. 6. 73. & 136. Hinc dicit Bald. in l. ſi quis
poſt, ff. de teſtam. quòd quando reus eſt indiciatus
ad torturam, etiamſi agatur de pęna pecuniaria, non
eſt relaxandus, & Farinac. d. quæſt. 33. num. 38. Ter-
tia, vt perſona ſit vilis conditionis, & non honeſtæ
vitæ, ſed hoc eſt arbitrarium, DD. in l. in ſeruorum,
ff. de quæſt. Nec vim facio, an ſit natus ſanguine no-
bili, ſi vitijs ſuam denigrat nobilitatem. Nam qui
turpiter delinquit non honeſtæ vitæ, & vilis reputa-
tur, per ea, quæ dixi in 4. par. num. 55. & in pract. de
teſt. par. 5. num. 101. & 102. & vide DD. adductos à
Farinacio d. quæſt. 42. num. 25. Quarta conſideratio
erit, quod iudicium criminaliter agatur, & non ciui-
liter, vt infra num. 267. Quinta, & vltima, quod tor-
tura ſit leuis, & modica: nam modica tortura non
dicitur tortura, & ad menſuram delicti, & pœnæ re-
gulanda eſt, vt ſuprà num. 54. & ſeq. & infra nu. 266.

Nam

Nam delictum reputatur maius, vel minus ſecūdum
qualitatem pęnæ, & pęna pecuniaria poſſet eſſe adeo
grauis etiam pro delicto contra priuatum, vt torturæ
locus eſſet. Sed Paul. Ghirl. de quæſt. & tor. qu. 7. ait,
261 † quòd in cauſis mixtis datur tortura, vnde ſi ex iu
dicio ciuili emergat falſitas, tunc poteſt tortura adhi
beri, & quia dixi, quod in delictis attenditur eorum
qualitas, hoc verum in procedendo, ſed in iudicando
attenditur id, quod æquitati magis congruit, l. ſem-
per, & lex in pęnalibus, de reg. iur. Bald. in l. 1. C. an
262 ſeruus ex fact. ſuo, &c. qui dicit, † quod in delictis
attenditur ſtatus perſonæ mutatio; vnde ſi poſt deli-
ctum quis incipit eſſe melioris, vel deterioris ſtatus
pro qualitate noui ſtatus pęna moderatur, non atten
to priore ſtatu, l. moris, & in l. pen. ff. de pęn. & quid
quoad agendum vide text. l. ſi quis poſtea, vbi Bal. ff.
de iudic. Vincen. Franc. deciſio. 384. p. 2. Petr. Cabal.
caſ. crimin. 147. & in bannito poſtea facto Clerico
Caualcan. deciſ. 11. in 5. par. Farinac. de inquiſit.
quæſtio. 8. nume. 104. cum mul. ſequen. & poſt diffa-
mationem mutatio ſtatus in fraudem præſumitur:
idem poſt accuſationem, vel inquiſitionem, multo
magis poſt condemnationem, Farinac. d. quæſtio. 8.
num. 110. Bart. Bald. & alij in d. l. ſi quis poſtea, de iu-
dic. & mutatio ſtatus perſonæ multa operatur, vt per
Marſ. de fideiuſſ. num. 110 cum ſeq.

Primò. Quòd fideiuſſor de iudicio ſiſti liberatur
ob mutatione n ſtatus principalis, Car. clem. 1. qu. 9.
de cenſ. & per eundem Marſ. num. 112. Mutatio ſta-
tus quid operatur.

Secundò. Quòd pater, qui ex forma legis tenetur
pro filio, eo ſuo iuris effecto, non tenetur, l. ſi filij, de
aut & rat. diſtra. ne poteſt eum vendere effectum
Clericum, nec exhæredare, Marſil. num. 116. & 120.

Tertiò. Debitor poteſt conueniri in loco contra-
ctus, fallit ſi mutat domicilium, & perſonæ ſtatum,
Bar. in l. quiſquis, C. de Epiſ. & Cler.

Quartò. Poteſtas tenetur pro famulo, fallit ſi famu
lus bannitus, Bald. ad Spec. in tit. de accuſ. §. vlt. ver.
ſed quid ſi familiaris.

Quintò. Laicus effectus poſt delictum Clericus,
non poteſt à laico iudicari, niſi in fraudem, Bar. in l.
1. ff. de pęn.

Sextò. Priuilegium conceſſum familiæ, mulier a-
mittit poſtquam eſt nupta, DD. in d. l. cum quædam
puella, vbi Ro. de iur. om. iud.

Septimò. Paganus qui deliquit, & ita accuſatus de
crimine, ſi deinde miles effectus ſit, non poteſt à pri-
mo Iudice agi, ſed coram Iudice ſecundo, l. qui cum
vno, §. reus, ff. de rel. Marſ. d. rub. de fideiuſſ. ante nu.
114. D. Petr. Caball. caſ. crim. 147.

Octauò. Dignitas ſuperueniens eximit à patria po
teſtate, § filiusfamilias. Inſtit. quib. mod. patr. pot. ſol.
Marſ. vbi ſuprà nu. 114.

Nonò. Mutatio loci, vt ſi laicus, qui extra Eccleſiā
deliquit, fugiat ad Eccleſiam, Marſ. ibidem nu. 114.
tot. tit. de ijs, qui ad Eccleſ. confug.

Decimò. Sacerdotium ſuperueniens tollit munus
publicum iam iniunctum, & compromiſſum iam
factum, num. 115.

Vndecimò. Filius ob mutationem ſtatus ſi efficia
tur Clericus, exit à poteſtate patris, non poteſt ex cau
ſa ingratitudinis exhæredari, non poteſt vendi, po-
teſt comparere in iudicio ſine conſenſu patris, cap.
fin. in fin. de Iud. Marſil. num. 117. & 118. vbi non
tenetur capere malefactorem, nec ſtare rigori ſtatu-
torum in materia contractuum, nec iudiciorum, nu-
me. 119. nec ſubiacet pęnis crimin. Maieſt. glo. in c.
ſatis peruerſum, 56. diſtinctio. Marſil. nume. 120. po-
teſt rogare teſtamentum, in quo pater ſit hæres inſti-
tutus, Barto. conſil. 61. incip. filiusfam. presbyte. Mar
ſil. numero 122. Item acquirit ſibi non patri, ibidem
item ſpurius efficitur legitimus per ingreſſum Reli-
gionis, Marſil. nume. 123. poteſt eſſe teſtis pro fratre.
Imol. in cap. cum R. de offic. deleg. infamia ceſſat &
tollitur, Mar. num. 125. non tenetur conferre liberos
à patre habitos. Iaſ. in l. filiæ, 2. col. C. de collat. non
poteſt poni ad torturam ſi habet indicia ſufficien-
tia contra ſe, niſi etiam ſit infamis, Marſil. num. 126.

A Quibus accedit quod ſi minor in minori ætate deli-
querit, & ante ſententiam effectus ſit maior, nihilo-
minus non poterit puniri tanquam maior, gloſ. in l.
ſciant cuncti, in verb. moritur, C. de legit. hære. Clar.
quæſt. 60 verſ. ſed nunquid, Marſil. in l. infans, num.
13. ad leg. Corn. de ſicar. Verum tamen idem Bald.
melius diſtinguendo in d. l. 1. ait, aut eſt ſtatus omni-
no nouus, aut inerat tempore veteris delicti; primo
caſu variatur pęna ob mutationem: ſecundo caſu nō,
263 deinde ſubdit † quod in delictis priuatis non atten
ditur ſtatus mutatio, ex quo iudex habet pęnas præfi-
xas, ſed ſic in delictis publicis, in quibus ſummum ar
bitrium datur, l. hodie, ff. de pęn. tunc attenditur æ-
quitas, deinde melius diſtinguendo, inquit, aut loqui
mur in pęnis taxatis, & tunc attenditur tempus deli-
cti, aut in pęnis taxandis tempore rei iudicatæ, & ſta-
tur arbitrio ſuo; et demum aliam diſtinctionem po-
nit, aut pęna arbitraria eſt imponenda propter de-
lictum tantum, verbi gratia, dicit ſtatutum, quod occi-
dens occidatur, & tunc attenditur tempus delicti, nō
obſtante mutatione ſtatus, aut pœna eſt mixta ratio-
ne apponenda, videlicet reſpectu delicti, & eius qua-
litatis, vel perſonæ delinquentis, & tunc inſpicitur té
264 pus ſententiæ, vt per exemplum † ſtatutum dicit,
quod ſi forenſis offenderit ciuem multò plus puniа-
tur, & Mantuæ extat decretum, quod ſi quis Hebræū
offenderit, maiori pœna afficiatur; modo forenſis eſt
effectus ciuis, tunc punitur tanquam forenſis (quam-
uis hoc exemplum non careat difficultate) quia de-
linquens in ciuem, dum pendet criminalitas, non ſo
let fieri ciuis, argum. l. auxilium, in fin. ff. de minor.
& multo minus in quibuſdam ciuitatibus, in quibus
contra forenſem, tanquam contra canem externum,
ciuium canes latrant omnes circuentes externum il
lum canem, quinimo cuncti tabernarij, & opifices
ſibilis, manibus, & pedibus, forcipicibus, atque mal-
leis perſtrepunt, & clamant, dalli, dalli, che egli è fo-
raſtiero; alij lapides iniiciunt, & abſcōdunt brachiis:
alij ſub prætextu defendendi forenſem ſub pallio, pau
perem pedibus valenter calcant, & pulſant; alij ſub
zelo charitatis laudant illum, ſed mixtim venenoſa
lingua proximum indebitè afficiunt, & miſer canis
neſcit quo ſe vertat, & à quo ſe tueatur, ſic illis con-
tingit longè à patria abſentibus, à ciuibus moleſtari,
ſed longè aliud diuina lex præcipit, Ex. 22. Aduenam
non contriſtabis, neque affliges eum, aduenæ enim,
& ipſi fuiſtis in terra Aegypti, &c.

265 Modo ad rem, vnius qualitas aggrauat alterum,
puta mandantem, ob factum & exceſſum mandata-
rij, vt in terminis ſcribit Decia. tracta. crimin. lib. 9.
tit. de pœn. cap. 39. tom. 2. at qualitate inhærente de-
licto reſpectu perſonæ, in quam delinquitur, vt con-
tra perſonam priuilegiatam, vel tempore noctis, vel
in locis priuilegiatis, videlicet in Eccleſia, in palatio
266 Principis, aut iuſtitiæ, vel in publica platea, † quæ
loca regulariter ſunt reſeruata; Iudex in arbitrarijs id
quod publicè intereſt iudicabit, quæ omnia ſunt no-
tanda, quoniam non inuenientur, ita paſſim in om-
nibus practicatum libris.

267 † Quæro etiam nunquid in cauſis ciuilibus poſſit
tortura inferri? & reſolutiuè dico, quod non, niſi quā
do cauſa turpitudinem contineret, vel ſi crimen non
leue cauſæ ciuili eſſet annexum, Farinac. de indic. &
tor. q. 42. nu. 33. & 34. aliud exemplum in negante
depoſitum, vt ſupra nu. 265. & 266. aut ſi ob aliquod
delictum

delictum ciuiliter ageretur, & in cauſa damni iniuriarũ, Clar.q.1.vet.tertius eſt caſus, & quando de falſo ciuiliter ageretur, & contra mercatores, qui bonis ſuis ceſſerunt, vel quando aliter veritas haberi non
268 poſſet, † & cauſa ciuilis magna æquiparatur criminali, vide quæ dixi in pract. de teſt. par. 1.nu.33. par.2.nu. 196. & par.4.nu. 150. 151. & ſeq. & Pit. plura exempla tradit.in ver.tortus c.5. Bart.& Alex. in l. Ducus. ff. de quæſt. Dd.in cap. 1.depoſit. in l. ex libero, eod.tit. Menoch.de arb. caſ. 265. Viui.co.op. 172.num.3.vo.1. Maſcar.de probat.concluſ. 463. Ioſeph. Lodouic.concluſ.71. Bertazol.conſ.399. Aſin. pract.§. 1.cap.6.

269 † Vlterius quæro, quando ſunt indicia ad torturam, & tamen reus ob infirmitatem, vel ætatem, dignitatem, aut aliud priuilegium non poteſt regulariter torqueri, vt per Caſon. de torment.ca.9.10.11. & vt ſupra dixi num, 124. an proceſſus ſint indeterminatè relinquendi abſque expeditione cauſæ per abſolutionem, aut per condemnationem? Et Gomeſ.var.reſol.tit.de delict.c.12. num. 26.mouet hãc dubitationem, ubi quærit ſi vnus teſtis de viſu fide dignus, & omni exceptione maior, & ſimiliter indicium, vel ſemiplena probatio diuerſi generis, vel fortè non adſit aliquis teſtis de viſu, ſed ſint plura indicia, vel præſumptiones, an ex hoc cenſeatur plenè probatum, vt ſequi poſſit condemnatio ordinaria ad pęnam mortis, vel corporalem? & dicit quòd non, per gloſ. ſing.in ca. veniens extra de teſt. & per alia iura per eum adduct. ſecus in ciuilibus, in quibus duæ ſemiplenæ probationes diuerſi generis coniunguntur ad faciendam plenam fidem, tex. in leg. quæro, §.fi.ff. de accu.tu.à qua concluſione alia elicitur concluſio in propoſito noſtro, per quam præſens reſoluitur quæſtio.

270 † Pone quod inquiſitus poſſit condemnari ex indicijs & pręſumptionibus, vt in caſibus, de quibus per Clar.§.fi. q. 20. ver.ad condemnandum, cum verſ.ſeq.& ibi addit.vbi pœna arbitraria corporali, & non ordinaria, & pone quòd quis poſſit torqueri ex indicijs, & pręſumptionibus; nunquid Iudex pro habenda veritate ab ore inquiſiti debeat illum potiùs iubere torqueri, quàm pęna arbitraria condemnare? Et Gomeſ.d.c.12.num.26. concludit, quòd ſi præſumptiones vel indicia sũt liquidiſſima, & à lege approbata, de quibus ipſe Gomeſ.nu.25.exempla tradidit, Iudex non debet procedere ad torturam, ſed omninò definitiuè condemnare in pœnam ordinariam delicti: ſi verò præſumptiones vel indicia non ſunt liquidiſſima, nec à lege approbata, ſed tantum hominis, vt exemplificauit d. n.25.tũc ſi reus accuſatus eſt perſona, quę de iure poteſt torqueri, debet torqueri ut comperta veritate poſſit definitiuè condemnari, vel abſolui: nam ſi abſque tortura condemnaretur vel abſolueretur, vtroque modo iniuſtũ eſſet, quia indicia non ſunt ad cõdemnandũ ſufficientia, nec illis ſtãtibus reus eſt expurgatus ita, vt debeat abſolui, ſed vt cauſa indeciſa non remaneat, debet per quęſtionem reſolui; Si verò reus eſt perſona, quę nõ poſſit vel non debeat torqueri, vt minor, ſenex, infirmus, prægnans, in dignitate conſtitutus, vel alij ſimiles priuilegiati, vt dixi ſupra numer. 124. & facit Grammat.vot.15. num. 15. tunc ex illis indicijs, & pręſumptionibus poteſt reus condemnari in pęnam arbitrariam, pecuniariam, vel exilij, & ita expreſsè allegat Bald.tenere in l.fin.C.de probat. idem in le. milites, C.qui accuſ. non poſ.q.2. Brun. de indic. & tort. quæſt. 4. in 1. par. verſicul. notandum eſt. & Farinac.de indic. & tort. quæſt. 41. in fin. & Gomeſ.in cap.13.num.28.

271 † Sed vt locus ſit huic vltimo dicto, oportet primò vt de priuilegio conſtet, ſecundò vt caſus ſit valdè grauis & atrox, tertiò vt veriſimile ſit non poſſe haberi alias probationes, & ita intelligendus Gomeſ.d.ca.13.num. 28.cum ibi per eum adduct. quo caſu cum certum eſt alias probationes haberi non poſſe, non datur medium ſuperſedentiæ inter condemnationem vel abſolutionem: ſecus, quando eſt dubiũ an alia indicia inueniri poſſint, quia durante ſpe datur medium, & ita procedunt quæ in princ. d. num.28. Gomeſ.dicit, & ijs conferunt, quæ in ſeq. 4.par.dicam.

Verùm prædicta concluſio locum non habet ſtãte authoritate Brachij Regij, per quam nemo priuilegiatus eſt excluſus à tortura, modò non ſit Clericus, (vt dixi) ſed in perſonis inhabilibus ob ætatem, infirmitatem, vel aliter omninò ſeruãda eſt pęna ſani extraordinaria, ſecus in alijs priuilegiatis, sũt qui & robuſti, tamen hoc eſt arbitrarium Iudici noſtro.

Hic fortè poſſet inſiſti ab aliquo perſpicacis ingenij, nempe quod eſſet proteſtatione utẽdum, de qua ſup. num. 14. videlicet citra præiudicium conuicti, & adhibere torturam cum tali proteſtatione, unde ſi fateretur poſſet condemnari in pęnam ordinariã, ſi negaret, non effugeret pęnam hanc extraordinariam; ſed facilis eſt reſponſio, quoniam non eſt conuictus per talia indicia, ergo vana eſſet proteſtatio,
272 † & in alternatiuis alterũ de duobus ſine adiectione vel diminutione, ſed ſpecificè adimplendum eſt, vt in c.in alternatiuis, de reg.iur.in 6.cum ſimil. Felyn.in c.inter cæteras, de reſcript.

273 † Et quoniã tortura illata eſt caſus irreparabilis, vt dixi n.1.& alibi, & Iudex noſter, qui talem ac tantam authoritatem torquendi habet, fortè eſt in opinione hominis ſeueri, quæro an huius timore poſſit allegari ſuſpectus & uti ſuſpectus recuſari? & dicitur quod ſic, ſed oportet, vt prius liqueat de legitima & vera cauſa, antequam remoueatur, vt per Caranit. ſuper rit.re.rim 265. quẽ refert Baia.ad Clar.q.43.n.
274 19.vbi ait, quòd quicquid ſit quoad † Iudicem ordinarium, qui ſolo iuramento poteſt recuſari & impedire, ne ad vlteriora procedatur recuſatione pendente, de qua Lancel.tract.de attenta in verb. Iudex, & in verb.ſententia, & in c.6.nu.5. par. 2. & Niger. ſuper conſtit. Regn. c.217. Menoch. de arb. Iud. q. 54. tamen non ſic quoad Iudicem noſtrum, niſi prius dicta legitima cauſa reuocationis, conſtiterit, recuſatio nõ impediet proceſſum ad vlteriora, ſicut de appellatione non erit curandum vt infra dicetur.
275 † Sed Princeps ipſe cognoſcet de cauſis ſuſpicionis, deductis contra Iudicem noſtrum, quas ſi iuſtas eſſe comperer it, Iudicem remouebit, Fab.à Monteleo in ſua pract.arb. verſ.qui iuſtè, vt ſuſpecti remoueri poſſunt, par. 1.fol.mihi 47.& de cauſis ſuſpicionis vide Marant. pract. in 1.par. & D. Caualca. deciſ.28 2.par. latè dicam infra nu. 312.

Modò quia humanum eſt peccare, & diabolicum perſeuerare, ut ait D.Bern. ſer.de aduentu; curabit Iudex noſter potiùs ſuum corrigere errorem in tempore, quàm extra tempus, quando pęnitere non valet iux.c.veritatis.de dol.& contu. Vant.de nullit.an quælibet ſent.n. 25.vbi infert ad dominos terrarum,
276 de hac re dixi in 1. part. † quia iniuriam legibus facere dicitur, qui vult ſe meliorem videri, quàm ipſæ leges, vt inquit Rolà Val.cõſ.12.n.79.uo.3. hinc eſt quod licèt Iudex noſter non ſit legibus obligatus, tamẽ debet ſeruare legem, quãdo lex ſufficienter prouidet, ſed aduerte quòd non dicitur fieri contra legem quando ex cauſa receditur à regulis iuris per ea, quæ trad.ſcrib. in leg.1.de reg.iur.& dixi in 1.par.nu.33. 123. & 124. quia fit quòd à iure permittitur, quòd ex cauſa recedi poſſit à regulis iuris communis, & ordinarijs.gl.in cap. non debet, de conſang.leg.de ætate, §. quod autem, de interrog. act. Dec. conſil.

134.viſo

134. viſo volu. 2. & ſemota iuſta cauſa Iudex noſter
quoque ſeruabit ſtatuta præſertim à Principe con-
firmata, Bertaz. conſil. 345. num. 4. vol. 2. niſi vt aliàs
dixi, liberum arbitrium datum ſit cum clauſulis de-
rogatorijs, de quibus ſup. in 1. p. locutus ſum. Nam
in arbitrio Iudicis eſt facti quæſtio: pœnæ verò per-
ſecutio legis authoritati reſeruatur, Tiraq. de pœn.
temp. num. 2.
277 † Nunc de vi exculpationis tractare oportet, cũ
per exculpationem quandoque exonerentur rei diſ
famati in tortura, & quandoque etiam condemna-
ti; & exculpatio eſt duplex, explicita & implicita, ut
apud Farinac. de indic. & tor. q. 46. num. 106. ubi ait
explicitam exculpationem nuncupari, quando vul-
neratus ſeu aliter offenſus dicit expreſsè ſe non fuiſ-
ſe offenſum ab aliquo, puta à Titio; Implicitam ve-
rò exculpationem eſſe, quando plures dicuntur fuiſ-
ſe delinquentes, & tamen non omnes ſunt inculpa-
ti, ſed vnus aut duo ex eis tantũ. & hoc modo unius
incluſione alij cẽſẽtur excluſi, per l. 2. ff. de iud. cũ cõ
cor. & de hac ſecũda ſpecie uidetur loqui Burſa. alle.
a. d. Farin. in conſ. 20. incip. Gaſpar. Landinella nu-
me. 38. vol. 1. vbi in pluribus mandatarijs loquitur,
quorum duo tantum fuere nominati, & ibi Dd. cõ-
cor. adducit.
278 † Verum exculpatio explicita ſecus fert pluri-
mum dubitationis, & ſæpe numero iudicium eluſo
rium reddit, & Iudicem ambiguum, cum ſępè fit
quod offenſi, tum ob amicorum perſitaſiones, vel a-
liorum præmia, aut promiſſiones, vel ob metum,
ipſi aliud in ore, aliud in corde habeant ad inſtar ſi-
mulatorum, qua de re occultè credendum eſt, & cõ-
ſiderandum an veriſimilis ſit eiuſmodi exculpatio;
hocq; reſidet ex arbitrio Iudicis, Clar. §. fin. q. 51.
ver. poteſt, Farinac. de indic. & tor. quæſt. 46. n. 118.
& D. Menoch. de præſum. lib. 1. præſum. 90. n. 3. ſed
in exculpatione implicita laborandum, quoniam
ignorantia offenſi, & parum ſæpe perturbatio animi
liuore, aut ira offenſi impedit animum aggreſſi, ne
poſſit cernere verum, vt habet commune dictũ no-
mine Catonis prolatum; nam aggreſſus à pluribus
curat ſe defendere ab vno, vel à duobus, ad quos ani
mum habet, & de alijs minimè recordatur; quò fit
ut cæteri per taciturnitatem offenſi non dicantur ex
culpati, per reg. qui tacet de reg. iur. & Maſcar. d. con
cl. 1135. in fin. ait in propoſitò, quòd occurrente caſu
quòd plures eſſent inquiſiti, & offenſus excuſaret ex
eis aliquem, non propter hoc cenſentur magis gra-
uati, ex Burſat. conſ. 239. incip. breuis ero in reſolu-
279 tione, n. 39. † vbi dicit, quòd nec exculpatio unius
facta ab offenſo aggrauat alios eo quod cõtra alios
ei non creditur, nec ſecundum alios ad inquirendũ,
ſed ſolùm in eorum exculpationem, per glo. in l. ma
ter. C. de calumniat. & per alios quos ibi adducit, &
ita de iure & de practica eſſe criminaliſtarum ait. In
ſuper eſt notandum quod exculpatio implicita etiã
dicitur quando, quis querelauit, & poſtea proſecutio
280 nem reliquit, dato † quòd virtute ſtatutorum; vt in
ciuitate Genua, ſua rubrica, chi dà notitia, ò accuſa-
dia ſicurtà c. 8. lib. ſtat. cum aſſiſtere cogatur, vbi in
meo manuali additionem feci, quando Iudex ex of-
ficio procederet qualiter illud ſtatutum ſit intelli-
gendum, & allegaui Clar. §. fin. q. 62. verſ. ſed & nun
quid, & Marſil. in ſua pract. § ſupereſt per tot. & vi-
de Aug. maleſ. in ver. ad querelam, & dixi an per il
lud ſtatutum accuſator, qui ſemiplenè probauit, te
neatur tanquam calumniator ad expenſas; & alle-
gaui Iaſ. conſ. 2. & 3. lib. 1. & Cranet. conſ. 178. ll. 1.
vbi quando reus purgauit indicia per torturã, per
hoc accuſator non eſt condemnandus in expenſis,
D. Menoch. de arb. caſ. 177. num. 9. & caſ. 121. & nu.
17. & quid ſi fuerit abſolutus cum illa clauſula rebus
ſic ſtantibus, & per Clar. q. 57. verſ. ſed hic quæro, &
ibi add. & q. 62. verſ. ſed nunquid, & ibidem ad di-
281 ctum ſtatutum † quæſiui nunquid inſtigator ſeu
ſolicitator, qui non habent mandatum, teneantur
tanquam calumniatores, ſuper hoc vide Decia. cõſ.
18. num. 6. vol. 1. Marſ. pract. in § ſupereſt, num. 4. &
Clar. §. fin. q. 10. verſ. quæro nunquid, vbi tractat cuſ
de D. Aduocato & Procuratore fiſcali, & de Perla
Solicitatore fiſcali, contra quos eſt tex. in l. vniuerſi,
C. vbi cauſæ fiſcal. & Grammat. deciſ. 60. nume. 21.
tamen in pract. non ſeruatur, vide Boer. deciſ. 324.
ſed fiſcus nullas dat nec recipit expenſas, l. fin. C. de
fruct. & lit. expenſ. Columb. tract. de mo. proce. in
controuerſ. cum art. 138. & Peregr. de iur. fiſc. lib. 7.
tit. 4. de ſent. ad verſ. fiſc.
282 Sed redeundo ad exculpationem, † dico etiam
exculpationem implicitam eſſe quando fit deſiſten-
tia, expreſsè, quæ magis ſapit naturam reuocationis,
quam exculpationis, & hæc prodeſt quoad intereſſe
tantum offenſi, non propterea tollit proceſſum de
iure communi, per l. libellorum, vbi Dd. ff. de accu-
ſat. & in l. 2. C. de abolit. & Dec. in l. edita. C. de edẽ.
& Boſſ. in tit. de accuſatione, ſub nu. 14. & 15. Cano.
in c. licet Heli. ext. de accuſ. niſi aliter de iure ſtatu-
tario caueatur; nam in multis locis, & in quibuſdam
caſibus deſiſtentia, pax, remiſſio, aut reuocatio offen
ſi, item confeſſio delinquentis tollunt totum, aut
283 partem proceſſus, vt Papiæ, † & alibi, intellige vt
ſuprà num. 203. & infra num. 290. & in 5. par. nu-
me. 48. vbi plura congeſſi. Et ad cognoſcendum,
an exculpatio profit, aduerte an cum ea & pro ea
concurrant maiores præſumptiones & veriſimili-
tudines, quàm in inculpatione, & tunc prodeſt, ſin
minus, tunc non prodeſt, at in dubio, & cum hinc
& inde ſunt pares præſumptiones, tunc pro reo iu-
dicandum eſt, l. fauorabiliores, de reg. iur. & per
DD. ſuprà allegat. Menoch. de præſumpt. lib. 1. præ-
ſumpt. 90. & Blanc. in ſua pract. verſ. ijs permiſſis,
in primo Farinac. d. quæſt. 43. & 46. Maſcard. con-
cluſio. 1135. Præterea exculpatio fit aut inter viuos,
aut in articulo mortis, & fit ab offenſo, vel ab eius
propinquis, aut à tutoribus ſeu curatoribus offenſi
minoris, quandoque exculpatio fit à ſocijs crimi-
nis, quandoque à teſtibus, & de ijs in practica non-
nullas concluſiones breuiter & reſolutiuè ponam.
284 † Prima igitur ſit concluſio, quòd exculpatio of-
fenſi exiſtentis in articulo mortis regulariter tollit
omnia indicia, ita, vt reus nedum non poſſit con-
demnari, ſed nec etiam torqueri, Bart. in l. 1. §. ſi
quis mouens, ff. ad Syllan. Clar. §. fin. quæſt. 53.
verſ. poteſt etiam. Mar. pract. §. reſtat, numer. 17.
Blanc. pract. 1. par. defenſionum, num. 172. fol. mihi
872. Grammat. vol. 3. latè Maſcard. de probat. con-
cluſio. 1135. Farinac. de indic. & tor. quæſt. 46. num.
104. & Carer. in ſua pract. circa exculpationem, verſ.
17. fol. mihi 189. hoc primò limitat, niſi de delicto
contra inculpatum eſſent claræ & liquidæ proba-
tiones, quia exculpatio non prodeſt, ita intelligen-
dus Grammat. conſ. crim. 70. num. 5. ſic ſentiunt ſu-
pradicti Doctores, & præcipuè Clar. d. ver. non po-
teſt, vbi declarat locum habere, quando res eſt du-
bia, l. non hoc, C. un. cog. Burſat. d. conſ. 20. Cel.
Landri. num. 39. Farinac. d. quæſt. 46. num. 115. &
quæſt. 43. num. 17. & 18. & hæc exculpatio repellit
hæredes ab accuſando, Gand. in tit. de tranſact. &
pac. num. 16. Baiar. ſequitur ad Clar. & Decia. de
delict. tit. de tranſact. num. 62. tom. 1.
Secundò limita, quia etiamſi indicia non eſſent
tam liquida & clara, ſed tantum urgentia, poſſet
reus inculpatus, non obſtante tali exculpatione
torqueri, Couarru. var. reſolut. lib. 2. cap. 18. nu-
mero 8. Menoch. lib. 1. præſumption. 4. nume-
ro 10.

rô 10. Vulpell. conſ. 225. num. 27. Farinac. d. quæſt. 46. nume. 113.

285 † Tertiò limita, quando exculpatio non eſſet veriſimilis, quia hoc in caſu non prodeſt, Clar. d. q. 53. verſ. poteſt etiam, Farinac. q. 45. num. 118. de indic. & tor. Farin. q. 46. num. 118. Maſcard. d. concl. 1135. num. 9. & ſtatur arbitrio Iudicis, vt ſupra dixi num. 277.

286 † Ceſſantibus autem ijs tribus limitationibus regula ſupradicta eſt vera, quamuis ille, qui eſt in articulo mortis, præſumitur dicere veritatem, cum nemo præſumatur immemor ſalutis æternæ, l. vltima. C. ad leg. Iul. repetun. & Bald. conſ. 25. incip. caſus ſuper quo. 2. vol. Marſ. §. diligenter, numero 119,

287 † tamen ſeparatio animę à corpore, & propinquorum dubius ſalutis euentus, dolor & cruciatus mortis, viſiones dæmonum, peccatorum præteritorum memoria, & alia valde anguſtiant animum, & niſi gratia Dei adſit, neſcio quomodo quis poſſit tunc dici ſanæ mentis, quod facit contra rogantes teſtamenta, dum infirmus laborat in extremis, dicentes ſanum mente & intellectu, licèt corpore languentem, de quibus in l. hac conſultiſſima, §. at cum humana fragilitas, C. qui teſt. fac. poſſ. & circa hoc Marſ. in ſua pract. in §. diligenter, num. 117. 118. & 119. vim facit: verùm in dubio tutiorem partem tenet, & credit morientem verum dicere, & ita in dubio credendum eſt, vt ibi num. 118. verſ. ſed contrariam, cum mult. num. ſeq. & num. 123. vbi ad illud quòd non omnis moriens eſt ſanctus Io. Bapti-
288 ſta, reſpondet, † & propterea ſancta Mater Eccleſia ſacram ſepulturam omnibus Chriſtianis in dubio præſtat, & malè faciunt qui denegant ſepulturã Chriſtianis, quando euidenter nõ conſtat mortuos eſſe in peccato mortali notorio, vel eſſe excommunicatos nominatim, aut hæreticos obſtinatos, & attenta magna Dei miſericordia infinita, precioſo Chriſti ſanguine, & precibus & meritis Sanctorũ, omnis, qui renatus eſt per Sacramentum Baptiſmi, & firmiter credit quod credit ſancta Eccleſia, & aliqua ſigna pœnitentiæ antequam moreretur protulit, & ſi petijt ſanctam confeſſionem, extra ſalutis viam mortuus non eſt cenſendus: quoniam vt ait S. Leo, nemo deſperandus eſt, dum in hoc corpore conſtitutus eſt, de pœn. diſtin. 7. c. 1. quamuis de his qui ita ſerò pœnitent, non eſt multum præſumendum, quod benè exeant, ea. c. ſi quis poſitus, ad hæc vide Scaccia. tract. de iud. ciuil. crim. & hæret. c. 73. per tot.

289 † Secunda concluſio eſt de ſocio criminis, qui dum habet laqueum ad collum alligatum, & iamiã eſt præcipitandus, exculpat ſuum ſocium verbis admodum ſenſatis & ordinatè dicit, qualiter ipſe inculpauit Titium, & pro excuſatione ſuæ conſcientiæ nunc dicit ſe falſum dixiſſe; Hæc inquam exculpatio prodeſt, habita tamen ratione ſupradictarum trium limitationum, nu. 287. quamuis Marſ. in d. §. reſtat, (vbi hanc concluſionem latiſſimè tractat) num. 12. dicat, quòd quotidiana docet experiẽtia huiuſmodi reos, qui ducuntur ad mortem, cruciari timore, & dolore mortis, & quòd ſunt alieni ab intellectu, & non ſunt compotes mentis in illo actu, videntes ſe ſtatim morituros, qua de re videt tenere quod non valet talis exculpatio, niſi inculpatio eſſet ſimplex, & non coadiuuaretur ab alijs coniecturis, quia tunc valeret exculpatio, ſed dico quòd ſi tantùm adſit contra reum inculpatio ſocij criminis, hæc quamuis non ſit ſublata, non operatur niſi indicium ad acquirendum, Clar. §. fin. q. 21. aſſertio vulnerati in prinċ. Farinac. d. q. 46. num. 24. nec eſt indicium ſufficiens ad torturam niſi cum tortura, vt dixi de teſt. par. 4. num. 68. & in hoc num. 287. ita vt parum proſit dicta exculpatio, difficultas eſt quãdo cum inculpatione extant etiam aliqua indicia, quæ nunquid ſint ſublata per exculpationem? & in hoc caſu eſt attendenda qualitas exculpantis, & inueſtigandum an dictus moriens tum in carcere, tũ in confortatorio idem dixerit valenter & liberè, & demum cum iam ad furcam venit inſtanter proteſtans ſit, & libenter ſupplicium mortis ſe ſuſcipere cum auxilio diuino, & ijs concurrentibus tenendũ eſt eum veritatem dixiſſe, facit Farinac. d. q. 46. nu. 70. & 71. ſed ſi moribundus ſtat durus ſeu obſtinatus in confortatorio, & dum ad patibulum mortis ducitur, equidem videtur ferè inſanus, & quaſi deſperans de ſua ſalute, & tunc propinqui rei, qui ſunt potentes & verſuti, facilè ſubornare illum facere potuerunt, vt aduertit Marſil. in d. §. reſtat. num. 13. tunc parum eſt et hoc in caſu credendum, qua de re etiam poſt talem exculpationem eſſet diligenter inueſtigandum de veritate huiuſmodi exculpationis, & circa hanc materiam eſt videndus Bertazol. conſil. 246. & ibi Add. lit. A. & obſerua ſupradictas tres limitationes, quia non errabis, &c.

290 † Tertia eſt concluſio, exculpatio offenſi inter viuos facta poſt querelam ab eo porrectam non prodeſt (ſtantibus a ijs indicijs coadiuuantibus dictam inculpationem) quia præſumitur in fraudem fiſci, vel aliter, vt ſuprà præmonui nu. 285. præcipue non docto de errore, vt in ſimili de confeſſione dicitur ſuprà 135. & ſeq. num. 189. cum ſeq. facit tex. in l. qui falſum, de teſt. Boſſ. tit. de oppoſ. contr. teſt. num. 1. & in tit. de confeſ. num. 59. & hos & alios alleg. Farinac. quæſt. 46. num. 109. & 110. ſecus ſi prius non inculpaſſet, & res dubia eſſet, Clar. d. quæſt. 53. verſ. non poteſt, Oſaſc. Pedem. deciſ. 79. num. 19. in fin. & ſeq. ſublimita niſi euidenter inique exculpatio affectata appareret, arg. §. tria onera tutelarum. Inſtit. de excuſat. tut. vel curat. quia non eſſet credendum exculpanti, & ideò ſi pro exculpatione concurrunt coniecturæ, & præſumptiones illæ aggrauant inculpatum, quando pro inculpatione non adſunt præſumptiones, Menoch. dict. lib. 1. præſumption. 90. vide tamen Crauet. conſil. 6. numero 64. qui cum Bald. in dict. l. cit. fin. C. commun. de leg.

291 † ait, quòd exculpatio vulnerati, qui prius inculpauerat, diſgrauat inculpatum, ita vt non poſſit torqueri, licèt alia præcedant legitima indicia ad torquendum; ſed veritas eſt, prout ſupra dixi, & in hoc
292 propoſito † notandum, quod accuſatori non licet pecuniam accipere pro deſiſtentia, l. ab accuſatore, ff. ad Turpill. niſi vbi agitur de redemptione ſanguinis, l. 1. ff. de reb. eorum, Bald. in l. tranſigere, num. 4. C. de tranſact. vbi in prohibitis tranſigere accuſatus dans aliquid pro deſiſtentia habetur pro confeſſo, d. l. ab accuſatore, facit tex. in l. ſi vnus, & in ſumma ff. de pac. Sed pone, quod offenſus qui iniuriam in foro poli remiſerat, & offendens fuerat abſolutus eo, quia non probatum an offenſus poſſit in foro fori ante, vel poſt abſolutionem accuſare offendentẽ, videtur quod ſic remoto animo uindicandi, vt per Couarr. var. reſol. lib. 3. ca. 10. num. 7. veruntamen, eſt res periculoſa, quia non ſufficit abſtinere a malo niſi fiat bonum, et qui remittit in foro poli, debet de corde dimittere ac ſi nunquam ab eo offenſus fuiſſet, et quis eſt hic qui accuſat ob offenſam ſine animo vindicandi et niſi ille qui ratione officij, vt ſindicus, qui tenetur denunciare.

293 † Quarta concluſio, quòd exculpatio ſocij criminis (qui prius alium in ſocium cum eo delinquentem nominauerat) inter viuos non valet conteſtatione litis iam facta, cum alijs adminiculis concurrentibus, vt inquit Ang. conſ. 308. nu. 5. Farinac. d. quæſt. 46. nu. 74. nec eſt quærendum an exculpatio

Digitized by Google

culpatio ſit veriſimilis, vel non, quia ſi inculpatio
eſt veriſimilis, ſatis eſt, ſi verò inculpatio non eſt ve
riſimilis, parum officit, & fruſtratoria eſt exculpa-
tio, quæ nihil releuat, l. 3. ff. quando dies leg. ced. l.
non oportet, de leg. 2. & ſi inculpatio coadiuuaretur
aliquibus adminiculis, & ſocius conſcientia mo-
tus exculparet ſocium reddendo talem rationem,
per quam Iudex moueri poteſt ad credẽdum ſocio
exculpanti, tunc iſta exculpatio eneruat taliter, vt
non poſſit inculpatus alio non conſtito torqueri, vt
per Farinac. & Dd. quos ſuprà allegat. q. 46. ſub nu.
72. & 73. Verum cum experientia ſit rerum magi-
ſtra, quot peſſimi homines inueniuntur, qui adeò
coloratè alium inculpant, vt veriſimilis videatur
nominatio ſocij criminis, & poſtea pœnitentia du-
cti exculpant, vt in delictis occultis, & nocturnis,
in quibus vt plurimum etiam Iudices vagantur in
tenebris, ſicut in omnibus alijs delictis, quæ poſſunt
fieri ab vno tantum, vel etiam à pluribus, & tunc in
re dubia, & quando rationabiliter creditur excul-
pantem dicere veritatem, præcipuè quando confeſ-
ſus eſt ſua peccata, & ſumpſit ſacroſanctam Eucha-
riſtiam, vel quando nõ dubitatur de ſubornatione,
tunc prodeſt talis exculpatio; item quando exculpa
tio eſt pluries ac pluries facta, & geminata prodeſt,
Farinac. d. q. 46. num. 70. Iaſ. in l. ſed etſi poſſeſſor, §.
fin. ff. de iureiuran. quando autem offenſus inculpaſ
ſet aliquem ex pluribus; & inculpatus nominaret
alium dicendo, ſe talia non feciſſe, quia Titius eius
ſocius eſt informatus de ſua innocentia, tũc eſt ocu-
lo lynceo aduertendum ad has quotidianas impo-
294 ſturas, † nam talis eſt aſtutia ſocij criminis deli-
cto patrato; ſolent delinquentes inter ſe pactionem
facere, dicentes, ſi tu in carcerem ductus fueris, dic
vel reſpõde tali & tali modo, & nomina nos alios,
& iſto caſu præuenti, ſi vocentur ad teſtimonium
perhibendum deſtruunt vt plurimum intentionem
fiſci, vt ſupra num. 190. & cautela eſt vt Iudices ſe
informent ſemper cum quibus inculpatus erat ſoli
tus conuerſari, cuius profeſſionis, an vagabundi, aut
malæ famæ, & conditionis, & ijs nulla fides eſt dan-
da, l. 3. de teſt. ſed ſi dicetur hunc non poſſe dici ſo-
cium criminis, cum non fuerit delatus tanquam ta-
lis, nihilominus ſi ſumus in caſibus, in quibus deli-
ctum non poteſt fieri niſi cum alijs ſocijs, nec veri-
ſimile eſt aliter fieri potuiſſe, tunc iſte ab inculpato
nominatus non caret ſuſpicione, quia cum eo con-
uerſabatur, & talis non benè audiebat apud popu-
lum; cæterum ſi ſocius ex officio examinatus conſo
cium exculpauerit, tunc prodeſt exculpatio, Farin.
in d. q. 43. num. 12. & 13. vbi dat duo exempla de ſo-
cio, qui primò inculpauerat alium, & poſteà excul-
pat, ſecundo modo de eo ſocio, qui iam de delicto
gratiam conſecutus eſt, vel de eo qui iam condem-
natus eſt, idem de eo qui purgauit per torturam, &
exculpauit pariter conſocium; nam quandoque eue
nit vt ex pluribus inculpatis aliqui ſint carcerati,
295 † alij abſentes, contra quos prius eſt ſequenda ſen-
tentia, demum facto etiam proceſſu contra præſen-
tes, iſti abſentes ſe conſtituunt antequam ſententia
contumacialis tranſeat in rem iudicatam, & fortè
antequam præſentes ſint condemnati, & tunc ex-
culpatio ad inuicem non prodeſt, ſecundum Bal. in
l. quoniam liberi, num. 2. C. de teſt. num. 91. Boer.
deciſ. 319. & hos cum alijs allegat Farinac. q. 43. nu.
10. ſed ſi ex pluribus ſocijs, & in delicto quod ſolus
quis facere poteſt, plures fuerint inculpati, & res ſit
dubia, vnuſque culpam in ſeipſum aſſumpſerit fa-
tendo delictum, & exculpando alios, contra quos
aliqua adſint indicia, tunc talis exculpatio ſi eſt ve-
riſimilis multum prodeſt, Bertazol. conſ. 246. vbi
Add. lit. A. Maſcard. de prob. d. concl. 1135. num. 15.
Farinac. d. q. 43. nu. 23. Caſſa. in conſuetu. Burgun.
rub. des iuſtices §. 5. ver. ſextus eſt caſus, fo. 190. &
296 Bertazol. d. conſ. 201. num. 147. † & quæ ſupra di-
cta ſunt de ſocijs intelliguntur regulariter de man-
datarijs, de quorum materia vide plenè Decia. trac.
crim. lib. 9. c. 30. cum ſeq. tom. 2. & nunquid manda
tario expurgato per torturam, in qua negatiuam ſu-
ſtinuit, vtique mandans intelligatur exculpatus? di-
co quòd non, conſtito de mandato, glo. & Bar. in l.
ſi quis id quod, §. fin. glo. vlt. de iur. omn. iud. & in l.
ſi mulier, §. ſi ſeruus, ff. rer. amot. Angel. de malef. in
ver. Sempronium, num. 9. ex adduct. à Decia. in d.
lib. 9. tit. mandatarius quando teneatur, vel excuſe-
tur, c. 36. in fin. tom. 2. ſed ſi adſint coniecturæ & præ
ſumptiones pro inculpatione, tunc non prodeſt ex-
culpatio per ſupradicta, & de mãdatario ad ſocium
criminis, & econtra valet argumentum affirmatiuè
& negatiuè, Farinac. q. 44. nu. 8. cum ſeq. de indic. &
tor. vide ſupra nu. 275.
297 † Quinta concluſio, quòd inter plures inculpatos
exculpatio ſui ipſius, & inculpatio aliorum ſibi non
prodeſt, nec alijs nocet, Albet. de malef. de teſt. c. 4.
num. 68. Brun. à Sol. in ſuis conſ. criminal. num. 98.
qui magis dici poteſt pulcher tractatus quàm conſi
lium, & Farinac. tit. de opp. contr. teſt. q. 60. nu. 19.
& 20. vbi dicit, quòd ſi ex quatuor delinquentibus
vnus tantum fuerit accuſatus, quòd accuſator pote-
rit in teſtes contra accuſatum producere alios tres
ſocios non accuſatos, ſed in hoc Iudex circumſpe-
ctus erit, quia pro vno alios tres, vt in piſcatione fa-
cillimè capiet piſces, &c.
298 † Sexta concluſio erit, quòd exculpatio propin-
quorum offenſi mortui, vel quaſi mortui, plurimũ
confert ad innocentiam inculpati demonſtrãdam,
quando indicia non ſunt vrgentia, Bal. in l. 1. C. cõ-
munia, de legat. Marc. Ant. Blanc. in ſua pract. verſ.
verum, num. 160. fol. mihi 733. & ſub num. 97. aſſi-
gnat rationem, quam non eſſe veram exiſtimo, nã
dicit, quòd res quando tenetur comparere perſona-
liter, hoc reſpicit fauorem offenſi, & propinquorũ,
cui fauori poteſt renunciari, & propterea exculpa-
tionem propinquorum valere, nam conſtitutũ per-
ſonale ſeu reale fit principaliter propter iuſtitiam,
& ob intereſſe fiſci, & in conſequentiam priuatorũ
valeret exculpatio, quatenus ad intereſſe partis, non
autem fiſci, l. tranſigere, vbi Bart. Alex. & alij, C. de
tranſact. niſi eo modo quo mox dictum fuit, & vide
eundem Blanc. in ſua pract. verſ. ijs præmiſſis, in
princ. & num. 133. vbi tractat, quando vna præſum-
299 ptio tollit aliam; † exculpatio ſimiliter curatoris
facta cum cauſa, vt quia melius eſſe pro adulto di-
car, & rationabiliter fiat, diſgrauat inculpatum quo
ad intereſſe partis, non quoad iudicium circa pœnã
corporalem infligendam, Dd. in d. l. tranſigere, &
cautela erit vt tutor vel curator cum præſentia pro-
pinquorum minoris exculpationem faciat, Canal.
de tuto. & curat. num. 11. ſed quando dicitur dam-
num datum in re, aut in perſona pupilli, vel adulti,
& curator conſtituit actorem ad proſequendam in
iuriã nomine minoris, ſi res eſt dubia, & tutor vel
curator rationabilem vel veriſimilem exculpatio-
nem facit, tunc prodeſt inculpato, vt in tertia con-
cluſione.
300 † Septima concluſio eſt, quòd exculpatio teſtis,
qui primò dixit contra reum, & poſtea totum con-
trarium dicit, in nullo prodeſt, Spec. de teſt. §. 1. verſ.
item quod teſtes, Iac. Nouell. theor. & pract. verſic.
crimina obiecta, num. 29. quod verificatur quando
primo depoſuit, & in repetitione facta, ſiue ex offi-
cio, ſiue ſuper interrogatorijs partis aduerſæ contra-
rium depoſuit, & dixi ſupra de teſt. 4. par. num. 152.
cum ſeq. latè Farinac. de opp. contr. teſt. par. 4. q. 66.

num.125. quam communem opinionem & verioꝛem aſſeruit num.127.& ibidem plura accumulat, & dat nõnullas limitationes ad hanc regulam. Sed re vera nulla melior limitatio poteſt aſſignari, niſi quando iſte teſtis doceret de errore primi ſui dicti, ita vt excuſatione dignus eſſet, vt quando teſtis eſt vir multũ timoroſus & imbecillis ingenij, vel ambiguè depoſuiſſet, licèt grauaſſet in aliquo inculpatum, vel non feciſſet examinatus de recenti, ſed multò poſt factum, vel propter paupertatem detegeret turpitudinem ſuam, dicendo ſe fuiſſe ſubornatum.

301 † Nã ſæpè pauor iudicij, imbecillitas ingenij, memoria labilis, & neceſſitas, vel ira opprimunt veritatem, vt dixi ſupra in 5. par. de teſt. num. 197. de ijs Farinac. de opp. contr. teſt. q.66. per tot, ſicut viri potentes in auxilium ſuorum curam adhibent, ne manifeſtentur mala opera eorum, quibus Deus reſiſtit, iuxta illud, Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam, Iac.4.1. Pet. 5. & Iudicis recta ſolicitudo, iuſtitiæ zelus, & conſcientiæ propriæ exoneratio, & ab ijs caueant timidi, & propterea cum exculpatione concurrentibus veriſimilitudine, & coniecturis exculpatio iſta prodeſt per ſupradicta, & vide Dd. adductos à Farinac. d. q. 66. per tot. vide etiam ad hanc concluſionem, quæ dicam in concl.9. verſ. verum Tindarus.

302 † Octaua concluſio eſt, quòd exculpatio teſtis facta in articulo mortis, deponentis ſe falſum dixiſſe, vel fuiſſe corruptum, non iuuat ſecuta litis conteſtatione, & repetitione, tex. in c. ſicut extra, de teſt. per Doct. præcipuè Barto. in l. ſi quis in graui, §. ſi quis moriens, num.2. ff. ad Sylleia. Bald. in auth. ſi dicatur, in 2. col. C. de teſt. & Angel. d. conſ.308. Chriſtophorus num.4. Gabriel. com. concl. tit. de malef. cõcl. 32. num.2. Marſ. d. §. reſtat, num. 3. vbi dicit poſt primam depoſitionem ſolenniter factam, idem vide in conſ. 78. & multò minus quando iam lata eſſet ſententia, Gramma. conſ. ciuil. 72. requiſitus, nu. 4. Farinac. de opp. contr. teſt. q.66. nu. 110. fol. 137. & idem de indic. & tor. q.46. nu.56. cum ſeq.

303 † Nona ſit concluſio, quòd exculpatio teſtis (qui primò iuridicè & legitimè depoſuit, grauando inculpatum) facta extraiudicialiter, vel in carcere inter carceratos non prodeſt, tex. eſt in c. ſicut, ext. de teſt. Marſ. d. §. reſtat, num.3. Angel. d. conſ. 308. nu.4. & Farinac. iam ſupra alleg. & Marſ. conſ. 109. nu. 32. & 40. Burſa. d. conſ. 201. num. 147. vbi dicit vnum, (ſed in practica non ſeruandum) videlicet Iudicem non poſſe procedere ad ſententiam, ſtante dicta exculpatione, & ante eum dixit Blanc. in ſua pract. cri. verſ. ſuis præmiſſis, in fin. num. 137. quod verum eſſet quando ſententia ſola eſt fundata ſuper primo dicto illius teſtis; at ſi, & ſuper illo primo dicto, & ſuper confeſſione rei ſententia proferretur, & ſuper alio conteſte, tunc illa extraiudicialis exculpatio nõ
304 releuaret, † tum quia vtile per inutile nõ vitiatur, vt dixi de teſt. par. 1. nume. 87. & ad hanc regulam, quod vtile per inutile non vitietur circa ſententiam contractus, ac alia plura vide Tiraq. qui more ſolito enucleat, in tract. de retract. conuentionali, in fin. num. 141. & 142. 143. cum ſeq. & Dyn. in d. c. vtile, de reg. iur. in 6. Dd. in l. ſancimus, §. ſi quis autem, C. de donat. text. & gloſſ. in l. pecuniæ, ff. de vſur. Petr. Duen. reg. 185. verſ. amplia quartò, tum etiam quia ſubeſt timor ſubornationis, & ſuſpicio falſitatis habetur pro falſitate, Dd. in l. 1. C. de falſ. ſed in criminalibus non procedere de communi opinione teſtatur Bertazol. conſ. 411. lit. a. vol. 2. Boſſ. de falſ. nu. 14. faciunt adducta ſupra circa principium huius materiæ exculpationis, & in concluſ. 4. & ius acquiſitum fiſco priuatorum dictis nõ debet auferri, Dd. in l. tranſigere, C. de tranſact. Verum Trid. de teſt. in propoſito huius concluſionis diſtinguendo in c. 3. & 4. dicit, quando teſtis vnum dixit in iudicio cum iuramento in facto proprio, & poſtea totum cõtrarium dicat, tunc ſtatur primo, quia etiam reuocatio cum tortura præſumitur facta ad ſui exonerationẽ, poſtquam prima vice, id quod eſt veriſimile depoſuit, & qualificatè, ſi verò teſtificatus eſt in facto alieno prima vice vno modo, & ſecunda vice reuocauit cum tortura, tunc ſtandum eſt ſecundo dicto (ceſſante cauſa ſubornationis in repetitione) ſi verò vtrumque cum tortura depoſuit, neutro creditur, vt ſup. dixi concl.7. & in pract. de teſt. par.4. num. 145. & 146. & ſeq. Præterea repetitio non eſt facienda, ſed eſt aduertendum quòd ſæpè fit quod ille, qui prima vice cum iuramento in iudicio vnum dixit, vel cum tortura quando conualidari oportuit (per quod inculpatum aggrauet,) tunc ſi ad inſtantiam grauati petatur poſt repetitionem iterum repeti, non debet hæc iterata repetitio fieri propter ius iam fiſco quæſitum, & quia imminet valde timor ſubornationis, minuſque Iudex hoc facere ex officio debet, Fely. in c. propterea, de teſt. niſi repetitio fieret ad declarandum ſuum dictum, aut caſu quo omiſiſſet in prima repetitione illum interrogare ſuper aliquo ex interrogatorijs partis aduerſæ, vt dixi de teſt. in 5. p.
305 nume. 199. † Sed ſi teſtis ſpontè, & ex interuallo iret ad Iudicem, & vocato Notario actorum proteſtaretur ſe falſum dixiſſe vt ſubornatus, non debet audiri, poſtquam cum iuramento, & ſeruatis ſeruandis iam depoſuit, & quando cum prima ſua depoſitione concurrunt aliæ probationes contra reum, per ea quæ ſupra adduxi in hac concluſione, & in proxima præcedenti, quia præſumitur ſubornatus ad exculpandum, Felyn. in c. lit. e. extra d: præſump. Alber. de teſt. num.4. Blanc. in l. generaliter, num. 2. C. de non nu. pecu. Farinac. q. 46. de indic. & tor. num. 56. niſi tam congruentem, & veriſimilem rationem diceret, & tali fundamento conualidatam, vt Iudex rationabiliter crederet veram eſſe exculpationem, & ideò inueſtigandum eſſet diligenter, & cogitandum qualis ſit iſta exculpatio, etiam extraiudicialiter, vt Iudex certior reddatur in ſua conſcientia, Farinac. d. q.46. nu. 66. cum plur. ſ. q. & dato quod admittenda eſſet talis exculpatio, nihilominus teſtis exculpans, tanquam periurus non eſſet fide dignus, quoad ſubornatorem nominatum. Gabriel. comm. concluſ. de teſt. concl.32. lib.7. & Farinac. de indic. & tor. q.45. & 46. num. 59. cum plur. ſeq. vt præmonui ſupra in 2. concl. circ. fin. & reperto, quòd iſte exculpator fuerit ſubornatus pro exculpando, poteſt formari nouus proceſſus ſubornatorius. Sed etiam cum dubitatur de ſubornatione, non eſt ei credendum, ne ponatur in diſcrimen totus proceſſus, quia ſi iterum examinaretur, cum non deberet examinari, & torqueretur pro eruenda veritate circa ſuas depoſitiones, vt ſupra de teſt. in 4. par. num. 149. ſi ſuſtineret vltimam depoſitionem, eſſet alioquin magnum præiudicium fiſco, qui de hoc poſſet conqueri, ſecus ſi in tortura primum dictum ſuſtinuerit, nõ obſtante exculpatione antedicta, quia fiſcus nullam læſionem recepit, ſed Iudex tantùm in diſcrimine & periculo cauſam poſuit eum audiendo & examinando cum non debuerat, quia facta tenent, l. patre furioſo, vbi Iaſ. ff. de ijs qui ſunt ſui vel alie. iur. niſi Iudex iſtum audierit de mãdato ſui ſuperioris, quo caſu in totum excuſaretur, l. qui iuſſu, de reg. iur. cum
306 ſimil. † Quando autem iſte, qui ſolemniter depoſuit, non eſſet ſimpliciter teſtis, ſed etiam ipſe implicitus in cauſa tanquam ſocius criminis, & narrando factum (vt in mandatario, & ſimilibus) tàm contra ſe, quàm contra alios depoſuiſſet, & cum dicta exculpatione tractaretur etiam de intereſſe ſuo, &

de

de ſua exoneratione, tunc deberet audiri quandocũque ante ſententiam, l.non fatetur, vbi Bartol. ff.de confeſſ.& Tind.de teſt.d.c.3. & 4. adaptantur, quæ ſupra allegata fuere ſub 9.concl. vbi Burſat.d.conſil. 201. num.147.& Blanc.in ſua pract.crim.in verſ.ijs præmiſſis,num.137.in fin.& deberet dari terminus ad docendum de errore, ita multa iura & authoritates firmat Foller.in ver.& ſi confitebuntur,in 3.par. nu.50.& 51. vbi limitat, niſi vltra confeſſionem eſſent aliæ probationes, & cum tali condimento omnes ſupradictæ concluſiones ſunt ſemper declarandę & intelligendæ; Omnes enim Doctores in materia exculpationis hoc afferunt, videlicet, niſi aliæ coniecturæ vel præſumptiones aut probationes concurrant pro exculpatione, aut pro inculpatione, & ſecundum eas exculpatio prodeſt, & non prodeſt, vt ſupra præmonui, numero 285. cum ſequent.

307 † Decima & vltima concluſio (omiſſa concluſione de Iudice aſſerẽte in articulo mortis iniquam ſe tuliſſe ſententiam, de qua vltra Marſ.in §.diligenter, & in d.§.reſtat, vide latè Farinac.d.q 46. à num. 76.vſque ad num.90.) erit concluſio, quod exculpatio domini rei furtiuæ non excuſat furem, licèt dixerit de ſua voluntate rem furto ſublatam eſſe, Bald. in l.ante omnes, §.rectè, ff.de fur. Marc. Mantua. ſing.602. & ita in pract. ſeruari ait Clar. §.furtum, ver.item excuſator, vbi limitat quando furtum eſſet factum à conſanguineis, vel à valde fido amico, (ſi amicus eſt, qui noſtra bona tollit.) D.Menoch. de arb. iud. caſ.298. nume.4. & in re parui momenti, Bald.in l.ſi ſine, col.2. C.ad Velleia. Rim.iuu.conſi. 106.numer.2.tom.1.intereſt Reip. fures puniri, & Reip.præiudicari non poteſt factum priuati. Mant. ſing.602. Sed ſi dominus primo querelauit, aut querelari fecit, & poſtea exculpat, nullo modo prodeſt eius exculpatio, niſi querela dubitanter data extitiſſet, & poſtea dominus rei dixiſſet, ipſum veniſſe in cognitionem, quòd inculpatus ſit innocens, bonam reddendo rationem, vt per Farinac.de indic.& tor. q.46.num.109.vbi dicit docendum eſſe de errore, &
308 † ideò dicitur, quòd præſumptio innocentiæ rei, quæ reſultat ex confeſſione & expurgatione offenſi eſt potentior quàm præſumptio contraria, Maſcard. de probat.d.concluſio.1135.nu.7.8. & 9. & faciunt quę ſuprà dixi in materia iſta. De innocentia autem quando Iudici conſtat (non obſtante quòd ſtatutum velit contumacem haberi pro confeſſo & conuicto) non debet Iudex, nec poteſt eum condemnare, Barto ſingu.in conſil.ſuo incip.à domino Cyno. de Bononia, cum alijs per Marſ.adduct. in §.opportu-
309 nè, num.8.& 9.vbi etiam dicit, † quòd licet ſtatutum omnes exceptiones excludat, tamen non excludit exceptionem innocentiæ per Bart.ſing. in l.edita, in penul.col. C.de eden.cum alijs, quinimò dicit num.10.& 17.quod Iudex cognoſcens ſuam ſententiam iniuſtam propter innocentiam rei non debet eam exequi, Ang.& Imol.in l. à Diuo Pio. ff.de re iud.de hac per Menoch.de arb.iud.qu.38. vel debet Iudex potius renunciare officio ſuo, ne contra conſcientiam exequatur ſententiam iniuſtam, vt per Marſ.num.11.& num.12.vbi fauore innocentiæ Iudex ex officio poterit examinare teſtes à parte, ex Barto.in l.1.§.fina.ff.de quæſtio. DD.in l. & ſi non defendantur, ff.de pœn. & admittuntur teſtes domeſtici, & minus idonei, Marſ num.13.& alia multa in propoſito adducit idem Marſ.in §.ſecunda, nume.30.& in §.vltima, à num.11.cum mult ſequent. vbi latè de innocẽtia reorum ante vel poſt condemnationem, & in §.conſtante, num.30.cum mul.ſeq. oſtendit ea, quę Iudex conſiderare debet, ne innocẽs inquiratur, & num.35.cum ſeq. dat plura exempla,
310 in quibus eſt, vt ſi † quis dat operam rei illicitæ, tamen dicitur non eſſe locum inquiſitioni, primum de mutuante rem, vel depoſitante apud vicinum, qui ſi inſcio vicino eam aſportat, nulla competit actio illi vicino, ſecundum, de duobus ſocijs; nam ſi aliter cõtractat aliquam rem de dicta apotecha non oritur actio criminalis: Tertiũ exemplum eſt de re ſua, per aliquem potentem indebitè detentam, quia dominus poteſt dictam rem ſuam furtiuè accipere; Quartum, quando creditor non poteſt probare ſuum creditum, quod poteſt accipere quomodocunque bona debitoris, ſed hoc in foro poli, non in foro fori, & dicit non teneri vi bonorum raptorum accipiendo bona debitoris ſui ad ſibi ſatisfaciendum, ſed obſtat regula ne quis in ſua cauſa ſibi ius dicat, quę fallit quãdo periculum eſt in mora. Item dat aliud exemplũ de eo, qui occidit bannitum virtute ſtatuti, ad cuius excuſationẽ quilibet de populo comparere poteſt, Barto.in l.vbi pactum, C.de tranſact. Prædicta verò ſunt intelligenda, dummodò ſine ſcandalo fiat, & ſine perturbatione, aut læſione propriæ famæ, vt per DD.quos allegat Decian.de delict.tom.1.lib.11.de conſcientiæ veritate cap.13.num.9.

Verum ſi Iudex ex officio contra furem proceſſerit, vel ad denunciam eius, ad quem ſpectat, & dominus rei ſtatim compareat poſtquam ſciuerit, tunc excuſatio prodeſt, niſi plenè de delicto conſtaret, Bal.in l.1.nu.32. C.comm.de leg. & in ijs terminis loquuntur DD.quos Clar.adducit, d.§.furtum, verſ. item excuſatur, & Farin.d.q.46.num.110. ad quem
311 copioſiùs recurre in materia exculpationis. † Quid tandem de exculpatione vxoris adulteræ exculpantis adulterum accuſatum à viro ipſius, aut à propinquis, dic, vt in prac.de teſt.4.par.n.57.lit.S.ſ.192.& vide in 4.p.nu.92. vbi de exculpatione puellę raptę.

DE RECVSATIONE IVDICIS.

QVoniam ſupra pluribus in locis, præcipuè nu. 306.in hac 3.pa. de ſuſpicione ſeu recuſatione Iudicis tetigi, nõ tamẽ ad ſaturitatẽ, viſis poſtmodũ quibuſdam doctis allegationibus D. Iuriſc. Monardi de Andrianis, placuit ex ijs nonnulla excerpere, quæ hoc loci ponenda cenſui. Igitur breuiter, & reſolutiuè in actu practico de more loquendo dico ſic: quòd æquiſſimo conſilio factum eſt, vt nemo cogatur ferre Iudicem qui ſibi ſit aduerſus, ſuſpectus, & inimicus, c.quod ſuſpecti, 30.q.5. l.apertiſſimi, C.de iud. Couar.pract.c.26. Tiraq.de pen.temp. cauſ.51. num.88.vbi de Iudice conſanguineo. At non decet pro quid minimo accuſare Iudicem ſuſpectũ ne fortè victus poſtea magis acerbum Iudicem habeat. ar. l.fi. §.ſi uero quidam. C.de teſt.manu. quandoquidẽ bonum eſt habere iudicem propitium. Spec. & tit. de Recuſa.iud.§.qualiter. qua de re cauendum maxime ab illis, qui nunquam obliuiſcuntur de cauſa eorum indignationis, quod eſt ſignum peſſimum, unde qui ripam uult munire de damno futuro debet cauere. l.5.de Rip. munienda. Caball.milleloq.861
312 p.2. quare benedicas de Priore. † Poſſunt autem omnes Iudices tàm ordinarij quã delegati hodie recuſari ut ſuſpecti, teſte Rol.a Val.conſ.19.nu.16. uer.
313 ſecundò non obſtat, lib. 3. † & recuſatio poteſt fieri in qualibet parte Iudicij, ut infra ſuis locis dicetur, de hac re loquuntur Cano.præſertim Franc.in c.cũ ſpeciali, ubi lanſſimè de appel. Oſaſ.deciſ.15.per tot. Caual.dec.28.nu.109.in 2.p.& dixi ſuprà obiter, nu. 273.in hac 3.p.& etiam in 1.p.tetigi, & Iudex noſter non obſtãte iàm ſuprema poteſtate ſuſpectus allega-
314 ri põt, Cou.prac.d.c.26.per tot.& infr.n.317. † Excipiuntur Papa, Imperator, & Principes ſuperiorẽ nõ recognoſcentes, Steph. Aufr.in d. recuſ.nu.6.car 66.

Digitized by Google

cum in eis eſſet omnis ſuſpicio, l. 1. ff. ad l. Iul. de ambitu, & ita ſcribit D. Dec. reſp. 26. nu. 1. uol. 1. & ratio rationis eſt, quia ſuper illos non eſt aliquis ad quem poſſit recurri, niſi ſolus Deus, & infra dicã, & dixi,
315 nu. 234. p. 1. † Quæ de re perſonę, quæ poſſunt recuſari, ſunt infraſcriptę. Cardinales Illuſtriſſimi, ac Legati à latere recuſantur, prout ſentiunt Dec. in c. nouit, num. 3. de appellat. Boer. deciſ. 269. nu. 5. Rolan. d. conſil. 19. nu. 17. & Dec. d. reſp. 26. nu. 14. intellige circa negotia foranea, & controuerſias Iudiciales.

Senatus ſimiliter & totum Parlamentum, Synodus & Vniuerſitas, Regius Magiſtratus æquè ſuſpecti allegari poſſunt, ut oſtendunt Dec. & Boer. in d. c. cum ſpeciali, nu. 359. per tot. Por. Imo. conſ. 91. nu. 14. & per tot. uol. 3. & etiam Conciliũ Prouinciale (non Oecumenicũ, nec Synodus uniuerſalis) poteſt recuſari ex iuſta cauſa, ut teſtatur Rip. in c. 1. de iud. cui adhæret D. Men. Præſ. s de arb. iud. caſ. 458. n. 3. idem in conſ. 94. nu. 7. li. 1. & Im. d. conſ. 91. dicit, ꝙ poteſt allegari ſuſpectus Vicerex Neap. & per conſequens, quod intelligitur allegatus ſuſpectus ipſe cũ toto regno, & ideò ciuitatum illarum Iudices abſtinere debere à iudicando cenſet Lanc. de atten. in 2. p. c. 6. tit. poſt recuſationem, nu. 36. & ſeq. fol. 159. & eſt pulchrum conſ. D. Men. reſp. 2. inci. cauſę Finarien. nu. 90. & 91. idem conſ. 94. uo. 1. Nam quãdo caput dolet, omnia membra languent. Doctores quoque oẽs ciuitatis ſuſpecti allegari poſſunt, uidelicet unius Collegij, ut fuiſſe obſeruatũ teſtatur Alb. in 2. p. ſtatu. q. 101. quod eſſe magnum dictum cenſuit Rol. d. conſ. 19. n. 16. contrariũ ſentit Bal. in l. hoc modo, ff. de cond. & dem. Dec. in c. 2. col. 7. ext. de iud. qui dicunt, ꝙ contra allegantẽ totũ corpus uniuerſale ſeu totũ collegiũ pſumptio eſt, ꝙ recuſans p fraudẽ, ſeu affectatẽ ſuſpicionẽ allegauerit, tñ ceſſãte fraude non eſt dubitãdũ, q̃n recuſari poſſit, c. cũ ceſſãte, de app.
316 † Sed hic quæro, ſi duo vel tres de collegio fuerint recuſati, an totum collegium cenſeatur recuſatum? eſt materia. l. inter pares, vbi Bart. ff. de re iud. & teneo quòd non, quia recuſatio eſt odioſa, d. c. cum ſpeciali, vbi Can. de app. & odia ſunt reſtringenda, l. cũ quidam, de lib. & poſthu. c. odia, de reg. iur. in 6. Sed tres Doctores faciunt collegiũ, vt dixi in reper. prac. de teſt. Igitur ſto cum opinione Bero. qui hanc quæſtionem in terminis pertractat in conſ. 16. in cauſa,
317 lib. 3. † Item de Iudicibus delegatis locutus eſt etiã Dec. in c. poſtremo, nu. 1. de app. imò in illis non cẽſetur ſublata recuſatio, ẽt ſi Princeps ex certa ſciẽtia committeret cauſam; nã intelligitur niſi à parte fuerit allegatus ſuſpectus; Nat. conſ. 174. n. 4. & D. Men. de arb. q. 54. nu. 12. & 13. & ſi cauſa eſſet delegata cũ clauſula, ſuſpicione remota, intelligitur de friuola, vt poſt Spec. Ant. de But. Iaſ. & alios dicit Nat. conſ.
318 conſ. 247. nu. 1. vo. 1. † Quinimò pactum non valeret, quod Iudex nõ poſſit allegari ſuſpectus iuſta cauſa ſuperueniente, tanquam contra bonos mores, l. ſtipulatio hoc modo concepta, vbi Bar. de verb. obl. & de pluribus iudicib. ſimul delegatis loquitur Coua. prac. c. 26. vbi diſtinguit an ſint in ſolidum, vel aliter obligati: illo caſu recuſatio vnius impedit alios, hoc caſu non: ſic videmus quod auditores Rotæ vno recuſato, alij, quib. ſubrogatus eſt alteri, procedũt, niſi forte tota Rota recuſaretur; Nam q̃n eſt data iuriſdictio Vniuerſitati & non particularibus, vt Collegio, Rotæ, & huiuſmodi dignitati, tunc dicitur in ſolidũ data, vt declarat Vãt. de null. ex def. iur. n. 176. & ſeq.

Et ſupradictæ perſonæ poſſunt recuſari, etiamſi recuſantis eſſet valde integræ bonitatis, & religionis, & in magna dignitate cõſtitutus (vt ampliat Excell. D. Monard. conſultor) quorum fauore à regulis iuris communis recedimus, Dec. in c. poſtremo, n. 10. de app. Rol. d. conſ. 19. nu. 18. deciſ. Genuæ 27. nu. 9.
319 Dec. d. conſ. 26. nu. 3. † Nã huiuſmodi optimę qualitates, vtpote religionis, & vitæ timoratæ quamuis tollunt ſuſpicionẽ, tamen ſepties in die cadit iuſtus, & in terminis poſt Nat. conſ. 174. nu. 9. li. 1. trad. Burſat. d. conſ. 21. nu. 22. & ita reſpondit Rol. d. conſ. 19. nu. 16. & oporteret quod iſti Iudices eſſent nedũ valdè religioſi, ſed etiam Monachi Ciſtercienſes, vel Car-
320 tuſienſes, † quibus etiam conceditur iuſdicere in cauſis proprijs, vt poſt Spec. & Iaſ. ſcripſit Rol. in ſæ-
321 pè citato conſ. 19. nu. 10. † At vbi agitur de præiudicio tertij, ceſſat præſumptio illa, quod quis præſumitur bonus; ita egregiè per Natt. d. conſ. 174. nu. 9. vo. 1. ad quam reg. vide D. Menoc. de præſump. Sed negari non poteſt, quin integritas & probitas perſonæ, pariant mirabiles effectus in Iudice, in teſte, in mercatore, in Doctore, in Medico, & alijs de quibus per Tiraquel. de pœn. temp. latiſſimè in cauſ. 51. Nam mala primò aſpectu non ſunt mala in viro probo, 1. p. num. 141. & de teſt. p. 4. num. 28. lit. L.

Præterea ſi perſonæ his inſignibus qualitatibus præditæ non poſſent allegari ſuſpectæ, ſequeretur abſurdum, quia non daretur appellatio ad Principem, contra tit. ff. de off. deleg. imò, quod plus eſt, appellatur in controuerſia à Concilio, vt per Cano. in c. in multis, 17. diſt. multò magis proponi poteſt recuſatio, cum de vno ad aliud licitè argumentatur Dec. d. reſp. 26. nu. 16. Van. de null. ex def. iuriſ. ord. nu. 143. vbi æquiparantur recuſatio & appellatio, quoad iuriſdictionẽ ſuſpendendam, per iura ibi per eũ adduct.

Huic proxima eſt allegatio incompetentiæ, gloſ. & DD. in cle. 1. C. de ſeq. poſſ. & fru. Fel. in c. ex parte, de off. del. leg. trad. Bar. in l. exceptionem, ad fin. C. de excep. Quæ incompetentia opponi poteſt in quolibet Magiſtratu, vt Florentiæ determinatum fuit ex reſcripto Ducali, (& Iudex incompetẽs allegatus declarare poteſt ſe competentem, Vant. de null. ex defec. iuris nu. 13. ſecus ſi eſt recuſatus ſuſpectus, quia cognitio ſuſpicionis ad alios ſpectat, pract. Pap. in fo. libell. declinator. gloſ. Spec. col. 2.) die 24. Martij, 1600. quæ à tribus DD. Iudicibus Rotæ cognoſci debet. Et de Iudice ordinario & maiori magiſtratu non eſt dubitandum, quin non poſſit allegari ſuſpectus, Couarru. pract. d. cap. 26.

Si ergo perſonæ huiuſmodi nominatæ, quæ ſunt egregiæ, imò Illuſtriſſimæ, poſſunt allegari ſuſpectę; quis profectò affirmare audebit, ꝙ alij Iudices inferiores, & Pedanei, de quib. ſatis locutus ſum in pra. de teſt. nu. 83. cũ ſeq. p. 5. nõ poſſint allegari ſuſpecti?
322 † At Dij boni quantò magis recuſari poterunt Notarij actorum, & alij, vt Cancellarij in ſtatu Sereniſſ. D. mei, qui vice notarij actuarij funguntur? & de huiuſmodi in ſpecie locutus eſt Bald. in l. apertiſſimi, §. ſæpe, C. de iudic. relatus à Lanfran. in c. quoniam contra, nume. 6. vbi latiſſimè materiam hanc recuſationis explicat, de probat. Dec. in d. capit. poſtremò, nume. 2. in fin. de appellat. & nouiſſimè Aſin. pract. §. 14. capit. 26. & in indiuiduo Boer. deciſio. 258. numero 7.
323 † Simili modo de executoribus ſentiendum eſt, vt tenet Dec. in c. nouit. num. 6. & 7. de app. qui poſſunt recuſari, quando poſſunt inferre grauamen, ſecus de executore nudi facti, quod dictum exornat Caualc. deciſ. 28. nu. 95. p. 2. conueniret magis ijs teſi ſtentia, quàm recuſatio, vt dixi latè ſuprà in 2. p. ferè per tot. & inf. in 4. par. num. 263. & 689.

Veruntamen inueniuntur quidam tàm intereſſati, qui renuunt abſtinere cum recuſati fuerint, & ex eo magis augetur ſuſpicio, ſed Senatores, qui dominium Reipublic. repræſentant, quinimò Dux ipſe, libenter ſe abſtinent, nedum quando exiſtimant poſſe ex aliqua cauſa recuſari, vt Genuæ vidi, abſque
324 vllo indignationis ſigno, † & de iure Iudex recu-

ſatus

Digitized by Google

ſatus ſuſpectus, quando votatur, non debet intereſſe,
etiamſi votum ſuum non det, Capic. deciſ. 138. nu.
5. infr. nu. 338. Quinimò etiam ſummus Pontifex,
vel Imperator, qui non valent allegari ſuſpecti, vti
Papa, & vt Imperator, vt ſupra diximus, tãquam Iu-
dices in controuerſijs litigantium, vt in magnis cau
ſis feudalibus, & ſtatus; iuſta recuſationis cauſa ſub-
ſiſtente, ſolent ex honeſtate dare Iudices non ſuſpe-
ctos, & cauſam alteri delegant, vt poſt gloſ. in c. nul-
lam, 2. q. 5. & per alia iura concludit D. Men. d. con-
ſil. 458. nu. 59. & 69. & d. conſ. 94. nu. 12. vol. 1.

325 † Eſt tamen verum, quòd ſi recuſatio ſit notoriè
fruſtratoria, affectata vel falſa, ijs tribus de cauſis
(maximè in criminalibus) reiecta, non impedit Iu-
dicem, quo minus ad vlteriora procedere valeat, vt
per Ionc. & Franc. in d. c. cum ſpeciali, qu. 33. Lap.
alleg. prima, nu. 362. & alios, quos adducit Lanc. de
attent. d. tit. poſt recuſationem, 2. pa. c. 6. fol. 158. nu.
24. Sicuti ex præceptis notoriè iuſtis & licitis cauſa
ſuſpicionis ceſſat, quia dubitandum non eſt de iniu-
ſtitia, vbi euidenter apparet de iuſtitia, & ècõtra, Ti-
raq. tract. cauſa ceſſan. nu. 227. & 246. & exceptio no
toriè friuola dicitur, & tanquam temeraria ipſo iure
& facto reijcienda, §. 1. & 11. q. 1. c. Canones 6. q. 1.
Bertaz. in ver. recuſatio iudicis, ver. 4. & facit, in arg.
c. 1. de off. iudic. odin. quæ tamen ceſſant in Notarijs
actorum, qui ſemper præiudicare poſſunt etiam in
exemplando proceſſus, & ſententias, ſalua pace bo-
norum, quælibet enim ſcriptura debet carere omni
ſuſpicione, Bal. in l. 1. C. de relat. & eis ſaltem eſt dan
dus adiunctus, quando ſunt Notarij ordinarij Ban-
chi Poteſtatis, Nat. conſil. 152. num. 6. lib. 1.

326 † Supradictam verò regulam vniuerſalem, vni-
ca tantum ipſe limitatione perſtringam, vt nec Iu-
dices, nec Notarij valeant recuſari, quando commu
ni conſenſu partium ſunt electi. per reg. vulg. Bro-
cardicam, quod approbo, non improbo; de qua locu
tus ſum in pract. de teſt. par. nu. 91. pulchrè in termi-
nis Aſin. d. pract. §. 14. cap. 8. nu. 5. ſublimita ſi noua
non ſuperuenerit cauſa, Lanc. vbi ſupra n. 15. & 60.

327 † Nunc de ipſa recuſatione proponenda dicen-
dum eſt, & in primis illa deducẽda eſt oretenus ſta
tim, & poſt in ſcriptis ad inſtar appellationis, iuxta
no. per Rol. d. conſ. 19. nu. 18. vt dicit D. Monar. nu.
37. ſed non debet deduci in forma libelli, Toloſ. de-
ciſ. 110. nu. 5. & ante litem conteſtatam eſt materia,
l. apertiſſimi, C. de Iud. At poteſt de conſuetudine in
qualibet parte iudicij deduci iuſta cauſa ſubſiſtente,
ar. l. de ætate, §. ex cauſa, ff. de inter. act. l. ſi iure, ff. de
re iud. gloſ. in d. l. apertiſſimi, C. de iud. Sicut dicitur
328 de appellatione, quæ in omni actu præiudiciali in-
terponi poteſt, Lancel. de attenta. 2. p. c. 6. tit. poſt re-
329 cuſationem, nu. 1. & 60. † Sed nu. 49. limitat non
eſſe verum ſi proponatur cauſa iam inſtructa, idem
Fran. in d. c. cum ſpeciali, 2. concl. ſublimitando quã
do cauſa non eſt noua, & quando cauſa eſt corã illo
330 Iudice, à quo datur appellatio. † Sed quid ſi tradatis
motiuis à Iudice cõtra alteram partem? teneo quod
nõ, quia dicitur recuſatio affectata, ar. §. tria onera tu
telarũ, Inſt. de excuſ. tut. & hæc nõ eſt cauſa ſufficiẽs.

An autem ſi per ſolam allegatam ſuſpicionem, il-
le qui recuſatur nolit abſtinere, & præſumat non poſ
ſe recuſari, an inquam iſte articulus ſit conſilio ſa-
pientis mittẽdus? reſolutiuè teneo quòd non; ex quo
recuſatio ſola & ſimplex nõ poteſt prohiberi, l. ſi plu
res, de teſta. tutel. l. Imperatores, ff. de priuil. cred. &
recuſatio ſola non requirit cauſæ cognitionem, ar. l.
4. §. duas, ff. de damn. infect. Et ſicuti Iudex non po-
teſt appellare à dicta recuſatione, ita nec committi
debet articulus, quia ſi de quo magis, ergo de quo
minus, text. & ibi DD. in auth. multò magis, C. de
331 Sacroſanct. Eccleſ. & à decreto † ſuſpicionis non
datur appellatio, Carauit. Rit. 265. & vide Io. Ant.
de Nigr. ſuper conſtitut. regn. c. 217. & appellatio, &
recuſatio à pari procedunt, Ro. conſil. 220. num. 4.

Redeundo ad proponendam recuſationem, eſt
aduertendum, quòd in illa debet exprimi vnico cõ-
textu cauſa iuſta & legitima, per quam Iudex aut
Notarius iure merito recuſati, pariter excluſi rema-
neant à d. iudicio, vel ab ea cauſa, & lite, D. Menoc.
de arb. caſ. 458. num. 12. & ſentit D. Dec. d. conſ. nu.
15. & debet recuſatio proponi infra tempus, quod
datur ad recuſandum, ad trad. per Dec. d. c. cum ſpe-
ciali, num. 2. Caual. d. deciſ. 28. num. 98. cum ſequ. &
332 num. 104. vbi vnum notatu dignum dicit, † nem-
pè quòd Iudex allegatus ſuſpectus potest aſſignare
arbitris electis terminum ad terminandam & pro-
bandam ſuſpicionem, cum pœna & declaratione, quod
dicto termino tranſacto procedet ad vlteriora ſuper
meritis, & ad pœnam, vbi ita iudicatum dicit. Ter-
minus autem eſſe debet, vt ſtatim cognito per par-
tem, quod Iudex ſit ſuſpectus, & ita ſcit, & poteſt tu
ta cõſcientia iurare, ſic allegat, recuſat & iurat, quod
ſufficit pro expreſſione cauſæ de iure ciuili, Rol. d.
conſ. 19. nu. 14. conſ. 31. in fin. vol. 3. Cor. memorial.
in verb. iuramentum probat, ver. & idem de ſuſpi-
cione, ſecus de iure Canonico. Et iuramentum hoc
venit appellatione probationum, Ant. de Pet. tract.
de iuram. effect. 72. ver. duodecimo, & eſt tanti effe-
ctus, vt aduerſus illud nulla recipiatur contraria ad-
333 uerſarij probatio, Men. de arb. iu. caſ. 202. n. 36 † et
operatur vt appoſita recuſatione cum iuramẽto, ſta-
tim Iudicis iuriſdictio ſuſpendatur, Pur. deciſ. 380.
nu. 5. li. 1. & omne exercitium iuriſdictionis ceſſat,
Mille. in ver. iuriſdictio ſicut, fol. 194. Cor. cõſ. 247.
col. 1. vol. 1. Dec. conſ. 275. col. 1. Van. de null. ex def.
iur. or. numer. 140. Rot. deciſio. 84. vbi diſtinguit &
Couarr. pract. q. cap. 26.

334 † Præterea ſi cauſa principalis agatur per Procu
ratorem, oportet vt habeat ſpeciale mandatum ad
recuſandum Iudicem, vt per eundem Rol. conſ. 19.
nu. 2. & recita. D. Cau. dec. 28. nu. 108. p. 2. Rebu. tra.
de recuſ. ar. 1. gl. 1. nu. 1. vo. 3. & ſi ſuſpicio non fuerit
allegata per procuratorẽ, adhuc allegari poterit per
eius principalem; & ratio, quæ vrget pro principali
vtique vrget pro procuratore, & ècontra. Vnde tan-
tum eſt quod principalis habeat cauſam ſuſpicandi,
quantum eius procurator & ècontra, maximè poſt-
quam effectus eſt dominus cauſæ per litis conteſta-
tionem, Marant. de ord. iud. p. 4. diſt. 16. nu. 35. Rot.
Ro. in nouiſſ. de procur. deciſ. 2. Aſin. pract. §. 2. c. 13.
n. 1. & quod ſuſpicio non allegata à procuratore poſ-
ſit allegari à principali. tradit Lanc. de atten. lit. de re
cuſ. 2. p. c. 6. n. 60. ut quoq; Cor. tra. de prę. ti. de exc.

Recuſatione ſeu ſuſpicione Iudicis legitimo mo-
335 do allegata coram eodem Iudice, litis † deinde cau
ſæ ſunt probandæ coram arbitris eligendis, iux. for-
mam, quam trad. D. Cau. d. dec. 28. nu. 102. & ſeq. &
nu. 97. vbi allegat Auffre. de recuſ. nu. 3. car. 65. Dec.
336 in d. c. cum ſpeciali, n. 2. † & ſententiam latam per
eos ſuper cauſa principali ipſemet Iudex executioni
mandabit, à qua executione ſi appellatum fuerit, ap-
pellatio non deuoluitur ad Iudicem recuſatum, ſed
ad Iudicem appellationũ: hæc colliguntur ex Oria.
in d. c. qm̃ contra, §. recuſatione, iux. pract. iuris ciui-
337 lis, teſte Roch. in ſua pta. de recuſ. † De iure autem
Canonico alia forma ſeruatur ſecundum Roch. vbi
ſup. Nã allegata cauſa expreſsè ſuſpicionis legitima,
quæ ſi vera eſſet Iudicem à iudicando repelleret, eli-
guntur arbitri ad effectum tantum cognoſcendi de
cauſa ſuſpicionis, c. cum ſpeciali, & c. 2. de app. vbi
Can. et probata cauſa legitima, cauſam principalem
alteri iudicandam committunt; ſi verò cauſa nõ fue
rit probata, vel legitima non fuerit, tunc Iudex pro-

cedet. At ſi arbitri non erunt concordes in procedẽdo ſuper d. recuſationis cauſa, Iudex recuſatus procedet, facta prius monitione. Sed reuera adhuc ſuſpicio viuit, & factum, ſeu diſcordia arbitrorũ parti præiudicare non debet, l. paterfamilias, de hær. inſt. quare bonum eſt vel tres arbitros eligere, vt ſi duo cõueniunt actus valeat, vel ſuperior adeũdus eſt, vt di-
338 cit Lanc. vbi ſup. nu. 57. cum ſeq. † At in Notarijs actuarijs nõ eſt neceſſe cauſam ſuſpicionis inſerere, ſed ſat eſt pręſtare iuramentum: ita conſuluit Aneh. cõſ. 264. refert Cag. in l. librarius, nu. 50. ff. de reg. iu. & Ale. in cõſ. 104. nu. 3. in fi. vol. 5. dicit, quod in Notario conſultore & procuratore militat diſpoſitio, l. aperuiſſimi, C. de iud. quæ non requirit cauſæ expreſſionem, ſed iuramentum ſufficere. Præterea dũ cauſa ſuſpicionis cognoſcitur, Iudex nequaquam debet eſſe præſens. Car. Alex. in c. cum ſpeciali. col. 12. de app. alleg. à Caball. milleloq. 865. in 2. p. vbi ita tenere Ant. de Butr. in c. nouit. de iud. d. Dec. 138. nu. 5 & ita practicatur, ne reuerentialis timor ſuæ cauſæ cognitionem impediat. vide ſupra numero 324.

339 † Si verò Iudex allegatus ſuſpectus moriatur, ſucceſſor poterit iudicare, c. cum ceſſante, de appell. & ſi cauſæ pendeat relatio coram Senatu, poterit Iudex ſucceſſor ſtatuere terminum parti ad reportandã reſolutionem, vel moratoriam, ne cauſa inexpedita remaneat, iux. pract. l. properandum, C. de iudic.

340 † Sed pone quòd cauſa nequeat expreſsè allegari, aut probari niſi cum ſcandalo, & periculo; tunc recurritur ad ſuperiorem omni tutiori via, coram quo facta fide ipſe mãdabit vt cauſa alteri committatur, vide tamen Aufrer. circa hoc, d. trac. de recuſ. nu. 67.

Delictum factum in ſcalis, oſtio, porticu & curtili, numero 86.

88 *Hortus & area, itemque porticus an comprehendantur in domo.*

Diſpoſitio quando aliter interpretatur, quam verba ſonant.

89 Delinquens in porticu propè domum, an dicatur in domo.

90 Delictum factum in apotheca an dicatur factum in domo.

91 Delictum factum in itinere, an dicatur factum in via.

Delictum factum in mari, vel inſula, quomodo punitur.

92 Statutum de rapiente puellam de domo, an extra & prope domum locum habeat.

Excnipatio puellæ raptæ an proſit raptori.

Raptor pœnitens an excuſetur.

93 Statutum de conuitio, vel de inſultu ad domum, qualiter intelligendum.

94 Scandali cauſa augetur pœna.

95 Malum exemplum nequit tolerari.

Nomina teſtium cur retinenda.

96 Pœna augetur ratione temporis.

Principium an finis in pœnalibus attendatur.

97 Pœna grauior fit ratione perſonæ offenſæ.

98 Pęna qualiter ratione animi & modi augetur.

99 Delicta recentia grauiori pęna puniuntur.

Delicta reiterata pariter.

100 Pœna augetur propter negationem.

101 Iudex in augendo uel diminuendo pęnam, debet exprimere cauſam.

102 Sententia ſine expreſſione cauſæ an teneat.

103 Pęna vna quando facit ceſſare alteram.

104 Statutum quod procedatur de ſimilibus ad ſimilia, qualiter intelligendum, 116.

Delinquens ſi non eſt capax pęnæ quid agendum, numero 120.

105 Statutum vnum an corrigat alterum, & quando, 108.

Correctio in dubio non præſumitur.

106 Nemo duplici pęna grauatur.

Fiſcus tenetur probare utraque pęna reum fore plectendum.

107 Pęnæ plures quando concurrunt, ſupra numero 104. & 105.

108 Pęna maior an & quando facit ceſſare minorem, ſup. nu. 104.

Statutum per quod pęna debet duplicari, qualiter intelligendum.

109 Iudex in pęnis imponendis quid ſernare debet, numero 115.

110 Pęnis ſtatutarijs nimis leuibus, debent grauiores arbitrari.

111 Statuta duo, vetus et nouum quando extant, quodnam attendendum.

112 Pęna antiqua per legem nouam correctam, nihilominus accuſatio procedit ex lege antiqua.

Pęna ſtatuti noui facit ceſſare pęnam iuris communis.

113 Pęnæ alternatiuæ cuius eſt electio, & ſeq.

114 In pęnis capitalibus electio non cedit reo.

Iudex in pęnis alternatiuis quam eligere debet.

Pęnæ non ſunt alternatiuæ quando ſtatutum indicit primò pęnam corporalem, vel poſtea pecuniariam, & ècontra.

115 Delictum nomen aſſumit à qualitate criminum.

116 Pęna ſemel electa an ſit locus pęnitentiæ.

Appellatione ſimpliciter pęnæ arbitrariæ, an ſolum de pecuniaria intelligatur.

Iudex quando loco pęnæ corporalis poſſit imponere pęnam pecuniariam, & ècontra.

117 Iudex Brachij Regij an poſſit imponere pęnam ex ſuo arbitrio confiſcationis bonorum.

118 Confiſcatio bonorum duplex.

119 Teſtis an & à quo citari poſſit ſub pęna confiſcationis bonorum, quid in reo.

120 Pęna fiſco applicanda an poſſit per iudicem ſuperiorem remitti.

Reus qui non eſt capax vnius pęnæ, quomodo punitur in alia pęna, ſup. nu. 105. & 121.

121 Statuto dicente quod delinquenti amputetur manus, quid ſi non habet, num. 122.

122 Prægnantia qualiter probatur.

Pęna exponentium infantes.

123 Pęna tempore delicti, an verò tempore ſententię ſit imponenda, ſi ſtatutum mutetur.

Adiectio vel diminutio pęnæ, quo tempore fienda.

124 Pęna vt euitetur attenditur initium, ſupra 96. infra 124. 148.

125 Pęna loci originis, aut domicilij, vel loci delicti, ſupra nume. 58.

Statuta in materia pęnali, quæ ſint attendenda.

126 Pęna forenſi delinquenti in forenſem, quæ ſit imponenda.

127 Subditus qualiter puniendus, diſtinguuntur multi caſus, ſup. nu. 125. & 126.

128 Forenſis delinquens in forenſem, quali pęna punitur, ſup. num. 126.

Forenſis ob delationem armorum prohibitorum, quando puniri poteſt: etiam ferrens pertranſeundo.

129 Delinquens in aliena iuriſdictione contra æquè forenſem, ſi punitur in altera iuriſdictione, vbi nullo modo forum ſortitur, qua pęna puniendus.

Cognitio extraordinaria pęnam expoſcit extraordinariam.

130 Iuriſdictio qualiter prorogata dicitur.

131 Delictum commiſſum in confinibus, qualiter puniri debet.

132 Iudicibus ex pluribus quando eodem tempore quilibet poſſit pro eadem cauſa procedere.

133 Delinquens in exercitu quomodo puniri poteſt, & à quo Iudice.

134 Delinquens ſi non ſortitur forum ratione originis, domicilij, aut delicti, quomodo & à quo Iudice poſſit puniri.

135 Tractatus qualiter & vbi punitur.

136 Memoria rei in carcere mortui ante ſententiam, an damnari poſſit: & quibus in caſibus memoria defuncti damnatur: & de practica, infra numero 138.

137 Accuſatio contra defunctum infra quantum tempus proponenda.

138 Practica damnandi memoriam defuncti.

139 Filius iniquitatem patris non portabit, qualiter intelligendum.

Pater qualiter punitur in filium.

140 Delicta quibus memoria damnari poteſt, & ſupra numero 136.

141 Pęna non declarata contra authorem, an poſſit declarari contra hæredem, inf. in 5. par.

142 Paria ſunt ſententiam eſſe latam, vel reum eſſe connictum: de hac re infra numero 224. 225. 226. & ſequen.

143 Pęna nunquid tranſeat ad heredem, ſi appellatione pendente reus moriatur.

144 Quid ſi poſt condemnationem ante executionem moritur.

Cadauera damnatorum an pro anotomia concedantur.

145 Hæres an poſſit defendere mortuum indefenſum.

An poſſit renocare confeſſionem defuncti.

An appellari poſſit.

146 Accuſatore mortuo an iudicium remaneat extinctum.

Fiſcus ſuccedit loco accuſatoris.

147 Pœnæ an ſint multiplicandæ, & quomodo, 150.

148 Delictorum vnus tantum finis eſt.

Pęna

Pœna inſultus, & armorum, confunditur cum pœna vulneris, & quandoque non.

149 Delicta tot ſunt quot delinquentes.

Item tot ſunt quot perſonæ iniuriatæ.

Quid circa res plures vna vice exportatas.

150 In delictis attenditur quod principaliter fit, 148. ſup. 124 & 96.

Vulnera plura vno ictu illata, an pro numero punienda.

151 Vulneris appellatione venit ſciſſura, & qualiter.

152 Dentes appellantur arma, ſed largo modo.

Percuſſio tumefacta cum arma, ſi opus habet apertura vt mederi poſſit, an veniat appellatione vulnerum.

153 Plures pro vno delicto, an & quando teneantur, 163.

Text. §. ſi quis quinque ſolidos, de pac. tenen. declaratur.

Soluenti pro ſocijs repetitio datur.

154 Factum quando dicatur vnum ex diuerſis actibus, vel quando plura facta cenſentur.

155 Sententia abſolutoria, vel condemnatoria contra vnum ex pluribus ſocijs, an alijs proſit, vel noceat, 158. & 159.

156 Delicta connexa quæ dicantur.

157 Connexorum idem iudicium.

Practica ſeruanda quando ex pluribus ſocijs criminis aliqui ſunt præſentes in carceribus, alij abſentes & fugitiui.

Cautela procedendi cautè contra reos præſentes, & abſentes, vide infra nu. 163.

158 Sententia quando contra vnum ex pluribus ferri poteſt, ſup. nu. 155.

159 Sententia lata contra principalem quando nocet acceſſorio.

Sententia lata contra homicidas, quando nocet hæredibus occiſi.

Sententia lata contra principalem quando nocet poſſeſſoribus bonorum.

Sententia lata contra ſeruum quando nocet domino.

Sententia lata contra filium quando nocet patri.

160 Sententia lata contra adultum an noceat curatori.

Sententia in ciuilibus lata contra præſentem, non nocet tertio non vocato.

161 Iuſtitiato uno, qui faſſus eſt delictum, quod non fecit, ſi delinquens venit in fortiam iuſtitiæ, an pœnam euitabit, eò quia iam executa eſt in alium.

Pœna contra innocentem ignoranter executa, an releuabit verè nocentem.

162 Innocens quamuis condemnatus poteſt ſemper audiri.

Forma ſententiæ contra bannitos contumaces.

163 Sententia contra plures qualiter ſit ferenda.

Plures delinquentes in vno facto interuenientes, an eadem, vel diuerſa pœna puniantur, latè tractatur, declara. nu. 184.

164 Statutum Mantuæ ſub rubric. de homicid. declaratur, 174.

L. quoniam multa facinora, C. de vi public. & priuata.

165 Agentes & patientes pari pœna puniuntur, fallit nu. 180.

166 Operam rei illicitæ qui dat, pœna ordinaria plectēdus, declara. ſub num. 180. maximè cum potuit præuidere periculum, nu. 181.

167 Pœna pro modo culpæ cuique imponenda.

168 Pœna eſt commenſuranda delicto.

169 Animo baſtonandi tantum quis ſi occidat, an de occiſo teneatur.

170 Incluſio vnius excluſio alterius.

171 Iudex ordinarius ſecundum acta & probata iudicare debet.

Dolo ceſſante ceſſat pœna ordinaria.

Paria ſunt non eſſe, vel eſſe non poſſe.

172 Qualitas vulneris facit indicium contra illum, qui talia arma habet apta ad illud vulnus. Bertazol. conſ. 232. declaratur.

173 Animi mutatio non præſumitur.

174 Statutum Mantuæ de homicid. §. & intelligatur, declaratur.

175 Non dicitur hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.

Animus quandoque non ſumitur ex qualitate armorum, quibus vtitur, Bald. in L. mandati, C. eo. declaratur.

176 Statutum Mantuæ de homicid. §. præbentes verò, declaratur.

177 Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.

Præcedentia declarant ſequentia, & è contra.

178 Statutum de auxilio puniendo qualiter intelligendum.

179 Statutum Mantuæ de homicid. diſtinctè loquitur primo de doloſo, ſecundo de culpoſo, tertio de caſuali.

180 Regula quod agens & patiens pariter puniuntur, qualiter procedit.

181 Bertaz. conſ. 299. & 326. lit. A. vo. 2. qualiter intelligendus.

182 Lucri & damni non eſt par ratio.

Animus qualis cognoſcitur ex circumſtantijs.

Vindicta iudicatur ab animo, & animus à circumſtantijs, & à qualitate iniuriæ.

Vindictæ animus non iudicatur à facto, ſed à cauſa.

Cauſa quomodo ab effectu iudicatur.

183 Bertazol. conſil. 326. littera B. vo. 2. quomodo procedit.

184 Plures in vno facto interuenientes, quomodo puniendi.

185 Dyn. in c. in obſcuris, de reg. iur. in 6. diſtinct. qualiter intelligenda.

186 Bertazol. conſil. 327. in addit. littera B. vol. 2. declaratur.

187 Mandans baſtonare, an teneatur de occiſo.

188 Animus à facto iudicatur, vide ſup. nu. 182.

Ictus ſclopi eſt lethalis.

189 Pœna ordinaria locum non habet, quotieſcunque res non eſt verè clara.

190 Res quando verè clara dicitur.

191 Signa & præſumptiones valde vrgent in quibuſdam caſibus vt pœnæ ordinariæ locus ſit.

192 Conſilium an ſit obligatorium.

193 Conſilium vt obliget, quæ requiruntur.

194 Conſulens malè, an per reuocationem liberetur.

195 Cogitatio ſola an ſit punibilis.

196 Tractatus ſolus an ſit punibilis, 197. vbi requiſita.

197 Ad actum proximum quando dicatur deuentum.

Tractatus vt ſit punibilis, quæ requiruntur.

198 Compoſitio delictorum, à quo Iudice fieri poſſit.

Compoſitio pœnarum regulariter prohibita, & qua de cauſa.

Exempli mali cauſa compoſitio non fit, imò maior pœna imponit, nu. 235. & 236.

199 Compoſitiones pœnarum quibus ex cauſis fieri licet.

200 Ad concordiam Princeps vel Iudex ſupremus cogere poſſunt.

201 Compoſitio pœnarum non fit ſine voluntate Principis.

202 Compoſitiones pœnarum, vt laudabiliter fiant, quæ requiruntur.

203 Compoſitio pœnarum quo tempore eſt fienda.

204 Compoſitio cum quibus reis fieri licet.

205 Compoſitio fieri non debet, niſi prius concordata parte.

206 Compoſitio facta ſine parte quot mala efficiat, & inconuenientia.

207 Compoſitio facta ſine parte valet, ſed pars reclamando auditur.

208 Compoſitionem qualiter ſine parte facere liceat.

Satisfactio

209 Satis factio qualiter & quando facienda, numero 212. in fin.

210 Damnorum taxatione fienda ſtandum eſt iuramento damnum paſſi.

211 Auari an ſint iniuriarum capaces.

212 Iniuria facta colono an dicatur facta domino, et an Collegio, ſi fiat vni Doctori.

213 Iudex an propter compoſitionem vel impunitatem amittat ſalarium pendente proceſſu, & ibi multa in propoſito traduntur.

214 Quid in aduocato.

Princeps poteſt remittere pœnam, & ſalarium.

Principi reſeruata non comprehendantur in generali conceſſione.

215 Beneficium reuocare poteſt, qui eſt cauſa illius beneficii.

216 Contractus ab initio ſunt uoluntarii.

217 Voluntas Principis ſufficit pro ratione.

218 Princeps non præſumitur uoluiſſe abdicare a ſe ſuam poteſtatem.

219 Delegatio continet ſolùm cognitionem delicti, & non ea, quæ extra delictum ueniunt.

220 Entis quod non eſt, nulla oritur obligatio.

221 Alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri.

Salarium debetur Iudici quando non ſtat per eum.

222 Ordo editus Mantuæ ſuper ſalariis Iudicum & aliorum.

223 Ordo Mantuæ antiquus ſuper ſalariis.

Salarium an debetur officiali præterito, uel ſucceſſori, & multa quotidiana explicantur.

225 Paria ſunt aliquid eſſe, uel eſſe poſſe.

226 Verba in dubio ſunt intelligenda cum effectu.

Impletum nil eſſe uidetur cum aliquid reſtat implendum.

227 Paria ſunt non facere, uel minus legitimè.

228 Ad quaeſtionem facti non reſpondet Iuriſconſultus.

Teſtium multitudo eſt refrenanda.

229 Separatorum ſeparatum eſt iudicium.

230 Publicatio proceſſus an ſit neceſſaria.

231 Officialis diſcedens ab officio ante tempus, an perdat ſalarium.

232 Compoſitio pœnarum pro quibus delictis fieri licet.

233 Delinquentes quibus ex cauſis ueniam non merentur.

234 Delicta per quæ quis ueniam non meretur.

235 Compoſitio pœnarum ante finem cauſæ, quanta mala & ſcandala parit, numero 237. uide infra numero 314.

236 Scandalis occaſio non eſt danda.

237 Gratiam facere delinquenti non decet ante condemnationem.

238 Gratiam facere ad Principem ſpectat, iuſtitiam ad Iudicem.

239 Gratia inanis & immatura, inanem parit effectum.

240 Delinquens ſemel ab uno Iudice punitus, an iterum ab alio puniri poſſit, nu. 273.

241 Mixti fori quæ ſunt.

242 In delictis mixti fori qualiter procedatur.

Punitus à Iudice laico, an etiam poſſit puniri ab Eccleſiaſtico.

Proceſſus vnius Iudicis, an impediat proceſſum alterius.

243 Iudex Eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſui Iudicis ſecularis.

244 Præuentio inter quos Iudices locum habet.

245 Iudex loci delicti in paritate præfertur.

246 Remiſſio reorum ad alios Iudices cuius expenſis ſit.

Iudex renuens remittere reum, qualiter cogendus, 270.

247 Iudices de conſuetudine non remittunt reos, niſi habita fide, quod deliquerint in iuriſdictione petentis.

248 Principum laudanda prudentia, quando alter alteri reos remittit.

249 Quod per gratiam conceditur, non eſt trahendum in conſequentiam.

250 Procedi non poteſt eodem tempore contra eandem perſonam pro eadem cauſa a pluribus Iudicibus.

251 Iudex delegatus in ſententiando, an ſit Iudex in exequendo.

Sententia delegati mandatur executioni ab ordinario.

252 Executio numquid ſpectat ad Iudicem ordinarium, qui ſententiam tulit.

253 Delegationis verba ſunt attendenda.

254 Sententia euidenter iniqua non eſt exequenda.

255 Iudex ſupremus an teneatur exequi ſententiam alterius.

256 Brachii ſæcularis auxilium, & de eius materia latè.

257 Brachium alterius an poſſit implorari à delegato.

258 Iuriſdictio an dicatur turbata per auxilium præſtitum implorantii.

Epiſcopus poteſt ſuam ſentiam exequi.

259 Epiſcopus an poſſit tenere familiam armatam.

260 Iudex laicus requiſitus ab Eccleſiaſtico, an teneatur ſtatim exequi illius ſententiam.

261 Iudex laicus in dubio debet exequi ſententiam Epiſcopi, & quando debet adhibere cauſæ cognitionem antequam exequatur.

262 Cauſæ cognitio qualiter adhibita cenſetur.

263 Iudex requiſitus exequi alterius ſententiam, an poſſit allegari ſuſpectus.

264 Executor merus, et nudi facti, nullam cognitionem cauſæ adhibet.

265 Relationi publicorum executorum quando ſtandum.

Capturandus pro debito ciuili, an ſit prius citandus.

266 Epiſcopus poteſt exequi facere per ſuos executores in rem, & in perſonam.

267 Brachium ſeculare in ſubſidium imploratur.

268 Aliud eſt exequi ſententiam alienam, aliud pronunciare exequendam.

269 Iudex ab altero Iudice ſub eodem Principe requiſitus, exequi tenetur.

270 Iudex requiſitus ab alio Iudice exequi, vel præſtare auxilium, ſi nolit poteſt puniri, ſup. num. 246.

271 Brachii auxilii imploratio eſt reciproca.

272 Iudex laicus an ſit Iudex competens Clerici in cauſa reconuentionis.

273 Reus ſufficienter non punitus ab uno, an poſſit ab alio Iudice puniri, ſup. num 240.

274 Delictum non punitum iuxta qualitatem, poteſt adhuc puniri.

275 Reus definitiuè abſolutus quando dicitur.

276 Abſolutoria (quamuis contra conſcientiam Principis) tenet, condemnatoria nunquam.

277 Clauſula rebus ſtantibus, & ſimilis.

Clauſula ab obſeruatione Iudicii.

278 Sententia interlocutoria & definitiua, quæ.

279 Practica Mantuæ circa abſolutoriam definitiuam, aut interlocutoriam.

Sententia conditionalis, ſup. nu. 277. & 278.

Abſolutio conditionalis qualiter fit, ſup nu. 277. et ſeq.

280 Reus definitiuè abſolutus amplius moleſtari non debet.

281 Reus quando definitiuè abſoluendus, & quando ſub conditione, ſup. num. 275. cum plur. ſeq.

Abſolutus ſimpliciter intelligitur ab obſeruatione iudicii

Sententia

282 Sententia abſolutoria in actione populari, an pariat exceptionem rei iudicatæ.
283 Accuſare nemo poteſt tanquam vnus de populo, niſi pro delicto publico.
Maligni & calumnioſi quomodo cognoſcantur, numero 299.
284 Abſolutoria an & a quo poſſit retractari.
Sententia recipit declarationem a Iudice.
285 Iudex Brachij Regij poteſt corrigere, emendare, ſupplere, ac retractare ſuam ſententiam, declara. vt numero 288.
Abſolutus qui poſt abſolutionem fatetur delictum, poteſt puniri.
286 Fiſcus auditur aduerſus condemnationem minus ſufficienter factam.
287 Sententiarum duarum vna abſolutaria, altera condemnatoria, quanam attendenda ſit.
288 Ius acquiſitum fiſco per ſententiam, an retractari poſſit abſque Principe.
289 Sententia contra contumaces, an dicatur lata ob contumaciam, vel propter delictum.
290 Damnatus capitaliter an habeat teſtamenti factionem.
291 Sententia in contumaciam lata an retractari poſſit.
Sententia in contumaciam dicitur lata ex probatione priuilegiata.
292 Statuta in materia contumaciæ de eorum materia remiſſiuè.
293 Sententiæ proferuntur iuxta conſuetudinem.
294 Expenſæ an ſint ſoluendæ per ſuccumbentem in cauſa criminali.
295 Statutum quòd victus victori condemnetur in expenſis, qualiter intelligendum.
Liberatus non dicitur, qui poteſt adhuc moleſtari.
Expenſæ in ciuilibus quando debentur.
296 Expenſas qui reficere debet, an pendente appellatione ſufficiat deponere certum quid.
Oblatio & depoſitum expenſarum, an ſufficiat.
297 Expenſæ quæ debentur victori, poſſunt peti vſque ad annos 30. conditione ex ſtatuto.
Expenſarum contumacialium quid iuris, quid in emergentibus, vel inſtantia deſerta.
298 Expenſarum condemnationi an locus ſit à die litis conteſtatæ, vel à publicatione proceſſus.
299 Calumniare qui verè dicitur, & ſupra nu. 283.
Practica procedendi contra calumniatores.
Expenſæ non debentur niſi petantur.
300 Practica taxandi expenſas.
301 Doctor per ſe litigans non conſequitur expenſas pro Aduocato, fallit, vt ibi.
Taxatio expenſarum qualiter fienda.
302 Expenſæ in cauſis criminalibus de conſuetudine non reficiuntur, niſi ſtatuto caueatur.
303 Statutum minuens pœnam propter pacem, remiſſionem aut confeſſionem, nunquid minuat ad ratam expenſas.
304 Beneficia priuatorum non extenduntur ſicut beneficia Principum.
Pax quid tacitè contineat reſpectu facientis pacem.
305 Beneficium confeſſionis virtute ſtatuti, quando prodeſt, & quando non.
306 Damnatis ad mortem an concedatur ſacroſancta Euchariſtia.
307 An ſacra extrema vnctio.
308 Quid ſi damnatus nolit confiteri Sacerdoti peccata ſua.
309 Executionem ſententiæ capitalis differre, an ſit arbitrarium Iudici.
310 Executio iniuſta non debet fieri, quid agendum quando ſuperior mandat exequi.
311 Cautela qua Iudex non exequendo ſententiam iniuſtã, non peccabit, & ſecurus erit.
312 Innocentia retardat executionem.
313 Iudices quando in magna ſunt anguſtia.
314 Remiſſio Principis ante ſententiam facta, tollit omnẽ condemnationem ſup. 235.
315 Damnatus ad mortem an valeat teſtari, vide ſupra num. 290.
316 Laqueo fracto & ſuſpenſo è furca viuo cadente, quid agendum.
317 Executio ſententiæ capitalis, in quo loco fienda, num. ſeq.
318 Demolitio domus delinquẽtium an impediri poſſit per creditores, aut per vxorem.
319 Cauſa vera iuſtitiatorum publicè exponenda, & de inconuenientijs, & ſcandalis, ſi iuſtitia publicè non fiat.
320 Expenſæ pro iuſtitia exequenda, & quæ fiunt in confortatorio, à quo ſoluendæ.
321 Expenſæ quæ pro caualcata fiunt ex cauſa iuſtitiæ, à quibus ſoluendæ.
Quid de erectione furcarum.
322 Furcas erigere publicè intereſt, & ſunt meri imperij.
323 Furcas erigens ſine mero imperio punitur.
324 Authoritatem publicam ſibi aſſumens, qua pœna punitur.
Authoritatem publicam aſſumere quot modis dicitur.
325 Procurator fiſcalis an habeat ius capturandi.
326 Procurator Cæſaris habet iuriſdictionem magnam.
327 Præſcriptio contra Imperium & Eccleſiam, quæ.
328 Fiſcus an habeat iuriſdictionem.
329 Iudex incompetens capturare poteſt.
330 Capere faciens indebitè qualiter teneatur vel excuſetur.
331 Rei criminis vt plurimum ſunt ſuſpecti de fuga.
332 Iudex laicus an poſſit capturare clericum.
333 Exceptio incompetentiæ circa capturam, an & quando poteſt obijci.
334 Executorum eſt capturare.
335 Priuatus an capturare faciat per executores tantùm.
336 Offenſus an poſſit propria authoritate capturare.
337 Debitor ſuſpectus de fuga, quando & à quibus poſſit capi.
338 Capturare num liceat cuilibet de populo.
339 Captura ab initio inualida, an iuſtificata teneat.
340 Capto abſoluto, an capi faciens teneatur.
341 Fiſcalis Florentiæ, qua dignitate & præeminentia fulget.
Quid de eius locum tenente.
342 Locumtenens fiſcalis ſapit naturam ſui principalis.
343 Matthæus Carlinius Aduocatus Florentinus celeberrimus.
344 Locumtenens fiſcalis de quibus cognoſcere valeat
345 Cauſæ iuſtæ capturandi quæ, & nu. 347.
346 Capi faciens temerè tenetur.
347 Captura ante delictum, in delicto, & poſt delictum.
348 Captura ex coniecturis & præſumptionibus conceditur.
349 Suſpicio falſi, an & quando pro falſitate habeatur.
350 Suſpicio falſitatis eſt ſufficiens ad capturam.
351 Suſpicio quid ſit.
352 Suſpiciones plures ex quibus ſcriptura arguitur de falſo enumerantur.
353 Originale ſcripturæ alteratum, arguit falſitatem.
354 Interlineatura in ſcripturis eſt prohibita.
355 Suppletio poſt perfectam ſcripturam non admittitur.
356 Supplere eſt de nouo facere.
357 Interlineatura quid ſit.
359 Additio ſcripturæ facta, quando ſuſpicionem præbet.
360 Scriptura diuerſo atramento arguit falſitatem.
Idem quando ſuperſunt literæ nouæ, & nu. 361.
361 Apoſtilla quando indicat falſitatem.
Literatura diuerſa manu ſcripta arguit falſum.

362 Po-

Digitized by Google

362 Ponens dicitur fateri.
363 Poſitio ſi eſt falſa ponens tenetur.
364 Falſi pœna quoad ſcripturas, quando locum habet.
365 Scriptura vitiatur teſtibus contradicentibus.
366 Paria ſunt producere falſum teſtem, aut falſum articulum.
367 Exemplum quod habet relationem ad originale, non probat ſi originale non inuenitur.
Scriptura falſa aut erronea, quæ dicitur.
368 Scriptura cancellata, ſeu raſa, eſt ſuſpecta.
369 Scriptura inciſa ſuſpicionem parit.
370 Suſpicio quæ poteſt cadere in virum prudentem, dat cauſam capturandi.
371 Scriptura licèt vera, ſi prima fronte eſt ſuſpecta, dat cauſam capturandi.
372 Scripturæ addere eſt prohibitum, & qualiter additio poſſit fieri.
373 Pœna falſi extraordinaria quando infligi poteſt ob factum prohibitum tantùm, nequaquam nocibile.
374 Pœna falſi ordinaria quando locum habet.
375 Pœna extraordinaria infamiam non irrogat.
376 Veſtimenta damnati ad mortem cuius eſſe debent.
377 Iuſtitiati quomodo ſepulturæ tradendi.
378 In dubio præſumitur quem pœnituiſſe.
379 Suffragia pro animabus iuſtitiatorum à quibus fienda.
380 Poteſtates terrarum habent iuriſdictionem limitatam à ſtatuto, num. 329.
381 Extenſionis materia difficilis.
382 Interpretatio ſumpta à practica, & obſeruantia, eſt melior cæteris.
383 Extenſio & interpretatio à pari procedunt.
384 Extenſio in pœnalibus an fiat, adhuc lis eſt ſub Iudice.
385 Extenſionis materia à quibus tractetur.
387 Extenſionis & reſtrictionis materia intricata.
388 Extenſionis verbum.
389 Extenſio vnde duxit originem, vel ſuper quibus fundatur.
390 Extenſio ad quid inuenta.
391 Author amat corrigi ab eruditioribus.
392 Extenſio quotuplex ſit.
393 Extenſio actiua, & eius exempla.
394 Statutum de mandatario quando extenditur ad mandantem.
395 Extenſio paſſiua, & eius exempla.
396 Statutum antiquum & nouum, referuntur in totum circa eandem materiam.
397 Extenſio paſſiua quando locum non habet.
398 Exempla declarant, ſed non decidunt.
399 Statutum nouum quomodo recipit extenſionem à veteri.
400 Statuta duo vetera an comprehendantur ſub vno ſtatuto nouo.
Pœna in ſtatuto nouo non ſpecificata, qualiter à ſtatuto veteri declaretur, & de duabus pœnis, quæ ſit eligenda.
401 Interpretatio quando fit in deteriorem partem.
Pœna quando multiplicari poteſt per extenſionem, ibidem.
402 Statuti veteris obſeruantia, declaratur à diſpoſitione noua.
403 Arma quibus caſibus licet deferre, non obſtante prohibitione.
404 Statutum Mantuæ in rubr. de homic. declaratur.
405 Homicidij tres ſpecies, ibidem.
406 Diſtinctio inter homicidia, quando non tenet.
407 Extenſio reciproca quæ.
408 Terminus à quo, & terminus ad quem.
409 Inundatio Venetijs.
410 Extenſio de minori ad maius.
411 Reg. ſi de quo minus, ergo de quo magis.
412 Reg. propter vnumquodque tale, & illud magis.
413 Reg. ſi de quo minus.
414 Statuta recipiunt extenſionem à ſimili.
Extenſio à ſimili.
Ab æquiparatis.
415 Statutum quòd percutiens in gula magis puniatur, an habeat locum.
416 Extenſio de loco ad locum.
Statutum puniens grauius delictum in platea habet locum in palatio.
Iniuria facta Prioribus, quali pœna cohercenda.
417 Priores noſtri temporis quibus æquiparandi.
418 Extenſio de perſona ad perſonam.
419 Statutum de armis an comprehendat mulieres.
420 Mulieres an portantes arma puniantur.
421 Statutum de Monachis an extendatur ad Moniales.
422 Statutum puniens expreſsè mulieres, an comprehendat ruſticos ignaros, minores, & huiuſmodi.
423 Reg. incluſio vnius qualiter procedit.
424 Extenſio à minoribus ad furioſos, &
425 A ſeruo ad Monachum, & in pluribus alijs perſonis.
426 Statuta extenduntur de perſona ad perſonam.
Extenſio de perſona ad res.
427 Statutum de compromiſſo coactè fiendo, dicitur odioſum.
Prohibitus habere officia communis, an ſit prohibitus exercere.
Officium notarij banchi.
428 Extenſio de re ad tempus.
429 Extenſio de tempore ad locum.
430 Chartuſia Papiæ famoſiſſima & ditiſſima.
Suſpectus de fuga ſicut poteſt capi die feriata, ſic capi poteſt in Eccleſia.
431 Extenſio de perſona ad locum, & ibi exempla.
432 Extenſio de tempore ad tempus.
433 Extenſio de præterito ad præteritum.
434 Extenſio de præterito ad præſens.
Decem prædicamenta argumentandi de præterito ad præſens.
435 Extenſio de caſu ad caſum.
436 Statutum de armis non ferendis in nocte poſt ſonum campanæ, habet locum in nocte Veneris ſancti.
Decretum Iudicis nullum non operatur excuſationem.
437 Extenſio de caſu vero ad fictum.
438 Mediol. Nob. mulierum prudentia.
439 Extenſio paſſiua an habeat locum quando fictio illum habet.
Aſſiſtens delicto an puniatur ſicut delinquens.
Laudans amicum vt malè agat, punitur.
An alias quis ſit facturus, quomodo intelligitur.
440 Scripturam iniurioſam exhibens nō excuſatur ſub quo vis prætextu.
Extenſionis de caſu ad caſum, multi enumerantur caſus.
Extenſio actiua & paſſiua, quando locum non habet.
441 Statutum à contrario ſenſu, an recipiat extenſionem.
442 Extenſio in limitatis non habet locum.
443 Statuti verba ſunt attendenda, declara & limita, cum plur. ſeq.
444 Verba vbi non conueniunt menti, nec diſpoſitio iuxta corticem verborum eſt intelligenda.
445 Verba in ſtatutis ſunt intelligenda ſecundum comm. vſum loci ſtatuti.
446 Maſculinum quando concipiat fœmininum.
447 Taciti & expreſſi an ſit eadem virtus.
448 Extenſio de maſculis ad fœminas in criminalibus.
Fœminæ an ſint ligatæ ſtatutis, & ſeq.
449 Verba vniuerſalia quibus maſculinum concipit fœmininum.
450 Sermo indefinitus in diſpoſitione legis, non æquipollet vniuerſali.

451 Sta-

451 *Statutum contra bannitos, an extendatur ad mulieres bannitas.*
Fœminæ à quibus negotijs ſint excluſæ.
452 *Immunitas cõceſſa generi an cõprehendat fœminas.*
453 *Maſculinum in pœnalibus & odioſis, an concipiat fœmininum: quid in correctorijs num. ſeq. quid in exorbitantibus.*
454 *Statutum contra fugientem à carcere, habet locum etiam in mulieribus.*
455 *Statutum quod filiæ bannitorum expellantur de Ciuitate, odioſum eſt.*
456 *Statutum contra adulterum non habet locum contra adulteram.*
457 *Statutum loquens in bannito non habet locum in bannita, quid in receptatore.*
458 *Fœminæ an ligẽtur ſtatuto de receptorib. bannitorũ.*
459 *Statuta an, & quando ligent forenſes.*
460 *Contrarium quando probari non poteſt.*
461 *Pœnæ ſtatutariæ tantùm, & non delictorum, haud ligant forenſes.*
Marmirolum rus delitiarũ Sereniſſ. Ducis Mantuæ.
462 *Per ſtatutum prohibens putrida eijci ſuper platea, an prohibeatur deferri coria.*
463 *Itinerantes an ligẽtur ſtatuto cõtra deferẽtes arma.*
464 *Publicatio proclamationũ, quando afficiat remiſſiuè.*
465 *Forenſis non ligatus ſtatutis, non poteſt illis vti, nec gaudere eorum priuilegio.*
466 *Surdus non ligatur ſtatuto de ſono campanæ.*
467 *Forenſis quando ligatur ſtatutis, eodem modo excuſari poteſt, ſicut ſubditus.*
Contrariorum eadem diſciplina.
468 *Statutum vbi non poteſt habilitare, nec inhabilitare.*
Reg. quòd tantum operetur propoſitum in propoſito, quantum oppoſitum in oppoſito.
469 *Delictum factum de ſero, vel in aurora, an dicatur factum de die, vel de nocte.*
470 *Nox quando eſſe dicitur pro ſtatutis.*
471 *Extenſio de ſtatuto ad conſuetudinem.*
472 *Conſuetudo vt valeat, quæ requirit.*
473 *Extenſio quæ in ſtatutis pœnalibus, etiam in conſuetudine pœnali.*
Forenſes ſicut ligantur ſtatutis, ita conſuetudine.
474 *Extenſio non fit ex puris ſingularibus.*
475 *Conſuetudo in pœnalibus & odioſis, non extenditur.*
476 *Statuta exorbitantia, odioſa, correctoria, & pœnalia non extenduntur.*
477 *Tolerantia quæ excuſet.*
478 *Extenſio in exorbitantibus an fiat, limita.*
479 *Statuta quæ, & cur dicta ſint exorbitantia.*
480 *Principum dextera, contra quos armetur.*
Excommunicationes in delictis atrociſſimis occultis, & reiteratis, concedendæ.
481 *Diſpoſitio licèt crudelis, tamen ſeruanda.*
482 *Statuta crudelia.*
483 *Extremis morbis extrema remedia.*
484 *Pœnæ exorbitantes.*
485 *Verbum exorbito.*
486 *Statuta exorbitantia quæ.*
487 *Statuta exorbitantia bifariè conſiderari.*
488 *Diſpoſitio de filio, an ad generum extendatur.*
Extenſio de filio ad generum.
489 *Extenſio in pœnalibus valde exorbitantibus, non fit.*
490 *Statutum quod pater poſſit vendere filium ob neceſſitatem famis, non extendendum.*
491 *Statutum de ſtercorizante faciẽ extenſionẽ patitur.*
492 *Statutum de percutiente in gula, qualiter intelligendum.*
493 *Statutum Mantuæ de homic § & intelligatur.*
Extenſio fienda in caſu ſimili ad alias perſonas.
494 *Statutum de receptante bannitum.*
495 *Exorbitans prouiſio toleranda ex cauſa.*
496 *Bannitorum vis contra receptantem, non excuſat.*
497 *Cauſa finalis declarat an materia ſit fauorabilis, vel odioſa.*
498 *Cauſa quando odioſa, & quando fauorabilis dicatur.*
499 *Statuta pœnalia ad quid fiunt.*
500 *Præfatio declarat qualitatem cauſæ.*
501 *Statuta quæ dicantur odioſa.*
502 *Extenſio non fit in pœnalibus odioſis.*
503 *Odium eſt duplex.*
504 *Mens ex quibus declaretur.*
Domum ſuam vendere an quis cogi poſſit, quid de frumento.
505 *Angariæ quibus ex cauſis imponantur.*
506 *Statuta partim odioſa, & partim fauorabilia, an extendantur.*
507 *Fauor publicus quando conſideratur.*
508 *Statuta correctoria pœnalia quæ.*
Blaſphemiæ pœna alterata.
509 *Verbum corrigere ſonat in bonam partem, & verbum derogare non.*
510 *Iura antiqua qua de cauſa poſſint nouiſſimè corrigi.*
Quæ de nouo emergant, nouo indigent auxilio, & licet mutare propoſitum in melius.
511 *Correctio eſt duplex.*
512 *Correctio non fit per ſubauditos intellectus.*
513 *Statuta pœnalia correctoria, an extendantur.*
Extenſio in correctorijs fallit.
514 *Argumentum à contrario ſenſu in correctorijs non ſumitur.*
Statutum nouum quando extenditur per vetus.
515 *Extenſio in correlatiuis, quid in connexis.*
516 *Lex corrigens intelligitur ſecundum terminos legis correctæ.*
517 *Statuta pœnalia an extendantur.*
Extenſio in pœnalibus.
Statuta pœnalia in quibus conſiſtant.
518 *Lex propter occaſionem peccati, & pœna propter delictum.*
519 *Statuta & iura cur pœnam imponunt.*
Statuta puniunt nedum homines, ſed animalia, & vſque res inanimatas.
520 *Pœna eſt afflictiua, punitiua, prohibitiua, & excluſiua.*
521 *Extenſio in pœnalibus ad maiora delicta remiſſiuè.*
522 *Extenſio de principali ad ſubrogatum.*
523 *Reſtrictio quando, & qualiter fiat in pœnalibus.*
524 *Diſpoſitio generaliter quando reſtringenda.*
Legis virtus in quibus conſiſtat.
525 *Statutum contra emittentem, ſeu extrahentem ſanguinem, an extendatur ad barbitonſorem.*
526 *Sanguinis effuſio in Eccleſia, an illam interdicat.*
527 *Statutũ dans premiũ capienti bannitũ, an extenſiuũ.*
528 *Damnum auertere, & lucrum amittere differt.*
529 *Lex quare reſtrictionem patiatur.*
530 *Statutum pœna capitis puniens homicidam, an habeat locum quãdo ad neceſſariam defenſam occidit.*

HORTENSII CAVALCANI

DE BRACHIO REGIO

PARS QVARTA.

FOrmato proceſſu tã offenſiuo, quàm defenſiuo, reliquum eſt venire ad expeditionem, vel in abſoluendo,
1 aut in condemnando reum. † Qua de re Iudex liberum, & abſolutum habens arbitriũ procedendi, & cõdemnandi cuncta diligenter examinabit, c. iudicantẽ. 30. q. 5. & l. 3. ff. de reſt. ac recta ſtatera ſentẽtiã põderabit, c. cũ æterni, de re iud. in 6. memoriæ mandando, & præ

Digitized by Google

2 oculis habẽdo, † quòd Iuſtitia vera depingi ſolet,
& deſcribi ab vna parte cum enſe, & igne, ab alia
verò cũ palma oliua intexta, ſic tamen, vt ſuperior
oliuæ permaneat, quaſi miſericordia ſit victrix;
3 quamuis rigor æquitati par exiſtat; † quia in proce
dendo expedit Iudicẽ rigoroſum eſſe, veruntamẽ
in ſententiando iuſtum, & magis æquũ eſſe decet,
§. 1. vbi Gloſ. Inſti. de iuſtit. & iur. in procedendo
executor rigidus, ſed in iudicãdo iuſtus Iudex, qui
4 ſecundũ Senec. citò intelligit, & tardè iudicat. † Et
ſemper in dubio mitiorem partẽ ſequi debet tan-
quam tutiorem, l. ſemper, cum mult. ſimil. de reg.
iur. niſi atrocitas delicti, & mala qualitas delin-
quentis aliter ſuadeat, Bald. in l. quid ergo, §. pœna
grauior, ff. de iis qui not. in fin. & in l. quicunque,
C. de ſer. fug. exemplũ de alapa officiali data, quia
eſt imponenda maior, non minor pęna, quàm pri
uato, idem Bal. in c. 1. §. iniuria, in princ. de pac. iu-
ra. fir. Marant. pract. 4. p. nu. 55. & Marſ. in l. 1. nu.
23. ff. de quęſtio. & Gomeſ. pulchrè de delict. c. 6.
5 nu. 4. dicit, † quòd iniuria alicui facta, reſpectu per
ſonæ poteſt atrox iudicari, vel ratione qualitatis in
iuriæ, aut loci, D. Menoch. de arb. q. 85. num. 4. in
atrociſſimis quidem delictis Iudex promptior eſſe
debet ad condemnandũ, Bal. in l. ita vulneratus, 1.
lect. ff. ad leg. Aquil. Cęterũ in vniuerſalibus mitis,
6 & æquus. † Nam licèt captura afferat præiudiciũ
magnũ, tortura damnum maximũ, & ſententia vt
quam maximũ; tamen executio ſententię eſt dam
num ſupra modũ irreparabile, ita vt licitum ſit re-
ſiſtere de facto, vt latiſſimè dixi in 2. p. huius tract.
ſub nu. 120. cũ ſeq. & eſt ſummoperè aduertẽdum
ne confundantur termini iuſtitiæ, vt aliqui faciũt,
7 qui credũt † crudelem idem eſſe quod rigoroſum,
ſed revera decipiuntur, imò animam ſuam illa-
queant, quoniam crudelitas eſt proprium Iudicis
tyrãni, & rigoroſitas Iudicis magnæ authoritatis,
Put. in verb. crudelitas, cap. 1. Fab. à Monteleo. in
eius pract. arb. art. 18. nu. 3. fol. 49. & vide Afflict.
ſuper 2. Feud. tit. quis dicatur Dux, &c. Rubr. 36.
car. 139. nu. 4. in fi. vbi de recta, & rigida iuſtitia:
& tũc dicitur Iudex crudelis, qui non habet diſtin
ctionis regulam, & neutri parcit, licèt excuſatio-
ni locus ſit, vt dixi in 3. par. nu. 3. & nulli compati-
tur, nec ſexui, nec ætati, nec moribus; exemplũ de
Nerone, ac de Herode, quorũ fuit proprium cru-
deles eſſe, & innocentes occidere (vt dixi in præce-
denti par. nu. 207.) Alij honorem acquirere exiſti-
mant, cum rigoroſos ſe præbent, vbi æquitas ſecus
ſuadere videtur; quos ignaros, & proteruos Iudi-
ces appellat Catal. de ſyndic. num. 26. & ij ſunt qui
iuſtitiam claudam, & mancam reddũt, imò iuſti-
tiã monſtruoſam faciunt, Tiraq. de retract. ligna-
8 gier. §. 15. glo. 1. vbi pulchrè loquitur. † Vnde con-
demnare non condemnãdum, vel abſoluere non
abſoluẽdum, aut pęnam ſine cauſa augere, vel mi-
nuere, ſeu propriam ceruicem attẽdere eſt propriũ
ignari, & crudelis Iudicis tyranni, ſecundum gl. in
d. l. quid ergo, §. pęna grauior, ff. de iis qui not. in-
fam. Felyn. in c. inter cæteras, de reſer. Dec. conſil.
100. Mart. pract. §. cõſtante, nu. 24. Boer. deciſ. 317.
9 nu. 3. Clar. q. 43. ver. ſcias, vbi Baiar. † ait, quòd Iu
dices cauere debent, ne aliquid dicant in iudican-
do quod vulgo iniquum videatur, & eius opinio-
ni nõ applaudeat, quæ vulgi opinio videtur quod-
dam ius naturaliter iuſtum, licèt de iure ſcripto
poſſit talis opinio vulgi cauillari, per gloſ. in l. ma-
ior annis C. de tranſact. Verùm ad claudendũ ora
vulgi non ſufficerent Pedamontanę ſtuppæ ex ca-
nabe, aut Lombardiæ ex lino, & hac de cauſa di-
xi vanas voces populi non eſſe exaudiendas, vt in
pract. de tit. par. 3. nu. 210. ſicut arbitrij noſtri nõ
eſt, quid quiſq; loquatur, ſed fac bonũ ne timeas:
10 † ita arbitrium liberum importare videtur, quod
ſtãdum ſit declarationi in re dubia Iudici noſtro,
l. cum quidam, l. 2. ff. de leg. 2. quia præſupponitur
abeſſe dolus, l. creditor, §. in bonæ fidei, nu. 14. de
act. limita, ſi à Principe in contrarium ordinatum
non ſit, l. 2. ff. de noxal. l. libertinũ, ff. de iis qui not.
infam. l. ſancimus, C. de teſt. & l. pręcipimus, C. de
11 appellat. † an & quibus de cauſis quis ſine accuſa-
tore condemnari poſſit, vide Dec. in l. ea eſt natu-
ra, in addit. de reg. iur. Anchar. in cap. 1. de accuſat.
in 6. inter quos quando delictum eſt notorium, &
quando ex officio poteſt procedi.

Et cum de interpretatione pęnarum, & de im-
poſitione earum tractandum ſit, tam de iure com-
muni quàm ſtatutario, per nonnullas breues regu-
12 las hoc explicabimus. † Quotieſcunque igitur fit
mentio de pęna ſimpliciter, ſemper eſt intelligen-
dum de pęna corporali, Abb. in c. inter alia, verſ. ex
hoc, de immun. Eccleſ. Cardin. Clem. a. §. 1. de hæ
ret. Caratit. rit. 79. nu. 4. Nec obſtat l. ſemper in ob
ſcuris, vbi Dec. nu. 12. de reg. iur. quia ea habet lo-
cum ſi ſub vno verbo diuerſæ res comprehendun
tur; exemplum de pęna capitali, quæ ſtat in tripli-
ci differentia, vt ſtatim dicam, quia intelligitur de
13 minori; † Idem ſi pęna eſſet, vel corporalis, vel pe-
cuniaria, quia de pecuniaria intelligitur l. pen. ff.
de pęn. Verùm ſecundum ſubiectam materiã pę-
na debet accipi vel pro corporali, vel pecuniaria.
Ridiculũ enim eſſet, vt pro iniuria ſimplici pęna
intelligeretur de corporali, & pro atroci iniuria in
telligeretur de pecuniaria, niſi ex qualitate perſo-
14 næ, & circunſtantijs aliter dicendum ſit: † quoniã
verba in dubio ſunt intelligenda ſecundum ſubie
ctam materiam, l. ſi vno anno, ff. locat. Felyn. in c.
penult. de ſent. excom. & Dyn. in reg. in obſcuris,
de reg. iur. in 6. & Cano. in c. penult. de except. &
latiſſimè per Bonacoſſ. (qui alios alleg.) in ſuis q.
crim. ſuper ſtatu. in ver. pęna, per tot. add. ad Abb.
d. c. inter alia, lit. c.

15 † Similiter ſtatutũ loquens de pęna amputatio-
nis membri intelligitur de manu, Auth. vt nullit.
Iud. §. vlt. & ibi DD. ſcilicet de manu minus fru-
ctuoſa, c. in pęnis, & c. in obſcuris. de reg. iur. in 6.
Cępol. in l. ſi fugitiui, nu. 2. 3. 4. 5. & 35. vſq; ad 40.
Euer. centu. in loc. à priu. ad hab. Graſ. com. opin.
c. 1. 9. 19. Gomeſ. reg. Cancell. de annal. poſſ. q. 48.
col. 1. lit. c.

16 † Si verò ſtatutum loquitur ſimpliciter de pęna
capitali, tũc de minori pęna, hoc eſt, de pęna exilij
intelligendũ eſt, Bart. & DD. oẽs com. in l. tranſi-
gere, C. de trãſact. vbi Mant. nu. 31. & 32. cum ſeq.
tex. iũcta gl. in l. 1. C. ne Iudęi mãcip. Chriſti. Bal.
in l. fi. in fi. C. quæ res vendi nõ poſſ. Claud. in l. vt
vim, de iuſt. & iur. & ita ſunt intelligẽdi Canoni-
ſtæ. tex. & gl. in c. inquiſitionis, de accuſ. gl. in §. in
ſumma, ver. extraordinaria, Inſti. de iniur. l. ſacula-
rij, §. ſunt quędam, ff. de extraor. crim. l. Iulia, §. ho-
die, ad leg. Iul. repetun. Marſ. in pract. §. opportu-
nè, nu. 40. & Felyn. in cap. qualiter, & quando, ſub
17 nu. 23. de accuſ. vbi dicit, † quòd ſecundũ leges ſe-
ptẽ ſunt genera pęnarũ, tres capitales, & quatuor
nõ capitales, ſed Iac. de Beluiſ. in prac. Rubr. de di-
uerſ. pęnis, nu. 8. reprehendit hãc reſtrictionẽ dicẽs
quod ſpecies pęnarũ ſunt plus quam centũ: et pęna
capitalis ſtat in triplici differentia; prima de mor-
te hominis; ſecunda de amiſſione libertatis, et ſi-
mul Ciuitatis, vt damnatio in metallum; tertia de
amiſſione Ciuitatis tantũ, quæ eſt pęna exilij, l. in
criminalibus, in verb. capitalẽ, C. de iuriſd. omniũ
iud. et in l. 2. in princ. ff. de pęn. et l. 2. ff. de pub. iud.
Michael. Graſſ. comm. opin. lib. 1. c. 3. quæſt. 25. et

D. Menoch.

Digitized by Google

D. Menoch. de arb. iud. caſ. 310. num. 10. & 11. &
ſic nota, quòd aliud eſt dicere pœnam mortis, aliud
pœnam capitalem, vt reſpondet Marant. in ſua
pract. in 4. par. num. 47. & ſeq. Quando enim fit
mentio de pœna mortis, intelligitur de ſeparatio-
ne animæ à corpore, Felyn. d. cap. qualiter, Clar.
d. quæſt. 67. & ibi Baiar. num. 6.
28 † Sunt etiam multæ aliæ pœnæ de iure ciuili
ſcriptæ, quæ tamen in deſuetudinem abierunt, vt
damnatio ad beſtias; pœna parricidæ culeo inſuti,
in mare proiecti; pœna qua falſarij è ſaxo Tarpe-
io deijciebantur, & qui abortum doloſè commit-
tebant, in puteo ſuffocabantur: Alia erat pœna
aquæ & ignis interdictio, vel delinquentes viui
comburebantur, damnatio in metallum, & depor
tatio in Inſulam; ſed hæc duo adhuc ſeruantur.
Erat pariter pœna ſtigmatis, quæ hodie ſeruatur
in ſclauis ſeu ſeruis non Chriſtianis: & de ijs, ac
alijs quampluribus pœnis tex. gloſ. & DD. in l. ſi
quis in metallum, & per tot. tit. ff. de pœn. Clar. q.
67. per tot. Farinac. in tit. de delict. & pęn. per mult.
qq. Erat etiam in vſu pœna talionis, vt dens pro
dente, & qui occidit occidatur, de qua Menoch.
caſ. 322. nu. 3. & per alios caſus, quos per te videre
potes. Pęna verò perpetui carceris, de qua in l. man
datis principalibus ff. de pęn. abſciſſionis, vel mu-
tilationis membri parum eſt in vſu, & non dici-
tur capitalis, Bart. in l. 2. ff. de pub. iud. & Bald. in l.
eos, C. de accuſat. & omninò vide Maria. in cap.
veniens, de accuſat. vbi latiſſimè de qualitatibus
pœnarum, & quando pœna pecunia conuertatur
in corporalem data ſoluendi impotentia, Put. in
ver. pœna, cap. 5.
29 † Sed hodiè omnes pœnæ poſſunt ſub duobus
membris comprehendi, videlicet vt ſint capitales
aut non; ſeu pœna eſt mortis, aut citra mortem,
Clar. d. q. 67. verſ. diſtinguendo. Et notandum quod
olim pœna mortis etiam blaſphemi puniebantur,
Auth. vt non lux. contr. nat. eſt Nouell. 77. & lapi-
dabantur in Leuitic. c. 24. quæ hodie recepta non
eſt ob ſtatutorum diſpoſitionem, vt non mirum
ſi vigeat hoc blaſphemiæ peccatum, Menoch. de
arb. caſ. 375. num. 26. Clar. in §. blaſphemia, verſ.
ſed quæro, nihilominus in hoc crimine ad tortu-
ram deuenitur per ea quæ in 3. par. dixi num. 129.
20 † Blaſphemo, & periuro ſolet etiam hodie lingua
perfodi, Decia. de pęn. pecun. c. 23. nu. 22. latè Plot.
in tract. de blaſphemia. Item pęna mortis certum
pentibus Dei, ac Sanctorum Imagines, in ſacrile-
gos, in vinearum vaſtatores, & arbores fructiferas
incidentes, ſcalas nocte apponentes alienis fene-
ſtris, in muros Ciuitatis tranſcendentes, in transfu
gas, ſepulchrorum violatores, pacis publicæ per-
turbatores, & alios quamplures caſus ponit Fari-
nac. de pęn. q. 20. per tot. Guhel. Bout. inter tract.
21 crim. diuerſ. fol. mihi 444. † Et quinque mortis
pęnarum ſpecies aſſignantur, videlicet ſpiritualis,
ciuilis, ſęcularis, affectualis, & æternalis, ab Ar-
chid. in 2. q. 7. cap. placuit, & Luc. de Penna in l. 1.
num. 33. C. de deſertor. lib. 12. & olim apud Athe-
nienſes vtebantur veneficio, & apud barbaras na-
tiones, & tyrannos tempore primitiuæ Eccleſiæ
pluribus alijs mortis ſpeciebus, quę apud nos Chri
ſtianos ob animæ periculum non ſunt in vſu, niſi
22 contra inimicos Fidei Catholicæ. † Qua de cau-
ſa Iudæi, qui in aliquem ſuæ ſectæ ad fidem con-
uerſum impetum facere audent, & ſaxis, vel alijs
modis eum percutere, & hæretici viui comburi
poſſunt, l. 2. C. de Iudæ. & vide Decia. tract. crim.
tit. de pœn. lit. S. c. 42. nu. 4. tom. 1. vbi de multipli-
ci pęnarum genere, & Boiſ. in tit. de plur. violent.
per tot. & Menoch. de arb. iud. in mult. qq. & caſ.

Hodie nulla alia pęna mortis eſt in vſu, quàm
capitis, furcarum, & ex cauſa ſtrangulationis, à qua
conſuetudine, in pęnis præſertim arbitrarijs, non
eſt recedendum, l. minimè, de leg. l. ſi quis reum,
ff. de cuſt. reor. l. hodie, ff. de pęn. Abb. in c. de cau-
ſis, in fi. de offic. deleg. Felyn. in cap. inter cæteras,
23 nu. 20. de reſcr. vbi ait, † quòd propter conſuetu-
dinem formam ſtatutorum tranſgredi licet, vt ob
magnam ſceleritatem, antequam delinquēs mor-
ti tradatur, ſolet ad caudam equi duci, ſeu trahi ad
ſupplicium, & etiam forcipibus ignitis affligi,
Franc. deciſ. 240. num. 10. Baiar. ad Clar. d. q. 67.
24 † Sed hic pone, quòd à ſtatuto, ſeu à conſuetudi
ne ſit pęna mortis imponenda in certis delictis, vt
per Farinac. de pęn. d. q. 17. num. 53. & alio ſtatuto
caueatur, quòd vbi ingeritur pęna mortis, etiā bo-
na confiſcari debeant, item pone quòd Iudex libe
rum habens arbitrium condemnādi vſq; ad mor-
tem incluſiuè, teneatur etiam ſeruare ſtatuta, & e-
ueniat caſus enormis delicti non comprehēſus in
dicto primo ſtatuto, & Iudex velit condemnare
pro arbitrio ſuo vſq; ad mortem incluſiuè, an etiā
tenebitur velit nolit imponere cōfiſcationem bo-
norum? Hanc quæſtionem de facto habui in Ci-
uitate Mantuæ; & fuit concluſum, etiam in pęna
mortis arbitraria venire de neceſſitate confiſcatio
nem bonorum, vt obſeruatum eſt, & ſic neceſſi-
25 tas impoſita fuit ei, qui ex arbitrio iudicauit; † quā
uis bonorum confiſcatio de iure locum habeat
quando delinquens bannitus eſt, tanquam contu-
max in pęnam mortis, per tex. in auth. bona dam-
natorū, C. de bon. damn. Sed ſi reus eſſet præſens,
dicta auth. & bonorum confiſcatio non videntur
habere locum, & reus pręſens in pęnam pecunia-
riam condemnatus debet luere pęnam in corpus,
l. fin. ff. de in ius voc. & in l. ſi quid id quod, ff. de iu-
riſd. omn. iud. l. quę ūq;, C. de ſer. fug. & ſic in ſub-
ſidium bonorum confiſcatio, aut pęna corporalis
venire dicitur, & non principaliter, & tamen os
mihi clauſum fuit, ſub prętextu quòd ita ſeruatum
ſit. Qua de re ſi Iudici non videtur locus eſſe con-
fiſcationi bonorū, nec in pęnam mortis arbitriū
extendet, vbi vigeret tale ſtatutum, & obſeruātia,
vt Mantuæ, licet ipſe nequaquam libēter acquie-
ſcere potuerim propter arbitrium liberum, & per
aliam rationem, quia ſententia condemnatoria ad
mortem iuſta videtur, ſed addita etiam confiſca-
tione bonorum illam nimis exceſſiuam eſſe arbi-
tratus ſum, per d. auth. bona damnatorum, C. de
bon. damnatorum. Et quando alicui de iuri com-
muni non eſt pęna mortis impoſita, ſed à ſtatuto
tantum, tunc d. Auth. bona damnatorum non ha-
bet locum, vt per Pet. de Rauen. ſing. 114. idem di
cendum videtur quando arbitrio Iudicis eſt pęna
mortis impoſita. Nam ſi non vult, non coarctatur
condemnare etiam in confiſcatione bonorum.
26 † Item quia Iudex, qui ex generali arbitrio habet
authoritatē damnandi reū capitaliter, non poteſt
bona illius cōfiſcare, ſi reus eſt præſens, Peregr. de
iur. fiſc. lib. 5. nu. 26. de pub. bono. Bald. in c. 1. ver.
ſed hic quęro, de pac. teuen. Alex. conſ. 116. nu. 13.
vol. 2. Dec. cōſ. 252. Cępol. cōſ. 17. col. 1. Nihilomi
nus in Iudice noſtro aliud eſſe teneo propter ſupre
mā authoritatē, per ea quæ paſſim dicta ſunt in hoc
tract. præſertim p. 1. ſecus in inferiore, cui datū eſt
arbitriū, vt tenet Bal. in l. 1. C. ne ſine iuſſu Princ.
27 † Et in hoc propoſito ſciendum eſt, quòd bono-
rum confiſcatio dupliciter modo imponi poteſt, vel
principaliter, aut in conſequentiam; quando ve-
nit in conſequentiam, & non principaliter, tunc
ſuperueniente morte naturali, non eſt quærten-
dum de bonis; ſi verò pœna mortis, & bonorum

confiſcatio veniunt æquè principaliter per legis diſpoſitionem, tunc ſuperueniente morte naturali, non reſoluitur pœna confiſcationis bonorum, ita colligitur ex Bal. in l.ſi quis, in princ. C.ſi reus, aut accuſat. mor. fue. Damaſ. reg. 23. vbi amoto principali dicitur amotum acceſſorium; de primo exemplum eſt, ſi ſtatutum, aut lex exprimit qualitatem delicti, & pęnam mortis, & ſimul confiſcationem bonorum; de ſecundo exemplum eſt in caſu noſtro, in quo Iudex arbitratus eſt pęnam mortis, & in conſequentiam venit bonorum confiſcatio virtute alterius ſtatuti prænarrati: & ad hæc vide Farinac. de pęn. quæſt. 10. num. 57. ver. aut verò agitur. Quando autem pęna venit principaliter, & quando acceſſorie, vi. Ang. in verb. præſente Caio, vbi ſi dicatur, Condemnamus Titium ad mortem cum confiſcatione bonorum, tunc pęna confiſcationis dicitur acceſſoria, at ſi dicitur condemnamus Titium in pęnam mortis, & in confiſcatione bonorum vtraque eſt pęna principalis, Bar. in l. 3. in fi. C.ſi pend. appell. Farinac. omnes allegans in tit. de Inquiſit. quæſt. 10. ſub nu. 47. vbi de vtilitate huius diſtinctionis quo ad hæredes condemnari, vi. infra num. 106.

28 † Redeundo ad pęnas, quæ ab aula receſſerunt, loco eorum eſt arbitrarium Iudici aliam pęnam (modò vſitatam) in ſimilibus imponere, Gloſ. in l. 1. de ſeditioſ. dummodò pęna commenſuretur delicto, Menoch. de arb. iud. quæſt. 90. num. 38. & quæſt. 83. num. 2. vbi ait pęnam variari pro temporum diuerſitate, & facinoroſorum peruerſitate; & ideò hodie eſt in vſu pęna triremij perpetui, vel ad tempus apud Italos, vel bannum, aut exilium, vel deportatio, quod noſtrates dicunt confinate in Corſicam, vel in Inſulam Arabariæ, præſertim apud Regnicolas, & Venetos propter commoditatem Inſularum, vt refert Clar. d. quæſt. 67. ver. deportatio. Rei etiam relegantur extra propriam prouinciam eius domini, in cuius dominio delictum ſecutum eſt, & delinquens fuit condemnatus, & in practica ita banniri ſolet, videli-
29 cet: † Bannimus te per triginta milliaria longè circumcirca à dominio iſto, vel plus, aut minus, prout Iudici videbitur, Clar. quæſt. 26. ver. vidi, & Baiard. loquens de quinque ſpeciebus exilij, ad Clar. quæſt. 71. num. 1. & 5. ait, quòd exulatus à loco delicti, & à patria exulatus intelligitur, per Iac. Beluiſ. in pract. iudic. tit. de fuga reo. nu. 39. quem refert, & ſequitur Vulpel. conſil. 58. num. 4. Menoch. de arb. caſ. 330. Et idem Baiard. ibi num. 6. Sed debet addi pęna non ſeruantis, quæ maior eſ-
30 ſe debet, Caball. caſ. 164. † aliud valde quotidianum dicit; quòd condemnatus in pęnam exilij, quamdiu moratur in carcere poſt dictam cōdemnationem, illud tempus computatur in tempore, quo debet ſtare in exilio, per Franc. deciſ. 317. vol. 2. & num. 9. dicit, quòd ſi tempus exilij non fuerit determinatum, ſed dictum ſit, condemno ad tempus, intelligitur per decennium, per tex. l. ſine præfinito, ff. de pęn. Tiraq. de præſcr. num. 12. quem vide, ſecus ſi ſimpliciter dictum ſit, cōdemno in exilium, quia intelligitur de perpetuo exilio, Bald. in l. 1. col. 1. C. de poſtul. l. ſeruus, C. de pęn. & de communi teſtatur Gomeſ. de delict. c. 4. nu. 3.
31 & 5. qui tenet, & concludit † exilium ad beneplacitum Iudicis trāſire ad ſucceſſorem, nec per mortem ceſſare, tametſi Bart. in l. centeſimis, §. ita ſtipulatus, de verb. oblig. cōtrariū tenet vt et ibi Bal. & cum eo omnes alij, Bertaz. conſil. 22. & ita obſeruantia eſt contra Bartolum, ex quo beneplacitum refertur non ad perſonam Iudicis, ſed ad publicam perſonam, quam repræſentat: & hanc eſſe veram opinionem, & tenendam in iudicando, Gomeſ. teſtatur, & Brun. à Sol. quæſt. 28. num. 15. Beneplacitum tàm ex parte cōcedentis quam perſonæ cui conceſſum eſt aliquando dicitur perpetuum, & ſi electa eſt induſtria perſonæ dicitur quoad viuet, cap. quem Abbas, de offic. deleg. cap. fin. de reſcrip. in 6. Dec. conſil. 3. ſub num. 5. col. 4. nec poteſt reuocari niſi noua, & iuſta cauſa ſuperueniente, Bolog. conſil. 2. num. 12. 13. 114. & 115. licet in conſil. 3. ſub num. 15. aliter referat per tex. in l. fideicommiſſaria libertas, ff. de fideicommiſ. libet. vbi conceſſa ad libitum poſſunt reuocari etiam ſine cauſa, vt not. Bart. in l. alio, ff. de alimen. & cib. leg. & trad. Alexand. in l. ſi ſic, de legat. 1. & tamen in conceſſione officiorum ſecus eſt, vt idem Bolog. reſpondit d. conſil. 3. num. 116. & num. 118. tradit differentiam, quia aliud eſt concedere ad libitum, ſeu ad placitum, aliud ad beneplacitum, quod de ſui natura importat voluntatem fræno rationis ſubmiſſam, & ex hoc apparet, quod niſi legitima ſubſiſtente cauſa, officialis non poterit remoueri, vt ſupra, & ab hæredibus concedentis, vt plures allegat idem Bolog. dict. conſil. 3. num. 120. & cum plur. ſeq. vbi ſub num. 124. ampliat etiam quod officium conceſſum fuiſſet cum clauſula quamdiu concedenti placuerit: allegat Guid. Papæ, Deciſio. 595. & quod cap. ſi gratioſè, de reſcript. habet locum in beneficijs, non autem in officijs, vt ita tenere ait, Cal. conſil. 3. Marc. Mantua Deciſ. 513. & alios per eū citatos. Et Beneplacitum ſub nomine dignitatis durat perpetuo, at ſub nomine proprio finitur morte, vt in cap. ſi gratioſè, de Reſcript. in 6. Gaſpar Caball. Milleloq. 995. par. 2. cum ibi per eum adduct. Et in hac materia Beneplaciti vi. Bal. in l. meminiſſe, col. 2. ver. Quarto, ff. de offic. Proconſul. & leg. & quod in gratijs, & beneficijs Beneplacitum non intelligatur perpetuum, Put. de ſynd. in verb. ſucceſſor. in officio, cap. 2. verſic. ſi Princeps, num. 6. & quod an morte extinguatur, vi. Bart. & Doct. in l. centeſimis, §. ità ſtipulatus, de verb. oblig. Didac. Couarru. varia. reſolut. lib. 3. cap. 15. col. 1. 2. & 3. Gomeſ. varia. reſolutio. lib. 2. cap. 8. num. 5. Menoch. de arb. quæſt. 69. & ibi in no. Add. Nunquid per deportationem ad beneplacitum ſit locus reſtitutioni dotis, vt in caſu mortis viri, cum deportatio æquiparetur morti, vt per Brun. à Sol. loc. ſupra cit. & dicitur quod ſic, tex. in l. ſi marito, ff. ſolut. matrimon. & inſuper nota quod bannitus ſub conditione videlicet ad beneplacitum alicuius in dignitate conſtituti, ceſſante dignitate, bannum reſoluitur, cap. gratioſè, de reſcript. in 6. Gozad. conſil. 22. Couarru. lib. 3. cap. 5. per tot. vi. Capic. Deciſ. 116. num. 6. Boct.
32 Deciſ. 149. num. 14. † & qui exilium frangit, regulariter tenetur exulari per tempus duplicatum, exemplo eius qui ob tempus non ſeruatum condemnatur in duplicatis inducijs, Inſtitut. de except. §. hodie autem, Peguer. quæſt. crim. cap. 41. Bald. in l. 1. in fin. C. de Monopol. & de pęnis, quæ hodie ſunt in vſu, vide Clar. quæſt. 64. vbi iuxta caſus contingentiam in practica inuenies: in criminalibus verò non conceduntur induciæ, Gloſſ. ordin. 3. quæſtio. 2. in Summa, Roman. ſingul. 698. Euerard. in ſua Centur. loc. 77. lit. A. & B.

33 † Verum pęnæ de iure communi ferè omnes per ſtatuta locorum, vel Principum decreta ſunt hodie vel auctæ, vel diminutæ. Ideoq; ſtatuta ſunt benè, & diligenter conſideranda, & videndæ ſunt conſtitutiones, & proclamata Principū, & illa ſeruanda, vbi ſtatutum non loquitur, vel ſi ſunt correctoria

rectoria

Digitized by Google

34 tectoria ſtatuti, † quia leges Principis dominan-
tis ſunt loco iuris communis, vt inquit D. Borgn.
Caualc.deciſ.35.per tot. p.1. Bart. & Iaſ. in l.om-
nes populi, ff.de inſt.& iur. & in l. cunctos popu-
los, C.de ſum. Trin. & fid. Cath.niſi capitula hanc
tollant dubitationem, vt Fiuizani anno 1547. Sed
Bargę cauetur expreſſè à ſtatuto, vt in caſibus omiſ
ſis à ſtatutis Bargæ recurratur ad ius cõmune Ro-
manorum, vide Caualca.deciſ.12.par.3.& in pro-
poſito multa ſpecialia ponit Fab. à Monteleo. in
ſua pract.arb. par. 4. per tot. & demum recurritur
ad ius commune.& capitula quæ habent vim con
tractus ſunt ſeruanda etiã in foro poli, ait Gomeſ.
var.reſol.c. 10. ſub num.3. ver.ſed attende, tom.2.
car.mihi.198.vbi alleg.S.Thom.2.2.q.96.

35 † Quotieſcunque autem pęna eſt arbitranda,
tunc debet ratio haberi qualitatum delicti,& per-
ſonarum, vt inquit Gomeſ.var.reſol. tit.de delict.
c.6.num.4.quia ſenectus, iuuentus, furor, ebrietas,
ira, ignorantia, magna virtus, & excellentia Reip.
vtilis, in delictis leuibus, & grauibus excuſatio-
nem præſtant, Clar. q.60. per tot. ſecus in delictis
penſatis,& præmeditatis,& ſi quis eſſet ſolitus de-
linquere, vel delinqueret in perſonam publicam,
vel in magna dignitate conſtitutam, Abb.in cap.
ſuper ſpoliatione,de ord.cog.& infra dicam.

36 † Qua de re ſciendum circa criminum qualita-
tes pœnam augentes, quòd ſi qualitas aggrauans
delictum non eſt expreſſa in querela, ſeu in libel-
lo accuſatorio, ſufficiat vt præſumptione iuris ex
narratis in libello percipiatur, prout communi-
ter concluditur, Soc.conſil.188.lib.2. quem Clar.
alleg.q.90. verſ.in hac autem materia, ſicut etiam
in cauſis ciuilibus. Hinc eſt quòd inquiſitiones
cautè formari ſolent cum narratione facti, & for-
ſan ad tollendas has dubitationes inoleuit practi-
cta in Statu Sereniſſ. Magni Ducis Domini mei,
in quo non formantur inquiſitiones, pręſertim in
Patria mea more aliorum locorum, niſi ſe conſti-
tuat, quia datur ſolum copia inquiſitionis ſi peta-
tur, ſed non tranſmittitur, vt aduerti in 2.par. nu.
299. Sed vbi hæc magis communis practica ſerua-
tur formandi inquiſitiones, ſi qualitas aggrauans
minimè deducta ſit, nec in proceſſu accumulata,
ſed duntaxat incidẽter probata exurit, ſat erit, quia
Iudex per eam poterit augere pęnam, prout iuris,
Gomeſ. de delict. c. 11. nu.8. vbi teſtatur de com-
37 muni, & rationem aſſignat; † quia in criminali-
bus non requiritur, vt ſentẽtia ſit conformis libel-
lo, dummodò delictum ſit probatũ, ſic etiam qua-
litas non probata, ſi de principali delicto conſtat,
quis de conſuetudine condemnari poteſt, Clar.d.
q.66. multò minus cum ſententia profertur à Iu-
dice Brachij Regij, Aſin.pract.in 1.c.2.ſub nu.29.
& 30. vt in Reper. in verb.libellus non attẽditur,
vbi iura,& libellus ineptus nõ nocet, Bal.in l.quid
ergo, §.pęna grauior, ff.de infam. Bar.& alij in l.li-
bellorum, de accuſ. Alex. ad Bar. in l.ſi quis dela-
torem, ff.de iur.fiſc.

38 † Alia qualitas deducitur, quę appellatur quali-
tas ſcientiæ,& hæc debet probari ab allegante ſciẽ
tiam, tex.cum Gloſ.& DD.in l.qui cum alio con-
trahit,de reg.iur. & in l.quod te,ff.ſi cer.pet. & de
hac ſcientiæ qualitate, Maſcard.latè concl.879. in
verb.ſcientia, vbi multas concl.

A Et in hoc propoſito circa accuſationis qualita-
tem, & accuſatoris excuſationem, vltra ea quæ in
materia expenſarum dicta ſunt, nu.104. & 140. &
alibi in 5.p.& quę in hac 4.p. dicentur, ſcias in pra
ctica quod ſi quis accuſat non ſimpliciter, ſed qua-
lificatiuè, vel cõditionaliter aliquem ob aliquam
diffamationem extrinſecè, vt de furto, vel alio de-
licto, de quo per Farinac.de accuſa.q.16.nu.61. vel
detulit curię aliquẽ qui iactauit ſe feciſſe illud deli
ctum quod hactenus occultũ fuit, & is de tali pro-
palatione delatus eſt, tali propalatione, iactantia,
aut manifeſtatione probata, delator, aut accuſator,
vel querelator non incurrit pęnam temeritatis, iu
xta l.eum quem temerè, ff.de iud.& §. f. Inſtit.de
pęn.temer.litig. etiã ſi querelatus abſoluatur: quia
ſi qualitas deducta eſt probata accuſator nõ eſt in
aliqua calumnia, l.1.§.calumniatores, & ibi Bart.
ff.ad Turpill. Vnde in eo, in quo quis tantum ſe a-
ſtrinxit ſi non ſuccumbat non tenetur, arg.l.Grac
chus, ff.de adult.l.ſi ideò, ff.quib.vt indign.DD.in
l.qui accuſare, C.de edend.& ita iudicatũ fuit Flo-
rẽtiæ ad fauorem Andreæ de Gaſſano, anno 1603.
ex voto D. Auditoris Caballi,& aduerſarij mani-
bus vacuis remanſerunt, & videtur eſſe de mente
D. Farinac.d.q.16.nu.62. At ſi Iudex in proceden
do exceſſit litem ſuam fecit, vt ad alium ſi.dixi, in
5.p.& ſuprà in 3.p.nu.254.ipſe tenetur,& nõ que-
relans verſus carceratos, quia culpa eſt ſua, l.ſanci-
mus, de pęn.c.damnũ, de reg.iu.in 6. & ſcias quod
ſi ſtatutum velit præmiũ dari accuſatori, quod nõ
debetur illi qui accuſat qualificate, vel ſub condi-
tione hac, ſi verum erit. Petr.à Rauentia.ſing.888.
cum iuribus ibi adduct. Nec etiam quando princi
paliter accuſat ad propriam vindictã, ſecus ſi pro
bono publico. Corſet.ſing.309. Bar.in l.lex Cor-
nelia ad Sylla.dixi in 1.par.ſub nu.228. nec etiam
cõſequitur præmium qui accuſat ad propriam de-
fenſam, ar. l. nulla macula, C.de Delator. lib. 10.
Corſet.d.ſing.309. Petraſancta ſing.14.num.10.

B Cęterum querelans purè, non obſtante clauſula
non ſe aſtringendo, ſi non probat tenebitur ſolue-
re expẽſas, per d.l.1. ff.ad Turpill. niſi id ratione
officij, vel exploratoris faciat, vel niſi docuerit de
legitimo impedimento, vel de facto alieno, ad quę
vide in pract. de teſt. in ver. impedimentum, &
Petr. Tauer.ſing.966. Boſſ.de iniur.num.4.quem
adducit in propoſ. Farinac.d.q.16.nu.69.car.153.
& de clauſula nõ ſe adſtringendo, inf.5.p.nu.266.

39 † Verum in materia noſtra criminali, & circa
ſtatuta, dico, quòd ille, qui bannitum receptat (li-
cèt alleget ignorantiam ſuam) videlicet ignoraſſe
cauſam banni, vel eius qualitates, tamen non excu
ſatur, quia tenebatur prius inueſtigare ſi erat pro-
hibita huiuſmodi receptatio, Nell.de bann. q.20.
in fi.3.par.2.temp. Plot.de in lit.iuran.§.52.nu.14.
40 vt infra dicam,& ex hoc ſubinfertur, † quòd igno
rantia qualitatum non excuſat illum, qui ſcire de-
bet, aut ſcire præſumitur, d.l.quod te, ff.ſi cert.pet.
præſertim ſi delictum eſt de iure naturali, vel gen-
tium prohibitum, idem delinquendo in ijs, quæ
41 ſunt iuris ciuilis, vel Canonici, quia † non licet
ignorare iura, l.2.de iur.& fac.ignor. vide Put. in
tract.ſynd. in ver.pęna, c.8. num.1.2. & 3. vbi di-
ſtinguit, vt dicam in 5.par.

42 † Porrò ſcientia præſumitur in vicinis, notis,
agnatis, cognatis, & familiaribus, præſentibus, &
non abſentibus, tex.gl.& DD.in l.non hoc, C.vn.
cog. Maſcard.concl.879.cũ alijs ſeq.facit Gabriel.
com.concl.tit.de reg.iur. concl.5. vbi loquitur de
ſcientia, & ſimul de ignorantia, ſi vtraque præſu-
mitur, Dec.in d.l.qui in alterius, de reg.iur. D. Me
noch.de arb.q.72.& caſ.186.& Maſcard.d.concl.
879.vbi tractat quando ignorãtia in facto proprio
excuſat,& concluſ.633. vbi de ignorantia in facto
alieno, & per alias multas concluſio.vbi de igno-
rantia iuris, & facti; in ſumma qui ratione officij
ſcire, aut facere debet, non excuſatur ob ignoran-
tiam, vel per non factum, per dict. reg. qui con-
trahit, de reg.iur. & negligentia hoc in caſu, culpæ

annumeratur, vt infra in 5.par.num.43.72.170.&
alibi, nam qui non facit quod debet, dicitur eſſe in
culpa, & habet regulam contra ſe: reg. qui non fa-
cit, cum vulg. & tenetur probare ſuam innocen-
tiam, ſupra in 2.par. ſub num.267. vi. text. in l. ſi
ſeruum Stichum, in princ. de verb.oblig. Decia.
de delic. tr. de culpa.cap.6.num.6.tom.1.lib.1.
43 † Rurſus quoad receptationem banniti, aut de-
linquentis, qui receptat, dicitur ſciens, primò ſi no
torius ſit delinquens, aut bannitus, ſecundò ſi fuit
iuxta ſolitum bannum publicatum, per loca ſoli-
ta, & ad hæc vide Franc. Marc. in deciſ. Delphi. q.
523.lib.2. Cacheran.deciſ.71. Clar.q.60.ver. nun-
quid, Blanc.pract.crim.in ver.ignorantia, vbi an
proclama abſentes afficiat: tertiò quando recepta-
tor fuit præſens delicto: quartò, quando in loco
erat fama publica eum eſſe delinquentem, & de
omnibus ijs qualitatibus habetur per Fabia. à
Montel.in pract.arb.4.p.num.907.& ille qui poſt
delictum delinquentem receptat bona fide, de iu-
re communi non punitur, l. ſi qui, C.de adult. Put.
de ſyndic. in verb. tortus, c.3. ſed tenetur tantum
de receptatione ſimplici, non autem tanquam ſo-
cius criminis, Bart. Soc. conſil. 262. Bonacoſ. in
ſuis quæſt.crim.ſuper ſtatu.in verb.receptans, vbi
multa trad.in practica.
44 † Hinc quæro; dicit ſtatutum, quòd ſi quis re-
ceptauerit bannitum, vel diffamatum ob delictũ
capitale, incurrat pœnam rebellionis, & læſæ Ma-
ieſtatis: modò quidam ſcienter receptauit ſtatim
delinquentem nõdum diffamatum, ſed bene ſci-
uit deliquiſſe delicto capitali atrociſſimo, nun-
quid iſte incurrit pœnam ſupradictam? & videtur
45 dicendum, quòd ſic, † quia etiam in pœnalibus,
& correctorijs fit extenſio, Bart. in l. quemadmo-
dum, cir. med. & per gloſ. ibidem, C. de cenſ. &
agric.lib.11. Caſtr.in l.bona fides, ff. depoſ. Bald.
in l.non ſine, ad fin. de bon. liber. & pœna locum
habet etiam in caſibus in ſuperficie literæ diuerſis
ab identitate rationis, Gloſ.in Clem.1.ver. Præſi-
46 dentes, cir. fin. de reſcript. † Nam vbi eſt eadem
ratio, vel omnimoda ſimilitudo, non dicitur pro-
priè fieri extenſio, Gloſ.in cap.1. in ver. Italiæ, de
temp.ord. lib.6. multò magis dicitur caſus com-
prehenſus expreſſè, & non per interpretationem,
quando ſubeſt maioritas rationis, l.etſi non defen
datur, ff.de pœn. quoniam plus eſt ſcire certò quem
capitaliter deliquiſſe, quàm eum eſſe diffamatum,
ex quo eſſe poteſt, quòd quis ſit diffamatus, & ta-
men iniuſte, quia non deliquit; Item eſſe poteſt, vt
quis receperit ignoranter delinquentem diffama-
tum; ſed quando verè ſciuit deliquiſſe, & recepta-
uit, hoc magis eſt, & maius peccaſſe dicitur, & ip-
ſo facto in mala fide conſtituitur, ar. l.fine, ff. de
vſucap. & dicitur in dolo vero, l. ſi quis in graui,
47 §. ſciens, ad Sylleia. † Præterea vbi aliqua com-
muniter æquiparantur à iure communi, tunc di-
ſpoſitio pœnalis odioſa, & exorbitans loquens in
vno caſu ſpecificè, extenditur ad reliquum, Glo.in
cap.fin. poſt verſ.prouiſione, de elect. in 6. ſimili-
ter Diſpoſitio quantumcunque pœnalis extendi-
tur, ſi tendit ad alterius declarationem ad omnes
caſus, vbi diſpoſitio antiqua per nouam recipit
declarationem neceſſariam, cap.quiſquis, 84.diſt.
pulchrè Rom.conſil.105.ſub nu.2.& vide Brun.à
Sol.quæſt.27.num.11.& Marſ.§.aggredior, num.
64.cum ſeq.& de materia extenſionis latiſſimè di
cam infra num. 380. vſque ad num. 530. vbi tra-
ctatum ferè integrum feci de extenſione, & re-
ſtrictione.
48 † Verum contrarium de iure veriùs eſſe dico
in caſu illo, quia ratio ſtatuti debet attendi, l.cum
ratio, de bon. damnat. & mens prænarrati ſtatuti
ea eſſe dicitur, quòd banniti, etiam diffamati æ-
quiparentur poſtquam in eadem diſpoſitione, ra-
tione, & pœna ſimul comprehenduntur, l.cum
actum, de neg.geſt. cap.tranſlato, de conſtitut. Et
quoniam maius delictum facit, qui publicè con-
temnit iuſtitiam, quam ille, qui hunc finem non
habet, l.ſi quis, §. qui abortionis, ff.de pœn. l.exem-
plo, C. de probat. is receptator non dicitur contra
publicam iuſtitiam veniſſe, quandoquidem rece-
ptauit delinquentem adhuc nõ diffamatum, quod
multum re, & verbo differt à mente, & verbis ſta-
49 tuti, † & vbi verba non conueniunt, non conue-
nit diſpoſitio, l.4.§.toti, de damn. infect. l. quod
conſtitutum, de mil.teſta. ſtatutum itaque factum
videtur ad reprimendam audaciam illorum, qui
non timent iuſtitiam publicam offendere, recep-
tando bannitos, & diffamatos, quia res eſt mali
exempli; non ſic ſi delinquens adhuc non eſt dif-
famatus, quia peccatum occultum minus puni-
tur: eſt tex. Inſtitut.de iniur. §.3. vbi furti manife-
ſti pœna eſt quadrupli, non manifeſti dupli: Pu-
blicum verò peccatum magis punitur, vt euitetur
malum exemplum; cuius cauſa grauior pœna im-
ponitur, l.omnes, §.in acie, de re mil. Bar. in l.aut
50 facta, §.qualitate, ff. de pœn. † & in pœnalibus ſi
aſſignatur ratio diuerſitatis in mente, & verbis,
non eſt recedendum à proprietate verborum, l.nõ
aliter, de legat.1.l.ſemper in pœnalibus, de reg.iur.
l.non videtur, §. in pœnalibus, vbi Dec. num.10.
ff.eod. quinimò interpretatio fit contra proprium
ſignificatum verborum, vt pœnæ molliantur,
Bart.in l.centeſimis, §.ſi ita ſtipulatus, de verb.ſi-
51 gnificat. † Non obſtant in contrarium adducta,
quia non fit cõprehenſio caſus ſimilis, ſi extat alia
diſpoſitio expreſſè caſum ſimilem continens, &
hoc ponit falcem ad radicem, vt de alio ſtatuto
puniente receptantem delinquentem ſimpliciter,
quia primum loquitur de diffamato de delicto ca
pitali; ſecundum loquitur de delinquente ſimpli-
citer; Ideo quælibet diſpoſitio propriam pœnam
habet, vnam diuerſam ab altera, & ex diuerſis nõ
benè infertur, l. Papinianus, §. exuli, de minor.
52 † & propterea ſi per aliam diſpoſitionem eſt pro-
uiſum caſui omiſſo, & per eam delictum eius
omiſſi in primo ſtatuto impunitum non rema-
net, iux. l.ita vulneratus, ad leg. Aquil. tunc non fit
comprehenſio ab identitate rationis minuſque
extenſio, Bald.in l.tranſigere, num.11.ver.iſte paſ
ſus, C.de tranſact. nec adeſt maioritas rationis, de
qua in contrarijs per ea quæ dicta ſunt pro hac par
te; & eo minus procederet ſi Rubr. ſtatuti loque-
retur contra diffamatos, quia ſtatutum locum nõ
habet non verificato præfactio, Gloſ. & Doct. in
l.mancipia, C.de ſer.fug. Bertazol.conſil.2.nu.37.
& alibi, lib.1.

Nec ſtatuentes credendum eſt interrogatos re-
ſponſuros fuiſſe hunc caſum velle comprehendi
in dicta prima diſpoſitione, cum ſciuerint com-
prehenſum eſſe in alia diſpoſitione, & ſic ceſſare
etiam videtur ratio Romani cõſil. 105. & pro hac
parte conferũt valdè iura adducta per Cachera. de-
ciſ. Pedamont.66.& Euerar.in centu.loc.35. arg.à
ratione legis larga. Poſſent nihilominus cõcurre-
re aliæ qualitates magis aggrauantes delictum in
iſto receptatore, vt locus eſſet pœnæ arbitrariæ,
puta triremij perpetui, ſi prius ſciuerat tale delictũ
eſſe patrandum, multò magis ſi ipſe mandaſſet,
quia ſi non conſtaret de reuocatione, poſſet puniri
non virtute dicti ſtatuti, ſed pœna alterius ſtatuti
de mandato, et receptatore delinquentis, iuxta qua
53 litatem criminis; † & in materia duorum ſtatuto-

rum pro eodem delicto pęnam diuerſam imponē-
tium, an altera alteram pęnam tollat, vide Cauałc.
deciſ.6.nu.6.p.1. Bonacoſſ. in ſuis quæſt. crim. ſu-
per ſtatu. in verb. pęna, & infra ſub num. 105.
54 † Modò ad rem; dixi habendam eſſe rationem
qualitatum delicti, & delinquētium, vt docet Put.
in verb. pęna, c.8.& 10. & pulchrè Guid. Pap. de-
ciſ.206.nu.14.& 15. Nam aliqui delinquunt caſu,
vel in rixa, vt à communiter accidentibus contin-
git viris glorioſis & ſuperbis; vt in Prou. 13. habe-
tur: Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt. Aliqui pro-
pter ebrietatem, & ij (ſi non ſunt ſoliti ebriari) me-
rentur aliquam veniam; quoniam alij ſunt fatui,
& multò minus puniuntur, Imol. in l. ſi verò, §. de
viro, ff. ſolut. matr. Alij delinquunt ob conſuetudi-
nem, & habitum prauum, quibus maior pęna ir-
rogatur, l. quid ergo, §. pęna grauior, ff. de ijs, qui
not. infa. & in ijs, & quam pluribus alijs caſibus
pęna ordinaria locum nō habet: quamuis Clar. in
§. homicidium, verſic. dicunt non excuſaret à pęna
ordinaria illum qui volens occidere vnum occidit
alium, & Genuæ in loco Seſtri delinquentes in
vnum quem ſuum inimicum eſſe crediderunt, &
non erat, exemplari pęna puniti fuere, ſed qui tale
delictum faceret prouocatus, in pura rixa, vel non
penſatè, tunc crederem pęnam extraordinariam
locū habere, de hoc Pet. Caball. caſ. cri. 31. & Add.
ad Clar. d. §. homicidium, & de huiuſmodi delin-
quentium diſtinctionibus vide omninò Fab. à
Monteleo, pract. arb. par. 5. num. 15. 16. & 17. cum
alijs ſeq. car. mihi 397. vbi de qualitate in anima
conſiſtente; de qualitatibus corporis tam de natu-
rali, quàm de accidentali, ſub num. 20. concludit,
quòd tria requiruntur ad hoc, vt nobilitatis cauſa
pœna minoretur, videlicet nobilitas natalis, & quod
in bonis conſpicuus ſit in diuitijs, in luceq́ue, &
exercitio circumſpectus, & vide Farinac. q. 23. &
55 Clar. q. 68. † Si verò nobilis in derogationem, ſi-
ue contumeliam officij, vel dignitatis deliquit,
tunc magis punitur nobilis, quàm ignobilis, Cę-
pol. conſil. 39. num. 23. & 24. & in hac materia di-
ſtinctionis perſonarum vide DD. quos adducit
Baiar. ad Clar. q. 60. à num. 92. vſque ad num. 106.
Bertazol. conſil. crim. 356. num. 10.
56 † Pœna autem homicidæ (qui ex propoſito oc-
cidit) de conſuetudine, eſt amputatio capitis, c. 1.
de homicid. & l. 1. ad leg. Cor. de ſicar. ſi in pura ri-
xa, & affectata pœna eſt triremij perpetui, non af-
57 fectata ad tempus, vel perpetui banni. † Aſſaſſini,
qui pecunia, vel pretio occidunt pœna furcarum,
& aſſaſſini vias publicas frequentantes (vltra fur-
carum pœnam) ſolent eorum cadauera in fruſta
ſcindi, & appendi ad loca delictorum; ſimili pęna
plectuntur famoſi latrones, & qui ſimul cum la-
trocinio occidunt. Nam ad caudam equi ducun-
tur ad ſupplicium, & interim forcipibus igneis in
diuerſis corporis partibus affliguntur; fures fuſti-
bus publicè afficiuntur; fraudatoribus ictus funis
in publico; falſarij mitra cum eorum falſitatis in-
ſcriptione coronantur, & fuſtigantur publicè, aut
in publica berlina ſtare per aliquas horas ſolent,
quæ appellatur pœna colariæ à Clar. q. 70. verſ. eſt
etiam, & vet. mitre, D. Menoch. de arb. iud. q. 80.
num. 41. Farinac. d. tit. de pœn. quæſt. 19. num. 29.
58 † & in ſumma in pœnis imponendis ſeruanda eſt
regulariter conſuetudo illius loci, in quo quis iu-
dicatur, per Gloſ. not. in l. 1. C. vbi de crim. agi
opor. niſi proceſſus eſſet factus in vno loco, & de-
59 lictum in alio, † quia in procedendo attenditur
locus iudicij, & in condemnando locus delicti,
maximè ſi locus Iudicij eſt ſub eodem Principe,
ad quæ vide Clar. cum ibi per eum adduct. q. 85.
ver. tertius eſt caſus: ſed ſi ille, qui punitur, deli-
ctum extra iuriſdictionem Principis ſui Domini
fecit, non quæritur qua pœna ibi delinquentes pu-
niantur, ſed punitur pœna impoſita à ſtatuto loci
in quo punitur, Maria. in §. poſtulaſti, num. 16. de
foro competen. ar. in l. cunctos populos, num. 47.
C. de Summa Trinitate, & Fide Cathol. Decian.
de delict. lib. 4. cap. 16. num. 4. tom. 1. Item pro pœ
na nobiles, & mulieres quandoque in carceribus
relegari ſolēt, iux. l. qui diutino, ff. de pęn. & hęc pę
na de conſuetudine apud laicos ſeruatur, Clar. q.
85. & ibi Baiar. num. 43. verſ. ſed quæro, Menoch.
de arb. iud. q. 88. & 89. & ad tempus, non autem in
perpetuum, quia à iure prohibita eſt talis pęna,
quæ poſſet commutari per Iudicem liberum ar-
bitrium habentem in pęnam damnati in metal-
lum. Soc. in rubr. de pęn. num. 21. cum ſeq. quem
adducit Baiar. ad Clar. quæſt. 83. num. 43. & vide
Farinac. d. tit. de pęn. q. 30. vbi etiam de fugienti-
bus è carceribus. Hodie pęna triremium valde eſt
in vſu apud nos: eſt quippe purgatorium in hoc ſe-
culo, & remiges obeunt decies in die, & impatien
tibus continuus dolor, & labor, ac angor animi,
& cruciatus, ſuccedit loco pęnę in metallum.
60 † Quid autem ſeruetur de iure Canonico, tra-
dunt Scribentes in l. Imperium, ff. de iuriſd. omn.
iud. & Innoc. in cap. qualiter, il 2. de accuſat. Soc.
de iuſtit. & iur. q. 2. art. 3. Diaz. pract. Cano. c. 129.
eſt etiam in vſu pęna indignationis Principis, de
qua per Menoch. de arb. caſ. 365. & Iaſ. in d. §. in
bonę fidei, nu. 37. cum ibi per eum adduc. de act.
& de hac dixi ſup. in 2. par. num. 255. grauiſſimè,
& ſupra modum puniuntur parricidæ, & meritò,
olim namque parricida inſutus culeo viuus cum
vipera, gallo, & ſimia in profundum maris im-
mergebatur, vt quodammodò adhuc viuus pę-
nas inferni (ſi comparari licet) is crudelis ſenti-
ret, de qua Plac. epit. delict. lib. 5. cap. 12. num. 17.
Decia. de parricid. Farinac. & alij de quibus ſuprà,
& non potuit in mentem Solonis legum condi-
toris cadere quod filius tanti ſceleris fuiſſet vn-
quam qui patrem occidere attentaret, ideoq́ue de
pęna parricidij nihil ſtatuit, quia non cogitauit
61 euenire poſſe. † Eſt etiam † pęna detruſionis in
Monaſterium, qua vtuntur Eccleſiaſticæ perſo-
næ: item laici ob malam vitam vxorum, & alia-
rum mulierum; & de ijs, ac alijs pęnis latiſſimè
apud Farinac. de pęn. quęſt. 19. & 20. Foller. pract.
crim. verſic. pęnis debitis feriantur, vbi num. 47.
ponit verba quibus profertur ſententia mortis, vi-
delicet, condemnamus in pęnam mortis, ita & ta-
liter vt moriatur, & vitam laqueo finiat: ſi eſt de-
capitandus, dicitur, ita vt caput à ſpatulis ſepare-
tur, ſic apud Clar. q. 67. vbi Baiar. num. 6. & Aug.
62 de malef. in verb. caput à ſpatulis. † Et quotieſcū-
que in lege, aut ſtatuto ſit mentio de furca, gla-
dio, ferro, igne ſeueriſſimo, vel grauiſſimo, aut no
uiſſimo, ſeu amariſſimo vltimo ſupplicio, obliga-
tione mortis, vel ſanguinis depoſitione, datur in-
telligi criminoſum (de quo ibi ſit mentio) ad lite-
ram occidendum eſſe, Farinac. de pęn. d. quęſt. 19.
num. 10. q. 30. num. 5. quando diceretur, quòd pę-
na acerrima plectatur, quia de pęna mortis intel-
ligitur, vt not. in l. 1. C. de ſeditio. l. 1. C. ne lic. ſi-
gn. ſaluat.
63 † Verum ad remouendas difficultates cauti Iu-
dices ſolent in pęnis imponendis potius abunda-
re verbis, quàm vti breuitate, ne ſequatur illud
Horatij dictum, breuis eſſe laboro, obſcurus fio, vt
intelligatur qua, qualis & quanta ſit pœna, Alex.
conſil. 37. num. 25. col. 2. & in propoſ. Caualc. de-
64 ciſ. 7. num. 18. p. 1. † & quamuis in arbitrarijs pę-
na

na vſque ad mortem extendi non poſſit, Signo-
rol. conſil. 117. num. 51. verſic. Item præmitto
quòd licet in arbitrarijs, Clar. q. 83. verſ. ſed quæ-
ro, & ver. præterea, vbi Baiar. & pulchrè D. Me-
noch. de arb. q. 86. per tot. etiam appoſitis illis ver-
bis, & plus, & minus, quia ſi comprehenderetur
mors, non diceretur proceſſiſſe per viam pluris,
ſed per viam maioritatis, vt ita loquitur Farin. de
pœn. q. 17. num. 52. quia eſt differentia à pluralitate
ad maioritatem, ſicut eſt à termino à quo, ad ter-
65 minum ad quem; exemplum † ſi pœna ſtatuti ſit
centum aureorum, & ſtatutum dicit, & alterius ar
bitrio Iudicis, intelligitur, vt poſſit condemnari
in aliquo pluri, puta in centum quinquaginta, nō
autem ad mortem, per l. hæc adiectio, de verb. ſig.
& conferunt, quæ ſuprà dixi in 3. par. nu. 28. & 29.
66 † Similiter ſi ſtatutum indicit pœnam pedis, vel
aliam, eſt intelligendum de conſimili pœna, Soc.
in l. 1. num. 4. de reb. dub. Cæpol. in l. ſi fugitiui,
num. 40 & 41. C. de ſer. fug. Menoch. de arb. q. 9.
num. 3. & ſic gradatim eundum eſt, & non de vno
extremo ad aliud extremum: Hæc tamen ceſſant
in Iudice noſtro tam amplum, liberum, & abſo-
lutum habente in procedendo, & condemnando
non ex abrupto, ſed iuſtitia mediante, facit Io. de
Imol. in l. 2. ff. de publ. iudic. quem ſequitur Aret.
§ in ſumma, Inſtit. de iniur. Petr. Caball. caſ. cri.
92. quod verum eſt etiam in noſtro Iudice ſupre-
mi arbitrij, qui ſemper debet ſecundum iura, &
67 leges iudicare, c. iudicetur, q. 7. † Nec poteſt face-
re crimen non capitale, quod ſit capitale, & per
conſequens non poteſt pœnam mortis imponere,
ſi delictum non eſt capitale, Felyn. in c. ex literis,
de conſtitut. quamuis poſſit ſuis præceptis facere
de non delicto delictum, vt iubere ne quis eat per
certam viam, vel vt non exeat de domo, aut vt fi-
deiubeat ſub certa pœna, & ſimilia, de quibus ſu-
prà in 2. par. num. 302. Et ſtante libero arbitrio
procedunt dicta à Marant. in ſua pract. 4. par.
68 num. 65. † vbi dicit, quòd hodie omnis pœna,
etiam determinata à iure, eſt arbitraria, per l. ho-
die, ff. de pœnis contra illos, qui dicunt fruſtrato-
rium eſſe tractare de arbitrarijs; quandoquidem
omnia aſſerunt eſſe determinata à iure, vel per re-
gulam, vel per ampliationes aut limitationes, ta-
men Bald. in l. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de ijs,
qui not. infa. dicit, quod dicta lex hodie non habet
locum propter ſtatutum ſpeciale; ſed reuera nega-
ri non poteſt, quin multum tribuendum ſit autho
ritati Iudicis noſtri, qui poteſt, vt diximus, proce-
dere per proceſſum informatiuum, & ſic ordine
iuris non ſeruato, & poteſt etiam maiorem, vel
minorem pœnam imponere, & alia multa facere,
quæ ſanè à tam amplo libero arbitrio dependent,
dummodò ex cauſa iuſta id faciat; Put. in verb. pœ
na, c. 8. num. 11. & 12. & latè per Fabia. à Monte-
leo. in ſæpè allegata pract. arb. Farin. de delict. &
pœn. q. 17. vbi in propoſ. regulæ cum mult. limit.
diffusè loquitur, & dummodò pœna ſit iuxta men
ſuram delicti, per l. ſancimus, cum concor. ff. de
pœn. Franc. Marc. deciſ. 912. lib. 1. D. Menoch. de
arb. q. 86. nu. 30. & 31. & latius infra dicam, & om
nis pœna indicta à lege, ſtatuto, conſuetudine, vel
pendens à Iudicis arbitrio etiam in foro poli iu-
ſtè exigitur, vt per Caball. milleloq. 874. par. 2.
69 † Hinc eſt, vt Iudex noſter ex duabus ſemiple-
nis probationibus poſſit imponere pœnam etiam
corporis afflictiuam, vt dicit Clar. de Senat. Me-
diolan. q. 63. verſic. tu ſcis, in fi. Secus quoad alios
Iudices, Menoch. de arb. caſ. 492. vbi allegat Io.
Bapt. à Sanc. Seuer. in l. admonendi, num. 207. ff.
de iureiuran. idem Menoch. de præſumpt. lib. 1.
præſump. 41. & Gabr. com. concl. lib. 1. tit. de pro-
bat. concl. 1. num. 23. vbi ponit, quando duæ ſemi-
plenæ probationes coniunguntur, quando ſcilicet
agitur ad pœnam corporalem, vel pecuniariam, &
70 Gabr. pariter ait d. concl. 1. nu. 26. † quòd ſi quis
proceſſatus fuerit diuerſo tempore, ſeu diuerſis in-
ſtantijs, probationes diuerſorum proceſſuum (in-
tellige hinc inde ſemiplenæ) non coniunguntur
ad condemnandum, de quo vide Felyn. in c. qua-
liter, & quando, §. ad corrigendos, de accuſat. dixi
in pract. de teſt. p. 2. num. 125. & in 3. par. num. 99.
& nu. 105. Ro. conſil. 8. Mynſing. obſer. 99. cent. 2.
71 † Et hinc nota quòd plura, & diuerſa indicia con
iunguntur ad plenam probationem, vt locus ſit
pœnæ, exemplum eſt quando plures deponunt vi-
diſſe aliquid fieri, at teſtes non erant pariter con-
gregati in eodem loco ſimul, ſed vnus poſt alium
aduenit, & vidit, Bald. in l. ſi quis ex argentarijs,
§. 1. num. 4. C. de eden. Grammat. deciſ. 11.
72 † Et in ijs, quæ ſunt difficilis probationis, non
oportet omnes probationes eſſe in ſuo genere per
fectas, Ro. conſil. 7. col. 2. in princ. Gabr. d. tit. de
probat. concl. 1. num. 32. cum ſeq. Menoch. de præ
ſumpt. lib. 1. q. 41. ad quos eſt recurrendum in ma-
teria duarum ſemiplenarum probationum: facit
quoque Gand. de quæſtio. & tor. q. 1. nu. 41. col. 2.
73 † vbi ait, quòd ſi maleficium non eſſet legitimè
probatum apud acta, & deficeret quid modicum,
non in dicto, ſed quia aliquis ex teſtibus non eſſet
omni exceptione maior, tunc virtute liberi, & am
pli arbitrij Iudex noſter poterit fidem pro plena
habere, ex quo probationes hodie videntur arbi-
trariæ, & Iudex ſi credit teſtem (alias inhabilem)
in cauſa dicere veritatem, poteſt fidem adhibere,
vt dixi in pract. de teſt. p. 3. & ſuprà in hoc tract.
par. 3. & ita dicunt Dd. Cano. in c. quoniam con-
tra, de probat. vbi Dec. num. 4 nec eſt neceſſe Iu-
dici noſtro cauſam tam luculenter exprimere, ſi-
cut alijs Iudicibus, Caualc. deciſ. 45. num. 1. par. 1.
quia cum Iudex noſter eſt certus in conſcientia
rem ita ſe habere, & teſtem veritatem in ſubſtan-
tia dicere, nō curat de tot alijs adminiculis, Marſ.
ſing. 486. ſat eſt quod ſine quibuſuis teſtibus iudi-
74 care non poteſt; quandoquidem † Iudici ſoli qua
uis dignitate fulgenti, non eſſe credendum omnes
Doctores fatentur, vt dixi in 1. p. ſub num. 234. &
260. & facit Maſcard. de prob. concl. 950. & 951.
vbi multa in propoſito noſtro, eſt tex. in l. prope-
randum, §. & ſi quidem, ff. de iudic. eſt materia l.
illicitas, §. veritas, ff. de offic. præſ. In cauſis breui-
bus ſtatur aſſertioni Iudicis, ſtat. clc. ſæpe col. 76.
Ideoque D. Iudici artis lanæ Florentiæ, officiali
maiori d. artis credendum eſſe dummodo ſit vir
probus, cuius integritas nota ſit, Bar. in Auth. niſi
breuiores, C. de ſenten. ex pericul. recitan. pulchrè
Tiraq. de pœn. tem p. cauſ. 51. num. 144. & quātum
proſit probitas vi. in 5. par. ſub nu. 41. & vide om-
ninò Couarru. variar. reſolut. lib. 1. c. 1. de offic.
ord. vbi latiſſimè an, & quando aſſertioni Iudicis
ſtandum ſit, & tenet in ſumma num. 7. & 9. quod
ſi rem ſcit in conſcientia tantùm, non poſſit iudi-
care niſi concurrant aliæ probationes, vt puta con-
feſſio, & dicta teſtium, quamuis extraiudicialiter,
& non in forma iudicij receptorum; vt limitat
Maſcard. d. concl. 950. & opinio Couarru. d. lib. 1.
eſt magis iuridica & tuta, quæ adiuuatur authori-
tatibus ſanctorum Patrum, vt ex doctr. D. Thom.
2. 2. q. 84. art. 6. & ibi Caeta. Calder. in c. paſtoralis,
§. quia verò, vbi etiam Illuſtriſſ. Bellarm. col. pe-
nult. & Capra. concluſ. 32. & ipſe ſemper finem
habui vt ex ſola conſcientia nemo poſſit iudicia-
liter quenquam iudicare, per illam rationem quā
Maſcard. recenſet d. concl. 950. poſt num. 5. in fin.
ſumptam ex Caſſador. deciſ. 12. num. 8. & ſeq. vbi
ait

Digitized by Google

ait abſurdum eſſe Iudicem per ſolam conſciẽtiam
iudicare, quia poſſet innocentem condemnare, &
nocentem abſoluere, & dicere quod ita ſenſit in
ſua conſcientia; & quamuis iniuſtitiam, & in con
ſcentia litem ſuam feciſſet, tamen non poſſet ab
eo appellari, nec de nullitate dici, vel ſyndicari;
quæ tamen ratio videtur defectiua, ſtantibus ſta-
tutis, quæ vigent ferè per totam Italiam, quod à
ſententijs in cauſis criminalibus non poſſet appel
lari, neq; de nullitate dici, de quibus aliàs locutus
ſum. Sed fortè hæc ratio melior erit, quòd non de-
bet Iudex ex ſola ſua conſcientia iudicare, ex quo
iudicium tribus conſtare dicitur, Iudice actore, &
reo, Iaſ. in l. edita, C. de eden. et in rubr. C. de iudic.
& actore nihil probante reus abſoluitur, l. qui ac-
cuſ. C. de eden. cũ ſimil. & Iudex non poteſt dua-
bus perſonis in iudicio fungi, nempè Iudicis & te
ſtis, quia in promiſcuis actibus non debent turba-
ri officia, l. conſulta Diualia, C. de teſt. Vant. de
nullit. ex defect. iuriſd. num. 43. Quicquid dicat
Marſ. ſing. 486. vbi ſtante clauſula quod de facto,
& ſola veritate inſpecta prout ipſi videbitur, con-
trarium tenens, vi. de hac clauſula ſupra in pri-
ma par. num. 142. Cæterum laudaui ſemper vt Iu-
dex (ſi fieri poteſt) curet in conſcientia eſſe tutus,
vltra indicia ſufficientia, vel confeſſionem de-
linquentis.

† Nunquid autem Iudex noſter liberi, et ampli
75 arbitrij poſſit non ſeruare pœnam expreſſam à
ſtatuto? & videtur dicendum, quòd non, per tex.
in c. cum M. extra de conſtit. & Dd. in l. quid er-
go, §. pœna grauior, & ibi gloſ. ff. de ijs qui not. in-
fa. Menoch. de arb. q. 86. num. 26. & ſeq. & in ter-
minis, q. 97. vbi nu. 2. ait, hoc arbitrium liberum
eſſe in procedendo, non autem in iudicãdo, hanc
quæſt. tangit Clar. q. 85. verſic. vlterius, & ibi ad-
dit. & Tiraq. in tract. de pœn. temp. aut remitten.
ait ſub num. 3. quòd in arbitrio ipſius iudicantis
ſit facti quæſtio, pœnæ verò perſecutio legis autho
ritati reſeruetur, l. 1. §. calumniatoribus, in fin. ff.
eod. & aſſignat duplicem rationem, primò quia
plerumque expedit accuſatori, vt reus pœna ſtatu-
ti puniatur; ſecundò quia ſic intereſt Reipublicæ:
quinimò Iudex, qui pœnam à iure definitam aut
à conſuetudine introductam remiſit, aut auxit,
eandem pœnam pati debet, l. lege Iulia. §. vlt. ad
leg. Iul. repet. & Tiraq. vbi ſuprà nu. 13. 14. & 15.
Verùm in ſupremo noſtro Iudice hæc non proce-
dunt, qui vices Principis habet ea authoritate am-
pla & abſoluta, tam in procedendo, quàm in iudi-
cando, cum clauſula illa, contrarijs non obſtanti-
bus, vt ſuprà p. 1. ſub nu. 142. cum plur. ſeq. & per
Abb. in c. porrecta, de confirm. vtil. vel inutil. Dd.
in l. fin. C. ſi contr. ius vel vtil. pub. Pariſ. conſil. 1.
num. 82. vo. 4. Vg. Cel. tract. clauſ. tit. de reſcript.
& ad Bertazol. in conſil. 488. lit. g. fol. 278. vo. 2. in
crim. verſic. alia eſt clauſula, vbi ſi addatur dictæ
clauſulæ, Non obſtantibus, &c. hæc etiam clauſu-
la, videlicet quod obſtantia omnia habeantur pro
expreſſis, & inſertis, tunc tolluntur omnes conſti-
tutiones, & priuilegia præcedentia, Alex. con-
ſil. 155. nu. 16. vo. 6. Grammat. conſil. 100. nu. 44.
Ferret. conſil. 75. nu. 6. & extenditur etiam ad ius
tertij, Bero. conſil. 147. num. 29. & ſeq. vo. 3. & eſſe
magis communem opinionem teſtatur Viui. in
tom. 1. com. op. in 2. p. 40. clauſ. Gabr. com. concl.
fol. 858. num. 20. & fol. 649. num. 59. & ſeq. tit. de
clauſ. Alioquin ſine dictis clauſulis, aut circum-
ſcripta ſuprema poteſtate, & conſuetudine tenetur
ſeruare pœnam ſtatutariam, Grammat. deciſ. 41.
num. 9. & Bertaz. conſil. 343. nu. 4. par. 2. Boer. de-
ciſ. 289. Vaſq. controuerſ. Illuſtr. tit. 1. c. 14. nu. 9.
Plac. epit. delict. lib. 1. c. 33. maximè in illo Iudice,
qui iurauit ſeruare ſtatuta, Guid. Pap. deciſ. 206. &
Tiraq. d. tract. nu. 1. 2. & 3. Franc. Marc. deciſ. 980.
& infra latiùs dicam de cauſis augentibus, vel mi
nuentibus pœnam, num. 79. cum ſeq. & clauſula
non obſtãte aliqua lege generaliter vel ſpecialiter
loquente in contrarium operatur quod diſpoſitio
quantumcunque generalis intelligitur reſtricta.
Bar. in extrauag. ad repri. in verb. Non obſtante,
ſecus ſi dicatur non obſtante quacunque alia lege,
quoniam ſubintelligitur ideſt de lege contraria,
per Euerar. in loc. a Rat. leg. ſtric. 3.

76 † Qua de re concludo, quòd Iudex noſter poſſit
augere, vel minuere pœnam taxatam à lege, ex
cauſa vrgenti & iuſta, c. ſi quem pœnituerit, §. no-
randum, 2. q. 3. l. in metallum, ff. de pœn. l. omnes,
ff. de re mil. Tiraq. d. tract. de pœn. num. 18. & 19.
33. ſtante authoritate ei data à Principe, cum clau-
ſulis, de quibus paulò ante diximus, ac cum clau-
ſula, ex certa ſcientia, de qua ſup. in 1. par. & per
Bald. in l. fin. C. ſenten. reſcind. poſſ. Lanfranc. in
c. quoniam contra, de probat. Fely. in c. cum vice-
ſimum, col. 8. verſic limit. extra de offic. deleg. &
Bart. in l. idem Vlpianus, §. ſunt & alij, ff. de excu-
ſat. tut. per quam clauſulam præſumitur Princi-
pem velle vti poteſtate abſoluta, gloſ. in c. ad hoc,
in ver. elegerint, in fin. de reſcripi. & de hac clauſ.
per Celſ. eod. tract. clauſul. de reſcript. & tollit om-
ne vitium, Bertaz. conſil. 360. nu. 8. & conſil. 488.
vbi Add. lit. g. lib. 2. Menoch. de arb. q. 97. in fi. &
operantur tales clauſulæ, vt ſi poteſtas huiuſmodi
ſit collata Iudici ordinario, poſſit & ipſe ex legiti-
ma cauſa non ſeruare ſtatuta, & quamuis iurauc-
rit, non dicatur periurus, Put. de ſyndic. in ver. iu-
ramento, Gand. de maleſ. tit. de obſer. ſtatu. Iaſ. in
l. ius autem, ff. de iuſt. & iur. Bonacoſſ. q. crim. ſu-
per ſtatu. in verb. iuramẽtum, plures allegat Fari-
nac. de delict. & pœn. q. 17. num. 15. quia in princi-
pio, cum Iudex ordinarius iurat, ſemper ſubintel-
liguntur excepta ſtatuta, quæ non ſunt in viridi
obſeruantia, & ſalua obedientia ſuperioris, ac ſal-
uis qualitatibus delictorum, & delinquẽtium. Et
tamen reſtringenda eſt talis ratio, ſi talis authori-
tas data ſit Iudici ordinario, vt per eam dicatur de
legatus, ſecundum ea quæ dixi in 1. par. num. 245.
ſed ſi detur ex conſuetudine Iudici ordinario, vt
D. Capitaneo Iuſtitiæ Mãtuæ, tunc iuxta ſolitum
eius iuriſdictionis exercitium intelligenda, & re-
gulanda eſt; vt dixi ſuprà in 1. par. num. 23. & alibi
per tot. & licèt in dicta clauſula nil dicatur de pœ-
na inductà à conſuetudine, tamen etiam ſuper ea
Iudex arbitrium habet, Bald. & Caſtr. in l. tale pa-
ctum, §. fin. ff. de pac. Tiraq. de pœn. temp. aut re-
mit. num. 19. & ſeq. in dubio tamen Iudex, cuius
qualitatis exiſtat, tutè aget ſeruando pœnam taxa-
tam à lege, vel introductam à conſuetudine, l. pro
ſpexit, ff. qui & à quib. l. minimè, ff. de leg. Si verò
caſus euenerit, quòd habeat aliquam qualitatem
ſecundum plus aut minus alteratam, vtputa de de
licto facto à pueris, vel à ſenibus bis pueris, vel à
mente captis, aut ebrijs, aut ignaris, vel magno ca-
lore iracũdiæ ductis, & ſimilibus de quibus Clar.
quæſt. 80. & Guid. Pap. deciſ. 206. num. 14. in plus
(inquam) ſi à ſolitis delinquere, vel per pecuniam,
vel penſatè, & data opera, vel aliter ijs qualitati-
bus, eſt opus quærere, an Iudex ordinarius poſſit
alterare pœnam ſtatuti expreſſam ex cauſa pluris
aut minus; quia delicta mutant ſubſtantiam ob
eorum qualitates, ſiue reſpectus agentis, ſiue pa-
tientis, loci, temporis, qualitatis & quantitatis, vt
infra dicam. Ergo ſumus extra caſum ſtatuti ſim-
pliciter loquentis, quo caſu eſt recurrendum, vel

ad Principum conſtitutiones, ſi loquantur in in-
diuiduo de caſu ſecuto à ſtatuto omiſſo, vel ad ius
commune, vel ad arbitrium, & ita procedunt di-
cta Guid. Papien. & aliorum, de quibus ſuprà. Aut
caſus eſt ſecutus iuxta dictum ſtatutum, per quod
pœna eſt expreſſa, nec caſus vlla qualitate altera-
tus eſt, & tunc Iudex ordinarius, qui iurauit ſerua-
re ſtatuta, non poteſt alterare vllo modo, ar. l. qui
cum vno, §. quæ poſt, ver. receſſum, ff. de re mil.
Bald. in l. cum, C. de fur. contrarium tenet Tiraq.
de pœn. temp. aut minuen. num. 13. aut in Iudice
liberum arbitrium ſimpliciter habente, & non
poteſt alterare ſtatutorum pœnam expreſſam, aut
per conſuetudinem introductam, Gand. c. 1. extra
de confir. vtili vel inut. D. Menoch. d. q. 97. tex. in
77 l. 1. ff. de offic. proconſul. † poſſet benè in dubijs
arbitrari pœnam, vel de duabus pœnis, vnam ſta-
tuti, alteram de conſuetudine quam mali eligere,
& in hoc verſatur arbitrium ſimplex, Dec. in l. ſi
fugitiui, in fin. C. de ſer. fug. & bonum erit, vt Iu-
dex ſe informet, quid olim fuerit obſeruatum in
contingentia fact, vt infra dicam. Secus ſi data ſit
poteſtas libera cum clauſula derogatoria, vt dicit
D. Menoch. in fi. q. 97. & prout ſuprà dictum eſt,
& ita ſentit idem D. Menoch. q. 13. nu. 2. & 3. &
ſeq. & q 85. & caſ. 329. num. 9. vbi dicit bonum
78 eſſe habere † Iudicem propitium, & beneuolum,
Cœpol. caut. quando, & c. ad quod optimum reme
dium erit naturam Iudicis, & eius mores cogno-
ſcere, & bonis verbis obſecundare: Spec. in tit. de
Aduoc. §. hic dicendum, docet modum captandi
beneuolentiam Iudicis, & Caball. milleloq. 861.
p. 2. dicit quod ſalutatione ſeu reuerenter ſe habe-
re debet ſubditus loquendo laudando eius digni-
tatem, honeſtatem, & prudentiam, ſtudium at-
que ſcientiam, præſertim ſi Iudex ſit vanaglorio-
ſus collaudãdo de more ſe ipſum, nam multo ma-
gis cum audierit ab alijs applaudi, *non ci ſi potrà
ſtare*, dilatando fimbrias ſuas, ideò ſcias cogno-
ſcere humorem Iudicis peccantem (quamuis quã-
doque ſit lauare caput Aſino) caute ergo te habe-
bis, experto crede Ruberto. quoniam aliqui ſunt
Iudices natura bilioſi, ſed nihilominus iuſti, &
veraces, alij multiplicitate negotiorum implicati;
vnde reſponſa eorum quandoque ex improuiſo
diſplicent, ſed meliora facta ſubſequuntur. Stat
igitur firma concluſio, quòd Iudex noſter ſupre-
mæ authoritatis ſine cauſa non poteſt alterare,
nec mutare pœnam ſtatutariam, Grammat. deciſ.
23. Afflict. deciſ. 287. & latè Farinac. de pœn. d.
q. 27. Bald. in l. quicunque, col. 5. ver. ſcias, C. de
ſer. fug. Nat. conſil. 254. lib. 2. ſic ſe declarat Clar.
in d. q. 85. verſic. vlterius, Didac. c. 9. nu. 8. Blanc.
pract. crim. fol. 73. nu. 71. & tenet Marſ. ſing. 182.
Menoch. q. 96. num. 6. 14. & 16. & num. 20. vbi lo
quitur in delegato Principis, Boſſ. in tit. de pœn.
num. 10. Peregr. de iure fiſc. lib. 4. tit. 8. nu. 14. Ca-
rer. pract. crim. ver. circa itaque, car. mihi 210. &
in inquiſitore loquitur Frãc. de fid. Cathol. nu. 32.
& omnes ita in theorica, et practica pertranſeunt.
79 † Cauſas autem minuendi pęnam tradunt Bart.
in l. denunciaſſe, ff. de adult. Farinac. alios allegans
A de delict. & pęn. q. 17. num. 10. & latiſſimè Tiraq.
tract. ſuo de pęn. temper. vbi tradit cauſas ſexagin-
ta quatuor, quibus pęna minorari debet, 1. ira, l. aut
facta, §. cauſa, de pęn. eum cõcor. 2. furor, l. Diuus,
ff. de offic. Præſid. 3. furor accidentalis, Dd. in l.
furioſum, C. qui teſta. fac. poſſ. 4. amor, c. cum in
iuuentute, de præſumpt. 5. ſomnus ſeu dormi-
tatio, l. 1 §. adipiſcimur, ff. de acq. poſſ. 6. ebrietas,
l. omne delictum, §. per vinum, ff. de re mil. 7. mi
B nor ætas, l. auxilium, de minor. & eſt factus titulus
de delictis puerorum, vbi c. 1. Abb. nu. 1. ait excu-
ſari in delictis carnalibus, & in alijs quibus pueri-
lis ætas plena eſt, vt in mendacijs, periurijs, & fur-
tis mitius puniendi. Verum quoad vitium nephan
dum tanquam hebetes ingenij excuſari aliquali-
ter poſſet, ſed pater parcendo virgæ odit filium. O
quàm bonum erit incipere ferre iugum ab adole-
ſcentia ſua, Salomo. Prouer. & ocioſè erunt mo-
lentes in minuto numero, & tenebreſcent, viden-
tes per foramina, Eccl. c. 12. Senes verò ardeſcent
in concupiſcentia eorum: Nam ſi humanum eſt
peccare, & diabolicum perſeuerare, quid maius
brutorum, & ſuum in luto proprio morari? quid
magis nephandum excogitari, quid turpius, &
magis fętidum coram Deo, & hominibus vitio
Sodomitico? quod maius indicium viri ſine cere-
bro, quàm hoc abominabile peccatum, quod igne
& ſulphure tanquam peſtis extinguendum? & eſt
peius vitium, quàm cum matre concumbere, 32.
C q. 7. c. adulteri, probatur hoc vitium per ſocios cri-
minis, Maſcard. de probat. concl. 1313. quamuis
ſoli puero non credatur, Gram. deciſ. 40. num. 14.
D nec ſoli mulieri, Crauet. conſ. 41. et pęna eſt ignis,
Duenas reg. 113. vel prout ſtatuta diſponunt. Sed
propter periculum animæ Chriſtiani non cõm-
burendi viui, & ſtatutum imponens pęnam pecu-
niariam, & non corporalem, non valet, Alber. de
Roſat. ſuper ſtatut. q. 23. & lenones, & domum
concedentes pro tali vitio eadem pęna puniendi,
Afflict. ſuper conſtitu. Reg. tit. de adult. rubr. 42. &
punitur effectus extraordinariè, licet non ſequa-
tur effectus, Menoch. de arb. caſ. 286. & caſ. 329.
E num. 5. vbi tenet, quòd minor excuſatur à pęna or
dinaria, ſi eſt minor, ipſe teneo ab annis 18. citra,
verum poſtquam attingere incepit annum vige-
ſimum, nedum ſi eſt doli capax, pęna ordinaria
punitur, quia agentes & patientes pari pęna puniẽ-
di, l. ſi quenquam, C. de Epiſcop. & Cler. l. quiſ-
quis, C. ad leg. Iul. Maieſta. pęna quoque dicitur
flagitij de quo ſupra in 1. par. ob delicta carnalia
ſub num. 84. lit. c: eſt flagellatio, qua Hebræi vte-
bãtur, non vltra. 40. verberibus, & ne fieret exceſ-
ſus cauebant ne excederet num. 39. verberum: ve-
runtamen contra D. N. Ieſum Chriſtum iniqui
legem, & numerum excellerunt, Dauid Pſ. 10. &
Pſ. 31. flagellis illum Innocentem cęciderunt vl-
F tra quinque millia. Quo digreſſus ſum redeun-
do octaua cauſa minuendi pęnam eſt ſenectus. l. ſi
quis in graueſcente, §. ignoſcitur, ff. ad Senatuſ-
conſ. Syllan. ſed non ex vitio nephando, imò hoc
magis eſt cauſa augendi pęnam per ſupradicta,
9. propter ſexum fęmininum, l. quiſquis, §. ad fi-
lias, C. ad leg. Iul. Maieſta. 10. rudibus, 11. igno-
rantia, l. 1. de leg. 12. debilitas ingenij ſeu fatuitas,
13. imprudentia repentina, dummodò culpa non
præceſſerit caſum, 14. culpa ſine dolo, 15. dolus
leuiſſimus, 16. amicitia magna, 17. quando pater
filium delinquentem ſpontè obtulit, 18. ſi filius
patrem, 19. & 20. qui propter affinitatem, & ſan-
guinem deliquerunt, 21. & 22. idem in parenti-
bus ſpiritualibus, 23. vicinitas & commoditas,
24. pietas qua quis motus eſt, 25. delicta præce-
dentia à Baptiſmo ſequenti delentur, c. vlt. de pę-
nit. cum concord. 26. liberorum, 27. quando ex
præſumptionibus tantum fit condemnatio, Ca-
no. in c. afferte, de præſumpt. 28. pęnitentia du-
ctus, 29. quando delicta ſunt ferè præſcripta,
30. propter ſpontaneam confeſſionem, auth. ſed
nouo iure, C. de pęn. 31. magna nobilitas, 32. &
33. paupertas cum pro victu deliquerit, 34. man-
datum ſuperioris, l. ſed & ſi vnius, §. ſi iuſſu, ff. de
Iureiurand. 35. iuſtus metus, l. vnica, C. ſi Rector

prouinciæ, 36. ſi inuitus delinquit, 37. conatuq;
non ſecuto effectu, l. ijs qui cum tela, C. de ſicar.
38. attentatum tantum, l. aut facta. §. euentus, ff. de
pœn. 39. maximè in arbitrarijs, l. 1. de extraord.
crim. 40. prout ſuprà num. 38. 41. diutina carcera-
tio, l. qui diutino, ff. de pœn. l. omnes, C. eodem.
42. conſuetudo, gloſ. in cap. cum venerabilis, de
conſuetud. 43. cauſa etiam leuiſſima. 44. delinquē-
tes in omittendo, gloſ. in l. ſi mora, ff. ſolut. matri-
mon. 45. commutatur pœna mortis periculoſa in
leuiorem, Bald. in l. quicunque, col. 4. ver. quarto
caſu, C. de ſer. fug. 46. propter ſcandalum vitan-
dum, l. qui cædem, ad leg. Corn. de ſicar. 47. ſi mul-
titudo delinquit, cap. conſtitueretur, in fi. 50. diſt.
Oldr. conſi. 195. Crauet. conſil. 21. num. 8. Ancha-
ran. conſil. 58. Maſcard. de probat. concluſ. 1413.
& multos alios alleg. Bonifac. tract. de fur. §. ani-
mo furandi, ſub num. 227. 228. & ſequentib. vbi
declarare videtur quod delictum commiſſum à
paucis ęquè punitur: ſi verò à multitudine mi-
nus punitur. 48. cum per diminutionem pœnæ
quis ad meliorem frugem rediret, 49. ob merita,
& Reipubl. beneficia, l. 2. §. poſtea, ff. de orig. iur.
50. propter egregiam qualitatem, l. ad egregias, de
pœn. 51. cum nunquam alia vice deliquerit, l. non
omnes, in princ. de re mil. 52. cum proceditur ſo-
lum ex officio de iure Canonico, 53. ſi Iudex non
habet facultatem imponendi, niſi pœnam leuio-
rem, 55. propter fauorem Cardinalis. 56. quæ petit
meretrix in virum iuſtituandum, 57. qui ſine ſcan
dalo clam delinquit, cap. nemo, 32. quæſt. 4. quod
non firmo, 58. quando ius præſumit in fauorem
delinquentis, l. 2. C. qui accuſ. 59. toleratur malum
ratione boni, 23. quæſt. 4. C. quam magnum, 60. vt
ſuprà num. 28. 61. ſi prius ab alio fuit prouocatus,
l. item Mela, §. Celſus, ad leg. Aquil. 62. quando
duo ad inuicem ſe vulnerarunt, & ignoratur quis
prior fuerit, neuter punietur, vel ambo mitius, c.
ſemper in dubijs, de reg. iur. in 6. 63. cum quis ab
vno tantum ex pluribus apparet occiſus, ſed igno-
ratur à quo, d. l. item Mela, §. ſed etſi ſeruum plu-
res, ff. ad leg. Aquil. 64. ſi laqueo rupto ſuſpenſus
ceciderit è furca, Luc. de Penna in l. 1. col. 7. verſ.
ſed pono, C. de deſertor. & occul. lib. 12. & ij caſus
64. ſunt quos ponit Tiraq. in d. ſuo tract. de pœn.
temper. quos limitat, & declarat, prout per te vi-
dere potes. Ipſe verò de ijs quæ frequentiori vſu
occurrunt dicere propoſui. Et redeundo ad mino-
rem ex quo materia eſt valde quotidiana, in ma-
teria ſtatutorum quę volunt maiorem annorum,
G puta octodecim, haberi pro maiori in ciuilibus,
an vtique procedat in criminalibus, vide Tiraq.
cauſ. 42. Plac. epit. delict. cap. 32. num. 12. Natt. cō-
ſil. 542. num. 19. vol. 3. Gomeſ. var. reſol. de delict.
Farinac. de inquiſit. quæſt. 11. num. 29. de accuſat.
quæſt. 15. num. 52. Bertazol. conſil. 318. lib. 1. Ca-
ualca. deciſ. 5. num. 7. & 53. deciſ. 11. num. 38. de-
ciſ. 42. num. 50. Cęphal. conſil. 708. num. 17. vol. 5.
Rot. Luc. deciſ. 91. num. 2. & alias ſimiles cauſas
tradit Clar. quæſt. 60. Dec. in l. ferè in omnibus, de
reg. iur. & Guid. Pap. d. deciſ. 206. num. 14. vbi tres
principales cauſas aſſignat, & ſunt conditio perſo-
næ delinquentis, ignorantia, & facti inconſulta-
tio, hoc eſt ita repentina, aut immenſus dolor; &
quoad conditionem comprehenduntur hæc, ætas
ſcilicet minor, l. auxilium, ff. de minor. ſenectus,
l. 2. ff. de term. mot. dignitas; l. aut facta, ff. de pœn.
& id quod ſup. de nobilitate dixi, & egregia facta,
Menoch. de arb. quæſt. 92. num. 9. Put. in verb. pę-
na, cap. 4. ſub num. 7. cap. 5. num. 5. cap. 6. per tot.
vbi enumerat omnes cauſas, quæ faciunt mino-
rari, ſeu alleuiari pęnam, ad quem breuitatis gra-
tia recurrendum eſt. Item quando quis eſt valde
vtilis Reipubl. Dec. in cap. de cauſis, de offic. iud.
deleg. Bart. in l. ad beſtias, ff. de pęn. fallit ſi contra
Rempub. grauiter deliquerit, quia indignus eſt au-
xilio, qui in auxiliatorem delinquit. l. auxilium,
in fin. ff. de minor. Plac. epit. delict. lib. 1. cap. 33.
num. 3. Item etiam comprehenduntur fatuitas;
ruſticitas, ebrietas, infirmitas, prouocatio honoris,
quæ excuſat ſi nō in totum, in maximam partem,
quādo ira non fuit affectata, DD. in l. Diuus, ff. de
offic. præſ. Abb. in cap. 1. extra de ijs qui fil. occid.
Dec. in l. quicquid calore iracundiæ, de regul. iur.
Grammat. vot. 19. num. 4. Clar. d. quæſt. 6. verſ. ſed
quæro, & ibi Baiar. num. 36. Marſ. in l repeti, de
quæſt. & ſimiles cauſæ, de quibus per Clar. latiſſi-
mè d. quæſt. 60. per tot. Iudex autem noſter ſe in-
formabit de qualitate, & natura illius qui calore
iracundiæ allegat deliquiſſe, quoniam ei arbitra-
rium eſt indicare quantum calor durare in iſto po
tuit, Menoch. de arb. caſ. 319. Theſaur. Deciſ. 178.
Notandum tamen quod prouocatus etiam facto
non effugiet pęnam arbitrariam, ſi prouocantem
fugientem inſequutus ſit, & illum occidit: nam
magis ad vindictam quàm ad offenſam neceſſa-
riam occidiſſe dicitur, per l. ſi adulterium, §. Im-
peratores, & ibi DD. ff. de adult. Cagnol. in l. quic-
quid calore, nu. 8. de reg. iur. & de ignorantia pro-
batur in l. 1. ff. de ſicar. per Sfort. Od. de reſtitut. in
integr. quæſtio. 8. artic. 9. num. 64. quæ tamen non
excuſat in delicto iure naturali prohibito, 2. q. 4.
cap. ſi quem pęnituerit, §. notandum, l. 2. § 1. de
iur. & fact. ignor. Put. in ver. pęna, cap. 8. & de re-
pentino dolore eſt text. in l. abſentem, §. vlt. ff. de
pęn. & de ijs, ac alijs cauſis minuendi pęnam lo-
quitur Peregr. de iur. fiſc. lib. 4. tit. 8. nu. 24. & 25.
& in Principe loquitur num. 14. 15. & 16. eod. tit.
cat. 121. & Fab. à Monteleo. in dict. ſua pract. arb.
part. 5. ver. quæ ſint iuſtæ cauſæ pro pęna mutan-
80 da, fol. mihi 448. † vbi an cauſa affectionis eius
proximi, vel obedientiæ præcepto ſui maioris, pu
ta patris, aut domini excuſent nu. 22. & 25. Paul.
Ghirl. de relaxat. carcer. tit. de compo. pęn. quæ-
81 ſtio. 3. num. 3. fol. 311. † Aliter enim puniuntur
doloſi, aliter caſualiter delinquentes, doloſi ſem-
per in pœnam ordinariam, & quandoque maio-
rem propter atrocitatem delicti; Alij verò non ſic,
ſed in mitiorem pœnam, Fab. à Mōteleo. d. pract.
par. 4. nu. 46. & 47. & vide omninò Put. in verb.
82 pœna, cap. 4. & 5. num. 5. vbi † ratione multitudi-
nis pœna minoratur, dict. l. aut facti, §. fin. de pœn.
& quod multitudo gentium non dicitur niſi ex-
cedat numerum 50. & facit in propoſ. Felyn. in c.
dilectus, col. 4. de reſcript. Idem Put. in cap. 6. qui
omnes cauſas alleuiandi pœnas recenſet, & cap. 8.
nu. 1. 2. 3. & 4. cum ſeq. vbi propter inopiam pro-
bationis, & quando ex præſumptionibus quis cō-
demnatur, vt per Bald. in l. fin. C. de probat. & in
l. Presbyteri, C. de Epiſc. & Cler. in l. ſi fugitiui, C.
83 de ſer. fug. Put. in ver. pœna, cap. 8. num. 9. † Adde
ſi delictum ſpontè confiteatur, quoniam confeſ-
ſio ſolet minuere partem pœnæ, Bart. & Salyc. in
l. eum qui, ff. de iniur. Bart. in l. Mæuius, §. duo-
bus, de legat. 2. & ad quæſtionem ſi quis primò
confeſſus eſt, & poſtea negauit, vel è contra an lo-
cus ſit beneficio minorationis pœnæ, vide Bald. in
tit. quæ fuit prima cauſa benef. amit. num. 10. in
vſ. Feud. Petr. Caball. 56. & dixi in 3. par. nu. 562.
& in hac num. 102. in fin. ſed ſi pœna eſt ipſo iu-
re impoſita, tunc confeſſio non prodeſt poſt ne-
gationem, nec ante, Bart. in l. nam quod, §. 1. ff. de
pœn. leg. Alm. pra. §. 7. cap. 5. limit. 83. No. hanc li-
mit. ad ea quæ in propoſito de hac re ſatis dicta
ſunt

Digitized by Google

ſunt ſupra in 3.par. ſub num. 102. ver. Redeundo,
& ad hæc, vi. Caualca. Deciſ.8. num.29. p.1. Barb.
in auth. ſacramenta puberum, num. 60. 61. & 65.
84 C. ſi aduerſ. vendit. † Item pax & remiſſio in cæ-
teris caſibus minuunt pœnam, lariſſimè per Clar.
quæſt.21. & quæſt.58. per tot. & tãdem vide Tull.
Rector. quem allegat Put. d. ver. pœna, c.6. col. fin.
vbi ſexdecim rationes eſſe dicit, quibus prouocan-
tur ſuperiores ad miſerendum.
85 † Cauſas modò augentes pœnam propter fre-
quentiam, & immanitatem delicti, recenſet Car.
in clem. 1. §. quæ omnia, de pœn. tex. in l. Presby-
teri, C. de Epiſc. & Cler. tex. in l. aut facta, in fin.
ff. de pœn. Luc. de Penan l.1. C. de Colloeon. Illy-
riac. lib. 11. Felyn. in cap. Canonum ſtatuta, nu 4.
de conſtitut. Put. in verb. pœna, cap.8. Alphonſ. à
Caſtr. lib. 2. de poteſtat. leg. pœnal. Guid. Pap. d. de-
ciſ.206. num.15. vbi ad duas cauſas eas reducit, de
quibus ſuprà, nempè ob atrocitatem delicti, l. qui-
dam, ff. de pœn. l. Presbyteri, C. de Epiſc. & Cler.
Clar. d. clem. 1. §. quæ omnia, & ibi gloſ. de pœn.
Altera cauſa eſt propter delicti frequentiam, d. l.
aut facta, in fin. ff. de pœn. Bald. in l. quicunque, C.
de ſer. fugit. & in l. ſi quis non dicam rapere, col.3.
C. de Epiſc. & Cler. ſed ex alijs pluribus cauſis pœ-
næ augeri ſolent. Nempè ratione loci, in quo deli-
ctum commiſſum eſt, vt in locis Sacratis, in Ec-
cleſijs, coram Principe, vel in eius palatijs, Caſon.
de indic. & tor. tract.4. tit. de indic. homicid. q. à
loco, vel in Prætorio, vide in 1. par. ſub num.147.
& 199. vi. tex. in l. Ancillis, vbi Bald. C. de inceſt.
Nup. Ana. c. in tantum, num.7. de colluſ. detegen.
86 † Hinc in practica ſcias, quod ſtatutum puniẽs
delictum factum in domo, maiori pœna, quàm ſi
fieret extra domum, l. lex Cor. §. domũ, ff. de furt.
debet conſiderari an factum ſit in ſcalis, oſtio do-
mus, curtili, aut horto domui contiguo? & reſolu-
tiuè dici, quòd in pœnalibus regulariter non fit ex-
tenſio, cap. odia, de regul. iur. in 6. imò verba ſunt
propriè & ſtrictè intelligẽda, l.1. §. ſi is qui nauem,
ff. de exercit. act. l.3. §. hæc verba, vbi Bart. de neg.
geſt. l. cum lege, vbi Aret. de teſta. Roc. de Curt.
inter conſ. crim. diuerſ. conſil.61. num 26. & Bo-
nacoſſ. in ſuis quæſt. crim. ſuper ſtatu. in ver. exten-
ſio, in fin. ait, quòd adhuc lis eſt ſub Iudice, an ex-
tenſio fiat in pœnalibus, ſed intellige, vt ſup. nu.44.
87 & 48. † Quare redico, quòd domus conſtare di-
citur de ſuo pariete, id eſt muro, & tecto, l. eum
qui ædes, ff. de vſucap. & quicquid intra muros do-
mus eſt, dicitur contineri appellatione domus, igi-
tur ſtatutum pœnale loquens in domo habet lo-
cum in domo communi, Iaſ. in l. ſerui electione,
§. Labeo, num.28. Bart. in l.1. C. qui teſta. fac. poſſ.
Petr. Caball. caſ. crim. 106. & locum habet in o-
ſtio dictæ domus, & multò magis intra oſtium,
Cæpol. de ſer. vrb. præd. c.48. num.2. per l. aquæ-
ductus, & l. ſeq. ff. de contrahen. empt. l. ſi vendi-
tor, §. firmius, ff. de act. empt. intelligendo de oſtio
proprio domus, & non de anteoſtio, puta ſi ante
domum ſit viridarium, vel area murata, vel ſepe
circumdata, & ibidem primum oſtium. Hac ra-
tione ceſſat dubitatio ſi delictum factum ſit in ſca-
lis, quoniam ſcalæ, quæ ſunt intra domum, ſeu in-
tra oſtium proprium domus, nulli dubium eſt,
quòd ſunt in domo, d. l. eum qui ædes, de vſucap.
ſed difficultas eſt de ſcalis de foris, tamen domui,
ſeu muro domus affixis; ſunt enim quædam do-
mus, vt rurales, in quas ingreditur per ſcalas, quas
habent extra domum, & hoc in caſu ſi quis offen-
dat in ſcalis extra domum non punitur, ac in do-
mo deliquerit; idem Cæpoll. tit. eod. de ſer. vrb. tit.
de ſcalis, vbi infert, quòd etiam debitor poterit ca-
pi in ijs ſcalis exterioribus, num.8. & alleg. l. fiſtu-
lam, vbi Bart. Bal. & alij eod. de ſer. vrb. & ibi Flo-
ria. verum cum nulla alia ſcala ſit introeundi do-
mum, niſi hæc de foris, ſtatutum habet locum etiã
in iſtis, ne videatur ſuperfluum, l. ſi quando, in
princ. de legat. 1. Nam vbicunque diſpoſitio re-
tenta verborum proprietate, vſque ab initio vale-
re non poteſt, ex tunc impropriè ſumitur, vt ali-
quid operetur, l. Scæuola, ad Trebellian. l. Titia. 2.
§. Lucius, de legat. 2. ad hæc omnia vide Bart. & a-
lios quos adducit Iaſ. in l. ſerui electione, §. Labeo,
num.28. de legat. 1. & Angel. de Maleſ. in ver. &
fecit inſultum, verſ. quid autem ſi ſtatutum. An au-
tem Domus conducta comprehendatur appella-
tione Domus, & idem Angel. tenet quod ſic, per
l. qui Domum, ad leg. Iul. de adult. l.1. §. Domum,
ff. Alex lux. aleat. l. lex Cornelia, §. Domum, ff. de
iniur. vbi Bart. & Alciat. ſimiliter habet locum in
Domo Communi, Iaſ. in l. ſerui electione, §. La-
beo, num.28. de legat.1. Bart. in l.1. C. qui teſtam.
88 fac. poſſ. Aug. ad Ang. in ver. Platea, num.5. † Sed
ſtatuti pœna non haberet locum in offendente in
horto, vel area, quia in materia pœnali non fit ex-
tenſio, licet in fauorabilibus, & pœnalibus appel-
latione domus contineantur area, hortus, & alia
ibidem adiacentia, muris, aut ſepe circumdata,
Flor. in l. Olympico, de ſer. vrb. præd. l. cætera, §.
hoc Senatuſconſultum, ff. de legat. 1. vbi Bart. &
appellatione domus pariter venit porticus, non ſic
in pœnalibus (intelligendo de porticu extra do-
89 mum,) † quia factum in iſto porticu, non dicitur
factum in domo, ſed ante domum, l.1. §. in flumi-
ne, ff. de flum. ſicut non dicitur factum in domo,
quod fit extra, & propè ſerraturam oſtij domus,
90 Bart. in l. 1. ff. de cloac. † Quid ſi delictum fiat in
apotheca, & ſi eſt in domo, vel domui adiecta, etiã
dicitur factum in domo, dict. l. eum qui ædes, ff. de
vſucap. & DD. in d. l. cætera, §. hoc Senatuſconſul-
tum, de legat. 1. ſecus ſi apotheca non ſit adiecta
domibus, ſed ſeparata, vt eſt pergula, & apotheca,
& officina, aſſidum, vel etiam murata, in qua ar-
tifex aſſiduè non moratur, puta bibendo, & dor-
miendo, & pro domo, & apotheca ſimul ibidem
habitando, DD. in l. cum pater, §. menſe, de leg. 2.
l. prædijs, §. patet, de legat.3. l. qui tabernas, ff. de
contrahen. empt. vt de more pauperum ſartorum,
& ſutorum, & ſimilium, at ſi apotheca eſſet adie-
cta muro domus, vt Mediolani illæ, quæ circa Pa-
latium Illuſtriſſ. Gubernatoris ſunt adiectæ, non
veniret ſtatuti pœna de delinquente in domo, &
ideò huius mentis teneo factum fuiſſe Decretum
Mantuæ, Ann. 1541. in quo delictum factum in
apothecis dicatur factum in domo, & in hoc ſtan-
91 dum eſt. † Item ſi ſtatutum punit delictum factũ
in via, vtrique locum habet ſi fiat in ſemita aliqua,
& è contra, Fab. à Monteleo. dict. pract. arb. 4. par.
fol. mihi 232. & in 6. par. fol 488. vbi etiam de de-
licto facto in mari, vel in inſula, & quid ſuper tri-
remibus, ſtandum eſt proprijs conſtitutionibus,
vel conſuetudini; tamẽ delictum in mari factum
puniendum eſt ab illo cuius eſt Ciuitas maritima,
vel iuriſdictio. Nam Ciuitates maritimæ habent
iuriſdictionem etiam in Mari, vt Liburnum, Ge-
nua, & aliæ, Iacob. de Beluiſ. pract. in cap. Roma-
na, §. contrahentes, num. 19. de foro compet.
92 † Quid ſi ſtatutum dicit, quòd ſi quis rapuerit
puellam de domo ſua puniatur, & rapta ſit extra
domum? & videtur quòd non habeat locum per
rationes adductas in præcedentibus articulis, vi-
de Bonacoſ. in ſuis quæſt. crim. ſuper ſtat. in ver.
raptus, & ibi Baiar. ad Clar. in ver. raptus, vbi in-
fert ad multa, & ibi ſub num.15. dicit excultatio-
nem

Digitized by Google

nem raptæ prodeſſe rapienti, cum iuramento, Ma
ſca. de prob. concl. 1253. nu. 25. & Matſ. conſ. 61.
nu. 23. Quid ſi è domo rapuerit, & pœnitentia du-
ctus ſtatim in domum reſtituit? vide ad hæc Fab.
a Monteleo. d. ſua pract. arb. p. 4. & Iac. Nouell. in
tract. ad defenſam, nu. 527. & Deci. pract. cri. li. 8.
c. 12. & 13. tom. 2. ſi ſteterit in puris terminis excu-
ſatur. Nam primi motus non ſunt in noſtra pote-
ſtate, Gram. conſ. 56. nu. 17. & 18.
93 † Quid ſi ſtatutum dixerit, ſi quis conuicium,
vel inſultum fecerit ad domum alicuius, an factũ
extra domũ vel propè domum, vtputa ante oſtiũ,
& in porticu ante domum, ſeu in area, platea, aut
horto domui contiguis, dicatur incurriſſe pœnã?
& dicitur quod ſic, per l. 1. §. in flumine, ff. de flu.
Bar. in l. 1. ff. de cloac. vbi Alex. Bart. Pau. de Caſt.
& alij in l. cætera. §. Senatus. de leg. 1. Bar. quoq; in
l. cætera, in §. hoc Senatuſconſultum, de leg. 2. vbi
Alex. Iaſ. & alij.
94 † Item habetur ratio ſcandali, quia ſcandalũ pu-
blicum eſt cauſa augendi pœnam; nam væ homi-
ni illi, per quem ſcandalum venit, & qui ſcandali
zauerit vnũ de puſillis iſtis, expedit ei vt mola aſi
naria ſuſpendatur in collo eius, & demergatur in
profundum maris: Matt. c. 18. c. nihil prodeſt, de
præſc. & c. qui ſcãdalizauerit, de reg. iu. eſt tex. in l.
omne, §. in acie, de re mil. & ea quæ exẽplo malo
grauiora ſunt, tolerari nequeunt, l. ſi quis aliquid,
95 §. qui abortione, ff. de pœn. Hinc eſt † quod ratio
ne mali nomina teſtiũ reticeri poſſunt, & nõ edi-
ſcandali cauendi cauſa, tex. ſing. in c. fi. de hære. in
6. Abb. in c. cum I. & A. de re iu. & Alb. Bru. in 3.
vol. ſtat. ait, quod illa ſtatuta, quæ mandant quod
nomina teſtium ſtent ſecreta vſque ad iuramentũ
ipſorum ſunt bona propter timorem ſubornatio-
nis, & quod notarij qui non tenent ſecretum cri-
mine falſi ſunt puniẽdi, per l. ſi quis aliquid, §. in-
ſtrumentum, ff. de pœn. ſic Bru. vbi ſup. in ver. ſta-
tuta ternatum. ad hæc vi. omnino D. Farin. in ſuo
tra. de teſt. q. 73. ſub n. 20. cũ ſeq. vbi pro, & cõtra.
96 † Item ratione tẽporis augetur pœna, vt in heb
domada ſancta, in feſtis Paſchalibus, & etiam in
tempore publicæ lætitiæ, vt ſup. in 1. p. nu. 53. cum
plu. ſeq. & eſt rub. C. publ. lætit. & c. lib. 12. & vide
Ang. conſ. 217. nu. 7. Pau. Ghirl. de relax. carc. q.
6. & Fab. a Monteleo. d. pract. 4. p. nu. 51. & 52. di-
cit, quod ſi principium fuerit licitum, & ex eodẽ
facto inciderit in finem illicitum, tunc quis pœna
ordinaria non tenebitur, Euerar. cẽt. in loco a vir
tute finis, in prin. Fran. Mar. deciſ. 710. vo. 1. quia
pugna non coronat, ſed finis & victoria, l. iẽ non
nouam, in fin. C. de Iudæis. Bald. & Caſt. in l. dies
feſtos. C. de fer.
97 † Item pœna grauior fit ratione perſonæ offen-
ſæ, vt contra Principem, vel eius Conſiliarios, de
quib. loquitur tot. tit. ad l. Iul. Maieſt. & in 2. p. ſub
nu. 110. multa in propoſito traduntur, & nu. 111.
112. & 113. dixi etiam in pract. de teſt. p. 1. nu. 40.
Idem ſi contra perſonam Eccleſiaſticã, vt tot. tit.
C. de cri. ſacrilegij. & pariter contra Iudicem, vel
decuriones, & ſimiles perſonas publicas in digni-
tate conſtitutas, DD. in d. l. quid ergo, §. pœna gra-
uior. ff. de ijs qui not. infa. Pœna vero ſeditioſorũ
eſt a lege indicta vt l. 4. ff. ad l. Iul. de vi priu. Men.
de arb. caſ. 266. nu. 4. & 394. num. 78. qui hanc eſſe
pœnam arbitrariam dicit, & de diuerſis pœnis cõ
tra ſeditioſos. vi. plene Boer. tit. de ſeditio. & Dec.
in tra. delic. to. 2. eo. tit. c. 19. n. 27. vſq; ad n. 39. At
ſi concitetur ſeditio, ea mente vt fiat contra Prin
cipem, pœna (proculdubio) eſt mortis vt ibi. Nobi
lis vero magis punitur ex quo magis ex propoſito
facere præſumitur, l. diſt. cap. ſanctitas, l. properan
dum, §. ſi quid, C. de iudi. intellige quoad pœnam
pecuniariam, Damaſ. reg. 62.
98 † Vltimo pœna ratione animi, & modi patran
tis delictum augetur, ſi ex propoſito, & animo de-
liberato in inſidijs proditorie deliquit, ſine cauſa,
ob propriam malam qualitatem, aut per pecuniã
aſſaſſinium commiſit, cum ſclopo, aut veneno oc
cidit, & ſimilibus prauis, & doloſis qualitatibus,
de quibus ſupra in 1. p. nu. 59. vſque ad num. 79. et
93. cum ſeq. & tot. tit. ad l. Corn. de ſicar. Pau. Ca-
ſtren. conſil. 236. vol. 2. Petr. Caball. caſ. crim. 97.
& de omnibus ſupradictis cauſis vide Put. in d.
verb. pœna, c. 4. 5. 6. & 8. vbi pulchre, & magiſtra-
liter loquitur. Et ſi extaret lex, vt Florentiæ anni
1562. die 22. Septembris. Quod de certis delictis
lapſo decennio, de alijs quinquennio, de minori-
bus vno anno, cognoſci non poſſit, & ſic præſcri-
pta actio intelligitur a die vltimi delicti, & non a
primo delicto. Bar. & doct. in l. eum qui. § in po-
pularibus, circa med. ff. de aleator. vbi præſcriptio
ſtatutaria locum habet, vtroq; caſu ſcilicet ne poſt
tempus ciuiliter, nec criminaliter agatur. & vi.
Balb. de præſcr. 4. par. 4. par. q. 2. Caball. caſu. crim.
5. & infra, & in materia l. fin. C. vt intr. cer. temp.
vi. Capic. deciſio. 206. vbi de inſtantia cauſarum
criminalium, & Doc. in d. l. properandum. C. de
iudic. Aſin. in ſua pract. cap. 3. verum de iure com
muni de omnibus delictis cognoſci poteſt, vſque
ad viginti annos, vt l. querelam, C. de fal. Boſſ.
de accuſat. nume. 30. vi. infra in quinta parte, nu-
99 mero 173. de cauſis † alleuiandi, vel augendi pœ-
nas, & dicit ſub num. 8. quod delicta recentia gra
uius puniuntur, quam antiqua, Put. in ver. pœna,
c. 4. num. 8. quæ ſi lapſo decennio a die commiſſi
delicti minuẽda ſunt, aut commutanda, Princeps
conſulendus eſt, Boſſ. de homic. nu. 112. & in tit.
100 de pœn. num. 8. & 10. † ſicut etiam grauius pu-
niuntur delicta reiterata, idem Put. c. 8. nume. 14.
Clar. q. 84. verſ. ſed hic incidenter, Euerar. in loc. a
vi geminationis, quod ſi verum eſt valde punien-
tur lenones, qui quæſtum faciunt adoleſcentulos
vitijs nefandis obijciendo, vt per Ouid. lib. 1.
amor. eclog. 10. de quibus aliqua dixi ſupra, & in
l. crimen lenocinij, C. ad leg. Iul. de adult. & in l.
fin. C. de ſpecu. & ſcenic. & lenoc. lib. 11. ubi licet
pœna ſit exilij, ne alios infeſtent, tamen etiam
eſt vltimi ſupplicij, in auth. de lenoc. Farinac. de
indic. & tor. quæſt. 43. num. 100. & uide ſupra ſub
num. 79. Foller. pract. d. uer. item quod fuit leno.
Sed quoad reiterationem, quia eſt materia quoti-
diana ſcire debes, quod reiteratio uerificatur in bi
na uice, argum. d. l. boues, §. hoc ſermone, de uerb.
ſignif. Grammat. deciſio. 16. & 36. Luc. de Pen. in
l. unica, num. 10. C. de ſuſcept. exactor. lib. 10. &
reiteratio delicti eſt adeo grauis, quod auget etiam
pœnam, quamuis reus de tali crimine alias fuerit
punitus, pulcre Anguiſol. conſ. 18. lib. 1. & ſi a ſta-
tuto pars pœnæ remiſſa ſit, ob cõfeſſionem delicti
ſi iterũ in idem delictũ inciderit, ſtatutũ amplius
locũ non habet. vt not. Doc. C. de epiſc. & cle. l. 3.
pulcre Euerar. in ſua cent. in loc. 91. a vi gemina-
tionis. quam limitationem addo caſ. crim. 56. D.
Cabal. vt dixi ſup. p. 3. ſub n. 202. ibi & inter alias.
Et licet quis fuerit punitus, tamen reiteratio aggra
uat pœnam. Sim. de Præt. cõſ. 104. n. 25. & 46. vbi
ait, quod licet reus torturã paſſus, a pœna ordinaria
ſit exẽptus, tamen ob reiterationẽ tenetur pœnã
illã ordinariã pati, aliud exemplũ adducit Baiar.
ad Clar. q. 84. nu. 28. & 30. vbi limitat in delictis
reiteratis, in eadem ſpecie, ſeu in eodem genere

mali, ex quo delinquens hoc modo per binas vi-
ces, appellatur delinquens conſuetudinarius, Grā-
ma. deciſ. 16. & deciſ. 36. intellige quando in eodē
genere mali in eadem perſona, vel etiam diuerſa,
diuerſo tamen tempore. Sed vt. Iaſ. in l. ſi certis an
nis. C. de pac. Add. ad Bertazol. conſil. 213. lit. d. p.
1. in cri. Præterea nota quod ſi quis impetrauit gra
tiam a Principe, aut remiſſionē ob delictum, ſi ta
cuerit in precibus ſe bis commiſiſſe delictum, gra-
tia redditur inanis, & vacua, vti per obreptionem
obtenta. Cyn. Bal. Caſt. ac alij commu. in d. l. 3. C.
de epi. & cle. Hinc Sereniſſimus Magnus gratiam
concedere ſolet hac conditione ſi alias impetrans
non deliquerit, & quandoque pœnæ augentur di-
ſpoſitione ſtatutorum propter negationem, Ange.
in auth. de trien. & ſemiſſ. §. ſi autem, in fi. & quo-
ad reiterationem, per quam pœna augetur, locum
habet, etiamſi quis pluries fuerit punitus, Simon
de Præt. conſil. 104. nu. 25. & 26. & Anguſſol. con-
ſil. 18 libro 1. declarat procedere in eodem genere
mali, & quod conſuetudo ſit probata, & non per
vulgi opinionē, & in duabus vicibus verificatur,
101 Gram. deciſ. 36. nu. 9. † Iudex tamen in augendo
vel minuendo pœnam debet exprimere cauſam,
cur minuat, vel augeat, iuxta commu. DD. ſent. in
d. l. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de ijs, qui not. inf.
intelligunt de eo, qui eſt ſubiectus ſyndicatui, vt
102 monet Bal, in d. §. pœna grauior, † licet ſententia
ſine expreſſione dictæ cauſæ ſit efficax, per l. 4. §. ſi
quis, ff. de re iud. Fallit ſi ſententia fertur de conſi-
lio ſapientis, vt in ſtatu Sereniſſ. magni Ducis, vbi
cauetur conſultorem in facto, & in iure cauſam
allegare debere, ſed in alijs cauſis ſi ſeruatur pęna
a ſtatuto, vel a conſuetudine introducta, non tene
tur iudex exprimere cauſam cur ita iudicet; imò
fatuus Iudex reputatur in hoc cauſam exprimen-
do, quia aperit viam aduerſantibus, & malignan-
tibus impugnandi, cap. ſicut, & c. cum Bertoldus,
de re iud. pulchrè Farinac. d. q. 17. nu. 62. vbi mol-
ta in propoſ. adducit, ſed Iudici noſtro nullo mo-
do neceſſitas imponitur, niſi in voto ante prolatio
nem ſententiæ forte recitādo coram Principe, vel
in conſilio ſecreto (quando opus eſt) ſed circa augē
dam, vel minuendam pęnam, an non obſtantibus
ſupradictis hoc permittatur ſi ſtatutum aut lex in-
rogat pęnam ipſo iure; dic quod ſic, Ludo. deciſio.
Luc. 15. num. 60. pa. 1. & de clauſula, ipſo iure, vide
Menoch. de arb. q. 96. Farinac. de delict. & pęn. q.
17. nu. 23. Bonacoſſ. q. cri. ſuper ſtatu. in verb. ipſo
iure, vbi ait, quòd requiritur declaratoria, & diſtin
guit an clauſula ipſo iure, adiecta ſit tempori præte
rito aut futuro, & vide Brun. in 3. vol. ſtatu. in ver.
reiteratio, quæ verificatur in bina vice, vt in 5. par.
ſub nu. 275. Gram. deciſ. 16. & 36 Luc. de Peon. in
l. vnica. nu. 10. C. de ſuſcep. exact. lib. 10. Angoiſol.
conſ. 18. lib. 1.
103 † Quando autem vna pęna faciat ceſſare alterā,
ponit Dyn. in c. generi, & ibi addit. de reg. iu. in 6.
lit. P. Bar. in ſua diſp. Piſanæ ciuitatis, & DD. in l.
2. C. quæ ſit longa cōſue. Alc. conſ. 103. vo. 4. Ang.
de malef. in ver. caput a ſpatulis, ver. quid autem,
104 nu. 5. vbi dat iſtam doctrinā, quod quando † ſta-
tutum dicit, quòd procedatur de ſimilibus ad ſimi
lia, & in ſtatutis non reperitur ſimile, tunc ſucce-
dat ius cōe, intellige vt per Caual. deciſ. 35. nu. 28.
29. 30. & 31. par. 1. & vide quę ſupra dixi nu. 33. &
per conſequens datur intelligi, quod ſtatutum vo-
luit in ſubſidium imponi pęnam iuria cōia, igitur
a pęna ſtatuti receſſum videtur, Barto. in l. 1. ff. vi.
bon. rapt. Sed quid ſi a iure non inueniatur impoſi
ta aliqua pęna? tunc arbitrio ſuo Iudex imponit, ſi-

cut ſi delinquens non eſſet capax pęnæ indictæ de
iure, vt infra dicam, & ita tenet Fel. in c. qualiter &
quādo, in 1. col. ver. 4. de accuſat. & in c. poſtulaſti,
de Iudæ. intellige vt inf. ver. porrò, nu. 109. Sed Sa
ly. melius diſtinguit in l. qui ſepulchra, C. de ſepul
chro violat. tamen ſequere diſtinctionem Bartoli
tanquam clariorem in l. ſanctio, ff. de pęn. vbi ait,
aliquando ſunt duæ pęnæ, vna generalis, & altera
ſpecialis, & vna imponitur a lege, vel a ſtatuto; &
altera ab homine, ideſt a Iudice, vt in præceptis
pęnalibus, & tunc vna non tollit alteram, ſed con-
currunt, l. non dubium, C. de leg. Hinc dicimus
quod pęna conuentionalis quando concurrit cum
pęna legali vna non tollit alteram, text. in §. vice
verſa, Inſtitut. de inutil. ſtip. Faber in §. hęc autem,
Inſtitu. ſi quadr. pauper. & in §. non ſolum. de ver.
obl. ſi vero vtraque a lege vel a ſtatuto pariter con-
currunt, quia eadem eſt ratio, l. illud, ad leg. Aqui.
niſi correctiuè, quia generi per ſpeciem derogatur,
d. cap. generi, Cacheran. deciſ. Pedemon. 89. no. 5.
& 6. Si vero vtraque a Iudice, tunc vna ſufficit, l.
Prætor edixit, ff. de iniur. & illa quæ ſufficientior
eſt, l. reſpiciendum, ff. de pęn. Si vero ab vno ſtatu-
to duæ imponuntur pęnæ, vna generalis, & incer-
ta, altera ſpecialis, tunc generalis non refertur ad
ſpecificatam. Si vero ab vno ſtatuto duę imponun
tur pęnæ certæ, & ſpecificæ pro eodem delicto, v-
na generalis, altera ſpecialis, tunc refertur ad ſpeci-
ficatam, Dec. conſil. 382. Lap. allegat. 88. num. 6. &
ſeq. car. 455. & ſic ſpecialis tantum imponitur. Si
vero ſub diuerſis legibus, vel de iure communi v-
na, & ex ſtatuto altera, tunc vtraque habet locum,
105 Barto. in l. 3. §. cum Titio, ff. de adim. leg. † vbi
dicit, quod ſi vnum ſtatutum pro maleficio impo-
neret pęnam mille librarum, aliud pęnam quin-
quaginta, hoc vnum non cenſetur correctum per
aliud, ſequitur Franc. Viui. comm. opin. in ver. ſta
tutum vnum, glo. 34. diſtinct. ca. fraternitas. Hinc
infertur ad duo ſtatuta, vnum vult inſtantiam cau
ſæ appellationis eſſe dierum 60. continuorum, alte
rum ſtatutum de appellationibus vult, ut in cauſa
appellationis procedatur qualibet die feriata, uel
non feriata, præterquā in honorem Dei, certè non
obſtante ſtatuto de inſtantia loquente hoc præua-
lebit, quia eſt conforme iuri diuino, l. dies feſtos,
C. de fer. & iuri communi, quia vnum ſtatutum
aliud declarat, l. non dubium, C. de leg. Socin. iun.
conſil. 104. vo. 3. Alexan. conſi. 42. vo. 3. Bertazol.
conſi. cri. 557. vbi addit, niſi vna corrigat alteram;
in dubio tamen non præſumitur correctio, l. quo.
ff. de act. et obl. vel niſi vna suppleret alteram, quia
vtraque concurrit, vt no. in c. at ſi Clerici, de iud. et
in l. a. C. de ſpor. Aug. ad Ang. lit. A. Cęp. conſ. 14.
106 & eſt † regula quod nemo duplici pœna grauari
debet, ar. l. bona fides, de reg. iu. & facit Bal. i l. cū.
C. de fur. & Farina. de accuſ. q. 10. nu. 56. & 57. vbi
pariter diſtinguit circa pęnas duas æquè principali
ter concurrētes, & regulariter non debent concur
rere, vt etiam tenet Bar. in l. 1. C. quan. ciu. act. cri.
præiudicat, & ſublata vna altera manet, vt loquit
Farin. loc. cit. Hinc eſt quod ad fiſcum ſpectat pro
bare vtramque pęnā concurrere, cum reus habeat
intētionem fundatam in regula, l. qui accuſare, C.
de eden. ſed ſi vna pęna venit acceſſoriè ad alteram
tunc principali extincta vtique acceſſoria extincta
dicitur, vt per Farin. d. q. 10. nu. 47. vbi exemplifi-
cat, licet ad aliud propoſitum, facit Damaſ. reg. 23.
Fiſcus tenetur probare qualitates a ſtatuto requiſi
tas, vt ſentit Iac. de Are. & Cyn. & alij in l. 2. C. de
prob. latè Maſca. co. 11 in verb. qualitas, Aſin. pra.
§. 29. c. 37. Pet. Cabal. caſ. 125.

† Rurſus

Digitized by Google

107 † Rurſus dico, quòd quãdo ambæ pœnę tendunt
ad vindictam, & quælibet eſt ſufficiens pro men-
ſura delicti, iux. l. ſancimus, ff. de pœn. tunc non
concurrunt, niſi percipiatur quod cumulatiuè po-
ſitæ ſint, Clar. d. q. 85. ver. debet, in fin. Gomeſ. de
delict. c. 1. nu. 38. l. quoties, ff. de act. & oblig. Felyn.
in c. quod olim, ver. quæro plures pœnæ, de Iudæis.
At ſi de duabus pœnis vna ſufficiens non erit, tunc
recurritur ad alteram, & iſto in caſu vna per alte-
ram non tollitur, vt firmat Bald. in l. nullum, verſ.
quærit gloſ. C. de teſt. Alex. ad Bart. in l. lex Corne-
108 lia, § fin. ff. de iureiur. † & quando delictum eſt
vnum, & de duabus pęnis agitur (vt pro inſultu, &
vulneribus) pro eo, quod eſt maius pęna maior im
ponitur, & pœna minor confunditur, & ceſſat,
Clar. in q. 84. ver. alius eſt caſus, & dicam latiùs
infra nu. 111. & in materia, l. nunquam plura. de
priuat. delict. vi. Bolog. conſil. 33. per tot. & quan-
do pœna maior faciat ceſſare minore, trad. Bal. in
l. quicunque, col. 2. C. de ſeru. fug. Sed ſi ſtatutum
mandat pœnas eſſe duplicandas, tunc ſi pœna eſſet
amputationis manus, non poterunt amputari am
bæ manus, ſed vna tantùm, & pro duplicatione ad-
hiberi pœna pecuniaria, Bald. in c. 1. C. de ſent. pro
eo, quod intereſt, quem refert Put. in verb. pœna,
c. 5. nu. 4. Et in propoſito duplicandi pœnas fortè
ob negationem delicti, ſtatutum non habet locum
in materia damni dati, Bald. & Alex. in l. certi, ff. ſi
cert. pet. nec quando pœna eſt ipſo iure impoſita,
Bart. in l. id quod ſeruo, ff. de pecul. legat.
109 † Porrò Iudex noſter in imponendis pœnis in-
formare ſe debet, quid tam in ſimilibus obſerua-
tum fuerit ab alijs, & ita ſimiliter ipſe iudicare, l.
cum de interpretatione, & l. minimè, ff. de leg. Fa-
rin. d. q. 17. nu. 54. pulchrè Tiraq. de pęn. temp. aut
remit. nu. 3. 4. 5. & 6. quoniam in pęnis arbitrandis
proceditur de ſimilibus ad ſimilia, Io. And. in c. ſi
compromiſſarius, §. fi. de elect. in 6. not. Cano. in c.
ex literis, de cõſt. pulchrè D. Menoch. de arb. q. 14.
nu. 3. maximè quando caſus eſt omiſſus, gloſ. in l. ſi
id quod, de iuriſd. omn. iud. & Put. in verb. pœna,
c. 8. nu. 12. vbi ſi à lege inuenitur cautum, lex ſeruã-
da eſt, l. proſpexit, ff. qui, & à quib. Sed ad hoc, quo-
ad iudices, qui carent Brachio Regio, vide Corn.
conſ. 114. lit. g. vol. 1. Barb. conſ. 21. vol. 3. Caſſa. in
conſuetu. Burg. §. 5. pag. 47. et alibi Burſat. conſ. 94.
nu. 4. & alios quos adducit Bonacoſſ. in q. crim. in
110 verb. pœna, ver. communiter. † Et hinc alia ſequi-
tur declaratio ſuper authoritate liberi, & abſoluti
arbitrij. Nam hodie ferè vbique locorum pœnę ſta-
turariæ ſunt adeò tenues, & debiles, vt ſtante autho
ritate liberi arbitrij, Iudex non poſſit recedere à di-
ctis pœnis & maiorem pœnam imponere, c. cogno-
ſcentes, de conſtitut. & ita intelligendi ſunt Docto-
res in l. quid ergo, §. pęna grauior, de infam. & Put.
in d. c. 8. nu. 11. & alij, qui aliter ſentiunt, loquuntur
in alijs iudicibus, d. l. proſpexit, qui & quibus, l. 1.
§. is qui nauem, de exerc. & l. quamuis, de in ius
voc. qui non habent arbitrium liberum, & abſolu-
tum, ſicut Iudex noſter, dummodò pœna ſit iuxta
menſuram delicti, l. ſancimus, ff. de pœn. habita
conſideratione ad cauſas, ob quas pœnæ augeri, vel
minui debent.
111 † Pone quòd adſint duo ſtatuta, vnum vetus, al-
terum nouum, quodnam attendendum circa mo-
dum procedendi, & pœnam imponendi? & reſolu
tiuè dico, quòd ſi Iudex noſter eſt munitus autho-
ritate liberi, & abſoluti arbitrij, cum iſta clauſula,
non obſtantibus quibuſcunque ſtatutis in contra-
rium, quibus derogamus, de quo per Bart. in l. fi. C.
ſi contra ius, vel vtil. publ. & in c. 1. de reſcript. &
Menoch. de arb. q. 97. in fin. dixi ſuprà nu. 75. & fa-
cit Bald. in l. 1. ſub nu. 2. ff. de pœn. quoad modum
procedendi, ſi ſint duo ſtatuta, vnum quod in cau-
ſis minorum procedatur vno modo, alterum quod
in cauſis pauperum procedatur alio modo, atten-
dendum eſt ſtatutum minorum, quia cauſa natu-
ralis pręfertur accidentali, Bald. in l. habet, ff. de tut.
Alber. ſuper 3. vol. ſtatuto. in ver. ſtatuta duo. Simi
liter quoad condemnandum, ſi vnum ſtatutum im
ponit pœnam forenſi centum, & minori quinqua-
ginta, hoc in caſu pœna minor attendenda eſt, l. in
pœnalibus, cum concord. de reg. iur. & quando ſunt
duæ cauſæ, vna quæ prodeſt, & altera non, attendi-
tur illa, quæ eſt ſecundum ius commune, Alber.
vbi ſuprà, ver. ſtatutum vnum. Sed deficiente tali
poteſtate tunc ſi tempore delicti vigebat ſtatutum
nouum pœnam imponendo non copulatiuè, ſed
ſimpliciter, tunc attenditur ſtatutum temporis de-
licti, tex. in l. 1. & ibi Bart. ff. de pœn. Dd. in l. 1. §.
bona, ff. de iur. fiſc. Præterea ſi antiquum ſtatutum
cum nouo conciliari aliqua diſtinctione non po-
teſt, tunc ſeruatur nouum tanquam correctorium
prioris, §. ſed & poſteriori, Inſti. quib. mod. teſt. in-
fir. Caſtr. in 1. conſtit. C. §. quibus, & Alber. ſuper
ſtat. q. 19. par. 1. Caualc. deciſ. 6. nu. 5. 6. & 7. par. 1.
Franc. Marc. conſ. 56. Dec. conſ. 302. Ro. conſ. 104.
nu. 2. niſi vetus ſtatutum ſit iuſtius, & æquius, quia
non attenditur prioritas, nec poſterioritas, ſed quod
eſt magis iuſtum, Marſ. in l. 1. §. ſi ſerui, nu. 29. de
112 quæſtio. & † nota quòd per ſtatutum nouum ap-
paret de mutatione pœnæ antiquæ, nihilominus
quis dicitur accuſari ex lege antiqua reſpectu ſpeci-
ficationis delicti, licèt puniatur ſecundum pœnam
noui ſtatuti, Bart. in l. 1. col. penul. verſ. vlterius quę
ro, ff. de pub. iud. Tiraq. tract. de leg. connubial. in
l. 13. nu. 12. et Bart. in l. oẽs populi, 1. q. 5. diſtinct. ff.
de iuſt. & iur. Clar. d. q. 85. ver. debet etiam, vbi in
fine concludit magis communiter teneri, quod pę-
na ſtatuti noui faciat ceſſare pœnam iuris commu
nis. Nec ideò opus eſt, vt exprimatur pœna, quæ de
iure communi eſt impoſita, Alber. in 3. vol. ſtatu.
in ver. ius commune.
113 † Quid ſi pœna ſit alternatiua, puta corporalis,
aut pecuniaria, in hac dubitatione ſunt verba con-
ſideranda an dirigantur ad Iudicem, vel ad reum; ſi
ad Iudicem, ipſe eliget; ſi ad reum, reus eliget, Clar.
d. q. 85. verſ. ſolet etiam, Menoch. de arb. q. 84. Luc.
de Pen. in l. ſi quis, C. de curſor. publ. lib. 12. Felyn.
in c. inter cæteras, de reſcr. Bald. in l. ſi fugitiui, C. de
ſeru. fug. ſi verò verba ſtatuit dirigantur partim ad
Iudicem, & partim ad reum ipſum, electio erit ip-
ſius rei, Felyn. d. c. inter cæteras, Abb. in c. a crapu-
la, nu. 4. de vit. & honeſt. Cler. vide D. Menoch. de
114 arb. q. 94. & q. 87. nu. 6. † vbi dicit in pœnis capi
talibus Iudicem non poſſe concedere electionem
pœnæ reo, fallit in Iudice noſtro, Cano. in c. inter
cætera, de reſcr. Sed ad vnum eſt aduertendum,
quòd in pœnis alternatiuis Iudex debet inclinare
in mitiorem partem, l. ſemper in dubijs, & l. ſem-
per in obſcuris, vbi Dec. nu. 12. de reg. iur. Dyn. in
reg. in obſcuris, eod. tit. in 6. Bart. in l. Pedius, ff. de
incen. rui. naufr. Put. in ver. pœna, c. 4. nu. 9. Item
ad aliud eſt aduertendum, quòd ſi ſtatutum primò
pœnam corporalem indicit, vel aliam pecunia-
riam, vel primò pecuniariam, poſtea corporalem,
iſtæ pœnæ non ſunt alternatiuæ, ſed ſubordinatæ,
& ſic in ſubſidium, & quandocunque illa, quæ
prior eſt in ordine, locum habere non poteſt; de
primo eſt exemplum in eo, cui manus dextra eſt
amputanda, vel tenetur ſoluere pecuniariam; nam
ſi habet ambas manus; dextera venit cedenda,
Bald. in com. ad ſtatuta, ver. pœna; & punire, num.
20. & Bart. in l. hos accuſatores, ff. de accuſat.

Google

nec poteſt ſe eximere per pœnam pecuniariam: de
ſecundo eſt exemplum de eo, qui non habet in ære,
luat in corpus, not. gloſ. in l. ſi quis id quod, de iur.
115 omn. iud. & in l. ſi. de in ius voc. & ratio eſt, † quia
à criminis qualitate delictum nomen aſſumit. Bald.
in l. 2. C. de concuſſ. At ſi ſtatutum dixerit, quòd im
ponatur pœna corporalis, vel pecuniaria arbitrio
Iudicis, tunc non erit pœna ſubordinata, ſed alter-
natiua, & Iudex, quam malit eligere, poteſt, & con-
ſiderata qualitate delicti, & delinquentis, eliget il-
lam pœnam, quæ aptior, & proportionabilior erit,
l. ſancimus, de pœn. Menoch. de arb. q. 90. num. 38.
vide Put. in verb. pęna, c. fin. nu. 9. & in delictis oc-
cultis, & nocturnis, quæ grauiora ſunt, pœnæ augeri
debent, l. 1. §. occiſorum, ad Syllao. & fiunt ideò ſta-
tuta, pęnam duplicantia, tamen in ſtatutis huiuſmo
di, malè dicta, aut malè ſcripta non comprehen-
dontur pro maleficijs de nocte comprehēſis, Bart.
in l. aut facta, ff. de pęn. ſequitur Alex. conſ. 77. in 1.
vol. & delictum factum veſperi, non comprehen-
ditur in facto de nocte, diſtinguendo vt per Boer.
deciſ. 254. nu. 17. contra Bart. vi. quę inf. dicam in 5.
par. num. 261. Nox vero naturaliter eſt quando in
ſero propter obſcuritatem noctis cognoſci, nec di-
ſcerni rectè poteſt, qualis ſit homo ille quē vides ob
uiam venire, aut pertranſire propè te, an ſit Ioan-
nes, vel Martinus, itaquoque intelligitur de ma-
ne diluculo ex quo in materia ſtatutorum pœnæ
ſunt magis reſtringendæ, quam aliter vt ait Luc. de
Peo. in l. qui agros, C. de omni agr. deſer. lib. 11.
nec conſideratur in hoc, quod nox intelligatur
occiſo iam Sole, & aer eſt nubiloſus, vel caligi-
noſus, nam adhuc diſcerni, & cognoſci poteſt
homo qui ſit, & illa obſcuritas poſt occaſum ſo-
lis eſt accidens, ſicut de Ecclipſi dicitur apud Ariſt.
in ſuis Meteor. ſed nox eſt cum poſt aue mariam
de ſero ſit obſcuritas ob noctem non autem per ac-
cidens licèt Luna luceat, vel Claritas, vt in vere
micantibus Stellis appareat. Nam Deus fecit duo
luminaria magna vnum, quod præeſſet Diei, vt
Sol, alterum quod præeſſet nocti, vt Luna Gen.
c. 1. luminare maius, & luminare minus vt Bar.
in l. 1. §. hoc autem Senatus, ff. ad Sylla. & Fely. in
c. ſi perfodiens, de homic. Bonacoſſ. de ſtatu. in
ver. Nox, in tract. nu. 47.

116 † Aſt pœna ſemel electa à Iudice, vel ab eo, qui
optionem habet, non erit ampliùs pœnitentiæ lo-
cus, Soc. in c. ſicut Iudæi, num. 54. de Iudæ. &
Clar. quæſt 95. vide Cano. in d. c. inter cæteras, de
reſc. Iudex tamen noſter poteſt morem gerere reo,
vt ibi, nec tenebitur ſeruare illam regulam, videli-
cet, quòd in imponendis pœnis arbitrarijs intelli-
gatur de pœna pecuniaria, vt tenent Dd. quos Cla-
rus allegat quæſt. 83. ver. ſed quæro, quoniam poteſt
arbitrari etiam pœnam mortis, gl. in §. in ſumma,
Inſtit. de iniur. Bald. in l. quid ergo, §. pœna gra-
uior, de infam. intellige ſi delicti qualitas expo-
ſcit, d. l. ſancimus, de pœn. Put. in ver. pœna, c. 10.
per tot. ſecus in Iudice carente hoc amplo arbitrio,
in quo dicta gloſ. §. in ſumma, eſt communiter re-
probata, vt inquit Afflict. deciſ. 270. Item poteſt
punire loco pecuniariæ pœna corporali, & pecu-
niaria ſimul, iuxta caſus exigentiam, Afflict. de-
ciſ. 276. Card. clem. 2. §. 2. de hæret. Put. d. ver. pœ-
na, c. 8. num. 11. vide Aſin. tit. de religio. & ſumpt.
fu. §. & pœnæ pecuniariæ. Menoch. de arb. caſ. 286.
Clar. q. 8. ver. vlterius, in fin. & ſi ſtatutum pœ-
nam corporalem indicit, & delictum ex qualita-
tibus, & circumſtantijs aggrauetur, vtique pœna
corporalis grauior, & non pecuniaria arbitrari
debet; & èconitra ſi ſtatutum indicit pœnam pe-
cuniariam, & delictum aggrauetur, vt ſuprà, tunc
maior pœna pecuniaria arbitranda eſt, & non cor-
poralis, & hoc modo etiam proceditur de ſimi-
libus ad ſimilia, & hæc conferunt ſupra dictis
num. 109.

117 † Item ſtante hac regia authoritate, Iudex poteſt
imponere pœnam confiſcationis bonorum, l. 1. C.
ne ſine iuſſ. Princ. Marſ. ſing. 397. num. 2. at Iudex
inferior hoc facere non poteſt, vt tenet Bald. in d.
l. 1. & Nat. conſ. 594. nu. 10. vo. 4. Azo. in ſum. C. ne
ſine iuſſ. Princ. Caſſa. conſuet. Burg. tit. quis confiſ.
§. 1. Dec. in c. 1. & ibi Bald. C. de offic. deleg. idem
in c. 1. ver. ſed hic quæro, de pac. tenen. Alex. con-
ſil. 116. animaduertis ſtatutis, col. 4. vo. 1. qui intel-
ligi debent de Iudice, cui liberum arbitrium con-
ceſſum eſt ſimpliciter, non autem de Iudice no-
ſtro, Caſſa. loc. cit. vbi loquitur in Capitaneo
Iuſtitiæ Mediolani, Roland. à Vall. conſil. 99.
nume. 28. vol. 1. & ita diſtinctè tenet D. Me-
118 noch. de arb. q. 93. num. 2. & ſeq. † vbi dupli-
cem eſſe dicit confiſcationem bonorum, vnam,
quæ à iure determinata eſt, & hanc poſſe imponi
ab inferiore à Principe, alteram, quæ non eſt in
iure determinata, & hanc ſolus ſuperior imponit;
& allegat Salyc. in d. l. 1. C. ne ſine iuſſ. Princ. hanc
theoricam docere; ſed reuera, quilibet Iudex ordi-
narius (etiam habens arbitrium velit nolit) tenetur
parere ſtatutis, & legibus; difficultas cadit in eo, qui
non eſt ſuppoſitus ſtatutis, & legibus poſitiuis, D.
Menoch. de arb. q. 13. num. 1. & 2. ſatis dictum eſt
in 1. par. quæ ceſſat in Iudice noſtro per ſupradicta.
Et dicitur confiſcatio bonorum, quæ non eſt deter-
minata de iure ciuili, & venit acceſſoriè, vt de pę-
na quoque dicitur per Angel. de malef. in verb.
præſente Caio. num. 34. per Bart. in l. 3. in fin. C. ſi
pen. app. & exemplificat Farinac. de inquiſit. q. 10.
num. 47. vt in propoſ. quæ dixi ſupra nu. 27.

119 † Hinc infertur, quòd Iudex virtute huius bra-
chij poterit citare teſtem ſub pœna confiſcationis
bonorum, Bald. in c. 2. de teſt. cog. Nat. conſil. 593.
vo. 3. licet contrarium tenere videatur in conſ. 194.
eod. vol. ſed poteſt reſponderi, vt ſuprà in præceden-
ti caſu. Item obiectum ſanari poteſt, ſi veritas
aliunde haberi non poteſt, l. vnica, ff. de offic. Con-
ſul. quia neceſſitas non habet legem. Item ſi in
præcepto ſub dicta pœna confiſcationis bonorum
inſit hæc clauſula, ſaluo iure creditorum, & legi-
tima filiorum, vt in auth. bona damnatorum, C.
de bon. damnat.

Sed quæritur num in bonis confiſcatis veniant
bona aduentitia?

Pro reſolutione huius dubij ſciendum eſt, quòd
duplex eſt ſpecies bannitorum, aliqui ſunt banni-
ti ad tempus, & iſti æquiparantur relegatis, aliqui
ſunt banniti in perpetuum, & iſti æquiparantur de-
portatis, vt eſt gloſ. ſing. in verb. retinent, §. cum au-
tem is qui, Inſtit. quib. mod. ius pat. pot. ſol. & ibi
ponit, quæ iura deportati amittant, & dicit amit-
tere iura ciuilia, & retinere ea, quæ ſunt iuriſgen-
tium, eſt etiam tex. in l. quidam, ff. de pœn. l. inter
pœnas, in princ. & l. relegatorum, §. ſiue ad tem-
pus, ff. de inter. & releg. Alex. conſil. 26. & con-
ſil. 75. vo. 1. Gand. de malef. in rubr. de bannit. in
princ. et de deportatis habetur per Menoch. de arb.
caſ. 330. & Nat. conſ. 666. col. fi. & deportati haben
tur pro mortuis ciuiliter, d. §. cum autem, Inſtit.
quib. mod. ius pat. pot. ſol. & deportare nil aliud
eſt, quàm bona omnia delinquentis publicare,
Boet. inter tract. crim. diuerſo. tit. de ſeditioſis, q.
7. nu. 30. alij dicunt, quòd deportare perpetuò ban-
nire ſignificat, cum confiſcatione bonorum, Brun.
à Sol. in ſuis quæſtio. rubr. bannitus an amittat be-
neficia iuris communis, & c. q. 16. num. 6. & 8. qui
ait,

Digitized by Google

ait, bannitos huiuſmodi perdere iura ciuilia, quæ ſibi competunt vſque ad bannum, non ea, quæ obueniunt poſt bannum; ſic placet Nell. de bannit. 1. pat. 2. temp. nu. 18. Viui. com. opin. tit. de malef. c. 1. tom. 3. fol. 145. & etiam ſtante ſtatuto, quòd bona banniti debeant confiſcari, non comprehenduntur bona poſt bannum acquiſita, Alex. cóſ. 15. vo. 1. Bonacoſ. ſuper ſtatu. ver. bāniti, ver. 3. licèt Farinac. de delict. & pęn. q. 19. nu. 15. & 16. cū Claro q. 67. ſub ver. deportatio, teneat quod illa pęna deportationis hodie receſſerit ab aula, præterquam in locis maritimis, vt in Italia apud Ianuenſes, Venetos, & Regnicolas, Clar. vbi ſuprà, & Baiar. ad eum nu. 17. hodie verò dicta pęna eſt arbitraria, vt per Menoch. d. caſ. 330. & Farinac. d. q. 19. nu. 25. in fi. & nu. 16. cir. fi. concludit, quòd bannum pęna capitis, aut furcarum dicatur quædam tertia ſpecies, quæ non æquiparatur nec relegatis, nec deportatis, Oſaſc. deciſ. 105. & Clar. q. 71. & Bonacoſſ. com. opin. crim. par. 1. pag. 14. verſ. 3. incip. banniti noſtri temporis.

Ex hoc eſt altercatio an ſtante ſtatuto, quòd bannitus impunè occidi poſſit, de omnibus indiſtinctè loquatur? & reſolutiuè concludunt omnes ſtatutum habere locum in bannitis contumacibus, quibus pœna mortis irrogaretur, ſi in fortiam iuſtitiæ venirent, nec poſt ſtatutum maior pœna imponatur, quàm ſententia imponat, vt vnaquæque res ſecundum ſuam qualitatem intelligatur, l. eum, qui ædes, ff. de vſucap. Cœpol. conſ. 5. in crim. & D. Menoch. de arb. q. 90. nu. 37. 38. & ſeq. & per Nell. de bannit. in 1. par. 2. temp. cir. princ. vbi tenet tale ſtatutum valere, & ita tenet Gandin. in tit. de bannit. nu. 2. quia etſi non licet de iure diuino, vel gentium hominem occidere, tamen ex cauſa licitè fit permittente iure generali, vel particulari poſitiuo, vt prouincia expurgetur malis hominibus, l. congruit, ff. de offic. præſ. & ne delicta remaneant impunita, l. ita vulneratus. ad leg. Aquil. nam ſunt talia ſtatuta introducta pro communi quiete, Bart. in l. opprimendorum, C. quan. lic. ſin. iud. ſe vindic. Dd. quos allegat. Bonacoſſ. in quæſt. crim. ſuper ſtatu. in ver. banniti.

Modò ad rem noſtram intelligẽdo de bannitis, qui impune offendi poſſunt, & de quibus vltra alios per Brun. à Sol. d. q. 16. nu. 9. Graſſ. de vlt. volunt. §. legatur, q. 8. Ludou. Car. conſ. 103. inter conſ. diuerſo, gloſ. in l. 3. de bon. dam. an bonis eorum cōfiſcatis etiam veniant bona aduentitia? & reſolutiuè dicitur quòd non; ita tenet Bart. in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus, nu. 12. vbi exact. Alex. ff. de dam. infect. ſequitur Nell. de bannit. in 1. par. 2. temp. nu. 26. ver. fortiùs ergo, & nu. 27. Soc. iun. ab omnibus allegat. conſ. 77. nu. 8. & 9. vbi etiamſi patri vſusfructus non quæratur, vo. 2. cum eo. Ruin. conſ. 34. vo. 4. Bertazol. conſ. 49. vo. 1. Alexand. conſil. 22. vo. 1. Curt. conſ. 60. Pariſ. conſ. 157. nu. 1. vo. 4. Item ſi inter patrem, & filium fuiſſet factum compromiſſum & laudum, quòd de bonis, in quibus pater habet vſumfructum, filius poſſit liberè diſponere, per Abb. in conſ. 66. vo. 1. quem refert Baiar. ad Clar. ita tenentem in §. fin. q. 78. verſ. ſed quid in aduentitijs, num. 55.

Item ſi pater non haberet vſumfructum in aduẽtitijs, vt tenet Farinac. de delict. & pęn. q. 24. nu. 8. & in propoſita quęſtione plures allegat. Boer. deciſ. 7. nu. 10. cum ſeq. idem tenet per plura fundamenta Gomeſ. var. reſol. tit. de contract. c. 15. num. 14. & 15. vbi reſpondet ad contraria per eum excitata, nu. 13. quę poſſunt vtique deſeruire ambiguitati, D. Menoch. de recup. poſſ. remed 9. nu. 84. limitat veram eſſe contrariam opinionem, quando filius bannitus capitaliter alium hæredem nō haberet, niſi fiſcum; et conſtanter tenet opinionem hanc tāquam magis communem & veriorem, Farinac. qui multos allegat in tit. de delict. & pœn. q. 24. nu. 5. vbi ante nu. 6. recenſet optimum fundamentum Gomeſ. vbi ſupra, nempè quòd filius nullo modo poteſt alienare proprietatem bonorum aduentitiorum ſine conſenſu patris, & hanc opinionem in iudicando tenendam eſſe ait, nu. 6. verſ. quibus non obſtantibus, ea ratione, quia patria poteſtas habet quandam prærogatiuam, vt pater præferatur fiſco: & ita tenet Boſſ. de bonor. publicat. nu. 71. verſ. de aduentitio, & hanc vti ęquiorem tenendam eſſe arbitror, ex quo confiſcatio eſt odioſa, & ſtricti iuris, Scrib. in auth. bona damnatorum, C. de bon. proſcrip. & ideò tanquam pęnalis, & odioſa eſt reſtringenda, Farinac. de delict. & pęn. q. 25. ſub nu. 21. quia ob bannum capitale delictum non remanet impunitum, & ſat eſt legem habere ſuum effectum, l. ita vulneratus, ad leg. Aquil. ſi etiam vltra perſonalem pęnam addatur à ſtatuto confiſcatio bonorum, certè eſt punitio ad menſuram carbonum, quia eſt contra ius commune, d. auth. bona damnatorum, & ſemper debemus interpretari, vt ius commune minus lædatur, quàm fieri poſſit, Bart. cóſ. 61. in princ. Io. de Ana. conſ. 59. in fin. Dec. conſ. 438 & alij quā plures allegati à Farinac. d. q. 25. nu. 21. quod non eſſet, ſi etiam in bonis aduentitijs confiſcatio procederet quia ius commune reſiſtit, c. olim, de reg. iur. in 6. nemo enim duplici pœna puniri debet, pulchrè in propoſ. Afflict. de prohib. feud. alie. per Federic. §. condemnatorum, num. 9. & pęnæ ſunt molliendæ, non augendæ, l. interpretationẽ, de pęn.

Verùm limitant Doctores, primò hanc concluſionem locum non habere in crimine læſæ Maieſtatis, d. authen. bona damnato. & per Clar. Boſſ. Farinac. nu. 9. q. 16. Gomeſ. & alios ſuprà citatos, & non videtur habere contradictorem, licèt Cachera. deciſ. 94. quædam in medium deducat, tamen concordat cum alijs Gigas tract. de crim. læſ. Maieſt. quæſt. 11.

Secundò limitāt ſi ſtatuti verba apta eſſent comprehendere etiam bona aduentitia, quia non per extenſionem, ſed ex vi verborum, & mente ſtatuentium aduentitia quoque veniunt in confiſcatione bonorum, l. non aliter, de leg. 3. Euerar. in loc. à ratio. leg. larga & ampla ad extenſio. ipſius leg. per Dd. in d. auth. bona damnatorum, ſaluo tamen vſufructu patri, l. in pęnalibus, de reg. iur. c. odia, eod. in 6. Caualc. de vſufr. nu. 180.

Tertiò limitant ſi ita conſuetudine interpretatum eſſet, l. minimè, de leg. quia cum ſtatutum ſit ſolemniter publicatum præſumitur moribus vtentium approbatum, & qui contrarium dicit probare debet, Gozad. conſ. 16. nu. 16. & conſ. 27. num. 8. Peregr. de iur. fiſc. lib. 5. de publicat. 60. nu. 20.

Quartò limitatur ſi bannitus non haberet alium hæredem, niſi fiſcum, quod dic vt per Gomeſ. d. c. 15. nu. 15. de contract.

A Alienatio facta ante delictum, coniunctis ſeu alienis ex titulo oneroſo ſiue lucratiuo, non retractatur à fiſco, niſi hæc concurrant; primò, quòd facta fuerit tẽpore quo vigebat inimicitia capitalis cōtra illum, in quem patratum eſt delictum, Blanc. de indic. num. 87. nam ſi delinquitum eſſet contra alium, cum quo nulla tunc temporis erat inimicitia, ceſſat præſumptio, l. omnes debitores, §. Lucius, ff. ſi quia in fraud. cred. Bart. in l. poſt contractum, nu. 1. & in 5. præſumpt. de donat. Peregr. de iur. fiſc. lib. 5. tit. nu. 155. cum alijs per eum adduc. amplia ſi eſſet controuerſia cum eo omnium, vel maioris partis bonorum, quæ æquiparatur immicitiæ capitali, Menoch. de arb. caſ. 239. nu. 11. Tiraq. in tract.

ceſſan.cau. ſub num.217. Item ceſſat ſi prouocatus
quis delinquit, Bart. d.l. poſt cootractum num.11.
in fin. Menoch.de arb.caſ.361.ou m.34. Limita ni-
ſi is delinquens fuiſſet facinoroſus, & mandatarius,
nam ex malo omne malum præſumitur, Menoch.
præſumpt.32.num.5. lib.5. Alciat.in l.poſt contra-
ctum, vbi eſt locus principalis huius materiæ, ſub
num.37.de donat.

Secundò, quòd delictum rale ſit, per quod bona
veniaot confiſcanda, nam ſi quis delinqoeret, &
puniretur pęna particulari, tunc non quæritur an
alienatio ſit facta in fraudem fiſci, Peregt. de iur.
fiſc.lib.5.tit.1.num.156.hinc vidi Florentiæ in cau
ſa Bagnoni iudicatum per D. Auditorem fiſcalem,
in cauſa cuiuſdam qui atrociter blaſphemauerat.

C Tertiò, quòd alienatio ſit facta omoium bono-
rum, vel ſaltem maioris partis; nam ex immenſa
donatione fraus præſumitur, d.l.omnes, §. Lucius,
ff. quæ in fraud. cred. Peregr. de iur. fiſc.num. 156.
vbi ampliat quattuor modis; primò, ſi meliora bo-
na alienauerit; ſecundò, ſi iuramentum interuenit;
tertiò, ſi etiam in pluribus vicibus, & non ſemel il-
la alienauit; quòd declarat ſi ex cauſa onerosa, ta-
men hæc noo eſt tuta, ſi apparet de neceſſitate, &
exigentia, vel ſi is eſſet homo valdè liberalis.

D Quartò, quòd pretium non fuerit actualiter nu-
meratum, ſecus ſi re ipſa numeratum ſit, Alciat. d.
l.poſt contractum, Menoch. d. præſumpt.124. nu.
21. lib.3. vbi fiſcus vſque ad complementum iuſti
preij agere poſſet reuocatoria. Limita boc quar-
tum dictum niſi emptor fuiſſet particeps fraudis,
Bart.d.l.poſt contractum, num.3.& 8.l.ait Prætor,
§.fraudis, ff.de ijs, quæ in fraud.cred. vt per Boſſ. de
pub.bonor.num.47.

E Quintò requiritur, quòd delictum ſit ſecutum
non multum poſt tempus dictæ alienationis, Bart.
in d.l.poſt contractum, nu.2. Menoch.d. præſ.124.
num.5.& ſtatur arbitrio Iudicis.

F Bonorum futurorum ſucceſſio poſt bannum, &
ſententiam banni non ſpectat ad fiſcum, ſed ad
bannitum, ſeu ad eius hæredes, tex.in l.ſi manda-
uero, §.is cuius, ff.manda. Bart.in l.1.de bon.dam-
nat.Clar.§.teſtamentum, q.20.verſ.& hęc quidem,
ratio eſt quia non amittit ea, quæ ſunt iuris com-
monis, Brun.à Sol.ſois queſt.q.16.nu.11.& 24. Ma
go.deciſ.99. Peregr.de iur.fiſc.lib.3. tit.7. num.46.
lib.5.tit.1.num.132.cum ſeq. per Bald.in l.1.C. de
hær. inſtit. & alios quos ibi adducit, & Bertazol.
conſ.510.oum.8.vbi communem opioionem ait,
lib.2.& plures allegat Gomeſ.var.reſolut.tit.de de-
lict.c.14.num.1. Farin.de delict. & pœn. quæſt.24.
num.20.& q.25.num.138. Caſtr.cooſil.56.vo.1.&
nota quòd aliud eſt banoitum eſſe incapacem ſuc-
cedendi, aliud eſt eſſe indignum; oam primo caſu
bona futura poſt ſententiam debentur venienti-
bus ab inteſtato, d.l.ſi mandauero, per d.§.is cuius,
ff.manda. quo caſu bannitus facit partem ad com-
modum ſuccedentium ſibi, virtute iuris commu-
nis, aut ſtatuti diſponentis de ſucceſſionibus ab in-
teſtato: vode excluſi à ſtatuto non participant de ta-
li parte & commodo; ſecundo verò caſu bona futu
ra, quæ auferuntur bannito tanquam indigno ap-
plicantur fiſco, l. Papinianus, §.meminiſſe, et l.cum
talibus, §. fin. ff. de ijs quib. vt indig. & ita diſtin-
guit D. Farinae.d.tit.de delict.& pęn.q.25.ou.139.
vbi adducit etiam Nell.de bann.1.p.2.tempo.q.39.
& Peregr. de iur. fiſc. tit.1. per to.lib.3.idem lib.5.
num.132.& 133. Quid de bonis filij occidentis pa-
trem, vel fratris fratrem; vide nouiſſimè D. Pe-
trum Caball.in ſuis caſ.crim.caſ.10. & circa cooſi-
ſcationem bonorum ſcias quod ſi bona ſint in di-
uerſis territorijs, illa ſunt applicanda illi Domino
in cuius territorio ſita ſunt, vt quando ſont duo feu-
datarij ſub eodem Præſide Iac. de Beluiſ. in ſua
prac. tit. de fug. Reorum num. 37. dummodo ille
Dominus habeat quoque ius confiſcandi, Clar. q.
78.ver.ſed hic quæro cir.med.vbi Baiar. num.143.
cum mult.ſeq. Bertazol.conſil.82.num.7.& ſeq.&
Burſat. conſil.43.videtur contrarium tenere.
120 † Item Iudex noſter poterit remittere pœnam
applicandam fiſco, Menoch.de arb. q.96.nu.6.& 9.
& quando reus non eſt capax pęnæ ordinariæ, po-
teſt commutare vnam pęnam in aliam æquè ſimi-
lem, Clar.q.85.ver.fin. Iudex autem qoi ooo habet
hoc brachium talia facere non poteſt inconſulto ſu
121 periore ſuo. † Verum ſi ſtatutum dicit, vt delin-
queoti amputetur manus, & illam non habeat,
non poterit altera amputari, ſed alia pęna ſubroga-
bitur arbitraria, iuxta ea quæ ſuprà dixi oum. 108.
Dd.in l.ſi fugitiui, C. de ſer.fug. Bald. Paul. Caſtr.
& Doctores communiter in auth. ſed oouo iure,
C.de ſer.fug. Euerar.in centu.loc.à priuat.ad habit.
& dic. vt infra. Similiter de pęna ictuum funis;
nam ſi quis eſt in genitalibus apertus, vel in ſpatu-
lis, aut in brachijs, ſeu in manibus alia pęna ſubro-
gabitur, dic vt infra oum. ſeq. Item ſi alia de cauſa
ſit inhabilis, vt quia puer, infirmus, prægnans, vel
ſenex, l.ferè, de reg.iur. Clar.q.60. Dec. in l. pupil-
lum, eod.tit. Gomeſ. var.reſolut. tit. de delict. c.1.
num.52. & 55. & Cagnol. d.l. pupillum, vbi pęna
extraordinaria puniri ſi malitia ſupplet ætatem, D.
Menoch.de arb.ind. Gomeſ. de delict.c.13. nu.38.
Io.de Ana.c.intelleximus, num.7. de ijs qui fil. oc-
cid.ibi de muliere prægnante, quòd poſſit condem
nari pęna ordinaria partu prius nato, Maſcard. de
probat. concluſ.1208. vbi qualiter prægnanna pro-
122 betur; † Et hinc nota, quòd pęna exponentium
iofantes eſt arbitraria, vt eſt gloſ.in l. vnuſquiſque,
C. de infan. expo. & circa amputationem manus
iam dictum eſt, ſi quis non habet niſi vnam ma-
num, vel alteram mancam ſeu aridam, quòd pęna
commutabitur; idem ſi eſſet amputanda patri plu-
res filios habenti, quos alit opera, & induſtria ſua-
rum manuum, quia miſerationis cauſa pęna eſſet
commutanda, Put.in ver.pęna, c.1.& 7.nu.9. Marſ.
inter ſing. 602. & ſi ſtatutum expreſſiſſet de manu
dextra, tunc potiùs eſſet cędenda ſiniſtra, & minus
damnoſa, ſi quis debet maoducare labores manuũ
ſuarum Dauid pſ.127.ad hæc vide Euerar. loc.à pri-
uat.ad habitum, & Graſſ. com.opin. c.2. q.19. car.
19.& Gomeſ. Reg. Caocellariæ, de annali poſſ.q.
123 48. pag. 293. col.1. lit.c. † Sed pone, quòd Iudex
debeat ſeruare pęnam ſtatuti expreſſam, ſi tempo-
re delicti ſtatutum punit vno modo, tempore verò
ſententiæ ſuperueniat aliud ſtatutum, addens vel
minuens pęnam; nulla mentione facta de alia pę-
na primi ſtatuti, an attendatur illud primum, vel
hoc nouum? & Bart.in l.omnes populi, num.49. &
Sot.de iuſt.& iur.inquiunt, quòd propter adiectio-
nem, vel diminutionem pęnę ſit attendendum tem
pus ſententiæ, & non delicti, per l.penult.ff.de no-
xal.act. ſed in pęna ordinaria nec aucta, nec dimi-
nuta attenditur tempus delicti, vt per eundem Bart.
in l.1.ff.de pęn.& vide Caccialup.in d.l.omnes po-
puli, oum.156.& Crot. num.144. de iuſt.& iur. in
propoſ. Caualca.deciſ.6.& deciſ.30. in 1. par. vide
quæ ſuprà dixi nume. 111. & 112. Veruntamen
124 † in dubio vt pęna euitetur, attenditur initium, l.
quod ait, §.lex ait, ff.de adulter. Dec.in reg. factum
cuique ſuum, §.in pęnalibus, nu.7. intellige ſi prin-
cipium eſt licitum, & finis illicitus, aliàs attenditur,
quod licitum eſt, ſiue finis ſiue principium, Boſſ.tit.
de defenſio.reo.oum.7.de hoc dixi in 2.par.nu.40.
& 41. & in propoſito ſi delictum eſt tractatum in

vno

Digitized by Google

vno loco,& ſequutum in alio quid iuris? vide Boſſ. tit.de for.comp.num.59.& infra verſ. duodecimus caſus eſt.

125 † Hinc quæri poteſt an ſit imponenda pœna loci originis,ſeu domicilij,aut pœna loci delicti; hæc quæſtio eſt quotidiana,quam ponit Clarus d.q.85. in princ.vbi tres caſus ponit,primus,ſi Iudex procedit contra ſuum ſubditum, attenditur ſtatutum loci,vbi ius dicit; ſecũdus caſus eſt,ſi procedit contra forenſem, & pariter punitur iuxta ſtatutũ loci, ubi ius dicitur,ſi delinquit in iuriſdictione Iudicis, tamen ſub eodem Principe, quia iſte forenſis condẽnatur iuxta ſtatutum patriæ ſuæ, & ita totus mundus ſeruat, licèt in procedendo ſeruetur ſtatutum loci, in quo ius dicitur; tertius caſus eſt, ſi Iudex loci originis vel domicilij procedit contra ſubditum, qui deliquit extra territorium, & iuriſdictionẽ domini, tunc ſemper vidi ſeruari opinionem Maria, in c.poſtulaſti, nu.16.de foro compet.quem Clar. allegat d.q.8.vet.tertius eſt caſus,in fi.

126 † Ipſe addo quartum caſum ſi ſubditus vnius domini delinquit extra dominium in ſubditum eiuſdem domini, & tunc attendẽdum eſt ſtatutum loci iuſdicentis, quia offendens & offenſus ſubiacent eiuſdem ſtatuti diſpoſitioni, Bart.& alij in l.omnes populi, ff.de iuſt.& iur. Bald.in l.1.C.de ſum.trin. & fid.Cath.& Ang.in ver.hæc eſt quędam inquiſitio. nu.83.& ibi Dd. quos Angelus allegat, opinio autem contraria locum habet, ſi offenſus non eſſet æquè ſubditus.

127 † Quintus caſus eſt ſi iſte ſubditus delinquit in non ſubditum, & extra dominium, hoc in caſu ius commune eſt attendendũ, Clar.d.q 85.verſ.tertius caſus, & videtur Bar. diſtinguere cùm ſtatutũ ſimpliciter loquitur in l.cunctos populos, nu.47.C.de ſum.trin.& fid.Cathol. Alex.cõſ. 11.vol.2. Afflict. & alij quos Clar.adducit ibi.& in materia iſta vide Clar.q.39.ver.ſed quæro nunquid,col.3.& 4.

A Et licet ſtatuta vires non extendunt extra prouinciam,vt dicam nu.133. tamen Iudex originis, ſubditum extra prouinciam delinquentem punire poteſt,Ang.de malef. in verb.hæc eſt quædam inquiſitio, Boſſ. de foro cõpet.n.182.teſtatur de commu. latè Caſſa.in conſuetu. Burg.§.1.pag.34.niſi iã alibi fuerit condemnatus,vel minus ſufficienter, Baiard. B ad Clar.q.59. Ruin.conſ.84.n.3.vol.4.ſed an ſtatutum liget ſubditum extra iuriſdictionẽ ſuam commorantem, ſi ibidem velit litem mouere contra æquè ſubditum? videtur quòd non,ſi coram ordinario lis agatur; ſecus ſi delegatum popoſcerit, tex.in l.ex tenore,de foro compet.Rom.conſ.197.vbi infert ad ſtatutum Florentinũ, Bart. Alex.Iaſ. & alij in l.1.§. & poſt operis, ff.de oper.nou.nunciat.vbi concludunt quod iuriſdictio iudicis alteri ſine conſenſu expreſſo domini eius qui prorogari vult vlterius iuriſdictionẽ prorogari poteſt circa ea quæ proprium & priuatum intereſſe reſpiciũt. Et eò magis quando prorogans contraxit domiciliũ in loco iudicis prorogati; dum tamẽ prorogetur iuriſdictionem ordinariam,non autem delegatam, niſi vtraq; parte conſentiente in delegato,l.eſt receptum,ff.de iuriſdict. omn.iud. Marant.de ord. iud.p 4. diſtinct. 12.pulchrè Surdus cõſ.87.per tot.vbi excipitur cauſa feudalis,quamuis Marant.loco cit. dicit non habere locum, quando apud dominum eſt reſeruata iuriſdictio; & opinio negatiua procederet, quando ſubditus iret extra iuriſdictionem ad locum,in quo non habet domicilium quęrere Iudicem nõ ſuum, vel quando reus inibi forum non ſortiretur, per l. actor.vbi Dd. C.de ord.iud.etiam vbi cauſa reſtitu C tionis ageretur,l. 2.C. vbi & apud quem cognit.reſtitu.agen.ſit,& fallit ĩ perſonis Eccleſiaſticis, Marant.in 6.p.actu 2. nu.101. Et caue ne erres;nam iuriſdictionis cauſa ſapit naturam Zelotypiæ: An autem valeat ſtatutum, quòd ſubditus vbicunque deliquerit tali pœna & non alia puniatur, vide Abb. in c.fin.num.90.de foro compet.& ne eſſentialia omittamus prorogatio debet eſſe in actu & in potentia, vt tradunt Doctores in l.ff.de iudic.& Iudex qui non poteſt ſubſtituere minus poteſt prorogare,Sebaſtia. Mapheus in repet. l.ſi quis pro emptore, nu.89. & 90. ff. de vſucap.& in hoc propoſito ſi quis relegare vult vel exulari facere ſubditum ſuũ in aliena iuriſdictione, id facere valide poterit, ſi pęnam cõtrafacienti adijciat. Caball. Caſ.cri.120. abſque pęna nihil agit,Iacob. de Beluiſ.prac.in ver. de fug.Reor.num.44. vi.tex.in l.Relegatorum.§.ſi verò.ff.de inter.& releg. Doct.in l.extra territoriũ, cum glo.fi.de iuriſd.omn.iud.

128 † Septimus caſus, quando qui non eſt ſubditus delinquit in non ſubditum, vt inter duos viatores in aliena iuriſdictione,qui ratione delicti ſubiacent foro ius dicentis loci delicti, vt eſt tex.l.1.C.vbi de cri.agi opor. Bart. in l.omnes populi, ff.de iuſt. & iur.& in l.1.& in l.cunctos populos, C.de ſum.trin. & fid. Cath. & pœna ſtatuti puniri debent, Boſſ.in tit.de foro compet. nu.46. & Clarus hanc eſſe verã concluſionem dicit d.q.85.ver. ſecundus eſt caſus, col.2.& in fi. vbi quoad delationem armorum prohibitorum dicit Iudicem in mitiorem partem inclinare debere, quando aliquo modo imputaretur ignorantiæ; verùm cũ ipſo iure hæc arma ſint prohibita, l.1. C. vt armorum vſus inſcio Principe ſit prohibitus, exiſtimo locum habere pœnam ordinariam,vt infra dicam,& in 5.p.nu.314.ſecus de iure ff.quia de illo iure arma non ſunt prohibita.l.1. & ibi.Bart.ad leg. Iul.de ui pub.vt ſup.in 1.par.& aliqua in 2.par.& differt delatio armorum ab vſu. Nã delatio præſertim itinerantibus negotiatoribus venatoribus, & huiuſmodi videtur licita. vt l.5. quis poſt hanc. C. de priuat. ædifie.quamuis ratio ſit diuerſa pro exportatione Bladarum,& columnarum, vt ibi.& nota quod lata ſit interpretatio contra portantes arma prohibita & offenſibilia, cum de iure communi vſus armorum ſit de genere prohibitorum,d.l.1.C.vt armor.vſus. Secus de iure Digeſtorum,l.1.& ibi Bart.ff.ad leg. Iul.de vi publ.in verb. armorum.

129 † Octauus caſus eſt, quando Princeps delegat alicui tertio cauſam ſui ſubditi,qui deliquit non in iuriſdictione Principis, nec illius Iudicis, puta ſi Dux Sereniſſ. Parmæ iuſtitiæ amator vellet,ut procederetur contra ſuũ ſubditũ,qui deliquit in ciuitate Regij,& poſtea habitauerit in ciuitate Bononiæ, & obtinuiſſet à ſummo Pontifice ſaltem,vt in ciuitate Bononię cognoſceretur de crimine,hoc in caſu debet puniri non iure communi,nec ſtatutario,ſed aliqua pœna arbitraria,cùm nec ratione delicti,nec originis ibidem poſſit iudicari iuxta qualitatem delicti,l.ſancimus,ff.de pœn.eſt materia auth. qua in prouincia, C.ut omn.obed.iud.& vbi cognitio eſt valde extraordinaria videtur pœnã etiã extraordinariã eſſe debere,l.hodie, ff.de pœn.& arg.l.eum qui edi.ff.de vſucap.Tiraq.de retract.conſang.gloſ. 130 18. nu.21, & † per requiſitionem Principis dicitur prorogata iuriſdictio, pro qua facere videtur Alex.cõſ.166.vol.7. & Boſſ.tit.de for.comp.nu.71. & 182. Bart.in l.fin.C. vbi de cri.agi opor. Item ſi Iudex poteſt alium ſubſtituere, ac etiam ſi pars conſentit in Iudicem incompetentem,dicitur prorogata iuriſdictio, Farinac.de accuſat.q.7.nu.4.Boſſ. de for.comp.Maphæus in repet.l.ſi quis pro emptore, nu.89.& 90.de uſucap.vt ſup.in 1.p.ſub nu.267.

Qualiter autem prorogetur iuriſdictio tradunt Seba-

Sebaſtian. Vãt.de nullit.ex defect.iuriſdict. & in ti. qualiter ſent. & proceſſ. q dic.null.nu.76.77.& 78. & ſeq. vbi tractat de iuriſdictione ordinaria & delegata; de prorogatione, de tempore ad tempus, de re ad rem, de perſona ad perſonam, & de loco ad locum. At iuriſdictio delegata non prorogatur, Abb. in c. P.& G.de offic.deleg. Dd.in l.1. C.de iuriſdict. Nat.conſ.82. Ruin.conſ.165.nu.12.vol.4. Nec per fideiuſſionem de parendo mandatis prorogatur, Pariſ.cõſ.48.vol.1.& intellige,ut per Canale. deciſ. 1.nu.10.p 1. qui docet ne dicatur conſenſiſſe in Iudicem, vt fideiubeat de ſtando & parendo iuri coram ſuo Iudice competenti. Minus iuriſdictio prorogatur per procuratorem non habentem ſpeciale mandatum.c.cum olim,de offic.delegat Guid. Papa deciſ.285. Nota etiam, quod iuriſdictio duplici modo prorogari dicitur, vno modo,quando Iudex poteſt alium in ſuum locum ſubſtituere, & altero modo,quãdo quis conſentit in Iudicem non ſuum, Maria.in rubr. de for.compet.circ.prin. Boſſ.eo.tit. nu.1. Farinac. de accuſat.q.7.nu.4. Maphæus in ſua repet.l.ſi is qui pro emptore,nu.89.& 90 ff.de vſucap.& iuriſdictionis prorogatio debet eſſe in potentia & actu.l.1.ubi Doct.ff. de iudic. ideoq; ſi Iudex non poteſt ſubſtituere, minus poteſt prorogare,d.l. ſi is pro emptore.vbi Maph.loc.cit.

131 † Nonus caſus eſt, ſi delictum committitur in confinibus, vterq; Iudex poteſt illum punire iuxta ſtatutum ſuum, Bal.in l.ſi verò,§.quod ſi ex Medrano,ff.de his qui eiec.vel effud.l.2.C.vbi de crim.ag. opor. Boſſ.de for.comp.nu.60.vbi alleg. Maria.in c. propoſuiſti, verſ.circa.7.q.de for.comp. Bott.conſi. 47.nu.57. & ambos Clar. alleg.d.q.38.verſ. prætetea, & in materia confinium vide Hiero.à Monte
132 in tract.de finibus. † Quinimò tres Iudices ſeparatę iuriſdictionis eodem tempore cognoſcere poſſunt, videlicet Iudex delicti, originis & domicilij, ſiue ad inſtantiam partis, ſiue ex officio, ſecundum Clar.q.39.ver.ſed quæro nunquid,col.4.vbi dicit, quòd vnius proceſſus non impedit alterum, vide Baiar. 161.nu.14. & 15. vbi quędam practicabilia dicit,ſed omnino videndus Decian.tract.crim.tom. 2.lib.4.tit.de loc.delicti, c.17.nu.21.qui ponit non poſſe puniri pœna ſtatuti, eo quia delinquens in confinibus non dicitur deliquiſſe in prouincia, per Gomeſ.poſt Ioan.And.in c.de temp.ord. & mixtũ non comprehenditur in ſimplo, Hip.ſing. 238. & ſtatuta non extenduntur extra prouinciam, Bart.in l.omnes populi,de iuſt.& iur.ideò pęna eſt arbitraria, auth. qua in prouincia, C.vt omn.ob.iud. niſi quatenus ſint iuri communi conformia, & vide ſupra num.127. verùm quod contra eundem vno eodemq; tempore poſſit tribus in locis, à tribus iudicibus proceſſus inſtitui ex eadem met cauſa ad inſtantiam partis aduerſæ durum videtur. Nam actor ſemel vna via electa illam proſequi debet, l.ſi mulier,§.fin.ff.quod met.cauſ. & vbi iudicium eſt cœptum ibi finem habere debet. l.ubi, ff.de iud. præſertim ſi non agitur circa executionem ſiendam, iux.dec.ciſ.8. Berg.p.1. add. hic quod delinquens in duabus iuriſdictionibus (vt dic. in cõfinibus) ſi eſt capitis in vna ſub eodem præſide,& ambę pęnę ſint mortis, tunc qui habet capitum procedere debet.c. impari cauſa, de reg.iur.in 6. & per l.2.ff.ne quis eũ qui in ius voc.eſt vt eximat.l.penult.ff. de vſufr.aut in vna iuriſdictione capitali pęna ob capitale delictum,& in altera non capitali pęna ob non capitali delictum eſſet condemnandus, tũc tradendus eſt huic vt primo puniatur, demum tradendus eſt alteri vt capitali pęna plectatur. l. ſi cui.§.fi. ff.de accuſat. & per Iacob. de Beluiſ. in ſua pract. tit. de fug. reorum. ſub num.22. 23.& ſeq.vbi dat exemplum quod ſi manus debet amputari, & caput per aliam pęnam, prius debet exequi ſententia manus, & vide omnino.d.Beluiſ.ibi vbi materiam explicat cõcurſus duorum Dominorum, vel duorum Iudicũ contra eundem,& de præuentione.

133 † Decimus caſus eſt quem ponit Clar. q.38. ver. quęro,pone quòd aliquis delinquat in exercitu Mutinenſium, tunc poſito in territorio Bononienſi, nunquid poterit puniri à Prætore Mutinenſi;& reſpondet quòd ſic, Bart.in l.cunctos populos,nu.46. C.de ſum.trin.& fid.Cath. & ibidem Bald.nu.24. qui de conſuetudine ita ſeruari dicunt, & per alios quos Clar.ibi allegat,& poſtquã ita eſſe de cõſuetudine teſtãtur, ita & illã pęnã Prætor imponere dẽt, q̃ de cõſuetudine imponi ſolet,l.minimè, de leg.in propoſito vide Farinac. de inquiſit.q.7.nu.3.& 27.

134 † Vndecimus caſus & quidem valde ſingularis, quem pariter refert Clar. d. q. 38. eod. ver. quæro etiã pone ibi,& in hoc propoſito, ubi narrat caſum unius militis hoſpitali in ciuitate Papiæ, qui commiſit homicidium in territorio Placentino,& licèt non eſſet ſubditus Mediolani,neq; ratione delicti, originis vel domicilij,nihilominus fuit condemnatus ad triremes perpetuò;& ecce quòd supremę authoritatis Iudex poteſt arbitrariam imponere pœnam triremij perpetui,imò etiam mortis.

135 † Duodecimus caſus eſt euſdẽ Clar. d.q.38. ver. vidi quandoque,ubi quis de tractatu punitur in loco tractatus (licèt delictum fuerit extra dominium ſecutum)quamuis iſti tractantes non eſſent ſubditi neque originis, neque domicilij. per Bolog.cõſi.8. tenet Bero.q.84.ubi locum habere ait, cùm tractatus eſt punibilis; vide Maria. in c. propoſuiſti, de for.cõp.vbi plura dicit in hac materia, & ita Mantuæ ſeruatum fuit.

Decimuſtertius caſus in fure, qui etiamſi non ſortiatur forum ratione delicti, originis vel domicilij,ſi cũ re ſubtracta reperiatur vbiq; ratione contrectationis puniri poteſt, Bart.in l.ſi dominium.ff. de furt. vide Clar.q.38.ver.tu ſcis,& Farinac.de inquiſit.d.q.7.nu.7.l.1.C.vbi de crim.agi opor.

Decimuſquartus caſus eſt in aſſaſſinio, & alijs delictis exceptuatis, per d.l.1. C. vbi de crim. agi opor. Farinac.d.q.7.num.9.eſt verum quod poteſt conueniri vbi reperitur, ſed Iudex ex officio non tenetur,l.4.§.hoc autem iudiciũ,ff.de damn.infect.

Decimuſquintus caſus eſt, quando forenſis delinquit in ſubditum extra iuriſdictionẽ domini ſui, & dominij illius,vt puta Bononienſis delinquit in Florentinum Venetijs,qui delinquens ſi poſtea reperiatur Florentiæ, ibi puniri poterit,ex quo ratione perſonæ prorogauit ibi iuriſdictionem, & non timuit iniuria afficere ciuitatem Florentiæ ob delictum patratum in ſuum ciuem Florentinũ,ut ſentiunt Dd. in d. auth. ſi qua in prouincia, C. vbi de crim. agi opor. & qua pœna is puniendus ſit tradit Angel.in verb.exiſtens Florentiæ, nu.2.&.3.& dicitur,quòd pęna de iure communi vbiqua viget, & concomitatur delinquentem, l.leges ſacratiſſimas, C.de leg. non pęna loci delicti, quia ſtatutum non extendit vires extra iuriſdictionem, non pęna Florentiæ, quia ibi non fuit patratum delictum, nec in delinquentem iuriſdictio aliqua habebatur,niſi ipſe prorogaſſet, cum perſona ſuam iuriſdictionem veniendo Florentiam vbi repertus eſt, & ideò ſuccedit regula communis,vbi te inuenero,ibi te iudicabo,licet hęc altiorem requirat indaginem.

Decimuſſextus. Si Romæ repariatur,q a Roma appellatur Patria cõmunis Farinac. d.q.17.nu.13.

Decimuſſeptimus caſus eſt, quia vagabundus vbique punitur, Farinac.d.q.7.nu.13.Couar. pract. q.c.11.nu.7.

Deci-

Digitized by Google

Decimuſoctauus caſus contra banniros, idem Farinac.d.q.7.nu.16.cum ibi per eum adduc.& intellige virtute ſtatutorum, vide infra num.157.

Decimusnonus caſus eſt in hæretico, Farinac.d. q.7.nu.17. de quo non eſt dubitandum.

Vigeſimus caſus eſt Raptus Saly.l.1.C.eo.tit.

136 † Alia eſt quotidiana inueſtigatio ſi rei detenti moriuntur ante ſententiam, nunquid eorum memoria damnari poſſit? & in caſu crimine læſæ Maieſtatis dicitur quod ſic,l.ex iudiciorum,ver.1.ff.de accuſ.tex.in l. Pantonius,§. rei perduellionis, ff.de acq. hæredit. Clar. q.51. ver.ſcias. Item in crimine hæreſis, Rol.conſ.8.nu.8.vo.3.Burſat.conſ.43.Menoch.conſ.99.nu.172. Peregr.de iur.fiſc.lib.4.tit.5. nu.11.Gomeſ.de delict.tit.de cri.læſ.Maieſt.nu.12. Item in crimine repetundarum, peculatus, & homicidij ſui ipſius ob conſcientiam ſceleris, Clar.d. q.51.ver.ſunt tamen. Peregr.de iur.fiſc.tit.de crim. quæ morte rei non exting. tit.5. fol.106. Gand. de malef.tit.qui accuſ.poſſ.& per Decia. in d.ſuo trac.

137 † & accuſatio debet proponi intra quinquennium à die mortis, ad hoc vt memoria damnari poſſit,l.2.C.de apoſta.& ibi Bart.qui videtur loqui quoad publicationem bonorum imponendam, quæ etiam hoc in caſu locum habet, tex. in c.2. de reſcr. qui textus licèt dicat, quòd poſſit procedi intra quadraginta annos, vt ſentit Gomeſ. loc.cit. & opinio Bart. ſit taxata à Soc. in c.veniens, nu.149. de accuſat.nihilominus Baiar.ad Clar.in §.hæreſis, nu. 27. conciliationem prædictam excitat ſequens Clar.in d.ver.ſcias,in fin. & Farinac.de inquiſitio. q.10.nu.82. & eam in fine reſoluit,dicens tex. c.1. de reſcr. habere locum in hæreſi, & Bart. in d.l. 2. C. de apoſta. habere locum in crimine læſæ Maieſtatis, & alijs caſibus, in quibus memoria damnari poteſt, licèt alias opiniones,& diſtinctiones Dd. referat Burſat. conſ.43. Menoch. conſ.99. nu.172.

138 Gabriel.concl.35.lib.7.& Gomeſ.loc.cit.† docet practicam damnãdi memoriam defuncti,& dicit, quod non eſt formandus proceſſus contra reum defunctum, nec citandus, nec ſententia ferenda proprio nomine,ſed vt citetur memoria eius, arg. l. de qua re, ff. de iud. & pariter citantur hæredes reſpectu honoris, & bonorum defuncti, vt compareant ad defendendum ſi velint:ſed fortè vana videtur citatio filiorum ſi propter delictum patris, & ipſi rei efficiantur, & condemnari poſſunt pęna tempo-

139 rali, vt ſubijcit idem Gomeſ.nu.13. vbi † declarat, quòd filius non portabit iniquitatem patris reſpectu pęnæ ſpiritualis (ex quo anima, quæ peccauerit ipſa morietur, Ezech.18.) vt declarat Innoc. in c.grauem,de ſent.excom. Abb.in c.vergentis, de hæret. ante quos idem ſcripſit Grat. in princ. 24.q. 3. ſeu potiùs Auguſtin. Epiſt.75. quem citat Grat. c.1.vide Parid. conſ.2.nu.209. vo.4.Tanca.de hæret.c.41.num.3.cum ſeq. Decia.tract.crim.tom.1. lib.5.c.57. & Peregr.de iur.fiſc.lib.4.tit.5.num.34. & Farinac.58.d.q.10. num.83.de inquiſitio. Cæterum in alijs caſibus, in quibus memoria damnari nequit. Et cum pęna ſuos authores ſequitur,l.ſancimus,C.de pęn.l.ſi pęna, & l.ſi crimen, ff.eo. Couarru.var.reſol.lib.2.cap.8. Afflict.in conſtitu. Regni incip.Paternorum nu.35.cum ſeq.& alios cum ampliat. & fallentijs adductos per Farinac. de Delict.& pęn. q.24. vbi hanc reg. exornat more ſolito latè plur.iuribus, & authoritatibus infertur, quod pater non tenetur pro delicto filij ſoluere pęnam pecuniariam tot.tit.C.ne fil.pro patr.Bal.conſ.275. quæritur vo.3.Bar.in l.ſi finita,§.ſi de vectigalibus, de damn. infect. Bertazol. conſ. cri. 468 vo.2. Nec etiam de peculio profectitio, Aduentitio, vel Caſtrenſi, ſecundum Farinac.d. q.24.num.3.11.15. & 25. Fallit primo, niſi quatenus Pater factus ſit locupletior, cum aliena iactura, Bar. in l. 1. col. 2. verſ. item iſta æquitas, de pecul. fallit ſecundo, niſi quando ſtatuto caueretur quod Pater teneatur ſoluere pęnam pro filio, vt per Couarru. var. reſolut. lib.2.c.8.nu.7.verſ. Quarto,quem ſi quidam Mod. de Sabioneta vidiſſet, vtique non dixiſſet à ſeculo nunquam fuiſſe auditum.verum enim vero tale ſtatutum eſt tanquam odioſum reſtringendum, c. odia,de reg.iur.in 6.Menoch.de arb. Caſ.345. nume.11. Bertazol. conſ.cri.151. num.25. lib.1. Ro. conſ.199. Vnde ſubinfertur quod Pater non tenetur pro confeſſione filij ficta,aut præſumpta, vt puta propter contumaciam filij, idem Bertazol. conſil.83. nu.13.d. lib.1. alioquin pater teneretur pati pro filio, & ſoluere pro confeſſione ficta, & ſtatutum in odioſis extenderetur, & duo ſpecialia concurrerent contra,l.1.C.de Dot.promiſſ. de qua confeſſione ficta dictum fuit ſupra par. 3.nu.202.lit. H. fallit tertio in crimine læſæ Maieſta.Gig.eo. tract. lib.2.tit.de pęn.committ.crim. læſæ Maieſta. hinc ſtatuta dicentia, quod fiſcus habeat ſpecialem hypothecam à die delicti, non intelligitur contra hypothecarios, niſi in crimine læſæ Maieſta. ne auferantur cõmercia, vt infra dicam,& ad hanc fallent. vi. Oſaſc. deciſ.94. Fallit quartò, quando pater potuit prohibere ne filius delinqueret, & non prohibuit, Put.de Syndic. in ver.tortus,c.3. nu.9. & 10. Ideo ſibi imputent parentes qui loco officij,& Coronæ paruulis pugionem accingunt, facit in arg. c. culpa de reg. iur. in 6. fallit quintò, quando filius fuit aſſumptus ad aliquod officium de conſenſu Patris,l.2.ff.ad municip. Menoch. de arb. caſ.345. nu.8. Tandem not. quod quotieſcunque Pater cogeretur ſoluere pęnam per delicto filij, tunc pro ſuo intereſſe audiretur, abſente filio, Bertazol. conſil.184.num.3.lib.1.vt in ſimili de Hærode dictum

140 eſt, num.259. in hac 4. par. † mors omnia ſoluit, l.defuncto,ff.de pub.iud. §. deinceps, col.4. Socin. iun.conſil.112.num.9.volum.4.de hac re apud Sebaſt.Med. ſua pract. mors omnia ſoluit, concl. 25. & 32.& in ver.bonorum confiſcatio,& in ver.pœna,& in ver.accuſato mortuo, Clar. in quæſtio.51. ver.quæro nunc,& dicam infra,niſi in vita iam ſecuta ſit declaratio criminis, vt obſeruatum eſſe in Statu Mediolanenſi dicit Boſſ.in tit.de accuſat. nu. 34.& Clar.refert d.quæſtio.51.ver.ſcias, vbi in criminibus, in quibus memoria damnari poteſt, ait contrariam opinionem eſſe communem, & in ver.ſunt tamen, narrat quænam ſint delicta, quibus memoria damnari poteſt.

141 † Et quoad pœnam pecuniariã indiſtinctè in cõtrarium eſt communis opinio, & obſeruãtia, quòd pęna non declarata contra authorem poſſit declarari contra hæredem lite iam conteſtata cum authore,l.ex iudiciorum,§.fin.ff.de accuſat. l.omnes. ff.de act.& obligat.§.penultim. Inſtit.de perpet.& temp.act. Clar.quæſtio.14. verſ. ſed hic incidenter quæro, vbi quando lis dicatur conteſtata, Gomeſ. de delict.cap.1. num.44. Peregr.de iur.fiſ.lib.4.tit. 5.Gabriel.com.concluſ.35.lib.7. deciſ. Pedemont. 149.num.2. Ang.de Malefic.in ver.qui Dominus Iudex,num.41. Alb. conſil.90.& Mago. deciſ.47. num.16. Bertazol.conſil.33. lit.B. vol.1. dummodò de delicto conſtet, & de eo ſit delinquens confeſſus,vel conuictus, add.ad Clar. d.quæſt. 51. ver. ſcias,& eſſe communem opinionem,teſtatur Burſat. conſil. 77. num.21. qui tamen videtur reſtringere in famoſo latrone, ſed ſupradicta opinio eſt magis communis, & receptior, & iudicatum eſſe ad fauorem fiſci teſtatur Oſaſch. deciſ. 149. Vaſqu.

142 controuerſ.illuſtr. cap.96. num.25. † & ratio eſſe poteſt,

Digitized by Google

rendum in aſſertos creditores, puſtquam mors ſoluit omnia. §. deinceps. in Auth. de nupt. & hoc in pęnam negligentium, & pro remedio opportuno contra hos inſidiatores, quia ex cauſa licet recedere a reg. iuris communis, vt dixi in 1. par. & quod in priuatis delictis eſt actio de dolo, in criminalibus eſt ſtellionatus perſecutio. Bonifac. tract. de fur. §. poſſeſſionis ſve. ſub nu. 102. & in l. 3. vbi glo. ff. de crim. ſtell. Bertazol. conſil. crim. 11. num. 17. vol. primo, & ij ſtellionibus comparandi ſunt.

Et vt de pęna ſortilegij aliqua dicemus hæc eſt maxima, & ſortilegus fuſtigari debet, & in carceribus perpetuis detrudi iuxta ſortilegij qualitatē, vt 26. q. 5. c. quod contra ſortilegos. Ro. ſingu. 660. & quando ſortilegium ſapit hæreſin pęna eſt vltimi ſupplicij. Menoc. de arb. caſ. 388. vi. Nauar. in ſuo Manual. confeſſ. c. 11. nu. 38. & ſeq.

Et an iudex ſecularis poſſit cognoſcere de ſortilegijs, & de differentijs ſortilegorum, circa inuocationes dæmonum ad diuerſos malos effectus, hic omitto, ne videar cum ſcrupuloſis altercari, vi. tex. & ibi Cano. in c. 1. & 2. extra de ſortileg. vbi Abb. & Hoſtienſ. in ſumma. Oldr. conſil. 210. Io. Andr. in Add. ad Spec. in tit. de ſortileg. in 4. p. Geminia. in c. ſacerdotes. num. 2. 5. & 6. de hæret. Alber. in verb. ſortilegium. Paul. Ghirl. eo ſuo trac. de ſortileg. & in tit. de lamijs, per tot. Clar. in §. hæreſis, & aliqua per Rimi. iun. conſ. 414. vo 4. & latiſſime Farin. tit de delic. & pæn. qu. 20. a nu. 27. cum mul. ſeq.

Pæna vero ſeditioſorum eſt indicta a lege Iulia de vi priuat. & in l. 4 eo. tit. Menoc. de arb. caſ. 266 nu. 4. & caſ. 394 nu. 78. dicens hanc eſſe pænam arbitrariam, & de diuerſis pænis contra ſeditioſos. vi. plene per Boer. tit. de ſeditioſ. & Decia. tractat. de delict. tom. 2. eo. tit. cap. 19. a num. 77 vſque ad num. 39.

At ſi ſeditio concitetur contra Principem pęna eſt mortis, vt ibi.

143 † Quid reo mortuo appellatione pendente? & idem dicitur, vt ſupra, Sebaſtia. Med. d. tract. mors omnia ſoluit, concl. 25. nu. 70. & concl. 32. nu. 91. & alibi, Gomeſ. vero de delict. c. 1. num 82. videtur ſentire contrarium per gloſ. ſing. in l. ex iudiciorum, ff. de accuſat. ſed hæ difficultates ceſſant, quando adſunt ſtatuta, per quæ denegatur appellatio in criminalibus, vel ſtante magna authoritate Brachij Regij, & Gomeſius loquitur in confiſcatione bonorum, quæ in conſequentiam venit, ſecus dicit, ſi æquè principaliter veniret, & ex hac ratione non eſt contrarius, ſi pœna venit principaliter imponenda, et ita eſt intelligenda ſupradicta concluſio.

144 † Sed lata ſententia, ſi condemnatus de atrociſſimo delicto ante executionem moriatur, tunc ad terrorem, & in exemplum aliorum de facto ſolet executio in cadaueribus fieri, vt multos caſus recenſet Clar. d. q. 51. ver. ſed hic incidenter, Farina. d. q. 10. num. 77. D. Menoc. de arb. caſ. 245. num. 57. qui in arbitrio Iudicis hoc eſſe dicit; ſed intellige in arbitrio Iudicis ſupremæ authoritatis, & non aliter, & poteſt cadauer pro anatomia dari, ibi num. 12. pariter, qui deliquit etiam de non atrociſſimo delicto, & ſibi mortem conſciuerit cō ſcientia proprij ſceleris, ante vel poſt ſententiam, Menoch. d. caſ. 284. nume. 15. vbi late de iſtorum pœnis Sebaſt. Medic. d. trac. mors omnia ſol. p. 1. num. 142. latiſſimè Farinac. d. q. 10. vbi multa, ac multos accumulat. & ne aliorum ſcripta in totum repetam, ſat eſt loca attigiſſe.

145 † Et ſicut agi poteſt contra hæredem ad pœnam, ita poterit hæres poſt mortem comparere, & facere incumbentia pro defenſione mortui, & inſtare vt ſequatur declaratio abſolutoria, quod ei permittitur fauore defenſionis, vt tenet Gom. de delict. c. 1. nu. 83. & pariter hæres reuocare poterit confeſſionem defuncti, ſi contrarium probare poteſt, Bal. in l. error, C. de iu. & fact. igno. & in l. 1. C. ſi ex delict. defunct. Mellarus pract. crim. nume. 149. Capic. deciſ. 121. num. 17. Afflic. deciſio. 233. & hęres a ſententia lata ob confeſſionem defuncti appellare poteſt, Dec. in cap. cum ſpeciale, §. porro, num. 6. de app. But. tract. de notor. artic. 4. num. 59.

146 † Quid modo dicendum accuſatore mortuo, an iudicium ſit extinctum? Bald. in l. ſi quis, C. ſi reus vel accuſ. mor. fue. an, quod ſi pœnæ ſunt principaliter impoſitæ, non extinguuntur, ſecus ſi in conſequentiam; Clarus d. q. 51. verſ. pariter, tenet non extingui iudicium, ſi Iudex ex officio poteſt procedere, & ita practicari teſtatur Boſſ. de inquiſitione, nu. 99. multo minus quia hodie fiſcus eſt loco accuſatoris, pract. Mill. fol. 30. num. 31. quem Clar. adducit q. 3. ver. ſed certè ibi, & ratio eſt, & q. 10. ver. ſi. & ſic perſeuerare iudicium dicitur. Verum in hęrede accuſatoris quoad criminalitatem non procedit, ſecus quoad ciuilitatem, Gomeſ. de delict. d. c. 1. nu. 85. Bar. in l. ciuilis, ff. de priuat. delict. vbi optime diſtinguit.

147 † Sequitur videre nunquid pœnæ ſint multiplicandæ pro numero delictorum? hæc eſt præcipua materia l. nunquam plura, ff. de priuat. delict. ſuper qua Anca. conſil 4. nu. 4. & Clar. q. 84 verſ. ſcias, eam diſtinguendo exponit, & in effectu, ſi delicta ſunt diuerſi generis, temporis, & perſonæ, tunc pęnæ multiplicantur; item ſi contra eandem ſed diuerſo tempore, vel genere, non ad eundem finem, ſed quodlibet delictum habeat ſuum effectum diſtinctum & ſeparatum, B. in d. l. nūquam plura, num. 4. Socin. in c. ea quæ, de pęn. diſtinguit plures caſus, & Alex. de Neuo. conſil. 93. recenſet de eo, qui rapuerat mulierem, furtumque fecerat, ac etiam muros ciuitatis tranſcenderat, & Bertaz. conſil. 205. & ibi addit Couarr. var. reſol. lib. 2. c. 10. nume. 8. Bologn. conſil. 33. vbi explicat materiam l. nunquam plura, de priu. delic. ſub nu. 23. Salycet. in l. quia de crimine, C. de accuſat. vbi declarat quod ſi delicta ſint diuerſæ ſpeciei, & ſe haberent tanquam excedentia, & exceſſa, vt de tutore qui falſificauit librum rationum, hæc non confundantur, Bologn. d. conſil. 33. numero 7. & 8. text. gloſſ. & Doctor. in l. ſi gemina, ff. arbor. fur. cæſ. ſi vero plura delicta facta fuerint ad vnum finem, vtputa tractatus, armorum præparatio, & delatio armorum prohibitorum, ruptura oſtij, vel muri, pro aliquo atrociſſimo patrādo delicto, tunc ſiue eodem tempore, ſiue ex interuallo, adhuc non incepto aliquo proceſſu, attēto vno fine
148 pro vno delicto computabuntur; † quia cum delictorum ſit vnus tantum finis, delicta nequeūt diuerſa cenſeri, l. ſi familia, in fi. de iuriſdict. omn. iud. not. glo. in l. qui crimen, C. de accuſ. Bar. in d. l. nunquam plura, ſed pro eo quod eſt maius vna pęna tantummodo erit imponenda, DD. comm. in d. l. nunquam plura. quia maior pęna confundit minorem, Clar. q. 84. verſ. alius eſt caſus, vbi exemplariter dicit, ſi extant tria ſtatuta, vnum puniens vulnerantem in centum, & aliquis deferat arma, iiſque inſultet, et etiam vulneret, non eſt in omnibus iſtis pęnis condemnandus, ſed ſolummodo in centum puniri debet pro vulnere, quia pęna inſultus, & armorum confunditur cum pę-

na

na vulneris;ita colligitur ex glo.in l.qui de crimine,in ver.plurima,C.de accuſa.cum alijs per eum adduct. Placa epit.delict.lib.1. cap.8. num,18. eſt etiam notandum , quod appellatione armorum non veniunt fuſtes & lapides, quoad pęnam delationis ex communi vſu loquendi, vt inquit Clar. §.fin.q.82.ſtatu.6.verſ.& ſcias.ſecus quoad vſum, quia percutiendo,& vulnerando cum illis, prædicta quoque comprehenduntur appellatione armorum,d.l.armorum,de verb.ſig. & ita declarat Marſ.in d.§.pro conſtanti.num.14.pract.crim.& vide Guid.Pap.q.437.& Caſſa.in conſtitut. Reg. vbi ponit viginti caſus,quibus licet arma deferre; & pro complemento notandum,quod habẽs priuilegium deferendi arma, ſi cum eis percuſſerit, vel vulnerauerit , punitur pro vulnere, atque etiã pro delatione armorum , ſtante ſtatuto , vt tenet Marſ.in pract.§.pro complemento,num.9.& ſequen.quod verum eſt abſtrendo;at ſi fuerit prouocatus excuſatur a delatione armorum; quia priuilegium dicitur conceſſum, vt arma portare liceat ad ſui defenſionem , ſed in ciuitate Mantuæ contra opinionem Marſilij obſeruatum. Bertazo.conſil.205.lib. 1. Placa.vbi ſupra d.cap.8.lib.1.Nouiſſime poſt meam editionem tenere vidi Do. Petr. Caball.caſ.63.nume.9.10.& 11.vbi lætatur inueniſſe ex Decia. ita tenere, ſed ſi meum tractatum dign tus fuiſſet legere , cũ illum pę manibus habebat,dum ſuum typis tradebat,vtique amicum, quem diligere oſtendit,honoratum in dicto loco non tacuiſſet. At quando per diuerſa iura plures pęnæ imponuntur pro eodem delicto,vna impoſita aliam non tollit,Brun.a Sol.quæſt.17.num.51. dixi ſupra nume.105. vide Corſet.ſing.23. in ver. ſtatutum,& Io. And.ad Spec.tit.de pœn.§.1.in ad

149 dit. in verb. prælibatum . dicit , † quod tot ſunt delicta , quot ſunt delinquentes, & tot pœnæ, l. ſi plures,ff. de iniu. l.ita vulneratus,ad l.Aquil.& delictũ geminatur per geminos offenſ s, l.3. §.ſi ad plur. s,de ſepulchr.viol. Item quando committitur delictum perſonale priuatum, tot ſunt delicta quot perſonæ iniuriatę,& tot ſunt pęnę in eo,qui ita delinquit,l.eum qui.§. nupta iam.§§.ſeq.,ff. de iniur.ſecus quoad res,quia vnus delinquens aſportando in vna vice plures res , non incidit niſi in vnam pęnam ; idem ſi quis committit delictũ publicũ ſimul,& ſemel in plures, in l.quoniam ſi plures, C.ad leg. Iul.de vi, l.qui de crimine, C. de accuſat. D. Menoch.de arbitr. caſ.362. Et in hoc articulo diſtinguendum eſt,aut per diuerſas leges diuerſæ pœnæ imponuntur pro eodem delicto omnino ſeparatæ,& impoſitio vnius aliam tollit. text.in l.qui ſepulcra , C.de ſepulcr. viol.l.3.ff.de liber.hom.exhiben.l.quoties.de act.& oblig. Aut pęnę non ſunt omnino diuerſæ, vtputa quia vna lex imponit pęnam centum,altera mille, & tunc intentari poteſt conditio alterius legis in eo quod excedit priorem legem.not.in l.1.ff.bon.rap. Bar. in l.Senatus.ff.de accuſ.

150 † Et in delictis ac pœnis ſemper attenditur, quod principaliter fit , non autem quod in conſequentiam venit,leg.ſi quis nec cauſam,ff.ſi cer. pet. Didac. var. reſol.d.c.10.num. 8. verſ. hactenus,& late Farinac.q. 22. per tot. vide Bald. in l. cum rationibus, C. qui accuſ. non poſſ. vbi ponit quomodo plura delicta pro vno cõputanda ſint , & Clar.d. q.84. verſ.hæc autem , dicit, quòd vulnera plura cum bidente aut tridente pro vno computantur , idem ſi cum ſclopo pillulis exonerato , ſecus propter reiteratos ictus , quia quot ictus quis feriendo admenauit,tot pœnis eſt afficiendus,niſi ſtatutum dixerit ſimpliciter, quod vulnerans ſoluat centum,ſecundum Iac.de Are. in l.apud Labeonem , §.conuicium , ff.de iniur. quem refert Clar.d.verſ.ſcias,cuius Arenæ opinio eſt reprobata,& merito,quia ſtatutum dicit qua pęna vulnerans ſit plectendus,ſed non dicit an pro omnibus vulneribus,ergo tanquam caſus omiſſus remanet ſub diſpoſitione iuris communis , vt pro numero vulnerum tot pęnæ imponantur , d. l. nunquam plura,vbi Bar.& alij com.ff.de priuat.delict.et ita ſeruatur, & ſeruare vidi in dubio , niſi ſtatutum ſe declaret melius,quicquid dicat Farin. q.22.num. 12.quem refert,& ſequitur Baiardus,quoniam opinio Bartoli eſt veriſſima,& fundata iuribus exquiſitis , modernorum autem opinio non ita fulcitur niſi Iudex arbitrium haberet etiam ſuper pęnis ſtatutarijs. Quid ſi quis pluries percuſſerit in eodem loco,vt in naribus,vel in vno oculo,vel vulnera pluries intulerit,vtputa vulnus ſupra vulnus ſemper in eodem loco,an pluribus pęnis afficiatur, vel pro omnibus vna pęna tantum. De hac re vi. D. Cabal.in caſ.155.& 165. quem placet mihi ſæpius allegare,quia inuidi eſt ſupprimere alterius famam,& honorem. Et notandum,quod ap

151 pellatione † vulneris venit ſciſſura in cute habens opus medela,Bar.in l. Prætor ait, de minor. l.ſi ſeruus,§.rupiſſe,& ibi declarat Flor. ad l. Aqu. Cæpol.conſil.40.num.4. Sed in modica ſciſſura, ſeu ſcarpinatura, aut ſgrafignatura locum non habet,Bal.in l.fi. C.de ædil.act.dicit modicum vulnuſculum in ſe non habere delictum, Tiraq.trac. de iudic.in reb. exiguis, nu.11. quod intelligo verum ſi eſt illatum cum pugno , vel vnguibus, & Bar.in tract.de percuſſ. Afflict.ſuper conſtit.verſ.

152 ſi quis aliquem,num.5. dicit,quod † dentes appellantur arma, Pſalm.56.ibi filij hominum dentes eorum arma,nihilominus conſuetudinaria interpretatione non comprehenditur in ſtatuto de vulnerante,qui parum dentibus lacerat,& multo minus ſi ſtatutum dicit ſi armis vulnerauit, vt fere vbique hæc diſtinctio ponitur in pęnis ſtatutarijs,ſi cum armis, vel ſine armis;& è contra ſi quis armis adeo percuſſerit ſine ſciſſura cutis, vt tumore facto nequeat ſanari niſi apetiatur ferro , tunc habet locum pęna ſtatuti, Bartol.in d.l.Prætor,§. quæ atrocem,ff.de iniur.quem ſequitur Afflict.d. conſtitutio.ſi quis aliquem,num.3.& 18.ſed quid ſi ap ratur tumor alia via,quam ferro,puta collyſio,ſeu emplaſtro? tunc non habet locũ,quia non ſunt arma,vt gladius,nec ferrum, ſed medicamenta,& ex diuerſis non infertur,l. Papinianus,§.exuli , de minor. at credo pęnam eſſe arbitrariam. vt ſup.nu.150.

Sed meo iudicio pœna eſt arbitraria per ſupradicta,num.150.

Quid de pœna vulnerantis in faciem dita ope

H ra. Equidem non leuis,ſed grauiſſima debet eſſe pœna illorum , qui appenſatè in facie vulnerant , vel faciem deturpant,ſeu deformant , naſum, aut aurem cędendo,vel cicatricem faciendo.

Nam homo ad imaginem Dei factus quo ad animam,quam per faciem rapprӕſentamus. iuxta gloſſ.in l.ſi quis in metallum,C.de pœn.grauiſſimum eſt deformari . & vt ait Auguſt.ad Angel. in uerb.cicatrix.recitans Bald.in Rubr.C.de uindic.liberta.

Homo dicitur conſtare ex ſex membris . quod in materia ſtatutorum eſt not. ubi de membro fit mentio,circa membri debilitationem, mutilationem, & obtruncationem . & membra hominis, (quæ maiora appellantur) Sunt pes, tibiæ, coxa,

Anguina,

Digitized by Google

Anguina, venter, collum, & caput, in quo facies continetur, & in qua ſtat forma pulcritudinis, & decoris.

Quapropter non eſt alicui Iudici licitum pœnam ſtigmatis indicere. dequa in l.ſtigmata. C. de fabricen.lib.10. nec valet ſtatutum in contrarium. vt dicit Ang. in d.verb. cicatrix. verſ. in facie.num.2.per tex.& glo.ſupradict.in l. ſi quis in metallum. C.de pœn. & Iudex noſter virtute Brachij Regij,cum pœnis alligatus non ſit expreſſis, vt in prima par.num.8 & 9.declaraui. non tenebitur ſeruare pœnam ſtatuti leuem, ſed maiorem imponere poteſt,iuxta facti qualitatem,& perſonarum,prout ita ſeruaſſe Senatum Mediol.teſtatur in propoſ.Boſſ.in titu.de homicid.ſub nu.41.

I & 42. Quia rigoroſiſſime procedendum eſt in hoc grauiſſimo,& turpiſſimo crimine,cum damnum hoc ſit irreparabile. & ſignati, & cicatrizati hoc modo,digito oſtenduntur, & ſæpenumero talia perpetrantes ſunt cauſa perditionis, & deſtructionis domus,& familiarum (vt experientia docet) quamuis a proditoribus nemo vix tutus euadere poſſit,vt aduerti in 1.p.ſub nu.75. cum ſequ. ſecus ſi armis, vel aliter in pura rixa, & non data opera id euenerit, quoniam amota ſuperchieria, (& il grande auantaggio)& circumſcripto ſtatuto pœna ſtatuti ordinaria de vulnerante locum habebit,vt ſentit Foller.in ſua pract.in verb. de for. capitul.num.16 & 17. vbi proprie de vulnerante cum vitro, vel alio vaſe terreo, dicens quod hæc ſub ſtatuto de vulnerante lethaliter non comprehenduntur,vt cauetur Neapoli,& facit ad ſtatutũ Mantuæ Rubric.de homicid.§. & intelligantur. de quo memoriam feci ſupra in 2. parte, ſub numero 278.

De cicatrice vero modica,vel magna, & apparenti qualiter ſtatuta ſint intelligenda vi. Ang.in
K d.ver.cicatrix.& Flor.in l.fin. ff.de noxal. & Bonacoſſ.ſuis quæſtio.crim.ſuper ſtatu.eo.verb.cicatrix. Bertazol.conſi.crim.359 num.26. vbi etiam loquitur de mandante talia obſcœna,ex quibus locis collige quod ſtatutum intelligi debet de cicatrice deformante, & perpetuo remanſura, ſecundo de cicatrice facta in pura rixa, aut caſu, tertio in facie,& non in alijs partibus corporis,ad quæ omnia vi. Flor.in l.quæ de hac.ff.ſi quadrup.pau. feciſſ.dicat.& in l.fin.ff.de ijs, qui deiecer. vel effud. Ideo vulnus etiam cum inciſione oſſium ſuper caput non comprehenditur in ſtatuto de cicatrice loquente. Bald. conſilio 432. volumine quinto.

L Nec eſt opus indicio medici, aut chirurgi poſtquam vulnus eſt ſanatum, & cicatrix euidenter apparet per Alber. Bru.ſuper 3.vol.ſtatu. in verb. cicatrix.

Vbi adde quod indicium vnius medici retractari poterit ex interuallo propter peritioris medici iudicium. Bal.in l.ſi ab hoſtibus,§.vir,ff.ſoluto matrimonio, Corr.memor. in verb.ſtatuto Mediolani. ſed medicorum iudicium ſolet adhiberi antequam vulnus ſit ſanatum ad effectum, de quo dixi in prac.de teſt.p.1.nu.50. & ad effectum defendendi clientulum,vt per Foller.practic.ver. for.cap. pro vulnere. nu.22.

Et quamuis alij iudices ordinarij poſt ſententiam in qua omiſerint condemnare grauiori pœna vulnerantem ob cicatricem, non poſſunt poſtea ſupplere,tanquam functi ſint officio ſuo.tex. l.iudex poſtquam,de iudic.l.terminato.vbi Doc. C.de fruct.& lit.expenſ.text.in l.centum Capuæ. ff.de eo quod cert.loc. & per Barto.in l.Senatus, ff.de accuſat.

Tamen iudex noſter, ſiue ſuam, ſiue aliorum ſententiam ſupplere poterit. argum.l.2.in fin. de fer.& in leg.1.C.qui & aduerſ.quos.& vi.quæ in propoſ.dixi ſub nume.76. & 78. & infra ſub nu. 284.& plura congeſſi in 6.p.ſub nu....

Quia vt dixi in 1.par. nume.7.8 9. & ſequent. iudex Brachij Regij non eſt punctualiter alligatus tempori,loco,ſtatutis, aut ſolemnitatibus iuris,ſed duotaxat rationi iuſtitię,æquitati,& quandoque rigori, vbi expedit ad effectum, vt rite, & recte prouincia gubernetur. leg. congruit. ff. de off.præſi.

M Et quod dictum eſt de vulnerantibus in facie, idem dicendum eſt quo ad fędandum, ſeu ſtercorizandum faciem,attramento,ſtercore,vel ſimilibus nefandis rebus, nam quo ad procedendum eodem modo,& ratione rigoroſiſſime eundũ eſt, per l.illud. ad leg. Aquil. ſed quo ad puniendum, cum damnum ſit reparabile,aqua & ablutione,et non eſt perpetuo permanſurum,leuiori pęna eundum eſt,quam in cicatricibus,ſed attenta qualitate perſonæ offenſæ iniuria ponderabitur. l.ſancimus. ff.de pœn. & ad euitanda ſcandala grauior pœna imponi poſſet, vt cæteris tranſeat in exemplum.vi.ſup.nu.94.

N De illis autem qui capillos,aut barbam,ſeu pilos per vim,& ad iniuriam extrahunt,ſcarpinant, vel tondunt,pœna extimanda eſt pro qualitate facti, & perſonæ, iuxta l.item apud Labeonem, §. generaliter,de iniur.eſt tex.in l.veſtem ſordidam, eod.titu.etſi ſanguis pariter non exeat pœna eſt de iure librarum decem parti applicandarum, & librarum viginti fiſco,c.1.§.ſi quis aliquem,de pac. tenen.in vſ.feudo.Rom.ſingul.573.& vi.Ang.in verb.membrum prædictum. nume. 3. Sed hodie pœna erit arbitraria extimanda, ſecundum quod deformitas apparebit. Afflict.in conſtitu.hac edictali in fi.& ſicut ad ornatum,& decus mulierum capilli longi permittuntur, & honeſtatem oſtendunt. Menoch.de arb.caſ.292.nume.30.31.& ſequen.ita ob pœnitentiam filiarum laſciuarum patribus permittitur tondere illis capillos, in authen. ſed hodie, C.ad leg. Iul. de adulter. vt in Ciuitate Genuæ meo tempore ſeruatum fuit a quodam viro nobili, & illuſtri, ſicuti factum eſt vxori, quæ ſcienter alteri viuente viro nupſit,vt ait Bertaz.in ver.capilli.

O Non enim ita grauiter erit puniendus,qui barbam in aliqua parte lædit, ſicut qui totam ſcarpinat,vt per Bald.in l.reos. C.de accuſat. ſic de abſciſſione vnius digiti, manus, vel alicuius partis narium, aut auricularum. Baiard.ad Clar. quæſtione 69.

Nam hæc ſunt partes membri, ſed non membrum,ſicut nec lingua, labia, dentes, & mamillę, de quibus per Caſſa.in conſuetu. Burg.rub.1.§.5. Fab.a Monteleo. pract.arb.par.4.pag.97. licet D. Farinac.de delict.& pœn.quæſt.29.nu.23.ait eſſe membra ea ratione, quia diſtinctam operationẽ habent,tamen non ſunt membra principaliſſima ſed acceſſoria,vel inferiora alijs membris, de quibus ſup.nu.152.lit.I.

Et aliæ ſunt corporis partes integrales,aliæ quotatiuæ. vt de domo dicitur quod conſtat ex pariete, & tecto, ac fundamentis, vt ſupra numero 87.& 88.

P Et de digito manus,aut pedis qui eſt pars membri,& officium,l.non ſunt liberi,vbi Bar. & Doc.

Digitized by Google

ff. de ſtat. ho. ſed ſi ſtatutum imponit pœnam pro
membro debilitato, tunc per truncationem digiti
pœna locum habet. Bal. in c. 1. de no. for. fidel. in
vſ. feudo. & in auth. ſed nouo iure, C. de ſeru. fug.
Aret. in ver. membrum, de malef. late Felyn. in c.
cum illorum, pen. col. ver. digitus, de ſent. excom.
& Abb. in cap. accuſaſti, in fi. extra de accuſat. vi.
Foller. pract. crim. in ver. de for. cap. in vulnere,
nume. 23.

Q Et quoad pœnam mutilationis membri pœna
erit arbitraria, niſi ſtatuto expreſſe caueatur, & dif
fert mutilatio membri, a debilitatione, vt per An-
ge. in l. non ſolum, ff. de rei ven. & Dec. in l. ſi fu-
gitiui, C. de ſeru. fug. Ang. quo. tract. malef. in ver.
membrum. ſicuti hæc duo differunt a deturpatio-
ne per ſupradicta. vi. Bonacoſ. in verb. membrum
ſuper ſtatu. crim.

153 † Quærendum eſt an plures pro vno tantum
delicto teneantur in ſolidum, vel quilibet pro ſui
parte ad ratam loquendo de pœna pecuniaria? hæc
eſt materia l. item Mela, §. ſi plures, & l. ſi plures,
ff. de iniur. & placet diſtinctio Dyni in cap. rati-
habitionem, num. 19. vbi ait, aut eſt actum ratio-
ne delicti ad intereſſe, aut ad pœnam pecuniariam
vel corporalem: primo caſu omnes in ſolidum te-
nentur, ſed vno ſoluente cæteri liberantur. l. 1. §.
quoties, ff. de vi, & vi arma. Secundo caſu non,
quia non omnes eandem pœnã patiuntur, l. adeo,
ff. de iuriſd. om. iud. l. ita vulneratus, ad l. Aquil. &
diſpoſitio l. item Mela, §. ſi plures, punit omnes,
quia ibi plura erant facta diuerſarum perſonarum
diſtincta: ideo vnus vno modo, alius alio modo
punitus eſt, facit Natt. conſil. 79. quem Clar. ad-
ducit quæſtio. 84. ver. fin. & de pluribus vnum fur
tum facientibus circa pœnam corporalem loqui-
tur Andr. de Iſern. de pac. tenen. §. ſi quis quinque
ſolidos, vbi poſſe ſuſpendi ait, licet iſte textus vi-
deatur crudelis, ſed propter violationem pacis fa
ctus eſt; ſed quoad reſtitutionem, & emendam
damni iam dictum eſt ſolutione vnius cæteros li-
berari a reſtitutione, & non a pœna, per tex. l. 1. C.
de fur. & l. 1. §. ſi plures. ff. de eo per quem fac. erit,
Gomeſ. de delict. cap 1. num. 88. ver. ex quo infer
tur, Scrib. in l. 3. §. 1. ff. de duob. reis. & in l. 1. C. ſi
plures vna ſent. in auth. hoc ita, C. de duobus reis,
datur tamen ſoluenti repetitio aduerſus cõſocios,
Gomeſ. de duobus reis, nu. 3. & in tit. de delict. ca.
1. num. 88.

Sed pro vno homicidio, ſi multi interuenere ex
cedentes numerum quattuor, licet eodem animo
ad occidendum æque interfuerint, tamen æquita-
te, cogente non omnes de conſuetudine mori de-
bent, ſed ille, vel illi, qui vulnera lethalia intule-
runt, Cæteri autem ad triremes perpetuo damna-
ri ſolent, niſi alias fuerint ſoliti delinquere, vel
omnes fuerint aſſaſſini. l. aut facta. §. fi. ff. de pœn.
Clar. q. 60. ver. allegatur.

154 † Quando autem dicatur vnum factum, vel
plura, quando vnum furtum, vel vnum verbum
iniurioſum, vel plura, tradunt Bart. in d. l. nunquã
plura, ff. de priuat. delict. Doctores in l. ſi familia,
ff. de iuriſd. omn. iud. & alij DD. allegati in addit.
Dyn. ad d. reg. ratihabitionem, lit. o. & tunc dici-
tur vnum factum, ſi ex diuerſis actibus ſubordina
tis ad illud perducitur, vide ſupra num. 148. & in-
fra num. 184. dicuntur plura delicta, ſi quilibet a-
ctus de per ſe delictum eſt. de primo exemplum
eſt portare enſem, extrahere, inſultare, & offende-
re; de ſecundo eſt portare arma prohibita pro de-
fendendo; nam licet non offenderit, debet puniri
pro delatione, ſi offenderit, pro vtroque, ſed vide
Doctores ſupra adductos.

155 † An autem ſententia condemnatoria, vel ab
ſolutoria contra vnum ex pluribus ſocijs crimi-
nis noceat, vel proſit alijs? Gomeſ. de delict. ca. 1.
nu. 88. dicit, quod in delictis non connexis a pluri
bus commiſſis vnuſquiſque principaliter, & de
per ſe tenetur, per tex. l. ſi quis ad quod, §. fi. cum l.
156 ſeq. ff. de iuriſ. om. iu. † & quæ dicantur conne-
xa delicta ponit Dec. tra. cri. to. 1. lib. 3. c. 33. nu. 3.
vbi ait, quod connexa dicuntur lenocinium, & a-
dulterium, eo quia ad eundem finem tendunt,
quamuis quodlibet per ſe ſit delictum; tamen eſt
medium ordinatum ad idem.

Secundo Gom. d. c. 1. nu 88. dicit, quod in deli-
ctis connexis ſentẽtia abſolutoria lata in fauorem
vnius prodeſt alteri, tex. in l. denũciatione, § 1. ff.
de adult. at limitat hanc concluſionẽ reſpectu de-
coris matrimonij, vt actus magis pereat, quam vt
ſuſtineatur, at in alijs delictis cõnexis, vt in crimi
ne inceſtus, ſtupri, ſodomiæ, & ſimilibus, ſentẽtia
lata ad fauorem vnius alteri non prodeſt: Verũ ſi
alter ex ſtupratoribus abſoluatur, vt quia forte per
torturam indicia purgauit, tũc dictum Gom. pro-
cedere poteſt. At ſi abſolutus ſit (quia non conſtat,
neque probatum eſt ipſum fuiſſe delinquentem)
tunc vno abſoluto, alter vtriq; abſolutus dicitur ra
157 tione connexitatis, † cum in connexis idem ſit
iudicium, l. cum actum, de neg. geſt. c. translato, de
conſtit. Tamẽ in practica ſeruatur, vt ſi ambo ſunt
præſentes, ambo abſoluantur, vel condemnentur,
& ſi forte vnus in negatiua perſiſtat, & alter confi
teatur, tũc negans abſoluitur, & confeſſus damne
tur in eadem ſententia. Si vero vnus ſit præſens, et
alter abſens, primò proceſſus contra abſentẽ perfi-
citur, vſque ad ſententiam incluſiue condẽnando
illum in contumaciam; & poſtea deuenitur ad ex
peditionẽ cauſæ contra præſentem, Cla. q. 49. ver.
ſcias, Ant. Scap. tra. iu. non ſcrip. li. 5. c. 214. nu. 14.
cum ſeq. & hæc eſt vera & tutior practica, quæ tol
lit ſupradictam difficultatẽ, & etiam ne ob publi-
cationem proceſſus cõtra præſentem abſenti, eius
continentia propalentur; & ſic non publicatur præ
ſenti proceſſus, niſi prius abſente condemnato, &
ita vbique obſeruatur. Nec obſtat quod in contra
rium videtur innuere Gom. d. c. 1. ſub n. 88. ver. ſi.
quia nõ debet intelligi, ſi omnes delinquẽtes ſunt
158 præſentes, † quo caſu iudex bene poteſt ferre ſen
tentiam contra vnum ſi liquet de cauſa, & contra
eum exequi, licet adhuc duret inſtantia proceſſus
contra alios; Simili modo ſi vnus ex pluribus cõ-
demnatis appellauit, quia appellatione durante iu
dex exequi poteſt ſententiam contra alios, qui nõ
appellarunt, vt idem Gomeſ. loc. cit. dicit, ſed hoc
intellige dummodo tranſacti ſint dies dati ad ap-
pellandum, vt in l. 1. ff. de re iu. c. 1. ti. eo Lance. de
atten. tit. null. pend. num. 20. fol. 328.

159 † Tertio Gom. d. c. 1. nu. 90. dicit, quod quãdo
delictum eſt commiſſum ab vno principaliter, &
pœna bonorum peruenit in conſequentiam ad a-
lium, tunc condemnatio principalis nocet alteri,
per l. 1. C. vbi fiſca. cau. & Bar. in l. filiusf. ff. de ver.
obl. & ex hac concluſione idẽ Gomeſius quatuor
facit illationes. Primo, quod ſententia lata contra
occiſores alicuius defuncti, nocet hæredi non vin
dicanti necem defuncti in foro fori, ſecundũ Bar.
in l. 1. C. vbi cau. fiſ. & Cor. ibi declarat. Secũda il-
latio eſt, ꝙ ſi delictũ tale eſt, per quod alienatio bo
norum prohibetur a die cõmiſſi delicti, iux. auth.
bona damnatorum, C. eo. tunc ſententia lata con-
tra

Digitized by Google

tra principalem delinquentem præiudicat poſſeſ-
ſoribus,in quibus bona alienata ſunt, l.quiſquis,
§.filij vero,C.ad leg.Iul.Maieſt.Tertia illatio eſt,
quod ſententia lata contra ſeruum delinquentem
capitaliter nocet,& præiudicat domino non cita-
to,nec vocato quoad priuationē ipſius ſerui. Quar
ta illatio eſt, quia ſententia lata contra filium no-
cet patri non vocato,quatenus eſt legitima. Bart.
d.l.cum filiusfam.de verb.oblig.de ijs per Iaſ.in l.
260 frater a fratre,ff.eo. † ſicut etiam de conſuetudi-
ne tenet ſententia lata contra adultū curatore nō
citato,Clar.q.50.ver.primo, Ant.Colum.trac.cō
trou.crim.art.171.& 174. Scio tamen regulam eſ
ſe in ciuilibus, quod ſententia lata contra præſen-
tem, aut contumacē non poteſt nocere tertio non
citato,d.l.cum filiusfam.vbi Bart. de verb. oblig.
tot.tit.res inter alios acta,& Gomeſ.d.c.1.nu.91.
261 ait,quod innocens,† qui delictum non commi
ſit,ſi ob ignorantiam aut malitiam iudicis ſeu te-
ſtium,aut metu tormentorum condemnatus, &
occiſus eſt. & poſtea de eius innocentia conſtet,
vt quia alter inuentus ſit culpabilis,tūc iſte etiam
puniri debet pœna mortis, quia ſententia, & eius
executio ſecuta contra innocentem non releuat
alium culpabilem, Pet.Cab.caſ.cn.37. vbi pulcre
hanc rē explicat,& opinio Gomeſij eſt vera. Sed
mirum in modum damnat iudicem,& alios,qui
malitia, aut ſupina ignorantia innocentem con-
demnari,& occidi fecerunt, ſecundum Doctores
in l.error,ff.de iur.& fact.igno.& in l.abſentem,
ff.de pęn.nec dignitas & ſuprema authoritas quē-
quam excuſabunt, quia Deus non eſt acceptator
perſonarum, Deut.10.& Act.10. & alibi ſæpe hoc
Scriptura reſtante:& hæc a Gomeſ. Doctore cele
berrimo colligere hic volui tanquam quotidiana
& ſummopere practicabilia.

262 † Verum ſi condemnatus antequam ſentētia
exequatur innocens reperitur, tunc iudex noſter
poterit retractare ſuam ſententiam, vt ſupra dixi
in materia innocentiæ, & iudex ordinarius ſuper
ſedebit,donec Principem admonuerit, Boſſ.tit. ſi
aduerſ.rem iud.nu.28.Cattar.de exec.ſent.cap.bā
nit.c.3.n.6.Farin.cum ibi per eum addu.q.11.nu.
12. & ibi ponit formam ſentētiæ contra bannitos
contumaces, quam definitiuam vocat vigore ſta-
tutorum,n.94. & ſi nocens peruenerit in fortiam
iuſtitiæ puniendus erit, quāuis innocens pro no-
cente pœnas indebite luit.leg.ſeruum, ff.de inter.
act. vbi Bald.

263 † Cæterum in propoſito materiæ noſtræ prin
cipalis, in qua quæritur ſi plures in vno facto in-
teruenerunt,ſiue in vna rixa,& appenſate, ſeu ani
mo deliberato qualiter, ſententia ſit proferenda,
vide eundem Cattar.c.fi.nu.245.cum plu.ſeq. d.
tra.de execut.ſent.capt.bann. & Dec.conſ.75.vo.
3.RoLa Vall.conſ.63.vo.3.omnino D.Men. qui
pulcre hanc rem explicat de arb. caſ.362. & tetigi
in pract.de reſt.p.1.num.87.ibi ſed aduerte. An in
caſu incertitudinis ambo ſint condemnandi, vel
abſoluendi,vide Tiraq.tra.de pœn.tempe.cau.60
61.62.63.& 64. Hic incertitudinis materiā attin-
gere opportunum videtur,qua de re ſi duo ad inui
cem verbis contendant, & deinde ad rixam deue
niant, & ignoratur quis fuerit author rixæ ambo
in contumaciam condemnantur,ſiue pœna ſit pe
cuniaria,ſiue corporalis,verū ſi vnus ex eis ſe con
ſtituerit ſponte,aut capiatur,& ſe iuſtificet,& alter
ſit contumax.iſte condemnatur ob contumaciā,
at ſi ambo ſponte conſtituti,vel capti fuerint,tūc
ille qui eſt magis rixoſus præſumitur author rixæ:
item ſi vnus remanſit vulneratus,alter nō,qui vul
nerauit author in dubio præſumitur,ſicuti ſi vnus
arma habebat,alter non,vel vnus pugionē, & en-
ſem, alter tantum pugionem, niſi is enſe armatus
ſolum cum pugione, nequaquam euaginato enſe
altercauerit. De hac re Cor.conſ.51.vo.1.Boer.de
ciſio.237. & Mediolani extat ordo Senatus quod
qui primo euaginauerit plectatur certa pœna, vt
in proclamate anni 1555.primo Iulij. & in Add.
ad oo.ord.car.7. vbi in d. pœnam incurere ſocios
primo euaginantis. hæc prouiſio videtur dempta
ex l.1.§.cum Arietes, vbi glo.ff.ſi quadru. pauper.
feciſſ.dic.& meminit Clar.§.fin.quæſt.60.ver.vi-
di ego.idem in §.homicidium,verſ.alia eſt. Gom.
var.reſol.tit.de homic.n.36.Ang.de malef.in ver.
& dictus Titius.nu.37.cum ſeq.

T Et facit etiam pro pace, & tregua rupta, nam
ſupra p.2.num.259.lit.k.& ſequen.nam ſi quis eſt
prouocatus non incurrit in pœnam conuentiona
lem,aut prætoriam.Si vero ſit dubium quis fuerit
prouocator, poteſt iudicari iuxta prædictam di-
ſtinctionem circunſcriptis ſtatutis, vel alia lege
Ducali.

Et ad inueniendam ad hunc effectum verita-
tem percuſſor(qui habet inditium ex præſumptio
ne contra ſe)poterit torqueri,vt ait Boe.d.deciſio.
237.pro intereſſe fiſci quoad pęnam augendā. Nā
ex quo operam rei illicitæ dedit, debet ſequi con-
demnatio,l.ita vulneratus,ad leg. Aquil.ſiue con-
tra vnum,ſiue contra ambos,iuxta prædictam di
ſtinctionem. at quoad intereſſe priuatum,non poſ
ſit torqueri. vt ſupra de pace rupta dictum eſt. &
ita eſt intelligendus Boer.d.deciſ.237.

Et vbi vertitur pœna conuentionalis, cauſa
ſemper eſt examinanda, propter quam rixa facta
fuit,& an cum armis ab initio, vel ex poſt facto,
vt per Fel. in c.dilecti. col.fi.de excep. Boſſ.de in-
iur.nu.8. & qualitas perſonæ ſummopere conſi-
deranda,vt rectum iudicium fieri poſſit.

Verum enim vero cum hæc materia condem-
nandi plures pro vno facto ſit valde practicabi-
lis,& quotidiana(in qua multi multa loquuntur)
decreui figurare caſum multos caſus in practica
continentem, cum infraſcriptis allegationibus,
diſtinctionibus,& ſolutionibus.tam quoad inter
pretationem iuris communis,quam ſtatutorum,
& aliorum ordinum.

Caſus igitur erit;quidam opera ſui ſerui tres ho
mines accerſiri fecit, vt baſtonarent duos homi-
nes ſimul commorantes, ex aliqua cauſa motus,
& iſti tres explorato tempore noctis cum baculis
in quadam domuncula ſe receperunt iuxta iter,
per quod eo tempore exiſtimabant illos duos
tranſituros, & circa horam noctis (iſtis tribus ē
dicta domuncula cum baculis exeuntibus) ob-
uiam ſibi habuerunt principalem mandantem,
qui attulit vni ſpontonem, alteri bidentem ruſti-
calem,& alij alium ſpontonem, & cum eo pari-
ter aduenit quidam alius dolone,& ſica armatus,
qui ſe cum dictis tribus aſſociauit, & tanquam
dux, & conſocius adiunctus eſt eis, & mandans
oretenus repetito mandato ad baſtonandum, il-
liſque a ſe admonitis, vt irent cum iſto quarto ſo-
cio, & bene aduerterent ne ignauias facerent, di-
ſcedit ab eis: Sic ipſis quatuor euntibus ea nocte
verſus iter, per quod de more venire ſciebant il-
los, quos baſtonare volebant, eos prope pertran-
ſeuntes,armatos viderunt,cum vno eorum famu
lo pariter alabarda armato, circa ſecūdam noctis
aere obſcuro,& ſtatim nullis dictis verbis iſti qua

tuor contra dictos tres ineautos irruentes admena
te cœperunt cum dictis armis, more baſtonandi,
& vnum percuſſerũt in humero, & capite, in quo
vulneratus remãſit, ſicut & alium ſocium eodem
fere modo, qui tamen ſe defendendo vulnerauit
vnum ex aggreſſoribus in humero punctim cum
alabarda: Tandem vero iſte aggreſſor ita vulnera-
tus magnum edidit vulnus cum ſica in capite al-
terius ex dictis, quos baſtonare decreuerant, qui è
dicto vulnere eadem hora obijt, & ſic factum di-
uerſimode ab opere incepto, & (vt fertur) ab ani-
mo ſecutum eſt.

164 † Quærebatur an omnes iſti aggreſſores tene
rentur de homicidio? & ſtante narratione facti vi
debatur dicendum quod ſic. Primo virtute ſtatuti
in rub. de homicidio voluntario, caſuali, & neceſ-
ſario, §. præbentes vero, vbi auxiliatores eadem pę
na puniuntur, quod idem de iure communi, per
l. 1. & l. item Mela, §. ſi plures, ad leg. Aquil. l. quo
niam multa facinora, C. de vi pub. & priu. & Bal.
in l. ſi rixa, C. ad leg. Corn. de ſic. & idem Bal. in l.
non ideo minus, verſ. ſed iuxta hæc, C. de accuſ. &
alij quos allegat pro hac parte Ale. cõſ. 15. vo. 1. &
ad dictam l. quoniam multa facinora, Boſ. in ti. de
homi. n. 26. & ſeq. nu. 37. & 71. pulcre Anguiſſol.
conſ. 23. nu. 5. li. 1. & in hanc partem videtur incli
nare Fel. in ca. 1. ſub nu. 13. ver. tertium membrũ,
de off. iud. deleg. Auxiliaturque quatuor modis,
primo ad ipſum crimen ordinatum, ſecũdo in ip-
ſo actu criminis ad ipſum perpetrandũ, tertio poſt
crimen ad ipſum continuandum, quarto ad delin
quentem euadendum, vt per Ant. Columba. trac.
de controu. cri. ar. 82. & facit vulgaris regula, quod
165 agentes † & conſentientes pari pęna puniuntur,
l. ſi quenquam, C. de epiſ. & cle. l. quiſquis, C. ad l.
Iul. Maieſt. cum mul. ſim. Cœpol. in ſuo volgariſ.
conſ. cri. 2. & Bar. in l. furtum, ff. de fur. Marſ. cõſi.
30. nu. 21. & 22. & intellige vt per Ruin. conſi. 82.
nu. 5. Rim. iun. conſ. 106. nu. 12. tom. 1. quod inter
conſ. crim. diuerſo. vi. Bero. conſil. 192. per tot. vi.
Cæpol. in ſuo volg. conſ. 2. Bart. in l. furtum. ff. de
fur. Marſ. conſ. 30. nu. 21. & 22. & intellige vt per
Rui. conſ. 82. nu. 5. vo. 4. Rim. iun. conſ. 106. n. 12.
to. 1. inter conſ. cri. diuerſo. Bero. conſ. 192. per tot.
vo. 3. qui tenet quod ob conſilium, opem, & mini
ſterium punitur, vt in accipiente precium, in accõ
modante ſcalas, Grat. conſi. 52. vo. 2. Nouel. pract.
nu. 199. & ſeq. vbi de malo exploratore.

166 † Præterea ille, qui dando operam rei illicitæ
excedit, tenetur pœna ordinaria, quatenus exceſ-
ſus patitur, maxime ſi veriſimiliter potuit ſaltem
in genere cogitare, quod ſequeretur id quod ſecu-
tum eſt, Aret. conſ. 34. & alios adducit Boſſ. d. tit.
de homic. nu. 92. & Bertazo. conſ. 326. lit. A. & B.
& prius cõſ. 299. lit. A. li. 2. vbi coadunatos ad ma
lũ vult eadem pœna teneri, qua homicida, eo quia
præcogitare potuerunt, & tenebantur, idem conſi.
232. par. 3. Bal. in l. mandati, C. mandati.

167 † In contrarium, quod iſti auxiliatores non
debeant puniri pœna ordinaria, ſed mitiori, vide-
tur facere tex. in c. fin. de homic. vbi quod quiſque
punitur pro ſua culpa tantum, & multũ differt cul
pa a dolo, d. l. item Mela, §. ſi plures ſeruum occi-
derint, & appareat cuius ictu obierit, ille tenetur
de occiſo, & facit Dyn. in reg. ratihabitionem, nu.
17. & etiã ſi ſequatur mors aut abortus culpa, ſed
non dolo, pœna culpæ commenſuranda erit, ſicut
dicitur de illo qui ignoranter & inaduertẽter im-
pulit mulierem prægnantem quæ fecit abortum.
Nã tenebitur pœna extraordinaria, Ang. in l. pen.
de ſic. Lud. in l. 1. §. occiſorum, ff. ad Syll. alia exẽ
pla habes ſupra num. 56. vt ſimile de impellente il
lum qui gladium præ manibus habens ſe vulnera
uit, vel occiſus eſt ob talem impulſionem, de quo
Angel. conſil. 285. in dubio delictum præſumitur
caſu, vel in pura rixa commiſſum, Menoc. de arb.
caſ. 10. Blanc. de indic. num. 176. & qui aliter dicit
probare debet, l. ſi ex plagijs, §. 1. ad leg. Aquil. l. fi.
ad leg. Corn. Bonacoſſ. in ſuis quæſt. in verb. rixa,
Plot. conſil. 179. inter conſil. crim. diuerſ. & rixa
non dicitur per admenationem tãtum, ſed ex ver
bis ad contentionem, & ex contentione ad facta,
Cano. in c. nuper, de ſent. exc. Nam vbi non inter-
ueniunt percuſſiones, aut vulnera inter verbis cõ-
tendentes, non dicitur proprie rixa. l. ſi ex plagijs.
§. 1. ad leg. Aquil. l. fin. ad leg. Cor. Bonacoſſ. ſuper
168 ſtatu. in loc. mox cit. † & pœna eſt commenſu-
randa culpæ, l. recipiendum, ff. de pęn. quiſque pro
modo culpæ erit condemnandus, at cum ſcimus
occiſorem, alij non debent eandem pœnam pati,
facit Bar. in l. recipiuntur, §. delinquunt, ff. de pęn.
l. fi. de ſicar. Saly. in d. l. quoniam multa facinora,
nu. 16. & 17. verſ. ſuppoſito ibi ideo videndum, de
vi pub. & priu. idẽ in l. 1. nu. 24. verſ. fallit, & verſ.
ex prædictis, C. de rapt. virg. & Ale. in fortioribus
terminis d. conſ. 15. per to. & ibi Apoſtil. lit. D. vo.
1. in final. verbis, quamuis aiunt reprobari a Nat.
in certo conſ. quod non credam niſi videro; hanc
partem tenent Gram. conſ. cri. 5. Bertaz. conſ. 326.
li. 2. & in hac materia baſtonandi vide Marſ. in l.
1. §. Diuus, nu. 9. & alibi de ſicar. Foller. pract. cri.
§. ad defenſam, nu. 16. & alibi, Caſt. conſ. 255. viſo
ſuprascripto pũcto. vo. 1. vbi loquitur in ſimili ſta-
tuto Mantuę, Maria. Soc. conſ. 58. in cauſa inquiſi
tionis, 1. p. idem Gram. vot. 23. & Ale. conſ. 140.
videtur vo. 1. Boſſ. ti. de homic. nu. 37. & 71. cum
plu. ſeq. vbi declarat materiam d. l. quoniam mul
ta facinora, C. de vi pub. & priu. Iaſ. in l. 1, col. 3. de
169 leg. † Nam ſi ille, qui animo baſtonandi caſu oc
cidit, non tenetur pœna ordinaria, quanto minus
illi, qui non occiderunt nec cõtra occiſum ictus in
tulerunt, prout in facto conſtare aſſeritur. Caſt. cõ
ſi. 227. in cauſa incarceratoria. vo. 2. Nec poteſt cõ
ſtare quod ante factum, in facto, vel poſt factum
iſti animum talem habuerint, ſed duntaxat baſto
nãdi; nox enim obſcura erat, & quilibet habebat
ſuum aduerſarium, cum quo quis ictus more ba-
ſtonandi admenabat, nec erat locus, nec tempus
conterendi circa animaduerſionem.

Et quamuis ad contraria a parte veritatis Do-
ctore Alexandro alleg. conſ. 15. & 140. optima re-
ſponſio ſit data iuribus, & authoritatibus; nihilo-
minus vnico tantum verbo infirmitas hæc ſanari
poteſt, & ſic dicitur quod adducta in contrarium
non adaptantur caſui iſto, ſed iura, & Doctores lo
quuntur in eo, qui occidit, licet animum baſtonã
di habuerit, & in alijs conſocijs, quibus in facto
animus occidendi venerit; & quando ille qui oc-
cidit habet arma apta occidere ſecus ſi cũ baſtono
vel lapide occidit, quia hoc in caſu ſumus in ho-
micidio caſuali, & non voluntario, vt inſ. dicam;
& licet iſti fuerint & ipſi aggreſſores & percuſſe-
rint, vt ex facti narratione percipitur, & pugna in
ter eos non appareat fuiſſe diſtincta, tamen appa-
ret quod ipſi tantum baſtonauerint alios, & nullo
modo quidquam commiſerint contra hunc occi
ſum; Ergo ab armis horũ nullo modo occiſus dici
170 poteſt, † & ſic incluſio vnius eſt excluſio aliorũ,
l. 2. ff. de iud. Quod aũt iſti more baſtonãdi adme
nauerint, teſtãtur proprijmet offenſi, & iſti rei de-
tenu

Digitized by Google

171 tenti ita in tortura ſuſtinuerunt † quo caſu (ſi
ſecundum acta, & probata iudicandum eſt, l. illici
tas, §. veritas, de off. præſ.) percipitur quod in
iſtis nõ cadit animus homicidij, & ſic ceſſante do
lo ceſſat pœna ordinaria, Tiraq. in tra. cau. ceſſ. in
ver. dolo ceſſante, habebãt quippe iſti arma quib.
impoſſibile erat tale vulnus inferri poſſe, & nõ eſ
ſe, vel eſſe non poſſe, paria ſunt, l. 1. vbi gl. de cõd.
inſt. l. cum vnus, §. fi. de bo. auth. iud. poſſ. & de i-
ſtis quatuor aggreſſoribus duo fuere detenti ſolũ-
modo, & alij duo in contumaciam bãniti, & me
rito, quia vnus bannitorum habebat ſicã, alter en
ſem cum dolone, & vulnus fuit cæſim illatum cũ
ſica, aut cum enſe, & non aliter apparet. Et eſt veri
ſimile hunc qui ſica admenabat occidiſſe, tũ quia
172 qualitas † vulneris adaptabatur ſicæ, & hoc indi
cium magnum facit, Farin. de indi. q. 70. nu. 77. &
78. vbi arma ad menſuram vulneris faciunt indi-
cium, tum et quia in humero punctim ſentiens ſe
vulneratum, verisimile eſt quod ira accenſus & dolo
re vulneris iſtum occidere, D. Men. de præſu. li. 1.
præſ. 14. nu. 21. & 22. Non obſtat Bertaz. cõſ. 23 ...
vbi dicit teneri, qui cogitare potuit, quod in facto
poſſet homicidium ſequi; quia loquitur in eo, qui
ſclopã exonerauit, qui caſus multum differt a caſu
noſtro. Omnia namque vulnera ſclopo illata aĩo
occidendi præſumuntur, ſecus cum baculo, vt inf.
nu. 174. minuſq; obſtat, quod ex facto percipitur
173 mutaſſe animum, † quia animi mutatio nõ præ
ſumitur, D. Men. de præſ. li. 6. præſu. 25. & 42. nec
alij ſocij ictum aliquo modo fecerũt, vt occiſio ſe
queretur, nec ſcientiam habuerũt de animo homi
cidæ ante, in facto, vel poſt, vt in proceſſu cõſtiti;
quo caſu fiſco incumbit hanc qualitatem ſcientiæ
probare, Gram. deciſ. 25, n. 3. & conſ. 36. Bal. in l. 1
de ſer. corrup. Marſ. conſ. 30. vo. 1. Decit. tra. cri. tit.
de auxiliat. c. 34. n. 7. to. 1. & eſt opinio cõis, & ſtã-
tibus ſupradictis partes Iudicis ita arbitrari debẽt,
174 Aug. ad Ang. in ver. et dictus Andreas, n. 4. † Et
licet iſti alios vulnerauerint, & præſumantur ani-
mum occidendi habuiſſe, iuxta diſpoſitionẽ dicti
ſtatuti de homic. §. & intelligatur ſemper percu-
tientẽ, & vulnerantẽ feciſſe animo occidendi, ta-
men ſtatutum ſe declarat, quando ex propoſito in
ſultando quis mortaliter & lethaliter vulneratur,
ſed iſti nõ vulnerarũt lethaliter, ergo, & c. & ſtatu-
tũ loquitur ſi in eũ, qui occiſus eſt, vulnus illatum
eſſet. Non obſtat quod dimiſſis baculis iſti mãdatarij
ſumpſerint alia arma haſtata, atque apta ad occidẽ
dũ, ſecundũ conſiderationẽ Bar. in l. cũ mandanti,
C. mand. quia et dicta arma fuerunt apta ad baſto
nandũ, & more baſtonandi vſi fuere haſtis armo
175 rũ, ſi credẽdũ eſt proprijs met offenſis. † Vnde
non dicitur hoc eſſe quod ab hoc cõtingit abeſſe,
l. octaui. C. vn. cogn. vltra quod ipſi nullo modo i-
ctus intulerũt in occiſum quod appareat. Et ſtare
poteſt vt quis armis percutiat, & nihilominus a-
nimũ occidendi non habeat, p[illegible] Crau. cõſ. 119
nu. 6. ver. 2. in fi. vn. 2. Et dictũ Bal. in d. l. mãdati,
procedit in eo, qui volens vulnerare occidit, & nõ
in eo, qui nec occidit, nec vulnerauit, imo a cõiter
accidentib. præſertim in quibuſdam partib. ruſtici
& alij ſclopis incedunt armati, & ſclopis occidũt
& non armis haſtatis, quia de re ſi animũ occiden
di habuiſſent, vtique ſclopos accepiſſent, & hoc ar
gumentum a cõiter accidentib. eſt validiſſimum,
l. nam ad ea, ff. de leg. Euera. in loc. a cõ. accidẽtib.
176 † Non obſtat ſtatutum de homicidio in §. præ
bentes vero, quia loquitur in auxiliatore, auxiliũ
præſtante ei, qui vere occidit, & ſcientiam haben

te de dolo eius, qui occidit, ſic interpretantib. Do-
ctoribus quos adducit Burſ. conſ. 216. nu. 65. & 85.
vo. 1. quod optima ratione demõſtratur ex verbis
ipſiuſmet ſtatuti: quoniam ibidem loquitur de ho
micida doloſo, & ſubijcit loquendo de auxiliato-
177 re ſub eadem materia doloſi; & ſic † acceſſorium
ſequitur naturam principalis, c. acceſſorium, & ſe
cundum ſubiectam materiam interpretatio fieri
debet, l. ſi vno anno. ff. loc. l. inſulam, de præſ. ver.
& præcedentia declarant ſequentia, l. ſi ſeruus plu
rium, §. fi. de leg. 1. præſertim in eadem met diſpoſi
tione, l. eum actum, de neg. geſt. & abſurdũ eſſet,
vt tantam pœnã pateretur ille, qui dolo caret, quã-
tã ille, qui eſt in dolo, l. illud, ad leg. Aq. l. fi. de rit.
178 nupt. & † ſtatutum puniens auxiliatorem, ſicut
principalem intelligitur de auxilio, quod fuit cau
ſa maleficij, & non de quolibet modo auxiliandi,
Marſ. conſ. 30. col. 3. Ruin. conſ. 82. nu 5. vo. 4. Ri
mi. iun. conſ. 106. nu. 12. vol. 1. conſil. 310. volu. 3.
179 † Præterea ſtatutum prædictum poſtquam lo
cutum eſt de homicidio doloſo, tractat de homi-
cidio caſuali, ſeu culpoſo, & in hoc caſu pœna ſta-
tuti eſt pecuniaria, eſto quod cauſam culpoſam i-
ſti habeant, cum operam rei illicitæ dederint; ſed
reuera quoad iſtos nulla inuenitur cauſa, per quã
ille occiſus remanſit ab illo bannito, & ideo pœ-
na pecuniaria minus ordinaria ij puniendi ſunt, l.
reſpiciendum, ff. de pœn. Sequitur deinde ſtatutũ,
& tertium caput facit de homicidio fortuito, &
neceſſario, & reuera homicidium, nec in iſto pri-
mo capite verificatur, ſed in ſecundo, ex quo culpa
præceſſit caſum, Clar. §. homicidium, verſ. dicitur
etiam culpoſum, ſed intellige in homicida & non
in alijs Boſſ. in titul. de homicid. num. 73.
180 † Non obſtat regula, quod agentes, & conſen-
tientes pari pœna puniantur, l. ſi quenquam, C. de
Epiſc. & Cle. cum ſimil. Nam procedit, ſi omnes
eiuſdem animi fuere ad occidendum, ita Salyc. in
l. 1. ſub nu. 24. C. de rapt. virg. vbi reſpondet ad om
nia contraria, vel ſi non conſtat extrinſecẽ aliquẽ
actum contra occiſum conſentientes feciſſe, per
quem eundem animum habuiſſe percipi poſſit,
Clar. §. fi. q. 87. verſ. hæc autem, in fin. Burſ. conſi.
216. nũ. 67. & 85. & ideo quilibet iſtorum tenetur
tantum pro ſuo facto, & non pro facto alterius,
Bal. in l. non ideo minus, col. 8. in fin. nu. 20. C. de
accuſa. & ad interpretationem huiuſmodi ſtatuti
facit Kirchouius in ſuis cõ. opi. cõcl. 63. cẽt. 4. p. to.
Non obſtat, quod iſti detenti dederint operam
rei illicitæ euntes ex propoſito ſimul cum dicto
homicida ad baſtonandum, in quo facto, & ipſi
percuſſerint, & vulnerauerint duos ſocios occiſi,
quia ex hac cauſa forte maiori pœna, quam ſtatu-
taria in ſecundo capite pecuniaria venirent con-
demnandi, ſed nequaquam pœna ordinaria de oc
ciſo, per ſupradicta.
181 † Nec obſtat aliud fundamentum ex eo, quia
præſumuntur cogitaſſe in genere id quod euenit,
vel cogitare tenebantur, cum turpe ſit dicere non
putaram, Bertazol. conſil. 326. lit. A. vol. 2. quia in
perſonis ruſticis non cadit ſpeculatiua, ad quod fa
cit Menoch. de arb. caſ. 193. & 194. ſed ex facto a-
lium animum, alium cogitatum longe ab homi-
cidio percipimus, vltra quod tale fundamentum
procedit in eo, qui occidit, & non in alijs, & ex fa-
cto, & ex tortura ijs illata, præſumptio in contra-
rium eſt corroborata, & ſic non eſt par ratio occi
dẽdi & baſtonãdi, l. in eo. vbi Dec. de reg. iu. l. Pro
182 culus, ff. de dam. infe. † ſicut nõ eſt par rõ lucri &
dãni p dictura. Rurſus ex infraſcriptis ceſſat oĩno a-

P 3 nimus

nimus occidendi, ſeu ad occidendum auxilij præ-
ſtandi, quoad iſtos, quoniam nullam inimicitiæ
cauſam cum offenſis habuere, nec eos cognoſce-
bant, nec aliquod commodum ante, vel poſt ſen-
ſerunt, ſed vt morem gererent mandanti cauſa ba
ſtonandi iuerunt, nec aliter in toto proceſſu con-
ſtat, quod eo magis præſumendum eſt, quando-
quidem iſti non ſunt ſoliti delinquere; cauſa non
eſt iudicanda ab effectu, ſi cauſa eſt leuis, & effe-
ctus grauior, DD. in l. non codicillum, C. de teſta.
multo minus quando vnus mandat, & alter exe-
quitur, Reſpectu enim mandantis conſtat de leui
cauſa inimicitiæ, & non graui, qua de re ceſſat præ
ſumptio animi occidendi, vt ſupra num. 181. vi-
de quæ dixi in pract. de teſt. in 4. par. num. 205. &
in terminis Bru. a Sol. q. 34. nu. 47. vbi iuxta qua-
litatem iniuriæ animum vindicatiuum, qualis fue
rit, præſumendum eſſe, & credo id verum eſſe, ni-
ſi mala qualitas iniuriæ aliud ſuadeat, dixi in 3.
183 p. num. 126. & 127. † Hic tandem procedit illa
diſtinctio Bertazoli conſil. 326. lit. B. p. 2. vbi vide
tur velle omnes teneri eadem pœna, quia eius opi
nio poteſt habere locum quando plures contra v-
num iuerunt, ſecus quando plures contra plures,
vt in caſu iſto; nam ſi ex pluribus vnus ſolus occi-
dit alium ſecum pugnantem, & alij nihil mali con
tra occiſum egerunt, alij non debent vllo modo te
neri, niſi pro eorum facto tãtum, vt ſupra dictum
eſt, & iſti taliter ſe geſſerunt in facto, qualiter ani-
mum baſtonandi habuerunt; ergo iuxta menſu-
ram delicti puniri debent, l. reſpiciendum, ff. de
pœn. Clar. q. 85. verſ. ſcias, pulchre Tiraq. de pœn.
temp. cauſ. pen.

184 † Colligo igitur ex ſupradictis iuribus, & au-
thoritatibus, quod quando quis dedit operam rei
illicitæ, vt aliquem offenderet baſtonando, aut
vulneraret, & in facto occidat, teneatur de occiſo,
iuxta l. quoniam multa facinora; & ſimiliter quã-
do non in pura rixa, ſed ex propoſito multi ſimul
ad baſtonandum, vel ad vulnerandum iuerunt, et
in facto vnus occidit tantum, ſed ignoratur quis
ſit occiſor, omnes tenentur de occiſo, per d. l. quo-
niam multa facinora, C. de vi publ. & vi priu. &
Bertaz. d. conſ. 326. & Pet. Cab. caſ. cri. 125. Cæpo.
conſ. 34. 36. 37. & ſeq.

Si vero certus eſt qui occidit, tunc ille tenetur
pœna ordinaria, cæteri qui non percuſſerunt pœna
185 extraordinaria, vt in caſu iſto; † & ita procedit
diſtinctio Dyni d. c. in obſcuris, num. 20. de regu.
iur. in 6. & facit Brun. a Sol. in ſuis quæſtio. quæſt.
34. num. 43. vbi in grauibus delictis agentes, &
conſentientes ex propoſito, & de eo quod ſecu-
tum eſt vltra primum propoſitum teneri eadem
pœna, intellige vt ibi. At quod vnus ex pluribus
certo fuerit occiſor, poteſt ex dicto vulnerati per-
cipi, aut per teſtes ſciri, vel ex qualitate armorum,
quoniam ſi tres habent arma minime apta ad in-
ferendum vulnus, de quo quis moritur, quartus
autem ſocius habet, non eſt dubium quin ipſe ſit
homicida, vt in caſu noſtro, & per Farinac. d. quæ
ſtio. 70. nu. 77. & 78. de indic. donec contrarium
probetur, niſi in alijs etiam animus concurrat ad
186 homicidium ante vel in facto ipſo, & † ita puto
etiam intelligendam eſſe diſtinctionem Bertazol.
conſil. 327. in addit. lit. B. vol. 2. Concludo igitur
illos abſentes fuiſſe homicidas ſtante qualitate fa-
cti, & merito in contumaciam poſſe damnari pœ
na ordinaria, alios vero præſentes carceratos pœ-
na extraordinaria graui puniendos fore, puta tri-
remij triennalis, aut quinquennij propter delicti
atrocitatem, & qualitatem conſecutiuam, vt quia
ex propoſito, & ad uiam publicam aggreſſi ſunt
offenſos, quos percuſſerunt, & uulnerarunt icti-
bus more baſtonandi, in tortura enim ſuſtinue-
runt, animum tantum baſtonandi habuiſſe, & ita
iuxta animum facta executos fuiſſe; & ſi uera fuiſ
ſet contraria opinio, non erat opus tortura, quia
ſat erat confeſſio eorum, niſi pro ſanandis eorum
dictis contra alios ſocios criminis; ut ſeruatur in
pract. de teſt. par. 4. num. 69. lit. Y. fol. 197. & cum
de inſultatis, & aggreſſis paulo ante dixerim, nolo
omittere quod aggreſſi non tenentur expectare,
ut aggrediens incipiat admenare, ſed de facto po-
teſt ſe defendere, quando aggrediẽs habet aliquid
in manibus aptum ad offendendum: ita debent
intelligi iura, de quibus per Gramm. deciſio. 5. Ber
tazol. conſil. 433. & 434. Angel. de malef. in ver.
dictus Titius, nu. 26. & 27. Tob. Non. conſil. 109.
Cauale. deciſio. 19. par. 5. ubi late. Iacob. de Beluiſ.
in pract. in uerb. cum gladio, tit. 2. At per contra-
rium ille qui ſolus aliquem uulnerat armis non
penſate, nec animo deliberato, non dicitur face-
re uim publicam, Salycet. in l. ſi criminis, C. ad le.
Iul. de ui public. ubi Barto. & Teſſaur. deciſio. 35.
num. 6. & 7.

Et quoniam ſupra de aſſiſtente delicto tetigi in
3. par. ſub num. 107. ad declarationem dico, quod
in dubio quis præſumitur caſu, & non data opera
interueniſſe, niſi aliter ex coniecturis conſtet, Cæ
pol. conſil. 60. col. 3. Crau. conſil. 151. num. 18. &
ut in exemplo, ſi aſſiſtit qui non erat ſolitus antea
ire cum eo, qui delinquit, armatus, & potuit pro-
hibere, & non fecit, uel ſi aſſiſtens ſub prætextu
ſegregandi, aut diuidendi tenuerit offenſum, uel
aliter illum timidiorem facto, aut uerbis reddidit,
uel poſt delictum, & aſſiſtentiam offenſorem aſ-
ſociauit, de ijs omnibus Fel. in cap. ſicut dignum,
num. 5. de homicid. Maſcar. de probat. concluſio.
159. & 1189. Iac. Nouel. pract. crim. in uerb. ſolet,
num. 98. & ſequen. Natt. conſil. 468. nu. 3. uol. 2.
quia paria ſunt delinquere, uel delinquenti non re
ſiſtere, l. 1. §. tantundem, de admin. tut. & aſſiſtens
liberatur a pœna aſſiſtentiæ, ſi æque principaliter
fuit prouocatus, uel conſtito quod in rixa neutra-
lis extitit: uel ſi nec uerbo nec facto, mediate, uel
immediate particeps rixæ fuit, ad quæ uide Bur-
ſat. conſil. 216. num. 55. cum ſequen. uol. 2. & Do
ctores in d. l. ſi quis opem, ff. de fur. multa cumu-
lat Baiar. ad Clar. quæſt. 90. num. 12. cum mult. ſe-
quen. & aſſociatio poſt delictum facit in dubio in
dicium contra aſſociantem, niſi aliter purgetur in
nocentia, Rimin. conſi. 136. num. 8. & ſequen. in-
ter conſil. etiam, diuerſo. Bald. & Roman. in l. 1. §.
ſed in eo, ff. ad Syllan. Maſcard. de probat. conclu.
ſio. 1144. vol. 2. Bertazol. conſil. 143. Vulpel. con-
ſil. 99. Bertazol. conſil. 506. num. 12. vol. 2. & ſiue
fiat tempore delicti, & in loco, ſiue poſt, & in per-
tinentijs loci delicti, l. 5. C. de rapt. virg. Albe. Bru.
ſuper ſtatu. in ver. domus, ver. 2. in fin. Cæpol. in l.
ſi furtiuus, C. de ſer. fug. Anguiſol. conſil. 22. in fi.
vbi an ignorantia excuſet, Piac. epit. delict. c. 16.
vbi an aſſocians fiat irregularis. Si vir bonum a-
lium incaute duceret ad locum in quo ab inimi-
cis expectaretur, tanquam ouis ad occiſionem, nõ
incurrit pœnam. Grat. conſil. 52. vol. 2. Iacob. No
uell. pract. num. 67. 68. cum ſequen. nec ille tene-
tur qui pecuniam mutuauit, cum qua amicus e-
mit arma cum quibus deliquit, Marſ. in l. ſciente,
nu. 2. de ſicar.

187 † Nunc qua pœna mandatarius iſte ſit punien
dus.

Digitized by Google

dus, quæritur? & certe ſi de mandato conſtat, &
ſit confeſſus, vel conuictus, tunc pœna arbitraria
condemnari debet, non pro mandato ad baſto-
nandum, ſed aliqua grauiori pœna pro exceſſu
mandati, non autem pro homicidio, & eſt hæc
communis opinio, de qua teſtantur Ant. de Roſ-
ſel. conſil. 95. Cæpol. conſil. 34. num. 29. Alex. con
ſil. 140. videtur, vol. 2. Aug. ad Ang. tract. maleſ. in
verb. appenſatè. Dec. conſil. 482. pro reſolutione,
attenta leui qualitate iniuriæ, vt per Brun. a Sol.
prædictos, & alios allegans pro contraria parte d.
quæſt. 34. num. 44. 45. 46. & 47. ſecus ſi iniuria fue
188 rit capitalis, † quia ex facto animus verificatur,
& non verbis, l. de pupillo, §. meminiſſe, de oper.
nou. nunciat. l. ſi in ciuile, C. de fur. iuxta illud: exi
tus acta probat, item ſecus ſi mandatum fuiſſet
datum ad vulnerandum, quia vulnera ad menſu-
ram non dantur, vt dicit Bald. in l. vt vim, ff. de iu
ſtit. & iur. idem ſi dictum eſſet vt ſclopo vulnera-
ret vno vulnere, videlicet dicendo, Dagli vn'ar-
chibuggiata; quia ictus ſclopi fert ſecum lethale
vulnus; & ita exiſtimo procedere Hip. conſil. 10.
& Cœpol. conſil. 34. & alios quos in contrarium
adducit Brun. d. nu. 44. vide omnino D. Menoch.
de arb. caſ. 352. 353. & ſeq.

189 † Ipſe vero tutius agendo ſemper fui huius
ſententiæ, quod quouieſcunque res clara non eſt
tanquam lux meridiana, iuxta l. ſciant cuncti, C.
de probat. non ſit locus pœnæ ordinariæ, ex quo
per præſumptiones, & coniecturas ſententiare de
bemus in mitiorem partem; Dyn. d. reg. in obſcu
ris cum alijs concor. de reg. iur. in 6. Clar. quæſtio.
20. & ibi DD. quos adducit, ver. ſcias tamen, vide
Ioſeph. Ludou. concluſio. 45. plura ſcripſit Meno.
de præſumpt. lib. 1. quæſtio. 80. lib. 6. præſumptio.
24. num. 46. lib. 2. præſumptio. 90. num. 7. & alibi
in multis locis, pulchre Tiraquell. de pœn. tem-
190 per. cauſ. 7. & cauſ. penultim. † & tunc res clara
eſt, ſi quis vere eſt legitime conuictus; vel ſi eſt
ſponte confeſſus, & confeſſio eſt etiam iuſtificata
alijs indicijs, vt ibidem num. 19. Cæterum extra
hos terminos non poteſt res quidem clara dici, ni
ſi ipſe viderit, & ideo non eſt idem iudicium ha-
bendum de rebus non bene claris, ad res ſufficien
ter claras, l. inter ſtipulantem, §. ſacram. ff. de ſtip.
l. fin. ff. de rit. nup. alioquin fruſtratoria eſſet diſpo
ſitio, l. ſciant cuncti, C. de probat. & fruſtratoria
regula ab omnibus approbata, quod in criminali
bus probationes luce meridiana clariores eſſe de-
bent. Clar. quæſtio. 66. ver. debent autem, Arleta.
de hæret. num. 26. vol. 1. Paul. Ghirlan. de hæret.
191 in 5. par. quæſt. nume. 18. † quamuis ſigna, &
præſumptiones adeo vrgeant, vt quandoque ſuffi-
cere videantur, vt inquit D. Menoch. de arb. caſ.
279. in princip. Per negationem namque res du-
bia redditur. Iacob. de Beluiſ. practic. titu. de leno.
num. 47. & quidem ſufficiunt in delictis de more
occultis, ar. gloſ. in l. capite quinto, de adult. pulcre
Clar. d. quæſt. 20. verſ. ſcias tamen, ibi alijs vero,
ſed in alijs delictis regula prędicta infallenter pro
cedit. Eſt verum quod aliqua mitiori pœna extra-
ordinaria locum habere poteſt, quæ iuxta qualita
tem facti congrua congrue referendo modo ma-
ior, modo minor adhibetur, vt puta pœna homici
dij eſt mors, poteſt extraordinarie adhiberi eius
loco pœna triremij perpetui, vel ad tempus, & ſi
pœna ordinaria eſt triremij, poſſet extraordinarie
puniri pœna fuſtigationis, ictuum funis, vel hu-
iuſmodi, Clar. d. quæſtio. 20. verſ. ſcias tamen, vbi
ita Senatum Mediolanenſem ſeruaſſe teſtatur O-
ſaſc. deciſio. Pedemontan. 71. item loco pœnæ cor
poralis ordinariæ poterit adhiberi pœna extraor-
dinaria pecuniaria, vel exilij ad tempus, vt ſupra
dixi, & in hoc propoſito mandatarij ſcias, quod
pecunia data aſſaſſino pro homicidio commit-
tendo applicatur ei, qui erat aſſaſſinandus, leg. ge-
neraliter, §. illud, ff. de calumn. Ludou. ſingul. in
ver. pecun.

192 † Inſuper tractandum eſſet an quis de conſi-
lio teneatur? de quo eſt text. in l. conſilij non frau-
dulenti nulla obligatio eſt, cęterum ſi dolus, & cal
liditas interceſſerit de dolo actio competit, vbi
Dec. de reg. iur. & hanc quæſtionem tractat Clar.
quæſtio. 88. & in ciuilibus, aut arguitur aſſeſſor,
aut aduocatus. Primo caſu tenetur ſi contra com-
munem opinionem, & de eius immatura ceruí-
ce iudicauit, Put. de ſynd. in ver. aſſeſſor. & in ver.
iudex male iudicans, & infra dicam in 5. par. Ca-
ualcan. deciſio. 28. in 2. part. ſecundo caſu non te-
nentur aduocati habentes pro ſe opinionem Do-
ctoris alicuius exiſtimationis. Cur. iun. in l. ſi quis
in conſcribendo, nume. 47. C. de pact. & Corne.
conſil. 181. lit. m. par. 3. facit text. in cap. nullus ex
conſilio, vbi Dyn. de regul. iur. in 6. Modo in alijs
Doctores in d. l. conſilij, diſtinguunt loquendo ge
neraliter in delictis an quis de conſilio teneatur,
& dicunt, aut agens ſine conſilio facturus non e-
rat, & tunc quis de conſilio tenetur, Clar. d. quæ-
ſtio. 88. per tot. & pari pœna punitur in atrociori
bus delictis, cap. filius, de pœn. quod verum eſt
quando conſulens erat inimicus damnum paſſi,
idem ſi conſulens eſſet ſolitus talia conſilia dare,
ob ſpem, aut præmium. Sed D. Menoch. de arbit.
caſ. 351. nu. 24. contra Dec. magiſtraliter loquen-
193 do dicit, quod † ſex requiruntur ad hoc, vt quis
de conſilio teneatur: primo, vt conſilium ſonet in
delictum punibile; ſecundo, vt ſit in ſe malum;
tertio, vt præcedat delictum; quarto, vt conſultor
non reuocauerit conſilium; quinto, vt delictum
ſit ſecutum; ſexto, vt delinquens ſit condemnatus
pro delicto, intellige hoc vltimum quando ſerua-
tis ſeruandis, vt in 5. par. gloſ. in ver. ſeruatis ſer-
194 uandis. Dec. conſil 8. num. 9. † At ſi antequam
perpetraretur delictum cōſulens conſilium ſuum
reuocauerit, & diſſuaſerit, ne id nullo modo fiat,
& notificauerit ei, contra quem conſilium dirige
batur, non nominando perſonam, vt ſcandala eui
tentur, ipſe euitat pœnam, Bal. in l. mandatum, in
fin. ver. ſed hic incidenter, C. manda. quem refert
& ſequitur Baiard. ad Clar. d. quæſtio. 88. num. 4.
vbi dicit ſecus eſſe in mandante per Boe. deciſio.
262. num. 11. & 12. ad hæc vide quæ ſupra dixi in
3. par. nu. 200. Bertaz. conſil. 304. vol. 2. ſed Theo
logi dicunt non ſufficere diſſuadere, ſed oportere
perſuadere ne fiat, alioquin incurritur irregulari-
tas, ſi factum ſit ſecutum.

195 † Item nunquid cogitatio ſola ſit punibilis,
ponit idem Clar. quæſtio. 95. & dicit, quod non,
& verum dicit in foro fori, l. cogitationis, ff. de
pœn. & niſi deuentum fuerit ad aliquem actum
exteriorem, non erit locus pœnæ, vt tenet gloſ. in
l. quiſquis, C. ad leg. Iul. Maieſt. vt pulchre Afflict.
in conſtitutione aſperitatem, nume. 2. fol. 48. Sed
antequam ſit deuentum ad actum proximum (ſi
pœniteat) non punitur, Menoch. de arb. caſ. 170.
num. 9. Capr. commun. concluſio. reg. 66. Maſcar.
196 de probat. concluſio. 309. & † hinc ſubinfertur,
quod ſolus tractatus de furando, aut occidendo
non eſt punibilis, ſi ad aliquem actum ſaltem re-
motum non fuerit deuentum, & pœnituit. Et co-
natus

Digitized by Google

natus ſiue cogitatio ſtans in puris terminis non
punitur, niſi in atrociſſimis de generali conſuetu-
dine, Caball. Milleloq. 616. vbi ait, quod iura pu-
nientia conatum non habent locum, niſi in deli-
ctis atrociſſimis, quando ad aliquem actum pro-
ceſſerit, & allegat text. quem aureum eſſe dicit. in
l. ſæpe, in fin. de verb. ſignific. & Boer. deciſi. 316.
idem teneo etiam ſi non fuerit deuentum ad ali-
quem actum proximum, ſed tantum patefecit a-
mico ſuum deſiderium delinquendi atrociſſime,
& diu occaſionem, & tempus dixerit expectaſſe,
ſed adhuc nata non fuerit commoditas ad delin-
quendum. Et Clericus, vel alius qui tentat occi-
dere, an ſit irregularis ſi non occidat, Couarru. va-
riar. reſolut. titu. de homicid. num. 5. par. 2. videtur
tenere, quod non, vbi ampliat in laico, qui in inſi-
dijs eum telo ſteterit, ſecus in mandato, tam taci-
to, quam expreſſo dato ad occidendum, ſi effectus
ſecutus ſit. vt in §. 2. & 3. quibus in locis tractat e-
tiam de conſilio, & de auxilio dato ad occiden-
dum, vt d. §. 2. cap. 3. & irregularis fit quando bel-
lum eſt iniuſtum, & quando quis obijt manifeſta
culpa chirurgi. §. 4. Spec. de diſpenſ. §. 4. p. 1. ſolum
modo quis pœnam incurrit de armis prohibitis,
ſi interuenerunt, vel de vnione, & alijs præpara-
torijs, quæ per ſe ſint punibilia, Marſ. in l. qui fal-
ſam, num. 26. ad leg. Corn. de falſ. Socin. conſi. 97.
in fin. At ſi iſta media, per quæ ad malum effe-
ctum eſſet deueniendum, non ſint per ſe punibi-
lia, & ſic tanquam de actibus indifferentibus, qui
ſimpliciter per ſe non ſonant in nomen delicti,
tunc non punitur tale præparatorium, Marſil. in
rub. de fideiuſſor. num. 47. Grammat. deciſio. 18.
num. 5. Farinac. quæſtio. 2. num. 29. vol. 1. at iſti
actus indifferẽtes iuxta ſubiectam materiam ſunt
boni, aut mali; ideo ſi ad actum malum tendunt,
& admixti ſint actui malo, facinus quem extraor
dinarie puniri, Felyn. tract. de conatu. & Gram-
mat. vot. 8. num. 17. vot. 19. nume. 3. Barto. in l. 1.
de ſicar. late D. Menoch. caſ. 360. quod procedit in
grauioribus delictis, non autem in leuibus. Ri-
min. iun. conſil. 695. num. 10. vo. 6. & in ſolito ta-
lia facere etiam pœna ordinaria locum habebit,
Grammat. vot. 9. num. 22. Item ſi ad actum pro-
ximum fuerit deuentum, præcipue in atrocibus
delictis, DD. in l. ſi quis non dicam, vbi gloſ. C. de
Sacroſanct. eccleſ. Clar. queſt. 92. verſ. ſcias etiam,
Corn. conſil. 202. vo. 1. Decia. tract. crim. lib. 9. c.
3. tom. 2. Menoch. d. caſ. 360. Ioſeph. Ludou. deci-
ſio. Peruſ. 50. num. 3. Bertazol. conſil. 113. num. 7.
197 † Sed vt dicatur deuentum fuiſſe ad actum pro-
ximum multa requiruntur, quæ tradit D. Burſat.
iunior in ſuo eleganti manuſcripto, in cauſa cu-
iuſdam D. Comitis, vere filius, & hæres digniſſi-
mus rerum & virtutum D. Burſati ſui patris, cu-
ius tanti viri conſilia teſtantur laudes penes om-
nes. Primo ergo requiritur, vt tractatus ſit ordina
tus ad delictum, Marſ. in l. qui falſam, num. 8. ad
leg. Corn. de falſ. Gail. obſeru. titu. de pac. pub. lib.
1. cap. 14. nu. 6. Secundo vt ſit de præſenti, Gram-
mat. deciſio. 2. num. 21. Boer. de ſeditioſ. num. 41.
Tertio vt per ſe ſit damnabilis, Bald. in l. non ideo
minus, num. 14. C. de accuſat. Quarto vt ſit ad de-
lictum immediatus, Bonat. a Fin. in ſynt. lib. 9. tit.
30. num. 60. Quinto vt ex latere affectantis nihil
ſuperſit agendum, idem Menoch. de arb. caſ. 360.
num. 20. & 36. Petr. Sonc. conſil. 98. nu. ſecundo.
At iſta requiſita in imponenda pœna ordinaria
requiruntur, ſecus in extraordinaria, ſecundum ea
quæ ſupra dixi.

Nunc præſuppoſita authoritate Regia in iudi-
ce noſtro tam in condemnando, quam in proce-
198 dendo; † quæro nunquid iudex noſter poſſit
compoſitionem delictorum & pœnarum facere?
& omiſſa diſputatione de tranſactionibus, quæ
fieri ſolent inter partes reſpectu eorum intereſſe;
hic duntaxat de tranſactionibus, & compoſitio-
nibus, quæ fiunt pro intereſſe Cameræ tractare
principaliter duxi, & quid in practica ſeruandum
ſit, de qua re tractat Fab. a Monteleo. in d. pract.
arb. par. 6. Rubr. an habentes facultatem compo-
nendi, illam orbare valeant, & ibidem ponit re-
gulam negatiuam cum ſedecim fallentijs, & de-
mum ſuper d. 5. par. ſummarium ponit a fol. 403.
vſque ad 453. Ipſe quoque eandem regulam nega
tiuam teneo, quod omni iure tranſactio ſuper cri-
mine pendente proceſſu ſit prohibita, vt in li. Nu
mer. cap. 35. ibi, non accipietis pecuniam ab eo,
qui reus ſanguinis eſt, & de iure ciuili eſt text. in
l. prohibere, §. plene, ff. quod vi aut clam, l. ita vul-
neratus, ad leg. Aquil. l. congruit, ff. de offic. Præ-
ſid. l. ſi vnus, §. pacta, ff. de pact. Put. de ſyndic. in
ver. compoſitio, cap. 1. Fab. a Monteleo. d. pract.
par. 5. princ. in 3. par. num. 1. quæſtio. 2. nume. 11.
& per DD. quos alleg. Farinac. tit. de inquiſitio.
quæſtio. 4. Paul. Ghirl. de relaxat. carcer. titu. de
compoſitione, quæſtio. 1. 2. 3. & 4. Res eſt mali
exempli, nedum non componitur pœna, ſed ma-
ior pœna imponitur, l. omne, §. in acie, ff. de re mi
lit. & ea quæ exempli mali ſunt nequaquam tole-
randa, l. ſi quis aliquid, §. qui abortionis, ff. de pœn.
& contra bonos mores eſt impedire iuſtitiam
propter temerariorum audaciam, l. operis, C. de
pœn. cap. quando, de tranſact. & indigne indul-
gendo cæteri prouocantur ad prolapſionis conta-
gium; quoniam facilitas veniæ incentiuum tri-
buit delinquendi, Crauet. conſil. 438. quæritur ſi
ius fuit, num. 5. Paul. Ghirl. de compoſit. quæſt. 2.
num. 4. & alias rationes adducit Farina. d. q. 4. ſub
num. 1. & 2. Put. in d. ver. compoſitio. vbi late per
multa capitula.

199 † Nihilominus ex cauſa quotidie fieri ſolent
huiuſmodi compoſitiones, ad effectum eximendi
a vexatione carcerum, torturæ, pœnæ, & expenſa-
rum, & pro eximendo ſuo ſanguine, l. ab accuſato
re, & in l. deſiſtit, cum l. ſequen. ff. ad Senatuſcon-
ſult. Turpill. text. gloſ. & Doct. in cap. fin. de tran-
ſact. in l. tranſigere, C. eo. Decia. de delict. tom. 1.
lib. 4. nt. pactum, nume. 20. & Princeps, vel ſupre-
mus iudex poſſunt partes cogere ad concordiam
ante ſententiam, Bald. in d. l. tranſigere, C. de tran
ſact. Put. de ſyndic. in ver. concordia, cap. 1. infe-
riores vero poſſunt exhortare, non autem cogere,
200 † intelligendo de concordia, ad quam Princeps,
& Iudex ſupremus poſſunt cogere partes, Lancel-
lot. tractat. de duell. & pac. concluſio. 101. & 102.
Iac. a Sancto Georg. de Feud. in ver. ſed an Prin-
201 ceps. verſ. trigeſima tertia ſpecialitas. † At com-
poſitio nequaquam fieri poteſt niſi a Principe,
vel ſupremo domino, & hoc dummodo nil iuri
diuino deroget, l. Princeps, de leg. DD. in cap. 2.
de tranſact. pulchre Crau. conſil. 438. num. 9. vbi
a domino inferiori ait compoſitionem minime
fieri poſſe, niſi quando pœna eſt pecuniaria tan-
tum, & cedat eius Cameræ, Afflict. deciſio. 287. v-
bi de compoſitione facta per magnam Vicariam;
& quod compoſitio criminis fieri poſſit a iudice
ſeruatis ſeruandis, dicit Alin. in pract. §. 7. cap. 5.
num. 5. & Put. in tract. ſyndic. in verb. pœna, c. 3.
& ſcias quod non licet dare pecuniam offenſo,
nec

nec recipere, ne ad accuſandum accedat, & ſi detur compoſitio eſt nulla & curia non impeditur procedere, & dans & recipiens infamiam incurrunt, Paul. Ghirl. de relaxat. car. in rubric. de pœn. compoſit. num. 10. vide infra num. 211. in fin. ſed parum hodie de infamia iſta curatur dummodo amico ſuccurratur. Quinimo nec licet Domino mandare ſubdito ne offenſorem accuſet neue delinquentem moleſtet, etſi alit. de facto fuerit ſeruatũ, ſecundum Alex. in conſ. 11. ſub nu. 5. vol. 1. & qui ſubditos impediunt confugere ad Principem, quaſi crim. leſ. macul. incurrunt in 3. c. Luc. de pen. in l. unica. C. vt nemo ſuſcept. ad ſuum patroc. Ruſt. recip. col. 10. lib. 11. Carer. prac. in d. l. obſeruare, num. 104. car. mihi 22. nec poſſunt Iudices ſeculares impedire clericos ne eant ad ſuum forum. c. quoniam, de immun. eccleſ. eſt Bulla in cęna Domini, art. 13. Caball. Milleloq. 734. part. 2. & Iudex impediens appellari a pęna capitali ſi appellari licet, incurrit pęnam capitalem. Anca. clem. 1. de excuſſ. prçlat. Bar. in leg. quoniam Iudices, C. de appellat.

202 † Verum ad hoc vt compoſitio ſit laudabilis & iuridica multa conſideranda ſunt ſecundum Put. in d. ver. compoſitio, cap. 2. primo compoſitio fieri nequit, niſi vt dixi à Principe, vel à ſupremo Magiſtratu, qui vel de expreſſa Principis licẽtia, vel iuxta conſuetudinem compoſitiones facere poteſt, vocato fiſco; Sed ab alijs iudicibus ordinarijs minimè, Put. d. ver. compoſitio, ca. 1. Paul. Ghirl. d. tit. de relaxat. carcer. q. 3. nu. 4. & 5. Fab. à Monteleo. in ſua pract. ar. 5. par. princ. 3. partic. q. 3. num. 2. q. 2. nume. 14. Farinac. alios adduc. d. q. 5. Caſſa. in conſuetu. Burg. fol. 242. nu. 12. cum ſeq. & in compoſitione debent exprimi rationes, de quibus ſupra num. 199. aduertendo ne dicatur fieri propter timorem pœnæ, quoniam hoc eſſet incurrere infamiam facti, & delictum fateri, vt admonet Paul. Ghirl. d. titul. de relaxat. carcer. q. 1. & 4. num. 3.

203 † Secundo compoſitiones fieri debent ante ſententiam, & lite pendente, vide infra nu. 314. alioquin lata ſententia, vel re clara per teſtes, vel per confeſſionem legitimam in actis redacta non licebit componere, c. 1. de tranſact. & in l. tranſigere. C. de tranſact. Decia. de delict. lib. 3. c. 34. tom. 2. vnde dicitur, tranſigimus de re dubia, paciſcimur de re certa, vt in l. 1. ff. de tranſact. Peregr. de iur. fiſc. li. 4. tit. 8. nu. 14. & 15. 16. & 17. cum plur. ſeq. Dd. in l. Iudex poſtquam, de re iud. & ſi pœna ipſo iure ſit impoſita à ſtatuto non poteſt tranſigi. At etiam ſententia lata compoſitio fieri poteſt cũ præſenti paupere, ne marceſcat in carceribus, ſiue in remiſſione alicuius partis pœnę, ſiue in conceſſione longitudinis temporis, in quo veriſimiliter poterit ſoluere pœnam, vt fit quotidie in cauſis ciuilibus. Item poteſt fieri cum abſente in cõtumaciam damnato, qui mediante compoſitione vult rebanniri, item cum præſente condemnato in pœnam corporalem, qui ſi permutetur pœna offert ſoluere in pecuniariam, Menoch. de arb. caſ. 82. nume. 5. dummodo in graue Reip. detrimentum non tendat, Gomeſ. de delict. c. 13. num. 38. vbi allegat S. Tho. 2. 2. q. 67. art. 4. Item quando ſententia lata appellatio pendet, Franc. deciſ. 370. vol. 2. Plac. epit. delict. lib. 1. c. 39. num. 27. & 28. Peregr. de iur. fiſc. li. 4. titu. 8. nu. 17. 18. 19. & 20. cum ſeq.

204 † Tertio compoſitio debet fieri cum illis reis, qui non ſunt ſoliti delinquere, & ſunt perſonę honeſtæ, quarum veriſimiliter ſperanda eſt correctio, l. 3. in fin. C. de Epiſc. & Cler. Paul. Ghirl. d. q. 2. num. 1. q. 3. num. 4. ſecus autem cum ſceleratis hominibus, facinoroſis, ſeditioſis, aſſaſſinis, proditoribus, latronibus & alijs perſonis, verbo et opere ſcandaloſis, & malę famæ, & fit compoſitio quando delictum eſt ſecutum caſualiter, & non ſpontaneè, vel in pura rixa, Farin. d. q. 5. nume. 10. qui tamen in ſolito delinquere titubat, ibi verum in hac re, ſed verior opinio eſt in contrarium, de qua Baiar. ad Clar. q. 59. num. 55.

205 † Quarto compoſitio nullo modo fit niſi parte offenſa prius concordata, l. 2. C. de prec. imper. offer. Rui. conſ. 60. vol. 5. Bald. in l. vnica, C. de in ius voc. Maran. de ord. iud. 6. par. verſ. inquiſitio, num. 56. quinimò Princeps peccaret ob præiudicium tertij, non concordata prius parte offenſa, vt dicit Gram. conſ. 34. in prin. & vot. 35. num. 9. Salyc. in l. ſi pro iure, ff. de condict. fur. Paul. Ghirl. vbi ſupra q. 3. num. 4. quamuis compoſitio, quoad pœnam fiſco applicandam tenet, quæ ab initio fieri non debebat, leg. patre furioſo, vbi Iaſon. ff. de ijs qui ſunt ſui vel alie. iur. Cano. in cap. fin. de tranſact. Paul. Ghirl. quæſtion. 5. in princip.

206 † Sed propter imminens ſcandali periculũ omnino cauendum eſt ne fiat, neue pars offenſa ira nouiſſime accenſa, nondum pacato animo, durãte primo calore iracundiæ, ſanguine adhuc bulliente, & de recenti ſparſo clamante vindictam, vindicare ſe in contemptum iuſtitiæ tentet, quoniam hoc caſu offenſi non ſolent continere ſeipſos, quando offendenti indulgeri vident, Farinac. q. 5. num. 13. Couar. var. reſol. lib. 2. c. 10. num. 4.

207 † Eſt verum, quòd pars offenſa reclamando pro ſuo intereſſe audiri debet, non obſtante tali compoſitione, & reus debet condemnari, Salyc. d. l. ſi pro iure, ff. de condict. fur. Porrò ad euitanda ſcandala prius debet conſtare de remiſſione partis, antequam compoſitio effectum ſortiatur, gloſ. in c. qui ſcandalizauerit, de reg. iur. Fab. à Monteleo. d. pract. arb. par. 5. num. 13. fol. 370. & ideò ſi Principi videtur ob bonum publicũ compoſitionẽ faciendam eſſe, quoad pœnam tantum fiſco applicandam, debet reſcribere ſine prçiudicio partis offenſę, d. l. fin. C. de ſenten. paſſ. l. reſcripta, in fin. vbi Dd. C. de prec. impet. offer. Bart. Bald. Iaſ. & alij in l. venia, C. de in ius voc. Boer. q. 65. Boſſ. in tit. de remed. ex ſol. clem. Princ. nume. 23. 24. & 42. Plot. conſ. 78. num. 32. Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 20. num. 8. & alij, quos in hac materia ſubminiſtrauit Baiar. ad Clar. d. q. 59. num. 52. & 53. Item ſequitur compoſitio, adhuc non concordata parte
208 offenſa, ſi nemo eſt, qui † accuſauit, vt ſi delictũ fuit commiſſum in perſonam incognitam, Carauit. ſuper rit. 278. num. 28. Item ſi caſualiter delictum eſt ſecutum, & pars offenſa requiſita prius fuit, ſi obſtinate recuſauit, non obſtãte ſatisfactionis oblatione, l. 2. §. item Varus, ff. de aq. plu. arcen. Item ſi pars offenſa damni cauſam, ſeu offenſæ dediſſet, c. damnum, de reg. iur. in 6. l. qui occidit, §. fin. ad leg. Aquil

209 † At qualiter & quando ſatisfactio ſit reddenda trad. Put. in d. ver. compoſitio, c. 7. & 8. vbi circa intereſſe pecuniarium dicit habendam eſſe rationem de damno emergente, & lucro ceſſante, vt ſi quis vulneratus nequiuerit ſuam artem exercere. Clar. in §. iniuria, verſ. ſed nunquid, vbi Baiar. num. 45. alleg. Couar. var. reſol. cap. 10. nume. 7.

210 † qui tenet, quòd actori cum iuramento ſtandũ ſit circa taxationem damnorum, & expenſarum, præcedente taxatione iudicis, vbi num. 46. dicit etiam

tiam

tiam procedere ſi iurans diceret potius velle amittere centum, quàm talem iniuriam pati, ſi non habet valorem in bonis centum, per Afflict. ſuper cõſtitu. varietates pœnarum, quæ reſpectu honoris militare poteſt attentæ qualitate perſonæ, Menoch. de arb. caſ. 263. At ſunt qui diuites ſunt & auari, & magis diligunt nummum, quam de mille iniurijs verbum facere, ideò ſi iurant in detrimentũ animæ, peccant; & reſpectu iniuriæ honoris eſt prius petenda uenia offenſo, & iuxta qualitatẽ iniuriæ fama debet reſtitui; nam ſi iniuria eſt verbalis, poteſt contrarijs verbis aliquando reuocari tẽpeſtiue in eodem loco, & coram iiſdem perſonis (ſi fieri poteſt,) Plot. in l. ſi quando, nu. 728. & ſeq. idem inter conſ. crim. diuerſo. to. 1. conſ. 131. nu. 18. Add. ad Bertazol. conſ. 307. vol. 2. & Put. in d. ver. compoſitio, cap. 7. 8. & 9. vbi quando iniuria eſt actualis, viputa alapa, vel baculo illata, arundine, vel aliter, ſi à vili in nobilem fiat, inquit, pro ſatisfactione offendens debet ire coram offenſo cũ laqueo ad collum, & petere genuflexus veniam coram publico, item quando fit iniuria Magiſtratui, per d. iura, imò multò magis cum ſit offenſa perſona publica. At iudices ordinarij non poſſunt talia iubere, quia reſtitutio famæ & honoris eſt de reſeruatis Principi non recognoſcentis ſuperiorem, Affli. in tit. quæ ſint regal. in prin. num. 4. Caſtr. in l. licitatio. ff. de pub. & vectig. Cephal. conſ. 58. nu. 67. vol. 1. & ideo iudex noſter habens vices Principis poſſet arctare iniurantem ad reſtituendam famam, & honorem, vt in 5 p. num. 30. & in Hiſpania ſeruatur teſte Couarru. var. reſol. titul. 1. cap. 1. num. 2. Plac. epit. delict. tit. 1. cap. 1. numer. 2. & Peguer. deciſ. crim. 13. num. 18. quam appellant eſſe palinodiam canere, & hæretici abiurant publice, & ipſe ſemel vidi hanc famam reſtitui, quamuis ad iudices ſpirituales hoc onus videatur ſpectare, & ad Reuer. Confeſſores, Lud. Carb. de reſtitu. omn. rer. quæſtio. 16. 17. & 18. Item in ſatisfactione & remiſſione debet etiam ratio haberi an of-
211 fendens fuerit prouocatus, & ſit capax prouocationis, nam infames non ſunt capaces iniuriæ, ſupra in 2. par. num. 27. nihilominus male faciunt
A quoad ſe, qui male agunt, & tenetur ad emendam damni, quamuis æſtimatio non fiat iniuriæ, vt notat Abbas in c. 2. num. 1. de iniur. & damn. dat. & in c. 1. num. 3. 4. & 5. de maledic. Ludo. Carbo. de reſtitut. omn. rer. q. 87. & in foro conſcientiæ quis non tenetur damnum remittere, 23. q. 4. c. 51. & ſi detur damnum paſſo vltra id quod taxatum eſt, dans incurrit infamiam iuris, & accipiens infamiam facti, niſi iuſſu iudicis id fiat, Lucas de Penna in l. 1. col. 10. C. publ. læt. Vulpell. de pac. q. 28.
B Add. ad Clar. q. 58. & infra nu. 303. & qualiter ſint taxanda illata ob debilitationem aut mutilationẽ membri recurre ad §. item is ex cuius cœnaculo; vbi Dd. legiſti, Inſtit. de oblig. quæ ex quaſ. malef. & per Gand. eod. tit. num. 21. Habetur que conſideratio damni emergentis, & lucri ceſſantis, Cumia. de ſyndic. c. 74. num. 71. Menoch. de arb. caſ. 154. nu. 4. & 5. ubi loquitur in officiali iuſte recuſato aut impedito, Pedamon. deciſ. 45. num. 11. vbi in aduocato, & vide in 5. p. glo. damna & intereſſe. Item ratio habebitur an iniuria alios de parentela afficiat, quoniam omnibus intereſſatis eſt ſatiſfactio danda, l. lex Cornelia, in princ. ff. de iniur. & an includantur illi de agnatione vſque ad quartum gradum, relinquitur arbitrio, Menoch. de arb. caſ. 262. & uide Baiar. ad Clar. in §. iniuria,
212 num. 37. 38. & 39. † vbi iniuria facta colono, an dicatur facta domino, vel ſi eſt facta vni de collegio, an cenſeatur facta toti collegio, alleg. Soc. in c. cum olim, de iniur. vide omnino Put. d. c. 8. nu. 8. 9. 10. dicit, quibus ſatiſfactio ſit fienda, & quid mortuo offenſo, quod fieri debet hæredibus, primo maſculis, deinde fœminis. Marſ. conſ. 115. nu. 14. vi. T... num. 418.
213 † Hic quæſtionem vtilem & quotidianam ſubnectere volo. Extat ſtatutum ſeu decretum, quod pro qualibet ſententia abſolutoria, vel condemnatoria, iudex poſſit habere certum quid pro ſalario. Quidam fuit querelatus, & pendente iudicio, obtinuit impunitatem à Principe, nunquid iudex poſſit habere ſalarium? hunc articulum poſt hæc typis edita vidi tractari per Bertazol. conſil. crim. 163. per tot. vol. 1. & breuiter ac reſolutiue, vt fieri debet in actu practico, hic de more Rebuf. in ſuis commentarijs diſtinguendum ait, aut ſalarium iudici debetur tanquam iudici ordinario, ex cauſis ordinario iure ſpectantibus, eo quod illud incertum emolumentum deſeruiat pro ſalario ordinario, & ſic ſalarium eſt certum; ſed quantitas incerta, quæ pendet à concurſu cauſarum ordinariarum; aut habet aliud ſalarium certum & ordinarium, ſed ex cauſa delegata poteſt etiam percipere ſalarium dictæ cauſæ, et hoc non percipitur niſi demum lata ſententia; aut non eſt iudex ordinarius, ſed mere delegatus, qui non habet aliud ſalarium niſi mediante progreſſu cauſæ delegatæ. primo caſu compoſitio non nocet, quia nunquã per eam intelligitur ſublatum ius tertij, præſertim ob labores, & mercedem iudicis, Dec. conſ. 520. num. 2. conſ. 602. num. 14. quinimò etiamſi ſententia non ſit lata, ſed nil aliud reſtet, niſi vt proferatur, & non ſtat per iudicem, ſed per Principem, ſalarium debetur, ar. l. qui operas, ff. locat. & l. pen. ff. de mil. teſta. l. qui penè, ff. de manumiſſ. & paria ſunt ſententiam eſſe latam, vel concluſum in cauſa poſſ. & proprie. l. ſi rem, §. fi. de euict. Iaſ. & alij in l. admonendi. ff. de iureiur. item Iaſ. in auth. ſi qua mulier, ſub num. 23. vbi infert ad multa, C. de ſacroſanc. Eccleſ. dicam in 5. p. vbi proximè accingendus habetur pro accincto, & proximè abſol-
214 uendus habetur pro abſoluto. † Idem de aduocato, nam ſi partes tranſigant, nihilominus debetur ſalarium, no. gloſ. in c. ſtatutum, §. aſſeſſorem, de reſcript. in 6. Spec. tit. de ſalar. §. 3. verſ. ſed pone fallit in iudice quando Princeps expreſsè remiſit omnem pœnam ſalarium, ac intereſſe partis, quia hoc ex cauſa facere poteſt, Grammat. deciſ. 65. & Zaſ. conſ. 10. & ratio eſt, quia intelligitur datum officium, vel cauſa delegata, cum reſeruatione gratias faciendi, indulgendi, vel componendi, quæ omnia ſunt de reſeruatis Principi, Bart. in l. imperium, de iuriſd. om. iud. vbi Bal. num. 2. lec. Abb. in c. ſuper quibuſdam, de uerb. ſign. & in generali conceſſione non comprehenduntur reſeruata Principi, tex. in c. primo, quæ ſint regalia, Boſſ. in eod. tit. de regalijs, per tot. Put. de ſyndic. in ver. excedunt Barones, nu. 12. & 13. & de reſeruatis Papæ vide gloſ. in c. quod tranſlationem, de offic. legat. Si verò cauſa fuit delegata eidem iudici ordinario, quia hoc emolumentum extraordinarium
215 prouenit a mera largitate Principis, † qui eſt cauſa illius beneficij, ſic reuocare poteſt illud etiã ſine cauſa, Ang. in l. Antiochenſium. ff. de priuil. cred. Dec. in l. nemo poteſt mutare, ff. de reg. iur. idem in conſ. 191. colu. 1. & 2. Crauet. conſ. 278. num. 7. in princ. vo. 2. vt dicunt Moderni Placentini. Nam multum differt caſus iudicis à caſu partis

Digitized by Google

tis,ideoque non bene infertur, l. Papinianus,§.e-
xuli,ff.de minor. Secundo caſu principali, ſi ſala-
rium certum ordinarium eſt tenue, & vſque ab i-
nitio iudex pactum feciſſet pro ſuo certo ſalario
cauſarum ordinariarum, ac etiam pro ſalario ex-
traordinariarum (nam loquor de ſportulis) tunc
non poteſt in ſui præiudicium compoſitio fieri,
216 nec etiam de plenitudine poteſtatis,† quia con-
tractus ab initio ſunt voluntarij, & ex poſt facto
neceſſarij,l.ſicut,& l.fin.C.de act. & obl.facit lex
qui merces,ff.locat. At ſi haberet ſalarium ab ini-
tio certum,& cõdignum dignitati officij,& quod
per delegationem obueniret ex abundanti, tunc
217 dic vt ſupra num.215.† & cogita quia agitur cũ
Principe,pro cuius ratione voluntas ſufficit,§ ſed
quod Principi,Inſtitut.de iur. nat. gen. & ciuil.ſi
Princeps non ſe declaret,peti poteſt,quia ita eſt de
iure:at vbi Princeps ita iubet,caueat iudex. Baiar.
vero ad Clar.quæſt.59. nu.6.7.& 8.ait quod prin-
ceps non poteſt remittere pœnam ad præiudiciũ
eius cui de iure naturali vel gentium eſſet debita,
Gram.conſ.34.Menoch.de arb.quæſt.96.& in vl
tim.Centu.caſ.447.ſecus in alijs de iure poſitiuo,
attamen dicit quod princeps poſſet imponere ſi-
lentium, per doc. in l.Gallus.§.quid ſi tantum,de
lib. & poſthu. Nam contra maiorem nemo præ-
ſumit honorem,vt not.gloſ.in l.3. ff. de alic. iud.
mut. cauſ. In tertio autem caſu.aut delegatus perci
pit paſſim ſportulas,videlicet pro viſione ſcriptu-
rarũ, pro qualibet interlocutoria, pro examine te-
ſtium,& ſic de ſimil.vt latè per Specul.in titul. de
ſportul.& hoc in caſu cum pro modo laborum ſit
paſſim ſatisfactus, non poteſt conqueri de compo
ſitione ſi perdit ſalarium ſententiæ,Caſt.in l. 1.ff.
de offic.aſſeſſo. Dd.in l.diem functo,eo.& in leg.
218 qui operas, cum ſimil. ff. locat. † abſurdum eſt
enim dicere, quod per talem delegationem Prin-
ceps intellexerit ligare poteſtatem ſuam remitten
di pœnam & ſalarium, ſi ſibi libuerit,l.nam abſur
dum,ff.de leg.& per ea quæ mox dicta ſunt, Alex.
in l.libellorum,poſt Bart.§.fin.de accuſat. Put. in
d.ver.compoſitio,ca.4.nu.3. verſ. nam iſtis com-
poſitionibus,& bene facit Bertazo.conſ.163.ante
219 num.7. lib.1.† quia in delegatione ſolum conti-
netur cognitio delicti & non quæ extra delictum
veniunt. Dd. in rubr.de offic.iud. deleg.& in tit.
de eo cui demandata eſt iuriſd. limita ſi expreſsè
remiſſum etiam ſit ſalarium, per ſupradicta, item
limita ſi ante concluſionem cauſæ cõpoſitio fiat,
quia nulla habetur conſideratio, an propter ſen-
220 tentiam debeatur ſalarium, † quia de eo quod
non eſt,nulla oritur obligatio,§.ea quoque res, In
ſtit.de legat.ſed hæc limitatio eſt extra caſum pro-
poſitæ quæſtionis. Declara tertio habere locum
in delegato ſubdito, & habitante in loco delega-
tionis, ſecus ſi eſſet exterus, vel habitaret in
parte longinqua,quia in equitando, & in expen-
ſis ſuper hoſpitio valde præiudicaretur,ſi ſalarium
221 cauſæ eſſet per compoſitionẽ ademptum, † quia
alteri per alterum non debet iniqua conditio in-
ferri,l.non debet,de reg. iur. cum ſimil. & in du-
bio iudex præſumitur cõductus vt cauſam finiat,
& ſalarium exinde percipiat,ar.leg.cum hæres, §.
Stichus,de ſtat.liber.& Bart.in l.1.ff.de var.& ex-
traor.cognit.facit Iaſ.in l.diem functo,num.9. ff.
de offi. aſſeſſor Nam qui tribunalia aſcendunt &
Reip.ſeruiunt de publico ali, & congruis ſtipen-
dijs,inuitandi, & non mutilãdi ſunt ad congruen
tiam,ne nimia tenuitas ſit cauſa ſurripiendi quæ-
ſtum vt ſcribit Hiero.Perbo. in ſuo auxiliatio. tit.
de princip. ſunt quidem nonnulli qui conſilium
quod contra alios præbent pro ſe nollent, & ij ca-
ritate carent:vt in materia Salarij Spec.eod.tit.&
Doc.in l.diem functo.ff. de offic. aſſeſſor. Afflict.
ſuper.2.ſeu.tit.Qui dicitur Dux rubr. 36. nu. 24.
Bal.in l.1.§. Diuus.ff.de uar.& extr.cogn.& quod
debeatur totum ſalarium, ſi per delegatum non
ſtat,videtur velle tex.in l.legatus, §. 1.ff.de lega-
tio.Ro.ſing.66.Guid.Pap.deciſ.68.num.6.vbi di
cit officium non debere eſſe damnoſum, l. ſed &
ſi quis,ff. quem teſta. aper. Aut delegatus non ſo-
let percipere quotidianas ſportulas, ſed ſolum ei
debetur ſalarium lata ſententia, & tunc per com-
poſitionem non poteſt de iure præiudicari,quan-
do ſententiam tulit, vel concluſum fuit in cauſa,
ſeu erat in calculo ferendæ ſententiæ, & per iudi-
cem non ſtetit,d.l.ſi rem,§.fin.de euict.c.paſtora-
lis,de canſ.poſſ.& propriet.poterit tamen tempe
ramentum adhiberi; & prout diſcretus iudex vi-
debit inclinare dominum ſuum, ita ſe gerat, D.
Men.de arb.iud.caſ.223. circ.fin. & Luc.de Pen.
in l.1.de primipil. vbi multa in propoſito ſalarij.
222 † Hinc editus eſt ordo Mantuæ die 11. Martij,
1599.ſuper ſalarijs Iudicum,Aduocatorum, Fiſca
lium,& Procuratorum,Notariorum, & aliorum
officialium, per quem demptæ fuere & ſeçiæ vn-
gues cupiditati mali tanti,in quo quid circa com-
poſitiones ſeruandum declaratur, & prouidetur
circa gratias,ac alia quæ proceſſum interimãt,aut
impediunt penitus,& quidem optima ratione fa-
ctus eſt, licet prima facie viſus fuerit ſermo durus
auribus aliquorum,tamen ſeruandus eſt, l. digna
vox,ff.de leg.l.proſpexit,ff. qui & à quib. & dam-
num quod quis ſua culpa ſentit ſibi imputandũ,
223 c.damnum.de reg.in 6.† Et in hoc propoſito eſt
alter ordo Mantuę multis annis ante editus circa
ſalarium cauſarum delegatarum, quo cauetur vt
delegati habeant ſalarium ijs modis,videlicet vſ-
que ad publicationem proceſſus informatiui ter-
tiã partẽ, ab inde citra,vſque ad ſententiã duas ter
tias partes, & poſt ſententiã totum ſalarium. Sed
pone caſum,quod Capitaneus Iuſtitiæ inquiſiue-
rit nonnullos,quos & pariter conſtituit, & repeti
tis teſtibus,nil aliud remanſit complendum, niſi
offerre copiam cum publicatione proceſſus, quã
& obtulit;deinde nata occaſione,cum iuſta & ho
norabili licentia diſceſſit ab officio dignis de cau
ſis ante duos menſes finis officij, quæritur an re-
bus ſic ſtantibus tertia pars ſalarij debeatur dicto
224 Capitaneo,vel ſucceſſori, † Et non eſt dubium,
quod ſupradicta iura, & rationes in antecedenti
quæſtione & virtute dicti ordinis ſalarium debe-
tur Capitaneo,cum non ſteterit per eum publica
tionem proceſſus fieri,& obtulit,& proceſſus erat
in ſtatu publicationis,ad quę faciunt trad. à Dd. in
l.admonendi,vbi Caccialup. col.3.fol.88. Iaſ.nu.
53.de iureiur. Nat.conſ.462.vol.2. Bertazol.conſ.
cri.163.per tot.vol.1.vt.Corſet.ſing.312.in verb.
ſalariũ.11. & ſing. 318.d.verſ.119. Dec.conſ.492.
225 nu.5. † quia paria ſunt aliquid iam eſſe,vel tunc
eſſe poſſe effectualiter,l.pen.ff.de mil.teſt.& paria
ſunt aliquem iam eſſe condemnatum, vel ex pro-
ceſſu apparere eſſe condemnandum,l. qui pœnæ,
ff.de manumiſſ.& ſup.num.142.multa ad hæc ſi-
milia ponit Iaſ.in auth.ſi qua mulier,num.23. C.
de ſacroſanc. Eccleſ. & in propoſito bene facit
Afflict.ſuper feud.mox alleg.titul.quæ ſint regal.
par.3.quem ſequitur Peregr.de iur.fiſc.lib.5. nu-
226 mer.195.& lib.6.num.44.in fin.† Non obſtat,
quod verba in dubio ſunt intelligenda de actu per
fecto,

fecto, l. 1. ff. quod quiſque iur. l. 1. §. qui in perpe-
tuum, ff. ſi ager vectig. vel emphyt. peta. quoniam
reſpectu facientis actus pro facto habetur, quando
non ſtat per agentem, d. l. penult. ff. de milit. teſta.
Non obſtat, quod nihil videtur impletum, cum
aliquid reſtat implendum, arg. l. 2. ff. de manumiſ-
ſio. quia procedit quando id quod eſt implēdum,
eſt pars ſubſtantialis actus; & ſtat per eum, qui ad-
implere debet, Put. in ver. ſalarium, cap. 6. ſub nu-
me. 9. in fin. Sed quando parata ſunt omnia, nil a-
liud remanet niſi ſedere ad menſam, & manduca
re labores aliorum, & expenſis gaudere alienis.
Non obſtat excuſatio affectata ad excludendum
anteceſſorem, vt quia poſt eius diſceſſum aliæ ſum
ptæ fuerunt informationes, quoniam aut primæ
iam ſumptæ non erant ſufficientes ad condemnā
dum reum, aut ſecundæ ſuperabundantes, vel ſu-
per alijs delictis. Primo caſu vera eſt contradictio
227 arg. d. l. 2. ff. de manumiſſio. & † paria ſunt non
facere, vel minus legitime facere, l. quoties, ff. qui
ſatiſda. coga. & paria ſunt aliquid non facere, vel
facere, ſed non debito modo, l. 1. §. p. nult. ff. quor.
leg. & paria ſunt actum non incipere, vel cœptum
non perficere, l. 1. §. illud, C. de codicill. §. penulti.
Inſtit. quemadm. teſt. infir. Sic quando datur pars con
demnationis, nam ante condemnationem non
eſt acquiſitum ius parti, nec fiſco. l. ſi qua pœna. ff.
de verb. ſignif. l. ex iudiciorum. ff. de accuſ. cum a-
lijs iuribus de quibus per Bertazol. d. conſil. 169.
num. 3. lib. 1. vbi dicit quod ſi tempore vnius iu-
dicis ſit commiſſum maleficium, & tempore alte
rius iudicis ſequatur ſententia, tunc portio ſpectat
ad ſecundum iudicem ſententiantem. Put. de ſyn
dic. in cap. prouentus. Secundo caſu non, per ad-
ducta pro parte D. Capitanei anteceſſoris, quoniā
actus iam erat in eſſe poſitus, & probatum delictū
& per eum non ſtetit, merito de iure ad expeditio
228 nem proceſſus informatiui venire; & † in con-
ſcientia ſalarium debetur, & videnda erant acta.
quæſtio enim facti eſt, ad quam non reſpondet Iu
riſconſultus, l. eum quem, §. 1. de iudic. & ad quid
plus, vltra quærere, cum reus coram Capitaneo
faſſus ſit, quidem fruſtratorium fuit, leg. amplio-
rem; §. in refutatorijs. de appellation. & fiſcus ex
confeſſione rei dicitur habere intentionem fun-
datam, vt dixi in tertia parte, num. 18. 19. & 24. &
non ſine periculo deſtruendi illam per ſecundas
informationes, vt fit ſi quis vult ſapere plus, quam
oportet, & ſe meliorem alijs videri, & multitudo
teſtium eſt refrænanda, vt in pract. de teſt. dixi par.
2. num. 145. & 194. & ſupra in 3. par. num. 37. Sed
quicquid ſit in caſu prædicto, ſecus eſt circa quotā
pœna quę datur iudici, quoniam ante ſententiam
iudex, nec fiſcus ius regulariter non habent in pœ
nis, l. aliud, de verb. ſignific. & l. quæ pœna. eo. tit.
in terminis Afflict. titu. quæ ſint regal. verſic. pœ-
narum, ſub num. 16. car. 146. quamuis videatur in
hoc concludere, prout in ſalario, tamen multum
differt ſalarij cauſa, a portione pœnæ, idem quoad
duos Dominos feud.

Hic (antequam vlterius progrediar) opportune
quæro, datur quędam portio officiali, qui inuenit
aliquem fraudantem gabellam, vel portantem rē
contra decretum, Princeps facit gratiam, an intel
ligatur in totum, vel pro parte tantum tangente fi
ſco, & dico quod ſi reſcriptum dicit ſimpliciter,
habbi gratia, non intelligitur ſublata portio dict.
inuentori ad trad. per Bald. Alex. Iaſ. & alios in l.
teſtamentum, C. de teſtam. nam in dubio gratia
intelligitur ſine præiudicio tertij, vt in cap. quam-
uis, de reſcrip. in 6. Hoſt. & Abb. in cap. cauſam
quę, il ſecondo, de teſt. eſt text. in leg. 2. §. ſi quis a
Principe, & §. merito, ff. ne quid in loc. publ. no.
in l. ex facto. in princip. & ibi Bald. ff. de vulg. &
pupill. Barto. in l. dotalem, ff. de teſtam. mil. Spec.
titu. de ſalar. §. 1. verſ. quid ſi alicui ſcholari. Nam
etſi beneficia principum ſint late interpretanda,
id verum eſt contra ipſum concedentem, Bald. in
l. 4. C. de emancip. liber. Barto. Iaſ. & alij in l. bene
ficium, ff. de conſtitut. princip. Innocen. in d. cap.
cauſam quę, de reſcrip. in 6. Aut princeps reſcribit
habbia gratia libera, & tunc intelligitur quoque re-
miſſa pars quę inuentori debetur propter verbum
libere, quod importat ſine exceptione, vel alia cō-
tradictione, vt exponit Archid. in c. 1. extra de ſup
plen. neglig. prælat. lib. 6. & in cap. ſi tibi, § ſed ſi e-
piſcopus, extra de præben. & per Ioan. Andr. in c.
cum plures, extra de offic. deleg. cap. & importat,
quod non habetur ratio præſcriptionis, ca. cum ex
officij, extra de præſcr. hic diximus quod libero ar
bitrio non præſcribitur, nec in ijs quæ ex mera vo
luntate procedunt, Balb. de præſcrip. 4. p. 5. p. prin-
cipalis quæſt. 1. num. 5. & etiam ſine diſpenſatio-
ne, vt in cap. vlt. Clem. tit. de æqualit. & quant. ta.
At ſi adeſſet aliud reſcriptum in fauorem eorum,
quibus portio datur, vt puta, *per qualunque reſcritto
non intendiamo pregiudicare alla parte delli inuentori*,
tūc non intelligitur per hoc verbum libere adem-
pta quoque portio illis debita, quoniam vnum re
ſcriptum declarat aliud per leg. non dubium, vbi
Doct. C. de leg. ſicut dicitur quod vnum ſtatutum
aliud declarat, & reſcriptum ſecundum ſine clau-
ſula non obſtante non tollit reſcriptum primum,
Barto. in extrauag. ad reprim. eo. ver. non obſtāte,
& ſupra num. 75. Cano. in cap. cæterum, de reſcri.
& non ſolum debet facere mentionem de primo
reſcripto, vt illi ſit derogatum, ſed etiam de clau-
ſula in primo reſcripto huic ſecundo reſcripto
contraria, vt cap. in literis, de dol. & contum. re-
deundo modo.

Præterea ſi vnus, vel plures de diuerſis delictix
ſunt accuſati, ſufficit, quod de vno delicto reus ſit
conuictus, vel confeſſus, ad hoc, vt proceſſus (quo
229 ad illud delictum) dicatur informatus † in ſeparatis,
ratis, & diuiduis, in quibus diuerſum eſt iudiciū,
l. maritus, la prima, C. de donat. inter vir. & vxor.
& vna cauſa non impedit conceſſionem, quæ pro
uenit ab altera diuerſa, Diaz. regul. 70. & vtile per
inutile non vitiatur, Caball. Milleloq. 162. & Mil
leloq. 246. par. 1. & Franc. Marc. deciſ. 910. vbi an
de delicto poſt cœptam cauſam criminalem co-
gnoſci poſſit ortum habēre a dicta cauſa, & Cla.
in §. fi. quæſtio. 2. an, quod etiam ex cauſa ſeparata
fit cumulatio, & ſolum impeditur ſententia ciui-
lis donec cognitum ſit ſuper criminalitate, quem
230 vide. † Sed quod magis eſt, publicatio proceſ-
ſus offenſiui non eſt neceſſaria niſi petatur, obla-
tio autem copiæ ſic, cap. cum I. & A. de re iudic.
Barto. & Alex. in l. prolatam, C. de ſentent. & in-
terloc. Clar. quæſtio. 49. ver. 1. & 2. Rebuff. in com
mentar. de public. proceſſ. nu 4. tom. 3. dic vt nu.
231 133. p. 5. † Non obſtat, quod D. Capitaneus an-
te finem officij diſceſſit, Bar. in l. 1. ff. de var. & ex
traor. cogn. quia procedit ſi ſui culpa remouetur,
ſecus ſi cum iuſta cauſa, & cum bona licentia, gl.
in l. 3. §. ad diem, ff. de re mil. tex. in l. hac lege, C.
de prox. ſacr. ſcri. Put. d. ver. ſalarium, c. 6 num. 11.
vel ſi agitur contra eum ciuiliter, & abijt relicto
procuratore, vt infra dicetur, p. 5. vi. Bar. in l. 1. Di
uus. ff. de var. & extraor. cog.

† Quinto

232 † Quintn compoſitin tegulariter fieri non debet niſi pro delictis pœnam ſanguinis irrogantib. non autẽ pro delictis enormibus, vel atrociſſimis, de quibus in 1.p.nu.49.& 50. & 60. cũ alijs mult. ſeq. & Put. in d. ver. compoſitio. cap. 3. igitur in criminibus exceptuatis, ac etiam nõ exceptuatis, ſed atrociſſimis non licet tranſigere, vide Decia. late materiam hanc explicantem trac. cri. li. 3. to. 1. tit. pactum, & tranſactio, & inter alia crimina nõ poteſt compoſitio fieri in delictis, in reg. Neapo. blaſphemiæ, ſodomiæ, & adulterij, Decia. nu. 31 & ẽt
233 habetur in l. tranſigere, C. de tranſa. † & veniam nec remiſſionem meretur quis propter delicti grauitatem, vel propter ſuę vitę ſceleritatem, c. importuna, § quod autem, de pęn. Rip. tra. de peſt. priuil. contra eam, nu. 34. Caroc. d. loc. tit. de dol. et culp. nu. 14. Nec rationes forte in contrariũ adductę per Farin. d. q 5. ſub nu. 13. videntur tutæ, nec ſeruãdæ in practica, per ea quę in prin. huius cõcluſionis aduern, quoniam reuera eſſet ees mali exempli, ſcandaloſa, & contra bonos mores.
234 † De delictis vero perſonam Principis tangẽtibus, vt de cri. læſæ Maieſtatis humanę, & diuinę, vt hæreſis, & ſimoniæ, nullo modo ſub quouis prętextu, & per quamuis authoritatem magnam cõpoſitio fieri debet, forte de cri. læſ. Maieſ. Principe ſic iubente, per l. quod noſtrum, de reg. iu. l. 1. ad l. Iul. Maie. In alijs vero delictis, videlicet raptus virginum, violantiũ ſepulchra, parricidij, homicidij, veneficij, incẽdij, latrocinij, aſſaſſinij, proditionis, & ſimilium propter eorum immanitatẽ non licet componere, Dec. d. tit. pactum, & tranſactio, lib. 3. to. 1. c. 34. nu. 24. 34. & 41. Sed quandoque bonus dormitat Homerus, & diſſimulare loco prudẽtia eſt, & aliquando plus torquet riſus iudicis. quã vultus iracundus, & cauſas criminales exercere. punire, & indulgere, iraſci, & ridere, non eſt farina pro omnibus. Et tã.[illegible]m nota quod ſi ſunt duo Domini quorum vnus ex conuentione habeat regimen puta pro duobus annis, is non poteſt pœnam remittere bannitis, vel condemnatis ante dictam conuentionem, quia nemo dat quod non habet vulgaribus, & fructus iuriſdictionales, vt ſunt cõdemnationes non ſunt domini in ſpe, ſed quando ſunt maturi. et ſi pœna conſiſtat in corporali multo minus, quia interim moleſtari poſſet antequam tempus aduenerit, Baſard. ad Cla. q. 59. nu. 8. vbi alleg. Rimin. iun. conſil. 33. vn. 1. ipſe vero vlterius non quæro, nec allego, ſum laſſus.

Verum quando Principi meum eſſet proferre votũ in hac re, nunquam conſulerem ante ſententiam delictorũ compoſitiones facere ob inconue-
235 nientia, † de quib. in principio, quandoquidẽ veniam indigno concedere prouocat vniuerſos ad ſimilia perpetranda, quia facilitas veniæ incentiuũ tribuit delinquendi, vt inquit Paul. Ghirl. d. q. 1. nu. 7. licet nu. 8. dicat compoſitionẽ fieri debere lite pendente, & irrideor de cautela, Put. de ſynd. in verb. oblatio. melior cautela eſt probitas, & quicquid dicãt, nihilominus practica docet contrariũ; iuſtitia enim non debet eſſe eluſoria, ſed ſuũ debet effectũ ſortiri in abſoluendo, aut in condemnãdo, prout iuris, ne delicta remaneant impunita, l. ita
236 vulneratus, ad l. Aq. l. congruit, de off. pręſ. † Nec debet occaſio ſcandalis dari, Nam væ homini illi, per quem ſcandalum venit, ait Chriſtus Matt. 18. & pro euitandis ſcandalis, ab ijs eſt abſtinendum, quæ alioquin licite fieri poſſunt, dicente Apoſt. 1. Cor. 8. ſi eſca ſcandalizat fratrem meũ, non mãducabo carnem in æternũ: & non deſunt murmuratores in populo, ſi audiũtur huiuſmodi cõpoſitiones contra Superiores, & Magiſtratus; pręcauẽdũ ne fiat gratia ante tempus, parte pręſertim non cõcordata. Rei enim, qui ante ſententiã compoſitionem ſoluunt, immemores & ingrati nimiæ Principis clementiæ, & indulgentiæ aſſerunt, vociferãturque ſe coacte, ac indebite ſoluiſſe, & ex eo quia iudex nullam cauſam inuenire potuit cõtra ipſos, ideo ſatagit ad compoſitionem deuenire, vt rẽ gratam faceret Principi; & hac nacti occaſione, ſi aliquod eſculentũ, & poculentũ eiuſ, & permiſſum, (quamuis minimum) iudex acceperit, magni ciunt murmuratores, & ingrati, & coram omnib. propalant tanquam extortum ſit, quod precibus, & coacte receperit, cauſa de qua in 5. par. arguentes alios miniſtros Principis de auaritia, & fere vſq; in cœlũ os ponere audent, temere obloquentes de Principe, boni etiam ægre ferunt, ſi malis indulgeatur, & mali malo hoc modo expediantur, & hi ſunt fructus, ſunt laudes harũ compoſitionũ, qua de re
237 † concludo poſt ſententiam gratias fieri debere, & compoſitionum, quæ tunc ſapit naturã gratiæ, & non extorſionis, aut concuſſionis, & hoc modo organa malignantiũ claudũtur, & Io. Boter. in ſuo trac. de ratio. Status, li. 1. ti. de documentis inſtinę,
“ ait (quamuis vulgari ſermone) Miniſtros haud ſuf-
“ ficere recta ſtatera procedere, ſi a domino tergiuer-
“ ſantur, parcendo puniendis, et vitam condonando
238 indignis, † & cũ iuſtitia ſpectet ad iudicem, et gra-
“ tia ad Principem, aut in moderando rigore, aut ex
“ cauſa boni, & æqui in parcendo, non licet gratiam
“ facere in præiudiciũ iuſtitiæ, quia iniquũ eſt in prę-
“ iudicium Reipublicæ, quia Regna, Principatus, et
“ Poteſtates Principibus adijciuntur non lucri cau-
“ ſa, ſed duntaxat pro manu tenenda, & tuenda tran-
239 quillitare, pace. & iuſtitia. & ideo † inanis gratia
“ tnanem parit effectum, & gratia ante tempus ſapit
“ abortũ tanquam immatura, & generat malam di-
“ geſtionem, & ſemper non eſt locus iuſtitiæ (vt eſſe
“ debet) ſed loco & tẽpore intermittitur. Hæc ille. & gratia quandoque extenditur ad reſtitutionem famæ, & honoris, vt per Lud. Carbo. d. tit. Stor. Od. q. 92. co. u. Rol. conſ. 45. nu. 3. vo. 4. Sed retẽto propoſito quæro an aduocatus, vel procurator poſſint cum clitulis ſe componere, dic quod ſic, niſi dici poſſit pactio quotę litis.

Pactum de quota litis eſt damnabile, eſt text. in l. ſi qui aduocatorum, vbi Bar. Pau. de Caſt. & alij, C. de poſtul. & in l. ſi remunerandi, §. Marcellus, ff. manda. vbi in procuratore, & aduocato; quod procedit ſi de re litigioſa aliquid detrahi debet, l. 1. §. in honorarijs, vbi gloſ. ff. de var. & extraor. cogn. vt not. DD. in l. ſumptus. ff. de pac. Plot. in l. ſi quando, num. 534 C. vn. vi, & hoc ſi fiat ante inchoatã litem; vt declarat Caual. deciſ. 41. nu. 44. & 45. par. 1. Vbi primo fallit, ſi quid promittat litigator extra rẽ litigioſam, Bar. in l. ſalariũ, ff. mãd. vbi gl. vſque ad centũ aureos. vt in §. in honorarijs. Secũdo & etiam fallit ſi non eſt litigatum, ſed opera aduocati ſine lite res reſtitueretur; nã fruſtratorius eſt actus, qui non aſſequitur finem ſuum, l. verbis, de vulg. & fruſtra contẽditur de eo, quod nullo caſu verificari poteſt, l. ſucceſſores, vbi Salyc. C. ad l. Falci. & ratio legis prohibentis hoc pactum fuit, ne aduocati, & procuratores in litigando nimis affectuoſi, per fas, & nefas cauſam obtinerent, Affli. ſuper conſtitu. Reg. in verb. aduocatos: At ceſſante legis ratione, ſeu cauſa, ceſſat lex, l. adigere, §. quãuis, ff. de iur. patr. Tiraq. tract. cauſ. ceſſan. nu. 130. nam ceſſante cauſa ceſſat effectus, & non punitur

affectus de generali conſuetudine,niſi ſecutum effe-
ctu,quod etiam in atrociſſimis procedere dicit Fa
rinac.de delict. Fallit tertio,ſi eſſet aliquid promiſ-
ſum pro palmario,& honorario,d.l.1.§.in honora
rijs,ff.de var.& extraor.cogn.& Adden. ad Guid.
Pap.deciſ.190. Porc.ſuper inſtit.in tit.de manda-
to.nu.6.in fi.vbi ſi quis promittat 25.pro victoria,
nec dicatur de effectu litis,ſed ſimpliciter,tunc ho-
neſte petitur. Et de hac materia vide Peregr.de iu.
fiſc.lib.4.tit.7.nu.16.vbi pœna,&c.
240 † Quæro etiam nunquid delinquens punitus
ab vno iudice poſſit adhuc ab alio puniri? ſed hæc
res inter plures iudices ſub eodẽ Principe difficul-
tatem non habet,vt infra dicam nu.273.at quid ſi
a iudice laico fuerit punitus in caſibus mixtis, ſeu
communis fori,de quibus per Clar. q.37. & Dec.
de delict.lib.4.c.26.to.1. Marant.p.4.diſt.11. Sigiſ-
mun.Scaccia.de iud.ciuil.crim.& hær.c.12.nu.8.
241 fol.22. † vt ſunt adulterium, concubinatus, ſo-
domia,ſacrilegium,ſortilegium, crimen lamiarũ,
& falſitatis,periurium,blaſphemia, crimen vſura-
rum incidenter,crimina iudæorum,nam hæc om
242 nia † ſunt crimina communia,ſeu mixti fori,&
qualiter,ac quo modo in eis procedatur, vide ad ſa
turitatem eundem Dec.d.lib.4.tit. Mixti fori quæ
ſint,d.c.26.to.1. Modo ad rem,an punitus a iudi-
ce laico,poſſit puniri a iudice eccleſiaſtico,vel ècõ
tra? & reſoluitur(omiſſa diſtinctione de qua Ab-
bas.in c.tuę.de procu.& altera diſt. Io. And.in c.1.
& ibi gl.fi.de off.ord.)dico cõmunem, & veriorẽ
opinionem eſſe,quod proceſſus vnius iudicis, nõ
impedit proceſſum alterius,vnde ceſſa præuen
tione,de qua late per Boſſ.in tit.de for.compe.nu.
96.cum mult.ſeq.& Lancellot.de attent.in 2.p.c.
4.limit 2.num 45.55.59.& 72. finito proceſſu co-
ram primo iudice præueniente, poterit cauſa ite-
rum cognoſci coram alio, igitur ſi erit abſolutus,
vel condemnatus a primo iudice,illa ſententia nõ
parit exceptionem rei iudicatæ quoad alium iudi-
cem,vt tenent DD. quos Clar. adducit q.57. ver.
ſed hic occurrit,& Dec.d.c.26.num.16.ita vt ſi ab
vno fuerit abſolutus,ab altero forte poterit cõ lem
nari (re melius intellecta,) vel ſi ab vno pecuniari-
ter fuit condemnatus,poterit ab altero condemna
ri corporaliter; ſi ita iuris eſſe videbitur: & expli-
cat Bal.in l.2.C.de ſportul. Afflict.ſuper conſtitu.
243 in ver.blaſphemia,in fi.li.3.& ratio eſt,quia † iu
dex eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſui iudi-
cis laici,ſi non vult,nec èconttra. Idem procedit in
ter duos iudices ſub diuerſis Principibus, & domi
nijs,Clar.q.57.ver.ſcias etiam,licet Farinac.q.19.
contrarium de iure affirmet, ſed de conſuetudine.
aliter ſeruatur, Dec.in c.at ſi Clerici, de iud. idem
Cla.q.36.ver.vlt.inf.nu.249.
244 † Et inter Iudices ſub eodem Principe locum
habet præuentio,Boſſ.de fo.comp.nu.96.Farin.q.
7.nu.26.Cla.q.57.verſ.dictum eſt,& q.38.ver.fre
quenter, ſiue ſint ambo iudices competentes ratio
ne delicti,& alter domicilij,aut originis;nam ſen-
tentiatus ab vno,non poteſt ſententiari ab altero,
245 Clar.q.38.& 39. vbi add.† Sed in paritate iudex
loci delicti præferendus eſt,l.ſi cui,§.pen.& fin.ff.
de accuſat.tex.in l.3.ff.de offic.præfec.& in c.1.de
rapto.& in c.2.de conſtit.eſt de hoc particulare de
cretũ in not.ord.Mediol.edi.die 14.Aprilis,1553.
& reus eſt remittendus ad eum (ſi petatur) ijs dua-
bus de cauſis, prima, vt ibi puniatur vbi deliquit,
vt in eo,in quo quis peccat,puniatur,l.vbi,ff.de iu
di.& per d.iura,ad terrorem;ſecunda,quia eſt præ
ferendus,vt not.in auth,qua in prouincia,vbi glo.
& DD.C.vbi de crim.agi opor.Clar.q.37.ver.eſt
autem tantæ potẽtiæ locus delicti,& ibi Add. pul
chre Decia.de delict.tom.1.lib.4.c.19.fol.155. &
ſequen.vi. Iacob.de Beluiſ.in ſua pract.titu.de for.
compet. ſuper Repetionem. §.Contrahentes, vbi
latiſſime,& diſtincte loquitur de remiſſione, tum
in cauſa criminali, tum ciuili in 2.not. vſque ad
fi.quibus in locis tractat,an reus poſſit allegare ſu-
ſpectum illum iudicem ad quem petitur remitti,
& in ciuili quod ſic, & quid ſi vnus iudex proce-
dat contra mandantem,alter vero contra manda-
tarium, & adinuicem petatur remiſſio,per Iac.de
Beluiſ.loc.mox cit.qui in rub.de criminoſ.remiſſ.
ſub num.9.dicit quod reus remiſſus poteſt interro
gari an velit ſtare proceſſui facto contra eum a iu-
dice remittente,qui reſpondens,quod ſic,ille pro-
ceſſus tenet tam pro quam contra,tamen tam ipſe
quã fiſcus, & ſeu querelator,reſpectiue audiri poſ-
ſunt.quod not. Nec iudex a quo debet ex abrupto
ſtatim remittere,quando aliquo modo poteſt ipſe
procedere,vt per Iacob.de Beluiſ. in d.pract.tit. de
246 fug.reorum,nu.68.cum mult.ſequ.& † remiſſio
iſta debet fieri expenſis delinquentis,vel petentis,
ſi reus non habet modum ſoluendi, Aufrer.ad Ca
pell.Toloſ.deciſ.100.Boer.deciſ.303. Dec.d.lib.4.
c.19.tom.1.& iudex renuens remittere reum poſ-
ſet de inobedientia puniri, Iacob.de Beluiſ.in cap.
Romana,§.contrahentes,nu.113.de for.comp. in
6. Put.de ſyndic.in ver.obedientia, c.1. Alij vero
dicunt quod iudex tenetur ex vrbanitate remittere
delinquentem ad iudicem loci delicti,antequã ab
eo petatur, ſed poſt requiſitionem tenetur de ne-
ceſſitate,DD.in l.ſi cui,§.fi.de accuſ.quod verum
exiſtimo inter iudices ſub eodem Principe, ſecus ſi
ſub diuerſis dominijs,& ita puto eſſe intelligenda
iura per Gome.adducta in tit.de delict.c.1.nu.87.
vbi in fine dicit, quod talis remiſſio debet fieri de
facto,abſque eo,quod conſtet delictum eſſe com-
miſſum in iuriſdictione petentis,& etiã nulla præ
cedente cauſæ cognitione; & allegat Bartolum in
§.ſi quis vero comprehenſorum,in auth.vt nul.iu
dic. quod poſſet eſſe verum quando iudex ſcit ex-
traiudicialiter, quod delictum fuerit commiſſum
ſub iuriſdictione alterius iudicis, vt quia notoriũ
247 ſit,vel aliter. † Sed de conſuetudine iudices non
remittunt,niſi habita fide,quod vere delictũ com
miſſum fuerit in iuriſdictione iudicis petentis. At
limita ſi iudex originis, vel domicilij effectualiter
non præuenit, ſed ſi capturari fecit, & conſtituit
delinquentem, vel contra eum inquiſitionem for
mauit,& tranſmiſit;tunc præuentione hac eſt pe-
nitus iudex competens, niſi Princeps aliter man-
det,Clar.q.38.ver.frequenter,quia non tenetur re
mittere niſi iuſſu ſuperioris, Anchar.in cap.poſtu-
laſti,de for.compet. & in hac materia præuentio-
nis,vide omnino Decia.de delict.tom.1. lib.4.ca.
20.21.22.& ſequen. Farinac.de inquiſit. quæſt.7.
num.56.in fine.Caball.milleloq.596.pa.2. 10.re-
quiri ait.
248 † Sed laudantur Principes,vt per Add.ad Cla.
d.q.38.verſ.hoc tamen.nu.72. ſi vnanimiter alter
ad alterum remittit delinquentes, ad effectum pu
niendi,non autem liberandi,ob publicam vtilita-
tem & quietẽ,de qua remiſſione dixi ſup.in 2.pa.
nu.98.& remiſſio fieri debet ad minus ante ſaluũ-
conductum, præcipue ſi ſubditi remittũtur ad ſuũ
dominũ; ſed poſſent obſtare alia delicta patrata,
quibus iudex domicilij procedere poſſet,quo caſu
remiſſio fieri ſolet per modum præſtiti, ſeu com-
modati ea cõditione,vt finito proceſſu reſtituatur
delinquens

Digitized by Google

delinquens in fortijs Principis concedentis,& hu
iuſmodi remiſſiones non præiudicant iuriſdictio
ni,ſed illam quietam, ac immunem ab omni labe
reddunt, & Principes ſupremæ poteſtatis incolu-
mes amicos, & iuſtos conſeruant (ſic remittentes
ad inuicem delinquentes)per amorem,& bonam
Principum intelligentiam, & vt delicta non re-
maneant impunita,& viæ hinc inde tutæ ſint, &
non eſt qui audeat dicere cur ita remittis, vel cur
249 ita facis, † & id quod per gratiam inter Princi-
pes conceditur, non eſt in conſequentiam neceſſa
riam ponendum, Dyn. in reg. quod ob gratiam,
in 6. nam de bono, & Chriſtiano opere quiſque
ſemper laudandus eſt;& hoc modo agendo ditio-
nes fiunt pacificæ,domus propriæ ſecuræ, artifices
lucrantur,boni exultant,reditus augentur,mulie-
res caſte viuunt, magiſtratus intrepide, & iuſte
procedunt,ceſſant murmurationes, tolluntur ſu-
ſpiciones, & tandem Principum ſaluti, quieti, &
honori conſulitur,l. cum ratio, §. pen. de bo. dam.
l. 1. §. 1. de ijs qui deiec. vel effud. l. nam Reipub. de
no. ope. nunc. §. conſideremus, in auth. vt iudic. ſi-
ne quoquo ſuffrag. quibus iuribus habentur, quæ
conueniant Reip. bene adminiſtratæ. Et ad hoc
vt remiſſio ad alium iudicem negari non poſſit,
decem requiruntur, quæ tradit Caball. Milleloq.
596. p. 2. primo quod delictum factum ſit in iuriſ-
dictione iudicis petentis, ſecundo quod de delicto
conſtet, tertio quod delictũ ſit graue, quarto quod
delatus non ſit vagabũdus, quinto quod ambo iu
dices ſint ſub eodem Præſide, ſexto quod reus nõ
deliquerit alias in iuriſdictione remittentis, &
nõdum fuerit punitus, ſeptimo quod iudex ad quẽ
ſit maior iudice a quo, vel ſaltem non inferior, o-
ctauo non remittitur pro crimine hæreſis, nono
oportet vt remiſſio debito modo petatur, decimo
debet fieri de condemnando, & non de condẽna-
to, iura ad prædicta omnia reperies penes Caball.
loc. ſup. cit. nouiſſime per D. Pet. Caba. in caſu ſuo
cri. 162. ſub nu. 11. vbi inuehit contra modernos
Criminaliſtas, circa hanc præpoſitam materiã ab
eis minime (vt ipſe ait) tractatam, qui ſi honorare
voluiſſet Hortenſiũ. a quo ſummopere ipſe. D. Pe
trus in infinitis locis honoratus fuit in hoc tracta-
tu, equidem potuiſſet videre hũc locum a me iam
tactum antequam ipſe ſuos caſus typis dediſſet, ſed
parco ſuis occupationibus quibus ſumme abũdat,
vnde de eo illa carmina canere poſſem Arioſt.

S'io v'ho offeſo ignorante, in vn ſol loco,
Lodoui in tanto ſtudio, e mi val poco.

Et quia dixi, quod proceſſus coram vno iudice
factus non impedit, quominus alter iudex proce-
dere poſſit finito primo proceſſu, vt ſup. num. 242.
250 † addo quod vno & eodem tempore contra ean
dem perſonã pro eodem delicto procedi poteſt per
vtrumque iudicẽ, ſi reus eſt abſens & contumax,
quia ab vtroq; iudice delicti, & originis, vel domi
cilij cognoſcitur, Bar. in l. ſepulchri violati. de ſep.
viol. Boſſ. de fo. cõp. nu. 82. Carauit. rit. 205. nu. 10.
Item ſi delictum eſt commiſſum in confinib. duo
rum territoriorũ, & ignoratur locus præciſus, Bar.
in l. iuriſperitos, §. cum omnes, ff. de excuſa. tut. &
in auth. qua in prouincia, C. vbi de crim. agi opor.
alios allegat in terminis Decia. de delict. tom. 1.
lib. 4. c. 17. nu. 16. vbi omnino in hac materia de
duobus iudicibus concurrentibus pro eodem deli
cto latiſſime tractat, & infert ad multas quæſtio-
nes, iuxta ſubiectam materiam.
251 † Nunc videndum eſt nunquid iudex delega-
tus in procedendo, & ſententiando, ſit etiam iudex
in exequendo? & breuiter, ſi eſt delegatus ab infe-
riore à Principe, non habet poteſtatem exequẽdi,
dixi in 1. p. gl. in l. a diuo Pio, vbi Bart. & alij, ff. de
re iu. tex. in l. properãdum, §. ſin autem reus, C. de
iud. vbi ſententia delegati mãdatur executioni ab
ordinario, niſi aliter in cõmiſſione expreſſum ſit,
quia tũc delegatus & exequitur, c. in literis, vbi Ca
no. & in c. paſtoralis, §. prçterea, de off. deleg. ſic de
iure ciuili, vt crebriorem ſentẽtiã eſſe dicit Men.
de arb. iud. q. 74. nu. 48. & ſeq. Doctores in d. l. a di
uo Pio, vbi Alex. col. 2. de re iu. Hercul. in §. ſentẽ
tiam Romæ, col. 9 verſ. ex prædictis, qui mouet a-
252 liam qõnem, † nunquid executio ſpectet ad iudi
cem ordinarium, vel ad iudicem appellationis? &
concludit quod ad ordinariũ, & ita ſeruatur, facit
Franc. deciſ. 510. Verum ſi cognitio cauſæ eſt com
miſſa iudici ordinario cũ ampla poteſtate Brachij
Regij, tunc videtur habere authoritatem etiã exe-
quendi (ſi iure ordinario exequi nõ poterat) vt de-
legatio vltra vires iuriſdictionis ordinariæ opere-
tur, alioquin fruſtratoria, arg. l. ſi plures, de teſt. tut.
253 † & reuera attenduntur verba delegationis, quæ
a conſuetudine etiam interpretationem recipiũt,
quãdo delegatio eſt facta iudici ordinario, l. mini-
me, ff. de leg. & ita reſoluitur tota hæc qõ, de qua la
te D. Men. d. q. 74. Sed in iudice mere delegato ſer
uatur ius cõe, & ad remouendam hanc difficulta-
tem, hodie ſolent apponi in delegatione verba ex-
preſſa, quibus iniungitur delegato, vt etiã exequa-
tur, & in dubio recurritur ad delegantem, vt decla
254 ret voluntatem ſuam. † Cæterum delegatus ſum
mopere aduertat ne ſententiam iniquã proferat,
ac ſi cognouerit eſſe iniquam, minime exequatur
imo emendet, ſi fieri poteſt; ſin minus, abdicet a ſe
executionem; nec iuſſum Principis iniuſtum eſſe
exequendum, ſed reſcribendũ, et qualiter, & quan
do iudex ſuam, vel aliorum ſententiam exequi te-
255 neatur, ex infra dicendis apparebit. † Verũtamen
tanta eſt iudicis noſtri authoritas, vt non teneatur
alterius iudicis ſententiam (quamuis iuſtã & roga
tus) exequi, quia non paret par, l. imperiũ, ff. de iu
riſd. om. iu. multo minus inferiori, l. nã magiſtra-
tus, ff. de recept. arb. niſi alitee de conſuetudine ſer
256 uaretur, † vel niſi a iudice eccleſiaſtico implora-
tum ſit brachij ſecularis auxiliũ, de quo Nat. conſ.
529. vbi plene hãc materiã explicãt DD. in l. a di-
uo Pio, §. ſententiã Romę, ff. de re iu. Men. de arb.
q. 38. Viu. cõ. op. 396. Afflic. ſuper conſt. 10 procem.
q. 26. nu. 50. Put. de ſynd. in ver. Brachiũ, Feder. de
Sen. cõſ. 164. ſuper inuocatione, Mart. de Fano. in
257 ſuo trac. de brach. ſeu auxil. implo. vbi nu. 3. † di-
cit, quod iudex delegatus nõ poteſt implorare hoc
auxiliũ, niſi contineatur in delegatione; cõtrariam
opinionẽ tenet Spec. tit. de legato, §. ſequitur, ver.
ſed nũquid, q̃ cõem eſſe teſtatur Bermon. de publ.
cõcub. fol. 31. nu. 7. & 8. ſed Ia. Berret. cõſ. 4. nu. 24.
vult quoad delegatũ eccleſiaſticũ procedere nega-
258 tiuã, ſecus quoad ſecularẽ. † hinc eſt q̃ ſi in aliqua
prouincia adeſſet ordo, aut ſtatutũ prohibens alie
narũ ditionũ ſentẽtias exequi ad requiſitionẽ iudi
cũ illorũ, ſi epiſcopus habet iuriſdictionẽ ſpiritua-
lẽ in prouincia, vbi viget tale ſtatutũ, & in loco iu
dicis requiſiti, tũc iudex requiſitus nõ incurrit pę-
nã ſtatuti ſi exequatur, per ſupradicta, & per Ant.
de Fan. d. tract. nu. 17. et 21. imo cum epiſcopus ex
ſe poſſit exequi ibidẽ ſententiã ſuã, vrbanitati eius
adſcribitur, ſi implorat brachium ſeculare contra
Clericũ, aut ſecularẽ, vt in Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 3.
tit. decretum de reformatione, pulchre Iac. Berret.
conſ. 3. nu. 13. per to. idem in conſ. 4. nu. 38. & 40.

Digitized by Google

& vi. Bal.in d.l.qua in prouincia.num.7. vbi dicit
quod ſi ſtatuto cauetur, quod nullus Florentinus
poſſit trahi,niſi ad Curiam Florentinã,quod non
eſt prohibitũ coram Archiepiſcopo. ſi natura cau-
259 ſæ id poſtulat. † Quinimo licet Epiſcopo tenere
familiam armatam non ad decorem,ſed pro neceſ
ſaria manutentione,& executione ſuarum ſenten
tiarum;dic quod ſic,Iac.Berret.conſil.4.nu.2.21.
& 22.per tot.& in conſil.3.in fin.limitat,excepns
pro mutilatione membrorum,vel mortis natura-
lis,vel effuſionis ſanguinis,& executores,& famu
li epiſcoporum habent priuilegium declinandi iu
riſdictionem laicorum, Capic.deciſ.12.Boſ.tit. de
for.compet.nu.127.
260 † Sed difficultas eſt an iudex laicus requiſitus
ab Eccleſiaſtico de brachio ſeculari, teneatur ſta-
tim parere,et exequi?& Doctores omnes commu
niter conueniunt, quod delictum eſt mere Eccle-
ſiaſticum,aut agitur cõtra perſonam irregularem,
vel aliter Eccleſiaſticam, teneatur abſque alia cau
ſæ cognitione exequi. Ant.de Butr.in c.1.de offic.
ord. Boſſ.in tit.de ſent.nu.114. Iac.Berret. conſ.5.
& 6. Bermon.de publ.concub fol.299. ſub nu.3.
eſt materia l.magiſtratus,vbi DD.ff.de iuriſ.om.
iud.& veram, & communem opinionem eſſe te-
ſtatur Fran. Pegu.fol.99.ad 3.par.directot. Men.
de arb.q.58. Luc.de Pen.in l.nemo, C.de dign.li.
12.et in l.1. C.ne quis lib.inuit.fol.160.lib.11.ſed
ſi notorię conſtaret ſententiam eſſe iniuſtam, non
tenetur exequi,nec brachium impartiri, ſecũdum
Inn.in c.paſtoralis,de off.deleg. Bermon. de pub.
concub.fol.300.nu.3.& 4.& Iac.Berret.d.conſ 4.
261 num.7.& 34. † & in dubio tenetur exequi, Boe.
ſing.in ver.executio.num.6.& 9. Iaſ.in d.l.a diuo
Pio,§.ſententiam Romę,de re iu. Aſin.in ſua pra
cti.§ 31.c.17.Clar.q.54.ver.ſed pone,& q.96.ver.
Item quęro nunquid. Boſſ.de ſent.nu 114.& 115.
Purpur.conſ.537.vo.2. Henric. Boich.in c.ſignifi
caſti,de off deleg. At in alijs caſibus etiã mixti fori
poteſt adhibere aliquam cauſæ cognitionem. Ber-
262 ret.d.cõſi.4.nu.15.vbi alios alleg. & dicitur † cũ
cauſæ cognitione,quãdo proceſſum vidit,vel par-
tem citari fecit ad allegandum quare exequi nõ de
beat,ſecundum Nat.conſ.529.nu.18.vol.3. Men.
de recup.poſſeſſ.remed 8.nu.79. ſecundum Berſ.
conſ.225.nu.86 vo.2.cõtrarium ſentit Iac.de Bel-
263 uiſ.loc.cit.num.70. † Nec poterit recuſari ſuſpe-
ctus, etiamſi proceſſum non viderit, Balb.in ſuis
com.opi.cent 4.con.l 341.& vide ſup.in 3.p. nu.
323.& Cartar.de execut.ſent.capt.bannię.c.fi. cir.
prin.nu.4. niſi vnus ſit iudex in ſententiando tan-
tum, & alter in exequendo, vt Florentiæ in vni-
uerſitate artis lanæ in qua conſules non poſſunt
eorum ſententias exequi, ſcilicet pertinet hoc ad
iudicem iuriſc.d.artis. At Genuæ ſunt duæ Rotæ,
vna ordinaria,altera executiua,de quarum autho-
ritate vi.in primo libro ſtatutorum,cap.7. & quo
ad citationem Doctores ſupradicti intelligũt eam
requiri in caſu,quod vnus iudex ſententiet, & al-
ter ſit requiſitus exequi, verum ſi iudex requiſitus
opus non haberet concedendi executionem, ſed
per iudicem eccleſiaſticum iam conceſſa, & licen-
tia miniſtris tradita, & per eos forte exequi ince-
pta fuiſſet, tunc non eſt opus adhibere vllam cau-
ſæ cognitionem, nec citationem, quia tanquã me-
rus executor cenſetur, Natt.conſil.529.nume.17.
264 † quia dicitur quodammodo nudus executor fa-
cti, Menoch.de arbitr.quæſtio.38.in fi. & implo-
ratur tantummodo auxilium familiæ iudicis ſe-
cularis,& ita intelligendus Carpa.ſuper ſtatu.cap.
158.fol.219.num.35.ibi tamen indiſtincte practi
catur; ſufficit tantum oſtendere licentiam exequẽ
di,& ſi iam exequi cœperint, & non fuerint reper
tæ res in quibus, vel minus ſufficienter executio
265 realis fieri potuit, † ſtatur relationi publicorum
executorum; vt in 2.par. dixi nume.73.74.77. &
78.quorum relatio ſi facta eſt penes acta curię epi
ſcopalis,ſufficit ſi oſtendatur iudici laico,implora
to ad concedendum familiam pro exequendo re-
ſiduum in perſonam:iuxta ea,quæ ſupra allegaui,
num.258. nec eſt citandus capturandus, ne ad fu-
gam inſtruatur, Clar.quæſtio.28.verſ.ſcias autem,
Mattheſ.ſingul.86. Natt.d.conſil.229. nume.17.
multo minus poſſet condoleri de inobſeruantia
ordinum, aut ſtatutorum, de turbata iuriſdictio-
ne, ſi iudex laicus ſic capturam conceſſerit, dum-
modo debitor ducatur in carceribus fori laicalis:
ſed ſi ante conceſſionem capturæ ex vrbanitate
iuſſit citari dictum debitorem, qui noluit compa
rere,ſibi imputet, cap.damnum, de regul.iur.in 6.
ad hæc vide Oldrad.conſil.89.& Nat.late d.conſ.
529. vo.3. & ſi iudex laicus ad requiſitionem eius
ſubditi poteſt ſolo iuramento capturari facere de-
bitorem ſuſpectum de fuga(dummodo intra qua-
tuor dies iuſtificetur ſuſpicio) poſt detentionem
vt per adduc. a Cauale. deciſio.1. 2. & 3. in 1. par.
multo plus ad requiſitionem iudicis ſpiritualis,
qui pariter haberet iuriſdictionem ſpiritualem in
loco iudicis temporalis requiſiti, Iac. Berret. d.cõ-
ſil.3.num.26.vel ad inſtantiam creditorum, me-
diante licentia exequendi obtenta a iudice ſpiri-
266 tuali. † Bene verum eſt, quod brachium alterius
iudicis eſt implorandum, quando iudex eccleſia-
ſticus iam perfecit perficienda ab eo, ſed non eſt
267 ſufficiens ad exequendum, † & ſic in ſubſidium
imploratur brachium ſeculare, Bald in l.2.in ver.
non ſufficeret.C.de ijs qui latr.occulta. Pur.de ſyn
dic.in ver.brachium,c.1.nu.3.& 4. Fel.& DD.in
c.cum non ab homine,de iud.in princ. Bermo.de
publ.concub.in ver. ſi opus fuerit, nu.1.car.301.
pulcre Iacob.Berret.conſ.3.nu.35. At ſi iudex tem
poralis fuerit in ſubſidium requiſitus ab eccleſia-
ſtico iudice, vt ſuam ſententiam exequatur, & in
rem, vel in perſonam executionem conceſſit ſine
cauſæ cognitione,& executio facta nõ fuit, vt quia
illam reuocauit, vel debitor latitabat, tunc non te-
netur iudex tanquam ordinum contrauentor, ex
Rui.conſ.49.nu.6.vo.5. Pur.d.c.an ſi ſent. ver.ta-
men aliud eſt pronunciare exequẽdum, aliud exe
qui,& ad hæc vi.inf.in 5.p.in materia ſyndicatus.
268 † & aliud eſt exequi ſententiã alienam, aliud prę
ſtare auxilium executioni alienę;quia in primo ca
ſu adhibetur talis qualis cauſæ cognitio, in ſecũdo
non, per ſupradicta, quæ ſunt notanda tanquã quo
tidiana, maxime vbi contenditur libenter de iuriſ
269 dictione. † Quando autem iudex laicus, qui ſen-
tentiam criminalem tulit, requirit per literas ſub-
ſidiales alterum iudicem laicalem ſub eodẽ Prin
cipe, vt ſuam ſententiã exequatur, tunc tenetur ſine
alia cauſæ cognitione exequi, niſi notorie, vel eui-
dẽter de iniuſtitia conſtet, Farin.q.7.nu.53.& ſeq.
Clar.q.54.ver.ſed pone, & q.96. ver. Item quæro
nũquid. Iaſ.in §.ſin minus,n.16.& 18. Inſt.de act.
Cou.var.reſol.c.1.nu.10. Aſin.pra.§.31.c.17.in fi.
Boſſ.ti.de ſent,nu.114.& ſeq.& in ti.de fo.cõpe.vi
de etiã pract. Pap.in for.libell.ſpol.poſſ.gl.1.col.3.
270 cir.med. † & ſi iudex requiſitus parere nolit, põt
a ſuperiore cogi porrecta querela, Iaſ. & alij d.l. a
diuo Pio,§.ſentẽtiã Romę,nu.19.ff.de re iu. Carp.
multa in prop.accumulat ſuper ſtat.c.158.fo.218.
nu.

Digitized by Google

nu. 15. & vſque ad fi. d. c. Sed in cauſis ciuilibus re
currendũ eſt ad D. Men. de arb. d. q. 38. Boer. ſing.
in verb. executio. nu. 17. Didac. Couar. var. reſolu.
li. 1. c. 1. vnus iudex alteri ſuffragari debet, quia v-
nus alio indiget. vt in 2. conſtit. C. poſt prin. & in
l. epiſcopali, C. de epiſcop. aud. cap. dilecto, de ſen-
tent. excommun. Soc. in cap. ſane, in fi. de for. com
pet. Gaſpar. Caball. Milleloq. 768. p. 2. quia hodie
271 mihi, cras tibi accidere poteſt. † Et tandem no-
ta quod imploratio brachij eſt reciproca, vt inquit
Ant. de Fan. d. ſuo trac. de brach. ſecu. auxil. implo.
num. 17. vbi poteſtas Eccleſiaſtica, & temporalis
vno eodemque tempore an fuerit data; & per
Iaſ. in d. §. ſententiam Romæ, & in leg. 1. ff. quod
quiſque iur. idem Ant. de Fan. d. tract. d. num. 17.
& 21. vbi exemplificat, quando perſona Eccleſia-
ſtica conuenit laicum coram iudice ſeculari, &
272 ibidem reconuenitur, num. 20. & num. 22. † ait,
quod ratione reconuentionis laicus iudex habet
iuriſdictionem in Eccleſiaſticos (intellige quoad
res profanas) Canon. in cap. cum ab homine, ex-
tra de re iud. Rol. a Vall. conſil. 21. num. 10. & con-
ſi. 37. vol. 1. Apoſtill. ad Afflict. deciſ. 24. nu. 12. &
ſic ciuiliter, Cagno. in l. cum quædam puella, nu-
mer. 33. ff. de iniur. 3. diſtinctio. cap. 1. & cap. 1. de
mut. per.

273 † Quæro ſi reus non fuerit ſufficienter punitus
pro eodem delicto, nunquid poſſit iterũ puniri ab
altero iudice? & videtur quod non, cum nemo du
plici pœna puniendus pro eadem cauſa, l. bona fi-
des, de reg. iu. faciunt ea quæ Bald. dicit in l. a. C. vt.
int. cert. temp. Vital. trac. clauſ. tit. de ſent. fol. 227.
Eſt verum, quod ab eodem iudice bis puniri quis
nõ debet eadem de cauſa, l. iudex poſtquam, de re
iu. nec ab alio iudice puta originis vel domicilij,
l. imperium, ff. de iur. om. iud. vide Gom. var. reſo.
tit. de delict. c. 1. nu. 26. & inf. nu. 280. D. Farin. de
inquiſit. q. 4. vbi omnes alleg. Bertazo. conſil. 129.
conſ. 171. vo. 1. Brun. a Sol. q. 17. & Bald. in l. 2. C.
vt int. cer. temp. Fely. in c. de cauſis, de off. delegat.
Put. in ver. pœna, num. 8. Sed a ſupremo iudice pu
niri poteſt, Barto. in l. ſepulchri violati, in fin. ff. de
ſepulchr. violat. Boſſ. in tit. de for. compet. nu. 84.
Carauit. rit. 205. num. 10. rit. 269. num. 22. Clar. q.
57. verſ. dictum, vbi Baiar. nume. 25. & 27. quibus
in locis habetur, ſi ſententia non ſit adhuc execu-
tioni mandata, tunc poſſe ſufficienter puniri, & e-
tiam limitant ſi per colluſionem, fraudem, vel præ
274 mium non fuiſſet ſufficienter punitus. † Item
quando per aliquam qualitatem omiſſam, valde
aggrauantem delictum non eſſet ſufficienter puni
tus, quia qualitas iterum in iudicio proponi po-
teſt, & ſecũdum eam reus puniri, pulchre Gome.
var. reſol. de delict. c. 1. nu. 17. vbi limitat, vt infra,
& opinio Farin. de qua ſupr. de conſuetudine non
ſeruatur, vel hactenus ipſe ſeruari non vidi, Cla. d.
q. 57. ver. dictum, in fi. Couarr. var. reſol. li. 2. c. 10.
Maſc. de prob. concl. 948. Item quando reus nõ ſer
uatis ſeruandis fuiſſet abſolutus, quia ſententia po
teſt retractari a ſuperiore iudice, Put. de ſyndic. in
verb. pœna, c. 3. iuata prædicta, Bar. & alij in l. Sena
tus, ff. de accuſ. Spec. eo. ti. ver. omnis accuſator, Go
meſ. de delict. d. c. 1. nu. 27. Cou. var. reſol. li. 2. c. 10
reliqua in propo. apud Boſ. Cla. & Farin. loc. ci. &
per Dec. trac. cri. to. 1. li. 4. ti. de loc orig. & domic.
c. 16. nu. 7. vbi alleg. pulchrum Bal. cõſ. 492. incip.
punctus. ſic proponitur quidam de cornatio. vo. 4
& infra nonnulla dicentur. Quid ſi quis ſit abſolu
tus a Deo per pœnitentiam an poſſit accuſari & pu
niri apud iudicem criminalem? dic quod ſic, c. fin.
diſt. 26. c. admonere, & ibi gl. & Can. 33. q. 1. gl. &
DD. in c. de ijs, de accuſ. niſi pœnitentia fuerit pu-
blica, Marſ. ſing. 639. vbi late.

275 † Quæro modo quando reus dicitur definitiue
abſolutus, vel ſub conditione? de hac re tractat Co
uar. var. reſol. lib. 2. c. 10. regulariter in dubio reus
præſumitur abſolutus, Cla. q. 57. ver. ſed hic quæro
& q. 62. ver. fam. autem, Ang. de maleſ. per eum al
leg. in ver. & ad querelam, & in tãtum fauetur ab-
276 ſolutioni, & abſolutis, † vt abſolutoria etiam con
tra conſcientiam Principis teneat, ſecus ſi ſentẽtia
eſt condemnatoria, Vital. tra. clauſ. tit. an defenſio
poſſ. renunc. nu. 4. & Cla. d. q. 57. ver. ſed hic quæro
vbi dicit, quando reus probat innocentiam ſuã ali
ter quam per torturam, abſoluitur definitiue, neq;
poteſt deinde contra eum ex noua cauſa procedi;
ſi vero probat ſuam innocentiam per torturã, vel
ſi indicia non ſunt ad torturam ſufficientia, aut ad
imponendam aliquam pœnam, ſaltem extraordi
277 nariam, tunc † abſoluitur quidem, non tamẽ de
finitiue, ſed cum clauſula, ſtantib. rebus prout ſtãt,
quod eſt idem, ac ſi dicatur, abſoluitur ab obſerua
tione iudicij, l. properandum, §. ſi quidẽ, vbi DD.
com. C. de iud. idem ſi abſoluitur ab obſeruatione
proceſſus, Bal. & Saly. in l. ſi qui adulterij, C. de a-
dul. Pau. Ghirl. de relax. carcer. ti. de abſol. innocẽ-
tis, q. 2. num. 2. 3. & 4. Proceſſus enim eſt de ordine
278 iudicij, † & iſta pronuncia rebus ſtantibus, appel
latur ſententia interlocutoria, habẽs quaſi vim de
finitiuæ, Barto. in l. Titia, ff. de accuſ. Marcheſa. de
ſent. ſpecieb. c. 42. q. 31. nu. 1. fo. 45. Farin. q. 11. vbi
quando ſentẽtia dicitur definitiua, et quando nõ.
Carp. ſuper ſtat. c. 5. nu. 8. ſed Bertaz. conſ. 396. nu.
4. quem refert Bai. ad Cla. d. q. 57. nu. 5. nõ videtur
cõtrarius Claro, quia in ſtatu Mediol. ſolet d. clau-
ſula apponi, rebus ſic ſtãtibus, & propterea adhuc
nouis ſuperuenientibus indicijs poterit procedi,
Farin. de inquiſit. q. 4. vbi de ſent. definitiuis, & nõ
279 definitiuis. & de indic. & tor. † & Mantuæ ſerua
tur in practica, ſi quis indicia per torturam purga-
uit, quod in ſententia dicitur, Abſoluitur, quia pur
gauit per torturam, de qua pronuncia valde lætan-
tur fiſcales propter ſalariũ, qui à Pereg. de iur. fiſc.
lib. 1. tit. 1. nu. 38. appellantur ſacci ore aperti, con-
gaudent etiam alij ad officium criminale aſſiſten
tes ob ſportulas, excepto Capitaneo Iuſtitiæ, nam
ipſi nullum debetur ſalarium, niſi cauſa ſit delega
ta, & etiam hoc in caſu deluditur quandoq; ab eis
contra regulam, prior tempore potior in iure. At
quando indicia non ſunt ſufficientia ad torturam
ſi pœna eſt pecuniaria, nihilominus Mantuæ de-
linquens in contumaciam dãnatur, ſecus ſi eſt cor
poralis, quia reus in contumaciam minime dam-
natur niſi adſit ſaltem vnum indicium ad torturã.
Si vero reus eſt præſens, & indicia elidere poſſit
per ſolam negationem, aut per alias probationes
contrarias; tunc in ſententia dicitur, abſoluitur, quia
non probatum, & hoc in caſu reus dicitur definiti
ue abſolutus, quod diſplicet ſportulas prætenden-
tibus, & hic eſt ſtylus ſententiarum criminalium
Mantuæ notandus a Doctoribus forenſibus, qui-
bus tantum datur illud officium Capitanei Iuſti-
tiæ, & Principes bene ſciunt quid faciunt; & de ta
li pronuncia ſentit Butr. in cap. de ijs, adductus a
Bertazol. d. conſi. 396. nu. 4. cum ſeq. & ideo Cla.
ad hanc differentiam fortaſſe non aduertit in d. q.
57. verſ. ſed hic quæro, & vi. Theſſau. deciſ. 81. vbi
reprehẽdit Alci. in l. ſi calumnietur, de ver. ſig. vo
lens quod lapſo biennio clauſula reb. ſtãtib. euane
280 ſcat. vi. cũ deciſ. 208. † & ſic reus definitiue abſo-

Digitized by Google

lutus amplius moleſtari non poteſt de iure, nec ad
inſtantiam partis primi accuſatoris, nec extranei,
nec ab alio tanquam ab vno de populo, minus ab
intereſſatis, nec ex officio, Gomeſ. de delict. ca. 1.
num. 26. per tex. in l. ſepulchri violati, ff. de ſepulc.
viol. Farinac. de inquiſit. quæſt. 4. vbi omnes alle-
gat. Brunor. a Sol. quæſt. 17. Bertazol. conſ. 129. &
171. vol. 1. & hoc etiam procedere ait, modo qua
litas delicti grauatoria omiſſa ſit, vel non, quod fa
cit ad ſupradicta, nu. 274. & modo ſententia ſit e-
xecutioni mandata, ſiue nõ, idem tenet Pau. Ghir
lan. de relaxat. carcer. q. 2. num. 2. tit. de abſol. inno
281 cẽtis. Sal. in l. ſi quis adulterij, C. de adul. vbi † tra
dit quando quis ſit abſoluendus definitiue, & quã
do non, tenet Scaccia. d. ſuo trac. de iud ciu. cri. &
hæret. c. 95. vbi num. 2. & 9. ait, quod abſolutus de
finitiue in cauſa hæreticali iterum ex nouiter de-
ductis poterit moleſtari, & in fine dicit, quod ſim
pliciter abſolutus, intelligitur abſolutus ab obſer-
uatione iudicij, ex Clar. d. q. 57. ver. ſed hic, & etiã
quandam differentiam ponit inter abſolutionem
ex deductis ab obſeruatione iudicij. Sed aduerte,
quod ſemel punitus in pœnis afflictiuis, puta in
ictibus eculei, aut in fruſta, & in alijs pœnis pri-
uatiuis, vt in abſciſſione alicuius membri, vel mu
tilationę, vt in exilio, & banno, poſtquam ſenten
tia executa eſt, videtur quod iterum pęnam paſſus
puniri non poſſit, de qua re vide Bald. in l. a. C. vt
intra cer. temp. quem ſupra in propoſ. adduxi, nu.
273. & Felynum in c. de cauſis, de offic. deleg. Put.
282 de ſyndic. in verb. pœna, cap. 8. nu. 8 † Præterea
notandum eſt; in actionibus popularibus, ſi quis
ab vno de populo fuerit accuſatus, & abſolutus,
an ſententia pariat exceptionem rei iudicatæ con
tra alium accuſare volentem? & dic quod ſic, l. prę
uaricationis, ff. de lib. ho. exhib. ſecus ſi per præua
ricationem primi accuſatoris deſiſtentis reus fue
rit abſolutus, Roma. conſil. 213. vbi magiſtraliter
loquitur, & in propoſ. refert plures diſtinct. Barto
li, & aliorum in l. ſi maritus, ff. de adul. & in l. eum
qui, §. in popularib. ff. de iur. iur. & in l. ſi cui, §. ijſ-
dem, ff. eod. & omnino vide Ro. conſ. 213. vbi ad
multas infert quæſtiones in hac materia.
283 † Et hic in propoſ. notandum eſt etiam, quod
nemo tanquam vnus de populo poteſt quẽquam
accuſare de priuato delicto, ſed ſolum de publicis
delictis, per l. 1. C. qui accuſ. non poſſ. vbi DD. &
Inſt. §. 1. de pub. iud. ibi publica dicta ſunt, quod
cuiuis de populo permiſſa eſt accuſatio, Ro. conſ.
152. præſens accuſatio, vbi pulchre vide Gand. de
maleſ. tit. qui accuſ. poſſ. vel non, ideo male faciũt
Iudices accipiẽtes querelas de priuatis delictis ab
eo, qui tanquam vnus de populo comparet cum
ſchedula, ſeu denuncia multorum capitum quere
larum, intereſſe priuatum duntaxat tangentium,
ſub prætextu boni publici, & quandoque contra
officialem in ſyndicatu, indicium vere animi per
uerſi, ac patentis malignitatis, & perſecutionis, cõ
tra quos inuehit ſacra pag. Pſal. 36. vi. in 5. p. ſolum
ad aperiendam viam iudici deſeruiunt.
284 † Et quoad abſolutionem ſecutam nõ ſeruatis
ſeruandis, iudex ſupremus poterit retractare illã,
vt ſup. dictũ eſt nu. 273. et ſeq. ſed non licebit neq;
licet niſi ſemel interpretari ſuã ſententiã, ſicuti Ge
nuæ ſemel petitur ſententia meliorari, & Florẽtię
licet ſemel ſuper ſententia motiuari, facit Bal. in l.
2. vbi glo. C. de ſent. Iaſ. in l. quod iuſſit, col. 11. de
re iu. Imo. in l. ab executione, in prin. de app. & in
tellige in criminali antequam ius fiſco quæſitum
ſit, Aſin. in tra. de exec. §. 5. c. 240. & ratio eſt, quia
qui declarat nil noui facit, l. ordo §. cum quis, ff. de
acq. hær. idem in d. §. 5. c. 43. n. 4. tex. in l. boues. §.
hoc ſermone. de ver. ſign. Bal. in l. 2. vbi gl. de ſen.
ex peric. recit. Idem ſi ab inferiori lata eſſet ſenten
tia incerta reſpectu pœnæ, vt puta ſi reus fuit con-
demnatus ad mortem, nõ expreſſa qualitate mor-
tis, quia poterit declarare, de qua ſpecie mortis, ſi-
militer iudex ſupremus ſuam ſentẽtiã declarabit,
Luc. de Pen. in l. 1. nu. 20. & 34. C. de deſer. li. 12.
eſt verum ꝙ in dubio refertur ad pęnã ſtatuti, at ſi
pęna erit arbitraria, tunc quilibet iudex poterit de
clarare qualitatem omiſſam, non aũt ſententiam,
285 DD. in l. poſtquam iudex, de re iu. † at nõ eſt du
bitandum quin iudex noſter poſſit retractare, in-
terpretari, emendare, & corrigere ſuam ſententiã.
Bar. in l. ab executore, ff. de app. Men. de arb. q. 67.
nu. 28. cum ſeq. Put. in ver. ſententia, c. 4. nu. 16. gl.
in l. iudex poſtquam, ff. de re iu. quæ excipit præfe
ctum prætorio (cui iudicem noſtrum compara-
nimus, vt ſup. in 1. p.) & excipit Senatum, vt in l. 2
C. de ſent. ex peric. recit. alios pariter caſus d. gl. po
nit in ver. non poſſit, quos per te videto, vide quæ
inf. dicam, nu. 287. Pau. Ghirl. tra. de relax. carcer.
ver. ſexto, nu. 3. Item ſi quis eſſet abſolutus, & po-
ſtea ob reatum fateretur delictum, adhuc puniri
poſſet, Boſſ. in tit. ſi aduer. rem iud. nu. 28. et multo
magis, ac tanto ſecurius ſi fiſcus reclamat, Boſſ. vt
286 ſup. de remed. contra ſent. per 10. & † poteſt fiſcus
appellatione remota reclamare de minoritate pœ
næ, Gram. deciſ. 14. nu. 2. Pereg. de iu. fiſc. li. 7. ti. 4.
nu. 5. 6. 7. & 8. cum ſeq. ſed D. Sfor. Od. tract. de re
ſtit. in integ. dicit magis communiter teneri quod
fiſcus non reſtituatur in pęnalibus, de qua eſt ma
teria l. auxilium, ff. de minor. & in l. 1. C. de ſentẽ.
contra fiſcum, & ſententia quoad fiſcum nũquam
tranſit in rem iudicatam, Rebuff. in procem. com
menta. gl. 8. nu. 118. Pereg. de iu. fiſ. li. 7. ti. 4. & ibi
etiam tractat an in dubio ſit magis fauendũ fiſco,
quam reo. Et iudex etiam omittendo pœnam in
condemnando non errabit, quemadmodum ſi in
ſententia nihil de pœna dixerit, ſed tantum decla-
rauerit, Titium commiſiſſe delictum; nã talis ſen
tentia tenet ſecundum Bart. in l. ſi te, C. de infam.
Nam ſatis eſt quod ſententia declaret factũ quan-
do lex ſuper tali negotio ſine facto certam pęnam
impoſuit, Vant. de nullit. ex defect. iuriſd. nu. 93.
& poterit declarare quod intellexerit in pœnam,
prout de iure, vel a ſtatuto impoſita eſt; ſed quia
poteſt eſſe quod Titius commiſerit homicidium,
& poteſt eſſe quod caſu fortuito, vel inaduertẽter,
aut ad neceſſariam defenſam commiſerit, vt ſupra
dixi nu. 166. cum ſeq. ideo non ſufficit declarare ꝙ
Titius occidit, niſi doloſe occidiſſe dicatur, ideo
clare ſententia eſt proferenda, niſi iudex ad acta ſe
referat quæ ſunt in proceſſu, Vant. de nullit. ex de-
fect. proceſſ. num. 103. et eſt alius caſus. Sed quoad
reum ſententia ſtatim tranſit in rem iudicatã, Fe-
lỹ. in c. conſanguinei, de re iudic. intellige ſublata
appellatione a ſtatuto, nu. 286. Item quando reus
eſſet conditionaliter abſolutus, vt ſup. nu. 275. 278
& 279. tunc iudex poſſet illã retractare, et Fel. in c.
conſanguinei, nu. 9. de ſent. & re iu. dicit, quod in
trib. caſib. etiã inconſulto Principe iudex ſentẽ
tiam retractabit, cuius opinio ęqua videtur, ſed pe
riculoſa, quoad iudicem, vt mox dicam, & illã im
pugnat Boſſ. in ti. de remed. cõt. ban. nu. 3. quia eſ-
ſet in poteſtate iudicis abſoluere quem iam conde
mnauit, vel condemnare q; iam abſoluit, & poſt-
quam ius eſt acquiſitum fiſco, vt ſupra, nõ licet, &
facit tex. in l. Iudex poſtquam, ff. de re iu. vbi lata
ſen-

Digitized by Google

ſententia Iudex functus eſt officio ſuo, & ibi gloſſa ponit fallentias plures: & primus caſus traditus à Felyn. eſt, quando reus leuiori præſumptione dānatus fortior ſuperuenerret: ſecundus caſus, quando lata eſt ſententia contra aliquem qui ſaſſus ſit occidiſſe Mæuium, & Mæuius poſtea apparet viuus. Hinc volo aduertere, quòd ſi quis accuſatus de aliquo delicto facti permanentis ſit, & ſtatim
B antequam conſtituatur reus per euidentiam rei oſtendit non eſſe verum, non debet cruciari expenſis & carceribus, ſed ſtatim in pace dimitti. nulla enim eſt melior innocentiæ probatio, quam per euidentiam rei docendo rem aliter ſe habere, l. ſi irruptione, in fi. ff. fin. regun. Bald. in l. contra negantem, in fi. C. ad leg. Aqui. Maſcard. latè de probat. q. 8. Vnde redeundo ad retractationem ſententiæ, ſi ſtatuto cauetur, quòd nulla exceptio contra ſententiam opponi poſſit, tamen non tollit iſtam pro facti & rei euidentia, & ipſe obtinui pluries, vt ad vlteriora non fuerit proceſſum in ciuitate Florentiæ contra quoſdam clientulos, abſurdum eſſet ſi Iudex vellet quē purgari à querela, ſi ſtatim illa apparet euidenter falſa, & iniquum eſſe ſententiam exequi, ſi mortuus, qui dicebatur occiſus apparet viuus. Tertius caſus Felyni, vbi ſupra, eſt quando in contumaciam eſt lata ſententia, & cōtumax ſpontè ſe cōſtituendo offert docere de ſua innocentia, quæ quantum proſit, dicam infra nu. 309. & 313. & alibi. Omitto nunc quòd ſententia ciuilis nulla vſque ad triginta annos retractari poteſt etiam per officium iudicis, vt inquit Cauale. deciſ. 28. num. 33. p. 1. quia non eſt materia noſtra, & effectus plurimos de ſententia quę tranſiuit in rem iudicatam tradit deciſ. 10. num. 14. & in reper. primæ par. in verb. ſententia poſtquam tranſiuit. Præterea ſi Iudex declarat aliquem prodigum, in neceſſariam conſequentiam intelligitur interdicere ſuorum bonorum adminiſtrationem, Bal. in l. 1. ff. de Curat. fur. ſimiliter ſi in iudicio rei vendicationis condemnauit ad rem mihi reſtituēdam, vtique ſubintelligitur declaraſſe me illius rei eſſe dominum vt per Caſtr. conſ. 232. li. 1. pariterque declarando aliquem eſſe debitorem videtur pariter condemnare illum ad ſoluēdum, Rui. conſ. 12. num. 5. & 6. li. 4. ſic declarando Titium comiſiſſe illud furtum, videtur vtique condemnatus ad pœnam ad for. ſtatuti. Euerar. in argum. à conceſſ. conſeq. loc. 95. Mago. deciſ. 3. nu. 21. 22. 23. & ſeq.

287 Et quando ſunt † latæ duæ ſententię pro eadē cauſa à diuerſis iudicibus, vna fauorabilis, & altera odioſa, quęnam attendi debeat trad. Doctores in l. inter pares, ff. de re iud. c. vlt. eo. de re iud. Couar. var. reſolu. lib. 1. c. 16. num. 4. Dd. in l. ſi ambiguis, de reg. iur. vbi pro reo concludunt ſemper interpretationē fieri debere, ſi res eſt dubia, & reus eſt bonæ qualitatis, & in retractāda ſententia poſt quam ius eſt acquiſitū fiſco, Iudex noſter non habebit authoritatem, niſi data ſit à Principe expreſſè, alioquin male ei obuenire poſſet, vt admonet Fely. in c. conſanguinei. & in c. de ijs, de accuſat. Bart. conſ. 107. quos refert & reſeruaſſe dicit Baiar. ad Clar. q. 98. ſub nu. 5. Et ſententia contra ſententiam non tenet, ſiue ab eodem iudice, ſiue à pluribus ſub eodē Principe, niſi Princeps mandauerit reuideri. Nā prima ſententia à qua nō datur appellatio, vt in materia noſtra criminali præualet, dūmodo ſit lata à iudice cōpetenti, c. qui prior, vbi Dyn. nu. 4. de reg. iur. in 6. et faciūt quę ſupra dixi nu. 244. circa præuentionē. Nec etiam in ciuilibus ſententia contra ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam, tenet, l. 1. C. quan. prouoc. non eſt neceſſ. Crauet. conſ. 103. num. 4. Vant. de nullit. ex defect. proceſſ. num. 125. nec laudum contra laudum poſtquam fuit emologatū, Rot. Luc. Mago. deciſ. 67. num. 32. Cacheran. deciſ. 1. num. 49. Paul. Caſtr. in conſ. 348. nume. 1. colum. 2. vbi damnat abſolutionem, quæ fit non ſeruatis ſeruādis, & dat exemplum ſi informationes ſumptæ ſunt ex officio, non datis defenſionibus abſoluitur reus, & non dato prius termino parti ad ſubminiſtrandum, nec factis à reo defenſionibus, vt refert Baiar. ad Clar. q. 58. nu. 16 ad quod ſummoperè eſt aduertendum, quia tractatur de intereſſe fiſci, & partis offenſę, quamuis viderim reos in ijs terminis abſolui cum clauſula, rebus ſic ſtātibus, Flor. anno 1601. in foro laicali, & Eccleſiaſtico; ſed melius eſt perfectè perficere proceſſum, et cauſam definitiue expedire: & nō poteſt negari quin iſta ſit tutior & laudabilior via ad effugiendum morſus detrahentium: & cum quidam Vighetus, vt ſicarius, in ciuitate Mantuæ fuiſſet tortus acriter interpellatis vicibus, & ſemper in negatiua perſtitiſſet, eius vxor petijt à me tunc Capitaneo Iuſtitiæ, vt ſi gratiam à Sereniſſ. Principe impetraſſet, quod maritus ſuus omnia ſponte confiteretur, & ipſe obtuli toto poſſe auxilium ei præſtare, & iſta ſtatim credidit quod ſperabat, & nō expectato alio reſponſo profecta ad carceres, retulit ſuo marito gratiam obtinuiſſe, & miſellus omnia ſpontè confeſſus eſt, & pro iuſtitia fuit capitaliter damnatus, & ex iuſſione ſuæ Celſitudinis erat in confortatorio ponendus, & mane ſequenti decapitandus, nihilominus ſtante nimia credulitate verborum vxoris, & ignorantia ſua, & perſuaſione, reſcripſi ad Sereniſſ. Ducem, qui tanquā Princeps Chriſtianus & iuſtus, morem mihi gerendo, mandauit hunc miſellum Vighetum, ductum (vt ita dicam) ab vxore ad ſupplicium ad triremes trāſmitti, & ſic optimo Principi quadrare poteſt illud Dauidicum Pſal. 84. Miſericordia & veritas (quæ hic pro iuſtitia ſumitur) obuiauerunt ſibi; iuſtitia, & pax oſculatę ſunt: veritas de terra orta eſt, & iuſtitia de cœlo proſpexit. Farinac. quæſtio. 11. num. 13. an, quòd tunc conſulendus eſt Princeps;

288 ſi ſententia † eſt lata ex veris probationibus, quia tunc dicitur tranſiuiſſe in rem iudicatam, ſecus ſi ex præſumptionibus, ſed reuera quando ſententia eſt lata ex veris probationibus, nunquam retractari illam oportet; nam quæ ſuper veritatē fundata ſunt, tāquā ſuper lapide angulari minimè mutanda ſunt, ar. l. aſſumptio. ff. ad municip. c. nolite timere, 11. q. 3. ſed locus eſt gratiæ tantum Principis. Et in ſupradicta materia abſolutionis tanquam quotidiana & vtili notandū, quòd Iudex criminalis, qui abſoluit à pœna delicti, nō poterit condemnare abſolutum ad damna & intereſſe, per l. cum principalis, de reg. iur. capit. acceſſorium, eod. tit. Bertazol. conſil. crim. 233. Rimin. conſ. 106. num. 8. inter conſ. crim. diuerſo. Nat. conſ. 407. num. 14. vol. 2.

Quamuis Iudex criminalis incidenter poſſit cognoſcere de cauſa ciuili & econtra Menoch. de arb. q. 45. & q. 81. idem de retinend. poſſeſſ. remed. 3. num. 549. At in iudice noſtro, qui habet amplum & liberum arbitrium ſupradicta difficultas ceſſat & etiam in iudice ordinario, quando fuit imploratum officium iudicis in querela, & fuiſſet petitum iudicari cum clauſula, ſuper quibus omnibus & ſingulis principaliter, & de

per ſe

per ſe emergentibus annexis & connexis, vt Flo-
rentię ſeruatur: de hac clauſula in criminalibus vi
de Vgo. Celſ. de clauſ. libellor. & in propoſ. Cag.
dict. leg. cum principalis, numer. 14. & 15. de
reg. iur.

289 † An ſententia contra contumaces dicatur la
ta ob contumaciam, vel ob delictum? Mattheſ.
ſing. 17. vbi Saraina num. 13. Iaſ. in l. procurator.
num. 3. ff. ſi quis iuid. non obtemp. Menoch. cóſ.
300. num. 136. vol. 1. & an ſit interlocutoria vel
definitiua, trad. idem Farinac. d. q. 11. num. 96. &
97. vbi cócludit eſſe latam ob delictum, & quoad
effectum eandem vim habere ſicut confeſſio ve-
ra, cum ibi per eum adduct. hoc procedit ſtante
ſtatuto, quòd contumax habeatur pro confeſſo et
conuicto, ſecus de iure communi; quia ſententia
condemnatoria contra contumacem dicitur con
290 ditionalis; † itaque condemnatus habet teſta-
menti factionem actiuam & paſſiuam, donec in
fortiam venerit Iuſtitiæ, Riminal. iun. conſ. 912.
num. 18. & ſeq. vo. 6.

291 † Sed an ſententia lata in contumaciam retra
ctari poſſit? & Cartar. in tract. de execut. ſent. ca-
pi. bann. c. 3. num. 51. dicit, quòd ſi ſententia lata
eſt ex veris probationibus poſt decem dies tranſit
in rem iudicatam, & incóſulto Principe retracta-
ri non poteſt, ſi verò lata ſit ſententia ex præſum-
ptionibus, vel ex ſemiplena probatione in contu-
maciam, nunquam tranſit in rem iudicatã, mul-
to minus quando per ſolam contumaciam eſt la-
ta, etiam ſtante ſtatuto, quòd contumax habeatur
pro confeſſo & conuicto, Bolog. conſ. 34. in fin. cũ
alijs adduct. à Cartar. num. 51. & 52. & vide Car-
pa. in materia ſtatu. Mediol. c. 10. & quæ ſupra di
xi nu. 189. Nat. conſ. 444. nu. 6. & ſeq. Viui. com.
opin. 707. & Bonacoſſ. in ſuis q. crim. in verb. ſen-
tentia, ait, quòd iſta ſententia in contumaciam
dicitur lata ex probatione priuilegiata, & non trã
ſit in rem iudicatam, Felyn. in c. conſanguinei, in
2. col. ſub num. 8. de re iud. & poſſit retractari ab-
ſque Principis conſultatione, ſicut quando lata
eſt ex præſumptionibus, & fortiores ſuperuene-
rint, quæ præualeant, latiſſime Menoch. de præſũ-
pt. lib. 6. præſumpt. 64. nu. 46. li. 5. præſumpt. 132.
num. 32. et alibi. Item quando conſtat notoriè de
iniquitate, quod verum eſſe opinor circumſcriptis
ſtatutis, alioquin ſine licentia Principis eſſet Iu-
dex ſine ingenio, per ea quę dicit Cartar. c. fin. nu.
149. niſi haberet authoritatem non ſeruandi ſta-
tuta, vt præſuppouimus in iudice noſtro in 1. par.
292 num. 9. cum ſeq. † & in materia ſtatuti de con-
tumacia vide omninò Bonacoſſ. in ſuis q. crim.
ſuper ſtatu. in ver. contumax, vbi infert ad multa,
& Farinac. q. 11. per tot. ac de multiplicibus ſen-
tentiarum formis vide Decia. de delict. tom. 2. ca.
37. num. 2. de ſententiæ executione, fol. 143. & c.
46. num. 6. de apoſtatis, fol. 274. et c. 48. tractar de
crim. læſ. Maieſt. nume. 4. fol. 143. quibus in lo-
cis de condemnatis in contumaciam, quid iuris
habetur.

293 † Et quoad proferendas ſententias ſtatur con
ſuetudini, D. Menoch. de arb. q. 60. 61. 62. cum
mult. qq. ſeqq. At Iudex noſter hac poteſtate extra
ordinaria munitus poteſt ſententiam ferre etiam
non ſedendo, & de nocte, Nat. in c. ſępè, de re iud.
ſed nunquam in die feſto, D. Menoch. q. 30. nu.
8. Vant. de nullit. & defect. iuriſd. num. 50. et de
omnibus alijs requiſitis pro validitate ſententiæ
tradit & multos allegat Carpa. ſuper ſtatu. Medio
lan. cap. 31. per tot. ſolum aduertere volo quod in
ſententia opus eſt verbis iſtis vel condemnamus
vel abſoluimus alioquin ſententia dicitur nulla,
Bar. in leg. præſes. C. de ſen. & interloc. omn. iud.
Fran. Marc. deciſ. 388. Nec à ſententia criminali
appellatur lata per iudicem liberum arbitrium
habentem, etiamſi à ſtatuto appellatio non eſſet
prohibita, quod intellige, vt per Felyn. in c. exce-
ptionem, de except. Farin. de delict. & pœn. q. 17.
num. 30. ſed ad tollendas has difficultates per to-
tam Italiam ferè vbique ſunt ſtatuta & conſuetu
dines, quod a ſententia in cauſis criminalibus nõ
licet appellare, vt dixi in 2. par. num. 318. & ſeq.
nihilominus vbi opus eſſet declaratione, & decla
ratio eſſet iniqua, tunc à dicta declaratione, & er-
ronea interpretatione appellari poſſet. vt ſupra
per Caball. milleloq. 718. par. 2. vt infra ſub num.
302. lit. E. ver. ſed.

294 † Modo quæri poteſt an ille, qui in cauſa ſuc-
cumbit, debeat in expenſis condemnari? & com
munis opinio eſt quòd ſic, de qua per Dd. in l. eũ
quem temere, ff. de iud. quando ſcilicet ad quere-
lam proceditur, Clar. §. fin. q. 62. ver. ſed nunquid,
& Menoch. latè d. tract. de arb. caſ. 321. Abb. cóſ.
78. etiam ab eo qui ſemiplenè probauit, Crauet.
conſ. 178. num. 10. par. 1. quando reus fuit tortus,
& poſtea abſolutus rebus ſtantibus, quia hoc mo
do non reficiuntur, cap. odia, de reg. iur. Bertazol.
conſ. 212. vo. 2. Farinac. q. 16. & de ijs expenſis in
criminalibus, Franc. deciſ. 776. car. 289. quia ſi
295 † ſtatutum dicit, quòd victus victori condemne
tur in expenſis intelligitur de ſententia perfecta,
qualis non eſt conditionalis, l. 1. §. 1. ff. de donat.
l. ſi homine, in fi. ff. de vſucap. & non dicitur libe-
ratus, qui iterum pro eadem cauſa moleſtari po-
teſt, Clar. §. fi. q. 57. & q. 62. ver. forma, & verſ. ſed
nunquid, & in hac materia vide Iaſ. in l. properã-
dum, §. ſin autem, num. 21. C. de iud.

296 In ciuilibus † verò ſecus eſt, quia illæ debẽtur,
etiamſi reus fuerit abſolutus ab obſeruatione iu-
dicij, Caualc. deciſ. 14. 15. 16. & 24. & nume. 9. &
ſeq. par. 1. & debent ſolui antequam actor iterum
audiatur, & nos habemus ſtatutum in ciuilibus,
ſub rubr. de refectione expenſarum 17. & circum
ſcripto ſtatuto non ſufficit facere depoſitum cer-
tum quid, cum oblatione ſoluendi integrum, qua
tenus, &c. niſi fiat in loco, vbi iudicium agitatum
eſt, Veral. dec. 342. num. 2. in 1. par. nec ſufficit fa-
cere oblationem in loco prædicto, niſi etiam ſa-
tiſdetur de ſoluendis dictis expenſis, illis liquida-
tis, idem Veral. deciſ. 270. numer. 3. in 2. par. &
oblatio debet eſſe integra, & ſimplex, vt quis poſ-
ſit euitare moram, & nõ conditionalis, idem Ve-
ral. deciſ. 268. ea par. 2. & intellige lata prima ſen-
tentia pendente appellatione, ſed ſententia tran-
ſacta in rem iudicatam, aut ſi actor eſt condem-
natus in expenſis, vt quia male egit, tunc non ſuf-
ficit depoſitum, ſed debet refici antequam iterum
audiatur; & ita dicunt ſupradicti Doctores.

297 † Et expenſæ in quibus conditione ex ſtatuto
quis cõdemnatur, vt ſi ſtatutum mandat victum
victori in expenſis condemnandum, eadem ſta-
tuti cõditione peti poſſunt etiam vſque ad 30. an-
nos, Caualc. deciſ. 16. num. 19. in 2. par. vide Iaſ.
in l. properandum. §. ſin autem alterutra, nu. 5. C.
de iudic. Alex. conſ. 34. in fi. vo. 3. Hip. ſing. 207.
victus victori, & de expenſis contumacialibus, ar
ticuli emergentis, inſtantiæ deſertæ, ac aliarum
ſententiarum interlocutorialium loquitur etiam
idem Caualc. d. deciſ. 16. nu. 14. vbi in ſententia
definitiua non comprehenduntur, Caball. mil-
leloq.

leloq.953.nume.2. in 2.par. & quæ ſunt expenſæ contumaciales in criminalibus vide Clarum, q. 62.ver.ſed nunquid. Crauet.conſil.178.nume.8. Lancellott.de prætor.tit.de ſenten.nu. 6.

298 † Hinc nonnulli dicunt expenſarum condẽnationi locum eſſe à die litis cõteſtatæ, per quam aduerſarius conſtituitur in mala fide quoad fructus & expenſas,l.certum, & leg.more, C. de rei vend.Bart.in l.litigator,C.de fruct. & lit. expenſ. & condemnatio expenſarum eſt facienda quotieſcunque quis eſt in mala fide, ſaltem à die qua conſtituitur,& reperitur in mala fide,Borg. in reper.ſuarum deciſ. in verb. expenſarum condemnatio, D. Menoch.de arb. caſ.177. Maſcard. late concl.293.Lancel. Corrad.tract.de Prætor.§.3.ti. de ſent.defin. ſub nume. 6.vbi ponit 29.ampliat. & 31.limit.latiſſime Aſin.pract.§ 32.c.2.vbi ponit.79.ampliat.& 33.limit.

In mala autem fide quis multis modis conſtituitur proprius loquendo in cauſis criminalibus, vt dixi num.38.verſ.ſed nunquid, Menoch. de arbit.caſ.225. & Maſcard.idẽ in concluſ.225.1001. vſque ad 1007. de probat. Ex quibus omnibus ſupradictis hęc præcipuè deducuntur, ex quibus in mala fide quis conſtituitur,rem furtiuã emendo.

1 Quando ſine titulo poſſidet.
2 Qui emit ſpreta denunciatione, quòd res eſſet aliena.
3 Quando quis emit contra iura & ſolemnitates.
4 Quando ſciuit rem eſſet alterius.
5 Cum quis ſcire debuit, aut ſciuiſſe pręſumitur.
6 Quando fama erat in vicinia rem alterius eſſe.
7 Quando emit ab incognita perſona, vel à minori,vt ab ignorante valorem rei venditæ.
8 Quando vili pretio emit.
9 Quando is emptor celauit rem, & pretium, & requiſitus noluit eam manifeſtare.
10 Quando rem ſtatim alienauit,vel in aliam formam conuertit, potius amittendo lucrum priſtinæ manifacturæ, præſertim ſi erat is emptor artifex.
11 Quando poſt emptionem dubitans, ne aliquid mali ſibi contingeret, ſibi præcauere curauit.
12 Quando emit pactis inſolitis lucri ſui cauſa,adhibitis etiam inſolitis cautelis.
13 Si poſtquam poſſeſſionem habuit, titulum habere mendicauit.
14 Quando extraiudicialiter pluries interpellatus reſtituere recuſauit, & maluit per ſententiã condemnari.
15 Quando iudicio primo negauit, deinde faſſus eſt, aut conuictus emiſſe rem, quam emiſſe negauit, vel extare rem,quam non extare negauit.
16 Propter negationẽ, quamuis poſtea ex aliqua cauſa excuſandus vel abſoluendus, & hoc in pœnam mendacij.
17 Tunc verè quis debet condemnari vti mala fide,quando eſt ita declaratus.
18 Tandem quando conſtat iudici, quem eſſe in mala fide, tunc eſt ſemper in expenſis condemnandus. Ad prædicta vide pręſertim Aſin.in d.§.2.ca. 15.num. 34. vbi declarat doctr. Bart.in l. 2. C.de fruct. & lit. expenſis.

Hinc eſt notãdum pro exoneratione,tam maiorum,& ſupremorum magiſtratuum,quàm aliorum iudicum ne ſub prætextu balliæ, aut cuiuſdã captioſæ æquitatis, vtantur in claris arbitrio in damnum partis,quę ſententiam pro ſe obtinuit, ſecundum terminos ſupradictæ cauſæ criminalis, quando maxime agitur ad recuperationem rerũ furtiuarum emptarum,alias eſſet ponere manum in marſupio alterius,& tangere intereſſe priuatũ, vt bene ſentit Diaz.pract.crim.c.1.col.9.verſ.nec decipiat.facit Abb.in c.1.num.23.extra vt lit.nõ conteſta.concor. Aſin.vbi § 32.c.27. Quia in mala fide ſuccumbente prædicta procedunt nedum quoad refectionem expẽſarum, verum etiam ad reſtitutionem rei ablatæ, ad tradita per Dd. in l. properãdum,vbi Iaſ.§.alterutra, de iud. quamuis alia ratione quis poteſt abſolui à pęna ſtatuti; Nã pœna locum habet quotieſcunque quis contra formam ſtatuti ſcienter mercatur,vt dixi. At fieri poteſt, vt quis emerit cum aliqua bona fide vt valeat excuſari à pœna ab initio, ſed poſtquã ſciuit rẽ eſſe alterius, & renuit reſtituere,tenetur etiã ad expenſas,Aſin.d.§.32.cap.2.ampliat.21.eſt enim compatibile quem excuſari à pœna, non autem ab expenſis;Nec ſub pretextu quando reus pro ſeruando pudore ſuo ſe defendere curauit in iudicio poteſt euitare de iure expenſas,negando doloſe ẽmiſſe, ſi conuincatur, ita ex dictis Doctorum, præſertim Bart.in l.quę omnia.§.1.in 3.not.ff.de procurat.& Iaſ.in l. properandum.§.alterutra, de iudic.nu.9. Corrad.de Prætor.§.3.titu.de ſent. definit.nume.6.limit.25. & quando quis excuſatur ab expenſis; vltra alios per me ſupra adductos paſſim plur.in locis, Crauet.conſ.178.num. 8. & ſeq.vol.1.Clar.& ibi Baiar.q. 11. ver.2. & q.62. verſ.ſed nunquid. Reliquum eſt vt taxẽtur & ſoluantur, & circa earum taxationẽ ex officio fiendam in criminalibus, debet conſiderari qualitas cauſæ,& illius prolixitas & conditio perſonarũ, vt docet Bart.in l. non ignorat,num. 3.C.de fruc. & lit.expẽſ. Alex.conſ.37.num.33.vol. 2. Neuiz. conſil.12.Dd.in leg.ſancimus,C. de iud. Menoc. de arb. caſ. 154 Alij dicunt expenſas deberi à die publicationis proceſſus,ex quo per teſtes quis magis animum & intentionem verificare conatur, & eis tacito modo per publicationem videtur vti velle,eſt tex.in leg.ſi quis inficiatus,ff. depoſit. & præſumitur doloſe cauſam protelaſſe,d.l. properãdum,qui vlterius progreditur,§.ſin autem alterutra,vbi Dd.C.de iud. Dec. & Cagnol.in l. qui in alterius,de reg.iur.& licet controuerſum ſit an actor excuſari valeat,cum qui agit certus ſit aut eſſe debeat, Caſtr.in l.deſtitiſſe,ff.de iudic.tamen tã reus,quam actor ijs caſibus ſuccumbentes tenentur per reg.c.calumniam, de pœn. quod diſponit calumniam & audaciam temerè litigantium expenſarum damno plecti debere, & ita tenet Cagnol.de reg.iur.in d.l.ſub num. 25.vbi in fine nõ

299 negat quin actor minus excuſandus ſit. Et † notãdum ſemper quòd niſi expenſæ petantur, Iudex de iure communi non tenetur condemnare, quãuis ex officio hoc facere poſſit, Caualc. deciſ. 14. num.34.p.1.& hoc non habet contradictorem; & ratio eſt quia expenſæ petuntur officio iudicis, Marant.de ord.iud.in 6.par.3. membr. num. 12. in propoſ. Federic.Schench.in ſua pract.de expẽſ. col.penul.ver.itaque etiam, Veſtr.in pract. Ro. c. 2.lib.8.num. 17. Paul.Granut theorema.6. num. 8. Practicam verò taxandi expenſas ponit Caualc. deciſ.15.num.26.p.1.vbi ait tria concurrere debere,alioquin taxationem nullam eſſe; primo petitur iuxta condemnationem illas taxari à iudice, & in dicta ſchedula ſcribuntur expenſæ omnes

di-

diſtinctè & qualiter expenſæ ex officio ſint ta-
xandæ docet Bar. in l. non ignorat.num. 3. C. de
fruct.& lit,expenſ. Alex.in conſ.37. nu.33.vol.2.
Neuiz.conſ.17.et Doct.in d. l. ſancimus.C.de iu
dic.Menoc. de arb, caſ. 154.ſed hic aduerte quòd
ſi veniunt per ſententiam definitiuam, omnes ex
penſę debentur,ſi per interlocutoriam non debē-
tur niſi illorum actorum, quæ perierunt,vt in ab-
ſolutione ab obſeruatione iudicij paulo ante dixi,
diſtinctè ergo ſunt in ſchedula ſcribendæ expenſę
tam aduocatorum, quam procuratorum; de hoc
vide Iaſ.in d. l.properandum,§. ſin autem alteru-
301 tra,num. 14 C.de iud. vbi dicit,† ſi Doctor liti-
gat,non poteſt petere expenſam aduocati,ſed limi
to niſi ſit inhabilis: vltra quod dici ſolet, in cauſa
propria aduocatū quęrētē pro ſcripturis itē pro
copia ſcripturarū,itē pro citationibus,item pro ad
miſſione,itē pro ſententia, itē pro rogitu,& ſic de
ſimilibus exprimendo certā quātitatē in qualibet
partita more Mercatorū, & Iudex viſa liſta ſeu di
cta ſchedula taxat. reducēdo ad congruentē quan
titatem;& ſecundo,qui petit illas, tenetur iurare
ſuper ſumma à iudice taxata ſe tantum expēdiſſe:
tertio Iudex facta taxatione,& præſtito iuramen-
to condemnat in dictis expenſis,& executionem
concedit,vt per Caualc.dicta deciſ.15.num.26.ſe
cundum pract.Alex.cōſ.37.viſo opportuno, col.
fin.num.29.vo.2.& alios per Caualc. adduct.loc.
cit.vbi multa quotidiana, & neceſſaria ponit in
materia expenſarum,deciſ.14.15.& 16. p.1. Verū
in criminalibus licet vera ſit communis opinio,
302 de qua ſupra num. 294. † Tamen de conſuetu-
dine circumſcriptis ſtatutis,nunquam vidi expen
ſas r fieri, niſi in cauſa ſyndicatus à calumnioſis
querelatoribus,& Baiar.ad Clar q.62.num.23. di
cit,quòd conſtitutio Reg.vbi victus victori eſt cō
demnandus in expēſis nō eſt in obſeruantia,vt te
ſtatur Carauit.titu.297. ſecus contra indebitè ca-
lumniantes officialem, vt infra in 5 par,dicam.
In ciuilibus non obſtante ſtatuto victus minime
condemnari poterit in expenſis ſi victor per vnū
teſtem probauerit & per iuramentum ſuppleto-
rium, Mar,ſin.485.per Bal.in auth,generaliter in
5.oppoſ.C.de epiſc.& cler.vt ibi.
A Pulchrè de hac materia loquitur Couar. pra-
ctic.c.25.& 27. Vide tamen poſt hæc ſcripta Carta
riū deci.Rot.Genuę executiuę 1. qui tenet quod
ſtante ſtatuto,quòd victus victori in expenſis cō-
demnetur, adhuc condemnari in eis poterit. quā-
uis in ſententia iam lata nihil de expenſis dictum
ſit,contra tex.l.terminato,vbi Dd. C. de fruct. &
lit.expenſ.vbi ſecuta abſolutoria vel cōdēnatoria,
ſi de expenſis nihil dictum ſit reus intelligitur ab
ſolutus. Sed nimirum in caſu ſtatuti Genuæ li. 3.
cap.5,quia ſtatutum vlterius prouidet, nam dicit
quod ille qui in cauſa ſuccubuit ipſo iure intelligi-
tur condemnatus in expenſis à quibus abſolui nō
poſſit etiam propter iuſtam cauſam litigandi. So-
la enim ratio quod ſtatutum dirigat verba ad iu-
dicem non ſufficeret,ſed illud verbum non poſſit
B neceſſitatem induxit,& negat potētiam, per gloſ.
in c.1.in verb,poteſt,de reg.iur.lib.6. Bartol. in l.
fin,num.7.& reliqui poſt eum, ff. de ferrijs, leg.
Gallus.in 1.vbi Iaſ.nu. 17. ff. de liber. & poſthu,
iterum Bart.in l.de ijs, num.4.ff.de tranſa.ſic ſta-
tutum reſiſtit abſolutioni expenſarum ſuccum-
bentis,facit Iaſ.in l.non dubium,nu. 6. C. de leg.
& in l.ſtipulatio iſta,num.17.ff.de verb.obl.& de
hac denegata potētia Alciat.in l.Nepos Proculo,
nume.6.ff.de verb.ſignif.& vbicunque deeſt po-
tentiæ actus eſt ibi irritus, Soc.conſ.33.col.fin. li.
C 1. Et eo magis ſtante clauſula ipſo iure qua impor
tat Canonem latæ ſententię,DD.in l.in crimina
li,C.de iuriſd.om.iud. Bald.in authen.habita. C.
ne filius pro patre, Cano.in c.ſi diligenti, de for.
competen.& debentur condictione ex ſtatuto,eſt
verum quod requiritur declaratoria iudicis quam
denegare non poteſt,per ſupradicta iura.

Hinc dicitur quòd etſi pœna ſit impoſita ipſo
iure, nihilominus requiritur ſententia iudicis, vt
exequatur, Alex.in l. ſi quis maior,col.fin.C.de
tranſact. Aemilian.conſ.135. nu.9. Cephal.conſ.
171.num.2. Tiraq.in l.ſi vnquam in verb. reuer-
tatur,num.20 Brun.ſuper ſtatu.in ver.ſententia,
plures alleg.at Bonacoſſ.qq.crim.in verb.ipſo iure
à quo,Magon.deciſ. 16.nu.13.ſuas in hoc propoſi
to duxit authoritates, Farinac.de inquiſit. q. 10.
num 70. Sed in caſu ſtatutorum Veronæ & Pla-
centiæ,quoad expenſas vbi ſtatuta iubent reum
ipſo iure condemnatum eſſe in expenſis, etiamſi
Iudex in ſententia nihil dixerit, loquitur Iaſ. in l.
properandum,§. ſin autem alterutra,nume. 7. C.
de iud.& multa congeſſit Afflict.in ſua pract.§ 32.
limi.xx. Caball. milleloq.948.p.a.& ad limitatio
nem quoque d.l.terminato. C. de fruct.& lit. ex-
penſ. ſcias quòd Iudex ea die poſt ſententiam re-
quiſitus poterit condemnare adhuc in expenſis,l.
Paulus,ff.de re iud. Rip.in l.dies.§.hoc autem iu-
dicium,num.84.ff.de damn. infect. ſic re integra
illam corrigere poterit.& in hac materia vide Co
uar.pract.cap.25.& 27.vbi practicanter loquitur.
ſed quid ſi pœna ſit ipſo iure impoſita, an ſit locus
pœnitentię?glo.ord.in cle.ne in agro.§. quia vero,te
net quod non,de ſtat.hom.& Bal.in auth. habita
C.ne fil.pro patr. nec admittit purgationem mo-
ræ.l.qui ob rem.ff.de cond.indeb.l.ſi cui,de leg.2.
vbi quando executio eſt ipſo iure impoſita non
poteſt retardari,hæc omnia per Ro.conſ.427. qui
ſub nu m.5.ait quod ſi pęna imponitur ipſo facto,
non ſufficit Delictum eſſe initiatum ſed requiri-
tur conſummatio per reg.c.in pœnalibus, de reg.
iur.in 6.Bonacoſſ.q.cit.in d.verb.ipſo iure. Albe.
ſupe.3. vo. ſtat. eo. verſ. & verba quæ important
ipſo iure explicat. Peregr.de iur.fiſc.lib 4. titu. 5.
num.7. Tiraq.de reuoc.donat. verſ. & ſi reuerta-
tur,num.26. Farinac.de inquiſit.q.10. nume. 70.
Et in hoc propoſito ſecundum materiam crimi-
D nalem,ſi in ſententia in qua delinquens fuit con
demnatus ad furcas, vel in amputatione capitis,
vel mutilatione membri,non ſit facta mentio de
publicatione bonorum,illa non intelligitur facta
nec ſuppleri poterit poſtea,niſi in caſu læſæ Maie
ſtatis,hæreſis,& in alijs caſibus quibus de iure cō
fiſcatio bonorum venit, ſecundum diſpoſitionē
auth.bona damnatorum, C.de bonis proſcript.&
tenet Affl.ſuper 3.feudo.nt.de pac.tenen.verſ.11.
num.2.& vide in hac 4.par.quæ dixi ſupra num.
24.& ſeq. & ſub num. 281. Nec fiſcus reſtituitur
E aduerſus ſententiā in pœnalibus & odioſis, Boſſ.
in titul. ſi aduerſ. rem iudic. reſtitut. poſtul. vide
Sforz. Odd.de reſtitut.in integr.q.3. nu. 79 cum
mult.ſeq.& Farinac. de delict.& pœn.q. 25. nu.
166.& ſeq. Bertazol.conſ.197.numer. 1.2.& 3. &
conſ.162.nu.2.vol. 1. vbi aduerſus errorem iudi-
cis in pœnis & odioſis non datur reſtitutio.

Sed redeundo ad materiam expenſarum, ſi à
ſententia criminali non eſſet prohibitum per ſta-
tuta appellare,in ſecunda inſtantia, de expenſarū
condemnatione ratio habenda eſſet. Nam cauſę
criminales ad inſtar ciuilium regulantur, Iaſ.in l.
1.§.

1.§.ſublata,ff.ad Senatuſc.Trebell.& licet prohi-
bitum ſit appellari in cauſis criminalibus, vt dixi
ſupra num.293.& in 5.p. nu. 283. tamen fallit in
cauſis mixtis, Alciat.conſ.12.nu.6.vo. 7. Rimin.
in conſ.529.vol.3.Boſſ.de appellat.num. 8. fallit.
F 2.quia ab exceſſu appellari poteſt,& ab inordina-
to modo procedendi,dixi d. num.283. p.5.ſubli-
mita quando Iudex non habet arbitrium liberũ
in procedendo, Franc.in c.ſæpè,q.10. de appellat.
Bart.& alij in l.ab executore,eod.tit. Put. de ſyn-
dic.in verb.appellatio.c.2.nume.2.fallit 3. quia à
nimia aut modica expenſarum taxatione appel-
latur, Franc.mox allegat. num.56. Rol. conſ. 43.
num.6. vo.1.Bero.conſ.31.num.8.lib.2. Rebuff.
de ſenten.execut.ar.7.gloſ.12.Bar.d.l.ab executo-
re.Sed in omnẽ caſum appellatione ceſſante, pò-
terit nihilominus querelari & ſupplicari ad ſupe-
riorem ac de nullitate dici,vt d. num.283.p. 5.per
l.1.ff.de offic.præfect. Prætor. dummodo intra
decem dies fiat,auth.hodie, C.de tẽp. appell. Put.
de ſyndic.in d.ver.appellatio,c.2.num.3. Niſi lex
Ducalis aut ſtatutum prohibent, vt Florentina
prouiſio anni 1567.die 10.Octobris,vbi in certis
caſibus non poteſt ſupplicari,fallit 4. Decreto ſyn-
dicatoris, Neuiz.conſ.17. num. 74. Felyn. in cap.
inter monaſterium, de reiudic. & nota quod ad-
miſſio vel non admiſſio ſunt ſententiæ interlocu
toriæ à quibus licet appellari, Franc.c.cum ceſſan
te,nu.36.& ſeq.de appellat.
303 † Sed occurrit mihi in hac materia expenſarũ
quæſtio quotidiana. Dicit ſtatutum,quod pax, re
miſſio,aut confeſſio tollunt partem pœnæ, vt ſu-
pra tetigi, quæro nunquid ad ratam tollat etiam
partem expenſarum reficiendarum damnum paſ
ſo? & breuiter quoad pacem, cuius beneficiũ pro
uenit à parte, ſi non ſit inter eas expreſsè conuen-
tum, videtur quod non, quia in dubio nemo præ
ſumitur donare, l.eum de indebito.§.1.ff.de pro-
304 bat.leg.Campanus.ff.de oper.liber.& † benefi-
cia priuatorum non extenduntur, ſicut beneficia
Principum, l.fi.de conſtit. Princ.ſat eſt quod pro-
ſit quoad pœnam, ſed non debet nocere quoad re
ſarciẽdum damnum, quia illud in dubio dicitur
ineſſe in pace,& ſubintelligitur,ſcilicet,quod tibi
prodeſt,& pacem facienti non nocet,l. 2. §. item
Varus,ff.de aqua plu.arcend. Bart.in l.ſi cui,ff. de
ſeruitu. Soc.iun.conſ.76.num. 13.lib. 2. & quan-
do pax dicatur rupta, vide Cephal.conſ. 53. vo. 1.
Maſcard.de probat. concl. 1131. & 1157. & vide
in ſtatu Sereniſſ. magni Ducis plures leges editas
305 anno.1547.& 1568.† Quo verò ad beneficium
confeſſionis idem in dubio videtur dicendum,
quia ius tertij à ſtatuto tolli non poteſt,niſi ob pu
blicam vtilitatem,l.item ſi verberatum,§. item ſi
ager,ff.de rei vendic.leg. Lucius,ff. de euict.quini
mo nec à Principe,niſi expreſsè dixerit,Cur. ſen.
conſ.49.num. 15. ad fin. quem in materia ſtatuti
vide in cap.24.num.116. cum mult.ſeq. fol. 121.
122. & num.144. 145.fol. 123. vbi Princeps non
poteſt lędere aliquem in damnis,& intereſſe paſ-
ſis, Rebuff.in l.1.nu.3.C.de ſent.quæ pro eo quod
intereſt,in præfat.Gabriel.com.concl. tit.de non
tollen.iur.quæſ. lib.3. concl.1.& confeſſio vt pro
ſit debet fieri ab initio vt dixi, & vide Gomeſ.
de delict.cap.14.poſt num.5.& hinc ſcias quod ſi
in ſententia nihil de damnis dictum ſit, quicquid
de expenſis ſupra dictum ſub lit.C.locum ſibi nõ
vendicat, quia calumniator in criminalibus tene
tur pœna ſtellionatus quando eſt verè in dolo, &
deficit titulus criminis, & per conſequens vide-
tur teneri ciuiliter, Nam vbicunque delictum cõ
cernit rem familiarẽ ex eodem delicto naſcitur
ciuilis et criminalis obligatio. l.qui nomine.ff.de
falſ.l.1.C.quando ciuilis act.cri.præiud. ſic tenet
Petr.de Vbal.tract. de duobus fratribus q.29.nu.
30.par.8.quod verum puto quando damna petita
fuerunt,& ſuper querela non fuit ſecuta abſoluto
ria per ſupradicta.num.288.
306 † Lata igitur ſententia condemnatoria, quæ-
ro nunquid damnatis ad mortem debeat conce-
di aſſumptio Sacratiſſimi Corporis D. N. Ieſu
Chriſti? & non eſſe denegandam tenent commu
niter Doctores, vt teſtatur Gomeſ.quem Clar.al
legat,q.99.ver. ſed quæro, qui ſubdit quòd ea die
aſſumptionis ſacratiſſimæ Euchariſtiæ ob reuerẽ
tiam executio capitalis non debet fieri; Hoſt. in
ſum de immun. Eccleſ. Corſet.ſing.incip. Cardi-
nalis, Nauar.in conſil.40.de pœn.& rem.tom. 2.
cõtrarium tenet,cuius verba ſunt; quare arbitror
licere iure ſolo ſcripto attento,damnato adhuc ie
iuno miniſtrare communionem eodem mane,
quo occidendus eſt, ante tres, vel quatuor horas,
imo & ante vnam. Imò ſunt quidam, qui tenent
quemadmodum infirmo,ſic damnato ad mortẽ,
non ieiuno dari poſſe Euchariſtiam, Hen.li.8 de
Euchar.c. 50. qui multos ibi pro ſe Doctores ad-
ducit. Quare ſancta & ſalubris eſt hæc conceſſio,
vt à peccatis per ſacramentalẽ confeſſionem ab-
ſoluti per hanc aſſumptionem viatici in fine ſuæ
peregrinationis in gratia magis ac magis corro-
borentur,& paratiores mortem ſuſtineant; vt eſt
mos vere laudabilis in ciuitate Mantuæ; nam fe-
ria quinta quando damnati in confortatorio du-
cuntur, peccata confitentur,& mane ſequenti fe-
riæ ſextæ, aſſumunt ſacratiſſimam Euchariſtiam
tertia vero die,id eſt in Sabatho ſequenti,ſenten-
tia executioni mandatur de more, quia concurſus
plurimorum hominum fieri ſolet ob mercatum.
307 † Sed quid de extrema vnctione? eam non
præſtari teſtatur Cartar.de execut.ſent.capt.ban.
c.fin.num.345 & 346. ſed de ijs conſulendi ſunt
Theologi,& in confortatorijs aſſiſtere ſolent Sa-
cerdotes & Confeſſores, ac alij ad id deputati, vt
coadiuuent ad ſaluandam animam iuſtitiandi,&
deliquentes iſtos ſaltem per duos dies debere mo
rari in confortatorio, antequã ſententia mortis e-
xequatur, dicit D. Decia.tract.crim.cap. 29.num.
8. de var.q.tom.2.quamuis non ſic vbique ſerue-
308 tur † Sed ſi damnatus nolit confiteri ſua pecca-
ta, tunc Iudex noſter ſi modo voluerit, executio-
nem retardabit, donec damnatus reſipiſcat, & ve
ritatem cognoſcat pro ſua ſalute, non tamen lon-
go tempore ſuperſedebit, quando emendatio de-
ſperanda eſſet, aduertendo ne malitioſa vel ficti-
tia ſit huius impœnitentiæ demonſtratio, per tex.
309 in l. Archigerontes, C.de Epiſc.aud. † & differre
executionem eſt arbitrarium iudici noſtro & nõ
alij inconſulto Principe, Menoch de arb. q. 98.
Clar.§.fin.q.97.ver.ſed pone, vbi alios caſus dif-
ferendæ executionis capitalis ponit: primò, ſi ali-
quis non malitioſe compareret, & peteret con-
demnatum rationem reddere priuſquam moria-
tur de notabili ſumma rerum, vel pecuniarum
per eum adminiſtratarum, conceſſo breui termi-
no, & cognito quòd iſta dilatio non ſit affectata:
ſed nunquam vidi, nec audiui, poſtquam quis eſt
in confortatorio talia perquiri, niſi pro exo-
neratione animæ, & in omnem caſum eſt arbi-
trarium iudici, Menoch. quæſtion. 98. de arbitr.
Secundo; quando damnatus alios ſocios nomina
uit,

Digitized by Google

uit, qui forte ſunt aliunde detenti, & carcerati, &
faciliime haberi poſſunt, vel ſaltem neceſſariæ di-
ligentiæ pro eis habendis prius præcedere debent,
vt remittantur, & remiſſio expectatur, donec fue-
rint expediti, at ſi non remittantur, ſententia dein
ceps exequitur, Imo. in l. ſi qui reum. ff. de pub. iu.
Capyc. deciſio. 25. nu. 4. Tertio, ſi mandatum Prin
cipis eſſet notorie, vel euidentiſſime iniuſtũ; itam
antequam exequatur, iudex tenetur prius reſcribe
re nedũ ſemel. ſed bis, & ter, Carrer. pract. car. mi-
hi 211. num. 20. vbi etiam ipſe multos caſus ponit
differendæ executionis ſententię, Men. de arb. caſ.
310 354. † At ſi Princeps adhuc perſiſtit, vt executio
fiat (prout iubet) tunc cautela eſt, vt iudex ſcribere
faciat, quod ex ordine Principis mandatur, vt exe
quatur, et non aliter (quamuis cautelam hanc non
ſatisfacere iudicis conſcientiæ credam, nec exone
311 ratam remanere in totum) Nau. c. 25. Man. nu.
15. diuidit ſententiã in nullam, & inualidam; & in
iuſtam, ſed validam, priorem nullo modo exequi
debere ait, poſteriorem ſic, poſtquam procurauerit
ne executioni mandetur, c. paſtoralis, § quia vero,
de off. deleg. & gl. ibid. & vbi agitur de perditione
animæ ſummopere cauendum eſt. Nã prius obe-
diendum eſt Deo, quam Cæſari, Bal. & Sal. in con
ſtit. habita. C. ne fil. pro pat. & vide in propoſ. ſum.
Ang. in verb. index, vtrum liceat iudici iudicare, et
contra Deum nemini parendum. Afflict. tit. u. quę
ſint Reg. nume. 29. & ſtatuta quæ inducunt pecca-
tum ipſo iure, & facto non tenent, nec valent. Bar
to. in l. omnes populi, num. 1. 2. 3. & 4. ff. de iuſt. &
iur. ergo Principes pię oculis ſemper habere debẽt
exemplar diuinæ legis, vt ait Cabal. mil. eloq. 293.
p. 1. num. 3. Salomon Prou. rb. 8. Deute. 17. Ioſue
c. 1. Et in priori quidem caſu nulla eſt melior cau-
tela, quam relinquere onus, & munus Præturę cũ
bona venia domini ſui; nam quid prodeſt homi-
ni ſi totum mundum lucretur, animæ vero ſuæ de
trimentũ patiatur? aut quam dabit homo commu
tationem pro anima ſua? Vt ait D. N. Mat. 16. ſub
iungens, filius hominis venturus eſt cũ gloria Pa-
tris ſui coram Angelis ſuis, & tunc reddet vnicui-
312 que ſecũdum opera ſua. Item † & ſic quarto caſu
executio ſententia differtur propter dies feſtos, in
quibus nullo modo ſentẽtia criminalis exequi de-
bet, l. ſi feriatis C. de fer. Bald. in l. penult. co. Boer.
deciſ. 259. nu. 8. Sexto differtur quando condẽna-
tus poſt cõdemnationem effectus ſit furioſus. Car
rer. vbi ſupra nu. 36. & Cartat. d. c. fin. nu. 424. vbi
multos caſus ponit, quando ſententia capitalis dif
fertur, Marſ. in ſua pract. §. opportune, nu. 51. Put.
in verb. pœna. c. 2. & Gomeſ. var. reſol. tit. de delic.
313 c. 13. nu. 36. cũ ſeq. ponit octo ſimiles † caſus, qui-
bus ſententia, licet tranſiuerit in rem iudicatã, po-
teſt retractari, vel ſaltem ſuſpendi; Primus eſt, ſi cõ
ſtat de innocentia (vt mox dixi,) Secundus, ſi eſt cõ
dẽnatus ille, qui aliena negotia geſſit, vt ſup. Ter-
tius ob magnam peritiam, & publicam vtilitatẽ;
Quartus, quando mulier eſt prægnans; Quintus,
quando condemnatus vult ducere in vxorem ali-
quam publicam meretricem; Sextus, quando ſu-
ſpenſus ſtatim eiectus cadit è furca illæſus, ſed con
ſulendus eſt Princeps, nam quandoque arte factũ
eſt, quandoque miraculoſe, & attenditur qualitas
ſuſpenſi; vide inf. nu. 316. Septimus, ſi pẽdet aliqua
accuſatio per condemnatum contra alterum por-
recta ſed fiſcus ſubrogatur; Octauus, ſi Princeps in
dulget, vide vt infra. Addo nonũ caſum eſſe, ſi Car
dinalis pertranſeundo obuiam haberet illum, qui
ducitur ad ſupplicium, vt per Cla. loc. cit. de hoc di
314 xi ſup. † Et ad octauum caſum nota, quod remiſ
ſio per Principem ante ſententiam facta tollit om
nem condemnationem, vt nu. 203. poſt vero ſen-
tentiam pœna videtur remiſſa delicti corporalis,
non autem confiſcationis bonorum, text. in l. fin.
C. de genera. abſol. ſic apud Gomeſ. de delict. cap.
13. nu. 38. ver. item adde. niſi aliter de mente Prin
cipis conſtet, & ad prædicta vide Put. de ſyndic. in
verb. pœna, cap. 2. adde alium caſum, de quo per
Caball. caſ. crim. 146. quando condemnatus eſt,
& ad damna, aut expenſas verſus partem offen-
ſam, Rom. ſingul. 566. & ſingu. 725. Pet. a Rauen.
ſingul. 552. & Cępol. caut. 2. & tandem conſidera,
quæ dicit Bal. in l. quicunque. col. 6. num. 20. C. de
ſer. fug. qui dicit, quod ſententia criminaliter lata
pro pœna corporali non recipit moram, neque di-
lationem, nec expectatur qui non habet in ære,
quod habeat ob priuatam vtilitatem, & ao pœna
exilij ſit inter pœnas corporales. vi. Menoch. caſu
80. num. 87. & 92. & vi. in 5. par. ſub nu. 248. Nam
qui condemnatus eſt in ære, & in ſubſidium, in
pœnam corporalem, non debet expectari, quod
habeat, vt per Bald. loc. cit. in d. l. quicunque, C.
de ſeru. fug. qui locus non fuit allegatus a moder-
nioribus criminaliſtis, qui poſt me typis edide-
runt d. caſ. 146. quod video m, nimirum quia vnus
omnia ſcit, nec omnes legere poteſt. & propterea
nemini licet in hoc damnare quenquam.
315 † Quid ſi iuſtitiandus velit prius teſtari? & re-
uera iſti damnati dicuntur ſerui pœnæ, in quibus
factio teſtamenti, nec actiue, nec paſſiue cadit, An
gel. de malef. in verb. caput a ſpatulis. ſub num. 20.
Didac. Couar. de teſt. par. 3. num. 27. Clar. §. teſta-
mentum, q. 21. ver. 1. & Graſſ. de vlt. volunt. §. te-
ſtamentum, q. 17. nu. 18. ibi per eum adduct mul-
to minus ſi eius bona ſunt confiſcata, quia nec e-
tiam de legitima filiorum teſtari poteſt, iuxt. text.
auth. bona damnatorum, C. de bon. damn. Capr.
316 com. concl. 102. nu. 109. Verũtamen ſi bona † nõ
ſunt confiſcata, de conſuetudine teſtari poſſunt dã
nati ad mortem. vt inquit Clar. & recte, in d. §. te-
ſtamentum, q. 221. & in propoſ. vide quæ dixi ſu-
pra, & Dec. de delict. c. 24. nu. 38. lib. 7. ti. de pœn.
crim. læſ. Mareſt. to. 2.
317 † Executio autem facienda eſt in loco ſolito,
& conſueto, tex. in l. pen. ff. de iuſt. & iu. Gome. de
delict. c. 13. poſt nu. 35. ſed ex cauſa propter imma
nitatem delictorum, & ad terrorem alibi fieri po-
teſt, & quãdoque in cancellis ferreis diu aliqui ſu-
ſpenſi fuere, multoties vbi fuit patratum delictum
ramis arborũ, vt de famoſis, & inſignibus latroni-
bus, & aſſaſſinis, aliquando ſuper demolitione mu
ri domorum ſceleſtiſſimorum delinquentium, de
quarum demolitione, & diruptione tractat Bald.
in l. Prætor, ff. de Prætor. ſtip. in l. cætera, §. ſed et ſi
318 quis, ff. de leg. 1. quam † demolitionem non poſ-
ſunt creditores impedire, dummodo fiſcus ſatisfa-
ciat, Capic. deciſio. 130. nu. 73. vbi conciliat Bart.
in l. 1. §. ſeruus, ad Syll. vide Luc. de Pen. in l. quiſ-
quis, C. de petit. bo. ſublat. lib. 10. & Deci. de crim.
lib. 7. tit. de pœn. crim. læſ. Marcil. c. 24. nu. 37. to.
2. Put. in verb. contumacia, c. 2. nu. 1. 2. & 3. & hæ
demolitiones de facto fiunt, vel ſtante ſtatuto, ſed
de iure communi non videtur iure cautum, vt di-
xit Luc. de Pen. in d. l. quiſquis, C. de petit. bon. ſu-
blat. lib. 10. Clar. q. 82. ſtatu. 8. vbi plura dicit, & ibi
Baiar. num. 83. vſque ad num. 98. vbi ait domum
a fundamentis diruendam eſſe, ſtante ſtatuto, per
Bald. in l. Prætor. ff. de Prætor. ſtip. & quod verſa
vice propter inobedientiam tantum non poſſit

deſtrui,

Digitized by Google

deſtrui,idem Bald.in l. cætera, §.ſed & ſi quis , ff.
de legat. 1. Farinae.de delict. & pœn q. 18.nu.39.
ait, nec per ſolam contumaciam . Quid ſi ſit de-
molienda , ſed ante delictum alteri fuerat & eſt
pignorata, Gig.tract. de cri.læſ. Maieſt.tit.de pen.
com. q. 37. quibus in locis habetur, quid ſi vxor
contradicat,q.36. vbi de conſuetudine ait nō poſ-
ſe demolitionem impedire, Albe. Roſat.3.p.ſtat.
q.7. Ang.de malef.in ver.& eius bona. quid in ſo-
cio commune, Petr.de Vbald.de duob.fratr. p. 8.
nu.26. q.25. Et Neapoli , & alibi iuſtitia fit ſuper
muris ciuitatis, & de hac re vide Cartar. d. tract.
de execut.ſent.capt.bann.nu. 456. cum ſeq.ca.fi.
& Clar.q 99. verſ.item quæro,tamen quandoque
nobilitatis ſanguinis cauſa, vel ad inſtantiam co-
gnatorum ſeu affinium, vel ad euitanda ſcandala
Principes mandant in carceribus,vel in alio loco
remotiori exequi ſtrangulando , aut decapitando
dānatos,ſed poſtea corā publico exponuntur cada
uera vt inquit Afflict. ſup. 1 cōſti.in verb. Monar-
chiā,not.6.& ita Ianuę pluries ſeruari vidi;& hęc
expoſitio prudēter fit in publicis locis & plateis,vt
vnius pęna ſit metus multorū,l.capitaliū,§.famo
ſos,et l.aut facta,§.fi.de ff.pę.ſic docet Pau.Ghirl.
in d.tit.de relaxat.carcera. q.1.nu.3.vnde verſus.

Oderunt peccare mali formidine pœnæ,
Oderunt peccare boni virtutis amore.

319 † Et niſi cadauera iuſtitiatorū corā populo ex
ponātur,murmur nō deficiet,ex quo vulgus iuſti-
tiā clamat,& opinatur iuſtitiā nō fuiſſe executam
niſi viderit,& alij dicūt, ꝙ iuſtitia non debet eſſe
priuata,ſed publica,vt vult l.ita vulneratus,ff.ad
leg. Aquil.facit Put. de ſyndic.in ver. contuma-
cia,cap.1.num. 7. & 8.

320 † Expenſas autem,quæ in confortatorio reli-
gioſis,& alijs perſonis pijs, & aſſiſtentibus pro ſa
lute animæ iuſtitiandi fiunt,pertinere ad fiſcū de
iure communi tenet Clar. quæſt. 99. ver. quæro
hic. Capel. Toloſ.deciſ.41. niſi aliter de conſuetu
dine ſeruetur,Cartar.de execut.ſent.capt.bannit.
c.fin.num.456. & ſeq.verum hoc procedit bonis
publicatis,at ſi non ſunt publicata, ad hæredes de
linquētis ſpectat ſoluere , vt inquit Capel. Toloſ.
d.deciſ.41. Sed ſi executio differatur , vt in caſu,
quod quis velit ab eo rationem negotiorum ge-
ſtorum reddi,poſtquam iuſtitiandus fuit in con-
fortatorio poſitus,tunc is ſubminiſtrabit expēſas,
quas ab inde facto ſuo fieri contigerit,l. commo-
da,ff.de reg.iur. At eſt ſummopere aduertendum,
quando iam iuſtitiandus eſt bene diſpoſitus, con
tritus & paratus pro amore Dei ſuſcipere ſuppli-
cium , ne propter dilationem ſupplicij ab eo ani-
mo remoueatur , & audiui quoſdam Chriſtiane
prępáratos,quibus grana vitæ facta eſt , ferè ægrè
tu iſſe:alios ſimiliter, qui iā in confortatorio ani-
mā ſuā præparauerāt per cōtritionē & cōfeſſionē,
deinde fuiſſe necatos , vel mortuos in diſcrimine
& periculo perdendi animā,itaq; ſemper ad Deū
pijs precibus recurrēdum eſt, vt anima ſalua fiat.

321 † Expenſæ vero, quę pro caualcatis & captu-
ris aut pro infirmitatibus fiunt,etiam repetuntur
ab hæredibus,ſi fiant à Curia vel à communitate,
vt per add.ad Capel. Toloſ.deciſ. 41. Ang. in au-
th.de coll.§.iubemus. Et an expenſę in proſequē-
dis bannitis fiſcus repetat , & pro illis præferatur
anterioribus creditoribus,vide l.1 C.de primipil.
vbi ratione publicæ vtilitatis videtur dicendum
quod ſic,leg.1.vbi glo.& Doct. C.de mulier.quæ
ſer. propr. inter, Peregr.de iure fiſci libr.5.nume.
193. & 194. Affli.titul.quæ ſint Reg.c.1.§.& bo-
na committentium nu.119.in vſ.feu.contrarium
tenet Gigas.tract.de crim.læſ. Maieſta. titul.de
plur.& var. quæſt. 12.cum eo Luc. de pen.in l.1.
col.7.C.vt Ruſtic.li.12.ſed ipſe teneo quod ſi bo-
na pro vtroque non ſint ſufficientia , quod fiſcus
non excludat creditores anteriores.ar. l. ad com-
parādas. C.manda.reg.qui ſenſit eundem modum,&
in dubio contra fiſcum.l. non puto, ff.de iur. fiſc.
Et quod dictum eſt de alijs expenſis , idem dici-
tur de erectione furcarum , Put. de ſynd. in ver.
maniuoltus,cap.1.dicit,quòd Iudex poteſt coge-
re perſonam vilem vel infamem pro exequendo
tali officio,Bart. Bald.& alij in l.fin.C.de execut.
rei iud.& ſalarium ei datur,Cartar.de tract.c.fin.
nu.454.cum mult.ſeq. ſed in perſonis nobilibus
pœna furcarum non eſt in vſu, niſi in crimine lę
ſæ Maieſtatis, Baiar.ad Clar.§ furtum, num. 68.
322 & 69.& quæſt.60.nu. 69. † & in erectione fur-
carum verſatur publica vtilitas,quia publica iuſti
tia reprimit malos,conſolidat bonos;Oldrad. cō
ſil. 151.incip. Thema tale eſt, quem adducit Put.
in ver.contumacia,cap. 1.num.8.& ait, quod fur
cę ſunt ſigna meri imperij,per l 1. C.vt nemi.lic.
ſig.rebus impo. & Bald.in l.1.ff.de offic.præfect.
dicit merum imperium eſſe in furca; qua de re
323 erigens † furcas ſine mero imperio incurrit cri
men læſæ Maieſt.l.3.ad leg. Iul. maieſt. Decian.
tract.crim.lib.7.tit. de var.mod. quib. hoc crim.
e.9.num.6.tom.2.per Bald.in l.data opera,col.3.
propè fin.C.qui accuſ.non poſſ. Gig. tract. crim.
læſ. Maieſt.ſub tit.qualiter & a quib.quæſt.35.&
324 Decia.in illo tit.tractat † de pęna illorum,quia
aſſumunt authoritatem publicam,quam non ha
bent,primò,ſi quis aſſerit ſe Regem;ſecundo,qui
iura regalia,vel iuriſdictionalia ſe habere perſua
det;tertio , aſſumens inſignia Principis ; quarto ,
qui ſibi Magiſtratum vel merum imperium ad-
ſcribit;quinto,qui furcas erigit , vel erigere man-
dat;ſexto, qui priuatum carcerem exercet ; ſepti-
mo;qui torturam infert,octauo qui ſtatuta con-
dit;nono qui ſeruus eſt , & tamen exercet magi-
ſtratum;decimo magiſtratus,qui poteſtatē Prin-
cipis ſibi arrogat; vndecimo , qui bellum incon-
ſulto Principe indicit;duodecimo, ductor exerci
tuum ſine iuſſu; tertio decimo, arcem contra vo-
luntatem Principis renēs; quarto decimo,qui ca
ſtrum ſub falſo verbo Principis ingreditur, ijs ſu
prædictis modis incurrunt crimen læſæ Maieſta
tis,qui prædicta faciunt, non habentes authorita
tem,& Florentiæ extant ſtatuta in libr. 3. Rubr.
79.& 80. vbi eſt pœna libr. mille toties quoties ,
& in Rubr.82. eſt pœna Banni & poteſt impune
offendi ille qui iuriſdictionem declinauerit . Hic
tamen caſum annectere volo, per quem plura in
actu practico de aſſumentibus ſibi authoritatem,
quam non habent decidi facillime poterunt ; &
quæ conferunt ijs quæ infra ſub nu.454. dicētur.
325 † Quæro igitur an Procurator fiſcalis abſque
Prætore valeat capturari facere delatos in delin-
quentes ? & hic eſt diſtinguendum an per modū
prouiſionis, aut per modum iuriſdictionis prout
ſupra in 2.p.ſub nu.5.& 6.primo caſu licet,per ea
quæ infra dicā ; ſecundo caſu de iure talis iuriſdi-
ctio nō videtur cōceſſa niſi procuratori Cæſaris,
vt tenet Azo.in ſum. C.de offi. proc. Cæſar.& te
nēt Doctores id eſſe ſpeciale in ſolo procuratore
326 Cęſaris,† qui habet iuriſdictionem magnam tā
circa res , quàm perſonas,vt not.Dd. in leg. 1. &
in leg. imperium, & in l. Magiſtratibus,ff.de iu-
riſd.om.iud,& de qualitate iuriſdictionis , tantū

capturandi plura dixi ſupra dicta par.2.circ.prin.
& ſi hoc eſt ſpeciale in procuratore Cæſaris, ar-
327 gum. eius, quod dicitur † de præſcriptione Im-
perij, quę non niſi cẽtum annis procedit, Felyn.
in c.ad audientiam, vbi etiam de Eccleſia Roma
na tantum dicitur, & per Balb.de præſcr.1.par.5.
par.ſub nu. 16. & 17.conſequens eſt dicere, quòd
circumſcripta conſuetudine non licet, neque iu-
riſdictio competit alijs procuratoribus fiſcalibus
capiendi facere: Nam, vt ait Pereg.de iur.fiſc.li.1.
328 nu.12.fiſcus † nullam habet de iure iuriſdictio-
nem, niſi expreſſè à Principe, vel à conſuetudine
conceſſa fuerit, cum ſit pars, quę iura Camerę tuetur,
atque defendit, vt dixi in hac 4.par.num. 146.Fi-
ſcum ſuccedere loco accuſatoris.

Cæterum quòad capturam per modum proui-
ſionis non eſt dubitandum, quin poſſit ex ſe ijs
329 poſſimum rationibus. † Primò, quia Iudex in
competens poteſt detineri facere delinquentem,
vt Iudici ſuo conſignet, tex.in auth. de defenſor.
ciuit. §.audiens, collat.3 Bald.in l.ſi verò, nu.6.
ſuper feud.de pac.tenen. Boer.decis.215.num.24.
Gomez.var.reſol.iii.de captura reor.nu.3. D.Fa-
rinac.de delict.de carcer.& carcerat.q.27.n.5.vbi
de communi teſtatur, quamuis Boſſ.in tit. cõſeſſ.
330 nu. 48. dicat, quòd capere faciens aliquem † per
iudicem incompetentem, amittit ius ſuum, tamẽ
nu.53.limitat id verum eſſe in debitore, ſecus in
331 reo, & aſſignat rationem, quia in dubio † rei cri
minis, vt plurimũ ſunt ſuſpecti de fuga, ſic innuit
tex.l. conſentaneum. C. quomo.& quan.Iudex,
vbi Bal.col.5.verſ.quęro, & dicit, quòd citatio nõ
ſit fienda, quando eſt ſuſpicio fugæ, & ibi Ant.de
Butr. Aſin.pract.§.7.c.11. vbi de ſuſpicione, Bart.
auth.teſtiũ. d.§.7.c.5. limit. 12. Clar. q.11.ver. 2.
332 † Hinc eſt quod Iudex laicus poteſt detineri fa
cere Clericum, vt Iudici ſuo conſignet, Bal.in l.ſi
quis in ſeruitute, ff.de furt.& per Dd. ſupra alleg.
& dixi p.1.nu.86.& 223.in 2.par.& Boſſ.in d.tit.
333 de captur.nu.38.† Nec poteſt hoc caſu obijci ex
ceptio incõpetentiæ, vt aiũt relati Doctores, & pul
chrè Caccial.tract. de debitor.ſuſpect.de fug.q.4.

334 † Secundò, quia licet executoribus capere ali
quem ad inſtantiam priuati, nec ipſi, nec priuatus
pœnam incurrunt, quia ad eorum officium ſpe-
ctat capere malefactores, d. auth.de defenſor.ciui
ta.§.audiens, & per Gomez. vbi ſupra, d.nu.3.tit.
de cap.reor.nec refert id, quod ſupra dixi in 2.par.
ſub nu.14.& alibi, quando executores non habẽt
licentiam à Iudice, quia eſt verũ, ſi poſtea in caſu
iſto nequaquam iuſtificaretur captura; & ita de
conſuetudine ſeruatur per ea quæ tradit Pur. de
ſyndic.in ver.captura, c.2.

335 † Nec priuatus requirendo executores tenere
tur, niſi id temerè petijſſet ſub velamine iuſtitiæ,
l.conſilij.de reg.iur.& per ea, quæ dicit Clar.§.fi.
q 88.& ibi Baiar. ſed quando cauſam haberet le-
gitimam, vel coloratam, poſſet excuſari: ſecundũ
Bertazol.conſ.443.447.& 461.vo.2.ergo ſi ad in
ſtantiam priuati, multò magis ad poſtulationem
procuratoris fiſcalis, pro manutentione iuſtitiæ
captura ſuſtinebitur.

336 † Tertiò, quia etiam perſona offenſa poteſt de
tinere, aut detineri facere delinquentem, dummo
dò intra viginti horas Iudici conſignet, ſicut etiã
cuilibet alteri hoc licere dicitur pro ſuo intereſſe,
in fragranti delicto, per tex.in l. interdum.la 2.§.
qui furẽ.ff.de fur. Bart.in l.verũ, ff.eo. Bal.in l. fi.
C.de exhibẽ.reis, Gomez.var. reſol.d.tit.de captu
reor.ſub n.3. Decia.de delict.to.2.li.7.tit.de var.
337 mo.c. 10.ſub nu. 11.& 12.† Hinc infertur ad de
bitorẽ ſuſpectũ de fuga, vt per Caccial.d. tract.de
debitor. ſuſpect.de fug.q.4.ſub nu. 2.& ad furem,
qui à quocunque, et ubique capi poteſt, etiã in Ec-
cleſia, Clar.q.30.ver.an fures, Couar. var.reſol.li.
2.c.20.nu.3.alios adducit D. Farinac. in titul. de
carcer.& carcera.q.28.nu.51. vbi ait de conſuetu-
dine introducta à Clericis & laicis, ſimul hoc fieri
poſſe, nimirũ ſi vtiq; pcuratori fiſcali hoc licebit.

338 † Quarto, quia nedũ à perſona offenſa delin-
quens detineri poteſt, ſed à quolibet alio de popu-
lo, dummodo de publico crimine agatur; & præ-
ſenter captum ſtatim corã iudice, ſecundum Bart.
in l.cum eo, ff.ad leg.Iul.pecul. Bal.in c.1.§.ſi quis
vero, il primo, de pac.iura fir. in vſi feud. D. Fari-
nac.d.titul.de carcer.& car.d.quæſt.27. nu. 23.&
24.cum alijs ibi per eum alleg.

339 † Quinto deducitur quòd licet captura à prin
cipio eſſet inualida, ſi ex poſt facto iuſtificetur, ca
pi faciens non tenetur, Borgn. deciſ.1.nu.49. per
Franc. Marc.deciſ.1063.p.1.& per alios, vt ibi in
1.par.quamuis alij contrarium ſentire videantur,
Ro.ſing.496.in fin.quia eius opinio procedit con
tra iudicem incompetentem, qui ut competens
ſe geſſit, & ſic per viam iuriſdictionis capi fecit, ſe
cus ſi per modum prouiſionis, vt ſupra in primo
fundamento, & vide Farinac.d.q.27 nu.151.cum
340 ibi per eum adduct. † & in tantum eſt uerum,
ut licet captus in meritis abſolueretur, nihilomi-
nus capi faciens nõ pateretur pœnam. Bertaz.cõſ.
403.num.2.uo.2.vide add.ad Clar.q.28. nu. 8. 9.
10.& 11.& recurre ad ea quæ ſupra dixi in 2. par.
per diſcurſum. Sed quæſo bone vir, ne ſub prætex-
tu iuſtitiæ vindictam ſumas quem per modũ pro
uiſionis capere ſatages. Nam ſi captura nõ erit iu-
ſtificata teneberis de carcere priuato, vt dixi in 2.
par. per l.nemo carcerem, de priuat.carcer.et infra
num.346. quinimo Farinac.de car.& carcerat.q.
27.nu.9.uſque ad nu, 16, tenet quod pœna carce-
ris priuati ſit ultimi ſupplicij: & teneberis etiam
ad damna, expenſas, & intereſſe: & ait quod eadẽ
pœna punitur Iudex qui negligit hũc condẽnari.

Et ideo non poteſt procurator fiſcalis argui, q
authoritatẽ publicam ſibi aſſumpſerit; eo intuus
341 † locũ tenẽs Clariſſimi D.Fiſcalis Florẽtiæ, qui
habet merũ, & mixtũ imperiũ, & magna dignita
te & authoritate fulget, ad inſtar eorũ, de quibus
342 loquitur Boe.de autho.magni cõſ.ſub nu.8.† cũ
locũ tenẽs eius, & ſubrogatus à Sereniſſ. Principe
dicatur ſapere naturã ſubrogati, l.ſi cũ, §. qui iniu-
riarũ, ff.ſi quis cautio. Bar.in terminis in l. 1. §. hi
343 qui, de leg.3.& † addidit Excell. D. Matth. Car-
linus Aduocatus Flor. nemini ſecũdus ita tenere
Bal.in l.1.§.a præfatis, ff.de le.3. Caſt.in l 2.in fi.ff.
de offic.ſuo; Nã D.Fiſcal. Florentiæ æquiparatur
Procuratori fiſci Cæſaris, qui (vt iã dixi) habet p'ſo-
nã, l.1.C.de fid.inſtru.& iur, haſtæ fiſc. Soc.conſ.
46.elegãter, nu.1.ver.in cõtrariũ videtur, vo.4. &
quia D. Aduocatus Fiſcalis Flor. habet cognitio
nẽ ſuper principali, vtique ſuper emergẽtibus, de-
pẽdẽtibus & annexis cognoſcere poteſt, Dec.cõſ.
44.nu.6.& ſiue ſit quæſtio, ſiue incidens, ſiue e-
344 mergens, ſimiliter † ſuũ locũ tenens cognoſcere
poteſt, vt declarat Bal.in l.1. col. 11.n.8.ff.de ord.
iudic.& tacit Soc.cõſ.46.col.2.in prin.verſ.videſ,
vbi explicat D. Fiſcalẽ habere iuriſdictionẽ, et in
ſtatu Mediolani de hac re nõ dubitatur, & Flo.cir
ca incorporationes bonorũ cõfiſcatorũ authoritas
licet tributa ſit D.Capitaneis partis; tamẽ non eſt
adẽpta D. Aduocato fiſcali, qui & ipſe incorporet.

Punctus

Digitized by Google

345 † Punctus eſt videre , an & quando Procura-
tores fiſcales habeant cauſam iuſtam capere facie-
6 di,ſaltem per modum prouiſionis? † Nam qui
temere & ſine cauſa legitima capi alium facit te-
netur actione iniuriarum , ob infamiam , quam
captura irrogat:tenet Bald.in l. ſi Clericus , C. de
Epiſc.& Cler. D.Menoch. de arb. iud. caſ. 87. &
per ea quæ ſup.dixi in 2.p.ſub nu.11. Verum eſſet
magis laborioſum quàm ſubtile cauſas omnes e-
narrare,quæ præſtant iuſtam cauſam(ſaltem colo
347 ratam)capturandi, † ſed pro nunc ſat erit regulã
ponere , quòd nedum ob facti prohibiti ſpeciem
detectam quis capturari poteſt in ijs, quæ ſapiunt
delictum ; verùm etiam ex præſumptionibus &
coniecturis, vt in ijs quæ ſunt difficilis probatio-
nis,puta in delictis nocturnis,in mandato,& fur-
tis,& in omnibus alijs delictis, quæ ab vno tantũ
committi poſſunt,& quæ clandeſtine fiunt , de
quibus omnibus ſparſim per totum hunc tracta-
tum, & poteſt cauſa capiendi ortum habere ante
delictum,vt in illis,qui mandatum dedere ad de-
linquendum, vel conſilium, aut opem circa præ-
paramenta,vel reperto facinoroſo in facto fieri;i-
tem in facto eſſe vt in fragranti , exemplum de a-
dultero,de quo in l.capite quinto, de adult. de re-
perto in rixa,vel furari , & huiuſmodi; vt in d. 2.
par. Item poſt factum delictum,vt de illo,qui gla
dio ſanguinolento fugiens captus eſt, vel cum re-
348 bus furtiuis repertus,& huiuſmodi; † quoniam
ex coniecturis,& præſumptionibus poſſunt delin
quentes,vel pro delinquentibus habiti capi , vt in
d.2.par.à num.7.cum plur.ſeq. & in 3. par. à nu.
78.vſque ad num.116.& de conſuetudine,ex qua
libet cauſa deuenitur ad capturam, Bald.in l. & ſi
certus,ad Syllan. Ang. in l.iiij.§.quæſtionis,ff.de
iniur.Sal.in l.nullus,C.de exhib.reis, Vulpel.cõſ.
74.vo.1.& eſt iudici arbitrariũ, Alc.in l. circa,de
verb. ſig. Marſ. ſing.93. Baiar. ad Clar. q.38.
Verum quia circa præſumptionem falſitatis
ſcripturarum nihil vel parum dixi; nunc opportu
349 ne in materia capturæ † hæc in medium afferre
350 duxi.† Certum eſt quòd in materia ſcripturarũ
ſuſpicio falſi habetur pro falſitate; eſt materia l. ſi,
C.de edict.diu. Adr.tollen. vt Bar.Bald. Zuchard.
& alij , quos adducit Maſcard. de probat. concl.
739.n.5.& 6.to.1. Ancha.cõſ.173.n.9.Viui.deciſ.
81.li.1.& ſuſpicio falſitatis cauſam præbet capturã
di, Vrſil.ad Afflict.deciſ.165.nu.4. Dec.conſ.174.
351 † quia ſuſpicio eſt opinio mali ex leuibus indicijs
procedens,ſecũdum Diuum Tho. 2.2.q.60.art.3.
352 † Suſpiciones vero falſitatis plures ſunt , quæ
ex ſcriptura ſumi poſſunt;prima eſt, quando ſcri-
ptura eſt apparenter mutata , addita vel diminu-
ta, Viui.deciſ.81.num.6.lib.1.& tex. & Dd. in d.
l.ſi .C.de edict. Diui Adr.tollen. Nam ſicut olim,
qui ſyllabã mutabat,cadebat à tota cauſa , vt not.
353 in l.1. C.de formul.& imper.act.† ita hodie,qui
alterat originale alicuius ſcripturæ publicę, ſiue
illius exemplum,amittit cauſam, & pęnam mere
tur,text.cũ l.in fraudem,§.quoties,ff.de iur.fiſc.&
ibi Dd. qui tenent hoc fauore & priuilegio fiſci
procedere,vt etiam declarat gloſ.in d.l.1.C. de
formul. Peregr.de iur .fiſc.li.7.tit.3.n. 39. & quot
modis inſtrumentum ſeu ſcriptura ſit ſuſpecta de
falſo,vide Bald.conſ 402.vol.5.Crauet.conſ.134.
num.34. Ferrãt. Garſia.conſ. 126.nu.11. pulchre
Mandell.conſ.99. Bertazol.conſ.91.nume.35.&
Add.ad Clar.in §.falſum,nu.113.cum ſeq. Caute
la mihi videretur eſſe vt in dubio potius res co-
gnoſcatur à iudice coram quo lis ciuiliter agitur,
quam curare,vt abdicatur vis reſcripti, aut aliter à
iudice criminali,quoniam in criminalibus ſuſpi-
cio falſi nõ habetur pro falſitate , ſecus in iudicio
354 ciuili,per ea quæ dixi ſup.nu.304.& 349. † Secũ
da coniectura ſeu ſuſpicio eſt falſitatis , quando
ſcriptura eſt interlineata,quia eſt prohibita inter-
lineatura in ſcripturis. Pap.in for. libel.quo peti-
tur hære.ex teſta gl.non abolitum , refert etiã D.
Menoc.de adipiſc.poſſeſſ.remed.4.nu. 708. & ra
355 tio eſt , † quia poſt factum non admittitur ſup-
pletio,niſi authoritate iudicis.tex.eſt in c.cum P.
356 tabellio.de fid.inſtru. † quia ſupplere eſt de no-
uo facere,& non declarare,vt inquit Gozad. cõſ.
41.nu. 17.quæ ſuppletio fit inter vtramque lineã,
357 † & appellatur interlineatura , de qua ſupra, &
non dicitur interlineatura quando quis ſuper ver
bis in vno verſiculo ſcriptis,calamo in extenſum
358 lineã facit,quia hoc modo dicitur proprie † caſ-
ſatio vt ſtatim dicam;fit etiam ſuppletio in mar-
gine,quæ pariter prohibetur. Anch.cõſ.431. & in
conſ.173.n.8.& Maſc.d.cõcl.748.n.40.facit Grã
mar.conſ.cit.24. & appellatur apoſtilla,vt infra.
359 † Tertia ſuſpicio oritur,quando ſcriptura ha-
bet aliquã declarationẽ , ſeu additionẽ diuerſo a-
tramento factã;Menoc.de arb.caſ.187.nu.35. Ce
phal.conſ.287.nu.27.li.2.& Brun.conſ.95.nu.4.
360 † Idẽ quãdo literæ nouę ſuper antiqua ſcriptu-
ra repetiũtur per apoſtillã,vel interlineaturã; An-
ch.d.cõſ.431.et p tex.in c.inter dilectos, de fid.in
361 ſtr. Menoc. vbi ſupra nu.37. & 39.† vbi elicitur
quarta ſuſpicio p apoſtillã diuerſa manu ſcriptã, p
Doctores quos ipſe allegat. Idẽ ex diuerſitate char
tæ, Maſcar.d.concl.740.nu.19.20.& 21. Hinc eſt
q bulletini de quota hæreditatis vniuſcuiuſque hære
dũ ſcripti,in quibus portiones factę aſſerebantur,
nõ caret ſuſpicione falſitatis,ſecũdũ ea, quę tradit
Abb.in conſ.10.nu.2.ver.non obſtat,& Plot. de
in lit.iuran.§.44.nu.4. Franc. Marc.deciſ.743.p 1.
quia in tã modica ſcriptura manus diuerſorũ ar-
guit fraudẽ,per ſupradicta , quæ fraus ex aſſertio-
ne elicitur eorũ,qui ſe fundãt ſuper bulletinis, vir
tute declarationis in eis factæ diuerſa manu,& a-
tramento , affirmantes quòd pars aduerſa habuit
ſuũ bulletinũ,quẽ ex ſe accepit, & de portione il-
la in dicto bulletino ſe acquieuit , vt aduerſantes
362 in ſuis poſitionibus deduxerunt,† & certum eſt
quòd ponẽs id q poni affirmare dicitur , & ideo
ſi aliquid cõtra ponẽtẽ contineat,poſitio illi noce
re poteſt,l.cũ precũ,C.de liber. cau.trad. Alex.in
cõſ.71.col.1.num.4.vo.3.& ita dicit Aſin. in ſua
363 pract.§.19.c.24.nu. 4.† quæ poſitio ſi eſt falſa ,
ponẽs de falſo tenetur , ſi veritas in facto ex teſti-
busmet ponẽtis eſt in contrariũ, & ineſt dolus;et
quia nocet poſitio iuncta cũ bulletinis virtute di-
364 ctę additionis manu,& atramẽto diuerſis,† qui
bus cõcurrẽtibus locus eſt pœnæ falſitatis; Hoſt.
in ſum,de falſ.& per text.in l.quid ſit falſum , de
falſ.dixi in pract.de teſt.p.3.nu. 68.& par. 4. ſub
num.79.vbi falſitatẽ per mendacium cõcludi, er
go puniendi, Maſcard.cum alijs per eum alleg.cõ
cluſ.738.nu. 12.& ideo licet bulletini nõ ſint fal-
ſi,quia adiuuantur primordio veritatis,l.cũ filius,
§.hæres meus,ff.de legat.2.& dixi in d.pract.p. 3.
nu.69.& 70.& Clar.§.falſum,verſ.pręterea,tamẽ
propter illam adiectionem declarantem intentio
nem ponentis debet ſequi pœna falſi, cum per te
ſtes conſtet partem non accepiſſe ſuum bulleti-
num imo per reos met in eorum conſtitutis ,
365 † & per teſtes ſcriptura priuata vitiatur ſi ei ad-
uerſantur, Felyn.in ca.cum Ioannes,nu.50. verſ.

Digitized by Google

ſecundo intellige, de fid. inſtrum. Boſſ. in titul. de
falſ. numero octauo, & vigeſimo ſexto verſic. ſed
in alia ſcriptura priuata; nec iuuat dicere quòd a-
liud ſit arguere bulletinos, aut inſtrumentum
nullum carens debitis requiſitis, aliud arguere de
falſitate; quia hic agitur de illa ſubſcriptione
& declaratione facta; & exhibita in actis per
quam datur fides bulletinis nulliter factis, &
damnum magnum affertur parti, & paria ſunt
producere falſum teſtem, vel falſum articulum;
Boſſ. dict. titul. de falſ. numero 154. in fin. Viui.
qui de communi teſtatur deciſ. ſeptuageſima pri-
366 ma; numero ſexto libro primo † & agitur de il-
la poſitione facta ab aduerſarijs, quæ non eſt ve-
ra; qua de re ſcriptum eſt, pauperis ne miſe-
reberis in iudicio, ne diuini fiat iniuſtitia.
367 † Quinta autem falſitatis ſuſpicio eſt, ſi e-
xemplum habet relationem ad imbreuiaturam,
quæ non reperitur. §. fin. in authent. de tabellio.
Idem ſi ſcriptura citat alteram, vel vna epiſtola
ſeu litera habet relationem ad alteram, Dd. in
authent. ſi quis in aliquo, C. de eden. & ſi non
falſa, tamen erronea reputatur in dubio, niſi
contrarium doceatur; Maſcard. dict. concluſ.
740 numero trigeſimo tertio, & trigeſimo quar-
to, quod facit pro mercatoribus & bancherijs;
368 ſed hoc non facit ad rem noſtram. † Sexta
ſuſpicio eſt cancellatio ſeu raſura; nam præſumi-
tur ex vitio viſibili continere falſitatem, DD.
in dict. leg. final. Codic. de edict. Diui Adr. tol-
len. ibi nec abolitum, nec cancellatum. Prac.
Pap. in for. libell. quo petitur hæred. ex teſtam.
369 gloſ. non abolitum. † Septima ſuſpicio oritur
ex inciſione ſcripturæ. Crauet. conſilio vigeſimo
octauo, numero octauo, & Menoch. dict. caſ.
187. numero quadrageſimo octauo vbi in proto-
370 collis id euenire ſ. ler. † Octaua ſuſpicio colli-
gitur, quando id quod eſt adiectum (quamuis non
noceat) tamen reddit iudicem ancipitem, & opus
habet ab alio quærere vnde, & qua de cauſa talis
apoſtilla ſeu additio facta ſit, quia dicitur habere
notoriam qualitatem ſuſpectam prima facie. Bar.
in l. 2. ff. ſi quis iuſ. Aret. in c. ad decimas, de reſti-
tut. ſpol. & Tiraq. de pœn. temp. aut remit. nume.
61. licet non vitiet, imo declaret, tamen negari nõ
poteſt, quin ante ipſam declarationem per ſolam
inſpectionem talis additionis iudex nõ habeat vr-
gentem cauſam ſuſpicandi, cum tractetur de re,
quæ poteſt afferre præiudicium fiſco, vel patri fal-
371 tem dubitãter, † fatis eſt quòd ſcriptura ſuſpicio-
nem primo aſpectu pariat, Ancar. d. conſ. 173. nu.
5. & conſ. 431. ad quam quilibet vir prudens mo-
ueri poteſt, Bertazol. dict. conſ. 543. per tot. vo. 2.
372 † Et etiam quia addere eſt res de ſe prohibita, vt
ſupra num. 352. & ideo eſt punibilis ſaltem extra-
ordinarie, D. Menoch. de arb. caſ. 306. num. 26. &
in tract. adipiſc. remed. 4. num. 490. vbi reprehen-
dit Zuchar. & pulchrè Bertazol. d. conſ. 543. vo. 2.
373 † qui dicunt pœnam extraordinariam procedere,
quamuis actus non ſit nocibilis; ex quo qui facit
quod ad ſuum officium non pertinet, culpa carere
non dicitur, l. qui nõ facit, de reg. iur. vbi Cagnolus
dicit, quod iſte contrauenire dicitur,
374 † Sed in hoc caſu non tenetur pœna falſi, quia
non concurrunt illa tria eſſentialia; nempe muta-
tio veritatis, dolus, & quod alteri noceat, de qui-
bus per Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 13.
Afflict. deciſ. vlt. num. 8. Grammat. vot. 36. num.
4. & dixi paulo ante, at non excuſatur à tali quali
pœna extraordinaria, & leui arbitrio iudicis; iux-
ta l. reſpiciendum, ff. de pœn. Menoch. d. caſ. 306.
num. 26. etiamſi ſit ſuper pecuniarijs, nec alij no-
ceat, nec ſibi talis additio ſuper ſcriptura publica
proſit Surd. conſil. 355. numer. 52. idem in con-
375 ſil. 173. numero vndecimo, par. prima vbi † e-
tiam dicit, pœnam hanc extraordinariam non
irrogare infamiam; & non ſumus verè in fal-
ſitate, ſed in errore & facto fieri prohibito. &
eo magis non euitatur pœna, ſi ſciens feciſſe actũ
prohibitum non abſtinuit ab vſu dictæ ſcripturæ;
vt inquit Bald. in ſua pract. in tit. quæſtiones cir-
ca ſententiam, q. 10. ſub nume. 6. At pro contraria
parte videntur facere Guid. Pap. deciſ. 326. Capel.
Toloſ. deciſ. 6. Grammat. deciſ. 6. quæ tamen hæc
ſupradicta non tollunt, ſi bene ponderentur. Non
abſimilis ab aſſumẽte ſibi authoritatem publicã,
de qua ſupra nume. 324. eſt culpa illorum officia-
lium qui res, vel pecuniam publicam in propriũ
vſum conuertunt, de quorum pœna vltra alios tra-
ctat Caualcan deciſ. crim. 37. part. 5. vel eam mu-
tuo recipiunt ſine ſuperioris licentia. Nam ſi eſt
alia pecunia quam aurum, pœna eſt quadrupli, vt
in leg. j. & ibi Odofred. & Luc. de Pen. C. de exac.
tribut. libr. 10. at ſi eſt aurum tamquam res pre-
cioſior pœna eſt capitalis, vt in leg. 2. & ibi Doc.
ſupradicti. C. eo. vbi aiunt quod qui non intrat per
oſtium dicitur fur & latro: & Dec. in conſi. 6. ad
hoc propoſitum multa iura adducit, & in fine po-
nit tres caſus. Primus de eo qui recipit pecuniam
pro Domino vel Republica, quam ſtatim reſtitue-
re tenetur, & is ſtatim in mora conſtituitur. Secũ-
dus caſus eſt de eo qui accepit pecuniam conuer-
tendam puta in emptionem, vel exponendam in
rebus occurrẽtibus pro neceſſitate Reipub. & pa-
riter ſi pro ſe vtitur ſtatim incidit in pœnam tan-
quam contrectans rem alienam inuito Domino.
Tertius eſt caſus de illo qui exigit pro Rep. &
penes ſe cuſtodire tenetur vſque ad certum tem-
pus, iſtud quod ſi pro ſe vtitur illa pecunia vel mu-
tuat non tenetur: at ſi adueniente tempore non
eſt paratus reſtituere tenetur vt ſupra in alijs præ-
cedentibus caſibus. Addo quartum caſum ſi Men-
ſæ numularius pecuniæ principis quæ ſolet mutuo
dari ſub certis ordinibus, & cum licentia ſuperio-
ris, ſi Menſarius ſine ordine & licentia mutuo dat
tenetur pœna extraordinaria, ex quo is caſus non
inuenitur de iure deciſus, nec cadit ſub titul. de
exactor. & trib. libr. 10. nec ſub titul. de iis qui ex
public. ratio. eo. libr. Nec ſub titul. Ad leg. Iul. pe-
culat licet videtur ibi cadere. at nullum ſimile nõ
eſt idem. leg. quod Nerua. ff. depoſ. §. ſed inter
eas, inſtitu. de nupt. quamuis dixerim quod in ca-
ſibus non determinatis procedendum ſit de ſimi-
libus ad ſimilia, per leg. non poſſunt. ff. de leg. &
quod de ſimilibus idem ſit iudicium. leg. final.
vbi Salycet. Codic. de conſtitu. pecu. tamen eſt
verum quo ad procedendum, ſecus quo ad con-
demnandum per ea quæ dixi numero tertio, in
hac quarta par. vel quando ſimile in ſubſtantia
reperitur conformiter punitum a iure vt in hoc
propoſ. dixi ſupra numero 104. & forte excuſa-
retur ſi pecunia mutuata fuiſſet antequam dete-
geretur, repoſita eſt & reſtituta ſecundum ea quæ
dixi in ſecunda par. ſub numero 217. & ob aliam
rationem de qua in leg. prima ad leg. iul. pecul.
ibi niſi cui vtrique licebit. quam rationem ad-
ducit Menoch. de arbit. Caſ. 586. numero vigeſi-
mo ſecundo quam recollegit a Decian. eius com-
patre libro octauo, capitulo trigeſimo ſecundo,
numero tertio, & numero quarto, vbi dicit
excu-

Google

excuſari, à pęna criminali, ſed teneri ciuili-
ter pęna ſcilicet pecuniaria, & non peculatus,
allegans Cępol. conſil. 29. quod eſt conſil. 39.
num. 35. loquitur de pecunia vrbis Romæ, &
ob cautionem præſtitam quando pecunia manet
tiſico, & periculo officialis, vbi in fortioribus
terminis loquitur quando pecunia eſt ſubrepta,
non autem bona fide commodata, vel mutua-
ta, vt in caſu noſtro: ad quod facit Menoch. d.
Caſ. 586. num. 18. & ſeq. Centu. 6. vbi omni-
no vi. Nam ibi tradit quinque caſus diuerſos; pri-
mus de ſurripiente pecuniam ſacram. Secundus
de ſurripiente pecuniam publicam. Tertius de
exactore, qui exactam pecuniam Fiſcalem non-
dum in arca Principis repoſitam mutuat. Quar-
tus de Theſaurario, qui ſine licẽtia mutuat. Quin
tus de illo, qui non eſt officialis, & publicam
pecuniam ſurripit, & ijs omnibus caſibus dicit
excuſandum a pœna peculatus eſſe: primo, quan-
do qui dat, vel recipit dolo caret: ſecundo, quan-
do eſt permiſſum ſcilicet mutuare pecuniam pu-
blicam, & ita credo eſſe intelligendum: tertio,
quando pecunia ſtat periculo eius, qui mutuauit:
quarto, ſi quis exigit pecuniam, quæ ſibi, & fiſco
debetur. vi. in hoc propoſ. in fin. huius 4. par.
quinto in eo qui Reip. cauſa eundi Romam ac-
cepit pecuniam, & non iuit: ſexto, quando qui
cum pecunia publica emit pro publico, & reſi-
duo vſus eſt, vide Peregrin. de iur. fiſc. lib. 4.
tit. 3.

376 † Orta eſt ſæpè contentio inter carceratorem,
cuſtodem & beruarios ac maniuoltum, cuius eſ-
ſe debeant veſtimenta iuſtitiati, qui diuidere no-
lunt; de qua re tractant Doctores in l. Diuus, de
bon. damnato. vbi Bartolus concludit, quòd ve-
ſtes debent vendi, & pretium conuerti in perſe-
quendo malefactores, vt refert Clar. quæſt. 100.
verſic. quæro etiam, & Cartar. de execut. ſent.
capt. bann. c. fi. num. 462. qui tamen dicit, quòd
veſtimenta ſunt carnificis, ſeu maniuolti; idem
in regno ſeruari, & in ſtatu Eccleſiæ recenſet Io.
Anto. Niger ſuper conſtitut. cap. grauamina, nu-
me. 110. ſed Catal. de ſyndic. quæſt. 205. dicit,
quòd talia veſtimenta ſunt officialis iudicantis,
qui circa pœnam poteſt vendere, & pecunias
conuertere in neceſſitatem ſui officij, & Put.
eod. tract. in verb. expenſæ, cap. 2. num. 2. refert
opinionem Bartoli, & cum ea videtur tranſire,
& ſatellites adducunt exemplum militum, qui
milites non fuerunt Hebræi, ſed gentiles, ex co-
horte Pilati prætoris Romani, qui diuiſerunt
veſtimenta. Verum omnes concludunt ſeruan-
dam eſſe conſuetudinem, ſed circumſcripta con-
ſuetudine dicta veſtimenta, quæ fert damnatus,
dum ad ſupplicium ducitur, ſiue vilia, ſiue non,
ſunt ſpiculatoris, ſicut pellis lanea; at cuſtos carce
rum retinet lectulum, & ſtragulum, & quicquid
boni damnatus in carcere habet, antequam in
confortatorium ducatur, & beruarij, dum illum
in confortatorium ducunt, contineri nequeunt,
quin quicquid carpere poſſunt, carpant; carnifex
verò reſiduum recolligit, & non remanet diſpu-
tatio inter eos, ſed duntaxat inter ſpiculatorem,
& illos ad quos ſpectat ſepelire iuſtitiatos.

377 † Circa hanc ſepulturam tandem pauca dice-
re, & memorare volo id, quod Cartar. d. c. fin. nu.
426. aduertit, ne in totum iſti iuſtitiati denuden-
tur, ne pudenda videantur, inhumanitatis, ac vi-
tuperij ſignum; Nam vt recenſet Ammianus
Marcellinus lib. 28. hiſtor. fuit viuus exuſtus car-
nifex, qui ſuper nudo ſpoliauerat duas mulieres
de adulterio damnatas. Modò cadauera dam-
natorum cum licentia iudicis ſepeliri debent in
loco ſacro, poſtquam per ſex horas ſaltem in lo-
co iuſtitiæ permanſerint, c. quæſitum 13. q. 2.
Gomeſ. de delict. c. 14. num. 8. eſt tit. de cadauer.
punitorum, vbi l. finalis dicit, quòd ea corpora
tantum ſepelienda ſunt, quæ ſignum pœnitentiæ
in morte oſtenderunt, & oſſa, & cineres eorum,
qui combuſti fuerunt pariter ſepelienda; conce-
dendaque dicta cadauera cognatis petentibus, vt
dicit tex. in l. 1. ff. de cadauer. punito. ſed ſi propter
aſſaſſinia, & famoſa latrocinia aliqui iuſtitiati
ſint, eorum cadauera in fruſta ſcinduntur, ap-
pendenda ad loca delictorum, vel quandoque
Medicis traduntur pro anatomia, præſertim vbi
publica Vniuerſitatis ſtudia vigent; & tunc ven-
ter, & alia viſcera ſepeliri debent, ſi ſignum pœ-
378 nitentiæ oſtenderunt, per ſupradicta: † quam-
uis in dubio pium ſit credere pœnituiſſe. Quo ve-
rò ad locum vbi ſepeliendi ſunt iuſtitiati ſtatur
conſuetudini, & Mantuæ eſt ſepultura in Eccle-
ſia propè carceres, in qua diebus feſtiuis celebra-
tur Miſſa, & ſepeliuntur damnati ſeu condemna-
ti, ſed quandoque mos geritur ſuis petentibus ſe-
peliri in proprijs Eccleſijs Parrochialibus, de iu-
re autem communi ſeruatur id, quod dicit l. 1. ff.
379 de cadauer. punitor. † Poſtquam capitaliter pu-
niti ſepulti ſunt, ſuffragia pro eorum animabus
pręſtare ſpectat ad ſuos affines, & amicos, Iob. 19.
ac iudices pij curare debent, vt in Eccleſia carce-
ratorum, vbi corpora ſepulta ſunt, diuina officia
pro animabus defunctorum ſaltem ſemel in an-
no celebrentur, quia ſancta eſt ac ſalubris cogita-
tio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur,
vt legitur 2. Machab. c. 12. ſi ergo ſancta eſt cogi-
tatio, quid non erit actio? Nota hic vnum quod
cadauera debitorum ad inſtantiam creditorum
non debeat inſepulta remanere, loco pignoris
donec ſoluatur debitum, l. cum ſit iuſtum, C. de
ſepulcr. violat. l. ſunt perſonæ, de Relig. & ſumpt.
fu. quoniam actiones perſonales extinguuntur
morte debitoris, §. Deinceps, in auth. de nupt. Fe
lyn. in c. ſicut Iudæi, col. 1. de Iud. pulchre Couar-
ru. var. reſol. lib. 2. c. 1. nu. 10. vbi multa in hoc pro
poſito, & Aſin. de execut. §. 1. c. 71. nu. 3. Rot. Ro.
in nouiſſ. Deciſ. 154. vbi in publicis viurar. aliter
dicendum, in alijs forte concederetur ſi credito-
res vellent in domo propriæ habitationis retine-
re cadauer ſui debitoris ob approbationem.

Reconuenire debet Iudex in ſyndicatu falſos,
& calumnioſos querelatores, vt proteſtatum eſt
A in libello præuentorio, & nedum quoad euen-
dam damni, verum etiam criminaliter; Nam
reconuẽtio ita in criminalibus, ſicut in ciuilibus
fieri permittitur: de cuius materia vide Abb. in
c. 1. col. 9. de mut. pet. vbi Maria. diffusè, & Fe-
lyn. in c. dilecti, nu. 9. de except. & ibi addit. lit. b.
& c. & poteſt in eadem ſententia reconuentus
condemnari, Clar. q. 6. verſ. ſed quæro nunquid,
Bart. in l. 1. §. is qui reus, vbi gloſſ. in verb. accuſa-
re, ff. de publ. iud. Salyc. in l. compenſationes, &
Iaſ. in l. cum proponas, C. de pac. & omninò Ma-
rant. de ord. iud. qui in quatuor membra reſoluit
hanc concluſionem numero 47. cum ſeq. diſtin-
ction. 6.

B Ex quibus colligitur, quòd accuſatus criminali
ter poteſt accuſatum reaccuſare criminaliter, ſiue
ante, ſiue poſtquam nomen rei receptum eſt inter
reos, dummodò ſuam, vel ſuorũ iniuriá proſequi-

tur, at Clar. in d. §. fin. q. 14. ver. tertius eſt caſus, aliter diſtinguit; aut nomen ipſius accuſati nondum eſt receptum inter reos, & tunc poteſt accuſare de maiori crimine, nedum ſi ſuam, aut ſuorum iniuriam proſequitur, ſed etiam ſi alienam proſequitur. De pari autem, ſeu minori crimine neminem accuſare poteſt, niſi ſuam, aut ſuorum iniuriā perſequatur; Bal. in l. 1. poſt nu. 21. C. qui accuſ. nō poſſ. & per totā Italiam ſeruari teſtatur Gandinus nu. 40. tit. qui accuſ. vb. aliter diſtinguit.

C · Aut accuſatus opponit accuſatori crimen in modum excipiendi, aut in modū accuſationis: primo caſu lite conteſtata non poteſt, ſed ante ſic: in ſecūdo caſu ſi lis non eſt adhuc conteſtata, & tūc de maiori crimine poteſt, ſi ante ſententiam, ſed poſt litē conteſtatam, aut accuſatus ſuam, vel ſuorum perſequitur iniuriam, aut alienam; primo caſu auditur, ſecundo nullo modo; ſi vero poſt ſententiam, tunc aut ſententia ſuit abſolutoria, & admittitur: ſi vero condemnatoria tunc ſecundum diſtinctionem, ſe quo ſupra admittitur: ad prædicta vide Dec. tract. crim. to. 1. li. 3. c. 24. vbi latiſſime. At de eodem crimine accuſator a tertia perſona indubitāter poterit pēdente iudicio accuſari, dummodo ſit delictū publicum, ſicut accuſatus pendente iudicio poterit ab alio de eodem delicto accuſari, Dec. vbi ſup. c. 31.

· Et quoniam dixi, dolum cum dolo compenſari debere, ex hac regula collige quatuor illationes non deuias a materia reconuentionis.

D · Prima, quod bannitus in perſona offendi poſſit, vel offendens bannitum præmium conſequatur, numquid ſi bannitus bannitum offendat, erit tutus beneficio ſtatuti? Dic quod non. de primo Bart. in l. cum mulier, ff. ſolut. mat. ſequitur Bal. ibi, col. 4. nu. 4. ver. ſtatuto cauetur, Iaſ. in l. in arenam, C. de inoff. teſt. & communiter Doctores Cano. in c. dilecti. de excep. & alij quos adducit Aſin. in ſua practic. §. 16. c. 13. & ante, cap. 12. ſub num. 1. teſtatur opinionem Bartoli eſſe magis com. receptā; Quo vero ad ſecundum, præmium non conſequitur, dixi in 1. par.

E · Secundo infertur, quod ſi ſtatutum dicit, bannitum, ſiue agendo, ſiue excipiendo audiendum non eſſe, ſi bannitus eſt actor, et pariter bannitus ſit reus ambo ſunt repellendi etiam ex officio, Bar. in d. l. cum mulier, ff. ſolu. matr. cuius opinionem magis communem ſequuntur Ang. Aret. Caſt. Alexan. & alij quos adducit Aſin. d. §. 16. & 14. tam iuris canonici, quam ciuilis, vt ſupra adductis in prima illatione.

F · Tertio infertur, quod infamis, cui obijcitur crimen contra æque infamem (vt ſupra de reconuentione) replicare poteſt, quando inter ipſos criminoſos agitur; Bar. in d. l. cum mulier, ſolut. mat. paria enim delicta mutua compenſatione tolluntur, in l. viro, atque vxori, in fi. ſol. mat. ſecus ſi criminoſus contra criminoſum teſtimonium diceret, Bar. in l. in arenā, C. de inof. teſta. & declarat Alb. trac. de teſt. in 3. p. c. 3. ver. qa admittitur in teſtē, Farin. de opp. contr. teſt. q. 56. nu. 159. quando teſtes repelluntur ratione criminis, vel infamiæ, nume. 12. & in prop. vide quæ dixi in pract. de teſt. in 4. part. nu. 84. & 85. & Aſin. d. §. 16. c. 16.

G Quarto, infertur in materia gabellarum, & Florentiæ quotidie euenit in materia dirittturæ, & contradirittturæ ſoluendæ a litigantibus in prima ſcriptura reſpectiue, vt lex iubet, quæ ſi ſolutæ nō ſint hinc inde, actus ſit nullus: Igitur dic; ſtatuto cauetur, quod de quolibet contractu ſoluatur gabella, alioquin contractus ſit nullus, pone quod a neutro horum contrahentium pro ſui parte gabella non fuerit ſoluta, & in iudicio agatur rei vendicatione; ſi reus excipiat de gabella non ſoluta, actor replicet idem aduerſus reum, an ambo ſint repellendi? & dicitur, quod nemo eſt audiendus, Bart. in d. l. cum mulier. ff. ſolut. mat. Can. in c. cum dilecti, extra de except. & Bar. vbi ſup. diſtinguendo ait, aut vnus tractat de lucro, alter de damno, ille qui de lucro, non eſt audiendus, aut vterque eſt in eadem conditione, & neuter auditur; quam diſtinctionem communiter ſequuntur Doctores in d. l. cum mulier, licet Deci. in materia emptionis, & venditionis quædam diſtinguat, in d. c. cum dilecti, extra de except. & ipſe obtinui Florētiæ in materia dirittturæ, & contradirittturæ coram Dominis tribus Rotæ, die 13. Maij, 1602. pro Andreola de Luſignano, vt ſunt motiua lib. 8. car. 133. & 135. ad laudem Dei.

H Iniuriarum actione poteſt conueniri accuſator qui falſam querelam porrexit, ſi ſcilicet nihil probauit, & accuſatus probauit accuſatorem falſam querelam inſtituiſſe: nam ſi accuſator nihil probauit, nec accuſator contrarium probauit, tunc procedit regula, de qua in l. qui accuſare, C. de eden. & ſupra in verb. accuſatore non probante, reus abſoluitur, & accuſator in expenſis, tanquam calumniator, condemnatur, Meno. de arb. caſ. 321. & ſup. in verb. calumniator, & ita eſt intelligendus Boſſ. de accuſ. num. 14 & 27. At ſi accuſans non probauit quidquam, & accuſatus contrarium probauit, tūc vltra condemnationem expenſarum, debet quoque condemnari pœna falſi, de qua materia vide Farinac. de delict. & pœn. q. 16. cum ibi per eū adduct. vbi latiſſime, Sed ad hoc vt prædicta locum habeant accuſatus in eodem iudicio debet eum reconuenire actione iniuriarum, vel poſt abſolutoriam, Alex. conſil. 14. num. 4. vo. 1. Soc. conſ. 118. num. 12. vo. 1. Menoch. de arb. iud. caſ. 321. num. 43. Boſſ. d. tit. de accuſat. nu. 19 ad fi. ſed quod accuſator non poſſit pœna falſi condemnari ſentit Bajar. ad Cla. d. q. 62. verſ. ſed qui ſi, nu. 32. vbi allegat Bal. in l. quicunque, in fi. C. de ſer. fug. & Ang. in verb. & ad querelam, & Boſſ. d. tit. de accuſ. nu. 17. & ideo remedium erit agere actione iniuriarum. Tandem no. quod iudex laicus ratione recōuentionis habet iuriſdictionem in eccleſiaſticos, vt dixi ſup. nu. 272.

De extenſione, & reſtrictione.

380† QVoniam iudices hodie & poteſtates terrarum nullam habent aliam iuriſdictionē, niſi quatenus a ſtatutis eis tributa eſt, vt inquit Socin. conſil. 275. in cauſa fratrum, col. antep. in ver. nam poteſtates ciuitatum. vo. 1. quorum poteruatiam iurare in prin. ſui officij ſolent. Authen. vt iud. ſine quo. ſuffr. ad fi. & in auth. de defen. §. interim, & per alia iura quæ adducit Put. de ſyndic. in verb. iuramentum, c. 1. & cum tota vis conſiſtat in ampliatione, & limitatione legis, & ſtatutorū, l. non ſolum, §. qui primipilum, de excu. tuto. ideo de extenſione hic diſſerere putaui, vt iudices notam periurij ob inobſeruantiam ſtatutorum non incurrant. At quid ſit extenſio, quid reſtrictio breuiter, & reſolutiue more practico ex infraſcriptis clare apparebit; & dicemus ſtatuta, quam reſtrictionem, & extēſionem recipiant, ac quando neceſſe

Digitized by Google

ceſſe ſit ſcire propter pœnas imponendas, augen-
das vel diminuendas, ſed primo de extenſione
dicamus.
381 † Statutorum pœnalium materia extenſionis
eſt vaga, ſed difficilis; ampla, ſed inextricabilis;
& periculoſa, quæ potius in actu practico declara-
tur à facto ſecuto, & à caſu deciſo, quàm à prolixo
382 examine interpretum legiſtarum; † mirum ſi
omnium aliarum interpretationum melior ac tu-
tior ſit illa interpretatio ſtatutorum, quæ à pra-
ctica & obſeruantia recipitur, Caualc. deciſ. 6. nu.
17. par. 1. ſimili modo de extenſione dicimus:
383 † quia interpretatio & extenſio à pari procedũt,
vt ſentiunt Doctores in l. omnes popul. ff. de iu-
ſtit. & iur. & legalis dialecticus Euerar. in ſua
cent. in loc. 34. à ratio. leg. larg. ampl. et general. ad
extenſio. ipſius leg. circ. princ. De hac tamen ma-
384 teria practici parũ † admodum tractauerunt vel
nihil dixerunt, vt eſt videre apud magnum practi
cum Criminaliſtarum Marſ. in §. aggredior, in
ſua pract. Foller. Blanc. & alios, & apud Nouos,
Boſſ. Clar. Iodoc. Bonacoſſ. & ſimiles, qui Bonacoſſ.
385 ſuper ſtatu. in verb. extenſio, tandẽ dicit, † quòd
adhuc lis eſt ſub iudice an in pœnalibus fiat extẽ
ſio. & Claud. ad Bertaz. in conſ. 164. 2. vo. lit. c. in
fi. ait, rẽ hãc extẽſionis amplã eſſe, & multis tene-
bris inuolutã, abſit (ait ille) vt velim hos tractatus
extẽſionis in hunc librũ côuehere: & Ioan. Bapt. à
Sancto Seuer. in repet. d. l. omnes populi, dixit, pe-
riculoſum eſſe in materia extenſionis aliquid fir-
mare, & ipſe (vt ingenue fatear) hanc materiam di
co eſſe magis difficilem, quàm eſt materia ſubſti-
tutionum; & quòd quis poſſet facillime in termi-
nis errare, aut terminos confundere, vel ſaltem in
longo diſcurſu ſibi contrariari, et quamuis ſit tam
vaga materia practicabilis, & quotidiana, nihilo-
minus D. Decian. in ſuis tract. de delict. & D. Fa-
rinac. tam famoſi Criminaliſtæ ſicco pede per-
tranſierunt, cum ſint viri practici hac noſtra tem-
peſtate nemini ſecundi, & miror quòd de hac re
nos alios minimè docuerint.
386 † Verum ad antiquos conuertendo, non me
latet Salyc. in l. 2. C. de noxal. act. eleganter de ex-
tenſione & reſtrictione ſcripſiſſe, Crauet. de an-
tiq. temp. luculenter dixiſſe in 4. par. ſect. 1. nume.
146. & Tiraquell. in tract. cauſ. ceſſan. nume. 150.
& ſeq. Salyc. ſecutum fuiſſe, ſed ex profeſſo tracta-
tum compoſuiſſe Cœpollam de extenſione, qui
multos titulos fecit diſtinctè, & Matthei. æquè de
interpretat. extenſ. non mediocriter ſcriptum reli-
quiſſe, & latiſſime Aret. Inſt. de iur. nat. gent. & ci
ui. §. ius autem, il 1. column. 50. verſic. quarto caſu
principali, vbi eleganter & diſtinctè loquutus eſt
in materia extenſionis & reſtrictionis, qui col. 53.
387 † cir. medium ait, quòd hęc materia eſt multum
intricata, & non bene demonſtrabilis: multos a-
lios adducere poſſem, quod eſſet magis laborioſũ,
quàm ſubtile, ſat eſt indicaſſe illos, quos ſequi co-
nabor. Extenſio autem ſecundum Euerar. in ſua
cent. loc. a rat. leg. ampla, ad extenſionem, ver. ter-
tia diſtinctio eſt per eandem rationem vel argu-
menta à ſimili, vel à veriſimili includere in ſtatu-
to, quod non eſt ibi expreſſum.
388 Quoniam † verbum extenſio denotat motũ
(vt ita loquar) de loco ad locum, & omnis motus
laborem inducit taliter, vt ſit cauſa caloris & ſu-
doris iuxta Ariſt. problem. 2. ſect. 35. & 42. ideo la
bor erit communiter impartitus inter me & lecto
389 rem. † Et quia non poſſunt omnes caſus ſigilla-
tim in lege vel ſtatuto comprehendi, l. non poſ-
ſunt, cum l. ſeq. ff. de leg. & plura ſunt negotia, quã
vocabula, leg. natura, ff. de præſcr. verb. Hinc eſt
quòd introducta fuit extenſio, vt inquit Cæpol.
eo. tract. tit. quæ fuit cau. introducen. extenſionis,
390 circ. princ. † & ait, extenſionem primo fundari
ſuper æquitate, ſecundo ſuper ratione, tertio ſuper
veriſimili mente diſponentis; & in ijs tribus præ-
ſertim verſari concurrentibus ſemper ijs duabus
finalibus cauſis nempè fauore Reipub. & vtilitate
animæ.
Extenſionis igitur inuento fundamento ſuper-
391 ędificandũ eſt † cum lapidibus argumentorum,
& verba legum aut ſtatutorum, quæ deſeruiunt in
tentioni, tanquam calcem extendemus de caſu ex
preſſo ad non expreſſum. & Euerar. tanquam ma
gnus argumẽtorum opifex, in ſua cent. per tot. no
bis lapides & loca ſubminiſtrabit, vbi in loc. cit. à
ratione leg. ampla. ponit caſus quatuordecim qui-
bus fit extenſio, ſed hi præcipui ſunt; primus pro
ſalute animæ; ſecundus vbi tollitur, aut mitigatur
pœna; tertius vbi ſubeſt eadem æquitatis ratio;
quartus vbi qualitas perſonæ id patiatur vel me-
reatur, gloſ. ord. in c. ſciant cuncti, in fin. de elect.
& quintus ſi ſtatutum ſeu diſpoſitio eluſoria &
fruſtratoria redderetur ſine extenſione, de quibus
omnibus late infra per diſcurſum, & in l. ſi Præ-
tor, §.... ff. de iudic. & §. 1. in auth. de æqual. dot. &
ex quibus cauſis fit extenſio, per eaſdem rationes
& cauſas fieri debet reſtrictio, gloſ. ord. in clem. fi.
de reſcr. leg. ſi verò, §. de viro, vbi latiſſime Imol.
ff. ſol. ut. matr. late Euerar. in loc. ab abſurdo, lit. A.
fol. 54. & in loc. 35. fol. 121. lit. C. & F. quia contra
riorum eadem eſt diſciplina, gloſ. & DD. in Rub.
de acquir. poſſeſſ.
Ipſe vero in hoc noſtro tract. in quampluribus
locis de extenſione in actu practico tetigi, præci-
puè in 3. & in hac 4. par. in materia pœnarum, ta-
men adhuc non contentus his quaſdam conſide-
rationes otij fugiendi cauſa, breuiter & abſque
diſputatione, ſed reſolutiue, vt prædixi, inſerere
volui ex allegatis authoribus & authoritatibus re-
collectas, ſaltem pro tyronibus. Omiſſis igitur ex-
tenſionibus, quæ fieri poſſunt in contractibus, vl-
timis voluntatibus, & priuilegijs, quia ad rem no-
ſtram non faciunt. & de reſcriptis quędam tetigi
ſupra & infra per diſcurſum, & amplectendo ma-
392 teriam noſtram criminalem; † dico quòd ſtatu-
torum extenſio eſt duplex, actiua ſcilicet, & paſſi-
ua; actiua non recipit, ſed alteri influit; paſſiua ve-
ro non influit, ſed ab alio recipit informari, vt
ait Bald. in d. l. omnes populi, col. 14. de iuſt. et iur.
verſ. itẽ quarto quod illud ius ubi dicit ꝙ ius cõmu
ne nõ influit in ipſo ſtatuto, ſed ipſi rei ſtatutæ ſeu
393 diſpoſitæ; † Et actiua extenſio dicitur quãdo di-
ſpoſitio in caſu expreſſo extẽditur ad caſus non ex
preſſos diuerſos, ſed nõ contrarios, Bar. in d. l. om-
nes populi, Cœpol. d. tract. quę ſit extenſio, nu. 2.
per tex. l. vbi repugnãtia, de reg. iur. vbi Dec. nu. 2.
394 & 3. & datur exemplum. † Statutum mandans
occiſorem puniri extenditur ad mandantem, nu.
538. cum mult. ſeq. p. 3. quamuis de mandante nil
dicatur, quia eſt par ratio agentium, & mandan-
tium, num. 165. p. 5. maxime quando per ius com
mune de caſu non expreſſo nihil diſpoſitum eſt,
leg. de quibus, de leg. & iſta appellatur actiua ex-
tenſio.
395 † Statutorum autem paſſiua extenſio eſt, ſi le-
ges ad ſtatuta ſe extendunt, tunc dicimus ſtatuta
recipere extenſionem ſeu interpretationem paſſi
uam à lege; nam ſtatuta eandem diſpoſitionem le
gum

gum loquentium de materia ſtatutorum,& om-
nia iura & regulæ ipſarum legum extenduntur ad
ſtatuta, tam in ſubſtantia , quàm in qualitatibus,
& eorum additionibus , Euerar. d. loc. à rat. leg.
larg.&c.gol.131.lit.D.ſicut etiam in acceſſorijs,
396 iuxta Crauet.de antiqui.temp.4.par.nu.36.† &
ſi ius antiquum ponit vnam regulam , iſta regula
extenditur etiam ad ius nouum correctorium ve
teris, l. 1. vbi Bartol. ad leg. Falcid.& ideò ſi vna
lex recipit interpretationem ab altera , vel vnum
ſtatutum declarat aliud, vt in l. non dubium, vbi
Dd. C. de legib. tunc paſſiua dicitur eſſe interpre-
tatio & declaratio , Ang. Aret. in d. §. ius autem,
col. .o d. ver. quarto caſu. Euerat d. fol.131.lit.e.
verſ. quinto.
397 Sed hæc extenſio † non procedit, quando lex
aut ſtatutum eſſet correctum , glo. in c. de multa,
in fin. glo. magnæ, de præben. & infra latiùs dicã,
multò minus procederet ſi lex per non vſum ſub
lata eſſet, etſi derogatum eſſet iuri antiquo per ius
nouum, cum clauſulis, non obſtantibus . At pro-
pius materię noſtræ criminali accedendo, quædã
exẽpla tradã in propoſito extẽſionis paſſiuæ, licet
aliquam poſſent pati difficultatem penes eos, qui
398 ſubtili ſunt ingenio ; † quoniam (vt dici ſolet)
exempla duntaxat declarant, ſed non ſemper de-
cidunt .
399 † Primum exemplum; ſtatuto veteri cauetur,
vt mandans , & mandatarius eadem pœna puniã
tur, at in ſtatuto nouo ſimpliciter dicitur, vt delin
quens puniatur pro tali delicto , tali pœna ; certè
hoc nouum recipit interpretationem & extenſio
nem paſſiuam à veteri , ſcilicet vt eadem pœna
puniatur mandans, ſic videtur tenere Salyc. in d.
leg. 2. num. 29. in fin. Cod. de noxal. act. vel dic vt
ſequitur.

Secundum exemplum , ſunt duo ſtatuta vete-
ra, quorum vnum punit mandantem in pœnam
centum , aliud punit mandatarium minori pœ-
na, puta in quinquaginta, vel è contra ; Statutum
autem nouum dicit, quòd mandans & mandata-
rius pro eodem delicto ęquè puniãtur, tunc iſtud
recipit interpretationem reſpectiuè ab illis duo-
bus antiquis , vt quilibet ſuam pœnam pati de-
beat iuxta formam dictorum ſtatutorum : Secus
ſi ſtatutum nouum diceret, quod mandans & mã
datarius æquali pœna puniantur , quia corrigeret
differentiam , quam faciunt antiqua.
400 † Sed hic inſurgit noua dubitatio, ſi in nouo
ſtatuto corrigente illa duo vetera, non ſit pœna
certa adiecta, an attendatur minor pœna de dictis
ſtatutis veteribus ? & dico quòd ſi delictum eſt
aggrauatum à qualitate atroci, maior pœna eſt at-
tendenda, minor, verò ſi non aggrauetur , ſecun-
dum ea, quæ ſupra dixi num. 210. p. 3. & num. 36.
hac 4. par. & alibi.
401 † Nam in atrociſſimis delictis ſit interpreta-
tio in deteriorem partem; Abb. in c. at ſi clerici, in
vltimis verbis principij. de iudic.

Tertium exemplum eſt , ſi ſtatutum vetus di-
cit, quòd vulnerans debeat condemnari in pœnã
decem librarum pro quolibet vulnere, & per ſta-
tutum nouum imponatur eadem pœna vulnerã-
ti, certè dicta pœna debet multiplicari pro nume-
ro vulnerum iuxta ſtatutum vetus per ſupradi-
402 cta; & hic attende † quòd ſi per ſtatutum vetus
fuit obſeruatum, vt plura vulnera vnico ictu illa-
ta, puta cùm bidente aut tridente ſimul pro vno
vulnere computentur , vtique ſtatutum nouum
hanc eandem interpretationem recipit , dixi ſu-
pra nume. 150. part. 4. Clar. §. fin. quæſtion. 84.
verſicul. ſcias , & verſicul. hæc autem omnia .

Quartum adduco exemplum; Statutum vetus
prohibet delationem armorum, & excipit quoſ-
dam caſus, de quibus dixi num. 226. & 227. p. 1.
403 Guid. Pap. q. 437. in conſtit. Regn. † vbi ponit
viginti caſus, quibus licet arma deferre, aut ſtatu-
tum excipit quædam arma , ſtatutum verò nouũ
maiorem pœnam imponens ſtatuti veteris pro-
hibet ſimpliciter arma portare abſque aliqua re-
ſeruatione , hoc nouum recipit interpretationem
paſſiuam à veteri, & extenditur ad caſus exceptua
tos, vt ſupra.
404 † Quintum addo exemplum ; extat Mantuæ
ſtatutum rubr. de homicid. & tres ponit differen-
tias, nempè homicidij doloſi, culpoſi & fortuiti,
& pariter pœnam vnicuique indicit, iuxta eorum
qualitatem. Pone modo, quòd ſtatutum nouum,
ſeu proclama Principis, iubeat homicidam capi-
te puniri , & ſua bona confiſcari , certè hæc noua
405 diſpoſitio recipit paſſiuã † extenſionẽ à ſtatuto
veteri, videlicet ſi homicidium doloſè factum ſit,
ſecus ſi culpa vel ad neceſſariam defenſam ſequu
tũ ſit, aut fortuito caſu, per Clar. in § homicidiũ,
vbi plures caſus ponit . Idẽ eſſet dicendũ ſi vetus
ſtatutũ magis puniret delictum patratũ appẽſatẽ ,
ſeu dedita opera , & ſanguine refrigeſcente, Clar.
406 §. fi. q. 82. † Si verò ſtatutum vteretur huiuſmodi
verbis, puta quicunque occiderit quo vis modo ,
vel cauſa , ſiue qualitercunque decapitetur , tunc
non recipit paſſiuam extenſionem , nec attendi
diſtinctio, de qua ſuprà in ſtatuto veteri, Salyc. in
407 d. l. 2. num. 9. & 10. C. de nox. act. † Et ſtatutum
nouum quando recipit declarationem à veteri ,
dicitur extenſio reciproca, & idem quando vetus
corrigitur per nouum, vel nouum extenditur per
vetus; eſt verum quòd illa extenſio, quæ fit de ter-
408 mino † quo ad terminum ad quem dicitur di-
recta; ſed illa quæ fit a termino ad quem ad termi
num à quo poteſt appellari obliqua , ſecundum
noſtros legales terminos, & modum dicẽdi, arg.
eorum, quæ trad. Dd. in l. Centurio ff. de vulg. &
409 pup. † ſic de fluxu maris ad fluxum eundo, & re
deundo ad terminos, qui prętèrijt hoc anno 1601.
Venetijs : vtinam deſiſtant à malo ne ſummer-
gantur , ne fiant peiora prioribus , quod Deus ad-
uertat pro exaltatione Sanctæ Matris Eccleſiæ
Catholicę. Rom. & de ijs duobus extremis loqui-
tur magiſtraliter Cœpol. tit. 1. de extenſ. per tot.
410 † Rurſus quoad actiuam extenſionem etiam
dicere poſſumus fieri de minori ad maius ex tri-
bus regulis principaliter eo loci traditis ab Eue-
411 rardo. † Prima eſt, cui licet quod eſt plus, multò
magis quod eſt minus, c. cui licet, de reg. iur. in 6.
cum ſimil. vbi Dyn. exemplificat quod ſi licet oc-
cidere adulterum, multò magis licebit illum vul-
nerare, & ſic locum habet in ſtatutis permiſſiuis,
eſt tex. in tex. in l. nec in ea, §. ius occidendi , cum
ibi not. per Bart. ff. ad leg. Iul. de adult.

Item habet etiam locum in ſtatutis prohibiti
vis, puta in delictis, & eorum pęnis ; nam ſi ſtatu-
tum punit delictum attentatum , quantò magis
conſummatum, tex. eſt in l. ſi quis non dicam, cũ
gloſ. C. de Epiſc. & Cler. vbi Bald. not. 2. ſed limi
tationes videri poſſunt apud eundem Euerar. d.
412 loc. a minori 65. † Secunda regula eſt, ſi de quo
minus videtur ineſſe , & in eſt, ergo de quo ma-
413 gis, ca. cum in cunctis, cum gloſ. de elect. † Ter-
tia regula eſt , propter quod vnumquodque tale,
& illud magis , de quibus per Dd. in auth. multò
magis,

Digitized by Google

magis, C. de ſacroſan. Eccleſ. vbi Bald. & Ca-
ſtrenſ. Vnde ſi delinquens fugiens ad Eccleſiam
ſacratam eſt tutus, quanto magis ſi fugiat ad Sa-
cerdotem, quando fert ſacratiſſimum Corpus D.
noſtri Ieſu Chriſti, puta ad infirmum, Io. And. in
c. ſanè. de celebr. Miſſar.

414 † Statuta pariter recipiunt extenſionem à ſi-
mili, l. illud ad leg. Aquil. Dd. in l. de quibus, ff. de
leg. & habet locum extenſio, ſi ſtatutum non eſt
contra ius commune, Gand. de maleſ. in rubr. de
rebus non expor. nume. 5. Item ſi duo à lege vel
Canone æquiparantur, quoad omnia (non pro
parte tantum) circa materiam, de qua agitur, tunc
ſtatuta, & diſpoſita in vno extenduntur ad alte-
rum, etiam in exorbitantibus à iure communi.
gloſſ. ord. in cap. ſi poſtquam, in fin. de elect. in 6.
Item in pœnalibus, Bald. in d. l. ſi quis non dicam
C. de Epiſc. & Cler. Aret. d. §. ius autem, colu. 11.
415 verſic. tertio fallit. Inſtit. de iur. nat. gent. † Sta-
tuto cauetur vt percutiens in gula puniatur graui
pœna; idem locum habebit ſi in pulſu, aut in ma-
milla ſiniſtra, & hoc argumentum appellatur de
loco ad locum perſonaliter: exemplũ verò de lo-
co ad locum realiter eſt delinquere in domo, vel
416 in porticu domus, † & facit ad ſtatutum de ra-
ptu puellæ, Bald. in d. l. ſi quis non dicam. Nam
417 ſtatutũ loquens de † domo extenditur ad porti-
cum, vt eſt communis opinio, Alber. in 2. ſtat. q.
108. Bald. in l. 1 C. qui teſtam. fac. poſſ. & facit ad
ſtatutum, quod ſi quis percuſſerit aliquem in pla-
tea, grauius puniatur; idem intelligendum eſt ſi
percuſſerit in palatio, puta Prætoris, Alber. in 2.
p. ſtat. q. 208. Aug. ad Ang. in ver. fecit inſultum.
418 † Item ſtatuta extenduntur de perſona ad perſo
nam permiſſiue, & prohibitiue, vt ſi ſtatutũ per-
mittat banditos offendi, & promittit præmium,
magis illud capienti dãdum eſt. Sic iniuria facta
Prioribus grauis eſt, & eſt ac ſi facta eſſet Præto-
ri, Alberic. d. q. 108. & facta coram eis eſt facta ac
ſi coram Prætore facta eſſet, quando Priores hã-
bent iuriſdictionẽ, vt in patria Foroiuliani. & iniu-
ria facta vni de collegio intelligitur toto collegio
facta. Marſ. conſ. 115. num. 14. per tex. l. cõſtet ff.
419 de quæſtio. dixi ſup. nu. 212. † Pariter ſtatutum
prohibens delationem armorum comprehendit
etiam mulieres, vt eſt ſtatutum prohibens de no-
cte ire ſine lumine. Hinc declaratur ſtatutũ Man
tuæ, quòd plures non poſſint ire ſine lumine poſt
ſonum campanæ, niſi quatuor ad plus ſimul cum
vno lumine, quia ſi quatuor homines habeant ſe
cum mulierem, videntur contrauenisſe; confe-
runt dicta per Dec. in l. fœminæ, nu. 87. & 88. de
420 reg. iur. † Idem ſi cum armis mulier vim infe-
rat, quia ligatur ſtatuto, vt trad. Dd. in l. ſi conſtan
te. ff. ſol. matr. Verum ad hoc propoſitum eſſet tra
ctandum an, & quando maſculinum concipiat
fœmininum; tamen paulò inferius de hac re tra-
ctabimus. Sequendo igitur materiam extenſio-
nis de perſona ad perſonã, dico quod regulariter.
421 † Statutum de Monachis habet locũ in Mo-
nialibus, Dec. d. l. fœminæ, num. 87. intellige ſi di
ſpoſitio congruit vtrique ſexui, & militat eadem
422 ratio in vtroque. † Statutum etiam puniens mi
lites portantes arma certo tempore, multo magis
extenditur ad non milites, ad quoduis genus ar-
morum, etiam ſub lata ſignificatione, l. armorũ,
ff. de verb. ſignif. Alberic. de ſtatu. p. 2. & compre
hendit etiam ruſticos, minores & mulieres.

Et ſi ſtatutũ punit mulieres, multo magis ma-
ſculos, minores, ruſticos & ignaros, quia ſi vnus
æquiparatorum comprehenſus eſt in regula ab-
ſque taxatiua, omnes æquè comprehenduntur,
quia expreſſum eſt loco demonſtrationis, Dec. in
l. 1. cir. fin. de reg. iur. cum ibi per eum adduct.
Salyc. in l. de crimine, C. d. qui accuſ. non poſſ.
423 † Nam regula quòd incluſio vnius ſit excluſio
alterius, de qua in l. an ita Prætor, de iud. l. ait Pr̨e
tor, §. ſed quod, de minor. non habet locum ſi in-
cluſum eſt demonſtrationis, ſeu exempli gratia, l.
damni, la 2. in fin. ff. de damn. infect. Bal. in d. l. ſi
quis non dicam, C. de Epiſc. & Cler. facit l. quæ
dubitationis, de reg. iur.

424 † Extenſio quoque fit à minoribus ad furio-
ſos, vel mente captos: à ſeruo ad Monachum: a li-
berto ad vaſallum, Euerar. in cent. à filio ad gene-
rum, Aret. d. §. ius autem, col. 13. de perſona priui
legiata ad priuilegium: à fiſco ad Eccleſiam: à mi
lite ad Eccleſiam: à pupillo ad rem publicam: à
minoribus ab Eccleſiam, vel ad piam cauſam, vel
ad pia loca.

425 † Item ſtatuta extenduntur de perſona ad tẽ-
pus, Bald. in l. cõuenticulum, C. de Epiſc. & Cler.
alios & alia iura adducit Euerar. cent. loc. 37.

426 † Item de perſona ad res, & econtra, Euerar.
loc. 38. exemplum, ſi ſtatutum mandat, vt fiat cõ-
promiſſum de omnibus rebus in duas aut tres
perſonas, certum eſt quòd laudũ ab vno ſolo pro-
ferri non poteſt; arg. l. fin. ff. pro donat. Similiter
omnes ſimul non poſſunt proferre laudum ſuper
vna re tantum, ſed ſuper omnibus, l. ſi per plures,
427 ff. de lib. & poſthu. & hic † nota, quòd ſtatutum
arctans litigantes ad compromiſſum dicitur o-
dioſum, Blanc. de compromiſſ. q. 1. nume. 4. ergo
non extendendum.

428 † Item fit extenſio de re ad tempus, Euerar.
loc. 39. Dd. in l. miles, ff. de teſtam. ſed fit ibi ma-
gis reſtrictio, quam extenſio; nã colligitur quòd
ſi non fit remiſſio mercedis pro parte propter ſte
rilitatem, nec fieri debet propter bellum, vt dicit
Iaſ. in. l. 1. C. de iur. emphyt.

429 † Item argumentatur etiam de tempore ad lo
cum; nam ſi quid prohibetur fieri tempore feria-
to in honorem Dei, pariter intelligitur prohibitũ
in domibus & ædibus ſacris. Bart. in l. actus, C. de
430 fer. † ſimili modo de iure communi, ſicut ſuſpe
ctus vere de fuga poteſt capi etiam tempore pro-
hibito, vtique etiam capi poterit in locis prohi-
tis, Dd. in l. plerique, ff. de in ius voc. vide in 2.
par. huius tract. per tot. et pariter dicimus ſicuti ſu
ſpectus de fuga poteſt capi in locis prohibitis, ita
etiam à perſona incompetenti, arguendo de loco
ad perſonam, Caccialup. tract. de debitore ſuſpe-
cto de fuga, q. 4. num. 1. 2. & 3. vbi hoc caſu ait, nõ
poſſe agi de incompetentia, vide ad hoc quæ ſu-
pra dixi nu. 324. verſ. hic tamen caſum.

431 † Item argumentatur de perſona ad locum,
Euerar. loc. 41. & eſt materia l. 1. §. Ofilius, ff. ne
quis eum qui in ius voc. eſt; nam ſicuti punitur e-
ximens captum è manibus familię, ita & quidẽ
multo magis puniendus erit ſi eximatur è carceri
bus, vt dixi in 2. par. ſi eximatur eo quòd captus
fuit indebitè, vel in loco, in quo capi non potuit,
eximens pœnam non incurrit, vt latiſſimè in
dict. 2. par. per totum. Aſt caueant eximentes,
quia pro conſuetudine impunès quouis modo
non euadent, Plac. epit delict. c. 38. nu. 6. cum ſeq.

432 † Argumentatur quoque de tempore ad tem-
pus, & à tempore præterito ad futurum, tex. eſt in
c. ſemel malus, vbi Dyn. de reg. iur. in 6. unde qui
vno tempore fuit malus, in futurum malus præ-
ſumitur,

ſumitur, præſertim in eodem genere mali, Marſ. in pract. §. diligenter, nume. 113. dixi in pract. de teſt. num. 101. par. 1. & ibi nume. 102. fallentiam com. approb. deduxi. Idem dicitur de periuro, qui in vno periurus ſuper omnibus eſt periurus, d. pract. de teſt. num. 68. par. 3. Idem de contumace & calumniatore, de quibus dixi in hoc tract. par. 5. nume. 276. 277. & 279. & de hoc arg. Euerar. loc. 42. quodque non procedat in correctorijs & pœnalibus, Bertazol. conſil. 345. vo. 2. conſil. 63. num. 22. vo. 1. Sed Aret. in d. §. ius autem, col. 16. verſi. quarto an ſtatutum, Inſt. de iur. nat. ſequens Bart. in d. l. omnes populi, diſtinguit, aut ſtatutum continet delictorum indulgentiam, vt ſupra in ver. abolitiones, vel vt bannitus rebanniatur ſoluendo decem, tunc præſens non extenditur ad futurum. Si verò ſtatutum continet quod debitor capi poſſit, etiam præſens ad futurum extẽditur, & debitor ſtatim capi poteſt.

433 † Alio modo argumentatur de præterito ad præteritum; nam ſi quis minatus ſit velle occidere aliquem, & ita occiſus reperitur, ſed ignoratur à quo, tunc præſumptio eſt contra minantem; vt dixi in 3. p. nume. 526. & vide omnino Sfor. Od. de reſtitu. in integr. q. 7. nume. 102. cum plur. ſeq. facit Spec. de præſumpt. verſi. ſed pone, pulchrè Gand. de malef. rubr. de aliqui. quæſtio. nu. 14.

434 † Tertio modo argumentatur de præterito ad tempus præſens, habile & veriſimile, & circa hoc Euerar. d. loc. 42. tradit decem prædicamenta, ſcilicet, Subſtantiam, quantitatem, qualitatem, relationem, vbi, quando, actionem, paſſionem, ſitum & habitum.

1. De prædicamento ſubſtantiæ datus exemplum, vt quod olim fuit, hodie præſumatur eſſe, de quo ſupra dixi. 2. De prædicamento quantitatis, quantum olim fuit, tantum nunc eſſe præſumatur. 3. De prædic. qualitatis, nam qualis quiſq; fuit, talis eſſe hodie creditur, niſi conuertatur. 4. De prędic. relationis, ſi filius, ergo habuit patrem, ſi pater, ergo filios habet, & ſi filius, ergo hæres. 5. De prædic. vbi, quod vbi quis erat ſolitus ſtare, & nunc adeſſe præſumitur. 6. De prædic. quando, dici poteſt quando eram pauper, humilis eram, & quia adhuc pauper ſum, vtique humilis eſſe præſumor. 7. De prędic. acti. dicitur qui iam erat bilioſus, hodie non caret iracundia, & qui citò omnia agebat, ſimiliter hodie citò agere creditur. 8. De prædic. paſſio. qui olim erat amicus vel inimicus, & nunc talis præſumitur. 9. De prædic. ſitus, ſi iam paludes terminatę fuere, & nunc adeſſe terminos credendum eſt, & qui contrarium dicit probare debet. 10. De vltimo prædic. habitus, qui olim habuit poſſeſſionẽ, pariter hodie in poſſeſſione ſtare creditur.

Et ad prædicta vide eundem Euerar. ibidem, qui plures diſtinctiones & declarationes tradit, vbi tandem dicit, quòd in omnibus ſupradictis decem prædicamentis poteſt contrarium probari, ſed in hac materia præſumptionum recurrendum eſt ad Alciatum & Meno. h. in ſuis tract. de præſumpt. lib. 1. q. 14. & ipſe dicam in 6. par.

435 † Statuta tandem extenduntur de caſu ad caſum, vt ſi ſtatutum punit temere ingredientem in alienam poſſeſſionem, pariter locum habebit ſi quis ingrediatur etiam cum decreto iudicis inualido; de quo vide Bar. in l. iuſte poſſidet, num. 4. ff. de acq. poſſ. vbi teſtatur de communi.

436 † Aliud exemplum, ſi ſtatutum punit portantem arma poſt ſecundam horam noctis, vtique locum habebit in nocte ſextæ feriæ, qua Chriſti D. N. paſſio recolitur, vt in die Veneris ſancti, quãuis campana non pulſetur ita de conſuetudine contra Alber. in 2. par. ſtatu. q. 7. interpretatus eſt Clarus in §. fin. q. 82. ver. ſtatutum, & vide Euerar. in loc. 63. ab vſitato. fol. 201. lit. A.

437 † Extenſio autem de caſu vero ad caſum fi-
ctum regulariter non fit, Cœpol. eod. tract. & Dd.
in l. ſi quis pro emptore, vbi Maphe. nume. 69. ff.
438 de vſucap. & nume. 120. † vbi tenet extenſionẽ
paſſiuam locum habere quando fictioni locus
eſt, facit tex. in l. ſemper qui non prohibet, vt dixi
in hac 4. par. nume. 186. Nauar. in c. non inferen-
439 da 23. q. 3. & in Manual. c. 24. & etiam † de il
lo, cuius contemplatione delictum factum eſt, &
ratum habuit, vt dixi in materia ſupra dicta, idem
nunc de illo, qui laudauit amicum de delicto, qui
ſine conſilio laudantis facturus non erat illud de-
lictum; Ad hæc vide Gand. de malef. in rubr. de
aliquib. quæſt. num. 7. & in terminis Ang. conſi.
22. quamuis Ang. de Aret. in §. duplum, Inſti. de
act. col. 3. verſi. ex ijs, dicat quòd illa diſtinctio an
alias eſſet facturus, non habet locum in ijs, quæ
ſonant in vitium, per l. 1. §. qui incidit, ad Turpil.
vbi Bartolus.

440 † Ex hoc infertur quòd ille, qui exhibet ſcripturam iniurioſam in iudicio, non excuſatur ſub prætextu ignorantiæ, vel credentiæ; nam tenebatur prius certiorari, l. Iulianus. in princ. & §. quid tamen. ff. de act. empt. pulchrè Bertaz. conſi. 390. nume. 15. vo. 2.

Tandem fit extenſio de caſu ad caſum; vt per Euerar. in d. cent. vbi quamplura, vt infra enumerantur arg. De feudo ad emphyteoſin, & è contra: De commodato ad precarium: de legatis ad fideicommiſſa: De Falcidia ad Trebell. De vltimis volunt. ad iudicia, & è contra: De contractibus ad vltimas voluntates, & è cõtra: A diſpoſitione vltimarum volunt. ad reſcript. motu proprio: De contractibus ad quaſi contractus: De contractu ad diſtractum: De contractu ad delicta: De libertate ad ipſam cauſam: De alimentis ad ipsã cauſam, & è contra: De dote ad piam cauſam: De alimentis ad dotem, & è contra: A ſententia ad teſtamentum: A ſententia ad libellum: A tributo ad decimas: A toto ad partem: A pacto ad legem, ſtatutum vel conſuetudinem: A matrimonio carnali ad ſpirituale.

441 † Item ſtatutum à contrario ſenſu recipit extenſionem, quamuis caſus, qui à contrario ſenſu venit, non ſit ab alio ſtatuto vel à iure communi deciſus, vt concludit Bart. in d. l. omnes populi, & latè de hoc arg. Euerar. loc. 26.

442 † Extenſio tamen, tam actiua, quàm paſſiua, non habet locum in limitatis, videlicet in iuriſdictione, in mandato procuræ & huiuſmodi, l. diligenter, C. de procur. Sebaſt. Maphe. in d. repet. l. ſi is qui pro emptore, nu. 54. & nume. 89. ff. de vſucap. Similiter non habet locum in diſpoſitionibus, quæ ſapiunt impietatem, ſecus in ijs, in quibus iura correctoria poſſunt extendi, Aret. d. §. ius autem, col. 11. verſic. ſecundo caſu, dicit, quòd etiam quando iura in correctorijs extendi nõ poſſunt, tunc à maioritate rationis in limitatis non pœnalibus fit extenſio, at quando limitatio eſt fauorabilis vel pia, tunc fit extenſio niſi redundaret contra alium caſum æquè fauorabilem & pium, §. ſed hoc de præſenti. in auth. de ſan. Epiſc. Sed vt clarior reddatur materia iſta extenſionis, quaſdam regulas hic ſubnectemus, ex quibus ad cognitionem

gnitionem practicæ facilius peruenire poſſimus.
443 † Prima regula eſt, quòd verba ſtatuti ſunt at-
tendenda, quando illa deſeruiunt intentioni &
diſpoſitioni ſtatuentium, l. non aliter, de leg. 3. &
22. q. 5. humanæ, tex. in l. intelligentia, de verb. ſi
gnif. tex. & Dd. in l. conuenticulam, C. de Epiſc.
& Cler. & in l. in cōditionibus primum, iuncta
l. pater Seuerinam. ff. de cond. & demonſtr. Bart.
Bald. & alij in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur.
Felyn. magiſtraliter, & alij Cano. in princ. com-
pil. Gregor. Cœpol. in propoſ. d. tract. de extenſ.
tit. 2. nu. 118. cum ſeq. & hoc ſiue mens ſit expreſ-
ſa, ſiue non; quinimo etiam in dubio eſt inhæren
dum verbis & regulæ, l. 3. C. de lib. præter. Dd. in
l. maximum vitium, C. de teſt. declara in caſu ve-
ro, & non ficto, Cœpol. conſ. 14. nu. 34. & hanc re
gulam ponit Socinus reg. 536. & 806. vbi das limi
tationem, ad quam breuitatis gratia te remitto.
444 † Sed hoc vnum eſt, quòd quotieſcunque verba
non conueniunt menti diſponentis, vel attenta
eorum proprietate abſurdum naſceretur, vel iux-
ta eorum verborum eluſoria, aut fruſtratoria
diſpoſitio redderetur, tunc receditur à proprietate
verborum, imo (vt diſpoſitio valeat) impropriantur verba, l. Sceuola, ad Trebell. l. Titia, §. Lucius,
445 de leg. ſecundo, cū ſimil. & † nota etiam, quòd
verba ſtatuti intelligenda ſunt ſecundum com
mun. vſum loquendi in patria ſtatuti, l. cum de la
nionis, §. aſinam, ff. de fun. inſtruct. Bonacoſſ. in
ſuis quæſt. crim. in verſ. verbum.
446 † Secunda regula, eſt quòd maſculinum con-
cipit fœmininum, etiam in materia ſtatutorum,
omiſſo quod in contractibus, vltimis voluntati-
bus, ſententijs, priuilegijs, & curis; & hæc regula
probatur in l. 1. vbi Dd. de verb. ſign. Alber. in q.
ad ſtatutum, q. 6. nu. 59. Gomeſ. Reg. Cancell. de
infirmis reſignantibus, q. 61 pag. 74. Dec. in l. fœ-
minæ, num. 102. cum ſeq. de reg. iur. Gabr. com.
concl. tit. de verb. ſign. concl. 6. num. 2. & ſeq. Soc.
reg. 312. & omnes communē hanc regulam aſſir-
mant, quia non eſt dare differentiam ſexus, l. ma-
ximum vitium, C. de liber. præter. cum concor.
ſic ſenſit Gand. de maleſ. rubr. de aliq. quæſtin,
var. in maleſ. nu. 5. & mulieres ſunt ligatæ ſtatutis
ſicut maſculi, niſi expreſſe reperiantur exceptæ,
vt inquit Bald. in l. ne paſſim. C. de iur. & fact. i-
gnor. ita tenet Odoſ. & Dd. an, quid circa conſue-
tudinem, Roch. in tract. conſuet. ſect. 9. nu. 32. &
facit quia taciti & expreſſi regula procedit in cor
relatiuis. l. cum quid. vbi. Dec. ſi cer. pet. cū ſimil.
449 † Verba autem vniuerſalia, quibus maſculi-
nū concipit fœmininū, ſunt hæc, ſi quis, quiſquis,
quicunque: vel nullus; de quibus per Gand. d. ru-
bc. nu. 5. & per Bart. in leg. 1. ff. de verb. ſign. & in
l. ſi quis in tantam, C. vnde vi, & per alia iura ad-
duct. per Gabriel. d. tit. de verb. ſign. concl. 6. nu.
46. & 47. cum mult. ſeq. uſque ad fin.
450 Hæc tamen regula vt locum habeat, † requi-
ritur, vt eadem ratio, & congruentia ac aptitudo
militet tam in fœmina, quam in maſculo, tam a-
ctiue, quam paſſiue (intellige ſane) & ſic data ha-
bilitate, & compatibilitate vtriuſque ſexus. Bart.
in l. 1. io ſio. ff. de pecul. Bald. in l. in multis, ff. de
ſtat. hom. & ita declarant ſupradicti Doctores cō
munem, ſed an id procedat in l. magiſtratibus, vi-
de Gand. d. rubr. de aliqu. quæſt. nu. 6. vbi conclu
dit, quòd non in materia legis municipalis, & ad
prædicta Dec. in d. l. fœminæ, num. 112. alleg. plu
ra iura, & præcipue tex. in l. quiſquis, C. ad leg.
Iul. Maieſt.

451 † Hinc eſt, quòd ſtatutum contra bannitos
non habet locū contra bannitas, Plot. in l. ſi quan
do, nu. 862. C. vnde vi, vbi multa in propoſito di-
cit, & tandem declarat ſupradictam regulam
non habere locum in omnibus illis caſibus, in
quibus fœminæ reputantur inhabiles ſuapte na-
tura, Dec. & poſt eum Cagnol. in d. l. fœminæ, &
452 Gand. d. rubr. de aliq. quæſt. nu. 5. † ait, quòd im
munitas conceſſa a lege, ſeu a Principe alicui &
ſuo generi, ac poſteris ſuis, non extenditur ad
mulieres.

Modo in pœnalibus & odioſis maſculinum
concipit fœmininum, vbi eſt eadem ratio, & ſi-
mul concurrunt alia ſupradicta, Bart. & Dd. in
leg. ſi quis id quod, ff. de iuriſd. omn. iud. & eſſe
magis communem opinionem teſtatur Gabr. d.
concl. 6. nume. 5. & Dec. in d. leg. fœminæ, nu-
me. 110. cum ibi per eum adduct. quod declaratur
eſſe verum, ſi odium non venit principaliter, ſed
in conſequentiam, & fauor publicus eſt cauſa fi-
nalis, num. 111. & 112. & ſi odium non eſt irra-
tionabile; Gabr. d. concl. 6. vbi dicit, quòd mate-
ria continens odium, poteſt congruere tam fœ-
minæ, quam maſculo, Dec. d. l. nu. 112. verſ. ſecū-
453 do, & nu. 113. ponit exemplum, quòd † ſtatutū
contra fugientem è carcere habet locum in mu-
liere fugitiua, per tex. in l. quicunque, vbi Dd. C.
de ſer. fug. Gabr. d. concl. 6. num. 26. verſ. contra-
rium, cum ibi per eum adduct. & nu. 34. ait, ma-
gis communem opinionem eſſe, quòd in pœnali
bus odioſis maſculinū concipiat fœmininum, cō
currentibus ſupradictis cōſiderationibus; ſed an
hoc vtique procedat in materia correctoria? ſu-
pradicti Doctores firmant communiter quòd ſic,
per gloſ. in l. Gallus, vbi repeten. ff. de lib. & poſt-
hu. & per Dd. vbi ſupra nom. 114. & Gab. d. con-
cl. 6. num. 23. de verb. ſignif. quæ opinio commu
nis eſt, licet habeat multos aduerſarios, quos enu-
merat Gabriel. d. concl. 6 nu. 23. ſumendo tamen
correctionem principaliter pro regula, & nō pro
limitatione, & in bonam & laudabilem partē.
454 † In materia autem exorbitanti maſculinum
non concipit fœmininum, quando ſub nomine
præciſo maſculinitatis, & non ſub nomine com-
muni, vt ſunt verba prædicta, quiſquis, quicūque,
& huiuſmodi, vt inquit Dec. d. l. fœminæ, num.
455 117. & dat tria exempla. † Primum ſtatuto ca-
uetur, quòd filij bannitorum de ciuitate expellā-
tur, hoc ſtatutum dicitur exorbitans, cū filij pro
parte patiantur exilium, vt infra in propria mate
ria exorbitanti, & ideo ſtatutum non extenditur
ad filias, quamuis de proprietate verbi fœminæ
456 veniant appellatione filiorum. † Secundum e-
xemplum eſt, quòd ſtatutum contra adulterum
non habet locum in adultera; Bald. in conſ. 6. in-
cip. factum tale eſt, lib. 5. in fin. Grammat. deciſ.
457 31. † Tertium exemplum; ſtatutum loquens in
bannito non habet locum in bannita, Plot. loco
ſuperius citato. Ratio autem finalis eſt vt prouin
cia expurgetur malis hominibus, quæ ceſſat in fœ
minis, Dec. in d. l. fœminæ, num. 78. vbi in fortio
ribus loquitur.

Sed hic attende, quòd in materia receptationis
bannitorum eamdem pœnam incurrit receptans
bannitam, quam ſi receptaret bannitū, quia ſub-
eſt eadem ratio, l. illud, ff. ad leg. Aquil. & dixi
458 num. 39. & 43. in hac 4. par. † Fœminæ verò re-
ceptantes bannitos pœna extraordinaria tenen-
tur, cum non ſint expreſſe comprehenſæ in ſtatu-
to; D. Menoch. de arb. caſ. 348.

† Tertia

459 † Tertia regula principalis eſt, quòd regulari-
ter in prohibitis à iure, vt ſunt omnia delicta, tam
in omittendo, quam in committendo, ſtatuta li-
gant forenſes; vt nu.284.par. 3. & eſt communis
opinio, de qua per Bart.& alios in d.l.omnes po-
puli, ff.de iuſt.& iur.etiam in l.cunctos populos.
C.de ſum.trin.& fid.Cathol.nu.21.quamuis Iaſ.
ibi videatur aduerſarius; quinimo etiam forẽſis li
gatur ſtatutis prohibentibus ea, quæ de ſe nõ ſunt
delicta ſed ſunt actus indifferentes, intellige quã-
do tales prohibitiones à communiter accidenti-
bus fieri ſolent in illa prouincia, vt in Lõbardia,
quę à diuerſis dominis dominatur, ſic ſentit Bart.
in d.l.cunctos populos, nu 21.& eſſe com.opinio
nem teſtatur Clar. §. fi.q 85. verſ.ſed quid ſi deli-
ctum, & alleg. Cor.in conſ.64.in fin.lib.1.dicen-
tem omnes in hoc concordare; videlicet quod in
ijs forenſes nõ valeant ſe excuſare prætextu igno
rantiæ, quia dicuntur in ſupina ignorantia, & tan
dem concludit Clar. vbi ſupra, multũ tribuendũ
eſſe arbitrio iudicis, & tenera pęnam arbitrariã
effugere non poſſunt: Nam propter prouinciæ cõ
ſuetudinem forenſis eſt ſaltẽ implicite in culpa, l.
1.§.ad beſtias. ff.de pœn. & ita tenet Bald.in d.l.
de quibus, ff.de leg. refert & ſequitur Petr. Roch.
tract.de conſuet.num 73.& 74.& nu.202.exem-
plificando in prohibitione delationis armorum,
in sfroſatione annonæ, in fraudantibus gabellas,
& huiuſmodi; & ad hæc vide quoque Barto.in l.
de quibus, ff.de leg. vet. item quæro numquid li-
460 get forenſes. Roch.de conſuet.ſect.9. nu. 7.† &
ſic non eſt hic quærendum an contrarium pro-
bari poſſit in ijs, quæ à communiter accidẽtibus
fieri ſolent, de quo argumento tractat Euerar. in
ſua cent.loc.56.cir.fin.qui tamen tenet poſſe con
trarium probari, Roch.ſing. 401. incip. quis de-
bet probare, & Claud. ad Bertazol. conſ. 122. lit.
A.vo.1.vid. infra in verb.ſcientia in reper.
Hæc tamen locum non habent in forenſibus
externæ nationis, ſeu diuerſi Idiomatis; nec in il-
461 lis, qui licet eiuſdem prouinciæ, † poſſent nihi-
lominus ignorare diſpoſitionem ſtatuti illius ci-
uitatis, in illis delictis ſãtum, quę ſunt, vt ne quis
pertranſeat cum equo per quandam viam, vel cũ
plauſtris, & bobus; vt Mantuæ per viam, qua itur
ad rus pulcherrimum Marmiroli delitiarum, &
ſolatij plenum, piſcationum, & diuerſarum vena
tionũ, vel ne quis proijciat putrida in plateis pu-
462 blicis † & in alijs quibuſdam locis & vijs publi
cis; ne quis mingat, neue ſordida inijciat, quia pœ
na mulctabuntur, vt Florentiæ & alibi indicitur
pœna contra inobedientes ſcripta ſuper curijs co
lore rubro, literis maiuſculis, propè viam, vbi eſt
prohibitum talia facere, quã vis vel quia neceſſi-
tas quandoque cogit, vel quia nitimur in vetitũ
ſemper cupimuſque negata, Ouid.3. Amor. Aut
ne quis de nocte vadat per vrbem ſine lumine,
vel ne quis etiam itinerando ferat arma cuiuſuis
generis, niſi ſit miles, aut habeat licentiam à do-
mino, vel quod nemo ſe intromittat in alienis ri-
xis etiam ſegregandi cauſa. Omnia enim ſupra-
dicta tanquam à iure communi exorbitantia in
dubio non ligant forenſes, Bald.ita in l.ius ciui-
le, ff.de iuſt.& iur. Bart.cõſ.129. Abb.in c.cogno-
ſcentes, nu.9. & 10. de conſtit. Farinac. de delict.
& pœn. q. 24.nu.165.conferunt dicta Boſſ.tit.de
pœn.num. 18.cum alijs per Farinac.adduct.& in
omnem caſum competit eis reſtitutio in integrũ
ex generali clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa, Iaſ.in
l.quamdiu, C.qui admit. Sfor. Od.de reſtit.in in-
tegr. quæſtio. 8.art.12. vbi ampliat, & limitat in
propoſito noſtro; vide ibi per eum.
463 † Et quod diximus de externis nationibus
idiomate diuerſis, pro prima vice poſſet ex æqui-
tate habere locum, præcipue ſi eſſent itinerarij, at
poſtquam moram notabilem traxerunt in loco
harum publicationum, poſt primam vicem, qua
moniti fuere, in eandem pœnam incurrunt, ſicut
dictum eſt de prouincialibus, Caſtren.in l.in pro
uinciali, §.fi.ff.de oper.nou.nunciat. D.Menoch.
de arb.caſ. 86.& 185.& ſeq. Barba.conſ.56.num.
16.& 17.vo.2.& Bertazol.conſ.122.125. & 126.
vo.1.& conſ.439.& ſeq.vo.2. Menoch.conſ. 74.
464 vo.1. † quibus in locis habetur quando publica
tio proclamationum Principis afficiat forenſes;
an autem ligetur conſuetudini dicam in ſeq. reg.
In materia forenſis Excell. D. Zenobius Bona
uentura Patricius & Aduocatus Florentinus, hęc
in medium deduxit omnino memoria tenenda.
A Statutum Florentinum, rubr. 33. diſponens,
quod quælibet perſona maior ſedecim annorum
completorum delictum vel maleficium aliquod
committens puniatur, & condemnetur, ac ſi eſſet
ætatis octodecim annorum, D. Ioannẽ Cordier.
ætatis ſedecim annorum, & duorum menſium in
circa, non videtur afficere.
B Primo, quia tantum concludit maiorem 16.
annorum poſſe puniri & condemnari, ac ſi eſſet
ætatis 18. annor. Verum in ſtatuto Florentino
non legitur, quòd maiores 18. annorum, mino-
res 25. pœna mortis poſſint puniri; igitur tãquam
caſus omiſſus remanet in mera diſpoſitione iuris
communis, l.commodiſſime, vbi Doctores, ff.de
liber & poſthũ.l.ſi extraneus, ff de cond.ob cauſ.
Titaquel.in tract.primogen.quæſt. 40.num.190.
cum vulg.ita in terminis huius ſtatuti, & homici
dij, Marc. Aſin.conſ.110.num.12.& 13. quem re
fert & ſequitur Hond.conſil 99.no.52.vol.1.
C Secundo, ſi abſque veri præiudicio hoc ſtatutũ
diſponeret maiores ſedecim annorum poſſe pœ-
na capitali puniri; tamen tanquam pœnale, & pu
niens maiori pœna homicidium commiſſum à
minoribus, quam ipſum ius commune diſponat,
non comprehendit forenſem; Ita hanc eſſe opi-
nionem magis æquam, dixit Iaſ.in l. cunctos po-
pulos, in 2.lect.nu.70.& iudicando hanc eſſe me-
liorem opinionem dixit Cyn. in d. l.cunctos po-
pulos, in princ. quæſt. vt ipſum refert & ſequitur
Iaſ.d.nu.70. Et in criminalibus, quando Docto-
rum opiniones variæ ſunt, debemus ſequi illam
opinionem, quæ imponit mitiorem pœnam, l.ſi
de interpretatio. l.ſanctio legum, ff.de pœn. Iaſ.in
l.cunctos populos, nu.69.in fin. in 2.lectura, Ti-
raq.de pœn. cauſ. 10. Quamobrem cum D. Ioan-
nes de homicidio loquutus, ſit forenſis, ſecun-
dum regulam iuris communis, non verò huius
ſtatuti debet iudicari.
D Tertio, quia ſtatutum habilitans alias de iure
communi inhabilem, non comprehendit foren
ſem, Bart.in l.cunctos populos, nu.25.& 26. verſ.
ſed circa hoc dubitatur. Alex.conſ.44.nu.6. vo.5.
poſt Sal. Bald. Crot.& alios, Gab. de ſtatutis, li.6.
concl.8.nu.19.pleniſſime Rol.conſ.24.num.17.
18.19. vſque in finem, vbi refert Bartoli opinio-
nem cõmunem, quod tota iuriſprudentia ipſam
ſequitur, & quòd in iudicando tenenda eſt, & in
puncto minoris ætatis videndus Iaſ.conſ.59.nu.
46.vol.3. Et econtra dictum ſtatutum alias de iu
re communi habilem faciens inhabilem, non
comprehendere forenſem, poſt Barto. Caſtrenſ.
Corn.

Digitized by Google

Corn. Soc. Natt. & alios firmant Surd. deciſ. 197.
nu. 6. Quando igitur (abſq; læſione veritatis ſupra
comprobatę) ſtatutum imponens pœnam aliquã,
forenſem comprehendere poſſet; tamen cum hoc
ſtatutum in perſonam loquatur adoleſcentem ęta
tis 16. annor. aliàs de iure communi inhabilẽ, &
illegitimum, faciens ipſum habilem, & legitimũ
in obligationibus pœnarum capitaliũ delinquen
do contrahendis (cum delinquentes tacito conſen-
ſu obligentur, l. Imperatores. ff. de iur. fiſc. Bar. in
Lex hoc iure, in vlt. col. ff. de iuſt. & iur.) non põt
comprehendere D. Ioannem forẽſem; quia circa
perſonam non ſubditam aliquid diſponere nõ po
teſt, l. 1. ff. de tutor. & curat. dat. ab his, & l. etiam,
& ibi no. ff. de tut. Bar. in d. l. cũctos populos, n. 26.
E Quartò, quia in caſibus, in quibus finalis ratio
& mens ſtatuentium nõ militat, nec ſtatuti diſpo
ſitio poteſt procedere; ſufficit enim mentem ſer-
uari, etiamſi verba offendantur, Caſt. conſi. 83. co
lum. fi. vol. 2. Crauet. conſi. 429 nu. 13. Surd. deciſ.
43. nu. 8. cum vulg. Verum ratio huius ſtatuti, Ru
br. 33. lib. 3. alia conſiderari non poteſt, niſi, quia
Florentini propter aeris temperiem deſcendentiã
ingenio acuti, magis doli capaces in dicto tempo-
re 16. & 18. annorum med. obſeruantia a cõtter
accidentibus fuerunt à ſtatuentibus iudicati; argu
mento eorum, quæ notantur per glo. & Dd. in l.
2. C. de his, qui vend. ætatis imperr. & in terminis
per Excellentiſſ. Præceptorem Sfort. Odd. de re-
ſtit. in integrum, p. 1. q. 2. art 6. nu. 46. Quæ quidẽ
ratio in forenſibus, & diuerſis partibus mũdi, ſub
diuerſo clima. aeris temperie natis, & educatis,
abſque dubio non militat.
F Quintò, quia ſtatuta iuris cõmunis correcto-
ria ſemper debent intelligi, vt minus lædant ius
commune, quam fieri poſſit, c. cum dilectus, vbi
Butr. de conſuet. l. ſcimus veſtri, cum ibi not. C. de
noxal. & poſt multos alios Surd. deciſ. 43. nu. 6.
Hoc ſtatutum iuris correctorium eſt; quia mino-
res 25. annorum pœna mortis puniri nõ poſſunt,
l. auxilium. §. in delictis, ff. de minor. & eſt cõmu-
nis opinio, vt teſtatur Grammat. deciſ. 23. nu. 12.
ipſum referr & ſequitur Clar. in §. fi. q. 60. in prin.
ibi; Aut verò eſt maior quatuordecim, Menoc. de
arbit. iud. li. 2. cent. 4. caſ. 329. nu. 2. 3. & ſeq. Igitur
debet intelligi de Florentinis, & ſubditis tantum,
non verò de forẽſibus, vti eſt D. Ioan. inquiſitus.
Ex quibus concludendum videtur D. Ioãnem
ætatis ſedecim annorum pœna mortis, nõ obſtan
te ſtatuto, rubr. 33. lib. 3. non poſſe puniri; ſed pri-
mò, ex cauſa minoris ætatis pœnam fore, & eſſe
mitigandam: ſecundò ab ipſa etiam minori pęna
abſoluendum; quia vt in primo meo conſilio de-
mõſtraui, ab Antonio verbis, minis, & armis fuit
prouocatus. In omnem tamen euẽtum pœna de-
bet eſſet ſatis leuis, ſub correctione ſemper, &c.
465 † Sed aduerte quod ſicut forenſis non ligatur
ſtatutis circa delicta tantum ſtatutaria, quæ non
ſunt delicta de iure communi, ita non poteſt ac-
cuſare ſubditum ſtatuti pro iiſdem delictis ſtatu-
tarijs, Alex. conſi. 164. num. 3. vol. 6. & conſi. 181.
vol. 2. Corn. conſi. 45. in 1. volu. Et ſicuti forenſis
non ligatur dictis ſtatutis, ſecundum ea quę ſupra
dixi; ita non gaudet illorum priuilegijs, text. in l.
ſecundum naturam, de reg. iur. vbi Dec. & Caſt.
& in d. l. in prouinciali, §. fin. ff. de oper. nouis
nunciat.
466 † Hinc infertur ad ſurdum, qui ut non ligatur
ſtatuto circa ſonum campanæ, ita non poteſt ac-
cuſare alium de tali inobſeruantia, Fel. in c. pru-
dentiam, col. 1. de mot. Pet. Bonacoſſ. ſuper qq. cri
mi. in verb. nox. Bal. in l. ſi quis in graui, §. ſurdus,
ff. ad Syllan. fallit ſi eſt practicus ſono campanæ,
Euerar. in arg. à ſolitis. & cũ videre omnes alios
poſſit lumen eo tempore fore vel dum Aue Ma-
ria ſono campanæ pulſante videt aſtantes genufle
xos capite detecto dicere Aue Mariã, ſiue in pla-
teis, ſiue in vijs, ſic iſte ſurdus ligatur ſtatuto, &
poteſt eſſe teſtis in his quæ ſolo ſenſu viſus perci-
pi poſſunt contra inobedientes. Farinac. de teſt. q.
61. nu. 46. & 47. & in pract. de teſt. in ver. ſurdus.
Et è contra ſicut forenſis ligatur ſtatutis in mate-
ria delictorum de iure communi, vel alio quouis
467 iure naturæ, diuino, aut Canonico, † ita excuſa-
tur, ſicut excuſari poſſunt cæteri, qui non ſunt fo-
renſes, d. l. ſecundum naturam, de reg. iur. l. Neſſe-
nius, §. fi. de excuſ. tut. ideò dicimus de ſtatutis &
pœnis à communiter accidentibus, quibus ſupra
diximus forenſes ſubiacere, quia contrariorũ eſt
eadem diſciplina, glo. fin. in d. l. ſecundum naturã,
vbi dec. nu. 3. de reg. iur. Euerar. in loc. à contrarijs
468 ſeu oppoſitis, lit. B. & C. † dicẽs, ꝙ vbi ſtatutum
non poteſt habilitare forenſem, minusq́ue poteſt
eum inhabilitare, Bal. in d. l. cunctos populos, in
7. col. C. de ſum. trin. & fid. cath. quia tantum ope
ratur propoſitum in propoſito, quantum oppoſi-
tum in oppoſito, l. fi. in fin. de leg. 3. cum ſimil. Et
quidem ex hoc argumento à contrario ſenſu elici
469 tur illa quæſtio trita & ventilata, † an delictum
factum de ſero, vel in aurora, dicatur factũ de die,
aut de nocte, ſtãte ſtatuto, vt in delictis nocturnis
pœnæ duplicentur, vt Mantuæ & alibi? de qua tra
ctant Bar. & Rom. in l. 1. §. hoc autem Senatuſcõ
ſultum, ff. ad Syllan. & Bal. in l. Titius, §. Lucius,
ff. de lib. & poſthu. & tenent in dubio iudicãdum
eſſe factũ potius de die, quàm de nocte, iux. l. ſem
per in dubijs, cum concor. de reg. iur. Alber. in 2.
par. ſtatu. q. 19. Gand. de malef. tit. de pœn. reorũ,
ver. præterea, Bonacoſſ. ſuper ſtatu. cri. 9. in verb.
470 Nox. † & ibidem declarat quando Nox dicatur
& etiam Clar. q. 82. ver. ſtatutum 9. ver. quæro, &
200 Fiſco præſente nullus pro eo comparere poteſt, ſecus abſente.
210 Colluſio vitiat acta, & geſta omnia.
212 Iuramentum veritatis, & calumnia.
213 Iudex quomodo excuſatur, ſi capturam ſine indicijs conceſſerit.
214 Scachum qui committere dicantur.
215 Iudex ſi in iudicio aliquid iniuſtè iuſſit, præſumitur potiùs deceptus, & circumuentus, quam per dolum iuſſiße.
216 Iudex ex cauſa iuſta audientiam denegare poteſt.
217 Impedimenta ex quibus Iudices excuſantur, ſi non expedierint.
218 Querela dicitur calumnioſa, quando tendit ſuper futuro grauamine.
219 Appellatione pendente pro ſententia præſumitur.
220 Appellatione pendente Iudex querelari non poteſt pro ſententia.
221 Forenſis an querelare poſſit iudicem in ſyndicatu.
222 Ignoti ad querelandum non admittuntur in ſyndicatu.
223 Bannitus quouis modo non admittitur ad querelandum in ſyndicatu.
224 Bannitus an teſtis eſſe poſſit.
225 Res iudicata pro veritate habetur.
226 Periurus non admittitur ad accuſandum.
227 Infamis ab accuſando repellitur.
228 Ab accuſando, qui repellantur.
229 Teſtes intereſſati, qui ſint.
230 Teſtes, qui non admittuntur pro alio, tamen contra ſeipſos admittuntur.
231 Capturati non ſunt idonei teſtes contra poteſtatem.
232 Congregati contra Prætorem non ſunt teſtes (tempore ſyndicatus) contra eundem admittendi.
233 Poteſtas ſemel querelatus coram ſuperiore, non poteſt iterum.
239 Teſtes contra officialem in ſyndicatu, omni exceptione maiores.
240 Qualitas deducta probari debet contra officialem, alioquin accuſans ſuccumbit.
241 Officiales de generali conſuetudine, de quibus ſyndicentur.
242 Doctor iura ſcire præſumitur.
243 Iudex errans circa ſtatutum, an & quando teneatur, quid circa conſuetudinem, & quid procedendo de ſimilibus ad ſimilia.
244 Similia quæ dicantur.
245 Poteſtas an de geſtis extra officium poſſit ſyndicari, num. 14.
246 Clauſula non aliter, nec alio modo.
247 Iudicare per iniuriam, qui dicatur.
248 Iudex errans ex cauſa probabili, non tenetur in ſyndicatu.
249 Ordo Mediol. circ. ſyndicatus.
250 Syndicatus cauſa eſt ſummaria.
251 Abſolutio, & condemnatio intra tempus inſtantiæ fieri.
252 Calumnioſi contra officialem ad quid teneantur.
255 Accuſator, vel inſtigator contra officiales.
256 Syndicatores tenentur omninò condemnare calumnioſos.
257 Famulus arguit dominum de calumnia, quando fert querelas ſyndicatori contra officialem in ſyndicatu.
258 Calumniatores qui ſint, & ad quid teneantur.
259 Hæres pro defuncto, de quibus teneatur pro cauſa criminali.
260 Pœna iniuriarum tenetur calumnioſus querelator contra officialem.
261 Libellum famoſum contra officialem affigens, qua pœna puniatur.
262 Iniuria officiali facta, an cenſeatur in dubio facta vti officiali, vel tanquam perſonæ priuatæ.
263 Iudex tenetur condemnare ſuccubentem in expenſis quando petitur.
264 Proteſtatio ante, vel poſt diuerſos effectus parit.
265 Clauſula non tantùm dicto modo, quid operetur.
266 Clauſula non ſe adſtringendo.
267 Clauſula proteſtans, potiùs velle carere exhibitis.
268 Domicilium eligere, qui teneatur, quando, & qualiter.

269 Officialis

269 *Officialis electus Ciuis efficitur.*
270 *Citatio eſt neceſſaria ad omnes actus præiudiciales.*
271 *Relationes quæ per iuſdicentes fieri ſolent ad ſuperiores.*
272 *Cautela eſt offerre copiam relationis fiendæ ad ſuperiores.*
273 *Accuſatio falſi eſt popularis.*
274 *Falſus accuſator contra officialem, eſt capite puniendus.*
276 *Melius eſt errare in tempore, quàm in ſententia.*
277 *Oblatio quantum proſit.*
278 *Clauſula, proteſtans per ſe non ſtare.*
279 *Syndicatores, vt rectum ſyndicatum faciant, ad quæ animaduertere debeant.*
280 *Syndicatores etiam tenentur reddere rationem ſui officij.*
281 *Factum à maiori parte tenet.*

DE BRACHIO REGIO

PARS QVINTA.

LEgitur in Lib. 1. Reg. cap. 12. Samuelem Prophetam ſanctum Iudicis officio perfunctũ, poſtquam Dei iuſſu Iſraelis populo Saulem Regem conſtituiſſet, quaſi ſuæ procurationis rationem redditurus ſic ad vniuerſum Iſraelem dixiſſe: Loquimini de me coram Domino, & coram Chriſto eius, vtrum bouem cuiuſquam tulerim, aut aſinum: ſi quempiam calumniatus ſum: ſi oppreſſi aliquem: ſi de manu cuiuſquam munus accepi; & contemnam illud hodie, & reſtituam vobis. Ex quo loco tempus, modum & cauſas ſyndicandi mirificè colligere poſſumus, & perſonas quodammodo, quæ ſyndicari debent: quem locum poſt hæc aduerti penes Parid. de Put. in trac. ſyndicatus in euidential. tactum fuiſſe primò, & gauiſus ſum.

1 † Primò igitur de tempore ſyndicandi colligitur, quòd finito tempore officij, & non pendente officio, Iudices & officiales ſyndicandi ſunt, iux. l. inciuile, ff. de leg. & per Clar. §. fin. quæſtio. 16. verſic. præterea, & ibi addit. vbi pariter allegat Put. eod. tracta. in verb. durante officio, & Nigr. in cap. 132. num. 71. de ſyndic. qui decem fallentias ponit, & Florentium in uol. 3. Statutorum, Rubr. 96. cauetur quò officiales forenſes, non poſſint moleſtari durante officio, niſi tempore ſyndicatus, ui. Aſin. pract. §. 2. cap. 17. num. 9. & quidem officialis durante officio ſyndicari non debet, niſi de barattaria, & alijs cauſis, ob quas officio priuari poteſt, ut teſtantur Clar. loc. cit. & Boſſ. in tit. de offic. corrupt. pecun. num. 34. & vi. Barbat. c. ex literis, num. 24. ext. de Conſtitut.

2 † Vnde minus laudabiles ſunt, qui tam frequenter, ac facilè aures querelis, & querelantibus præbent (munere officij adhuc vigente) contra Iudices, qui dum hilari animo, & alacri ſtudio, ac viriliter demandatam ſibi prouinciam totis neruis adminiſtrant, à calumniantium iniquitatibus vexantur, turbanturque, imbecilles fiunt, viribus carent, tali impedimento neſciunt quid faciant, & officium vileſcit, nec non iudicij, & iuſtitiæ ordo præpoſteratur, tot tantiſque nugis, & querelis. Hinc animi languor, non ſinit facere bonum affert damnum in rebus, & honoribus, contra tex. l. iuſtè, §. cum qui, ff. de vſucap. Bolog. conſil. 4. num. 26. ea ratione, quia non eſt danda afflictio afflicto, nam ſatis Iudex affligitur, dum ſtudet, dum audit, dum torquet, dum iudicat, & languor adeò occupat animum officialis, quod impedit ne poſſit exercere per ſeipſum, nec per ſubſtitutum, l. viam veritatis, ff. locat. idem in clerico. & in feudo, vi. Bolog. d. conſil. 4 per tot. Hinc eſt, quòd ſubditi dum timore pœnæ ad meliorem frugem redu-
3 cendi ſunt, † contrarium ſuccedit: & cùm Prouincia expurganda eſt malis hominibus, & delicta punienda, tunc eò magis valenter peruerſi homines contra probos Iudices, & temeritatem ſuam produnt, & contumaciam propalant: Iudex verò bonam exiſtimationem perdit, & attonitus, atque perculſus, vt ferè mutus euadit, quia vbi non eſt ordo, ibi confuſio, §. inordinatum, vbi gloſ. in auth. de hæred. & falcid. Porrò ſunt incompatibilia, iudicem eodem tempore
4 iuſtitiam adminiſtrare, & ſyndicari, † quoniam in promiſcuis actibus non debent turbari officia, l. conſulta diualia, C. de teſt. not. Vant. de nullit. ex defect. iuriſdict. num. 43.

5 † Nec agere, & pati in eodem ſubiecto ſimul ſtare poſſunt, ſecundum notata Bald. in l. ſi uxor tua, C. de bon. auth. iud. poſ. licèt ſecus ſit ſecun-
6 dum Philoſ. † Nam tanquam officiales eligantur, tunc tempus eſt quærendi exactiſſimè de uita, & moribus, ut dixi in 4. par. ſub num. 563. quia ſerò Medicina paratur, ſed electione facta, non debet ampliùs diſplicere alio non conſtito, Dyn. in cap. quod ſemel, num. 12. de reg. iu. in 6. quinimò Iudici fauendum eſt, l. cum ratio, ff. de bon.
7 damn. l. Diuo Marco, C. de quæſt. † Virtus enim officij ſtat in manutentione, arg. l. ſi Prætor, de Iudic. Hinc facti ſunt quamplures tituli rigoroſi contra contemnentes Iudices, ut ff. ſi quis ius dic. non obtemp. & ff. ſi quis in ius uoc. non ier. & in Auth. ut omnes obe. iud. Prouinc. cum ſimil. & prædicta procedunt, cùm officiales ſunt pro certo tempore electi, & non ſunt perpetui, vel ad beneplacitum, Amad. de ſyndic. num. 42. Veruntamen non denegantur per hoc opportuna remedia ſubditis, & literæ prouiſionales, quibus indies paſſim litigantes indigent, l. 1. C. de
8 prec. Imper. offeren. † Sed aliud eſt prouidere indemnitati ſubditorum, aliud eſt perturbare Iudices in ære, in animo, & in officio ante tempus ſyndicatus; & in ijs, quæ celeritatem deſiderant, poteſt prouideri, quinimò etiam de facto reſiſti quando damnum eſt irreparabile, iuxta ea quæ latè dixi in 2. par. nu. 42. cum mult. ſeq. At quando poteſt ſubditis prouideri, & honori, & dignitati officij conſuli, hoc ſemper curandum eſt, ne Iudex cadat, dum ſtare, & ſuſtineri debet, & uulgi fabula dicatur, facit Put. de ſynd. in uer. Iudices, cap. 2. Bald. in l. quamuis, ff. de condit. & demonſtr. & infra latiùs dicam, & eò magis, cùm Iudex ab initio ſatiſdedit de ſtando, & parendo ſyndicatui, per ea quæ tradit nouiſſ. Muſcatell. Regnicol. in ſua pract. crim. par. 1. mod. 14.

9 † Secundò ex dicto capitulo ſumitur in fine, quod inſtantia, ſeu tempus ſyndicatus non debet eſſe prolixum, imò breue, ibi, hodie contemnam, & reſtituam uobis; quamuis de iure communi videantur aſſignati dies quinquaginta, quibus ſtare tenentur ſyndicatui, l. meminiſſe, in princip. ff. de offic. Proconſ. & Put. de ſyndic. per illum tex. in ver. Iudex ad ſyndicatum, cap. 2. nu. 17. Rondinel. eodem tract. de ſyndic. num. 99. & 100.

& 100. Verum in hoc ſeruabitur ordo, aut ſtylus
10 Prouinciæ. † Terminus verò datus ad querelandum
dicitur peremptorius, cap. Paſtoralis, de except. Dyn. in cap. in iudicium, de reg. iur. in 6. Bart. in l. ſi finita, ff. de damn. infect. & propterea in edicto dici debet, quòd terminus, puta quindecim dierum, datus ad querelandum eſt peremptorius, vel quod eo elapſo amplius non recipiuntur querelæ, vel querelantes non audiuntur, Rondinel. propè fin. Bart. in l. Mancipiorum, ff. de opt. leg. Ang. in l. Titia, ff. de acquir. &. Gomeſ.
11 de delict. cap. 1. num. 25. † tale tempus non poteſt vllo modo prorogari, l. fin. de feri. l. 1. ff. de dilat. Rondinel. vbi ſuprà, num. 101. & 185. Boſſ. de offic. corrupt. pecu. num. 32. & malè ſyndicatores ſe habent, quando per iudicem non ſteti, ſi prorogant terminum ad querelandum. Non obſtat, quòd ratione abſentiæ, vel ignorantiæ banni, ſeu edicti ad querelandum, adhuc quis tranſacto termino audiri poſſit, ſecundum Puteum in verb. iudices ad ſyndicatum, cap. 5. num. 3. & 4. quoniam in practica id receptum non eſt, & quidem optima ratione. Nam qui aliquid ab officiali læſus tenetur explorare de tempore ſyndicatus, cum certum ſit iudicem finito officio teneri reddere rationem ſuæ adminiſtrationis, vt ſuprà dictum eſt, & ideò opportunè comparere, vel procuratorem mittere debet, arg. l. 1. vbi gl.
12 & DD. ff. ſi quis cautio. † & qui ſcire debet, præſumitur ſciens, l. quod te, vbi DD. ſi cert. pet. & ſaltem in porrigendis querelis tale tempus prorogari non debet, Bart. in l. 2. ff. de re iud. & in l. 1. Cod. vbi omnes cauſ. Put. de ſyndic. cap. 6. in
13 verb. iudices ad ſyndic. † Et vice verſa officialis tenetur morari, & ſiſtere in iudicio, ſeu in loco ſyndicatus vſque ad finem, ſi pro cauſa criminali querelatus eſt, vbi pœna corporis ingeritur. Scap. in ſuo tract. iur. non ſcript. lib. 3. tit. de iudic. c. 20. & interim ad officia, & honores promoueri non debet, l. reus delatus, ff. de muner. & honor. l. 1. C. de reis poſtul. lib. 10. idem cum de maiori parte bonorum lis ſit, Aſin. pract. in princ. cap. 6. num. 8. Caball. caſu crim. 121. ſecus vbi pœna pecuniaria, vel ſi ageretur ad damna, intereſſe, & expenſas: nam tunc poteſt diſcedere, procuratore relicto, & reſponſione data querelis, vt per practicantes dicta à Muſcatel. in d. pract. crim. par. 1. mod. 14. ſub num. 9. & 10. multò magis ſi aliunde ad aliud officium, durante ſyndicatu interpellaretur, Muſcatel. vbi ſuprà num. 6. Ang. in auth. de collater. Rondinel. de ſyndic. nu. 109. & ſeq. & Put. in verb. procurator, cap. 1. vbi vide, & ita Genuæ ſeruari vidi in cauſa ſyndicatus D. Vulpellandi Iudicis Rotæ, anno 1598. vide infra num. 95. & cautela erit, quod officialis ſoluat pœnam antequam condemnetur, quia euitabit inconuenientia multa, & præſertim non impeditur ſuſcipere nouum officium, l. ſi reus paratus, & ibi Bart. & Ang. de procurat. Rondinel. de ſynd. num. 244. poſt hæc edita Caball. Caſ. cri. 56. ſub num. 97. & nota aliam cautelam, quod dum arctatur ad fideiubendum de parendo ſyndicatui fideiubeat de Iudicatum ſoluendo pro eo, quod iudicatum fuerit ab eo. Nam finito tempore ſi non iudicauerit; Iudex & eius fideiuſſor liberati remanebunt, l. 3. ff. de iudic. Gomeſ. de delic. cap. 8. num. 5. Put. d. tract. in ver. ſuc-
14 ceſſor. cap. 2. num. 5. † Et Put. mox allegatus in fin. notat, quod officialis de geſtis ante, vel poſt officium, aut de geſtis extra officium durante officio, non poteſt conueniri niſi coram ſuo iudice ordinario, vt tenet Bald. in l. 2. C. vbi de crim. agi opor. Catal. de ſyndic. num. 24. Rondinel. num. 276. Capel. Toloſ. deciſ. 413. Grauat. ad Veſtr. pract. lib. 3. cap. 9. num. 2. Iaſ. in l. 2. num. 1. ff. de in ius voc. Caſſan. in conſuet. Burg. fol. 305. num. 35. vbi an ab ordinario poſſit puniri, Baiar. ad Clar. quæſt. 38. num. 89. & Marc. deciſ. 683. lib. 1.

15 † Tertiò ex ipſo tex. colligere poſſumus perſonas, quæ cenſuræ ſyndicatus obnoxiæ ſunt; quãuis enim Samuel fuerit ſanctus, & abſque peccato, tamen ad inſtructionem aliorum hominum huius ſeculi, ſpeculatiuè loquendo de perſonis reprehenſibilibus, voluit ſub ſyndicatu ſtare, quantò magis debent inferiores Regum & dominorum, auth. multò magis, C. de Sacroſanct. Eccleſ. nam ſepties in die cadit iuſtus, vt notatur etiam in auth. de non alie. vel permut. re. Eccleſ. §. alienat. collat. 2. & per Accurſ. in princ. Inſtit.
16 de iuſt. & iur. † Quicunque igitur, qui curam aliorum gerunt, rationem adminiſtrationis reddere debent (licet diuerſimodè) l. 1. C. vt omnes cauſ. tam ciuil. quam crimin. Ideoque non ſolum Prætores & Præſides, ſed etiam viri clariſſimi, & habentes maiorem adminiſtrationem, etiamſi ſint Comites, Duces, vel Aulæ Imperialis officiales, Præfecti militares exercitus Imperij, aut conſiliarij eiuſdem, de quibus par. 4. num. 564. omnes huic cenſuræ obnoxij ſunt, per illum tex. l. 1. C. vt omnes cauſ. &c. & ita obſeruatum fuiſſe teſtatur Put. de ſynd. nu. 11. & 12.
18 † Quinimò pactum eſſet contra bonos mores, ſi Prætor aut Iudex eligeretur ſub ea conditione, vt non poſſit nec debeat ſtare, aut parere ſyndicatui, vt inquit Put. in verb. electio officialium, cap. 1. in princ. Afflict. ſuper conſtitu. volumus, num. 4. & minoribus, num. 6. & conſuetudo eſt
19 in contrarium. † Solus enim Pontifex Max. à nullo ſyndicatur homine, vt legitur in cap. propoſuit, de conceſſ. præben. cap. nemo, cum tribus ſeq. 9. q. vlt. nam ſoli Deo tenetur reddere rationem.

20 † Quartò principaliter ex eodem tex. colligitur, quod iudices tenentur de extorſionibus, & angarijs indebitis, & exactionibus inſolitis, ibi: Vitulum bouem cuiuſquam tulerim, aut aſinum. Extorſio quidem vitium ſapit, & ſonat in vitium, Clement. 2. §. ſanè, vbi Cardin. de pœn. Angarias verò non licet iudici imponere, immò prohibetur, quia ſunt propriè de reſeruatis Principi; cap. 1. tit. quæ ſint regal. de feud. Boſſ. eo.
21 tit. de angar. † Extorſio tamen dicitur fieri, quando Iudex cogit aliquid ſibi dari, quod non eſt debitum, vel quod eſt vltra debitum, vel ante tempus petitur id, quod poſt adminiſtratam iuſtitiam debetur, l. ſi ſeruo, ff. de hær. inſtit. ibi in verb. extorquere, & Put. de ſynd. in verb. electio officialium, cap. 1. num. 4. & 17. & in verb. Iudex, cap. 2. num. 11.

Adeò, vt nec mutuum quidem peti debeat, ſub quouis etiam ficto prætextu, quando illud non eſt permiſſum; quod facit contra quoſdam adminiſtratores, qui ſubditis mandant, vt vinũ, triticum, ligna, caſeum, ac alia emant pro ipſis, quibus receptis ſoluere obliuiſcuntur, vel obliti finguntur: ſecus ſi ſpontè aliquid datum ſit, & non petitum, quod ſaperet naturam honorarij.
22 † Nam quædam honeſtè accipimus, quæ inhoneſtè petuntur, vt de muneribus infra dicam; Sed ille, qui extorſit etiam à dare volentibus, tenetur

netur crimine concuſſionis ad reſtitutionem
quadrupli, Spec. in tit. de ſalar. §. 1. nu. 5. ver-
ſic. ſed quid, & nu. 12. verſ. ſed nunquid, per l. fin.
C. de crim. concuſſ. & etiam punitur, vt dicit Bal.
in l. ſi quæ, C. de bon. liber. l. generaliter, C. de ca-
lumniator. Nec mirum ſi Samuel ſtatim ſeipſum
23 obtulit, ad reſtituendum. † Nec licitum eſt offi-
cialibus angariare, ſeu vexare ſubditos expenſis,
& equis, etiam cauſa caualcatæ, vt in 2. par. fa-
ctum eſt, nu. 69. Put. in verb. iudices, c. 5. in princ.
& melius in c. 7. num. 1. 2. 3. & 4. Rondinel. eod.
tract. de ſynd. nu. 59. & 60. & ſeq. Guid. Pap. ſing.
12. & Deci. 457.
24 † Quintò ſequitur in text. ſi quempiam ca-
lumniatus ſum, ex quibus verbis datur intelli-
gi, quòd Iudices, & qui alijs præſunt, ſubditos in-
demnes conſeruare tenentur, nedum quoad res,
verum etiam quoad perſonas, & honores, l. cum
ratio. §. penul. ff. de bon. damn. & §. conſideremus,
in Authẽt. vt Iudic. ſine quo. ſuffrag. Nec debent
ſubditos verbis iniurioſis, & contumelioſis affi-
cere, vt ſuprà notauimus in 4. par. num. 533. cum
plur. ſeq. Hinc dixi, quòd officiali honoris cauſa
reſiſti poteſt iniuſtè vexanti, quia ſcriptum eſt,
Qui confidens conſcientiæ ſuæ famam negligit,
25 crudelis eſt, c. nobis, 12. q. 1. † Sed Iudex, qui re-
cta intentione animo corrigendi verbum quan-
doque graue, & acerbum protulerit, non tenebi-
tur actione iniuriarum, Ordr. conſ. 13 Nat. conſ.
462. nu. 10. Felyn. in c. cum te, col. fi. in fi. de ſen-
ten. & re iud. Put. in verb. iudices, c. 6. nu. 9. & ſic
26 in propoſito, † non tantùm calumniatores ap-
pellantur, qui falſa crimina intendunt, l. 1. §. 1. ff.
ad Senatuſc. Turpill. Menoch. de arb. caſ. 321. ſed
etiam, qui calumniari permittunt. Nam per ſe fa-
cit, qui per alium facit, Dyn. in reg. qui per aliũ,
de reg. iur. in 6. Put. in verb. ſyndicatorum offi-
27 cium, c. 1. nu. 2. Et propius accedens, tũc † Iudex
calumniari dicitur ſubditum, cum falſam, & ſi-
niſtram relationem, ſeu informationem iniquè
facit oretenus, aut in ſcriptis coram ſuperiore, ad
effectum vt malè de eo audiatur, vel vt cauſam
amittat, cui ſupplicata non obtineat, & ſæpè fit,
ne in ipſum iudicem culpa conijciatur, quando
boni et pacifici ſubditi odio à malis iudicibus pro
ſequuntur, eò quia cum eis pudet eos conuerſari,
28 & eorum cupiditatibus adhærere nolũ; † Nam
iudices non debent ſibi amicitia aſſumere, vt quæſtus,
& pecuniæ deſeruiant, Puteus in ver. officium,
c. 1. in princ. ſed ſolum iuſtitiam diligere, l. per illi
29 citum, C. de cohat. † Quandoquidem iudex de-
bet eſſe publica iuſtitia in medio poſita, ne quis
propria authoritate ius ſibi dicat, l. nullus, C. de
iudic. & ipſe non debet declinare à dextris neque
à ſiniſtris: expeditque non ſolum abſtinere à ma-
lo, ſed à ſuſpicione mali, l. apertiſſimi, C. de iudic.
glo. ling. in §. quoniam, in auth. de trien. & ſe-
miſſ. hinc Florẽtię per ſtatuta in 3. lib. Rub. 106.
& 107. prohibẽtur hiſtriones, & mulieres intra-
re in Palatium, & faciunt, quæ ſup. dixi in prima
part. numer. 221. Samuel etiam ſtatim obtulit ſe
contemnere munus, id eſt, integrum ei cuius eſt
reddere, & calumniam deteſtari, quaſi publicè
adiurare ſi quempiam calumniatus ſit, honorem
que, famam, ac rem ſtatim reſtituere, vide ſuprà
30 in 4. p. num. 210. verſ. ſed iudices. † Sciens quod
non remittitur peccatum, niſi reſtituatur abla-
tum, c. peccatum, de reg. iur. in 6. benè facit Lu. Io.
Carbo. in ſuo tract. de reſtitu. omn. rer. quæſt. 14.
& quæſt. 16. 17. & 18. quibus in locis qualiter
ſint reſtituenda hæc, honor, laus, & fama, &
31 quæſt. 64. & ſeq. vbi latè de reſtitu. rerum. † Iu-
dex qui per calumniam inquirit, tenetur ad dam-
na & intereſſe, de quibus per Carbo. d. tract. quæ-
ſtio. 65. & punitur criminaliter, ſi verè cognoſcit
per calumniam inquirere, ſecus ſi præſumptiuè,
Farinac. de accuſ. q. 16. nu. 25. & 26. & ille dicitur
in vera calumnia, qui format inquiſitionem, & il
lam ſine indicijs tranſmittit; per ea quæ adducit
Farinac. mox adduc. nu. 17. idem in tit. de delict.
q. 17. nu. 29. vſque ad fin. vbi multum tribuit iudi
ci noſtro, & Menoch. de arbit. q. 70. Cepol. in au-
thent. ſed nouo iure, nu. 56. C. de ſer. fug. vbi enu-
merat triginta caſus, in quibus Iudex magni arbi
trij non tenetur in ſyndicatu, & à calumnia ex-
cuſatur inquirendo ad denunciam, Ang. in l. ſi
vacantia, num. 106. C. de bo. vacant.
32 † Sextò dicitur in tex. ſi oppreſſi aliquem, quod
multis modis contingere poteſt, videlicet in per-
ſona, vt quando Iudex iniuſtè capturauit, vt la-
tè dixi in 2. par. vel iniuſtè torſit, vt in 3. par. an-
tequam vlterius progrediar, nolo omittere quòd
de tortura qualis, ac quanta fuerit, ſtatur actis Cu
riæ, vt ſupra in d. 3. par. nu. 60. & in verb. tortura
eſt de proceſſu, Menoch. de arb. Iud. caſ. 340. nu.
10. & 11. Maſcar. de probat. latè cõcl. 1384. Boſſ.
de tortu. nu. 48. vbi remiſſiue, & probatur etiam
confeſſione rei, & per eius vociferationem, per
famam, & alia, de quibus per Marcel. Cal. tract.
de mod. artic. nu. 713. cum ſeq. vbi num. 718. ait,
non eſſe iſta indicia ſufficientia ad condemnan-
dum Iudicem in ſyndicatu; Item quòd quis verè
fuerit tortus probatur per ſigna ligaturę, vel ignis,
aut talia ſtigmata, Follet. in ver. informationes
capiat, nu. 16. Put. de ſyndic. in verb. tortura 111.
c. 5. nu. 1. 2. 3. & ſeq. ſed aliæ probationes, vt cla-
mor, dictum torti, aſſertio officialium, aut vici-
norum, vel ſociorum criminis, & carceratorum,
de quibus loquitur Put. vbi ſuprà poſſunt eſſe, &
non eſſe veræ, l. non hoc, C. vnde cogn. Nam Iu
dices quorum cõſcientia eſt in marſupio, & aua-
ritia pollet, quandoque fingunt reos torquere, &
non torquẽt, & iſti latrunculatores (ſeu latrones,
vt nomina ſint conſona rei, §. eſt, & aliud, Inſtit.
de donat.) eijciunt foras baruarios, ipſi ſoli ma-
nentes in loco torturę, & humero tortum ſub pe-
dibus ſuſtinent, & aiunt, increpant, & perſuadẽt
clamore valido, vt reus fateatur; At ſub ſilentio
conſilium præbent dicentes tortis, vt ad ſydera
exclament, vt audiantur ab illis, qui foris ſtant,
& credant illos tortos acriter pati in tortura; &
quandoque ſub prætextu magis indagandæ veri-
tatis tormentum cabalettæ addunt, & cum bar-
uarij extra locum torturæ iuſſu Iudicis manent,
clauſo oſtio, puluinulum ſub podice torto Iudi-
ces ſupponunt, inſtruentes illum, vt acclamet va-
lidè, aut quandoque ſub prætextu quòd torquen-
dus ſit inhabilis tormento funis addunt ignem,
ſed prius pedibus oleo ſaxi vnctis, vel aliter, vt
ignis non officiat, ſicque ijs, & ſimilibus vitu-
peroſis modis nocens abſoluitur, & Iudex in
æternum damnatur; Quare clamant iuſti, erue
nos Domine de neceſſitatibus noſtris, & ſanè
qui talia faciunt digni ſunt rigoroſo examine, &
ſyndicatu Tortura autem in dubio præſumitur
moderatè illata, vt infra numero 78. & per Ba-
tard. ad Clar. quæſtio. 64. numero 108. eſt text.
in l. Herennius, §. Caia, ff. de euict. & Ang. in l. 3.
C. de adulter. Exceſſus verò torturæ æquiparatur
potius culpæ, quàm dolo, Felyn. in c. cum non ab
homi-

Digitized by Google

homine, in fin. de iudic. & præſumitur Iudicem exceſſiſſe per imprudentiam, Put. in verb. tortura, cap. 5. & Boſſ. in tit. de tortur. num. 37. Item Iudex dicitur opprimere partem, contra quam ea inaudita ſententiam tulit, res enim peſſima eſt, l. de vnoquoque, ff. de re iudic. Vant. de nullit. ex defect. cit. Put. in verb. appellatio. cap. 1. 2. 3. & 4. & in verb. ſententia, cap. 1. & multò magis dicitur oppreſſiſſe, ſi iuſtum occidit, quia tenetur pęna capitis, cap. 1. de homicid. Item opprimere dicitur, quando ob fauorem, pretium, amorem, vel odium ius dicit, aut iudicat contra iuſtitiam, ſecundum notata in 4. p. ſub nu. 541. & facit Roudinel. de ſynd. nu. 42. & ſeq. Item opprimit quando pauperibus, viduis, pupillis, orphanis, & alijs miſerabilibus perſonis in dubio fauorabilis, & protector non fuit, l. fauorabiliores, de regul. iur. lauſſimè Tiraq. in tracta. de priuileg. piæ cauſ. per tot. vel ſi in iudicio æqualitatem non ſeruauit, contra l. 1. C. de fruct. & lit. expenſ. & l. in Iudicis, de reg. iur. Item ſi permiſerit potentes præualere, Amad. de ſyndic. nu. 159. & permiſit ſe, aut teſtes pecunia corrumpi, & tenetur nedum ad reſtitutionem, l. 1. & l. eadem. cum l. ſequ. ff. ad leg. Iul. repetund. ſed debet pati pœnam corporis afflictiuã, vt in dictis iuribus, & pecuniæ, vel aliarũ

33 rerum. † Quæ tali modo data repeti à dante minimè poteſt, ſed applicatur fiſco, Rondinel. d. tracta. nu. 55. per l. 1. ff. de iur. fiſ. vel potiùs reſtituenda eſt pauperibus, Nauar. cap. 17. Manu. conſi. 5. reſtitutio. 1. At qualiter Iudex liberi, & ampli arbitrij poſſit excuſari in ſyndicatu ab huiuſmodi, vide Farinac. de indic. & tort. q. 74. 75. & 76. vbi ferè de Iudice noſtro loquitur.

34 † Septimò iunuit tex. non eſſe licitum munera accipere etiam à ſpontè dantibus, quoniam munera placant homines, cęlos, Deolq;, vt apud Ouid. Nam filij Heli, qui munera acceperũt, malè iudicarunt, vt in 1. Reg. c. 8. nõ autem Samuel, vt

35 in eo. lib. c. 10. † quia munera excæcant lumina Sapientum, & mutãt verba Iuſtorum, Deut. 16. Eccl. 20. & tollunt animum accipiẽtium, & munera de ſinu impius accipit, vt peruertat ſemitas

36 iudicij. † Et munus abſconditũ iuſtas iras extinguit, & qui dat munera victoriam, & honorẽ recipit: væ autem illi, qui contra innocentem munera accipit: de ijs omnibus apud Afflict. ſuper conſtit. Capitaneorũ 15. not. & in rubr. 52. nu. 5. Quare omninò abſtinẽdum eſt à receptione munerũ, præſertim à litigantibus, qui dant munera, non charitate, & beneuolẽtia, ſed per corruptionem, & qui dat Iudici vnam gallinã, ea intentione dare præſumitur, vt ab eo recipiat bouem; ſed Iudex debet habere manus mũdas, Auth. vt Iud. ſine quo. ſuffrag. facit quæ dicta ſunt in 2. par. nu. 153. 154. & 155. Caball. Milleloq. 981. p. 2. vbi à partibus quidquam accipi non debere; idẽ Milleloq. 982. vbi nec pecuniã pro iuſta ferenda ſententia, quia venalis appellaretur idem Milleloq. 702. referens verba Imp. Theodoſij, in Rubr. de offic. Rector. Prouinc. Cõtra & aduerſus Iudices rapaces qui vellẽt omnia ingluuiari pro ſe ſuiſq; tantũ, Quinimò officiales non poteſt emere, niſi ea quę tãtum victui ſunt, & veſtitui neceſſaria, & alia quæ ſui Anteceſſoris erãt, Afflict. de alie. feu. Car. 69. nu. 12. At qui prædia, & ſuburbana emerunt non modicam ſuſpicionẽ contra ſe ipſos dederunt, præſertim emulis; ipſe vero ſunt anni 30. quod officijs vaco, & nil emi permanens hactenus. Nõ ſic qui anſerem ſine ſtrepitu, & figura Iudicij pilant, & reponũt in marſupio, & recondũt in horreo; at de ijs ſcriptum eſt, de male quæſitis non gaudebit tertius hæres, & quod non capit Chriſtus rapit fiſcus, an autẽ officialis præſumatur diues effectus de bonis publicis, dixi ſupra ſub nu. 375. p. 4. Barbat. cõſ. 39. nu. 7. uo. 4. Peregr. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 3. Caualc. Deciſ. 37. p. 5. Verum enimverò officium, & diſcretio pari paſſu ambu-

37 lãt, vt dixi in 3. p. ſub nu. 150. † Vnde nihil penitus accipere à ſpontè dantibus inhumanũ eſt; vt ait Tiraq. tract. de iud. in reb. exig. nu. 91. & ſeq. & ſæpenumerò fit, vt donãs incidat in ſuſpicionem maximam, quã de Iudice munus reſpuente cõcipit, & fortè non deſit qui dicat pauca Iudici eſſe

38 contraria, & ideò contrarijs curãda. † At recipere magnũ munus eſt ſignũ lupi rapacis, & argumentũ auaritiæ omniũ malorum radicis, 1. Timoth. 6. Porrò aliquid recipere breui tẽpore duraturũ permittitur, Put. in verb. poculenta, Catal. de ſyndic. nu. 21. ſed ne quid nimis, & à nõ litigantibus licet aliquid ſemel in anno recipere, vt dicit Afflict. in d. rubr. 52. nu. 5. & vide Carpa. ſuper ſtatu. Mediol. c. 44. nu. 3. c. 461. nu. 1. vol. 2. Mantuę verò eſt taxatũ quantũ, quoties, & à qui-

39 bus. † Imminente aũt neceſſitate ob bellum, aut chareſtiã, Iudex vir probus poterit accipere munera, vt ſibi ſuccurrere poſſit, dummodò iuſtitia fiat; auth. ſcriptũ exemplar, in fi. vbi not. gl. ff. de offic. Præſid. Amad. de ſyndic. nu. 164. & ſtatim abſoluam. Nihilominus præter eſculenta, & poculenta nil penitus accipiendũ eſt, nec quid minimũ, niſi honoraria ſolita, & cõſueta, ac permiſſa, præſertim ſtãte ſalarij tenuitate: ad quę vide Put. d. ver. poculenta, c. 1. nu. 2. & tandem repeto quædã honeſtè accipi, quæ inhoneſtè petũtur, no. in l. proinde, ff. de var. & extraord. cog. gl. in l. 2. cir. fi. ff. de orig. iur. Dd. in l. quod cuique, de reg. iur. & in hoc ſtandũ eſſe cõſuetudini, l. minimè, de leg. ad prædicta vide Ant. Scapa tract. iur. non ſcript. lib. 3. c. 18. pulchrè Bonifac. tract. de furt. §. alienę rei, nu. 90. cum plur. ſeq. Viuium deciſ. 113. vol. 1. ſed nõ eſt prohibitum accipere ab amicis, & affinibus nõ litigantibus, nec intuitu aliorũ donantibus, l. 1. C. de muner. & honor. Boſſ. in tit. de offic. corr. pecu. nu. 3. Imò nec à fideiuſſore, Cabal. Milleloq. 322. p. 2. quia dicitur turpe lucrum, & exactio illicita, vt l. hoc iure, §. Labeo, ff. manda. Archiep. Flor. in ſua ſum. p. 2. tit. 1. c. 7. §. 45. Laur. de Vxur. p. 3. q. 3. Sed aduerte, & cõſidera ne amici, & affines expenſis litigantiũ craſſentur, & bi-

40 bant, ad quod vide infra nu. 69. † At ſummopere iuuat vitę integritas, & probitas morũ cõtra morſus detrahentiũ honori, & famæ Iudicũ; Nam Iudex probus ſi quid per incuriã iubet, aut vetat, pręſumitur zelo iuſtitiæ feciſſe, & in tantũ probitas morũ in homine valet, vt repertis rebus furatis, vel prohibitis penes eũ (vt de armis vetitis, ſcripturis falſis, bãnitis, & huiuſmodi, quę nec retineri, nec recipi poſſunt) indiciũ non præſtent cõtra virũ integerrimũ; ſed inaduertenter habuiſſe, aut recepiſſe dicuntur, ſecus ſi penès aliũ non probũ, c. ſemel, de reg. iur. Marſ. pract. §. diligenter, nu. 95. cum ſeq. & nu. 196. cum ſeq. vbi multa ſimilia adducit, ad leg. Corn. de falſ. l. ſcire oportet, §. cum in reliquis, ff. de tut. & cur. Aug. ad Ang. in

41 verb. veſtẽ cęleſtem, nu. 19. † Quia qui ſemel fuit bonus, ſemper pręſumitur bonus, donec cõtrariũ appareat, gloſ. d. c. ſemel malus, & in c. miramur, diſt. 60. c. mãdata, de pſum. Menoc. eo. trac. lib. 1. pſũ. 3. nu. 21. & 22. Put. in ver. Iudex, c. 1. nu. 23.

Hinc Tiraquell. de pœn. temper. Cauſa. 51. ſub numero 19. in materia probitatis ait, quod in eligendis Epiſcopis, ille præferendus cuius probitas diu nota eſt, & ſub numero 21. quod peccata, & pene minuuntur ei qui virtuoſe vixit, & numero 23. quod ſi iuſtus cadit facilius reſurgit, & numero 24. dicit quod tria proſunt, Innocentia vitæ, Beneuentum, & Spes honeſtæ vitæ in futurum, & quod receditur a regulis iuris communis propter bonos mores, & ob merita, atque virtutes, vt numero 25. Sed vbi agitur de magno præiudicio aliorum, & de periculo animæ, ac contra bonum publicum, prædictæ qualitates in foro fori patum prodeſſent, & etiam in foro fori, Tiraquell. ibidem numero 10. 13. 14. cum plur. ſequ. Et in genere tantum prodeſt probitas, vt credens viro fide digno eſt excuſandus, Angel. in l. mariti, §. plectitur, ff. de Adulter. Tiraquell. numero 29. & 30. idem ſi honeſtę perſonę credatur, numero 31. vidi hoc propoſ. in 6 par.

Præterea poteſtati idoneę electo creditur, Bartol. in l. quicumque, C. de tun. patr. lib. 11. Tiraquell. numero 38. & Bald. in conſil. 222. ait quod Dominus vir probus non tenetur pro famulo, Tiraquell. numero 58. fallit in Caupone, & ſimilibus, vt tot. tit. Naut. Caupo. ſtabul. Bonifac. de fur. §. eſt, numero 39. eſt materia §. Item inſtitor, Inſtitut. de obligat. quæ ex delict. naſcun. idem Bonifac. in §. vel etiam, per totum, Tiraquell. numero 59. qui ſub numero 109. ait quod probitas excuſat ab expenſis, & numero 119. probitas vnius adiuuat fidem alterius.

Et in tantum prodeſt probitas quod ex ſolo iuramento viro probo creditur, Imol. in cap. cupientes, §. quod ſi per viginti, colum. 4. de electtion. lib. quod ei deferendum eſt, non obſtante ſtatuto, Et procurator vir probus non habens mandatum in ſpecie (prout requiritur) ad exigendum debitum, tute illi ſoluitur, Angel. in l. falſus, C. de fur. Tiraquell. numero 146. cum ſequ. qui numero 149. dicit, quod ſynceritas morum compenſat, quod eruditioni detractum eſt, per text. in cap. niſi, §. nec Propheta, de renunciation. ac vitium ambitus excuſatur ob bonæ vitæ meritum, cap. quibuſdam, in fin. 1. quæſtio. 1. Tiraquell. numero 153. ſed Senec. libr. 1. de ira, ait quod nemo probus, niſi diutius mores illius probati fuere. Nec quiſquam noſtrum poteſt ſubito fingi, neque cuiuſque repente vita mutari, aut natura conuerti; Nemo repente fit ſummus, nemo repente turpiſſimus, Cicer. in Orator. pro Publ. Sylla. quoniam nullum violentum durabile, & vna hirundo non facit ver, nec vnus actus facit hominem eſſe probæ vitæ, Ariſtotel. libr. 1. Ethic. cap. 7. quem refert Bald. in l. iura, in princip. de leg.

Hinc eſt etiam quod ex vno actu negociationis quis non dicitur mercator, l. 1. §. primo, vbi Gloſſ. & Bartol. ff. de Tribu. act. & in l. Procuratoris, §. quæritur, eodem titulo, & ideo malus per vnum actum bonitatis non præſumitur bonus, Iacob. de Beluiſ. in l. omnimodo, C. de inofficioſ. teſtament. Luc. de Pen. in l. quemadmodum, colum. antepenult. verſic. ſecundo quæritur, C. de agric. & cenſ. libr. 11. Nam homines mali, & immundi, ac verſuti mel in ore habent, & fel in corde, à quibus diligentiſſimum eſt præcauere, At ſi vis cognoſcere morbum examina cibum, & potum, & quænam ſint exercitia infirmi, ſic econtra ſi vis cognoſcere probum obſerua faciem eius, & mores, & cum quibus conuerſatur, quomodo timet Deum, & quos actus aſſidue facit. Qui enim ſe diu virtutibus, & probitati addixerunt, quique cum ipſis virtutibus longo tempore verſati, vberes earum, atque iucundos fructus produxerunt ij neminem vnquam de bona exiſtimatione deceperunt, nec ab amicis fictis decepti remanſerunt, & tandem qui pro ſe ſuiſque tantum ſatagit operari, & alijs verbis copioſus eſt videns Cæcus eſt.

Infertur ſecundò ad ſtatutum puniens teſtem de falſo, de quo iam in practic. de teſt. 5. part.
42 numero 79. dixi. † Nam ſi teſtis vir probus falſum dicat, vel ſibi contrarietur, præſumitur per errorem dixiſſe, & non per malitiam, Bald. in l. quoties, ff. de hæredibus inſtituendis, Cæpol. conſil. crimin. 25. Pariſ. conſil. 151. vol. 4.

43 † Infertur tertiò ad ſtatutum dicens, quòd officialis teneatur de oblitis, & neglectis etiam in cauſis ciuilibus, quia in viro probo bonæ opinionis, & famæ hoc ſtatutum locum habere non debet, quia ſi quid omiſſum, aut oblitum ſit, non præſumitur cum dolo, nec per latam culpam, Cattar. de execut. ſentent. capt. bannit. in præfatio. numero 98. pulchrè Put. in verb. teſtis, cap 2. text. & gloſ. in l. ſi quis ex argentarijs, §. primo, ff. de eden. Bald. in l. fin. C. de probationibus.

44 † Infertur quartò, quòd Iudex, qui in officijs præcedentibus rectè rieque ſe geſſit, talis in præſenti eſſe præſumitur, argumen. l. meritò, ff. pro ſoc. dict. reg. ſemel, & ſuprà in 4. part. vbi de extenſione, de præterito ad præſens, ver. tertio modo, & quicquid facit, id potiùs ex cauſa officij, curæ, & ſolicitudinis, ac zelo iuſtitiæ feciſſe creditur, & non per dolum, barattariam, odium, aut amorem ſuorum, l. iniuriarum, §. is qui iure, ff. de iniur. faciunt dicta in 3. par. num. 343. Paul. Ghirlan. de relaxat. carcer. tit. de calumniat. cap. ſecundo quæro an eo ipſo, numero 9. & omnia ritè, rectèque feciſſe præſumitur, Put. in dict. verb. Iudex, cap. 1. numero 14 & ita omnes præſumptiones malas ceſ-
45 ſare dicimus † propter bonas Iudicis qualitates, Boſſ. eodem tit. de offic. corrupt. pecun. num. 18. Menoch. lib. 5. præſumpt. 1. nu. 17. & præſumpt. 3. num. 21. & 22.

46 † Vlnmò infertur, quòd Iudex (cuius probitas perſpecta, & cognita eſt) in varijs Doctorum opinionibus, ſufficit pro ſe duas opiniones habere Doctorum celebrium, vt à ſyndicatu excuſetur, Ioſeph. Cumia. de ſyndic. cap. 24. num. 82. & 83. verſic. & iſta cauſa, car. 27. & ita fuiſſe ſeruatum per Rot. Luc. refert Ioſeph. Ludou. deciſ. 1. & 2. & Hieron. deciſ. 8. in fin. Menoch. de arbit. caſ. 177. num. 5. & 6. & ita iudicauit Excel. Senat. Mediol. anno 1587. die 6. Maij, in cauſa ſyndicatus D. Philippi fratris mei, contra Galianum de Serauall.

Erant merita illius cauſæ, vt quia Prætor pronunciauerat concedendam eſſe executionem ad inſtantiam Communitatis Serauallis virtute publici inſtrumenti iurati, contra bona cuiuſdam Galiani conductoris mulini dictę Communitatis; Prætéſiones verò ex cauſa recõuentionis dicti Galiani (tadé pronuncia) dixit cõmittendas eſſe

conſulto

conſilio ſapientis, preſtita tamen fideiuſſione per
dictam Communitatem de reſtituendis expen-
ſis, & damnis in caſu ſuccumbētiæ; De qua pro-
nuncia conqueſtus Galianus apud Excellentiſſ.
Senatum Mediol. eo ſub prætextu, quòd Prætor
noluerit parere literis Senatoris in non commit-
tendo totam cauſam conſilio ſapientis, videlicet
tam conuentionis, quàm reconuentionis, & pro-
pterea tanquam contra iura & ordines cauſę con
tinentia aſſerebat Prætorem diuiſiſſe, & ordina-
tionibus Mediol. contraueniſſe in materia de cō-
ſilio ſapientis loquentibus; Quibus omnibus da-
tum fuit apprimè optimum reſponſum, vt legitur
in deciſ. Borg. Caualc. deciſ. 28. per tot. in 2. part.
præcipuè ſub nu. 17. & quamuis Senatus acquie-
uerit, non tamen acquieuit aduerſarius, qui noua
querela eadem de cauſa propoſita aduerſum Prę-
torem virum innocentem, & integrum, ſceleriſ-
que purum, eum conatus eſt opprimere, & peni-
tus de medio tollere, cui terga minimè verſa fue-
runt. Pro cuius Prætoris defenſione ex abundan-
47 ti deducta fuit nullitas; † nam cauſa ſemel à Sena
tu auocata, non poteſt ab inferiore cognoſci, &
ſic D. Syndicator non fuit iudex competens, c. vt
noſtrum, de appell. c. ſtuduiſti, & c. licet, de offic.
deleg. Vant. de nullit. ex defect. iuriſd. num. 70. &
71. oportebat enim D. Syndicatorem habere in
mandatis in ſpecie, vt non obſtāte ſuperioris auo-
48 catione, ipſe cognoſcere poſſet, † cum in primis,
& ante omnia de qualitate ſuæ iuriſdictionis quę-
rendum ſit, vt not. in c. inter monaſterium, de re
iud. & in c. penult. extr. de except. & tot. titu. ff. de
iuriſdict. omn. iud. & querelans tenebatur expri-
mere in ſpecie (quando obtinuit vt Prætor quere-
laretur) quod alias ea de cauſa querelauerat Præ-
torem coram illo excelſo Senatu, vt cauetur in
no. ord. ſtat. Mediol. tit. de reſcript. §. quicunque,
& eſt de iure, c. cæterum, de reſcr. Dec. conſi. 460.
num. 14. quamuis ſit obſeruatum difficillime vt
in n. 59. vtinam in alijs prouincijs ita ſeruaretur,
Non mendaces carerent impetratis l. vniuerſa.
C. de diuerſ. reſcrip. & tot. titul. C. ſi contr. ius, vel
vtil. pub. vbi reſcripta impetrantes tenentur expri
mere prouiſiones à Senatu, ad ſuam vel alterius
inſtantiam impetratas, aliàs ſint nullius momen-
ti, nec executioni mandantur, imò impetrans in
expenſis condemnetur arbitrio Senatus, & id cō-
firmatur alijs no. ord. æditis die 26. Maij, 1580.
quibus cauetur, vt audita ſemel cauſa iterum non
audiatur, & ſi non facta mentione in precib. pars
ſurripuerit, condemnetur in ſcutis 25. & in dupli
catis expenſis verſus partem; de cuius ſubreptio-
ne vide Iaſ. in l. non idcirco, & l. præſcriptione, C.
ſi contra ius, vel vtil. pub. & ratio etiam de iure
communi dictat, quòd vbi eſt cœptum iudicium,
ibi finem habere debeat, vulg. l. vbi cęptum, ff. de
iudic. ad quam vide Gab. com. concl. tit. de iudic.
concl. 1. & omninò in propoſ. Lancellot. de atten
ta. c. 10. num. 10. & ſeq. At cum cauſa ſemel audita
fuerit, & Senatus acquieuit, non potuit Galianus
amplius querelare, faciunt quæ dixi ſupra in 4. p.
num. 285. & 287. & Put. de ſyndic. in verb. Iudex
ad ſyndicatum, c. 3. nu. 5. & querelator non que-
rens expeditionem, dicitur deſiſtere, Foller. pract.
crim. in verb. audiant exceptiones, num. 28. & 29.
Spec. de accuſat. §. 5. ante medium, tex. glo. & Dd.
in l. deſtitiſſe, ff. de iudic. Barto. in l. qui deſiſtit ad
Turpil. De deſiſtentia tetigi ſupra in 3. par. num.
282. & 290. cum ſeq. & de ea Clarus q. 62. ver. ſed
nunquid, & Abb. conſi. 78. & Crauet. conſi. 178.
num. 10. p. 1. & Bal. in l. qui crimen, C. qui accuſ.
non poſſ. nume. 28. vbi dicit, quod ipſe nunquam
vidit talem condemnationem fieri contra deſi-
ſtentem. At Clarus d. ver. ſed nunquid, diſtinguit,
aut agitur de præſumpta calumnia, & accuſator
non debet condemnari, ne huiuſmodi metu ac-
cuſatores deſiſtant ab accuſando, & delicta rema
neant impunita, l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil.
& vide infra num. 309. & ita de conſuetudine ſer
uatur.

Verum quod deſiſtens de generali conſuetudi-
ne non condemnetur in expenſis, teſtatur Baiar.
ad Clar. q. 58. num. 15. vbi in vtroque foro ſerua-
ri dicit, vide tamen Bertazoll. conſi. 171. nume. 4.
vol. 1. in crim. quod ſi deſiſtens non petit abſolui,
poterit condemnari in expenſis, iux. l. 1. ff. ad Se-
natuſc. Turpill. Menoch. de arbitr. caſ. 321. Fari-
nac. de accuſat. q. 16. per tot. Lancellot. de prætor.
§. 3. num. 17. vbi oſtendit modum excuſandi deſi
ſtentem, & quādo ceſſat ſuſpicio calumniæ, & ha
betur per glo. in l. deſtitiſſe, ff. de iudic. Nam qui
querelat & in querela petit, vt procedatur iuxta
terminos iuſtitiæ, & non ſe adſtringit abſolutè
probaturum, is non poteſt dici calumniator, Fol-
ler. pract. verb. audiantur exceptiones, nume. 1. 2.
3. & ſeq. & deſiſtens dicitur renunciare expenſis,
Aſin. pract. §. 32. c. 2. ampliat. 1. & 2. & Abb. in ca.
finem litibus, §. ſin autem, de iudic. Canalc. deciſ.
15. num. 28. par. 1. ſed vt ingenuè fatear, ſi accuſa-
tor vel querelator denunciat aliquem de delicto
contra eum patrato, ſi de delicto conſtat, ſed non
adſint indicia contra delinquentem & deſiſtit, ſi
de die offenſus ſit, præſumitur non dixiſſe men-
dacium, l. meritò, ff. pro ſoc. & ideo nullo modo
eum condemnarem, at ſi de nocte fuit offenſus,
ex quo potuit decipi, niſi aliqua adminicula con-
tra querelatum ſubminiſtrabit, vtputa de inimi-
citia præcedenti, de minis, vel de mala qualitate
vitæ, fortè deſiſtens non eſſet in totum excuſan-
dus, niſi conditionaliter & qualificatè illum detu
lerit, per ea quæ dixi ſuprà in 4. par. nu. 283. Item
ſi apparere poſſet de aliqua colluſione eſſet non
tantum condemnandus in expenſis, ſed etiam pu
niendus, vt dixi in 4. par. nume. 202. & in ſumma
hæc eſt materia valde arbitraria iudici, & contra
delatores vide Menoch. de arbitr. caſ. 198. ubi ad-
dit. Et licèt accuſator deſiſtens de conſuetudine
non ſoleat moleſtari, neque in expenſis condem-
nari, vt ait Baiard. ad Clar. §. fin. q. 58. nume. 15.
vbi in vtroque foro ſeruari teſtatur, tamen ſi deſi-
ſtens non petierit abſolui, poterit in expenſis con-
demnari, vt dicit Bertazol. conſil. 171. num. 4. vo
lum. 1. & de hac materia deſiſtentiæ vide Bartol.
Alex. & alios in d. l. deſtitiſſe, ff. de iud. & in l. de-
ſiſtit, ad Senatuſc. Turpil. vbi in l. 3. & 4. deſiſtens
non poteſt iterum de hoc accuſare, & per Bart. in
l. maritus, la 2. §. ſi negauerit, ff. de adult. vbi num.
4. diſtinguit ſi deſiſtentia eſt facta ſuper crimine,
de quo poteſt tranſigi, tunc non licet iterum ac-
cuſare, ſi verò non poſſit tranſigi licebit, quamuis
non ceſſet ſuſpicio contra accuſantem, quod fal-
sò accuſauerit propter iniquitatem, l. fin. ad Tur-
pill. & ob infamiam repelleretur, vt dicit Bart. in
d. §. ſi negauerit, circ. fin. per l. qui deſiſtit, ff. de ac-
cuſat. & per l. accuſationem, vbi Bal. plenè, C. qui
accuſ. non poſſ. & dixi in 3. p. n. 220. & 384. Ideo-
que ſi ſuam iniuriam, de qua conſtet, proſequa-
tur, & deſiſtat ex aliqua iuſta cauſa, nempe ob a-
micorum exhortationem, vel quia pius ob amo-
rem Dei parcit, aut ſi ob factum iudicis, probatio-

nes fiendæ fortè difficiles ob procraſtinationem redactæ ſint, vel teſtes ſubornati, vt ſæpenumero in facto euenit ob tarditatem & negligentiam iudicum cauſarum criminalium aut mixtarũ, tunc licitum eſt deſiſtere, & nedum non incurrit deſiſtens in pœnam librarum quinque auri, de qua in l.1.& ibi glo.ff.ad Senatuſc. Turpil. ſed nec vllo modo in expenſis condemnabitur, Bar. & alij in l.ſi maritus,& in l.deſtitiſſe.ff.de iu.fac.& Menoch.de arb.caſ.177.& D.Farinac. de accuſ.q.16. nu.33.& 34.vbi pul. hre,& nu.42.& ſeq.& num. 77.& 78.ſeruet contra Boſſ.in tit.de accuſat. n.38. & vide Bertazol.conſi.67.& conſ.171.n.7.vol.1. & Ang.de maleſ.in verb.& ad querelam,nu.2.et ita ſe habet communis pract. vt dicit Guid. Pap. deciſ.446. ſecus ſi impedimentum querelans facto ſuo proprio impoſuerit, Menoch.de arb.caſ. 237.nu.20.qui DD. in d.locis dicunt,quod ſi quis per errorẽ accuſat, deinde errore cognito deſiſtat, nullo modo debeat in expenſis condẽnari, præſertim facta deſiſtentia ante publicationem proceſſus offenſiui, Bald.in l.qui crimen,num.28.C. qui accuſ.non poſſ. & non obſtante deſiſtentia iudex poterit proceſſum perficere ſi vult, Baiard.ad Clar.q.10.nu.5.& poſtremò ſcias quod non dicitur deſiſtere,qui eſt impeditus, aut ignorans diſtulit,l.ſi.ad Turpill.& ille verè dicitur deſiſtere, qui ſcriptis mentem ſuam declarat,vt ibi,& hinc nota,quòd priuatus per ſolã accuſationẽ , aut querelam,vel inſtigationem querelans, non intelligitur facere partẽ in iudicio, niſi ſe declaret, & alia faciat,vt fideiubere,& proſequi,l. ff.ad Turpill.facit Baiar.ad Clar,q.5.nu.6. Marant.ſpec.aur.in 6. par. nu.12.& ideo ſi querelam non proſequitur, nec alia fecerit,non poteſt condemnari in expenſis, Foller.pract.in ver. audiantur exceptiones,n. 3. quæ tanquam quotidiana ſunt digito liganda. Modo ad rẽ,reã ſuperiore auocata, & audita exculpatione,ſi nil in contrarium ordinatũ ſit, Prætor dicitur liberatus,Fel.in c.cum inter,n.7. verſ. ſecũdò reſtringe,de iud. Bar.in l.ſi plures, in prin. ff.de fideiuſſ.refert & ſequitur Bertaz.conſ.48. n. 6.vol.1.Nam reg.eſt,quod in iudicio non improbatur,approbatum cenſetur,l.Pompon.ff.de neg. geſt. Dyn.in reg.qui tacet,de reg.iur.in 6.

Adducebatur pariter ad fauorem Prætoris pro vitio nullitatis defectus perſonæ querelãtis, quandoquidem filius nomine patris abſque mandato

49 querelauit, & clarum eſt in iure, † quod nullus pro alio querelare poteſt, vel accuſare iudicem in ſyndicatu (etiam proſequendo ſuam,vel ſuorum iniuriam) niſi habeat perſonam legitimam immediatè aut mediatè, vt eſt ſpeciale mandatum, præcedens querelam,ne faciat dominum incidere in pœnam, Clar.in §.fin.q.14. verſ.item quæro nunquid. Rol.conſ.43.n.11. vol.1. conſ.26.nu. 2.vol.2.pulchre Decia.de delict.lib.3.c.36. n.12. & per tot.illum c.vbi latè: & qui poſſint accuſare,vide Baiard. ad Clar.per tot. illam q.14.

50 † Nec querela ſuſtinetur per ratificationem,niſi ratificatio tempore habili fiat, vt puta cum quis eſt in actu accuſandi, & re integra ante conteſtatam litem, aliàs nihil in hoc caſu ratificatio operaretur in præiudicium accuſati à non legitima perſona,per reg.quæ ab initio,de reg.iur.in 6.Bal. in Lobſeruare, la prima §.poſt hæc, num.2. verſi. eſt etiam hic notandum,ff.de offi.proconſ.& leg. Rol.conſi.63.num.53.& ſeq.vol.4. Et ratificatio debet ſequi ſaltem intra terminum ad querelandum,alioquin querelans ſuccumbet, Boſſ.in tit. de offic.corrup. perg. num.93. nec per reſtitutionem coadiuuaretur, & eſt magis communis opinio,de qua teſtatur Angel.tract.de ſyndic.in fin. per l.auxilium,ff.de minor. Rol.conſi.94. nume. 11.& 12.vol.4. Ioſeph Cumia. de ſyndic.c.2.nu. 5.car.6 Sed quod peius eſt,iſte Galianus licèt habuerit mandatum à patre querelandi, cum authoritate etiam ſuſtinendi, nihilominus miſit querelam per alterum ſuum fratrem, quam exhibuit abſque mandato,vel alia ſubſtitutione, mi-

51 nuſque vlla † ratificatio debito tempore ſecuta fuit,quo caſu, quod nullum eſt, nullum meretur effectum,l.ſi tibi decem,§.ſi pactus,ff.de pact.regu.quod initio,de reg.iur.cum ſimil. fallit quoad præiudicium ratificantis. Vant.de nullit. qualiter,& quan.ſent.nu.102.verſi. contrarium tamẽ, & vide Bald.diſtinguentem,in l. ſeruum quoque §.publiec,in 2.col.verſi.ſed iuxta hoc quæro,ff.de procur.add.ad Guid. Pap.deciſ.338. intellige aſſumptum procedere circa publica delicta, Meno. de ar.q.79.per 101.per l.pe.§.ad crimen,ff.de pub. iud. & vbi agitur criminaliter etiam de priuato intereſſe,ſecundum ea quæ alleg. Farin.tit.de accuſ.num.7.& Clar.§.fi.q.10.verſi.ſcias autem, & q.14.verſi. ſcias tamen, ſed vide ibi adducta a Baiardo nu.4.5.& ſeq.vbi conſanguineum pro conſanguineo querelare poſſe concedit contra alios, præterquam contra iudicem, quem ſpeciale eſt neomini licere in ſyndicatu querelare, niſi præcedente mandato in ſpecie,& non in genere, Guid. Pap.d.deciſ.338. in fin. & quid de defenſore, aut inſtructore cauſæ,vide Cæpol.conſi.40.colu.3. in prin. Gab.com.concl.tit.de proc.concluſ.4. & alibi.Nec caſui noſtro aduerſatur,quod dicit Neguſant.de nullit.ex defect.inhab.aut manda. nu.44. & 45.quia procedit cum filiusfamilias agit nomine proprio, ſed requiritur conſenſus patris: ſecus cum filius agit nomine patris, & ſic nomine alieno,& contra iudicem in ſyndicatu,vt ſupra dictũ & allegatum fuit.

52 † Vlterius adducebatur in meritis ſententiæ Prætorem non potuiſſe ſyndicari, quia aliud eſt ſententiam extimum eſſe exequendum, aliud cõcedere grauamen, & grauare, vt ait Franc. Tontul.vol.6. querela prima,nume.3.car.26. imò per dictam Prætoris pronunciam conſultum fuit Galiano, quandoquidem ordinatum in ea fuit, vt communitas fideiuberet verſus Galianum illam reconuenientem in caſu ſuccumbentiæ, quod remedium ſufficit, quando reconuentio non eſt clara,vel valde dubia, c.nouit.de appellat. Bart. in l. decem,§.continuus,de verb. obl. Put. de ſyndic. in verb.ſententia,ca.1.nu.4. & de hoc ſupra in 4. par.nu.268.

53 † Nec debuit ſyndicari, quia in cauſis ciuilibus, vbi non interuenit dolus aut barataria iudices de generali conſuetudine non ſyndicantur, vt ſtatim ſuis locis docebitur, nec propter ſententiam à qua poteſt appellari, & grauamen non doloſè illatum reparari poteſt, Put. in verb. appellanc,cap. primo,per tot. & vide Spec. in tit. de except. & repli. §.4. verſic. vt autem. In leuibus item officialis non eſt ſyndicandus, Bald.in Lobſeru. §. proficiſci, colum. penultim. de iureiurand. Iaſ.in l.1.C. vt omnes iud. tam ciu.quàm mili. poſt admi.crim. & cum poſſit appellari & non fuerit appellatum a prætendente ſe eſſe grauatum, ſibi imputet, nam actionem contra iudicem non habet. vt inquit. Bartol. in leg. ſi menſor. ff. ſi menſor. falſ. mon. dix. per gloſſ.

in

Digitized by Google

in l.3.ff.quod quiſque iur. vbi Bar. hanc.q.diſpu-
54 tanit, Caball.millil.loq.723.p.2.q 48.ea. † & ſen-
tentia iudicis ad quē non præiudicat iudici a quo,
l.Lucius,ff. de infam. Put.in verb.appellatio.c.1.
nume. 5. & 6. minuſque præiudicat quando in
contumaciam. & ob negligentiam partis (quæ
ſententiam primam obtinuerat) iudex ad quem
primam ſententiam non confirmauit, quia alte-
ri per alterum non debet iniqua conditio infer-
ri, l.non debet, de reg.iur. & negligentia vnius al-
teri non nocet, l.rem hæreditariam, ff. de euict.l.
fin.ad Sylleian. pulchrè Bart.in d. quæſtione Iu-
dex per imperitiam, in fine Rondinel.de ſyndic.
num.133. etiam ſi ſecunda ſententia fuerit per ter
tiam confirmata, vt ſtatim dicam; quia prima
non præſumitur per dolum, aut latam culpam la-
ta, quando ſunt hinc inde diuerſæ opiniones, l.
quoties.§.qui dolum.de prob. Bald.in l.ſi filius,ff.
de iudic.ſequitur Put.in ver.appellatio.cap.1. ſub
num.3.& qui dicit iudicem tuliſſe ſententiam do
lo, aut barataria, tenetur probare, l. qui accuſare,
C.de eden. Rondinel.d.tract.n.235. Put.in verb.
55 appellatio.c.3. nu.7. † & iudex qui excitauit du-
bia, non præſumitur ex abrupto, vel per ſordes iu-
dicaſſe, & ideo eximitur à dolo & à culpa, Bal.cō-
ſi. 243.in fin.vol.4.Cepol.conſi.8. nu.8. & 13. &
17. Iaſon conſi.46.col.4. in 3.Curt.iun.conſ.132.
num.11. Crauet.conſ.8. in fin. Oſaſc.deciſ. Pedo-
mont.71. nu.17. D.Menoch.conſi.2. nu.133. &
ſequitur Bertazol.conſi.144. nu.11. vol.1. conſi.
56 533.nu.11.vol.2.† vbi vt res dubia dicatur ſuffi-
cit negatio, no. gl.& Dd.in l.1. C.de procurat.ſic
quando caſus cōtrouerſiam iuris & facti patitur,
Boſſ.in tit.de princ.nu.333. Idem ſi ex diſcrepan
tia opinionum, Grat.conſi.33.vol.1.car.54.& ſuf
ficit habere opinionem alicuius Doctoris appro-
batiſſimi, Ioſeph Cumia.de ſyndic.c.42.num.82.
Put.in verb.iudicare,c.3. nu.2. & ſupra in 4.part.
num.192.ſicuti etiam excuſatur, qui ſequitur opi-
nionem ſui Præceptoris, l.dicere, §.1. ff.de arbitr.
& l.5.ff.de manu vindic. Alber.ſing.177. Bart.&
Iaſ.in l.interdum,§.1.in fi.de verb.obl. cum mul
tis alijs quos adducit Ant. Maria Corat. in tract.
de com. Dd.opin.lib.2.tit.9.caſ.8.nu. 30. fol.145.
vbi concludit non habere locum, ſi communis
opinio eſt in contrarium, nu.34.& adfert multos
alios caſus; & quæ opinio ſit attendenda vide per
eundem Anto.Mariam tit.8.per totum, & ponit
Caualc.deciſ.15.nu.3.& 4.& deciſ.25. nu.14. de-
ciſ.27 nu.25.deciſ.41.nu.28.vbi latè in 1. part. &
57 † vbi pro vna opinione eſt rigor, & pro alia ęqui-
tas ſcripta non ceruicoſa, illa eſt amplectenda, &
præferenda, Dec.in l.in omnib.de reg.iur. Neuiz.
lib.6 tit.quomo.iud.nu.68. Cephal.conſi.166.n.
15.& ſeq.vol.2.Bal.in auth.iubemus, nu.2. C.de
iud.& vt omnino Corat. in d.ſuo tract. vbi qua-
liter & quomodo iudex contra communem iudi
cans teneatur in ſyndicatu in titu. 12. & qualiter
excuſetur ibidem, & concludit teneri in foro fori,
& in foro poli, intellige quando per dolum, & ba
ratariam, vt infra, nam quælibet cauſa etiam colo
rata, excuſat iudicem à ſyndicatu, pulchrè Boſſ.in
tit.de decret. Mediol.vt non proced.crim. nu.19.
& in hoc propoſito ad exculpandum iudicem vi-
de Farinac.de carcer. num.27. vbi multa dicit, &
quæſt.31.num.18. vbi plura allegat. Itaque iudex
ex rationabili cauſa errans excuſatur, not.glo. 11.
quæſt.3.c.temerarium. Amad.de ſyndic.nu.249.
58 & vide quæ infra dicam, num.171.& 179.† Inſu
per iudex ad ſuam defenſam poteſt ſuam ſenten-
tiam (quamuis à iudice ad quem reuocatam per
binas ſententias) defendere, & tueri nouis allega-
tionibus, Put.in verb. iudices, ad ſyndicandum,
c.2.num.21.& infra nu.199. Et quoniam Puteus
& alij tenent, quod iudex de imperitia ſyndicari
poſſit, bonū erit ſcire qualiter hoc procedere poſ-
59 ſit circumſcripta ſtatutorum diſpoſitione; † Sed
quid ſit imperitia primò dicendum eſt, quæ nil a-
liud eſt niſi quædam ignorantia, & vt noſtrates di
cunt, inſcientia, vt apud Plin. lib.7. cap.2. & de
hac tenetur iudex, qui ſe doctum exiſtimat, &
quod peius eſt, doceri ægre fert, nec vult ſequi cō-
munem opinionem in actu deciſiuo approba-
tam, ſed reprobatam ſequitur, licèt in puncto iu-
ris verior dici poſſit, vt per Put.in verb.allegatio-
nes,c.1.& in verb.iudicare,c.3.& Corat. d.tract.
de com.opin.lib. 2.tit.9. in dubio tamen ſemper
eſt tenenda opinio gloſſæ, Put.in verb. an ſi pote-
ſtas,nu.12.

Verum hodie ſunt tātæ Doctorum opiniones
& volumina typis edita, vt per quam difficile ſit
ſcire, quæ ſit magis communis opinio, & qui de
ea teſtantur omnes mentiuntur, quando quidem
non poſſunt habere omnes libros, imò impoſſibi
le eſt, niſi quis teſtaretur de communi, vel magis
communi, per ea quæ in ſuo ſtudio, & in ſuis li-
bris vidit & reperit. Hinc eſt, quod hodie relicti
ſunt textus, neglectæ ſunt leges, non ſeruatæ ſunt
gloſſæ parum curatur de atteſtantibus de commu
ni, vel magis communi opinione; ſed duntaxat
attenduntur deciſiones in terminis, & quando-
que extra terminos, qua de re, ſi inter libros tam
innumeros cōflictus naſceretur, aut ignis in me-
dio poneretur, ad ius primæuū redderetur, & tan-
tummodo textus cum glo.& Bar.allegarentur, &
ita per vniuerſum orbem hæc tria penes omnes
Doctores reperirentur: ſed quorſum hæc, cū hæc
proteſtatio mea ſit contraria facto, poſtquam &
nos eodem vitio laboramus. in dignatus vidiſſet
aduncos naribus in multis partibus iudicare ex
propria ceruice, vt quibus malint iniuſte morem
gerant.

Redeundo modo ad pronunciam Prętoris Se-
rauallæ, vltra ea quæ copioſè ſcripta ſūt a Caualc.
d.deciſ.28.nu.17.cum mult.ſeq.par.2.iuſtificatur
60 ſummoperè ab authoritate, † Curt.iun.in l.ſi quis
in conſcribendo, nu.47.C.de pact. vbi vult pro li-
quidis executionem concedi, & pro illiquidis
cauſam committi poſſe, ne liquidum per illiqui-
dum in diuiduis retardetur, l.aufertur, §.qui com
penſationem, ff.de iur.fiſc.latè Alex.cōſi.94. vol.
4. Caualc.deciſ.35.nu.14 deciſ.9. n.11. par.1.quā
opinionem ſequitur Carot.de loc. & conduct. in
verb.expenſis num.14. Beniniend.deciſ.77.Put.
deciſ.471.lib.2. Alex.conſi.166.in fin. & in conſ.
37. nu. 29. vol.2. vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatum
Parmæ, & tenet Corn.conſi.262.in fi.vol.4.eo ca
ſu perperam fuiſſe per ſyndicatorem notatū Præ-
torem eſſe condemnandum in expenſis, vt etiam
per Corn.conſ.181.viſa lit.m.in 3.par. & Fely.c.
ſuper ijs, in fi.vlt.col. de accuſat.

Et tandem Senatus ille Mediolani nunquam
ſatis laudatus tanquam iuſtitiæ Princeps (qui
quicquid perperam factum reperit ſolet caſſare
& annullare) in hanc ſententiam venit, videli-
cet: Audita in Excellentiſſ. Senatu relatione fa-
cta per egregium Dom. Clementem Arſagum
ſyndicum fiſcalem in cauſa ſyndicatus Do. Phi-
lippi Caualcani olim Prætoris Serauallis, auditiſ-
que eodem tempore Aduocatis Franciſci Gallia-

Digitized by Google

ni, qui querelam contra ipſum Prætorem porrexerat, & Aduocatis ipſius Caualcani, ex quibus negotium plenius intellectum fuit, quàm intelligi potuit ex relatione ſyndicatoris eo tempore, quo Prætor ipſe condemnatus fuit, omnibuſque accuratè, & diligenter perpenſis, cenſuit Senatus prædictum D. Caualcanum Prætorem ab expenſis, & damnis per Gallianum petitus excuſandum eſſe. Datum die 6. Maij. 1587.

Cæterum (os precibus tantùm in cœlum ponere ſi licet) A vtinam per maiores, & ſupremos Magiſtratus obuiam ſubterfugijs, & circuitibus litigantium eatur; nam, vt experientia docuit, aures illius Excellentiſſ. ordinis diu noctuque defatigantur, & lites immortales oriri inter creditorem, & debitorem videntur, ſurguntque tot literæ prouiſionales, modò quòd reſcribatur ſtatus cauſæ, modò quòd cauſa conſilio ſapientis mandetur, & dubio emergente committatur articulus, & ſæpè intimetur parti, & alijs diuerſis reſcriptis vtuntur, quibus ſæpenumero litigantium expenſæ ſortem principalem excedunt, & facto litigantium liquidum per illiquidum retardatur, & executio impeditur; nam ab aduerſarijs aliqua cauſa colorata ſemper eſt parata, dummodò lis in longum protrahatur, & fiunt de lite lites, & de cauſis ciuilibus criminales naſcuntur, creditores fiunt pauperes, debitores animam illaqueant, & aures ſupremi Magiſtratus continuè cruciantur, Iudiceſq; ordinarij obedientiā perdunt, & à ſubditis audacter paruipendūtur his ſimilib. verbis: *Al ſindicato me ne ricorderò, non mi curo di te, ce n'è per tutti*, ad ſuperiores ibimus, & quaſi conuitium contra Iudices ordinarios fit. Quid remedij? habent ſtatuta, & ordinationes, ſeruentur, liquidum exequatur, & tot nugis repulſa detur.

Aduertendo tamen ne ſub zelo legis iudaizeB tur, ne ſubditorum conſeruationi exceſſiuus, & immoderatus ſit rigor circa obſeruantiam, ne excuſationes legitimæ reſpuantur. Nam nulla lex, nulla ordinatio, nullum ſtatutum eſt, quod non recipiat extenſionem, & reſtrictionem, vt latè in 4. par. dixi, & ita cauetur, in l. 1. de regulis iuris. Multa quidem ſunt excuſatione digna per quæ ſunt pleni libri, datur remedium reſtitutionis in integrum quod Florentiæ dicitur, *Si rimette nel buon dì*, vt ſæpè fit ex benignitate, & indulgentia Magni Ducis, quem Deus ad vota conſeruet, cum eiuſdem optimis Miniſtris. Excuſationem ergo præſtant impedimenta infirmitatis itineris, ob ingentem pluuiam, niuem, vel aliter ob incurſum latronū, ob amiſſionem ſcripturarum, abſentiam procuratorum improuiſam, minorem ætatem, ignorātiam ordinationū quarūdam ſpecialiū, aut quia Iudicis copia haberi nō potuit, aut teſtiū, & huiuſmodi, quæ iuſtam excuſationē præſtant, ſi fortè tempus ad appellandum, aut ad proſequendā appellationē decurſum ſit, & ſic lapſum ſit primum, vel ſecundū fatale, vel deſerta dicatur inſtātia, vel ſi aliquid implendum intra certum tempus non fuerit adimpletū, vt ſoluere Gabellam ſub pœna quanti pluris, vel ſoluere taxam, aut dirituram in prima ſcriptura, vt cauetur Flor. ex ordinationibus, quæ deſeruiūt loco ſportularum Iudicum, vel ſi quis pœnam ſoluere fiſco, vel exilium accipere intra menſem nequiuerit, & ſic de ſingulis, vel ſi lata ſit ſententia quæ tranſiuit in rem iudicatam, & deinde reperiantur inſtrumenta, vel aliæ ſcripturæ, per quæ ſententia apparere poſſit iniuſta. Equidem reſtitutio concedi debet ex gratia Principis, vel Iuſtitiæ, vt de ijs differentijs tractat Caualc. deciſ. 14 par. 1. vbi illa reſtitutio, quæ fit per viam iuſtitiæ, omnia reſtituit: illa verò quæ fit per meram gratiam, non tantum tribuit, ſed auxilium contra ius commune porrigit: & illa reſtitutio quæ conceditur ratione minoris ætatis, vel ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, vt impedimenti, vel ignorantiæ, de quibus ſuprà dictum eſt iure ordinario competere dicitur, & peti poteſt coram Iudice ordinario, illa verò quæ requirit gratiam Principis, ſolum coram Principe petitur, Caualc. deciſ. 15. in d. 1. par. & Sfort. Odd. in d. ſuo tract. per tot.

C Modò ſi prædicta petantur coram Tribunali Principis repræſentantibus reſcriptum iuridicum, & rationabile reportare ſolent, quod citata parte curia informet, & ijs peractis, & iuſtificatis precibus reſtitutio concedenda eſt, ſi reſpiciat viam iuſtitiæ, ſi verò meræ gratiæ, hoc eſt relinquendum omninò bonæ voluntati Principis, & miniſtrorum à latere aſſiſtentium onus eſt conſulere Principem pro gratia, & non repellere ſubditum dicendo iacta eſt alea, vel reſcribendo, nihil inconſulto Principe. Nam in ijs, quæ ſunt de reſeruatis Principi, eo inconſulto non poſſunt quidquam ſtatuere. Et non ſine maximo periculo animæ, ſi ſubditis hoc præiudicium afferetur, minus malum eſſet vique ab initio repellere Oratores in totum, quàm reſcribere, vt citata parte Curia informet, in qua relatione fienda oratores magnis vexantur expenſis in itinere, in Curia tempus labitur inutiliter, & tandem manibus vacuis redeunt cantando viatores, & malè affecti, contra benignam mentem Principis, cuius intereſt ſubditos habere locupletes, auth. vt Iudic. ſine quo. ſuffrag. §. conſideremus, & illos incolumes conſeruari, l. cum ratio, §. pen. de bon. damnat. Et ad quem ſpectat cura ouium, ſicuti Epiſcopo, nam ſi mercenarius illarum curam non habet, hoc fit quia mercenarius eſt, Ioā. Euang. c. 10. & vt paulò ante dixi, ſi proprium eſt recti Iudicis, quæ videt ab eo minus iuridicè facta emendare, quantò magis Iudex ſupremus facta aliorum corrigere, & ad terminos bonę iuſtitiæ reducere, vt inquit Imper. in Proœm. Inſtit. Inſuper aduertant fallacijs, & impoſturis, & reprimant audaciam litigantium, & pro dictis verbis minatorijs puniant temerarios, quia talia verba iniuriam, & contemptum inferunt, Bart. in l. ſi tutor, ff. de auct. tutor. multò magis ſunt puniendi qui talia dicunt, ſi verbis facta adijciunt, vt puta manu minantes, vel ore cachinnantes, aut irreuerenter terga vertentes curuoſi, ac ſi genuflexo præpoſterè reuerentiam facere vellent, vt eſt de more Lamiarū, vt ſcribit Paul. Ghirl. in tract. de ſortilegijs, nam in hæc iniuriā inferunt, Bertazol. conſ. 334. num. 8. p. 2. vbi allegat Aug. ad Ang. in tract. malef. in verb. editus Titius ſe defendēdo, col. 2. verſ. quæritur an ex ſola minis, intellige de minis re, & verbis factis (præſertim contra ſuperiores, aut in dignitate conſtitutos) & hinc nota quod dicitur hoc modo offenſa publica perſona, quia offenſio dicitur fieri tam verbis, quàm facto, & omne illud quod aliquem ad iracundiam prouocat, offenſio dicitur, l. cū te, l. filia, C. de inoff. teſt. etiamſi perſonam non tangat, ſed pannos tantùm, vel ſaltem circa, vel contra perſonam, cuiſi offenſio non ſit punibilis, Bart. in l. licitatio, § quod

illicitè,

Digitized by Google

illicitè, num.4. ff. de pub. & vect. Bald. in l. quidam, ff. de hæred. inſtit. pulchrè ac eleganter Bertazol. conſ. 534. per totum lib. 2. quod notandum pro ſtatutis pœnam dictantibus contra offendentes officiales, & aduerte an iniuria ſit facta officiali contemplatione officij, aut illata ex odio particulari, vt dixi infra num. 227. & offenſa facta vxori officialis non punitur pœna ſtatuti contra offendentem iuſdicentem, Dec. conſil. 501. num. 5. quem refert Bonacoſſ. qq. crim. ſuper ſtatut. in ver. offenſio, & quotieſcunque iniuria fit ex cauſa iuſdicendi, tunc dicitur facta vti officiali, non vti priuato; Nam in delictis cauſa & origo attenduntur, dixi in 4. p. num. 150. & alibi, & in hac 5. p. num. 262. Et officialis eſt Iudex competens de iniuria notoriè ſibi facta vti officiali, ſic per Farinac. de delict. & pœn. q. 17. nu. 41. & 42. vbi facta cenſetur ratione officij, ſi facta ſit ipſi pro tribunali ſedenti, vel in actu exercendi ſuam iuriſdictionem, & num 43. & 47. vbi ait, quod de honeſtate ſuperior ius ſibi dicere non debet; Par. de Put. de ſyndic. in ver. notorium, cap. 1. num. 4. & per tot. illud cap. quod vide, & tunc ſolent iudices mandare Notario, vt ſcribat adamuſſim omnia, quæ tunc in contemptum ipſius iudicis dicta aut facta ſunt, cui Notario creditur in ijs, quæ ad eius officium pertinent; ſecundum Aret. in c. quoniam contra, de probat. vbi Lanfranc. & Imol. Marant. de ord. iud. acta in. alios adducit Maſcard. de probat. concl. 1100. num. 13. et id verum exiſtimo donec contrarium probetur; & ita intelligi debent in terminis excitata à Foller. in pract. cri. in verb. item, quod eſt notarius, num. 29. & per Farinac. latiſſimè, de delict. & pœn. q. 21. vbi præcipuè in propoſ. à nume. 158. vſque ad fi. Tutius tamen erit informationes ſuſcipere ab alijs aſtantibus, ſi fieri poteſt, & ſtatim certiorem facere Principem, vt dicam, num. 227.

D Et redeundo vnde digreſſus ſum, ſupremi Magiſtratus ſummoperè inuigilare debent, ne lites immortales fiant, ſed vt quamprimum expediantur, l. properandum, C. de iudic. Nam ſi omnes probationes ſunt arbitrariæ iudici, Menoch. de arb. caſ. 90. num. 2. & in cauſis ciuilibus datur appellatio, vt dixi, per quam prouidetur illi, qui ſe grauatum dicit, & agitur de debito liquido, & iurato; cur debitor non debet cogi, vt ſoluat, ſi exceptionem ſolutionis, vel legitimæ compenſationis non opponat, vel non probet? Certum eſt enim, quòd iuramentum obligat præciſè ad factum, vt dicit Caualc. deciſ. 8. & 9. & deciſ. 21. in 1. par. Cur tantas audire, & admittere nugas? meritò ex ordinationibus Mediol. editis ann. 1580. prouiſum fuit in propoſito ad multa, quæ ſi in viridi obſeruantia permanſerint, optimi

E ijs remedia erunt. Et poſtquam de inobedientia, quæ cauſatur ex ijs nugis, quibus per ſupremos Magiſtratus nimis facile aures præbentur, dixi, volo aduertere in practica inconuenientia multa, quæ naſcuntur; nam ſicut corpus habet ſua membra, & alter alterius officium non perturbat, ita in rebus & adminiſtrationibus gerendis, & in promiſcuis actibus non deberent turbari officia, l. conſulta diualia, C. de teſt. Vant. de nullit. ex defect. iuriſd. num. 43. Adſunt iudices ordinarij, vt iuſtitiam loco ſuperiorum adminiſtrent, ſi igitur pro omni re patens aditus detur ſubditis ad ſuperiores, actum eſt; nam ſuperiores negotijs maioris importantiæ impediti, non poſſunt tam cito expedire ſubditos, qui ad ianuam pulſant, nec vix quiſquam famulorum eſt, qui gratis aperiat, & cum aperta eſt ianua inſtantia fortè eſt perempta, & interim tabernariorum marſupia impleta ſunt, & litigantium ora feſſa, & ordinariorum iudicum iuſtitia deluſa, & inobedientia cauſat, & Imperator ad hæc anim. aduertens, in l. præcipimus, C. de appell. hæc dicit: Ne noſtris occupationibus quibus pro vtilitate mundi à ſingulorum nonnunquam negotijs auocantur aliena defraudari commoda videantur.

F At tercera ſi paſſim per gradus, & non per ſaltus ſubditi irent, claudi, & manci non redirent, vel in itinere non remanerent: nam certum eſt, quòd iudices ordinarij, & qui alijs præſunt ratione adminiſtrationis (cum ſint præſentes) vident, & audiunt melius iura, & defectus ſubditorum, quàm ſuperiores à longè ſtantes, & aptior medela, & quidem oportunior adhibetur à medico, cui nota eſt infirmitas, quàm à medico forenſi, qui complexionem infirmi ignorat. Eſt tamen verum, quod nonnulli iudices ſunt, qui dum aliorum curam habere incipiunt autumant ſedera in Aquilonem, quorum inexperientia, ignauia, vel inſcientia fortaſſe cupiditas nimia contrarium eius operantur, ad quod fuere deſtinati, & hoc in caſu pernecesſarium eſt adire Principem, vel aſſiſtentes à latere Principis, alioquin res malè ſeſe

G haberent. Rogo igitur Principes, & alios Dominos, vt omni cura prouideant, ne ſub quouis prætextu obedientia ab ordinarijs abdicetur; ideò ſiue ſint Iudices, ſiue Rectores, ſiue Priores, aut Prouinciales, vel ordinum generales, quia vt experientia docet, faciliùs remedium datur à præſentibus miniſtris, quam ab abſentibus ſuperioribus, & præſentes (ſi obſeruabuntur) etiam benè gubernabuntur, ſic anſa recurrendi ſemper pro quod minimo ad ſuperiores eſt auferenda penitus ſubditis, qui euntes exeunt ſub obedientia ſui miniſtri.

61 † Et ad propoſitum ſyndicatus noſtri nunc redeuntes, dico, quod hodie de conſuetudine generali (circumſcriptis ſtatutis) Iudices non ſyndicantur, niſi de dolo & baratarıa, teſtatur Gand. de quæſtio. & tor. q. 1. num. 41. col. 2. Alex. conſil. 65. incip. habita, num. 7. & 8. vol. 1. Boſſ. de offic. corrupt. num. 26. Clar. q. 43. ver. item Iudex. Bonacoſſ. quæſt. crim. in ver. ſedere, ver. item nota. Bald. Ang. Imol. in l. ſi ſeruus vetitus, ff. de leg. 1. Ruin. conſil. 95. vo. 5. Claud. reg. crim. 91. & 92. Bertazol. conſil. 71. nu. 3. & 4. & 32. & conſil. 91. per tot. vo. 1. Grammat. conſil. 54. num. 11. & ita vbique ſeruari teſtatus Rot. Luc. deciſ. 1. nu. 50. & ſeq. Caualc. deciſ. 1. par. in teper. in ver. inſtantia perempta, & in cauſa non eſt dubitandum de

62 tali conſuetudine; † Imò ſtatuta talem debent recipere interpretationem à generali conſuetudine, per tex. l. cum de interpretatione, ff. de leg. DD. in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. & in l. cunctos populos, C. de ſum. Trin. & fid. Cathol. et talis conſuetudo facit ius, Inſtit. de iur. nat. gen. & ciuil. §. ex non ſcripto, & multò magis quando per ſupremos magiſtratus ita ſeruatum fuit, vt in magna Vicaria Neap. in Ro. Curia, & huiuſmodi, §. 1. 2. & 3. Inſtit. de iur. nat. gen. & ciuil. Ergo dolus, vel barataria debent eſſe fundamentum intentionis querelantium, vt no. in authent. de non alien. vel permut. rebus Eccleſ.

63 † & omnium memoriam habere eſt magis diuinum, quàm humanum, ſicut etiam in nullo defice-

Digitized by Google

deficere, Put.in ver. Iudex male iudicans, cap. 2.
num.3. vbi pulchrè loquitur, ſi per incuriam, aut
aliam occupationem Iudex aliquando erraret
homo eſt.
64 † De dolo Iudex tenetur, quando ſcienter in-
iuſtitiam facit, l. 1. §. ſi duo, & l. fin. ff. de dol. nec
valeret ſtatutum dicens, iudicem non teneri de
dolo, Bald. in l. cum neceſſitatem, C. de fideicom.
& prætextu authoritatis magnæ dolus non excu-
ſatur in læſione graui, ſecus in modica, Bald. in
rubr. C. de pœn. iud. qui malè iud. ſub nu. 2. Bart.
in l. in venditione, §. ſi quis, num. 5. ff. de bo. au-
tho. iud. poſſid. & Bald. in rubr. C. de pœn. iud.
qui malè iud. vbi authoritas libera non excuſat
iudicem mala voluntate iudicantem, & ad præ-
dicta vide tex. in l. illicitas, §. veritas, de offic. Præ
ſid. Put. in verb. iudicare, cap. 3. num. 19. & mul-
tò minus excuſaretur ſi contra conſcientiam iu-
dicaret, vt ſæpiùs dixi, vide Bald. in l. de eo, nu. 5.
& 11. C. de pœn. iud. qui male iud. vbi differen-
tiam conſcientiæ tradit, veruntamen recurren-
dum eſt ad Nauar. in Manu. cap. 27. num. 280.
Sed an Iudex etiamſi in propria conſcientia ſciat
rem aliter ſe habere, tamen vti perſona publica
debeat ſecundum acta, & probata condemnare,
vel abſoluere, vide D. Thom. 2. 2.
66 † Præterea Iudex doloſus non dicitur, nec ba-
ratarius quoad forum fori, qui facit aut accipit
quod ei à iure, aut à conſuetudine, vel à Principe
permittitur, ſicut alijs ſuis anteceſſoribus permiſ-
ſum fuit; nam in ſyndicatu excuſatur, Ant. Ron-
dinel. de ſyndic. offic. num. 125. verſic. quod ſi iu
dicare, Ioſeph. Cuman. eod. tracta. cap. 17. nu. 76.
verſic. & ſi aliter, car. 141. Caualc. deci. 28. num.
17. 62. 65. in 2. par. & faciunt quæ in propoſito
dixi ſup. in 4. par. num. 134. 135. & ſequen. vſque
ad num. 155.
67 † Barataria verò dicitur, quando Iudex aliquid
petit indebitum, vt iuſtitiam faciat, Amad. de
ſyndic. num. 165. & licet fiat iuſtitia, tamen per
illicita media deuenitur ad eam, & finis cauſa eſt
lucrum, Rondinel. de ſyndic. num. 55. 56. & ſeq.
Carpa. ſuper ſtatu. Mediol. cap. 41. vol. 2. in verb.
barataria, ſed finis iuſtitiæ eſt vnicuique ius ſuum
tribuere, §. 1. Inſtitu. de iuſtit. & iur. Put. in verb.
barataria, cap. 1. num. 7. & in materia baratariæ
vide quæ infra ſequuntur, & Marc. deciſ. 684. vbi
quando per ſordes iudicare dicitur, & pulchrè
Bertazol. conſil. cri. 71. vo. 1.
68 † Nec Iudex tenetur de geſtis factis per ſuum
anteceſſorem, vel ſucceſſorem, l. prouidendum,
C. de decurin. lib. 10. Bertazol. in ver. officialis
ſucceſſor. car. 469. intellige ni ab anteceſſore ali-
quid mali cœptum fuit, & exequutum per ſucceſ-
ſorem Prætorem, vel Prætor incœpit, & ſucceſ-
ſor finiuit; nam quilibet tenetur pro ſuo facto,
69 & pro ſua culpa, vt dixi ſuprà in 4. par. † Sed om
ni nò poteſtas tenetur, ſi permittat illos de ſua fa-
milia vendere fumum ipſius officij, vt cum pro-
mittitur bona, & prompta expeditio, & hac de
cauſa famuli, vel alij faciunt ſibi dare aliquid, for-
tè dicunt, pro gratificando iudice, & hinc legi-
tur apud Platinam in vita Pontiani Pontificis,
Alexandrum Imperatorem iuſſiſſe mori colli-
gatum ad palum quendam nomine Turinum,
qui hoc modo accipiebat munera à ſubditis Im-
peratoris, prædicans ſe eſſe magnum apud Impe-
ratorem, & ita traditus fuit igni, imò fumo, cla-
mante præcone, FVMO MORITVR, QVI
FVMVM VENDIDIT, quod eſt notan-
dum, & facit contra illos, qui decipiunt carce-
ratos, de quibus iam dixi in 2. par. num. 19. de
quibus etiam loquitur D. Menoch. de arb. iud.
70 caſ. 342. 343. † & verè iſti vna cum iudice (ſi eſt
particeps) ſeuerè puniri debent, Clar. §. fin. q. 87.
ver. hæc autem omnia, in fi. Put. in d. verb. Bara-
taria, cap. 1. dicens in quadruplum reſtitutio fien-
da, per l. 1. ad leg. Iul. repetun. alij verò non ven-
dunt fumum, ſed cinerem ſpargunt in oculis iu-
dicum muneribus, vt illos ad vota conferuent ſi-
bi, num. 35. Alij dum iudices obdormiunt alieni
boni inuidi ſeminant zizaniam, alij obſecun-
dant iudicibus, vt eis ad omnem ventum ſint fa-
uorabiles, alij ſuggerunt mala de patrocinatore
clientulis, vt in locum eorum ingrediantur. Sed
de his omnibus expectandum eſt tempus, & ni
reſipuerint ligatis cum zizania fiet, quod Euang.
Matth. c. 13. ſcripſit.
Et ad baratariam redeundo, illa probatur e-
tiam per teſtes inhabiles, ex quo occultè fieri ſo-
let, Maſcard. de probatio. concluſio. 165. & 166.
71 & 453. † Similiter ſi Iudex à ſyndicatu fugeret,
vel ab officio, ſe reum faceret, & haberetur pro
confeſſo, & conuicto, l. 3. C. de aſſeſſor. & hoc in
caſu iuramento querelantium ſtandum eſt, not.
gloſ. in §. neceſſitatis, in Auth. vt iudic. ſine quo-
quo ſuffrag. & proceditur ſine libello, Rondinel.
eod. tract. num. 105. 106. 107. & ſeq. Put. vbi ſu-
pra, cap. 1. num. 2. intellige tamen de malo iudi-
ce; nam bonus iudex videns ſibi magnam parari
perſecutionem, ad quam ferendam vires ſuæ nõ
ſufficiunt propter aduerſarios valdè potentes, nõ
eſt culpandus, ſi ſuæ ſaluti conſulat, fuga enim ſo-
la non arguit indiſtinctè dolum, neque barata-
riam, niſi alia concurrant, & in crimine barata-
riæ pœnitentia locum non habet, Put. de ſyndic.
d. cap. 1. num. 3. cum ipſo facto baraterij notam
infamiæ incurrant, & in pœnam incidant, imò
ſolum accipiendo pecuniam, antequam barata-
riam committant, etſi pœniteant, non euitant pœ-
nam, ſecundum Bald. in l. generaliter, §. 1. ff. de
calumniat. & receptans officialem doloſum à
ſyndicatu fugientem, tenetur parti læſæ per ba-
ratariam, & per dolum, l. Conſiliarios, C. de aſ-
ſeſſ. Amad. de ſyndic. num. 106.
72 † Verum de negligentia immodica iudicem
teneri, ac de lata culpa in criminalibus cauſis nõ
ambigitur, dummodò allegans probet conclu-
denter, alioquin talia in dubio non præſumun-
tur, l. 2. ff. ſi quis cautio. Ang. in l. ſi damnum, §. 1.
ff. de pecul. & Maſcard. concluſ. 1093. num. 2. 5.
8. & 9. dicit negligentiam directè per teſtes pro-
bari non poſſe, ſed indirectè: & teſtes concludere
ad inſtar negatiuæ, videlicet, talis iudex non fuit
diligens, quia talia facere poterat, atque teneba-
tur ratione officij; quæ tamen non fecit, vel fa-
cere recuſauit. Iudex verò de negligentia, aut ma-
gna, vel lata culpa in criminalibus teneretur, ſi
voluptatibus deditus parum ſtatuta, proceſſus, &
iura videret, adque ſtudia minimè incumberet,
73 vel fidem ignauis, & vitioſis daret: † quoniam
iudicis induſtria dicitur electa & alteri commit-
ti non debet, vt dixi in 1. par. num. 263. Rondi-
nel. eod. tract. num. 85. per tex. in auth. vt nullus
iud. §. 1. tenetur enim ipſum facere cum poſſit,
& prudenter, amoto iuſto impedimento, vel cir-
cumſcripta conſuetudine, alioquin ſi per alium
malè agit, tenetur etiam ad damna, & intereſſe
parti læſæ, Put. eod. tract. in verb. negligentia, &
in verb. culpa, & alibi: & non ſolum tenetur in
com-

Digitized by Google

committendo, verum etiam in omittendo, D.
Farina. in tit. de delict. q. 18. num. 22. & 23. alleg.
Tiraq. tract. de pœn. temper. cauſa. 44. num. 23. &
Rol. conſil. 64. num. 4. & ſeq. vo. 3. quod verum
ſi dolo, aut per latam culpam omiſit per ſupradi-
cta; nam in iudice intelligere debemus illam ne-
gligentiam eſſe damnoſam, quæ dolo proxima
apparebit. Amad. eod. tract. num. 69. vbi allegat
Bald. in §. proficiſci, q. 9. ff. de offic. Præſid. Put. d.
ver. Negligentia, cap. 1. nu. 15. Bald. in l. ſi quan-
do, col. 1. C. de teſt. Rondinel. d. tract. num. 14.
74 15. 16. 17. & ſeq. † At Iudex de negligentijs, &
ignorantijs non craſſis, nec ſupinis, non tenetur
de conſuetudine, Amad. de ſyndic. num. 247. vi-
de Nauar. Manual. cap. 17. num. 27. qui loquitur
in foro interiori. Et Iudex etiam de negligen-
tia redarguitur, quando poteſt cauſam expedire,
& interim inſtantia labitur (non obſtante partis
inſtantia ei facta, vt expediret cauſam) & expen-
ſæ currunt ſuperfluæ & damnoſæ, ſecus ſi Iudex
non eſſet interpellatus bis & ter, ſecundum Bald.
in cap. 1. de milit. Valuaſ. per l. 4. §. hoc autem iu-
dicium, ff. de damn. infect. & per eundem in l.
mancipia, de ſeru. fug. Excuſaretur etiam quando
de legitimo impedimento conſtaret, Menoch. de
arb. iud. caſ. 118. alioquin dicitur denegare iuſti-
tiam. Put. d. tract. in ver. negligentia, cap. 1. nu. 1.
2. & 3. DD. in l. properandum, §. ſin autem, de
iud. Bald. in l. 1. §. magiſtratus, de magiſtrat. con-
uenien. & circa inſtantiam, tum in cauſis ciuili-
bus, tum in criminalibus, vide Aſin. in ſua pract.
§. 2. cap. 16. per tot.

75 † Poteſtas pro familia ſua duplici modo (ſed
diuerſimodè) tenetur in ſyndicatu, vt etiam in-
fra dicam, num. 154. ad cuius rei intelligentiam
ſciendum eſt, quod aliqui ſunt de familia Pote-
ſtatis, vt ſunt vxor, filij, & ſerui, alij ſunt quos
ſecum ducit ratione officij, vt Aſſeſſores, Nota-
rij, Baricelli, & Nuncij, & huiuſmodi, de quibus
Put. d. tract. in ver. teſtis, cap. 3. in princ. & pro ijs
promiſit, aut non. Primo caſu poteſtas tenetur
exhibere familiam ſuam, ſi ita eſt de ſtylo, vel ſi
promiſit ab initio officij aliquid pro eis, aut ſol-
uere iudicatum, vel eos ſiſtere, vt colligitur à Put.
in verb. familiaris, ſeu familia, cap. 3. num. 16. &
17. & cap. 4. num. 1. qui Poteſtas in caſu ſiſtendi
liberatur, ſemel exhibendo, l. 1. §. familiæ, ff. de
publica. Sed excuſatur ſi non ſui culpa ille fuge-
rit, ar. reg. culpa caret, de regul. iur. & ratio eſt,
76 † quia viro bonæ fidei caſus fugæ fortuitus non
imputatur, idem Put. d. cap. 3. num. 26. Verum
ſi promiſit præſtare toties quoties, ſufficit ſi bis,
aut ter exhibuerit, l. ſi finita, vbi Ang. ff. de damn.
infect. & dixi latè in 2. par. num. 180. 181. & ſeq.
& de hac præſentatione Put. vbi ſuprà, cap. 4. in
princ. & infra dicam ſub num. 201. & talis pro-
miſſio intelligitur facta ſolum pro cautis ſecutis
durante officio, non autem ante, vel poſt, quod
notatur per l. 1. & ibi DD. ad leg. Iul. repetun. &
pro cauſis ciuiliter intentatis, glo. not. in cap. cum
ad ſedem, de reſtitut. ſpoliat. latè Rondinel. d.
77 tract. num. 71. qui num. 83. ait, † quòd ante ſyn-
dicatum famulus dimitti non debet, & ſi Pote-
ſtas promiſit de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluen
do, tenetur ſi non repræſentat famulum ob deli-
ctum contumacem, quando ſciens vſus eſt opera
malorum hominum, ar. l. 1. ff. fur. aduer. Naut.
ita tenet Put. in d. cap. 3. num. 27. niſi famulus
cum eſſet vir probus aufugerit prouocatus, & pro
tuitione honoris ſui, vel domini deliquiſſe con-
tigerit; Nam Poteſtas ad ſui exonerationem
de hoc dicere poteſt, ſi illum non præſentat, ſe-
cundum Put. ibi. Honor enim, Laus, Gloria, &
Fama nullo modo ſunt negligenda, de quibus
plura dicit Lud. Carbo. in ſuo tract. de omn. rer.
reſtit. q. 16. per tot. Vnde ſi prouocatio principa-
lem excuſat, vt dixi in 4. par. num. 79. cum ſeq.
multò magis fideiuſſorem, cap. acceſſorium, de
regul. iur. in 6. l. cum principalis, eod. tit. Verum
ſi ratione officij Poteſtas banniuit famulum, non
tenetur, quia neceſſitate officij fecit, Put. d. cap. 3.
num. 21. Item tenetur etiamſi nihil pro familia
promiſerit, ſi fuit in culpa, vel participauerit de
delicto familiæ, l. qui occidit, §. in hac quoque,
ad leg. Aquil. Put. d. cap. 4. num. 1. & 5. In ſecun-
do verò caſu de iure ordinario Poteſtas tenetur
pro ſuis officialibus, etiamſi non promiſerit,
quando ex cauſa officij delinquitur, l. 1. §. fami-
liæ, de publica. & d. l. 1. ad leg. Iul. repetun. & ſibi
imputandum, quia malam electionem fecit, Put.
d. ver. familiares, cap. 3. num. 17. 18. & 27. vbi per
multa bona iura hoc probat, & vide Rondinel.
eod. tract. num. 72. 73. & 97. & pro ijs non tene-
tur, niſi pro pœna pecuniaria, quo caſu ſufficit fi-
deiubere, Rondinel. d. tract. num. 72. & 97. & ita
Genuæ ſeruari vidi tempore ſyndicatus D. Vul-
pellandi.

78 † At contra officialem procedendum non eſt
cum ſcrupuloſa inquiſitione in ſyndicatu, alio-
quin neruus iuſtitiæ frangeretur, authoritas iu-
dicum deprimeretur, atque vileſceret, & ſucceſ-
ſores exemplo prædeceſſorum lento gradu iuſti-
tiam pauidi adminiſtrarent, Grammat. conſ. 54.
num. 5. Ab omnibus tamen Iudicibus probis, &
practicis abhorrentur officia illa, in quibus de
more ſubditi querelis triumphant contra Præ-
tores. Baiard. ad Clar. quæſtio. 73 verſic. item iu-
dex, num. 38. & 39. Sed nimirum, quia Iudices,
& Prætores in exercendo officium ſuum inter
partes diuerſas, ſunt tanquam ſcopus ad ſagittam,
præſertim officiales exteri, qui radices parente-
læ non habent in Prouincia, vbi ius dicunt, ſed
amicitias fictas donec Fortuna durat, & dum
corrigunt, & caſtigant nulla habita acceptione
perſonarum, multorum odia incurrunt, & ab
amicis, & propinquis odentium perſequuntur,
vt in multis partibus multos experientia docuit,
abſque aliena fide, ita dicit Boſſ. in titul. de offic.
corrupt. pecun. num. 35. & meliùs Franc. Ton-
tul. vot. 6. num. 1. 2. & 7. 9. ac 10. & cum omni-
bus complacere nequeant, multi falſi teſtes in-
ueniuntur, ad vota accuſatorum, qui iudices ca-
lumniantur, vt inquit Abb. in cap. qualiter, &
quando, il 2. extra de accuſat. refert Dulcet. de
ſyndic. num. 26. quod quidem non ſequitur vbi
canes ſui ligantur, & oculus domini equos
pinguefacit.

79 † Præterea Iudex excuſatur à dolo ex quali-
bet cauſa, etiam leui, ſi rectæ intentionis ſit, ſe-
cus ſi malus, & iniquus, Boſſ. in tit. de Decret.
Mediol. ſub num. 19. Amad. de ſyndic. nu. 149.
verſic. ſimili modo, Tontul. vot. 7. num. 9. & 10.
Et ideò aures D. Syndicatoris non ſunt facile
querelantibus præbendæ, niſi contra illos Iudi-
ces, Prætores, Capitaneos, & huiuſmodi, qui mu-
nere publico alijs præſunt, & partialitates cau-
ſant, conuenticulas fouent, & lucri ſunt auidi,
ac participes, ſed in dubio hæc non præſumun-
tur, niſi probentur, l. meritò, ff. pro ſoc. Porrò
ſyndicatores debent benè aduertere ad fallacias,

calli-

Digitized by Google

calliditates, impoſturas, fraudes, malitias, & machinationes, ac perſecutiones, quæ ſolent præparari contra Prætores, & Iudices, & harum naturam declarat Cagnol. in l. fraudis interpretatio, num. 5. de reg. iur.

80 † Fraudem, ait, propriè eſſe, quando ſimulatur permiſſum, & reuera agitur prohibitum, iuxta Bald. in titul. ſi de feud. fuer. controuerſ. inter domin. & agna. in §. beneficium, vbi dicit, quòd cum ſimulatio ſit de permiſſo, non vitiat, quia eſt de permiſſo ad permiſſum; Item quando actus ſit per prohibitos, non vitiatur tanquam ſimulatus, ſed tanquam prohibitus, ſit etiam fraus vendendo quod pignori datur, & accipitur pro crimine à Vulp. in tit. de ædil. edict. in l. 1. per tot. illum tit. & fraus ſit per eum qui ad deceptionem alterius, aut ſui commodum, aut verum tacet, aut falſum exprimit, Bertazol. conſil. 374. num. 3. & fraus ponitur inter caſus difficilis probationis, Crauet. conſil. 143. nu. 12. quem allegat Menoch. de arbit. caſ. 116. num. 13. vbi ponit ea, quæ ſunt difficilis probationis, vt ætas, filiatio, partus ſuppoſitus, ſimulatio contractus, Iudicum captiuitas, adulterium, ſimonia, fraus, furtum nocturnum, adde, & omnia alia delicta nocturna, tractatus, matrimonia clandeſtina, metus, animus, & voluntas; Sed tortura non ſic, quia iudicialiter pluribus interuenientibus ſit, niſi Iudex velit contra conſcientiam auxiliari nocenti, quia Beruarij ſtant foris (vt audiui) & de ijs omnibus latè Maſcard. paſſim in ſuis concluſion. materia verò fraudis odioſa eſt, ideoque de ea clarè conſtare debet, Maſcard. concluſ. 1175. num. 15. tom. 2. & concluſio. 815. tom. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 3. lib. 4. præſumpt. 81. num. 29. vbi in dubio fraudem non præſumi, niſi in Aegyptiacis, ſeu Cingaris, balatronibus, lenonibus, meretricibus, minacis, cantoribus platearum, nautis, cauponibus, ſtabularijs, de quibus apud Otat. & huiuſmodi; & poteſt probari etiam per coniecturas, & præſumptiones veriſimiles, iuxta qualitatem perſonarum, ſed probatio per coniecturas, & præſumptiones ceſſat, ſi incontinenti oblatæ ſint probationes, ab eo qui fraudem probare dixit Menoc. lib. 2. præſumptio. 47. num. 1. & multa collige à Maſcard. quæſt. 814. & 815. niſi poſita fuerit clauſula, non ſe adſtringendo, de qua per Bart. in l. Diuus & ibi Dd. de re iudic. Bald. in l. non ideò, C. de l. b. cau. Abb. in cap. dilecti, num. 16. & ibi Apoſtil. in ver. non ſe adſtringens, de re iud. Marant. in 6. par. actu 1. Pap. in form. lib. & c. in act. real. gloſ. non ſe adſtringens. Vital. tracta. clauſul. libello. fol. 703. & nota, quòd ſemper fraudatores acrius ſunt puniendi, quàm fures, vt inquit Baiard. ad Clar. quæſt. 83. num. 13. & iura ſubueniunt deceptis, & nunquam decipientibus, ff. de pign. act. l. ſi rem, §. omnia pecunia, glo. fin. Hinc eſt quòd poſt multos annos factus certus de pelui, & vrceo argenteis mihi furatis, obtinui ab emente. Fallacia autem deſcendit à verb. fallo fallis, quod eſt decipere aliquem, Cagnol. in d. l. fraudis, num. 5. de regul. iur. & de his per Nauar. Manual. confeſſ. cap. 17. num. 177. vt. Bald. in l. non dubium, ſub num. 18. C. de leg. & in Reper. in ver. fraus.

Calliditas verò, & aſtutia idem ſonant, & ad ingenium referuntur, ſed ſcientia, quæ eſt remota à iuſtitia, calliditas potius, quàm ſapientia eſt appellanda, Cic. de offic. lib. 1. Et verſutus eſt cuius mens celeriter verſatur, idem Cic. Machinatio autem eſt ars ad decipiendum verbo aut facto, l. 1. §. 1. ff. de dol. Cagnol. d. num. 5. & eſt inuentio mala contra aliquem animo doloſo, & iniuſtè compoſita, quæ quidem probatur, ſicut de fraude ſuprà dictum eſt, vide Bertazol. conſil. 374. & ibi addit, & etiam ibidem quid ſit dolus, de quo ſup. num. 31. & 70. & de dolo præſumpto apud Bat. in l. quod Nerua. ff. depoſ. & ex doctrina S. Thom. 2. 2. q. 118. art. 8. colligitur duplicem eſſe dolum; nam dolus quandoque ſit verbis, & appellatur fallacia, de qua ſup. num. 31. quandoque ſit rebus tantùm, & vocatur fraus; Itaque dolus genus eſt, & comprehendit tam circumuentionem, quæ ſit verbo tantùm, quàm illam, quæ ſit tantùm facto, vel vtroque modo: de ijs omnibus apud ſupradictos, & per Maſcard. de probat. concluſ. 531. & 532. vbi diffuſiſſimè, ſed dolus conſiſtit in animo, & animus ex facto percipitur, & facta ſunt diuerſa, quæ ſæpenumerò etiam prudentiſſimos fallunt, l. 2. ff. de iur. & fact. ignor. In aliquibus excuſatio tenet, vt in iracundia repentina, in prouocatione, & in ſupplantationibus; in aliquibus non, vt in incorrigibili, in ſolito delinquere, in caſibus penſatis (circumſcripta neceſſitate) & huiuſmodi; vnde machinatio continet dolum verum ad decipiendum alterum, l. 1. §. dolum, ff. de dol. malo. Et dolus præſumptus dicitur, quando quis inuenitur læſus, & à læſione ipſa præſumitur dolus, tamen poteſt eſſe, vt quis præter animi intentionem deceperit, de hoc Bertazol. d. conſil. 374. nu. 5. vo. 2. vbi & de dolo, de fraude, fallacia, machinatione, & calliditate; & qui eſt ſolitus delinquere, ſemper eſt in dolo, l. ſemel. de regul. iur. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 3. num. 123. & ex qualitate facti, & perſonarum, dolus præſumptus colligitur, idem Menoch. de arb. caſ. 308. & caſ. 309. vbi iudicis arbitrio relinquitur, quando dolus præſumitur, & multos allegat Baiar. ad Clarum in §. falſum, num. 253. An autem calliditas, fallacia, & machinatio idem ſint, vide Decia. de delict. tom. 1. lib. 1. cap. 4. fol. 3. vbi etiam quotuplex dolus ſit, & quidem omnia hæc ſonant in deceptionem, licèt per diuerſa; vnde eundem effectum, & ſub eadem diſpoſitione cenſentur, l. legata inutiliter, de adim. leg. l. iam hoc iure, ff. de vulg. l. quandiu, C. de impu. per l. illud, ad leg. Aquil. cum ſimil. quia vbi eadem ratio, ibi idem ius, & vbi habetur effectus, de modo non curatur per dicta iura. Poſtremò impoſtura eſt, quando pro auro venditur orichalcum, pro argento electrum, & compoſtores circumueniunt emptores, & eos decipiunt, l. 3. de crim. ſtellio. D. Menoch. de arb. caſ. 383. Clar. q. 83. verſic. ſi quis impoſturam, vbi narrat de quibuſdam impoſtoribus, qui tot quibus adulterinis decipiebant viatores, qui poſtea iuſſu Senatus publicè fugiſtati fuerunt, & pariter acrius ſunt puniendi impoſtores, quam fures, Io. Bapt. à S. Seuer. in l. cunctos populos, col. 1. in vlt. repet. C. de ſum. Trinit. & fid. Cath. quos Zunetatores appellat, et ſequitur Marſ. in ſing. 318. fui rogatus. Iacob. Nouell. in ſua pract. & theor. ci. c. furtum, num. 25. quos adducit Baiar. ad Clar. q. 83. num. 13.

81 † Nam permultis terminis indebitis, ſubdoliſque artibus vtuntur, qui proprijs paſſionibus ducti, & victi excæcantur, & non erubeſcunt, aut eos erubeſcere non pudet, in decipiendo iudices, in machinando contra ipſos impoſturas, & perſecu-

Digitized by Google

ſecutiones toto poſſe, & ne detegantur tractatus (vt plurimum) immiſcent inter laicos aliquam perſonam Eccleſiaſticam, vt in coniurationibus, & compoſtellis, in quibus ad effectum, vt Iudex laicus perquirendo veritatem impedimentum inueniat, & obſtaculum ob perſonam Eccleſiaſticam, contra quam procedi non poteſt per laicos iudices, & vt vulgo dicitur, *inchiodano l'artiglieria*, & ab huiuſmodi perſecutionibus Deus omnes adiuuet, à fictiſque amicis nos defendat;
82 † plus enim nocet lingua adulatoris, quàm manus interfectoris.

83 † Hic quoſdam caſus fraudulentos ponam, vt Iudices magis cauti ſiant, tam in iudicãdo, quàm in ſyndicando; Adeò enim procliuis eſt decipiendi via cum falſis characteribus, literis, & ſcripturis, vt vix Principes, & Reges cauere ſibi poſſint à falſarijs, vt ſuprà in 3. pat. num. 102. dixi de illa muliere, quæ binas ſchedulas falſas in iudicio exhibuit, & ex forma papyri, ſigilli, & ceræ, quæ tūc temporis in vſu non erant quando videbantur ſubſcriptæ, falſitas detecta fuit; & proh dolor, tot teſtamenta falſa, tot inſtrumenta, quæ nunquam fuerunt in rerum natura. tot Epiſtolæ ſcriptæ finguntur, tot Principum reſcripta, vt Mundus totus ferè in diſcrimine ponatur à nefarijs hominibus, qui talia falſa componunt, & ſimilem formam literarum, & characterum manus, & ſcripturas conficere ſciunt: quare non mirum, ſi ferè vbique ſunt rigoroſiſſimi ordines contra falſa-
84 rios. † Item in ſacco mulionis ſal immiſſum fuit eo inſcio, & dum in publica platea venditioni expoſuit, accuſatus fuit; verùm cognitum fuit eū carere dolo, poſtquam publicè expoſuit, nam veriſimile non fuit ipſum mulionem ſal contra Decretum occultè exportare, & poſtea in publico venundare, nihilominus vexatus magnis impenſis, & carceratione, ignarus contra quem ſe verteret, indebitè paſſus eſt.

85 † Quid de infelici aſtutia malignantium, qui arma prohibita in arca abſconderunt, vel ſubtus cubili ſuorum inimicorum, & data notitia curiæ, & viſitatione facta, ſclopiſque paruis repertis, & ob talem inuentionem dominus domus tortus, & diu in carceribus detentus, tandem innocens repertus fuit, non per purgationem torturæ, ſed quia in capſula ſclopeti repertum fuit ſclopetum eſſe illius, qui ſuppoſuit, qui captus ſtatim impoſturam faſſus: ſimiliter de altero, qui pugionem, ſeu ſtiletum cuidam inimico accingi fecit, dum attentus ſedendo mimos audiret, ſed iudicatum fuit non eſſe in dolo, cum talia arma prohibita palam non deferantur, & quidem ſimiles impoſturæ valdè procliues ſunt.

86 † Accedit de eo, qui pecuniam ab amico ſibi traditam accepit, vt ad creditorem deferret, quam in proprium vſum conuertit, fingens incidiſſe in latrones, & plura vulnera ſibi intulit non leuia, multoſque accuſauit, qui ſecretè ſui erant inimici, & carceribus, expenſis & tortura vexati fuere, ipſe verò excuſatus, tandem voluntate Dei faſſus
87 eſt ſuam fraudem. † Et iſte quidem nedum tenebatur pro illatis ſibi vulneribus, ac ſi alteri ſimilia vulnera intuliſſet, Ioann. Andr. ad Specul. §. 1. verſic. prælibatum, de pœn. Peregr. de iur. fiſc. fol. mihi 105. Clar. quæſt. 68. verſic. ſeipſum occidere, & Grammat. deciſio. 44. Menoch. de arbitr. caſ. 204. Catal. de ſyndic. ſub num. 96. vbi multos alleg. præſertim Spec. in tit. de pœn. §. 1. verſ. ſecundo quæro, licet Decius in materia ſtatuti velit non teneri, niſi pęna arbitraria, tract. delict. lib. 9. cap. 4. num. 5. tom. 2. & cum eo tranſit commu-
88 nis opinio, quę mihi verior videtur. † Siquidem minus delinquitur in ſeipſum, quàm in alium, ſecundum leges ciuiles; nam alienorum membrorum nemo eſt dominus, ſed ſuorum membrorum vſufructuarius, & regula loquitur per verb. videtur quod improprietatem demonſtrat, l. liber homo, ff. ad leg. Aquil. Vltra quod in ſe peccans hoc modo pœnas quodammodo luit, ſecus in alium, ſed maiori pœna eſt plectendus propter furtum, & quidem pœna ſtellionatus, d. l. 1. de crim. ſtellio. & qui ſe ipſum debilitat, vt mendicare valeat, eſt ac ſi alium ad hunc effectum debilitaret, Rip. tract. de peſte, tit. de Remed. pręſeruat. num. 175. & eum refert, & ſequitur Caball.
89 Caſ. Cri. 178. nu. 10. † De furibus tot ſunt fraudes, quot ſunt frondes arborum; de inuidis tot inueniuntur, quot folia inuidiæ; de adulatoribus tot, quot ſunt cepæ, & earum corticulæ; de malignantibus magna quantitas, & de ribaldis non eſt numerus; Sed quid de illis, qui ad decipiendum Prætorem afferunt inuolucrum præceptorum (vt dicitur) magnum faſtellum, & intus latet aliqua iniuſta ordinatio, vt cum ſubſcriptione aliarum pertranſeat, & ab incauto iudice ſubſcribatur, quæ tempore ſyndicatus editur cum teſtibus dicentibus iudicem pecuniam recepiſſe pro hac ſubſcriptione, eo quia viderint illi exburſare pecuniam ab illo, qui ſubſcriptam obtinuit ordinationem, licet ſolutio quidem facta ſit, ſed alia
90 de cauſa pro debita mercede. † Quot etiam munera calumnioſi aſſerere ſolent fuiſſe miſſa ad Prætorem, quæ nunquam vidit, nec recepit, & propè tantum Prætorij duo cerdones, ſeu zauattini habitantes de eis teſtimonium perhibuere, dolus erat, nam ferens munera detegebat ea in ingreſſu Prætorij, vt à Zauattinis ad minus viderentur, deinde ſimulabat furtum detuliſſe, at ſtatim cum eis ſub paſtro abſconditis exibat foras, & aſſerebat hilari animo à Prætore accepta fuiſſe, quod verum non fuit, & tempore Syndicatus promouebant ij præmeditatas querelas, & detecta ab ipſis portatoribus fraude, Prætor incolumis remanſit, ſed heu quot maligni ſpiritus, quot perſequutores? & niſi gratia Dei Iudices protegerentur, vix vllus à calumniantium inſidijs euadere poſſet, ſed Deus malorum eſt vindex, eorumque protector, qui rectè iuſtitiam adminiſtrãt; ſcriptum eſt enim, Nunquam vidi iuſtum derelictum, nec illo vnquam malignum tandem præualuiſſe, vt not. Spec. in tit. de Aduoc. §. 5. verſic. commendat autem, & §. 6. verſic. nunquid. Multa adhuc dici poſſent, quoad ea ſuper quibus Iudex ſyndicari poteſt, verùm quia tam copioſè per Puteum, & alios ſcripta experiuntur, ſuperfluum duxi omnia aſſotum deſcribere.

91 † Nunc de munere, & officio D. Syndicatoris dicturus, in primis ſciendum eſt, quod carere debet omni vitio, qui in alterum paratus eſt dicere,
92 l. iuſtas, C. de iur. fiſc. † Vnde non creditur ei, qui dicit habere bonam intentionem, ſi malè agit, & lucem odit, Luc. 11. Debent Syndicatores eſſe zelo iuſtitiæ freti, non autem pecuniæ, & ſanguinis iudicium auidi, ne amittant in vno menſe, quod ſudore per tantum tempus acquiſierunt. At malè res moderantur ab illis, qui nunquam ſyndicatui ſubiecti fuerunt, ſicut malè iubet, qui prius parere non didicit.

93 † Ha-

93 † Habent ſyndicatores merum, & mixtum imperium in officiales, Puteus de ſynd. in verb. iudices ad ſyndicatum, cap. 1. num. 9. Bart. tract. de iuriſd. col. penult. Rondinel. de ſyndic. num. 184. Debent banna emittere in locis conſuetis cum termino peremptorio ad querelandum, iuxta morem ſolitum, & prout ſuprà dictum eſt, & ſyndicator non habens facultatem expreſſam in diplomate, non poteſt arctare tale tempus, neque protogare, cum ſit à iure limitatum cum miniſterio hominis, Bart. in l. ſecunda, de re iu. l. ſequitur Put. in verb. officialis, cap. 6. num. 2. ſed ferè vbique ſunt ſtatuta, & ordinationes formam certam tra lentes, tam circa tempus, quàm circa modum querelandi: Formatur inſuper inquiſitio generalis, de cuius forma plenè per Amad. eod. tract. à num. 4. cum mult. ſeq. in qua narrantur omnia, quæ omitti & committi poſſunt ab

94 officiali in officio, † licet hodie ſecundum aliquos bannum ſufficiat pro dicta inquiſitione generali, ſed quicquid ſit officialis debet reſpondere negando non abſoluè, vel ſimpliciter, ſed conditionaliter, videlicet negando narrata prout narrantur, quia hoc modo non eſt merè negatiua, nec merè affirmatiua, ſed implicita reſponſio, ita vt non poſſit argui, vt incurrat pœnam contra negantem, de qua in l. fin. ff. de rei vendic. nec tanquam confeſſus poſſit pro condemnato haberi iuxta l. primam, C. de confeſſ. Iaſ. in l. cum qui, num. 9. & 10. & ſeq. ff. de iureiur. Pap. in for. reſp. r. i, gl. in verb. narrata, & ibi apoſtill.

95 † Deinde per officiales ſolet dari fideiuſſor de ſtando, & parendo ſyndicatui, & iudicatum ſoluendo, Amad. nu. 12. & 13. Hinc vana fortè videtur petitio huius fideiuſſionis, cum ab initio officij eſt cautio data de benè, & legaliter exercendo officio, ac de ſtando ſyndicatui, vt fit in Statu Mediolani, & in Regno Neapolitano, ſicut refert etiam Put. dict. tract. in verb. fideiuſſor, cap. 1. nu. 6 vltra quod ſi Iudex, aut alter officialis eſt foreſtis, difficillimè inuenitur, qui velit pro eis fideiubere: vnde eo caſu ſi ſtetit cautio iuratoria, per l. 1. C. vt nemines cauſę, & in auth. generaliter, de Epiſc. & Cler. Put. in verb. fideiuſſor, c. 1. & de huiuſmodi cautionibus latè dixi ſup. in 2. p. ſub nu. 172. vbi nu. 179. & 180 dixi eſſe arbitrarium Iudici, quid in criminalibus, & qui ſub iuratoria cautione relaxandi: & reuera vbi non agitur cauſa capitalis contra officialem non ſolet carceri mancipari, niſi ſi eſſet etiam malæ vocis, & famæ, & in alijs officijs malè ſe geſſerit, Amad. de ſynd. & Dulcet. nu. 20. & 28 Rondinel. nu. 158. ſed imputandum, qui malam electionẽ fecit, Put. in ver. familiaris, c. 3. nu. 17. cũ ſeq. & quando imminer. t ſuſpicio fugę, gl. eo. in §. oportet, in auth. vt iud. ſine quo. ſuffrag. intellige, vt ſuprà num. 77. ſi querelæ eſſent valde graues, & fama vularet, quia hoc in caſu non eſt ſtandum iuratorię cautioni; at in dubio officialis non debet arctari, neque grauari per detentionem, ſi fideiuſſorem non inueniat, ſed cautio iuratoria ſufficit; alioquin officialis diceretur grauari concuſſione, ſi grauaretur fideiuſſione, l. quoties, C. de dignit. lib. 12. Et nota, quòd ſi fideiuſſor promittit de ſtando ſyndicatui tempore ſtatuto ſi illud protogetur, fideiuſſor non tenetur de querelis nec de alijs, quæ tempore protogato emergerent, ſic tenet Bald. in l. Hermes, in princ. C. de locat. Bart. in l. fin C. de pact. Marſ. de fideiuſſ. num. 93. 94. & ſeq. Muſcatell. Regnicol. in ſua pract. de fideiuſſ. par. 1. modo 14. vbi dicit, quod aliud eſt fideiubere ſimpliciter, de ſtando ſyndicatui, aliud eſt fideiubere de ſtando, & parendo ſyndicatui, primo caſu lata ſententia fideiuſſio expirat, per l. graue, §. poſt litem, ff. de fideiuſſ. Put. de ſyndic. in ver. fideiuſſor, nu. 5. ſecundo caſu fideiuſſio poſt latam ſententiam adhuc durat, Bart. in l. ſi quis, ff. de cuſtod. reor.

96 † Verum ſi D. Syndicator bonæ intentionis ſit, & Dei timoratus, vultque rectè, ac ritè ſe gerere, hoc ſanum de corde conſilium exequatur, vt ante omnia extraiudicialiter ſe benè informet de vita, & moribus officialis ſyndicandi à perſonis probis, & fide dignis; & etiam à perſonis Religioſis, exemplo boni Phyſici prius inquirendo de origine rei factæ, vt ait Rot. Luc. Margo. deciſ. 1. num. 21. & legitur de quodam Iudice à ſpinis plurimorum perſequutorum ſuffocato, adeò vt in ſyndicatu ſuccumberet, qui tamen ad nouas defenſiones opera ſui Confeſſoris admiſſus innocens repertus fuit, & cum laude dimiſſus: ſed quid, & quantum prodeſſe poſſit Cõfeſſarius reo innocẽti declararunt Pont. Pius V. & Gregor. XIII. & vide Henriques lib. 3. de ſacr. pœnit. cap. 23. qui citat Couarru. cap. Alma Mater, 1. par. §. 11. nu. 26. lib. 2. variar. reſolution. cap. 10. num. 3 & 6. & multos alios.

97 † Caueant pariter à fide litigantium, & inteſſatorum, vt etiam admonet Io. Bot. in ſuo trac. de ratio. ſtat. lib. 1. vbi de continentibus Magiſtratibus dat exemplum veræ iuſtitiæ illius Sereniſſ. luminis Coſmi Medices magni Etruriæ Ducis, cuius memoria in ſecula viuet, quandoquidem veritati ſtudebat, inuigilabatque, nec decipiebatur, quippe qui à fidis, & diuerſis exploratoribus minimè intereſſatis, neque adulatoribus, & inter ſe ignotis certior benè factus, tam de geſtis à miniſtris & officialibus, quàm ab alijs, cautè & opportunè prouidebat, & nugis nunquam locus erat apud illum, ſed veritatem digito ferè tangere volebat. At in propoſito huius ſecretæ indagationis ſumendæ per D. Syndicatorem, id etiam videtur eſſe de mente Excell. Senatus Mediol. ex Decreto edito die 14. Nouembris. 1577. in his verbis:

98 † Syndicatores eam in primis præcipuam curam habeant, vt omni diligentia eorum, qui cenſuræ ſuæ ſubijciuntur, actiones & vitam inquirant, & poſt conſuetorum edictorum publicationem, & quæ ſequuntur: adeò vt ante edictum de querelis porrigendis, mandet ordinatio illa, vt de vita, & moribus officialis omni diligentia inquiratur, & ſic iudicialiter, & extraiudicialiter ad effectum, vt in progreſſu ſyndicatus per impoſtores non decipiatur, & eodem modo Syndicator debet ſe informare, an aliquæ factiones, ſeu partialitates in loco officij vigeant, num aliqui ſint, qui inquietè viuant, & ſoliti ſint querelare, ac moleſtare Prætores tempore ſyndicatus, & an aliqui contenderint cum Pretore, & minati ſint, ac contemptores iuſtitiæ exiſtant; Item an moniti, correcti, caſtigatique fuerint à Prætore, & deinde perſequutiones parauerint, & vociferauerint tempore ſyndicatus, vindictam ſumere.

Quibus præambulis adhibitis, D. Syndicator vti benè informatus hinc inde, ſciet in quam partem arbitrium ſuum inclinare, & quibus credendum; nam ſi reuera benè de Prætore audierit, vti præuentus calumniantium iniquitatibus repulſam dabit, vt admonet Put. in verb. ſyndicatorum

eatorum officium, c.1.nu.2.& in ver.officiũ Iu-
dicis, c.1.nu.3.& ſeq. vbi ex officio renetur repel
lere eos, quos conſtat Ius agendi non habere, ſic
docet Imperator in Procem. Inſtit. Deinde more
ſolito generaliter inquirere poterit contra Prętorem,
& eius familiam, recipiendo informationes
penes acta, aduertẽdo, ne quis indebitè damnum
patiatur, vel alieno odio grauetur, iuxta l. ſanci-
99 mus, C.de pœn. l.ſi quis, de inoff.teſt. † Erga verò
probos Iudices (de quibus benè audiuit ab extra)
mitem, nó ſeuerum, ſed dulcem, ac benignum ſe
præbere debet, refręnans rabiem malignantiũ, &
eorum circuitibus viam præcidendo. Cęterũ con
tra iniquos, & proteruos Iudices, quos malos, ac
malæ intentionis eſſe audierit, debet eſſe rigoro-
ſus, vt quod in perſonam aliorum ipſi egerint, in
ſeipſos ſeruari non mirentur, & in futurũ diſcãt,
l.1.ff..de ijs qui ſunt ſui, vel alie.iur. vt cõtrariorũ
eadẽ ſit diſciplina, l.j.ff.ꝙ q ſq;iur. Damaſ.reg.53.
100 † At ſtante bona voce, & fama Iudicis probi,
ſaltem in genere, ſtatim concipitur mala præſum
ptio contra querelatores; & eò magis contra ſoli-
101 tos querelare, reg.ſemel malus; † q a calumniari
ſolitus ſemper calumnioſus præſumitur, Menoc.
de præſumpt.præſumptio.2 r.nu.4.& 5.præcipuè
quando tanquã calumnioſi, ıliàs condemnati fue
runt, facit tex.in l.Athletas, §.calumniator, & ibi
glo.ff.de ijs qui infa.irrog. & tot.tit.C.de infam.
Peregr.de iur.fiſc.tit.1.nu.2. Farinac.de accuſat.
102 q.16.nu.6.& 7.cum ibi per eum adductis. † Et
querelantes officialẽ, & ſuccumbentes appellãtur
infames, qui querelam infamatoriam iuſtificare
nequeũt, Boſſ.de offic.corrup.pecu.nu.38. vbi ẽt
dicit huiuſmodi calumniatores pęna capitali pu-
niri debere, idem in tit.de ſenten.nu.29. & eſt cõ
munis opinio, de qua teſtatur Abb.in c.teſtimo-
nium, col.5.extra de teſt. Caball.Caſ.Crim.166.
nu.10.11.& 12.& ſeq. Dulcet. de ſynd.nu.22. &
23. vbi etiam in confiſcatione bonorũ, in damnis
expenſis, & intereſſe, Menoch. de arbit.caſ.322.
vbi pulchrè contra hos calumniatores loquitur;
103 † qui non probant contenta in querela in totũ,
ſuccumbere dicũtur, etiamſi in parte probent, &
ſunt puniẽdi, Bart.communiter approbatus in l.
denunciaſſe, §.quid tamen, vbi diſtinguit, ff.de a-
dult. Clar.q.62. verſ.dixi, Rondinel.de ſynd.nu.
66.& ſeq. Farinac.de accuſ.q.16.nu.6.cum ſeq.&
hic nota, & tene perpetuò mẽti, ꝙ ſi quis quere-
lat Prætorem, & dicat aliquid cõmiſiſſe, vel omi-
ſiſſe culpa, dolo, vel baratariã in contemptum or-
dinum, vel aliter, ex quibus qualitatibus infamia
Iudex, aut Prætor grauetur, ꝙ expedit probare in
ſpecie oẽs has qualitates, vt pulchrè ſentit Me-
noch.loc.cit.caſ.322.vide infra num.179. in fin.
104 † Nam qui ſe fundat in aliqua qualitate, illam
probare debet, vt dixi ſup.in 4.par.nu.35.36.cum
mult.ſeq.eſt tex.in l.habeat, in princ. ff.de inſtit.
act. l.denunciaſſe, §.1. de adult. & debet probari
qualitas tã in agendo, quàm in excipiendo, Plot.
in l.ſi quando, nu.354.& ſeq.C.vnde vi. Nam fie
ri poteſt, vt Prætor cõmiſerit, vel omiſerit id, de
quo imputatur, ſed nó eum illa mala qualitate in
querela deducta, quo caſu eſt omninò abſoluen-
dus, Iaſ.in l.1.col.3.ſecundo not.de leg.1. Hippi
ſing.587. incip.qualitas, & in pract. §.quoniam,
nu.61. in fin. Bald.conſ.431.vol.4. Cœpol.conſil.
crim.36.incip.eſto ꝙ in actis, Rol.cõſ.45.nu.11.
cum plur.ſeq.vol.3. Soc.ſen.conſ.36.vol.2. Tob.
Non.conſ.98.nu.1.& 2. Monticell.reg.1.nu.36.
Cęphal.conſ.230.nu.28.lib.2.& alios adducit Fa
rinac.de inquiſitio.q.1.nu.28.vbi num.24 infert
ad multa. Primò, quod delictum dicatur inqui-
ſitione, aut querela commiſſum ab vna perſona,
& probatur de alia, ſequi debet abſolutio, d.l.de-
nunciaſſe, §.quid tamen. Secundò infert, quod ſi
mandatarius eſt inquiſitus, tanquam principa-
lis, non punitur, Ioan. Monac.in reg.qui per aliũ,
facit Marſ.pract.§.& quia, nu.15. Clar.q.31. ver.
ſuper quibus, vbi, idem ſi principalis inquiratur
de auxilio. Tertiò, infertur idem, vt ſuprà, ſi man
dans inquiratur de conſilio, & è contra, Bald.in l.
hæc verba, ff.de ijs qui not.infam. Alexand.con-
ſil.128.vol.4. Ruin.conſil.6.num.7 vol.5. Quar
tò infertur, quod ſi in inquiſitione proponatur v-
num delictum, & probetur de alio, de probato
non poſſit ſequi condemnatio, Boſſ. in tit.de in-
quiſitio.nu.82.quæ opinio eſt magis communis,
ſecundum Farinac.nu.27. infertur vide infra nu.
185. Quintò, quod ſi in querela fuerit deductus
dolus, & ſolum iuſtificetur de culpa, non poſſit
puniri, Bald.in d.conſil.431.vol.4.& Oraſc.con-
ſil.65.vol.43.cum alijs per Farinac.adduct.d.nu.
28. Sextò infertur, quòd ſi in querela ſit deductũ
tempus, locus, & menſis, & non conſtet, querela
non ſuſtinetur, ſed debet abſolutio ſequi, Bart. in
l.Pantonius, §.1. col.1. ff. de aeq. Hier. Gomeſ.
tit. qualiter formetur accuſatio, num. 2. & de ijs
apud Maſcard.de probat.concl.28. & per multas
alias concl.tandem hæc ceſſare limitat idem Fa-
105 rinac.nu.32.quãdo in fine querelæ adeſt † clau-
ſula, ſuper quibus omnibus, & ſingulis annexis,
petit ſibi ius, & iuſtitiam miniſtrari: de qua clau
ſula Dec.in c.cum dilectus, de or.cogn. Felyn.in
c.ex parte, nu.46.extra de reſcript. Clar.q.12.verſ.
ſed quid ſi accuſator, Blanc. pract.crimin.§ viſis
iudicijs, nu. 100. Idem ſi Syndicator procederet
ſola facti veritate inſpecta, Farinac.nu.33. Bart.
in l.Aemilius, ff.de minor. vel adeſt clauſula, om
ni meliori modo, vel, non ſe adſtringens, de qua
ſuprà dixi, & de ijs videantur Gomeſ. de delict.
qualiter formetur accuſatio, num.4.5.6.& ſeq.&
omnes quos Farinac.adducit à d.nu.24.vſque ad
nu.40. Verum quicquid ſit inter priuatum, & pri
uatum, ſecus inter priuatum, & Iudicem, per ea
quæ ſuprà dixi per doctrinam Baldi cõmuniter
receptam, in d.l.denunciaſſe, §.quid tamen, de a-
106 dult. † Et ſi virtute dictarum clauſularum in fi-
ne poſitarum, querelans non eſſet condemnan-
dus, tanquam calumnioſus ſuccumbens, hoc
non procederet, ſi petijſſ. r Prætorem carcera-
ri, vel corporaliter puniri, quia dicta clauſula
non ſaluat, ſi non eſt probata qualitas deducta,
per quam eſſet carcerandus, & corporaliter pu-
niendus; nam dicitur tentaſſe querelam infama-
toriam, & non ad intereſſe tantùm, vt pulchrè
per Bald.d.conſil.431.volum.4. Surd.conſil.24.
nu.18.par.1.vbi quando generaliter ſit petitio, &
ponuntur in fine dictæ clauſulæ, tunc operantur,
& Alex.ab eo allegatus conſil.121.nu.13. vol.1.
videtur facere differentiam inter accuſationem,
& inquiſitionẽ, per quam ex officio Iudex pro-
cedere poteſt, ſecus in caſu querelæ contra Iudi-
cem, & ſicut virtute dictarum clauſularum ſe-
qui poteſt condemnatio, Clar.quæſt.66. verſ.ſed
quid pro parte, & q.82. verſic.ſuper quibus, & q.
90.verſ.vltimo, & per Farinac.d.q.1.nu.33.pari-
ter pro parte, pro qua querelator calumniatur of-
ficialem debet puniri, vt in iudicijs æqualitas
ſeruetur, l. 1. ff. quod quiſque iur. vltra quod Iu-
dex nõ tenetur, niſi de dolo, & barataria, vt ſuprà

Digitized by Google

num.61.quibus intentatis,& non probatis accu-
ſator cōdemnari debet,l.qui accuſare,C.de eden.
& pro hac opinione, quòd qualitate non proba-
ta debeat ſequi abſolutoria in totum, Angel. de
Vbal.in rep.l.ſi vacantia,nu.189. C.de bo.vac.vi
detur facere Ro.conſ.110 Maſcard. cum ibi per
eum adduct.de probat. concl.1254.nu.57.60.62.
72.73.74.& ſequ,conſuetudo eſt altera lex,l.mi-
nimè, de leg. & à conſuetudine hæ duæ qualita-
tes requiruntur, vt Iudices ſyndicati poſſint, ſci-
licet dolo, vel baratatia interuenientibus, vt ſu-
prà num.61.& cum aliquam iſtarum querelato-
res deduxerint, præſumendum eſt pro principali
fundamento eam deduxiſſe, quæ de re probare
debent per ſupradicta, & non probando ſunt pu-
niendi: ex quo per eam actio datur, Clar.d.q.66.
verſ. quid ſi pro parte, præſertim in cauſa ſyndi-
catus, cum appoſita contra officialem ſint magis
punibilia, quàm contra priuatum, vt in l. 1. ff.de
publ.& priuat.delict.Boſſ.in tit.de offic.corrupt.
pecun.num.37. vbi pœna iniuriarum eſt mortis,
107 & infra dicam. † Hinc eſt etiam, quòd contra
alias perſonas in delictis occultis, & difficilis p-
bationis ſufficiunt probationes, etiam non ita
perfectæ,vt ſuprà dixi in 3.par.num.72.& 73.ta-
men contra Prætorem in ſyndicatu non ſufficit
ſemiplena probatio, vel probatio coniecturalis,
vel præſumptiua, Put.de ſyndic. in ver.probatio.
c.2.nu.3.& 4. etiamſi verſaremur in occultis de-
lictis,gl.ſing.in l.iuriſgentium, §.quod ferè, ff.de
pact.& eſt communis opinio,Ioſeph.Cum.c.14.
nu.34.Bertazol.conſ.71.nu.11.& 12.vol.1. Me-
noc.de arb.caſ.116.nec probatio debet eſſe gene-
rica,ſed ſpecifica, & in indiuiduo, Dd.in rubr. &
in l.1.,C.de eden. ſed omninò oportet, vt proba-
tiones ſint plenæ, & perfectæ, ac luce meridiana
clariores, Dulcet.de ſyndic.nu.24.Hiero.Chiac.
d.ſuo conſ.nu.107. vbi latè Luc.de Pen.in l.Iudi
108 ces,C.de dignit.lib.12.& dicitur † clara proba-
tio,quando teſtes ſunt fide digni conteſtes,& bo-
nam,ac ſufficientem rationem aſſignant, & non
contrariantur, vt dixi in pract. de teſt. in 4. part.
nu.125.lit.P.& nu.138.Gomeſ.de proba.tom.3.
c.12.nu.12.& de ratione addenda à teſte,in dict.
pract.p.3.nu.85.& 95. Campeg.de teſt. cōcl.208.
Felyn.in c.ex literis,de præſumpt.& teſtes de cer
ta,& vera ſcientia ſpecificè,& ſine inuolucro ver
borum loquuntur, aliter dubia dicitur ſuprà nu.
56. Quinimò probationes cōtra officialem pro-
109 bum (quamuis clarè appareant) †tamen eliduntur,
dubiæque fiunt,ex quali quali Iudicis proba-
tione cōtraria,ſeu antidoto defenſionali,ita Me-
noch.de præſumpt.lib.5.præſumpt.3.nu.2.Clar.
§.fin.q.56.verſic.& in hoc propoſito,Bart.Iaſ.&
Dd.in l.non ſolum,§.ſed & reprobari,& §.reſpi-
ciendum,ff.de nou.oper.nunciat. Grammat.cōſ.
crim.67,nu.14. quia pro officiali multum præſu
mitur,Boſſ.de offic.corrupt.pecun. nu.14. Brun.
110 à Sol.d.q.51.nu.67. † Et perſonæ,quæ in teſtes
contra officialem in ſyndicatu admitti non de-
bent,ſunt illi, qui incarcerati, inquiſiti, torti, vel
cōdemnati fuere à Prætore,amici,& agnati que-
relantium,nec minus qui querelauit Prætorem,
poteſt perhibere teſtimonium contra eum ſuper
querelis aliorū, dixi de ijs omnibus latè in pract.
de teſt.4.p.nu.17.lit.N.Nec debent admitti,qui
durante officij ſe congregauerunt, & vnionem
fecerunt,vt officialis remoueretur, vt in d.4.par.
num.117.nec mediatores intereſſati in cauſa cri-
minali: in ciuili ſic, in defectum aliarum proba-
tionum,Rondinel.de ſyndic.nu.69.& 70.Catal.
eod.tract.& infra dicam,in gloſ.teſtes. Item rei-
ciuntur ſolitū querelare officiales, Peregr. de iur.
fiſc.tit.1.nu.2.ver.quod ego,lib.2.vbi multò mi-
nus admittitur, ſi etiam tanquam calumnioſus
quis fuerit aliàs condemnatus, repelluntúrq; te-
ſtes ignoti,l.fin.ff.de pecul.leg. & in d.4. part.de
teſt. & ij ſi admittantur de facto plenam fidem
non faciūt, Dulcet.tract.ſyndic. nu.29.31,& 32.
111 † Nec defertur iuramentum in ſupplementum
probationis, Rondinel. nu.137. Sicuti regulari-
ter non datur in cauſis criminalibus, in pract.de
teſt.car.103.lit.F, & Farin.de inquiſit.q.161.nu.
42.cum ſeq.vbi dicit, quod ſemiplenæ probatio-
nes non ſufficiunt ad excuſandum querelatorem
in ſyndicatu. Nec probationes imperfectæ con-
iunguntur in criminalibus,ita Brun.d.quæſt.51.
nu.78.verſ.ad quartum,vbi fit regula,quæ ſingu-
la non proſunt, nec ſimul iuncta iuuant, nu.80.
& 86.vbi de communi Menoch.conſ.98.nu.12.
112 vol.1. † Pro Iudice verò admittuntur teſtes de
ſua familia,quādo quæſtio non tangit eos, l.con-
ſenſu, §. ſuper ſeruis, C. de repud. Rondinel. de
ſyndic.nu.148. & ſeq. & quando veritas ab alijs
ſciri non poteſt,vt in pract.de teſt.in 3.par.

Querelare Prætorem in ſyndicatu, non poſ-
ſunt de iure illi, de quorum intereſſe non tracta-
tur, nec alius nomine alieno, niſi doceat ſtatum
de mandato,vt dixi ſuprà num.49.& 50. Nec pri-
uatus poteſt tanquam vnus de populo querelas,
aut notificationes contra Prætorem porrigere,
quæ continent cauſam tantummodò priuatam,
& non publicam; nam ipſo facto, tanquam ca-
lumnioſus eſt repellendus, Aret.in ca p.1. de ac-
cuſat.dixi ſuprà in 4. par. num.283.tum quia ſua
non intereſt,gloſ.in l.fin. ff.de priuat. delict. tum
quia publicum non tangit, l.1. de pub.iud. Clar.
§.1.in princ. & vide infra gloſ.de populo, Tiraq.
tract.res inter alios act.nu 62.Luc.de Pen.in l.4.
C.de deſertor.lib.12.& in l.quemadmodum,nu.
11. C.de agric.& cenſit.lib.11. in propoſito Ca-
113 ball, Caſ. Crim.86. † & de publicis iudicijs ac-
cuſare non poſſunt mulieres, niſi in cauſa iniu-
riarum, teſtamenti falſi, læſæ Maieſtatis, prohi-
bitione annonæ, & ſuſpectu tutoris; Nec infa-
mis, excommunicatus, ſocius criminis, perſo-
na Eccleſiaſtica propter irregularitatem, nec
damnati de publico crimine, Iaſ. in l. qui cri-
men, C. qui accuſare. Multò minus Iudæi, vel
Hæretici, Decia.de delict.tom.1.lib.3.c.17.& 18.
nec periurus, Clar.§.periurum,verſ.prætetea, Me
noch. de arb.caſ.323. nu.12. Nec accuſare poteſt
malitioſus de illa malitia, quæ ortum ab eo du-
xit,vt not. Bal.in l.quicunque, col.pen.num.24.
C.de ſer.fug. ſuprà, in ver.dolus, & aliæ perſonæ
ad numerum viginti prohibentur, quas ponit
Angel. de Malefic. in ver. ad querelam, vbi ad-
dita num. 9. in terminis noſtris vſque ad num.
50. & ibi tradit fallentias, & dicit quod licet
agatur de crimine priuato, nihilominus ſi pœ-
na veniret applicanda fiſco, quod tunc etiam
quilibet admitteretur ex ſententia Dyn. & Bart.
per gloſ.in rubr. ff.de popul.act. quamuis à Bald.
impugnetur in l. aduerſus, C. de furt. & per bo-
na fundamenta, quæ refert Angel.ibi,& ad que-
relam,num.9. & cum Bart.& gloſ.tenet Aug.ad
Ang.ibidem, Farinac. ſequitur opinionem Bar-
toli in tit.de accuſat.nu.9.quæſt.12. qui de com-
muni teſtatur,& eam tenere Clar.practicum ve-
ridicum,& modernū,in q.17.verſ.ſed quid ſi pro
aliquo,

Digitized by Google

aliquo,ſed Rom.conſil.152.dicit,quod furti pœ-
na, licèt applicetur fiſco, tamen non admittitur,
niſi illi cuius intereſt,vt ibi nu.3. per l.fi. vbi glo.
ff.de fur.ſed in materia ſyndicatus credo opinio-
nem Bartoli veriorem eſſe, quia non eſt eadem
ratio de Iudice, qui eſt publica perſona, quæ de
priuata, ergo diuerſum ius, l.illud, ad leg. Aquil.
l. Papinianus, §. exuli, ff. de minor. & maximè
contra probum Iudicem, facit Gumeſ.de delict.
cap.1.num.10. Abb.conſil.12.col.4.in fine,con-
ferunt quæ ſuprà dicta ſunt,num.105.
114 † Nec malignantes contra Prætorem in ſyn
dicatu vlla cauſa excuſantur,ſiuè querelatores,ſi-
ue Procuratores, inſtigatores, ſiue Aduocati, vt
teſtatur Boſſ.in tit.de offic.corrup.pecu.num.37.
vbi recenſet de quodam Aduocato inſurgente
contra Prætorem, quem Senat. Mediol. iuſſit
exulari, & ipſe dum eram Prætor Dertonæ, an-
no 1591. vidi per eundem Senatum exulari in-
ſtigatorem contra D.Columbanum prædeceſſo-
rem meum,& de anno 1594. ab Excellen. Duc.
Conſilio Placentiæ condemnatus fuit alter in-
ſtigator, & perſecutor fratris mei in omnibus
115 damnis, expenſis, & intereſſe. † Qua de re ſi
turpe eſt patrocinium præſtare ad offendant, in
cauſa criminali contra priuatum, quàm turpiſ-
ſimum erit contra Prætorem, & Iudices, perſo-
116 nas egregias,& publicas; † Nec ruſtici ſub præ-
textu ignorātiæ excuſantur. Caualc.tract.de vſu-
fruct.num.120.ſed tenentur actione iniuriarum,
Menoch.de arb.caſ.321.num.23.vbi nec à refe-
ctione expēſarum excuſandi, & ibi infert ad not.
conſtitut. Mediol. in tit.de accuſat.§.qui calum-
nioſè,& Boſſ. d.tit.de offic.corrupt.pecu. nu.37.
& dixi ſuprà in 3.par. nu.311. & in ijs qui contra
ſpeciem honeſtatis ruſticitas non excuſat ſecun-
dum Bal.in l.quicunque,col.pe. nu.23. C.de ſer.
fug.ſecus in ijs quæ reſpiciunt bonos mores,quia
ruſtica progenies neſcit habere modum, ſed in
naturalibus nequaquam, Iaſ.in l.2.not.2.C.de in
ius voc. qua de re ſi alteri fecerat quod pro ſe nol-
let,ſi eſt ingratus,ſi alium mordet,& verbis lace-
rat,non eſt excuſatione dignus,Nec vnquam ex-
cuſatur ruſticus ſagax, re verſutus, Menoc.de re-
cup.poſſeſſ.remed.9.num.32.& ſeq.
117 † Verùm cum malitioſi calumniatores ſciāt
nullam iuſtam inueniri cauſam contra Prætorē,
nec querelas,nec teſtes habeant quādoque,vt va-
leant pro ſyndicando eo, tamen per indirectum
quærunt moleſtiam inferre, vt Iudex ſaltem ma-
gna impēſarum taxatione vexetur; Solent enim
beneuolentiam D. Syndicatoris verbo, & factis
præuenire, & perſuadere etiam pro ſuo commo-
do burſali, vt omnes originales libros, ac filtias
criminales videat,& reuoluat,quia innumerabi-
les in eis iniuſtitias inueniet, interim notulā ob-
reptitiam, & ſubreptitiam exhibent, quam per
modum notificationum contra officialem tra-
dunt Syndicatori. Et quoad probandum impi-
ctas notificationes,oretenus exhibent dictos ori-
ginales proceſſus penes officium exiſtentes, qui-
bus ſe referunt, tūc D.Syndicator (ſi non eſt Dei
timoratus) & ſi ante omnia non perſcrutatus fue
rit diligenter ſuper ijs, quæ ad cautelam tradita
ſunt (ſuprà nu.113.) eſcam pro ſuis, & ſui Actua-
rij paratam dentibus libenter ſuſcipit, & velo le-
uato abſque alia iuſtificatione rerum oppoſita-
rum ſine reuolutione criminalium,& abſque re-
uiſione dictorum proceſſuum, aut ſi libenter ac-
commodat contra terminos prænarratos, reci-
piendo exhibitam calumnioſam notulam, & cū
Actuario cogendo officialem velit nolit recipe-
re copiam omnium dictorum proceſſuum origi-
nalium criminalium, ob latam mercedem ab of
ficiali ſoluendam actuario,prętextu exemplatio-
nis, ſeu extractionis copiæ, cuius voluminis im-
menſi folia ſæpè decem millia excedunt, & ne-
ceſſitatem imponunt ſub alio prætextu; aiunt e-
nim expedire, vt officialis ſe defendat ab omni-
bus impictis querelis,ſeu notificationibus, & in-
curijs contentis in aſſerta ſchedula, vel ſub alio
latente veneno, vt ſi officialis ſit fortè pauper,aut
foreuſis, tanquam deſperatus à ſyndicatu fugiat,
honorem, rem, vitamque ſimul in diſcrimine
ponat, & excludatur ab alijs officijs, quod nullo
modo tolerandum eſt pluribus ex cauſis.
119 † Primò, quia de iure communi acta Syndi-
catus debent à Notarijs Syndicatorum gratis ſcri
bi, & edi ſine expenſa, vt not. in Authent. niſi
breuiores,§.neceſſitatem, & tenet Amad. de ſyn
dic. numer.219. Verum quia omnis labor optat
præmium,vt inquit Spec. in tit. de ſalar. Notat.
notatur in l.ſi pater, ff.de dolo, ꝓ hoc debet ſatiſ-
fieri ab eis,qui Syndicatores mittunt, vt fit in Do
minio Reipubl.Genuæ,vel à Communitate,aut
ab illis, ad quorum inſtantiam Syndicatores ac-
cedunt, nihilominus ad tollendas dubitationes,
& præcidendam occaſionem angariarum, & ex-
torſionum, atque tot vexationum expenſarum,
quas officiales patiuntur ſub prætextu cuiuſdam
120 ſtyli, ſeu abuſus, † cautela eſt, vt conſtitua-
tur rationabile, & condignum ſalarium Syndi-
catori cum ſuo Actuario,ne ſub incerto vagetur,
neve quis indebitè damnum patiatur (niſi fortè
ſalarium perciperet illius temporis quod præſta-
tur Iudici ordinario) vt in Regno vbi ſucceſſor
ſolet ſyndicare prædeceſſorem ſuum, quia ſatis eſt,
& hoc modo ceſſabunt omnes ſuſpiciones, &
121 amaritudines; † Quia ceſſante cauſa ceſſat ef-
fectus, cap.cum ceſſante, de appellat. Hinc que-
relantium audacia reprimetur, & Iudicum in-
demnitati conſultum erit, & Syndicatorum la-
bores in damno non erunt, ad quæ facit Put. de
ſyndic.in ver.ſalarium,cap.4 num.2.Hanc rem
quam periculoſam eſſe benè cognouit Senat.
Excel. Mediol.in ſuis ordinationibus, & Decre-
tis,vna de anno 1567.die 4. Decembris, & altera
de anno 1573.die 4. Nouembris.
122 † Secundò,ad officium D. Syndicatoris ſpe-
ctat voluere, & reuoluere proceſſus, ſcriptitias,
libros filtias, & omnia acta criminalia facta co-
ram Prætore, quem ſyndicat, & tenetur prius
experimentum facere iuſtitiæ, & ſuper quibus
ſyndicare debeat, vt decernere valeat, an Præ-
tor iniuſtitiam fecerit dolosè in committendo,
vel omittendo, Aug. Dulcet. de ſyndic. num.3.
& prout vbique practicatur,& ſi quid dolosè,vel
perperam factum reperitur, grauamen in ſpe-
cie ſemoueat, & Iudici det, vt ſe defendat, vt
not.com.Gloſ.in l.ſi arbiter, ff.de probatio. Bal.
conſil.465.vol.4.Similiter quando pars querelat
Iudicem in aliquo proceſſu,vt infra mox dicam,
tenetur ſpecificè narrare,& oſtendere in qua par-
te, & loco dicti proceſſus ſenut ſe grauatam, &
non edere totam machinam proceſſus ſuperfluè,
alioquin ſuccumbere dicitur DD. in Rubr. &
in l.1.C.de eden.quia probatio generica,vt dixi,
non probat, vt in pract. de teſt. part. 5. fol. 291.
cir.med.vide ſuprà num.107. & infra num.123
Ad quid profectò tantam ſcripturarum exhibere

cateruam, niſi euidenter, vt ſyndicandus tantis
vexetur impenſis ſuperfluis. Nam quod poteſt
fieri per pauciora, & æquè benè, non debet fieri
per plura, l. ampliorē, §. in refutatorij. C. de prob.
123 † Tertiò, Syndicator recipiens notulam que-
relarum, quarum iuſtificationes conſtare ex actis
querelantes aſſerunt, ſi expreſsè non dicitur qui-
bus in locis iuſtificentur, & in indiuiduo oſten-
dant vbi grauamen conſiſtit, hæc probatio ge-
nerica dicitur, quæ non eſt admittenda per dict.
gloſ. com. receptam in l. ſi arbiter, ff. de probatio.
& Bald. d. conſil. 465. vol. 4. Sed ſi ſpecificè loca
indicentur, Syndicator videre tenetur, an oppo-
ſita inibi iuſtificentur, & ſi ita eſſe compererit,
tunc poteſt monere Iudicem ad ſe defenden-
dum, cum oblatione copiæ earum tantùm, quæ
contra illum in actis exiſtunt. Cæterùm ſi op-
poſita ex deductis actibus minimè iuſtificentur,
tunc ſub aliquo prætextu non debet cogere Iu-
dicem, vt copiam accipiat, quando defenſione
opus non eſt; vt ſi ex inſpectione actorum con-
ſtet de non iniuſtitia, c. quoniam contra, de pro-
124 bat. Rondinel. de ſynd. nu. 134 † quia acta rem
notoriam faciunt, not. Innoc. in c. ex inſinuatio-
ne, de appell. Et ideò ſi penes acta quis ſit vti fal-
ſarius inſcriptus, vel declaratus, habetur perpetuò
tanquam notorius falſarius, & infamis; & in no-
torijs ordo eſt ordinem non ſeruare, Boſſ. in tit.
quib. mod. proc. in crim. notor. num. 1. ad quid
vexare Iudicem tot expenſis, vbi non expedit? fa-
cit Burſat. conſil. 216. nu. 229. vbi viginti duo ſi-
gna innocentiæ oſtendit omninò videnda.
125 † Quartò, copia eſt danda petenti, l. 4. §. hoc
autem iudicium, ff. de damn. infect. nequaquam
inuito, l. fi. C. vnde leg. cum ſimil. eſt etiam dan-
dā tertio petenti pro ſuo intereſſe, de quo prius
docere debet, & conceditur poſt publicationem
proceſſus, & non ante, per iura quæ alleg. Ma-
rant. de ord. iudic. in 6. part. & in verb. actorum
copia, nu. 61. & etiam dari poteſt omnibus alijs
poſtquam proceſſus eſt repoſitus in Archiuio pu
blico, vel in loco, vbi actus publicè conſeruan-
tur, Ang. in Auth. de defenſ. Ciuit. §. præcepta, &
Gail. in ſuis obſeruat. lib. 1. obſer. 106. nu. 3. Bart.
originaliter, in l. editiones, nu. 3. ff. de edē. Capic.
deciſ. 127. nu. 7. Franc. deciſ. 1181. nu. 16. p. 1. no-
uiſſimè Carta. deciſ. Rot. Gen. 125. imò denegās
illa tenetur ad intereſſe petenti, Bertazol. cōſ. 130.
& ibi add. in crim. lib. 1. Sed cogitur dari median
te debita mercede, & non aliter, l. argētarius, vbi
Dd. ff. de eden. & in l. Prætor, eo. & debet etiam
præcedere iuſſus Iudicis, & dari toties quoties pe
titur. l. 2. C. de eden. quamuis ſtetur cōſuetudini,
Paul. Caſtr. in l. veluti, §. hæc vox, C. eo. & vide
Clar. §. q. 45. verſ. ſed quid ſi reus, & q. 49. & ibi
add. vbi multa ſingularia in practica habes. Et
quando eſt neceſſaria pro defenſionibus facien-
dis, & nō aliter, & quia datur, vt illi proſit cui da-
tur, ſi illam recipere nolit, non eſt cogendus, quia
beneficio huic renunciare poteſt, l. penult. C. de
Epiſc. & Cler. l. penult. C. de pact. l. non poteſt, ad
leg. Falc. Blanc. in ſua pract. in verb. datis defen-
ſionibus, nu. 101. quamuis in criminalibus renun-
ciari non poſſit defenſionibus, Boſſ. in tit. de op-
poſ. cōtra teſt. nu. 8. & 9. quia in propoſito noſtro
nil facit, quādo opus non eſt, vltra quod ſi Iudex
ſcit in actis, & proceſſibus coram eo factis, nil tur
pe, nil ve perperam, aut doloſè factum extitiſſe,
ad quid perſuadere ei, vt copiam proceſſus acci-
126 piat, ad ſe defendēdum? fruſtratoriū † eſt enim
prouidere vbi non expedit, l. ſi plures, de teſt. tu-
tel. & Iudex qui non eſt ignarus, qui habet aures,
& oculos, præuidendo calumnias futuras ex vo-
ciferatione præſenti, dum iubet, & ſua auctori-
tas viget, poteſt iubere Actuarijs paſſim, vt co-
piam actorum quorundam ei dent, vt tempore
Syndicatus iuuari poſſit, & prouidebit ne tem-
pore ſyndicatus aliquid falſi ſubdolè immiſſum,
& abſconditum ſit à falſis perſecutoribus; At
ſi talis falſitas inueniatur, circa eam duntaxat
experiri debet.
127 † Ad notificatores, & querelatores ſpectat
edere copiam originalium, quam exhibere tenen
tur, ſi eſt fundamentum ſuæ intentionis in eis,
ad trad. per Dd. in l. 1. & in l. qui accuſare, C. de
eden. pract. mille. fol. 28. ver. cir. nu 6. Peregr. de
iur. fiſc. lib. 7. tit. 3. Vant. de nullit. à quo, & quib.
mod. in fin. verſ. nec ſufficit, car. 65. ſecus ſi offi-
cialis eſſet tanquā contumax condemnatus (quā-
uis contra eum nulla extarent indicia) quoniam
ſi ad purgandam contumaciam admitteretur, te-
neretur ſe defendere, vt inquit Clar. q. 44. verſic.
quæro quādo, etiam de hac re vide Farinac. c. 11,
nu. 100. & Baiar. ad Clar. q. 44. nu. 13. cum mult.
ſeqq. & nu. 33. vbi tractatur reſtitutio bannito ad
nouas defenſiones, ſi ſolum ex contumacia fuerit
virtute ſtatuti condemnatus (non quia extarent
iudicia apta ad condemnandum) an teneatur, &
poſſit adhuc ſe defendere? & concluditur quòd
ſic; & an accuſator, vel fiſcus poſſint nouas pro-
bationes facere ad probandum delictum, eſto,
quod ante non extiterit probatum vide in pract.
de teſt. 4. part num. 184. vbi non probatum pro-
babo, Cano. in cap. fin. de probat. & in 5. part. de
teſt. nu. 218. vbi concluditur quòd non, ſed dunta
xat admittitur fiſcus, ſeu accuſator ad reproban-
dum probationes, quas ad defenſam admiſſus fe-
cit, iuxta diſtinctionem Bartoli, in l. 1. §. nuncia-
tio, ad fin. ff. de oper. nou. nunc. & ita reconcilia-
ri videntur iura, per quæ dicendum videbatur,
quòd beneficium reſtitutionis rei vtriq; commu-
ne eſſe debet actori, l. petend. C. d. temp. in integ.
reſt. & per ea quæ ſcribit Bal. in l. per hanc, C. de
temp. appellan. Et eſt verum quòd ſi reus fuiſſet
contumax, & antequam poſitus eſſet in banno
comparuiſſet, ſibi neceſſe haud fuiſſet ſuam pro-
bare innocentiam, ſed benè accuſatori, vel fiſco
onus probādi incumberet, quòd reus deliquiſſet,
l. qui accuſare, vbi Curt. ſen. Dec. & alij com. &
in l. 2. nu. 41. vbi de cōmu. teſt. C. de eden. Rol. à
Val. conſ. 96. nu. 3. lib. 3. refert & ſequitur Cartar.
de execu. ſent. capt. ban. c. 1. nu. 136. & 137. notiſ-
ſime poſt hanc editionem tradit D. Petrus Ca-
ball. in ſuo Caſ. Cri. 110. ſub nu. 35. vbi dicit eſſe
notandum, quia non inuenit ab alio tactum, ſed
cum vſque de anno. 1604. ijs tractatus editus e-
rat, & illum præ manibus habebat, quia ei do-
naui, & ipſe ſuum editum poſtea anno. 1606. re-
tribuit mihi, ſi multis implicitus negocijs non
fuiſſet, potuiſſet videre penes me tactum hunc
caſum fuiſſe.
128 † At malefaciunt Syndicatores, & ſui Actua-
rij, ſi cogant officialem in ſyndicatu inuitum co-
piam recipere illarum ſcripturarum, quas habe-
re non expedit, d. l. ſi plures, de teſt, tutel. l. inui-
to, & l. quod cuique præſtatur, inuito non tribui-
tur, vbi Dd. de reg. iur. Imò nemo inuitus cogitur
ſe defendere, l. pen. C. de Epiſc. & Cler. l. non vi-
detur, de reg. iur. l. de ætate, §. q tacuit, ff. de inter-
rog. act. ſat eſt quod ſtatuatur terminus ad ſe defen-
dendum,

Digitized by Google

dendum, quando habet opus defenſionibus, etiamſi non petatur, Clar.§.fi.q.49. verſ.ſed nunquid,& verſ.eſt igitur. Boſſ.in tit.de ſenten.nu. 1. & tit.de confeſſ.nu.10 Marin.in cap.qualiter,& quando,nu.232.de accuſ. Put.de ſyndic.in verb. condemnatio,c.4.nu.2 dixi ſupra p.1 nu.202.& ibid.nu.178.& 182.dixi,quando renunciari poſſit defenſionibus, & his add. Put.d.c.4.nu.10.& 11.vbi dicit poſſe quidem in criminalibus renunciari probationibus,& dilationibus.per Cano.in c.olim,de offic.deleg. & Felyn. in c.ſi diligenti, de for.comp. Sed renunciari non poteſt appellationibus,vt dixit Bartol.in l.cuſtodias,de cuſtod. reor.nec defenſionibus,quæ ſunt de iure naturali, & diuino; hinc eſt quòd defenſionibus; quæ ſunt de iure poſitiuo renũciari poſſe teſtatur, Bal. in l.pactum, in 2. lect. ff.de pact. & intellige vbi ingeritur pœna corporis afflictiua, quia non poteſt defenſionibus renunciari, cum nemo ſit dominus ſuorum membrorum, l. liber homo, ad leg. Aquil. & vide Dec.in cap.cum veniſſent,de teſt.& Marſ.in pract.§ examinanda,nu.13.cum ſequen.vbi quibus caſibus defenſionibus renunciari poſſ. & idem in §.vltima, numer. 1.2.3. & ſeq. vbi ſi ſtatutum reijcit defenſiones, de quibus intelligatur. Et ſi renunciat, nihilominus expectari debet quoad terminus defenſionum fuerit lapſus,& poſtea condemnari poteſt;ſibi enim ſoli imputet,qui potuit ſe defendere,& noluit, cap. damnum,de reg.in 6.c.is qui tacet, eo.tit.l.tacẽs, cum concor.l.vbi Dec.ff.de reg.iur. Verùm hanc ſupradictam opinionem reſolutam eſſe cenſeo à Claro q.49.verſ.3.& verſ.ſed nũquid,circ.fi.omnino vi. † Quare concluditur ex omnibus ſupradictis, quòd Syndicator quoad inſpicta ſuper libris,& ſcripturis originalibus,quæ (vt prædixi) ex officio tenetur reuidere, ſi nil contra officialem ex eis conſtiterit, tenetur ſtatim eum abſoluere, præſertim ſi nihil aliquum Principi referendum (per quod officialis grauetur) inuenerit; & multò magis quando inſpecta contra officialem non reſpiciunt intereſſe fiſci, ſed priuatorum, alioquin Syndicator dicitur indebitè grauare officialẽ,& tenetur in foro fori, tex.in auth. vt Iud.ſine quo.ſuff. §.illud,& in l.à Diuo Pio, de re iud.& in foro poli, Nauar. Manual.Cõſ.ſ. tit.de teſt.c.17.à nu 6.vſq; ad nu.95.& quia expedire officialẽ quam citius a ſyndicatu Reip. intereſt,c.fi.de fer.Bal.in rubr.C. et.de iud. ideò nullum tempus feriatum impedit expeditionẽ, niſi ſit in honorem Dei,l.miles,§.ſexaginta,de adult. & l.ſi feriatis,de fer. Put.de ſynd.in ver.feriæ,c.1.

129 (the number stands beside the line “Claro q.49. … omnino vi. † Quare concluditur”)

130 † Fortè reſponderi poſſet per D. Syndicatorem, neceſſarium fore relationem prius fieri apud ſuperiores, antequam ad abſolutionem deueniatur, vt moris eſt in Statu Mediolani, & etiam ita cauetur ex ord. & no.conſtitut. in tit.de offic. Vic.general.§.non poſſunt, lib. 1. Nam replicatur non procedere, niſi ageretur de dolo, & barataria,extorſionibus, vel de iniuſtitia per ſordes facta; & in ijs verè ſunt ſyndicandi, vt dicitur in no.conſtitut.d.tit.§.iudicentes,& non eſt dubium, quòd præcedentia declarant ſequentia, & è contra,l.ſi ſeruus plurium,§.fin.de leg.1.Sed quicquid ſit generaliter loquendo, dato quòd officialis à ſyndicatu non poſſit quouis modo abſolui inconſulto ſuperiore, & hac de cauſa ſyndicator, & Actuarius exiſtiment Iudicem teneri copiam quorumcunque contra ſe à querelantibus exhibitorũ recipere, & conſequenter mercedem pro extractione ſoluere, cum aſſerant nõ licere Syndicatori ſecum originalia ferre ad ſuperiores, imò illa reconſignare teneatur ſucceſſori in officio, vt de ſtylo eſt, quòd omnes libri, & filtiæ, ac cæteræ originales ſcripturæ remaneant in loco illius Tribunalis, vbi facta, vel exhibita fuerunt; tamen adhuc reſpondetur, quòd Syndicator breui ſummario notulam facere, & ſ.cum ferre debet querelatum, & quorumcunque proceſſuum originalium, quæ verè aggrauant, vel diſgrauant officialem, poſtquam ex officio tenetur ſuper omnibus animaduertere, videre, & reuoluere proceſſus, & acta originalia tempore præturæ facta,& ita ſatisfactum erit honori ſuo, & officialis indemnitati. At ſi ſuper querelis examinati fuerint teſtes officialem aggrauantes,de ijs tantùm copia offerri, & dari debet,quam ſi officialis noluit,ſibi imputet, c.damnum,de reg.iur.in 6. & poteſt Syndicator probationes,& omnia alia,quæ contra officialem tempore Syndicatus fuerunt facta, aut exhibita, ſecum ferre, cum ſpectent ad Syndicatoris officium,non autem Iudicis,vel Prætoris.

131 † Hinc eſt etiam, quòd officialis non tenetur recipere copiam inuitus illarum informationũ ſuper generali inquiſitione receptarum, ſi ex eis non grauetur, per ſupradicta, & mihi relatum fuit ferè ſimilium de quodam Actuario, qui ſuper generali inquiſitione vltra quinquaginta teſtes examinauit,qui omnes perbellè ad fauorem Prætoris teſtimonium dixerunt,& tamẽ Actuarius cogere volebat Prætorem, vt copiam dictarum atteſtationũ reciperet, eo ſub prætextu, quia abſolui non poterat à generali inquiſitione illa, niſi relatione facta in Senatu, ſed Prætor noluit hoc onus indebitũ ſubire, quia ſans grauatus eſt ab hac generali conſuetudine, vt generaliter contra eum abſque accuſatore inquiri poſſit, ſed eſſet addere afflictionem,ſi copiam ſoluere cogeretur, contra l. Diuus Marcus,de offic. Præſ.& l.ſi idẽ, ff.de iuriſd.om.iud.& cum Prætor ille eſſet in ſua conſcientia tutus,quod omnia ritè rectèq; in officio geſſerit, & hanc præuidit eſſe meram vexationem, conſtanter renuit, & Dictus Syndicator vtq; relationem definitiuam facere renuens fuit ex ordine Senatus iniunctum Syndicatori, vt ordinationes omninò ſeruaret,qua de re facta relatione Prætor abſolutus fuit, & cum laude dimiſſus, quàuis in magno diſcrimine ſe poſuit cũ Actuario valdè ægrè ferente, de amiſſa prætenſa mercede extractionis copiæ ſibi iuſtè denegata.

132 † Nec obſtat ſi dicatur, quòd cum publicatio proceſſus ſit de ordine iudicij, ideò fienda cum oblatione,& traditione copiæ, Clar.quæſtio.49. Maranț.de ord.iud.in 2.par.nu.28. in 6.par.verſ. publicatio,nu.1.quia hoc parum facit; Nam publicatione proceſſus omiſſa non vitiatur proceſſus,niſi petita,& denegata fuerit.l.vnius, §.cognituturum,de quæſt. Viui.com.op.717. Foller.pract. crim.in verb.recipiãtur defenſiones, Marſ.pract. §.nunc videndum, in princ. Quinimò ſententia ſuſtinetur etiã ſine publicatione proceſſus, Boſſ. eod.tit.de publicat.proceſſ.in princ.dixi in pract. de teſt.4.part.nu.121.intellige vt ibi. Item publicatio proceſſus non infert neceſſitatem, vt copia extrahatur, ſed tantummodò ſufficit, vt offeratur, prout communiter practicatur.

133 † Præterea non eſt neceſſaria publicatio Iudici actorum coram eo factorum, quia ei ſemper publicata cenſentur, Inn.in cap.cum clamor, extra

de teſt. Cron. de teſt. nu. 297. dixi in pract. de teſt.
par. 3. num. 272. Et in propoſito inquiſitionis ge-
neralis nõ fit publicatio, nec datur copia teſtium
ſuper ea examinatorum, Clar. quæſtio. 49. verſic.
hæc autem, vbi alleg. Anton. de Cana. de quæ-
ſtio. in 2. membro, num. 52. in fi. qui dicit, quòd
in inquiſitione generali non videtur pars, ſeu
reus certus, igitur non fit diſputatio, & per conſe-
quens copia indiciorum non datur, & ita de con-
ſuetudine ſeruari teſtatur. Idem ſeruatur in Do-
minio Florentino, quia ſolum datur copia que-
relæ, & inquiſitionis, Reis ſuper quibus formant
eorum defenſiones quas quandoq; faciunt pro-
ducendo interrogatoria, cum quibus inſtant re-
peti teſtes ex officio examinatos, ſed quandoque
& vt plurimum non dant talia interrogatoria,
ſed proteſtatur habere illos pro repetitis ſaluo iu-
re opponendi contra perſonam, & dicta teſtium,
& ſuper capitulis ad defenſam interim curant
ſuos teſtes examinari deinde omnium tam ad
offenſam, quam ad defenſam datur copia, & fit
repulſa, & in hoc dico cum fueris Romæ Ro-
mano viuito more; magis tamen placet practica
Status Mediolani, de qua per Clar. quæſtio. 23.
ver. item quæro, quæ magis vſu curiarum fre-
quentatur; modo quæro ſi Reus datis interroga-
torijs pro repetitione fienda, vtique eadem capi-
tulauit, & probauit capitulata per teſtes, ſed alij
teſtes contra eum ſuper interrogatorijs repeti-
tis, totum oppoſitum dicant eius quod in inter-
rogatorijs continetur, & ratificent eorum depo-
ſitiones iam factas pro Curia, quodnam dictum
præualebit, an iſtorum teſtium deponentium ſu-
per interrogatorijs ad offenſa, an aliorum depo-
nentium ad defenſa ſuper capitulis; non loquor
de teſtificatis pro Curia, ſed de teſtificatis tan-
tum ſuper interrogatorijs rei, & certè mihi vi-
detur quod reus dando talia interrogatoria, &
ex alia parte ſatagendo eadem capitulare, & pro-
bare per ſuos teſtes, poſuerit ſe in diſcrimine; quo-
niam certum eſt quod videtur approbaſſe fidem
teſtium pro curia, cum in hac parte ſuper ſuis in-
terrogatorijs vtique eos examinari petierit, quo
caſu non poteſt eos reprobare, per l. Pomponius,
de negoc. geſt. & per ea quæ dixi in pract. de teſt.
in 4. par. ſub num. 215. & ex hoc probatione a ſu-
per capitulis eliſæ remanent, & ideò aduertant
Aduocati Reorum, ac Iudex ne recipiant inter-
rogatoria à Reo quæ habent vim capitulorum,
vt aduerti in dict. pract. de teſt. in 5. part. ſub nu-
mero 2 12. circ. med. nec quę ſunt cõtra propriam
Rei confeſſionem, Farinac. de teſt. quæſtio. 73.
numero 72. & ſequ. quæ ſunt notanda, quia hæc
à practica ducentur, tandem repeto an ante,
vel poſt defenſiones Reorum fieri debeat, nihil
refert, dummodo fiat ante publicationem pro-
ceſſus, & in hoc verſatur ſumma prudentia Iudi-
cis, ne deſtruat totum Mundum.

134 † Si verò non præcedentibus querelis, ſed ex
officio in reuiſione criminalium ſyndicatorũ re-
pererit aliquid doloſè, vel turpiter, aut per ſordes
commiſſum, vel omiſſum, tunc debet pro mino-
ri diſpendio vocare Prætorem, & oſtendere lo-
cum, in quo defecit, & dare notulam grauami-
num cum termino ad ſe defendendum, vt ſen-
tit Clar. quæſtio. 6. verſ. cæterùm, in fine, & ore-
tenùs primò debet eum audire, quia fieri poteſt,
vt quod ei vitio adſcribitur, ſit alterius culpa, vel
aliquid adducere poſſit, per quod ſtatim excu-
ſetur; & ſi altiorem requirant indaginem, tunc
oblata copia in illa parte duntaxat, in qua in in-
diuiduo grauatur, & ei neceſſaria eſt, ſufficit vt
valeat copiam recipere ſi velit, & ſe defendere,
deinde cauſam pro debito iuſtitiæ quamprimũ
expediri, aut fit relatio vbi fiẽda, abſque vlla pro-
craſtinatione, mediante debita mercede, qua ſo-
135 luta † ſciat D. Syndicator damnum ob mo-
ram ſecuturum Prætori, vel officiali inferendum
in conſcientia ab ipſo debere compenſari, Na-
uar. Manual. Confeſſ. cap. 17. numero 20. & 21.
Nec eſt permittendum, vt Iudices ad ſyndica-
tum continuè ſequi debeant ſyndicatores vbi-
que, & diu vexentur impenſis, & laboribus, quia
revera iſte nõ eſt modus fauendi Iudicibus pro-
bis, l. 2. C. de ſtatuis, quia in ſignum, & reueren-
tiam priſtinæ dignitatis Iudices venerandi ſunt,
argum. l. Diuo Marco, C. de quæſt. Put. in verb.
de officio Syndicatorum, cap. 1. in princ. & cum
D. Syndicator ſit, & ipſe homo, debet præ oculis
habere, & memoria recolere, ne quod ſibi fieri
non vult, in alium ſtatuat, not. glo. in §. iuris præ-
cepta, Inſtitut. de iuſtitia, & iure, & meis auribus
audiui D. Philidonem fœlicis memoriæ magnũ
Cancell. Status Mediol. virum magnæ practicæ,
& exiſtimationis, nec non D. olim Camillum
Trotum Senatorem integerrimum, & illius or-
dinis nemini prudentia, & virtute ſecundum,
ægrè tuliſſe valdè talia à duobus Prætoribus au-
dire, & abhorreſcere modum hunc extorquen-
di, & vexandi Iudices ſub ſyndicatu, & mirari
de illis, qui talia tentare auſi ſunt contra dictos
136 Prætores probos, ipſis benè notos, † & pro eis
ius iocultum præſumit, l. 2. ff. de offic. Iudic. Hinc
eſt quòd quandoque pauperrimi Iudices coacti
ſunt cauſa tot vexationum ſuam cauſam inde-
fenſam relinquere ob indebitas expenſas, & per-
ſecutiones; melius eſt enim damnum auertere,
137 quam id, † quod in eis iam conſumptum eſt,
poſtea conſequi curare, vt dicit Iuriſconſ. in l. 1.
C. quand. fic. ſine Iudi. ſe. vendic. vt refert Vanc.
Manci. tract. de tutel. q. 8. nu. 11. intellige quando
non agitur de exiſtimatione honoris, & famæ,
ſed ſolum de priuatorum intereſſe iniuſto.

Verum ne dum non fauetur officiali quando-
que à nonnullis Syndicatoribus in fine ſyndica-
tus, ſed adhuc recipiuntur querelæ tranſacto tem-
pore dato ad querelandum, quod nullo modo
fieri poteſt, per ea quæ ſuprà num. 93. dicta ſunt,
vt per Clar. quæſtio. 51. verſic. hac etiam, in fin.
138 cum ibi per eum adduct. † vbi, nec in loco Syn-
dicatus, nec in patria ſua officiales ampliùs mo-
leſtari poſſunt, niſi pro debitis factis: & quod
peius eſt, ſub ſcamno recipiuntur querelæ, &
ſub incerto nomine accuſatoris, contra iura, &
generalem approbatam conſuetudinem, Clar.
quæſt. 10. verſic. ſcias autem, Spec. tit. de Depoſit.
§. 7. numero 10. At quibus comparandi, qui ita
alios ſyndicant, non audeo dicere: quinimò per-
mittunt obloqui de Iudice, & à ſagittis linguæ
calumnientium feriri, immemores l. 1. in fin.
139 ff. de Magiſtrat. conuenien. † cum ſcire de-
beant, quòd offendentes officialem tempore ſyn-
dicatus, pœna capitis puniuntur, Clar. q. 67. verſ.
iniuriam faciens, Put. de ſyndic. in verb. iniuria,
& in verb. de offic. Syndicatorum, nu. 1. Ronde-
nel. co. tract. nu. 168. Nam etiam depoſitus ob fi-
nẽ conductionis ab officio adhuc appellatur of-
ficialis reuerentiam prioris officij, vt concludit
Andr. de Iſern. in cõſtit. Reg. de offic. magiſtr. Iu-
ſtitiar. & non licet Syndicatori permittere ali-
quem

quem officialem, ſiue bonum, ſiue malum iniu
riari, ſaltem propter qualitatem, & decorem offi
cij, Iudex enim dicitur miniſter Dei, vt dixi in 2.
par. num. 49. Et qui iniuriam ei, vel conuitium
inferunt, puniuntur, & ſunt infames, l. iudici, ff.
de iniur. l. iſtud, ff. de appellat. vbi Bart. tenet,
140 quòd † Iudex in reuerentiam prioris officij tot
queri non poſſit, dato, quod contra eum eſſent
aliqua indicia de aliquo delicto, ex quo Poteſtas
dicitur caput ciuium, & ideò actio infamato
ria contra ipſum inſtitui non debet, l. liberi, ff. de
accuſat. & ſatis officiales probi torquentur, cum
inſidiatur eis in vita, & in honore tot querelis, &
perſecutionibus, ex quo iniuſtè ad iudicium pro
trahuntur, l. 1. §. perſuadere, ff. de ſer. corrup.
141 † Si ergo permittitur, vt officialibus in fine of
ficij inferantur iniuriæ, & apertè calumnientur,
neruus iuſtitiæ frangetur, auctoritas & iudicium
deprimetur & vileſcet, & malorum hominum
audacia pullulabit, & ſucceſſores lento gradu pro
cedent, vt inquit Put. d. verb. de offic. Syndicato
rum, cap. 1. Hinc Florentiæ ſplendori iuſtitiæ ſta
tuta grauiſſime animaduertunt in offendentes,
vel iniuriantes officiales, vel eorum familiam,
vt cauetur in 3. lib. ſtatutorum Rubr. 100. & 101.
Aliud eſt enim ſyndicare, corrigere & emenda
re, & iuſtitia mediante punire officialem, aliud
eſt calumniari, iniuriari, & indebitè perſequi;
142 † Nam à Iuſtitia iniquitas, dolus, iniuria & per
ſecutiones abeſſe debent, §. 1. Inſtit. de iuſt. & iur.
dixi in 2. par. num. 50. Et reuera, ſi D. Syndicator
benè animaduerterit ad ea, quæ ſuprà præmonui
num. 91. & conſiderabit, quod Prætor ſolus fuit
præpoſitus ad corrigendos tot homines diuerſo
rum morum, cerebrum & opinionum, & ipſe
Syndicator adueneris ad corrigendum vnum vi
rum, toto populo ſeu plebe contraria, vti noua
tionum auida, certè miſerebitur eius, cuius miſe
ricors non eſt, ſic ſibi ipſi tangens pulſum, ſeip
ſum in Prætorem probabit, & diligenter inueſti
gando inueniet, quòd de centum iudicibus, no
naginta probi reperiuntur, ſed de populi multitu
dine, quam pauci. Ijs de cauſis pro manutentio
ne nerui iuſtitiæ, & vt gentes viuerent cum illius
143 tremore tuti, & incolumes, † legitur de eximia
prudentia Sereniſſ. mem. magni Ducis Coſmi,
quippe qui iudicum imperfectiones diſſimula
bat multoties, maximè quando certus erat de re
cta iudicis intentione pro ſalute, non autem ad
perditionem animarum; & ſi quid in contem
ptum iuſtitiæ, & officialium (quamuis minimi
beruarij) attentatum eſſe audiebat, veritate com
perta à fidis ſuis exploratoribus, nemini in hoc
parcebat, ſed & in rem & in perſonam ſeuerè ani
maduertebat vſque ad fundamenta domus, tan
tus in eo Principe magno virtutis, & iuſtitiæ ze
lus erat; diſſimulare enim loco, prudentia eſt;
144 † & expedit quandoque, audaciam illorum re
primere, qui audaciores redduntur ſi audiantur
ſuæ querelæ, & querelandi conſuetudine non eos
pudet officiales probos aſſligere; nam aliqui ſunt
ſubditi, qui videntes officialem publicè puniri ac
vileſcere, magnum feſtum faciunt, quamobrem
voces eorum non exaudiebat, ne querelantium
audacia tranſiret in exemplum, & fortè in con
ſuetudinem, & abuſum, vt quorundam oppido
rum ac ciuitatum abuſus eſt, pro quid minimo
parare querelas, & machinationes contra Præ
tores. Cæterùm ſi Sereniſſ. Coſmus Medices ſci
uiſſet aliquem ex iudicibus commiſiſſe dolum
aut baratariam, inultum non relinquebat, ſed
magis ſecretè ſub aliquo alio prætextu illum pu
niri mandabat in ære, vel in perſona, & perpetuò
intelligebatur priuatus à muneribus publicis in
mente Principis, & ab effectu excluſionis paſſim
cognoſcebatur, & hoc quidem dignè pro repri
menda audacia ſubditorum, & vt neruus iuſti
tiæ in ſuo robore permaneret. Attamen hic mo
dus, hæc ziffra in Statu Mediol. non benè perci
pitur, nimirum ſi multoties iuſtitia deprimitur,
145 & iudices indebitè opprimuntur. † At cautela
pro iudice erit, vt dum viget authoritas ſui mune
ris, & querelantium minas audit ante tempus ſyn
dicatus, de ijs quæ iuſtè, & licitè iudices agunt,
præueniendo petat conſeruationem indemnita
tis eorundem, l. 1. C. de magiſtrat. conuenien. &
vti remedio l. diffamari, ff. de manumiſſ. Quo
caſu ille, qui promittit iudicem conſeruare in
demnem propter iuſtam ac bonam cauſam, quā
habet, non dicitur iudicem corrumpere, not. gloſ.
eleganter, & Bart. in l. ſi quis vxori, §. ſi fugitiuū,
ff. de fur. refert, & ſequitur Bald. in l. 1. num. 11.
146 & 12. C. de pœn. iud. qui male iudic. † Sed (me
hercle) ab omni excuſatione ſemoti, & ab omni
humanitate ambitioſi officiales penitus exclu
duntur, l. 1. ff. de ambit. multò magis ementes of
ficia, quæ vendi aut non debent, aut non ſolent,
quoniam omnia mala ij agere præſumuntur per
ſordes, per dolum, & per baratariam in auth. vt
iud. ſine quoquo ſuffrag. circ. princ. quem tex. ad
ducit Put. de ſyndic. in ver. officialis, cap. 3. quod
147 que comprobatur: † Nam ementes officia ani
mum ditandi habere præſumuntur, non autem
zelum adminiſtrandi iuſtitiam, l. 2. C. de muri
leg. Gugl. Rouill. de iuſt. & iniuſt. lib. 5. cap. 3.
num. 10. 11. & 12. qui pulchrè loquitur, & emen
tes officia non ſolita vendi infames reputantur,
à qua infamia neceſſitas, & conſuetudo excuſat,
ad quod nihilominus eſt videnda Bulla Papæ Pij
V. Bullar. 19. fol. 1157. de qua per Nauar. in ſuo
Manual. confeſſ. cap. 25. num. 7. & de iure com
muni tales plectuntur pœna aureorum centum,
l. 1. vbi DD. ad l. Iul. de ambit. Clar. §. ſimonia,
verſic. præterea, Caballin. Millelog. 982. par. 2.
vbi appellat hos Symoniacos, cap. accepimus, in
fin. de purg. Can. & in auth. vt Iud. ſine quo.
ſuffrag. glo. in l. 2. C. de Murileg. lib. 11. Decia. de
delict. tom. 2. cap. 38. num. 51. lib. 8. fol. 192. &
omne malum contra huiuſmodi iudices præſu
mitur, Maſcard. de probat. concluſ. 1137. nu. 39.
vo. 2. & contra hos iudicaturam ementes inue
hitur Io. Boter. d. tract. de rat. ſtat. lib. 1. tit. de mi
niſtr. iuſtit. qui refert dictum Ludouici Regis
Gallorum XII. Ementes officia multò carius
vendere curant id, quod parui emerunt. Hic
etiam dixit, nequaquam concedendum fore ar
bitrium liberum huiuſmodi iuſtitiæ mercatori
bus, & ambitioſis, quoniam carent bona con
ſcientia, & in Regno Neap. officiales in ingreſſu
officij iurare tenentur ante omnia, & quidem ſo
lemniter, quòd per eos nil datum aut promiſſum
fuerit pro obtinendo illo officio, vt refert Afflict.
ſuper conſtit. rubr. 44. fol. 115. & ita de iure com
muni cauetur, vt in l. 1. & fin. C. ad leg. Iul. de am
bit. Clar. §. ſimonia, ver. præterea, Put. in ver. iura
mentum, cap. 1. Felyn. in cap. dilecti, de maior. &
149 obed. & in † ſtatu Mediol. officiales ab hac la
be ſunt penitus alieni, eò quod non poſſunt offi
cia iudicaturæ nec vendi nec emi, nullive con
ferri pretio, vel munere, vt ipſe per annos decem
teſtis

Google

teſtis ſum. Et Genuæ ſimiliter; Mantuæ & Florentiæ abeſt tantus error; quia officia & magiſtratus in præmium approbatæ virtutis diſtribuuntur, non autem precio, vel munere, ſed debitis cuiuſcunque ſumptis informationibus officia, & præturæ conceduntur viris probis, & Dei timoratis, iuxta l. 2. C. de ſtatuis, ac imaginibus, quia
150 talis eſt mens & credulitas concedentis; † Et in ſignum honoris, & benè adminiſtratæ iuſtitiæ erigi ſtatuæ ſolent, vel ſaltem inſigne illius, qui præfuit in adminiſtranda iuſtitia, & ita recenſet etiam Put. in verb. præmium, in fin. ſicut etiam in patria Friuzani ſeruatur.

Verum quàm amara ſint, quæ dulcia faucibus eorum videntur, qui ambiunt officia, & curas aliorum habent, cum difficile ſit ita iudicare, vt proſis & placeas; audiant (quæſo) omnes magiſtratus quid de eis ſentiat Franc. Petrarc. de remed. vtriuſque fortunæ, lib. 1. dialog 47. circ. fin.

« Dulce nihil aut tranquillum ſperes: amara &
« turbida Præſidentium ſors: feſtis diebus, ludiſ-
« que, & conuiuijs arcentur, muneribus clauſum
« limen & apertum litibus, tectum iocis vacuum,
« plenum querimonijs, ac iurgijs, quicquid lan-
« guidum, quicquid ægrum, quicquid marcidum
« in prouinciæ viſceribus latet, totum ibi tractan-
« dum, curandumque obrigit, durum opus, quanti
« nempè negotij ſit multos corrigere, hinc patet,
« quod ſeſe corrigunt pauciſſimi.

Viſo igitur de quibus officiales ſyndicandi ſint, à quibus, quo tempore, & de officio, cura ac ſumma diligentia D. Syndicatorum, nouiſſimâ cautelam indemnitatem ſyndicandorum reſpicientem hic inſerere duxi; vt nempe quamprimùm ſciuerint D. Syndicatorem in locum ſyndicatus veniſſe, Prætor vnà cum ſuis officialibus ſubſequentem hanc comparationem præuentoriam coram eo exhibeat, tanquam theriacam contra inquiſitionem generalem; aduertendo tamen Prætor, ne onus defendendi ſuos officiales ſubeat, ſi illos ipſe non elegerit, vt infra docebitur, & in omnem caſum conſuetudo ſeruanda eſt, vt infra num. 161.

FORMA COMPARITIONIS Præuentoriæ.

Coram vobis D. Syndicatore, &c.

151 † COmparet N. Prætor Nottariæ, tam ſuo, quàm ſuorum *a* officialium nominibus, & *b* citra præiudicium ſemper, ſed cum reſeruatione quorumcunque iurium ſuorum, & non aliter nec alio modo, &c.

Dixit, & dicit quod ad ſuas aures, & *c* notitiam nuperrimè deuenit taliter qualiter, quod D. V. in hanc ſe contulit ciuitatem tanquam Syndicator, vnà cum N. aſſerto ſuo Notario, cauſa ſyndicandi (*d* vt aſſeritur) eundem D. Comparentem, eiuſque officiales, & alios de ſua familia, & parte veſtri emanatum fuiſſe, vel de proximo emanandum eſſe quoddam *e* bannum, ad effectum, vt omnes querelare volentes Prætorem, & ſuos officiales debeant comparere intra *f* dies quindecim coram D. V. &c.

Dicit etiam, quòd ſtatim D. V. ingreſſa eſt Prætorium, & *g* officij poſſeſſionem accipere curauit, & pariter *h* librorum, filtiarum Actorum, & omnium ſcripturarum criminalium originalium, & quæ omnia *i* ex officio iam cœpit, vna cum D. aſſerto eius Notario, reuidere & reuoluere ac cenſurari; Quinimò quòd nulla præcedente querela intelligitis formare quandam *l* inquiſitionem generalem contra ipſum comparẽtem, & omnes eius officiales, & quæ fortè iam formata eſt (vt fertur) & continuè *m* ſecretas aſſumitis informationes contra eundem D. Prætorem, & alios officiales, ac ſi eſſent (quod negatur) homines malæ vitæ, Dei, diuinarum atque humanarum *n* legum contemptores, *o* negligentes, *p* doloſi, baratatij, corrupti, & *q* iniqui, atque *r* culpoſi.

Quibus narratis ſi prædicta vera ſunt (*ſ* quod non credit præfatus D. Prætor) tam ſuo, quàm omnium ſuorum officialium nomine, ſemper cum bona *t* reuerentia, & pro *u* manutentione honoris, & bonæ famæ ipſius & ſuorum, & non aliter; Inprimis *x* acceptando fauorabilia ſi quæ, &c. & in cæteris omnibus per vos factis, non conſentiendo, *y* dicit, & opponit tam contra perſonam D. V. quam aſſerti veſtri Notarij, cum non conſtet (vt ante omnia conſtare debet) de legitima perſona, nec de aliqua authoritate, & iuriſdictione vobis ſyndicandi data ab habentibus poteſtatem, nec talia agendi, nec vos *z* tales eſſe, quales vos facitis, & dicitis, ideò proteſtatur de nullitate actorum & agendorum, ac de incompetentia veſtra.

Et caſu quo vos tales ſitis (quod non creditur) dicit, *aa* intempeſtiuè per D. V. acceſſum fuiſſe ad ſyndicandum, & quod ex abrupto proceditis, *bb* non ſeruatis ſeruandis.

Item dicit, quòd cum ipſe D. Comparens, ſemper fuerit, & ſit vir *cc* Dei timoratus, & *dd* probus, rectæ intentionis & integerrimus, ſicut in alijs *ee* præcedentibus officij ſe benè geſſit, & pro tali habitus, reputatus & *ff* laudatus fuit, non *gg* poteſt, nec debet ſub cenſuræ ſyndicatus ſubijci, nec ſyndicatui veſtro ſtare tenetur, & quod *hh* clarum, & notorium eſt, non debet per D. V. ſub quouis prætextu in dubiũ reuocari.

Item ſaluis præmiſſis, & ne aliqua *ii* ignorantia prætendatur (quæ in perſona literata, & practica minimè præſumitur) & ad omnem bonum *KK* finem, & effectum dicit, & *ll* proteſtatur, quod poſt *mm* tempus datum ad querelandum, non debetis quouis modo amplius audire quoſcunque querelare volentes, & ex nunc prout ex tũc, accuſando contumaciam omnium quorumcunque intra terminum ſtatutum non comparentium, & inſuper petit, vt cogatis omnes querelantes, ad *nn* ſatiſdandum de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, contra quos pariter proteſtatur de omnibus *oo* damnis, & intereſſe, tam paſſis, quàm patiendis, & de duplicatia ac quadruplicatia expenſis, & contra omnes alios, de quibus infra, ac de *pp* iniurijs, quas ex nunc ad animum reuocat, & de quibus reconueniendo agere contra iniuriantes ſuis loco, & tempore intendit.

Item dicit, & proteſtatur, quòd nullo modo ſunt recipiendæ querelæ, nec aliud contra D. Prętorem, & ſuos officiales, & famulos, in ſcriptis, vel oretenus, præſertim à *qq* ſolitis querelare officiales tempore Syndicatus, minuſque ab illis, qui aliàs hac de cauſa tanquam calumniatores condemnati fuerunt, nec ab illis, de quorum *rr* intereſſe minimè tractatur, nec ab alio *ſſ* nomine alieno, niſi prius *tt* de mandato legitimo in ſpecie docuerit; nec etiam à quouis tanquam

vno

vno de *uu* populo comparente, præſertim quando fiſcus præſens eſt, vel quando de priuato intereſſe agitur, vel etiam ſi ageretur de *xx* pœna fiſco applicanda; Nec vlla querela eſt recipienda ab illis, *yy* qui dicta de cauſa iam apud ſuperiores querelam porrexerunt, & quæ iam fuit expedita, vel ſaltem à ſuperiore ſopita, aut cuius adhuc pendet expeditio, & ad hunc effectum D. Comparens inſtat, & requirit interrogari cũ *zz* iuramento omnes querelantes paſſim, vt dicant an aliam querelam eiuſdem cauſæ porrexerint, vel porrigi fecerint ad ſuperiores, & item cogatis eos iurare de calumnia in forma, &c.

Et etiam petit, quòd non recipiantur querelæ de *aaa* iniuſtitia ab illis quorum *bbb* lis adhuc ſub iudice pendet, nec à *ccc* forenſibus, niſi de ſuo tractetur intereſſe, & datis prius debitis cautionibus, de quibus ſup. Nec ab *ddd* ignotis, & incertis querelatoribus nullo modo, multò minus à *eee* bannitis, *fff* periuris, *ggg* infamibus, & *hhh* criminoſis; qui omnes à limine iudicij repellendi ſunt. Item ſaluis præmiſſis dicit, non eſſe examinandos *ii* teſtes intereſſatos mediatè, vel immediatè, *KKK* capturatos, inquiſitos, tortos, vel condemnatos ab eodemmet Prætore, ſeu de eius ordine, cum ſint notoriè ſuſpecti; Nec examinandos eſſe in teſtes illos, qui aliàs ſeſe *lll* congregauerunt pro remouendo dicto D. Prætore, vel aliquem de eius officialibus: Minus in teſtes recipi debere ſuper alijs querelis illos, *mmm* qui etiam querelas porrexerunt contra Prætorem, & tandem non eſſe admittendos in teſtes quoſcunque alios *nnn* reprobatos à iure, vel à conſuetudine contra officialẽ in ſyndicatu.

Item dicit, quòd non debent admitti *ooo* probationes in ſyndicatu contra Prætorem, & officiales, niſi ſint legitimæ, veræ & perfectæ, ac luce meridiana clariores, tam in ſubſtantia, quam in omnibus *ppp* qualitatibus, vt iura requirunt. Inſuper dicit, quòd officiales *qqq* de generali conſuetudine Italiæ, & aliarum nationum non ſyndicantur, niſi de dolo, & barataria, & ita ſeruari communiter, vt notorium eſt, & magis communiter receptum apud Doctores magnæ exiſtimationis, de quibus creditur D. V. eſſe benè *rrr* informatam, de alijs verò ſyndicari non debent, nec moleſtari, cum pro eis ſit fauorabilis præſumptio, nec poſſunt ſyndicari, niſi de *ſſſ* geſtis in officio, & ex cauſa officij, ſecus de geſtis ante, poſt, vel extra officium.

Item dicit, quòd non intendit ex nunc *ttt* copiam recipere exhibitorum, ſeu exhibendorum contra ipſum, vel eius officiales, niſi ſi & quatenus expediat, & neceſſè habeat ad ſuam defenſionem, & de omnibus alijs ſuperfluis, non intendit vllo modo aliquam ſoluere mercedem, multò minus proceſſuum, & actorum criminalium originalium coram ipſomet Prætore factorum, niſi expediat, & neceſſe ſibi ſit, cum ad querelantes ſpectet ea exhibere, quæ pro fundamento ſuæ intentionis deducunt contra ipſum, & eius officiales.

Item ſaluis præmiſſis dicit, quòd caſu quo aliquid commiſſum, vel omiſſum per *uuu* incuriã reperietis (quod tamen non credit) id potius *xxx* errore, aut ex circumuentione litigantium factum eſſe præſumatur, vt docebitur quatenus opus ſit, & non aliter, oſtenſis ſibi prius grauaminibus, quia paratus eſt ſtatim, & abſque proceſſu diſgrauamina vobis ſufficienter oſtendere; *yyy* parteſque veſtras eſſe Prætorem oretenus interrogare, & ſimiliter oretenus eius excuſationem recipere, abſque vlla inquiſitione, & ſcriptura, prout ita fieri inſtat, & petit.

Et vbi nil *zzz* turpe, dolove malo factum eſſe conſtiterit, ſiue ex *aaaa* officio, ſiue ad inſtantiam partis, petit eum cum ſuis officialibus *bbbb* abſolui, & liberari ſine *cccc* dilatione, declarando Prætorem ritè recteque ſe geſſiſſe, & *dddd* condemnando querelantes, & omnes alios *eeee* accuſatores, procuratores, ſolicitatores, aduocatos, inſtigatores, & conſuliores, ac contra quoſcunque alios, & eorum *ffff* hæredes, in omnibus expenſis, damnis & intereſſe, prout ſuprà proteſtando, & reconueniendo eos ex nunc actione *gggg* iniuriarum, & quòd debitis pœnis tanquam meri calumniatores feriantur.

hhhh Petens, & requirens, vt ſuprà, & *iiii* non tantùm dicto modo, ſed & alias omni alio meliori modo in principio, medio & fine proteſtans reſpectiuè, non ſe *llll* adſtringendo, &c. ſaluo, &c. Quinimò proteſtatur potiùs velle *mmmm* carere exhibitis, quàm in aliquo ſibi præiudicare per aliqua, quæ dicat, vel faciat. Et vlterius petit, & requirit, vt omninò cogatis omnes, & quoſcunque querelatores ad eligendum *nnnn* domicilium, quod pro omnibus deſeruiat in ciuitate Mediolani (caſu quo inibi, ſyndicatum expediri oporteat) ad quod aduerſarij citari, & moneri valeant, ne immenſis laboribus, & ſuperfluis expenſis dictus D. Comparens, & eius officiales vexentur, nèue hinc inde fruſtra vagetur, ſed vt cauſa faciliùs, citiuſque expediatur. Petens dicto etiam nomine *oooo* citari ad omnes, & quoſcunque actus præiudiciales, alioquin proteſtatur de nullitate, & ex nunc petit copiam *pppp* Relationis definitiuæ per vos fiendæ coram N. antequam tranſmittatur cum termino deducendi omnia ea, quæ deducere voluerit, & intendit, & ipſum D. Comparentem ac eius *qqqq* iura, & defenſiones audiri, *rrrr* offerens pro ſui parte, ac dictis nominibus ea facere ad quæ tenetur, &c. *ſſſſ* Proteſtans per ſe non ſtare, & prædicta omni etiam alio meliori modo, &c.

GLOSSAE HIC SEQVVNTVR.

Libelli huius præuëtorij forma quamuis opus non ſit in quibuſdam prouincijs, & nunc nouus modus appareat, primaque facie minimè
152 neceſſaria eſſe videatur, † cum Syndicator ratione ſui muneris, & iniuncti oneris certus eſſe debeat, & præſumatur de omnibus, quæ ad ſuum officium ſpectant; nihilominus vtilis, & iuridica eſt, quippe quæ officialium ſyndicandorum indemnitati prouidet, ſumpta ex doctrina Bart. in l. non ſolum, §. morte, num. 50. & 56. & in l. de pupillo, §. morte, ff. de nou. oper. nunciat. & à l. diffamari, C. de manumiſſ. quoniam Syndicatores conſtituuntur, & alij eiuſdem auxiliatores in mora, dolo & negligentia ac culpa non ſeruantes prænarrata in dicto libello, à quibus ſub prætextu ignorantiæ minimè excuſari poſſunt, & de hac proteſtatione eſt tex. in cap. paſtoralis 16. quæſt. 3. l. vt perfectiùs C. de annal. except. alia iura adducit Pap. in form. declinan. iuriſdict. in gloſ. proteſtans, num. 4. & ibi addit lit. c. l. mora, vbi DD. ff. de vſur. Bald. de Vbal. in ſua pract. tit. de extraord. quæſt. 1. q. ibi, nam facta denunciatione non caret dolo, text. in l. at qui aliter, ff. quod vi, aut clam,

Digitized by Google

clam, vbi DD. D. Menoch. de arb. queſt. 66. nu. 4. circ. fin. & iuuat etiam Syndicatorem, qui certificatus ſcire poteſt qualiter ſe gerere debeat, & eſt ſimilis cautelæ quam trad. Catal. de ſyndic. relatæ à Put. eod. tract. in ver. iniuria officialis, cap. 1. num 4. & non poteſt æſtimari beneficium huius præuentionis, niſi ab eis, qui pluries ſub ſyndicatu manſerunt: quoniam licet Syndicatores multa facere prohibeantur, tamen facta tenent, l. pa. tre furioſo, ff. de ijs, qui ſunt ſui, vel alie. iur. ideò

153 ſi ante factum, † & re integra quis monitus, & interpellatus fuerit, & proteſtetur, omnia inde ſecuta ſunt nulla, Put. in verb. inſtantia, cap. 2. circ. fin. & multa in practica ex ſequentibus gloſſis percipientur non ſpernenda, melius eſt enim opportunè præcauere quam poſt vulnus mederi.

154 *a* † Officialium:) dixi ſuprà num. 81. Prætorem non teneri pro officialibus ſuis, niſi ipſe eos elegerit, & hoc eſt regulariter verum, ita tex. in l. 1. ff. ad leg. Iul. repetun. Bartolus tamen in l. magiſtratus, ff. ad municip. dicit ſtandum eſſe conſuetudini. Nec pro conſilio Aſſeſſoris ab eo non electi, Bald. l. fin. num. 7. ff. de pœn. iud. qui mal. iudica. Dec. in l. 1. Quod quiſque iur. Boſſ. tit. de offic. corr. pecun. num. 17. Caroc. tract. loc. & conduc. par. 3. tit. de var. & extra or. cogn. num. 15. ſed in omnem caſum Poteſtas non tenetur pro furtis, rapinis, & baratarijs commiſſis à ſuis officialibus, vel ab alijs de ſua familia, niſi quatenus participauerit, vel ratum habuerit, ſecus de ijs, & de alijs geſtis extra officium, Marſ. ſing. 560. num. 4. & 5. Put. de ſyndic. in verb. familiares, ſeu familia, cap. 5. num. 1. 2. & 3. & per tot. Quæro an Dux militum, vel Caporalis teneatur de facto ſuorum militum, iuxta l. 1. ff. ad leg. Iul. repetun. vbi videtur quod ſic, Bart. in l. magiſtratibus, ff. ad municip. & Soc. in l. cum filiuſfamilias, de verbor. obligat. nihilominus obſtat illa regula vulgata & Chriſtiana, quòd alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri, & habemus auctoritatem Clar. in §. fin. quæſt. 86. in princ. & ibi Baiar. num. 8. qui allegat Beroin cap. 1. de reſtit. ſpol. num. 41. cum ſeq. multò minus ſi non conſtaret de delicto, vt dixi in 3. & 4. par. præſertim num. 210. verſic. & quoniam, vbi quoad pro bandum corpus delicti, dixi non eſſe ſtandum perſonis intereſſatis, ſimulque infamibus, rationibus & iuribus ſuprà in primo obiecto contentis, & in omnem caſum ſi non poteſt iurari in litem contra eum, qui aliquid habuiſſe fatetur, vt ſuprà in caſu præſenti firmauimus, multò minus poteſt iurari in litem contra dictum Caporalem pro facto ſuorum militum, ita luculenter explicat Plot. in d. l. ſi quando, num. 768. & 832. & pulchrè Menoch. de arb. iud. caſ. 208. num. 9. fol. 214. & q. 65. num. 12. vbi eligenti nil imputandum eſſe, cum ſua culpa electus in officio delinquit, & Caporalis non tenetur de huiuſmodi caſibus fortuitis, qui obeſſe non debent viro probo, arg. l. ſi à bonæ fidei, ff. de rei vendic. & multò minus quia dictus Caporalis non eligit dictos milites, vt ita ſentire videtur Menoch. d. caſ. 65. nu. 12. & optimè Put. de ſyndic. in verb. familia, l. 3. ſub num. 25. & cap. 4. num. 2. vbi ſi quid ab officialibus extortum ſit, non præſumitur de conſenſu, & mandato Rectoris extortum fuiſſe, alleg. cap. cum ad ſedem, de reſtit. ſpol. & Bald. in l. ad inuidiam, C. quod met. cau. & idem Put. in c. 5. num. 9. à contrario ſenſu, & confert dictum Bertaz. conſil. 199. num. 2. lib. 1. nec inferior debet diffidere de illis, de quibus ſuperior confidit, & quos ſuperior elegit, & propterea non tenetur Caporalis, ſi non eligit, vt ſupra, vel ſi non mandauerit militibus, vt ita facerent, prout non conſtat raſtum iuſſiſſe, vel permiſiſſe, cum prohibere potuerit, vel aliquid ad eius manus de manibus militum perueniſſe, imò prouidiſſe malis, quantum in ſe fuit, vt in proceſſu, & ideò non tenetur de eo, quod ipſe Caporalis non fecit, nec fieri iuſſit, Bald. in l. 1. num. 14. verſic. ſed quæro, C. de ſeru. fug. & pulchrè ac in terminis terminantibus loquitur Felyn. in cap. Petrus, col. 3. num. 11. verſ. declara, de homici. niſi officiales eſſent dati ipſi Caporali ab alio ſuperiore, & ipſe eos non elegiſſet, quia eorum delicta non imputabuntur ſibi, quod bene notandum eſſe ait Felyn. ad extendendum Iudicem, Cuſtodem, Caſtellanum, Ducem, Caporalem & alios huiuſmodi, & ita iudicatum fuit Florentiæ hoc anno me patrocinante, vide in propoſ. Farinac. de delict. & pœn. q. 21. num. 88. & Cæpol. cautel. 215. vbi dicit quomodo officiales in ſyndicatu non tenebuntur. Sed nulla melior cautela erit, quàm timere Deū, & manus bibere mundas, & lumbos præcinctos, & in propoſito Ducum, & Caporalium militum vi. ſup. in prin. 3. par. ſub num. 278.

Si verò nihil ad Poteſtatem peruenerit de malègeſtis per ſuos officiales, vel non ratificauerit exhibendo eos, liberatur, l. ſi cum exhibuiſſent, ff. de pa. il. & non tenetur niſi pro pœna pecuniaria, vt dixi num. 81. & Put. in d. ver. familiares, cap. 3. num. 26. & ſeq. vbi ſemel exhibendo libe-

155 ratur, & in cap. 5. num. 10 † dicit non teneri exhibere famulum bannitum, niſi bannum fuerit affectatum ad not. per Bart. in l. 1. in fin. ff. de quæſtio. vide Amad. num. 196. 197. 198. & 199. & in dubio non eſt malè ſumenda præſumptio contra Prætorem, de eo quod malè factum eſſe dicitur à ſuis officialibus, Bald. in l. 1. in fin. C. de Epiſc. & Cler. Put. d. ver. familiares, cap. 3. Azo omninò vide in ſum. C. de offic. Rector. prouinc. vbi de officio iudicum, & de omnibus gerendis, & ad eorum officium ſpectantibus, & ibidem, an munera accipere, & an poteſtas poſſit cognoſcere ſuper delictis familiæ, ac de alijs in hoc pro-

156 poſito; † Et ſcias quòd poteſt conſtitui procurator, tam à Prætore, quàm ab alijs, qui ſyndicari debent, vt pro eis in ſyndicatu reſpondeat, not. gloſ. magna in l. bonæ fidei ibi finito officio, C. de iureiuran. ſequitur Catal. de ſyndic. num. 40. eſt text. in l. 1. §. quod ſi intra, C. vt omn. iud. lo. de Amic. conſil. 139. num. 12. in fin. niſi ageretur criminaliter ad pœnam corporalem per ſupradictos DD. vide ſup. num. 112.

157 † *b* Citra præiudicium:) hæc clauſula appellatur conſeruatiua, & præſeruatiua de ſtylo, & eſt vti Antidotum contra venenum, & notandum, quòd huiuſmodi clauſula in principio poſita refertur ad omnia ſequentia, Bart. in l. 1. num. 3. de liber. præter. & intellige ſi congruit, & iuuat ſuper omnibus, vt per eundem Bart. in l. cum pater. ff. de pact. dotal. ſicut etiam dicitur de clauſula in fine poſita, quæ reſpicit etiam præcedentia, in l. talis ſcriptura, de legat. primo, ſed clauſula quæ eſt in medio poſita refertur ad vtrumque, ſcilicet ad ſequentia, & præcedentia, & tunc dicitur eſſe verum, quando eſt poſita in medio diuerſorum capitulorum, quibus conuenire poſſit, ſecus ſi in medio vnius capituli tantum, quia ſolum ad illud reſpicit Bart. in d. l. cum pater, ff. de pact. dotal.

tal.& in l.1.nu.4.de lib.præter.& in l.etſi perceperit,§.filius,de liber.& poſthum. vide Marant. de ord.iud.par.4.num.112.ſol.27.

158 c Nuperrimè:) † quia per taciturnitatem in re præſenti quis de ſuo præiudicio nihil dicens, videtur conſentire, Bart.in l.1.C.de relat.& in l. ne in arbitris,in fin.C.de arb.Bald. in l. emancipatione,C.de fid.inſtru. vide add. ad Pap. in ſor. except.contr.poſitio.ver.quibus adde.

159 d Vt aſſeritur:) † hoc verbo ſemper vti debet,qui vult actum impugnare, ne videatur fateri, Bald.in l.non audis, q.1. C. de probat.vbi aſſertio,& confeſſio differunt,ſed Pap.in ſor.libell. appellat à ſenten. definit. credit nihil referre in gloſ. occaſione, num. 2. tamen Baldi opinio eſt recepta.

160 e Bannum) † nil aliud eſt, quàm comminatio,Put.in ver.officialis,cap.5.per tot.& in verb. inſtantia, cap.1. & de hoc dixi ſuprà num.94. & bannum factum à Prætore, quòd ſi quis prætendat à ſuis officialibus, compareat coram eo in certo termino, an officiat alijs creditoribus, vide eundem Put. in ver. bannum, cap. 1. vbi dicit,quòd non,per tex.l.pars literarum,ff.de iudic. & an terminus ad porrigendum querelas de iure communi poſſit abbreuiari, hoc non habet dubium,quoad iudicem liberi arbitrij, Carauit. rit. 295. num.29. & bannum ſyndicatus in ſcriptis publicari debet iuxta ſolitum in locis conſuetis affigi, Put.in repert.in ver. Syndicatores tenentur banna.

161 f Dies quindecim:) † Nota, quòd in ſtatu Mediol. adſunt ordinationes ita diſponentes, editæ die 4. Decembris, 1567. certam formam tradentes,vltra not.conſtit.in tit. de offic. Vicar. general. vbi traditur modus, forma & tempus ſyndicandi, & in ijs attenditur ſtylus, & etiam nota,quòd ſtylus concernit modum procedendi, conſuetudo verò modum decidendi, & ſic diffe-
162 runt Caualc.deciſ.11.num.45.par.1.† vbi contra ius, & ſtatutum ſtylus nunquam eſt attendendus,& ſtylus poteſt vires ſumere à conſuetudine, non ècontra, Cuch.inſtit. Cano. tit.8. & 9. & de ſtylo, obſeruantia, & conſuetudine, ibi tit. 46. Conſuetudo enim altera lex dicitur,l.minimè,ff. deleg. Et nota, quòd Principum reſcripta nunquam à ſtylo curiæ ſunt interpretanda,ſed ſecundum ius; Bald. in rubric. de conſtit. Princ. & in tit.ſi contra ius vel vtil.publ. quod facit contra illos iudices, qui in euidens damnum ita iudicant contra animam, & contra proximum: ſed quicquid ſit,erga eorum ſententias, tamen ſecus eſt quoad reſcripta Principum.

163 g Officij poſſeſſionem:) † Notandum,quòd Syndicator tempore ſyndicatus non tantum curat, vt Iudex & ceteri officiales reddant rationem villicationum ſuarum, ſed etiam officio iudicis ordinarij fungitur, quoad alias cauſas ciuiles, & criminales orientes tempore ſyndicatus inter prouinciales & alios, quoad procedendum tantùm, non autem quoad iudicandum, l. 1. C. vt omn.cau.tam ciuil.quàm crim.& in auth.vt Iudex ſine quoquo ſuffrag. §. neceſſitate, & donec ſucceſſor aduenerit, & ideò percipit ſalarium ordinarium, Put.in ver. ſalarium, cap.4. verſic. an Syndicatores,num.1.& 2. vbi dicit, habere merum & mixtum imperium, & in multis locis ſucceſſor ſyndicat præceſſorem, & ita clauus clauo truditur.

164 h Librorum:) † ad officium Syndicatoris ſpectat recipere quæcunque originalia, cum inuentario ei conſignanda, ad hoc, vt ſucceſſori venturo conſignet.

165 i Ex officio:) † tenetur reuidere omnia acta & proceſſus originales diligenter, & ea facere: de quibus ſuprà, num.122.

166 l Inquiſitionem generalem:) † de hac dixi num.93.& trad. Amad.de ſyndic.formam,num. 21.& 48. Put. in verb. inquiſitio. cap. 1.2.& 3. num. 8. & hæc formam publicam non requirit præcedentem, ſecus ſpecialis, Farinac.de inquiſitio.q.9.num.16.& hæc inquiſitio dicitur generalis quoad delicta, & ſpecialis quoad perſonam officialium, contra quos eſt forma, vt per eundem Amad.num.25. qui num.161. dicit triplicem eſſe ſpeciem inquiſitionum generalium; prima, quæ fit per Poteſtatem in principio officij ad expurgandam prouinciam malis hominibus, l. congruit, ff.de offic.Præſid. ſecunda, quæ ſpecialis eſt quoad delictum, ſed generalis quoad perſonas, vt cum de delicto conſtat, & ignoratur à quo factum ſit; tertia ſpecies, quæ generalis eſt quoad delicta, ſed ſpecialis quoad perſonas, vt quia delinquentes ſunt noti, & dubitatur, ne mala committantur ab eis, vbi dat exemplum de Viſitatore Eccleſiæ, Baldus de Peruſ.in tract. ſuo de ſyndic.num.5.dicit,quod per hanc inquiſitionem proceſſus dicitur magis odioſus, quàm fa-
167 ctus per accuſationem. † Hodie verò loco inquiſitionis ſufficit bannum in certis prouincijs, & in omnem caſum non ſufficit inquiſitio generalis, ſi ſuper ea ſumptæ fuerint informationes, niſi ſpecialiter officiales poſtea inquirantur, Amad.num.28.quia generalis inquiſitio eſt præambula ad ſpecialem, d.l.congruit, de offic. Præſid. & Bald.in l.obſeruare,§.proficiſci,ff eod. vide Ang.in l.ſi vacantia, num.79. cum mult. ſeq. & num.170.171.& 190.C.de bon.vacant.

168 m Secretas informationes) † illas ita recipi prohibitum non eſt, verum ſumendæ ſunt eo modo quo ſuprà, & ad effectum prædictum, vt dixi num.113. cauendo à falſis, & maleuolis ac ab impoſturis, & calliditatibus, de quibus ſuprà, ne quæratur nodus in ſcirpo, contra probum ab inuidis.

169 n Contemptores:) † Notandum, quòd contra officiales non eſt facienda ſcrupuloſa inquiſitio de conſuetudine, Put. in princ. de offic. Syndic. licet ſecus de rigore iuris, vt inquit Catal. de ſynd.c.num. 173. ſequendo Bald. de Peruſ. eod. tract.num.8.multò minus ſunt inquirendi,quando infamantur à ſuis inimicis & maleuolis, Catal. num.142.q. 213. & ſuper quibus inquiſitio formari debeat, vide ſupra num.93.

170 o Negligentes:) † de hoc ſatis dictum ſupra, num.43.46.68.& 72. & negligentia, quæ prouenit à mala ſanitate,vel à naturali tarditate, & non affectata, nec ſupina aut doloſa omninò excuſatur,l.magna negligentia,& ibi DD.ff.de verbor. obligat. Bald.in l.Mancipia,C.de ſeru.fugit.Bart. in l. cognitione, ad Syllan. Clar.q.73. ver. item Iudex, Menoch.de arb.caſ.341.Mascard.de probat. concluſ. 1088. & ideò bonum eſt certiorari

171 Syndicatorem:) † Nec iuſtitia dicitur denegata ſtantibus prædictis, maximè quando Iudex dat reſponſum, & ſe ob moram excuſat, & non tacet, Put. in ver. iudices, cap.11. & cap.14. & 18. per tot. Item non dicitur negligens propter perplexitatem opinionum, Catal. num. 34. Amad. nu. 123. tenendo opinionem deteriorem in dubio

bio nõ poteſt ſyndicari, Menoch. de arb. caſ. 339.
num. 19. excuſatur etiam ſequendo opinionem
ſui Magiſtri, Put. in d. ver. iudicare, cap. 3. num. 6.
& 13. Cott. memor. in ver. Doctor malè iudicás,
licèt in dubijs poteſt determinare per argumenta
& legum rationes, Put. d. ver. Iudex, cap. 2. nu. 23.
& in ver. iudicare, cap. 3. num. 6. & 13. Item quan
do ex alijs cauſis fuit præuc●us excuſatur, quia
prior tempore potior in expeditione. ar. C. qui
potior. in pign. & vide in ver. iniuſtitia, & in
verb. benè informata alioquin, qui recuſat facere
iudicatum, vel qui iudicato parere nolunt, carent
munere, & honore, & compelli poſſunt ſubiecti
captis pignoribus, & per excommunicationem,
Gabr. Bud. de pign. & hypothec. tit. quæ res pign.
oblig. nu. 29. & Iudices faciunt litem ſuam. Put.
de Syndic. loc. cit. Item non dicitur negligens, ſi
pars non petijt, l. 1. C. vt intra cer. temp. Item ſi
facto aduerſarij, l. libertatem, C. de adult. Item
propter difficultatem probationum, Bald. in au-
thent. Clericos, C. de Epiſc. & Cler. & propter
ſubtilitatem iuris, idẽ Bald. in l. Labeo, C. quom.
& quan. Iudex; & ad hæc vide Put. in ver. inſtan-
172 tia ſyndicatus, cap. 6. per tot. † vbi multa ad ex-
cuſationem iudicum adducit, & ibi num. 2. dicit,
quòd propter breuem inſtantiam poteſt Iudex
omnes terminos cumulare, per l. properandum,
C. de iudic. & ibi DD. quod poteſt ſtatuere ter-
minum ad articulandum ponendum, proban-
dum. & probatum habendum, inſtrumenta pro-
ducendum, excipiendum, & replicandum, & nõ
currit tempus iudici, hoc puto verum in cauſis
ſummarijs, vt in cauſis mercatorum, & miſera-
bilium perſonarum, & huiuſmodi, & dummo-
do impoſſibilitas non reſiſtat. Verum vbique fe-
rè ſunt ſtatuta circa modum, & inſtantiam, tam
in cauſis ordinarijs, quam ſummarijs; ideo ho-
die parum ſeruatur dictum Putei, qui ſub nu. 2.
dicit, quando terminus ſtatuitur iudici, non peri-
mitur inſtantia, ſecus ſi inſtannæ, vide eundem
173 in verb. ſententia, & in ver. inſtantia. † & ſcias,
quòd quælibet cauſa nulla excepta habet inſtan-
tiam, Caualc. deciſ. 17. num. 17. fol. 245. cum ibi
per eum adduc. par. 1. ſiue ſit ſummaria, ſiue exe-
cutiua, Iaſ. in l. properandum, in princ. ff. de iudic.
Vnde quotieſcunque cauſa habet contradictorẽ,
ſemper aliquam inſtantiam habet, Paul. Caſt. in
l. 1. num. 5. C. de iureiur. & Afflict. deciſ. 3460. &
in criminalibus eſt biennij, in ciuilibus triennij,
l. properandum, C. de iudic. Afin. pract. cap. 3. fol.
4. & 15. vi. ſup. in 4. par. ſub num. 98.
174 ¶ Doloſi, baratarij, & corrupti:) † dictum eſt
ſupra, num. 67. cum mult. ſeq. & vide l. 2. & ibi
DD. ff. quod quiſque iur. horum duorum accuſa-
tio eſt popularis, Baiar. ad Clar. quæſt. 73. num. 21.
& ille, qui iudicem corrumpit, cauſam perdit, &
ſi ex pluribus iudicibus vnus ſit corruptus, ſen-
tentia valet reſpectu aliorum, & Iudex corruptus
famam perdit, & damna reſarcit, non obſtante,
quòd per illam ſententiam nullam excuſari poſ-
ſit, Put. in verb. corruptio, cap. 1. 2. & 3. quod ve-
rum eſt, ſi adeſt dolus, Amad. de ſyndic. nu. 140.
ſed ſi ſolum xenia, & quæ ſunt à ſuperioribus, vel
à conſuetudine permiſſa accipiat, vt ſup. num. 38.
tunc non dicitur Iudex corruptus, DD. in c. cum
175 ab omni, de vit. & honeſt. Cler. † Et Procura-
tores, & Aduocati, qui iudices corrumpunt, vel
à clientulis petunt munera ſub prætextu donan-
di iudici, quamuis pro iuſta ferenda ſententia,
vel pro culpabili condemnando, ſunt infames,
& barri appellantur, ſi munera vel pecunias re-
ceptas hac via pro ſe retinent, Bald. in l. 1. C. de
cupreſſ. lib. 11. & Put. in verb. Iudex, c. 12. nu. 11.
& in verb. corruptio, cap. 1. num. 6. vbi Iudex, &
corrumpentes à pari procedunt, & num. 10. 11.
& 12. per quem text. Ang. exclamat contra Ad-
uocatos, & Procuratores hoc promittentes, & ia-
ctantes ſe magnam cum iudice habere amicitiã,
quæ quandoque parit contemptum, & nulla pe-
ſtis maior, quàm familiaris inimicus, quare citò,
longè & tardè ab iſtis, vt inquit Rip. de remed
contra peſt. in princ. & illi, qui votum iudicis
propalant tenentur pœna falſi, Put. in verb. Iu-
dex, & in d. cap. 1. in fin. & pœna eſt capitalis,
in pract. de teſt. par. 5. num. 222. & ſeq. facit text.
in l. omne delictum, §. exploratus, ff. de re mil.
pulchrè Farinac. de inquiſitio. quæſt. 4. num. 14.
& 15. facit tex. in l. placet, C. de Sacroſanct. Ec-
cleſ. vbi pœna exilij eſt arbitraria iuxta qualita-
tem cauſæ. Et Clericus, qui ſecreta ſui Principis
ſecularis reuelat punitur ad inſtar laici, Menoch.
de arb. centur. 6. caſ. 537. Et poteſt eijci à Principe
quando e● verè ei ſuſpectus ſecundum Abb. in
cap. 1. col. fin. ver. item poteſt, de elect. idem in c.
cum terra, col. 2. eo. tit. idem quando eſt Populo
notoriè exoſus, & imminet periculum ſcandali
ſecundum etiam Felyn. in cap. 2. ver. Decimn, de
præſcr. tamen hæc fieri poſſent, quando pericu-
lum eſſet in mora, & ſemper cum participatione
ſui ſuperioris, vt per Bald. in cap. 2. §. ſi clericus;
de pac. tenen. vi. quæ dixi ſup. in 2. par. ſub nu.
124. in fin. & per Menoch. loc. cit. & Sacerdos
reuelare non poteſt confeſſionem ſacramenta-
lem etiam ob malum euitandum, S. Thom. &
ſum. in verb. confeſſionis. Nauarr. Manual. con-
feſſ. cap. 18. num. 52. S. Anto. ſum. p. 3. tit. 17. &
Decia. tit. de auxil. ſub num. 19. lib. 7. tom. 2. car.
125. Ang. tract. malef. in ver *che ha tradito*, nu-
me. 18. Aug. ibi vbi de Sacerdotibus reuelanti-
bus confeſſionem, & de Conſiliarijs Principũ.
De ſilentiarijs Aſſeſſoribus, & huiuſmodi, qui
iuxta qualitatem delicti puniri debent, vt ibi:
ideoque multum admiratus ſum, quòd D. iudi-
ces Futizani multoties, & ferè ſemper ante tem-
pus vota propalent, quæ ſub ſecreto, & ſigillo
tranſmitti debent ad DD. octo Baliæ ciuitatis
Florentiæ, & reuera abuſus eſt, & eget correctio-
176 ne, † & nota quod ſi vnus ſeipſum reuelet, non
conſequitur præmium, Bart. in l. 1. §. ſi tibi, ff. de
condictio. ob tur. cau. ſecus in crim. læſ. Maieſt.
Gig. de crim. læſ. Maieſt. lib. 2. quæſt. 19. ſed alij
officiales tenentur reuelare baratarium, Baiar.
quæſt. 73. num. 24. Et hic nota, quòd ſi Prætor
eſt querelatus, quod vi & minis extorſit pecunias
pro aliquo officio conferendo, & in querela ad-
dantur qualitates quod indebitè, & iniuſtè ex-
torſit, ſi ita eius anteceſſores conſtet officium cõ-
ferri conſueuiſſe ſub præmio, tunc querelator, ne-
dum tenetur emendare damnum, & expenſas
Prætori, ſed etiam tenetur pœna capitali propter
illas quatuor qualitates, vi, minis, indebitè & in-
iuſtè extorſit, Clar. q. 66. ver. ſed quid ſi pro parte
177 per ſupradicta. † Nam Prætor, qui fecit quod
ſuis anteceſſoribus permiſſum fuit, non eſt vllo
modo redarguendus, Rondinel. de ſyndic. num.
125. ver. quod ſi curia, eod. tract. cap. 17. num. 66.
verſic. & ſi aliter, car. 141. idem dicitur de illo, qui
querelauit Prætorem, quòd penes ſe retinuit pe-
cunias, & res ſubhaſtatas, ſi conſtat illas penes
officium, nomine cuius intereſt depoſitatas fuiſ-
ſe,

Google

ſe, querelator ſuccumbit, idem de eo, qui quere-
lauit ob capturam ſoluiſſe coactè ſcutos decem
Prætori, Baticello, & alijs, quia conſtito, quod ad
capturam deuentum ſit præcedente querela ex
cauſa graui, vel agatur contra forenſem, & peri-
culum ſit in mora, & deducta à querelante ſuſpi-
cione fugæ, tunc ſatis iuſtificata dicitur captura,
per ea quæ latè dixi; & quoad pecunias, ſi ſunt
debitæ iuxta ſolitum, nihil eſt: ſed quoad illam
qualitatem coactè, ea non probata, dixi quod
querelator ſuccumbere debet per ſupradicta, &
præcipuè ſub num. 103. verum per calumniam
præſumitur querelaſſe, ſi de pecunia ad manus
Prætoris nil, aut parum peruenit, & illud parum
debitum eſſe, & alios officiales non querelauit,
ad quos tota, vel ferè tota pecunia peruenit, l. 1.
§. calumniatori, ff. ad Turpill.

178 q Iniqui:) † ſi Iudex habet liberum, & abſo-
lutum arbitrium non poteſt teneri, ſi ex cauſa à
iure permiſſa ius iniquum ſtatuit, non quia li-
ceat, ſed vt ſæpè dictum eſt, in foro fori ex cau-
ſa licet iura ciuilia, & ſtatutaria tranſgredi, &
hoc de iure iniquo ſatis dictum in 3. par. nu. 271.
cum mult. ſeq. & hic notandum, quod multum
verſatur in pract. arguitur ſæpè ſententia, tan-
quam iniqua, & iniuſta ex nouiter probatis, quæ
antea rebus ſtantibus iuſta videbatur, vel ſaltem
non videbatur iniqua: tamen Iudex, qui primam
ſententiam tulit, non tenetur in ſyndicatu, Pap.
in form. libell. appellat. gloſ. iniquam, nu. 1. Bald.
in l. ſi. C. de pœn. Iud. qui mal. iudi. & in l. eos, C.
179 de appell. Amad. de ſyndic. ſub nu. 137. † Mul-
tò minus Iudex tenetur de ſententijs malè latis
propter diuerſitatem opinionum, Catal. nu. 34.
& 35. & vt ſuprà à nu. 56. vſque ad nu. 59. & 171.
prædixi; Iudex qui ſententiam tulit, quamuis per
appellationem bis reuocata fuerit, ſi tempore ſyn
dicatus arguatur de iniuſtitia, & iniquitate dolo-
sè, tunc poteſt ſuam defendere ſententiam, Boer.
deciſ. 259. nu. 9. vbi per probationes, & iuris alle-
gationes, Put. in ver. Iudices ad ſyndicãdum, c. 2.
nu. 21. vide infra in ver. relationis, ſuprà num. 58.
quoniam fieri poteſt, vt defectu, & negligentia
eius, qui primam ſententiam obtinuit, illa fuerit
reuocata, & negligentia partium non debet no-
cere Iudici, l. fin. ad Sylleia. cum mult. ſimil. &
dixi ſupra in ver. negligentia, nu. 170. item expe-
dit, vt ex nouiter deductis ſententia mutetur in
melius, Dec. conſil. 334. viſo, vol. 1. Sed quando
non conſtat de dolo, non poteſt Iudex in ciuili-
bus cauſis (in quibus ſuccurſum eſt per appella-
tionem) ſyndicari de generali conſuetudine, vt
ſuprà nu. 61. benè debent caſtigari illi, qui in que-
rela dicunt, & allegant Prætorem doloſè, ſcien-
ter, & appenſatè iniquam tuliſſe ſententiam, vt
morem gereret aduerſario, & vindictam ſume-
ret contra querelantem: nam qualitas deducta,
& non probata in querela facit ſuccumbere, Io-
ſeph. Cumia. de ſyndic. c. 14. nu. 25. & ſuprà gloſ.
anteceden. cir. ſi. & nu. 103. et 104. Hinc eſt quòd
multi querelantes ſuccumbunt, ab eorum animi
peruerſitate ducti, quia non ſtant ſuper meritis
cauſæ, ſed addunt in querelis informatorias qua-
litates valde exorbitantes contra Iudices, qui-
bus non probatis in totum, ſuccumbere dicun-
tur per ſupradicta.

180 r Culpa:) † lata culpa æquiparatur dolo, vt di-
xi nu. 72. & procedit quando pœna eſt pecunia-
ria, niſi ſtatutum requirat dolum; Bart. & DD. in
l. quod Nerua, ff. de poſſ. & l. in lege, ff. de ſicar.
pulchrè Pap. in for. inquiſitionis, gloſ. appenſatè,
nu. 4. & 5. Bec. conſ. 37. lib. 1. Farinac. de carcer.
q. 31. vide ſup. cap. 4. quid in Iudice liberum arbi-
trium habente iam dictum eſt, & vide etiã Put.
in verb. arbitrium, nu. 16. & in verb. pœna, cap. 8.
col. 3. Bart. verò in l. 2. ff. de ter. mot. dicit quod
pro culpa leui poteſt etiam agi criminaliter (non
dico contra officiales) habentes iuriſdictionem,
ſed contra alios, per l. reſpiciendum, §. delin-
quunt, ff. de pœn. ſed quo ad imponendam ali-
quam modicam pœnam arbitrariam, ſecus ſi
pœna eſſet atrox, per l. vlt. ff. de offic. Præfect. vi-
gil. vt tenet Alber. Brun. in 3. vol. ſtatu. in ver. fi-
ſcare, ver. 3. cir. ſi. & ideò ſi culpa eſſet magna, poſ
ſet culpoſus grauius puniri, per d. iura, quod eſt
not. contra factores, adminiſtratores, & negocio-
rum geſtores Dominorum.

181 ſ Quod non credit:) † Verbum, non credere,
in hoc propoſito accipitur pro negatiua, ſicut e-
tiam in poſitionibus, & verbum, credere, pro af-
firmatiua; Pap. in for. poſitio. gl. per verbum, cre-
dere, & ibi addit. ſed in reſponſione libelli peti-
tionis verbum, non credit, nõ eſt ſimpliciter ne-
gare, ita vt qui negat virtute ſtatuti, vel cauſam
perdat, vel in aliquo puniatur, iuxta l. fin. ff. de rei
vendicat. & in auth. item poſſeſſor, C. qui pot. in
pign. Iaſ. in l. eum qui, nu. 9. ff. de iureiur. & gloſ.
narrata, & ibi addit. ad Pap. in for. reſponſ. rei.
Ideò ſolet hodiernis temporibus apponi loco di-
182 ctorum verborum, † quod non conſtat; & ſic
non negat, nec affirmat, ſed dicens aliquid eſſe,
tenetur probare, ſi aduerſarius dicat nõ cõſtare, l.
qui accuſare, de eden. & Iudex, cui nil cõſtat, iudi
care nõ põt, l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. Præſid.

183 t Cum debita reuerẽtia:) † hęc clauſula captat
beneuolentiam, l. 1. C. de offic. diuerſo. iud. docet
Spec. in tit. de aduocat. §. hic dicendum, & de hac
Bart. in l. 1. C. de condic. ob cau. quia bonũ eſt ha
bere Iudicem propitium & fauorabilem, pulchrè
Rebuff. in Commentar. tract. de recuſat. in præ-
fat. in prin. quæ regula fallit, quando Iudices ſunt
auidi pecuniarum, & munerum, quia magis pla-
cantur muneribus, quàm bonis verbis, vt ſuprà
nu. 39. & ſeq. & dicunt, vbi eſt opus facto, verba
non ſufficiunt, no. gl. in c. paſtoralis, de offic. ord.

184 u Pro manutentione:) † meritò, quia honor,
& bona fama præualent diuitijs, l. 1. §. per hanc
enim legem, C. de Summa Trinit. & Fide Cath.
& facit l. 2. C. de Epiſc. & Cler. & bonum nomen
plus valet diuitijs multis, l. ſcire oportet, §. cum
in reliquis, ff. de tut. & curat. Put. in ver. teſtis, c. 2.
num. 4. ſed nullus honor melior, quàm animam
tueri, quæ cæteris rebus præferenda eſt, l. ſanci-
mus, §. penult. C. de Sacroſanctis Eccleſijs.

185 x Acceptando fauorabilia:) † prima fronte
verba hæc videntur in libello noſtro ſuperflua,
verum quia fortè aliquid factum eſſet per Syn-
dicatorem ad fauorem Prætoris; ideò abundans
cautela non nocet, ſed multum etiam in cæteris
prodeſt, ſi per aduerſarios quid dictum factum-
ve erit, quod fauet acceptanti hoc modo, vt eſt
in confeſſione, vel quando actor malè agit, vt
ante tempus, §. plus petitur, Inſtit. de act. & vi-
de Puteum in ver. ſententia, cap. 4. nu. 4. vbi ait,
quadruplicem eſſe libelli ineptitudinem, pri-
mam ratione ſolemnitatis omiſſæ in libello cri-
minali; ſecundam reſpectu ineptæ narrationis,
& malæ concluſionis; tertiam reſpectu cauſæ, &
actionis; quartam ſi vnum narratur, & aliud
petitur, ſupra num. 104. & 105.

X y Di-

Digitized by Google

186 *y* Dicit,& opponit:) † exceptio iuriſdictionis
declinatoria dicitur,l.fi. C.de excepi. Bart.in l.q-
dam conſulebat, de re iud. & eſt prima exceptio
omnium exceptionum,add.ad Pap.in for.decli.
iuriſd.glo.1. vbi adducitur pulchr. Bec.conſil.22.
lib.1.& in glo.nec fuiſſe,nu.14.lit.n. ponit diffe-
rentiam,ſi dicatur Iudicem nullam habere iuriſ-
dictionem,vel ſi dicatur, tu non es Iudex compe
tens, quia primo caſu ille non poteſt pronuncia-
re ſuper incompetentia,ſecundo caſu ſic;iuxta gl.
in auth.habita, C.ne filius pro patr.& vide,ſuprà
nu.48. vbi ante omnia de iuriſdictione conſtare
debet,& infra num. 190. Qua de re Syndicatores
conuocatis decurionibus,vel cómunes res agen-
tibus,ſolent coram eis oſtendere, & exhibere di-
ploma,ſeu patentes ſuæ authoritatis;& ad hæc vi
de Vant.de nullit.ex defect.iuriſd ord. vel deleg.
per tot. Rondinel.eod.tract.nu.291.quibus exhi-
bitis non eſt opus excipere cõtra perſonam. Qua
de re ante omnia cõſtare debet de iuriſdictione,
Iacob.de Beluiſ. in ſua pract. tit. de fug.reor. nu.
85.86.87.& ſequ. Put.de ſyndic.in ver.ſucceſſor,
c.a.nu.2.& poſſet etiam hęc oppoſitio deſeruire,
quem Iudex,quamuis electus,tamen ante aſſum
ptionem officij nõ gaudet aliquo priuilegio; Sed
adhuc eſt tanquam priuatus cenſendus, & ideo
iniuria ei facta dicitur vti priuatæ perſonæ, Ca-
ball.Caſ.Crim.148.

187 *z* Tales quales:) Nota, † quòd ille,qui dicit ſe
talem, tenetur articulare,& probare illam quali-
tatem,vel aliter de ea docere, Cauale. alios alleg.
deciſ.12.num.7.deciſ.13.num.19.par.1. Purpur.
conſil.601. num.1. & num.13. vol. 2. Rot.Bo-
non.deciſ. Ioan.de Amic. conſil.24. Maſcard.de
probatio.in ver.qualitas.

188 *aa* Intempeſtiuè:) † vide ſuprà in princ.huius
1.par.quia ante tẽpus finiti officij non poteſt ſyn
dicari; quia tempus deſtinatæ conductionis totũ
cedit Iudici ordinario, Barba.conſ.61.nu.43.vol.
3.eſt materia, l.diem functo, ff.de offic. aſſeſſor.
pulchrè Put.in ver.ſalarium,c.6.idem in ver.offi
cialis ad ſyndicandũ.c.3.nu.5.Bald.in l.obſerua-
re,§.proficiſci, de offic. Præſid. & dato quòd etiã
durante officio ſyndicari poſſet, ſecũdum ea quæ
dixi nu.1. tamen non poteſt conueniri in forma
Syndicatus generalis, ſed particularis,nec coram
ordinarijs ſyndicatoribus,qui non habent iuriſdi
ctionem, niſi ad certum tempus deſtinatũ, vt eſt
quãdo expirarũt officia, Ang.in l.iubemus,C.ad
leg.Iul. reper. Put. in verb. durante officio, & in
verb.officiales,ſed corã ſuperioribus conueniun
tur, Carauit.nr.295. Grammat.deciſ.40.nu 9.&
pro cauſis tantùm,pro quibus (ſi verum eſſet)pri
uaretur officio,Bald.in tit.de pac.Cõſtan. in ver.
189 prudẽtia. † Caſus autem,in quibus officialis du-
rante officio cõueniri poteſt, ponit Soc.reg.306.
in ver.magiſtratus, Bonacoſſ.q.crim.in ver.ſyn-
dicari, ver.durante,pro ſententia veniali,pro gra-
ui delicto, & pro contractibus, in quibus obliga-
tus eſt vbique conueniri poſſe, Tiraquell.tract.de
pœn.tempe.cauſ.18.num.6.

190 *bb* Non ſeruatis ſeruãdis:) † ſi ante omnia nõ
exhibuit patentes, vt ſuprà in gl.dicit, & opponit
lit.y.vel ordinem præpoſterauit, & modum ſer-
uandum per ſyndicat. vide ſuprà num. 91. & per
Rõdinel.de ſyndic.nu.292. primò,oſtẽdit literas
patentes,l.ſi quæramus,de teſt. ſecundò,notificat
proclama publicè ſui aduẽtus;tertiò,emittit ban-
nũ; quartò, reuidet ſcripturas, & libros crimina-
les; quintò,elicit grauamina;ſextò,edit officiali,
vt reſpondeat; ſeptimò, monet eum ad viden-
dum repeti teſtes, & iuramentum deferri.

191 *cc* Dei timoratus:) † facit Dauid Pſal. 3. dixi
latè in 4.parte.

dd Rectæ intentionis:) ſuprà in 4. par. num.
360.& alibi.

ee Præcedentibus officijs:) dixi ſuprà nu. 98.
cum mult.ſeqq.& num.ſeq.

192 *ff* Laudatus:) † vt in l.iuſtiſſimos,de offic.Re-
cto. Prouinc. & ideo officiales debent oſtendere
literas, ſeu patẽtes, in quibus ſit fides de benè ad-
miniſtrata iuſtitia in præcedentibus officijs, vt
Syndicator ſtatim edoctus ſit de qualitate offi-
cialis, & ſi opus erit debent penes acta exhiberi
animo rehabendi, Put.in ver. Iudices,cap.9.& in
princ.ſui tract.in eundem.2.

gg Non poteſt conueniri:) dixi ſuprà lit.aa. &
Rondinel.num.115.

193 *hh* Clarum:) † in claris non eſt opus coniectu
ris,nec diſputatione,l.decem,§.continuus,de ver
bor.oblig. & notorium nulla tergiuerſatione ce-
lari poteſt de hoc in pract. de teſt. par.3.num.25.
& clara non conueniunt in compromiſſo, nec in
tranſactione,vt ibi dixi.

194 *ii* Ignorantia:) † nõ cadit in perſonis literatis,
quæ ſi per ignorantiã in cõtinentibus ſuam pro-
feſſionem fallũt,minimè excuſantur,l.regula,ff.
de iur.& fact.ignor. Ro.conſ. 481. Put.in verb.ar
bitriũ,c.1.nu.17.nam turpe eſt Doctori ignorare
ius,in quo verſatur,l.1.§.ſeruius,ff.de orig.iur.oſi
195 propter memoriæ imbecillitatẽ excuſetur. † Nã
omnium memoriã habere, & in nullo deficere,
eſt potiùs res diuina,quàm humana,l.2.§.ſi quid
autem,ff.de vet.iur.enuclean. Put. in ver. Iudex
malè iudicans, c.2. ergo imperitus ob conſilium
Aſſeſſoris excuſatur,idẽ in ver. Aſſeſſor.c.1.Ang.
eod.tract. de ſyndic. nu.8. intellige ſi Aſſeſſor nõ
eſt à Poteſtate deputatus, ſeu electus, Amad. de
ſyndic.nu.123.& 124. Bal.l.fi.nu.7. de pœn.iud.
qui male iud. Dec.in l.1.ff.q. quiſq; iur. Boſſ. in
tit.de offic.corrupt.pecun.nu.27. Caroc.locat.&
conduct.de var.& extraor.cogo. At ſi Poteſtas in
eligendo Aſſeſſorẽ exactas diligẽtias fecerit, pro-
ut quilibet prudens,excuſatur ob imperitiã Aſſeſ
ſoris, ſi deceptus fuit in informationibus ſum-
196 ptis ſuper ſufficientia Aſſeſſoris; † Nam facta
etiam prudentiſſimos homines fallunt, l.2. ff.de
iur.& fact.ignor. D.Menoch. de arb.caſ.55. nu.
12.niſi poſtquam conſtiterit de illius ignorantia,
quia tunc dicitur in culpa, per ea quæ alleg. 10 d.
ver. Aſſeſſor,nu.9.10.& 11. facit l.mora,de con-
trahen.empt. nec debet ampliùs illum tolerare,
ſed de alio ſufficientiori prouidere,& magis ido-
neo,per l.quamdiu,ff.de rit.nupt. Put.in verb.e-
lectio.cap.2. num.3. & illi Iudices idonei præſu-
muntur,qui eruditi ſunt, & rerum experientiam
habent, Menoch.de præſumpt. lib.2. præſumpt.
67.num.19.& 20. Et Iudex etiam quod ipſe,ſed
Princeps aſſeſſorem elegerit ſi conſilium ſit eui-
denter iniuſtum non excuſatur, vt aduerti in 4.
par. ſub numero 309. quod eo magis procederet
quando Iudex ſimul cum aſſeſſore concurreret,
nam culpa culpam non releuat, l. culpa, de re-
gulis iuris, l. culpa, C. de Malefic. & Mathe-
mat. niſi expreſſe à Principe iuſſus ſit, vt ſequa-
tur in totum conſilium dicti Aſſeſſoris, quia
tunc velit, nolit tenetur, ſed cautela erit ſub-
ſcribere non meum, ſed aſſeſſoris votum ſe-
quendo, prout mihi iniunctum fuit, vt aduer-
ti in d.4.par.num.310.

197 † Ve-

Digitized by Google

197 † Verum ſi inhabilis aſſumat (data opera) of-
ficium, remouetur, & ſalarium perdit, Innoc. in
c. prudentiam, de offic deleg. Catal. de ſyndic. nu.
377. ſaltem pro tempore futuro quādo ſalarium
totum ſolet in vna vice ſolui, ſecus ſi per ſeme-
ſtre, Put. in ver. ſalarium, c. 3. num. 2. & intellige,
vt per Ang. de Vbal. in l. ſi vacantia, nu. 51. C. de
bon. vacant. vbi dicit, quòd ſi Iudex eſt in officio
negligèns circa ea, quæ vniformiter reſpiciunt
totum eius officium, tunc poſſit priuari toto ſa-
lario, ſed ſi non vniformiter, tunc pro rata tan-
tùm; vide etiam Put. in ver. inhabilitas, vbi in-
198 habilem poſſe de falſo puniri; † tamen proceſ-
ſus tenet, quando non opponitur contra iuriſdi-
ctionem, & conclude, quod Iudex tenetur de
ignorantia, quando ſcit, vel ſcire debet, & po-
teſt redargui in eo dolus, vel ſaltem magna cul-
pa, & negligentia, vt dixi ſuprà litt. o, & nu. 78.
ſecus ſi aliquid ſit prætermiſſum ex aliqua cau-
ſa excuſabili, vtputa Prætor querelatus ſit, quòd
omiſerit citare delinquentem contumacem in a-
ctu condemnationis, vel ſi condemnauit pro in-
ſultu, vulnere, & prima euaginatione, ſed omi-
ſerit condemnare pro membri debilitatione,
prout de vnaquaque pœna ſtatuta diſponunt;
Quoniam Prætor poteſt exhibere acta origina-
lia, in quibus poteſt apparere rem aliter ſe habe-
re, videlicet, quia conſtat in eis de peremptorio,
& de ſeruatis ſeruandis, iuxta ſtylum Curiæ, in
qua ius dicitur, & ſi diceretur non fuiſſe citatum
aduerſarium accuſatorem pro ſuo iure, & inte-
reſſe, ſcilicet in actu condemnandi reum contu-
macem, poteſt adduci ſtylus Curiæ, per quem
non ſolet accuſator offenſus tunc citari ad do-
cendum de ſuis damnis, & intereſſe, maximè
quando reus non abſoluitur ab eis, de quo ſtylo
latè Maſcar. de probat. concl. 1317. nu. 51. to. 2. &
199 intellige, vt concl. 1344. nu. 6. 7. & 9. † Et de ſty-
lo, ſicut de iure, accuſator adhuc agere poteſt ad
damna, expenſas, & intereſſe, Bald. in l. Præſes,
C. ad leg. Flau. de plag. dixi ſuprà in 4. par. nu. 207.
& infra in verb. damnis, & intereſſe, litt. oo, mul-
tò minus cum petita non ſunt, l. 4. §. hoc autem
iudicium, ff. de dam. infect. & Iudex ea die ſup-
plere poteſt, l. Paulus, ff. de re iudic. Rip. in l. dies,
§. hoc autem, nu. 84. de damn. infect. alioquin ſi
petita ſint, & in abſolutione, vel condemnatio-
ne nihil de expenſis dictum ſit, reus cenſetur ab-
ſolutus, per tex. l. terminato, C. de fruct. & lit. ex-
penſ. dixi ſuprà in 4. par. nu. 298. & ſeq. Theſaur.
Deciſ. 135. & ſi non conſtat de debilitatione tem-
pore ſententiæ: & Prætor ſufficienter prouidet,
ſibi ius reſeruando condemnandi reum in pœ-
nam debilitationis membri, ſemper & quando-
cunque conſtiterit, præcipuè ſi ad talem ſenten-
tiam inſtante fiſco deuenerit, quoniam conſul-
tum eſt Iudici, & parti, multò magis ſi poſtea
Prætor etiam condemnauerit reum in pœnam
mutilationis membri, facta fide legitima de tali
debilitatione. Nam quandoque labitur annus
antequam cognoſci poſſit, an verè quis reman-
ſerit debilitatus: accedit ſæpè, vt ob imperitiam
Medicorum, vel Chirurgorum debilitatum re-
maneat membrum, qua de re ſi interim fiſcus in-
ſtet deueniri ad condemnationem, Prætor tene-
tur ſententiam proferre ſuper liquidis, & non ſu-
per liquidandis, l. illicitas, §. veritas, ff. de offic.
Præſid. ſed cautela eſt, ne exequatur ſententiā an-
te liquidationem, l. hæc autem, §. liquere, ff. quib.
ex cau. in poſſ. ea. Iaſ. per illum text. in l. 1. nu. 32.
ff. de eden. plura adducit Crauet. conſ. 164. nobi-
lis, nu. 2. Nat. conſil. 27. nu. 4. Afflict. deciſ. 231. &
358. & facit ad excuſationem Iudicis, Alex. con-
ſil. 94. vol. 4. Solent etiam redargui Prætores ſub
conſimili querela; pone quòd reus accuſatus fue-
rit de primo furto, & pendente proceſſu ſub fi-
deiuſſione relaxatus, intereaque arma prohibi-
ta in eius domo inuenta fuerint, & ipſo reo pe-
remptoriè citato, condemnatus ſit pro dicto fur-
to in contumaciam, & deinde facto proceſſu de
armis prohibitis, pariter in contumaciam con-
demnatus ſit; Nihilominus Prætor arguitur tem-
pore Syndicatus, quòd ſtante fideiuſſione pro
cauſa præſtita, tenebatur, emergente cauſa ar-
morum prohibitorum, ſub prætextu prioris de-
licti reuocare reum ad carceres, vt ſiſteret, & in
contumaciam, fideiuſſorem condemnare in pœ-
nam promiſſam, & deinceps procedere pro cau-
ſa armorum: vim querelans faciendo ad fauo-
rem fiſci, eo ſub prætextu, quia fideiuſſio data
fuit pro aureis centum, & pœna prima furti e-
rat aureorum decem; & per conſequens, non
reuocato reo ad carceres ante dictam condem-
nationem, fideiuſſio aureorum centum euanuit.
Hinc fortè Prætor argui poſſet de inaduerten-
tia, de qua infra nu. 248. ſed non tenetur in ſyn-
dicatu, quia in nullo errare eſt magis Diuinum,
quàm humanum, & non ſufficit dicere, quòd
Prætor noluit procedere, vel concedere, niſi po-
nes acta conſtiterit, quod fuerit requiſitus, l. 4.
§. hoc autem iudicium, ff. de damn. infect. vltra
quod fideiuſſio data pro vna cauſa non ſe exten-
dit ad aliam cauſam, vt ſuprà in 2. par. num. 198.
& 199. Poſſet, quia immo fideiuſſor, aut prin-
cipalis ſi vocatur ſub pœna d. fideiuſſionis, nec
cauſam Iudex exprimat ob quam vocat eos, tunc
inſtantibus illis Iudex tenetur iurare prius quam
ſe conſtituant, pro qua cauſa eos reuocat ad car-
ceres, & pro cauſa iurata intelliguntur vocati,
& non vltra, & ideo pro alia cauſa non tene-
buntur parere, Foller. pract. crim. in fragment.
numero 251. Alber. Brun. conſil. 83. circa pri-
mum, col. fin. ſequitur Farinac. de carc. & car-
cerat. quæſtio. 34. numero 31. & 32. vbi alleg.
Gabr. conſil. 177. numero 11. libro 2. conſil. 181.
libro 1. Doct. in l. 2. ff. ſi quis caut. Hercul. tra-
cta. cautio. cap. 23. numero 20. Rom. conſil. 58.
numero 10. & 11.

Ad hoc reſponderi poteſt, quod relaxatus pro
vna cauſa, præſertim in Statu Mediol. (in quo
Iudices non habent arbitrium) non poteſt ad
carceres reuocari, niſi nouis ſuperuenientibus
indicijs, vt docet Clar. quæſtio. 46. verſic. pari-
ter, propè fin. quia, cum fideiuſſio ſit ſtricti iu-
ris, Marſil. per me allegat. in dict. rubr. numero
95. & 108. vt ſuprà in 2. par. ſub numero 221. ad
nouum delictum non ſe extendit, Boſſ. de ſen-
tent. numero 60. & 61. Nec obſtat ſi dicatur
Boſſ. loqui, ſi reus eſt relaxatus fideiuſſore, &
rebus ſic ſtantibus, non erat condemnandus;
200 † quoniam ad defenſam Prætoris duplici mo-
do reſpondetur, primò, quando fideiuſſio eſt
longè maior pœna imponenda reo (caſu quo eſ-
ſet conuictus, vel confeſſus) tunc ſi reus habet
vnde luere pœnam, & tractatur tantùm de pœ-
na pecuniaria, & non ſuperuenerint noua in-
dicia, ſed per contumaciam tantùm ſit condem-
natus, non eſt opus monere illum vt ſiſtat, er-
go nec eius fideiuſſorem, l. cum principalis, vbi
Dec. & Cagnol. de reg. iur. c. aſſeſſorium, eod. tit.

Google

quia nil deperit fiſco,arg.l.2.§.item Varus,ff. de
àqu.plu.arc. Secunda ratio eſt,quia fiſcus ipſe,de
cuius intereſſe tractatur, ſi ad ſententiam deue-
niri inſtat rebus ſic ſtantibus, & concurrat eius
votum cum voto D.Prætoris, & ambo concor-
diter condemnauerint reum, Prætor omninò
201 excuſatus remanet, † & iſte,qui plus vltra quæ-
rit, temerarius reputari debet, maximè cum ad
eum non pertineat,arg. l. qui omnia, ff. de pro-
cur.& eſt tanquam intruſus, ad inſtar illius, cui
audientia denegari debet,cap.in nomine Domi-
ni,23.diſtinct.vide infra lit.aaa.Imò non dicitur
dolo carere, qui fungitur officio, & vice notifi-
catoris, ſeu proprius exploratoris, cum ad eum
non ſpectet,Menoch.de præſump.lib.5.præſum,
3.nu.106.& dicitur eſſe in mera,& manifeſta ca-
lumnia,Clar.§.fin.q.7.verſ.fin.in fin.præcipuè ſi
aliàs querelas porrexerit, vel ſi intereſſatus cum
alijs querelatoribus, aut ſuper aliorum querelis te
ſtificatus fuerit,per ſupradicta num.101.& ſequ.
Sicut etiam quilibet alius, qui querelat Prætio-
rem de omiſſis citationibus, vel de huiuſmodi
omiſſionibus, quando ex actis conſtat querelan-
tem eſſe mendacem;acta enim rem notoriam fa-
ciunt,Innoc.in cap.ex inſinuatione,de appell.

Et quoniam ſuprà in 2.par.nu.242.de fideiuſ-
ſoribus plenè tractauimus, & hic incidenter teti-
gimus, ad maiorem declarationem addo; quòd
fideiuſſor de ſoluendo pœnam toties quoties af-
firmatiuè promittit pœnam ſoluere toties, quo-
ties contrafactum erit, non tenetur ſemper, & in
infinitum; ſecus, ſi promiſſio ſtàt negatiuè, vt-
puta promitto me, vel Titium non facturum
ſub pœna ſoluenda toties quoties, quia in infi-
nitum extenditur iſta obligatio, maximè ſi fa-
cere eſt per ſe delictum, vltra contemptum Iu-
dicis,arg.gloſ.l.fin.& in l.hoc genus,ff.de condi-
tio. & demonſtr. vbi diſpoſitio negatiua in infi-
nitum trahitur, ſicuti dicitur de præceptis nega-
tiuis,quæ obligant ſemper ad ſemper.ſecus de af-
firmatiuis,Rot.Ro.deciſ.10. nu.2. & 3. aliàs de-
ciſ.480.de conſuetud. ear.mihi 364. in antiq. ſe-
quitur Caualc.deciſ.27.nu.3.par.1. & in materia
plurium fideiuſſorũ, de quibus in d. 2.p. nu.228.
adde quod opinio prædicta verificatur per glo.in
l.1.in verb.iuuari, vbi Salyc. nu.6. C.de duobus
reis,glo.in l.fideiuſſoribus, in ver.nomina,& gl.
in l.Paulus,& in verb.& vſurarum,ff.de fideiuſſ.
Rot.Sicil.deciſ.1.nu.15.& ſeq. lib.2. Capic. de-
ciſ.51.nu.8. & 19. vbi de rata inter eos diuidẽda.

202 *KK* † Ad omnem alium bonum finem, & ef-
fectum:)hæc clauſula infert ad conſtituendum
Syndicatorem in mora, dolo, & culpa, ac negli-
gentia, vt communis practica ſeruat, l. mora. de
vſur.& habet vim præambulæ nunciationis,Dd.
in rubr.ff.de nou.oper.nunciatio.& facit Pap. in
for.libell. in act. no. op. gloſ. nouum opus, circ.
princip. & alios mirabiles effectus operatur, de
quibus infra per diſcurſum, & per DD. in l.non
ſolum,§.morte,ff.eod.

ll Poſt tempus:)vide tex.in l.is qui, C.ad Tur-
pill.& Put.in ver.bannum,cap.1. num.3. & dixi
ſuprà num.9.& 10.in hac 5.par.& Scap.tract.iur.
non ſcript.lib.3.cap.20.num.11.

mm Proteſtando ex nunc:)vide ſuprà in prin.
huius libelli, & Bart. in d.l.non ſolum, §.morte,
num.60.de nou.oper.nunciat.& talis proteſtatio
vtilis eſt, vt inquit Put. de ſyndic. in ver. inſtan-
203 tia, c.2. nu.2. & de clauſula, † ex nunc prout ex
tunc,dixi in pract.de teſt. in ver. clauſula, & Ca-
ualc. deciſ.45.nu.8.& 9. par.1. vbi conditionem
importare declarat, & proteſtationem hanc re-
trotrahi ad tempus futurum, Menoch. de arbit.
caſ.185 num.25.

204 *nn* Et inſuper:) de iure communi † accuſator
tenetur ſatiſdare, ſi ab accuſato petatur, Carauit.
ſuper tit.Mag.Cur. 199. nu.4. quem refert Clar.
quæſtio 18.& multò magis, quando Syndicator
cognoſcit querelatorem calumniari velle, l. 1. §.
calumniatores,ff.ad Senatuſconſ.Turpillia.vide
Farinac.de accuſat.q.16.in princ.

205 *oo* Damnis,& intereſſe:) † de ijs ſuprà dictum
eſt lit.ii.& per Pap.in for.libell.in act.real.glo.&
in florenis, & ibidem additio. vide Menoch. de
arb.caſ.122. Put.in verb.expenſæ,c.1. nu.4. per
Farinac.de accuſat.q.16. nu.7.& ſeq. Cano.in c.
cum dilecti,de dol.& contu.Catal.eod.tract.nu.
111.& 112.Et ſicut Iudex de barataria conuictus
tenetur ad reſtitutionem quadrupli,ita & calum-
niator in quadruplicatis expenſis cõdemnari de-
bet,Put.in verb.barataria,in prin.& in verb.cor
ruptio,c.1. nu.6. at ille, qui eſt ſolitus querelare,
tenetur in duplicatis pœnis (quamuis querelæ
ſubſtantia ſit parui momenti) l.omnes, C. de di-
lat. lib.11. & cui pœna quadrupli applicanda ſit,
vide Carpa.ſuper ſtatu.Mediol.c.9. c.40.c.42. &
c.47.216.& 217.vol.2.& infra lit.qq.verſ.quere-
lare,& omninò Rebuff.de expenſ.& damnis, &
intereſſe, vbi omnia practicabiliter occurrentia
ſine multiloquio declarat. Damna iuramento
liquidantur, Phanuc.de in lit.iuran.par.2.nu.74.
Plot.ibidem,§.38.num.3. Maſcard.de probatiq.
concl.470.num.2.& damna non veniunt in ſim
plici condemnatione facta de expenſis litis pro
victoria,ſed duntaxat ratione contumaciæ, Glo.
l.1.ff.de alienat.iud.mut. cau. Doctor. in l. eum
quẽ temere,C.de iud. Caball. Milleloq.947.p.1.

206 † Et ſi Iudex,aut Prætor aliquid pro famulo
ſoluit,ab eo repetit; Put. in verb.familiaris, c.5.
nu.8.& in verb.pœna,c.7.nu.13.Rimin.iun.cõ-
ſil.303.lib.3.Boſſ.tit.de accuſat.nu.27.Clar.q.62.
verſ.ſed nunquid,& ibi addit.nu.18.& 19.& 20.
Maſcar.de probat. concluſ.24.& 25. & banna li-
quidantur iuramento contra calumniatores,
Phanuc.de in lit.iuran.part.2. nu.74. Plot.in re-
pet.l.ſi quando,§.38.num.3.C.vn.vi. Maſcar.de
probat.concluſ.470.num.7.

207 *pp* † Iniuria officiali facta grauiùs punitur,
maximè pro querelis falſis,& extorſionibus im-
pictis,& baratarijs,Put.in verb.iniuria officialis,
c.1.Rondinel.eod.tract.nu.67.& 68. Boſſ.in tit.
de offic.corrupt.pecu.num.35.& 37.vt.infra ſub
nu.269. Et quando Prætor videt contra ſe porri-
gi querelas iniuſtas, cautela eſt reconuenire que-
relantes de iniuria, Put. in d.ver. iniuria officia-
lis,c.1.num.4.vide infra lit.dddd,& gggg. Nota,
quòd Iudex ordinarius non poteſt procedere cõ-
tra illum offendentes (vt ſuprà dictum eſt) ſed Iu
dex noſter poteſt conoſcere, & bannire delin-
quentes, tam in ſuos famulos,quàm in ſeipſum.
Nell.de bannit.2.par.primi temp. nu.9. Recon-
uentio pro iniuria, & damnis datis permittitur,
vt ſuprà num. 374. & iniuria facta officiali po-
teſt purgari, ſed qualiter vide Farinac. de delict.
& pœn.q.17. Franc.Marc.deciſ.34.nu.6. & licet
Iudex ordinarius non ſit Iudex competens in co
gnoſcendo circa iniuriam ſibi factam, quando
pœna eſt arbitraria,l.1. & ibi gloſ.& DD. C. ne
quis in ſua cauſ.& Farinac.d.q.17.nu.44. tamen
Iudex noſter poterit iniuriantem ſibi bannire,&
punire,

Google

punire, Neſſ.de bann.in p.1.temp. nu.9. Bart.in l.ſi quis fortè,§.ſi quos,ff.de pœn.& iniuria facta officiali non tollitur proteſtatione,l.1.vbi Scrib. ff.quod quiſq; iur.& in l.non ſolum,§.morte, de nou.oper.nunciatio. An autem iniuria in dubio cenſeatur facta Iudici, tanquam Iudici,& ſeu vti publicæ perſonæ, aut tanquam priuato, in hoc multum refert, propter qualitatem pœnæ, & recurrendum eſt ad coniecturas, Put. in d.tract. in verb.iniuria officialis, cap.3. num.4. & in verb. remotus ab officio, cap.1.in fin. Capic. Deciſio. 130. numero 12. Qua de re conſiderandum, an ex cauſa adminiſtratæ iuſtitiæ, & eius officij, & tunc tanquam officio ſuo, & officiali iniuria facta cenſetur. Si verò ex cauſa omnino ab officio aliena, tunc præſumitur facta tanquam priuato, dic vt in prima parte, ſub numero 225. & in 2.parte,ſub numero 65. & alibi,& per Boſſ. in tit. de iniur.in fin.& per Clar.quæſtio.68. verſic. iniuriam faciens officiali, D. Menoch. de arbit. caſ.263.numero 11. Roland. conſil.48. numero 1. volum. 2. vbi de alapa data officiali, Farinac. de delict.& pœn.quæſtio.17.numero 38. Catal. de ſyndic. in fin. vbi tradit cautelam, vt proteſtetur, de iniuria in cauſa reconuentionis. Hic volo, vt ſcias quod quando iniuria eſt notoria, tunc Iudex poteſt iniuriantem punire, Innocent. in cap.ex parte,de verborum ſignification. Abb. in cap.dilectus,numero 3.de pœn. idem in cap.1. vbi Gloſ.extra de malefic.

208 qq † Querelare ſolitus, de quibus teneatur, vide ſuprà litt. oo. Hunc autem fama non excuſat,nec indicia, nec præſumptio, nec etiam ſemiplena probatio,nec Principis reſcriptum,nec vllus color, de quibus omnibus apud Maſcard. de probat.concluſ.254. nu.40. Farinac.q.25.nu.74. de accuſat. Boſſ.eod tit.nu.28. Menoch.caſ.321. & etiam puniri poteſt in perſonam, & in amputatione capitis; ſecundum Bald. in l. data opera, cit.fi. C.de accuſ. Frãc.Marc.deciſ.738.p.1. Laur. Ten.caut.1.nu.6.cũ ſeq. Qua de re quidam Procurator, qui ob malum patrocinium fuit à Senatu condemnatus in damnis, & expenſis verſus clientulum,tempore ſyndicatus volens ſarcinam indebitè ſuper dorſum Prætoris inijcere,allegando culpam illius, non potuit audiri à ſyndicatore, eo quia etiam coram Senatu ſe de Prætore condoluit hac de cauſa, & tamen fuit à Senatu condemnatus, & ſic vti notorius ſuccumbens, à ſyndicatore ſtatim repellendus erat, quod eſt notandum,vide ſuprà num.112.& infra lit.yy.

rr Nec ab illis:) vide ſuprà nu.100.& ſeq.

ſſ Nec ab alio nomine alieno:) dixi ſuprà num.49.& 50.

tt De mandato:) dixi num.49.& 50.

209 uu † De populo:) dixi nu. 112. vide Farinac. tit.de accuſat.q.12.nu.8.cum ſeq.& nota,quòd ſi fiſcus eſt præſens, nemo debet vicem fiſci aſſumere, & ſi ſub eo prætextu aliquid facit quod repugnet facto fiſci,nõ debet nocere Prætori,amota concluſione;vide ſub litt.ii.nec obſtat id,quod dicit Peregr. de iur. fiſc. quia eius dictum procedit,ſi fiſcus non eſt præſens, & accuſatio non fuit inſtituta;DD.in l.1.ff.de popul.act.vide ſuprà in 4.p.ſub nu.275.276.& 280. ſed quando ſuper accuſatione proceditur, & ſententia oritur ſic inſtante fiſco,& cum voto fiſci,vt in Statu Mediol. obſeruatur,tunc Prætor non poteſt redargui tempore ſyndicatus de culpa ipſius,& fiſci, quicquid fit contra alios, niſi interuenerit dolus, vel barateria, aut colluſio inter fiſcum, & Prætorem, vt ſuprà in verb.dolus, & in ver.baratária, quod eſt notandum,quia quotidianum, Put.in vet. Iudex, c.3.nu.4.& videtur facere Menoch.de arb.q.53. nu.9. Nam dici ſolet, quòd error communis facit ius,l.1.C.de teſt.l.fin.in fi. de offic.Præſid. & infra nu.241.& 248. & Felyn. in c.de ijs, in 8.limit.de accuſat.at ſi de colluſione conſtaret,& de iniuſtitia ſimul, tunc querelans bonum opus faceret,gl.fin.in l.Imperatores,ff.de re iud. vbi Iaſ. Boſſ.tit.ſi aduerſ.rem iud. teſtit. poſtulet, nu.12. & 13. Farinac.de inquiſit.q.4.nu.13.14.et 15.vbi
210 colligitur, quod facta per † colluſionem, nedũ nulla ſunt,vt de compoſitionibus,& huiuſmodi, ſed colludentes pœna graui plectendi ſunt. At ſi reus minori pœna condemnatus fuerit,iterũ moleſtari poterit colluſione detecta; Boſſ.d.tit.ſi aduerſ.rem ind.reſtit.poſtul.nu.12. & 13. quod facit contra illos Procuratores, Aduocatos, & huiuſmodi, qui colludunt cum Iudice pro ſaluandis reis in caſibus atrociſſimis, & abominabilibus; & ineauri, vel aliter non conſiderant, quod animam mittunt in gehennam,vnde hæc iniquè
211 confiſo agenti tuba canet. † Perſecutio ergo priuatorum delictorum non permittitur, niſi parti læſæ,ſecundum communem ſententiam, de qua teſtatur Gomeſ. de delict.c.10. & Clar.§.1. Boſſ. tit.de præuaricat.calum.num.11. Cumia.de ſyndic.c.24. nu.80. Hinc eſt etiam, vt ſi ſcriptor alicuius Cauſidici inimici Prętoris, vel famulus alicuius perſecutoris, vel querelatoris tempore ſyndicatus ferat ſchedulã, in qua plura impicta ſint contra Prætorem, eò quia ſua non interſit, tanquam calumnioſus ſit ſtatim repellendus, & etiã condemnandus vt temerarius,tot.tit.de pœn.temerè lit. & præſumitur de mandato eius, cui famulatur denunciaſſe, ſtante odio contra Prætorem,per l.1.& 2.& ibi gl.ff.de ſeditioſ. Boer.eod. tract.de ſeditioſ.7.præſumpt. nu.34. Ro.cõſ.152. nu.4.& 5.eſt enim inſtigator iſte inimicus,& ſeditioſus, quo caſu audiri non debet, c.in nomine Domini,23.diſt.vide infra in verb.iuſtitia, lit.a, vi.gl.in rubr.de popul.act. vbi quando pœna pecuniaria fiſco applicatur quilibet de populo poteſt agere,& tex.l.fin. C.de ling. Aluiſ.de Alber. ſing.80.car.169. vt.inf.in gloſ.teſtes, ſub nu.230.

xx Pœna:) dic vt ſuprà lit.uu.

yy Qui dicta de cauſa querelarunt, non ſunt iterum admittendi eadem de cauſa, Put. in ver. officiales ad ſyndicandum,cap.3.nu.5.& in ver. compoſitio.cap.4.nu.3.dixi ſuprà num.112.

212 zz † Iuramento:) hoc eſt iuramentum veritatis,& certificationis, de quo in pract.de teſt. par. 3.num.50. cum plur.ſeqq. Pract. Pap. in for.lib. præparat.in act.real. & ibi gloſ. in verb.compellatis, vbi in ſimili videtur, quòd ſapiat naturam iuramenti calumniæ, de quo etiam infra, & tenetur Iudex prouidere, & ſupplere defectum partis, Put.in ver.officium Iudicis, nu.3.4.& 5. ponit caſus, in quibus Iudex ſupplere poteſt, facit Caual.deciſ.7.num.25. par.1. ſicuti Iudex ex officio poteſt condemnare etiam in expenſis, & damnis non petitis, Aſin.pract.§.32. cap.2.ampliat. 54. vbi de expenſis factis ante litem conteſtatam, & non ante, & etiam cum non fuerint petitæ, omittere poteſt, quia ſi non vult non tenetur, vt ibi num.4. & dicit, quòd petitio expenſarum (quamuis implicita) tenet, nu.5. & quod expenſæ peti poſſunt etiam ea die, qua ſententia eſt latura, num.6.& 8.

Digitized by Google

aaa Iniuſtitia:) ſi abſque dolo, & baratria
ſequatur iniuſtitia, Iudex in ſyndicatu de con-
ſuetudine non punitur, dixi ſuprà num. 61. &
iniuſtitia etiam fieri dicitur denegãdo iuſtitiam,
ſuprà litt. o, Put. in ver. Iudices, cap. 12. 13. 14. &
18. & 19. nu. 3. multò magis iniuſtitia fit in com-
mittẽdo, per l. qui facit, de reg. iur. & Put. in verb.
Iudex malè iudicans, cap. 2. ſub num. 3.
213 † Vnde infertur, quòd ſi arguatur Iudex ob
capturam ſtatim conceſſam ſine legitimis indi-
cijs præcedentibus, etiam quod modico inter-
uallo facto captum relaxari mandauerit, & quod
modica captura non dicatur captura, vt ſupra in
2. par. num. 9. cum ſequ. tamen ob expenſas de-
curſas Iudex teneretur, niſi periculum eſſet in
mora, vel niſi porrecta querela accuſator iurauer-
ait accuſatum eſſe ſuſpectum de fuga, multò ma-
gis ſi capturandus eſſet forenſis, Bald. in l. & ſi
certus ff. ad Sylleian. vbi dicit Iudicem non me-
reri pœnam, idem Bald. in l. conſentaneum, C.
quomodo, & quando Iudex, Blanc. de indic. nu-
mer. 7. & 8. in fin. Hippolyt. ſingul. 93. Amad. de
ſyndic. num. 252. Dec. conſil. 189. vltra quod ca-
ptura eſt Iudici arbitraria, quod intellige, vt in
2. part. num. 22. & alibi: ideò Iudex ſi in conti-
nenti relaxauit, eſt excuſatus, nam quæ incon-
tinenti fiunt, non veniunt in conſequentiam,
not. Bart. in l. in rebus, §. poſſunt, ff. commodat.
& quoad ſententiam, quamuis iniuſtam, ſi caret
dolo, Iudex non tenetur actione iniuriarum,
Put. in ver. iniuria officialis, cap. 4. num. 2. l. in-
iuriarum, §. idem, de iniur. ſed magna pro Iudi-
ce excuſatio affertur, ſi incautus ſupplantatur ver
bis, aut facto ab illis, qui ſupponunt ſcripturas
penes acta originalia falſas, vel non authenticas,
vel adimunt ex filtia originalium aliquam ſcri-
pturam, & ſupprimunt, & ij incurrunt pœnam
committentis ſcachum, vt in Statu Mediol. quæ
214 eſt pœna furti, † vt cauetur in nouis ordina-
tionibus, ſeu earum additionibus, in tit. quo-
modo condemnandi ſunt, qui committunt ſca-
chum, edit. anno 1559. die 25. Februarij, & e-
tiam in pœna falſi, Clar. §. falſum, verſic. ſunt &
alij, & in verſic. partum ſupponens, (licèt defi-
ciat talis verſ.) de quo vide Boſſ. in tit. de part. ſup
poſ. addentes ad Clar. ibi num. 171. vſque ad nu-
215 mer. 200. † & in dubio Iudex præſumitur po-
tiùs circumuentus, quàm quod iniuſtitiam fa-
cere voluerit, cap. bonæ memoriæ, de electio. l. 2.
C. de offic. ciuil. iud. Maſcard. de probatio. con-
cluſio. 1139. volum. 2. Bald. in l. generaliter, C. de
Epiſc. & Cler. Put. in ver. Iudex, cap. 1. num. 14.
& in ver. Iudex malè iudicans, cap. 1. num. 10. &
in propoſ. omninò Menoch. de præſumpt. lib. 2.
216 præſumpt. 66. vbi latè, † & Iudex poteſt ex cau-
ſa denegare audientiam, cap. in nomine Domi-
ni, 23. diſtinct. vbi in caſu intruſionis, & ſic de il-
lo cuius non intereſt, facit 3. quæſtio. 1. §. pater.
Item denegatur audientia in foro Eccleſiaſtico
in caſu ſchiſmatis, & ſeditionis, vt 23. quæſtio. 5.
§. non vos. Item in caſu cum quis recipit Eccle-
ſiam de manu laici, vt 16. quæſtio. 7. ſi quis dein-
ceps; Similiter illis, qui declinauerunt forum;
Item ſi quis abſque authoritate Superioris ex-
communicat ſuum maiorem, 21. diſtinct. cap. in
tantum, ſic audientia denegatur illi, qui in legem
delinquit, l. auxilium, ff. de minor. Et ſi Iudex
querelatus ſit, quòd noluit iudicare, vel aliquam
declaratoriam facere, vtputa quòd apocha ha-
beatur pro recognita (quamuis ſcripturas vide-
rit) non poteſt de hoc ſyndicari, docto de impe-
dimento, vt ſuprà in verb. negligentia, vel quan-
do adhuc durat inſtantia, & poteſt declarari, &
nihil deperit ei, pro quo declaratio erat fienda,
217 Amad. de ſyndic. numer. 247. † Impedimenta
ſunt, cauſarum multitudo præuentio, appellatio
aduerſarij, taciturnitas litigantium, tempus di-
lationum, ordines ſuperiorum, & alia emergen-
tia, de quibus paſſim dixi ſuprà.

Similiter ſi Iudex inculpatus ſit, quod noluit
procedere contra officiales ſuos pro aliqua impi-
cta extorſione, vel de indebita executione, pote-
rit excuſari, ſi licentia exequendi data fuerit exe-
cutoribus ab alijs magiſtratibus ſuperioribus,
quia Iudex inferior non poteſt ſe ingerere, vbi
maior manum appoſuit, dixi ſupra in 1. par. num.
244. poteſt etiam excuſari Iudex, quando execu-
tores ab eo non dependent, vt ſupra dixi in ver.
officialem, lit. a. & in ver. negligentes, lit. o. &
vtroque caſu adeundi ſunt ſuperiores, item excu-
ſatur Iudex, ſi adhuc punire poteſt executores,
arg. l. nec non, §. ſed quod egit, ff. ex quib. cau. ma-
ior. & in omnem caſum, quando famuli Poteſta-
tis ſunt ſyndicatui præſentes, actio eſt dirigenda
contra ipſos, coram Syndicatore, vel coram alio
iudice competenti, & non contra Poteſtatem, vt
admonet Io. Lopez in c. per veſtras, in 5. notab.
§. quinto dicitur, num. 30. in fin. Verum non con-
ſtito, quòd Iudex dolo aut baratatia omiſerit iu-
ſtitiam adminiſtrare, non poteſt ſyndicari per ſe-
pe deducta, ſed ſi ex actis nil conſtet contra exe-
cutores, & per prætenſos grauatos nihil ſubmi-
niſtratum ſit, ad quod per iudicem interpellati
fuerint, cur culpam eorum retorquere ſatagunt
in iudicem? imputent ergo ſibi, cap. damnum,
de regul. iur. nec obſtat, ſi mandaretur iudici à
ſuperiore, vt viriliter procederet contra executo-
res, cum iuſſio oritur à precibus partis, & pars ſua
incumbentia facere neglexit, quia Iudex excuſa-
tur, l. fin. ff. ad Syllan.
218 *bbb* † Lis adhuc ſub iudice pendet, & qui-
dem calumnioſa eſt querela illius, qui condolet
ante grauamen illatum, vel antequam illud ſen-
tiat, l. ex conſenſu, in princ. ff. de appellat. quia in-
ciuile eſt, niſi tota cauſa expedita, doleri, l. inciui-
le, de leg. Melchion. de facin. inter conſ. crim. di-
uerſ. conſil. 79. in fin. tom. 1. ſicut dicitur, quod à
futuro grauamine appellari non licet, Diac. reg.
42. vide Lancellut. de Prætor. §. 11. fol. 185. quam
uis Put. in ver. appellatio. cap. 3. num. 10. videa-
tur tenere contrarium pendente appellatione, &
quod Iudex interim teneatur cauere de indemni
tate, nihilominus non ſeruatur de conſuetudine
tantus rigor, niſi ſententia eſſet euidenter iniqua,
vide ſuprà in ver. iniqui, lit. q. & in ver. culpa,
lit. r. & quicquid ſit, aliud eſt ſi Iudex adhuc non
ſententiauit, & viget inſtantia, & ſententiare po-
teſt, Put. in verb. inſtantia, vbi per multa capitu-
la, nec poteſt dici hoc eſſe, quod ab hoc contin-
git abeſſe, l. neque natalis, cum ſimil. C. de pro-
219 bat. † & quoad appellandum à futuro graua-
mine, vide Lancellot de attentat. & adde, quòd
appellatione pendente præſumitur pro ſententia,
Abb. in cap. quoniam contra, col. 9. verſic. in 2.
membr. de probat. vbi Felyn. num. 22. Gab. com.
concl. tit. de ſentent. concl. 6. num. 20. & præ-
ſumptio eſt, quòd Iudex ſententiam iuſtam tule-
rit non doloſè neque malitioſè, aut alia quauis
illicita cauſa, Alciat. de præſump. reg. 3. præſum.
9. num. 1. verſic. præterea, pulchrè Menoch. de
præſumpt.

Digitized by Google

præſumpt.lib.2.præſumpt.66.num.24.25. & 26. Vnde non video, quo iure pendente appellatione iudex poſſit in ſyndicatu moleſtari ex cauſa dictæ ſententiæ, niſi quando notoriè conſtaret de dolo, & de patenti nequitia, quæ res difficilis eſt probationis; quælibet enim cauſa etiam colorata, et vt fertur beſtialis, excuſat à dolo, vt aliàs dixi.

220 † Item appellari poteſt à Decreto iudicis ſeu ſyndicatoris admittentis aliquem minus legitimè contra officialem in ſyndicatu. Neuiz.conſil.17.num.74.Felyn.in cap.inter Monaſterium, de re iud. quia admiſſio, & non admiſſio dicuntur ſententiæ interlocutoriæ, Franc. in cap. cum ceſſante, num.36.& ſeq.de appellat.dixi in 4.par. ante num.303.lit.F.

221 † ccc Nec à forenſibus:) vide quæ ſuprà dixi, & ille propriè dicitur forenſis, qui non eſt ſubditus, Dec.conſil.550. num.8. & conſil. 661. num.6.& 7. Menoch.conſil.74.vo.1.Caualc.deciſ.2.num.15.& 31. cum ſeq. par.1. Carpa. ſuper ſtatu.cap.311.num.8. & ſuprà in verbo, inſuper, lit. n. & in publicis delictis forenſis accuſare poteſt, Farinac. de accuſat.q.12. num.11.vide ſuprà lit.uu.verſ. de populo, multa congerit Bonacoſſ. in ſuis quæſt.crimin.ad ſtatu.in ver. forenſis.

222 † ddd Ignotis;) ij quidem non admittuntur de iure tanquam accuſatores carentes nomine, Gand. de malef. in rubr. qualiter fiat accuſatio. num.6. pulchrè Boſſ. de accuſat. num. 3. vbi tradit requiſita ad accuſandum, videlicet nomen accuſatoris, & accuſati, & alia multa, Farinac. de accuſat.q.12. num.6. Impium eſt enim ignorare accuſatorem, à quo, & contra quem indebitè accuſati damna reſarciri deberent, Bart. in l. 1. ad Turpill. & ignota perſona non poteſt in teſtem admitti, dixi in pract.de teſt.par.4. num.101, tamen ſemel habui in facto in quadam cauſa valde ardua, quod quidem latuatus patefecit mihi magnum delictum, & aperuit viam ad inquirendam, & inueniendam veritatem, & ita res clarè in lucem venit, & de libello incerto vide Pap in for.libel. reſp.in act.real. vbi glo. in verb. libellus incertus, plura per Farinac. de accuſat. q.12. ſi incertitudo cauſatur à facto rei, admittitur, Bart. in l. qui autem, ff.quorum legat. & poteſt declarari per probationes, idem Bart. in l. inter ſtipulantem, §.ſi Stichum, num.7. & 9.ff. de verbor.obligat.

223 eee Bannitus;) † non admittitur ad accuſandum, not. gloſ. in l. qui iudicio publico, in verb. mortè. ff.de accuſ. Clar.q. 14. verſ.quintus eſt caſus, Put.in verb.inquiſitio, cap. 3. num.1. 2. & 3. & in verb.inobedientia, cap.1. Farinac.alios omnes allegans, tit. de accuſat. quæſtio, 12. num. 24. pulchrè Rom.conſil.152. Baiard.ad Clar.quæſt. 44.num.26.cum plur.ſequ. idem Clar. quæſt.33. verſic. quæro nunquid, vbi nec teſtificari poteſt Bannitus contra officialem in ſyndicatu, niſi in caſibus pectoralibus cum ſaluoconductu. Hinc eſt, quod ſi quis à Prætore in contumaciam fuerit bannitus, & tempore ſyndicatus mittat querelam tangentem nullitatem banni, non eſt vllo modo audiendus; quoniam eſſet per indirectum facere ſuas defenſiones, contra tex. c. cum quid, de reg.iur.in 6. & contra ius iam quæſitum fiſco in vim contumaciæ, vt infra lit. pppp. & per Melchion. inter conſil.crim. diuerſo. conſil.79. in fi. par.1. & per not. à gloſ. in l. qui iudicio publico, in ver. mortem, ff.de accuſat. vbi bannitus pro crimine publico, nec etiam in criminalibus exceptis accuſare poteſt, Clar. dict. quæſtio. 14. ver. quintus eſt caſus, Put. in verb. inquiſitio, cap. 3. num.1. 2. & 3. Farinac. dict. quæſtio. 12. Nec alius pro dicto bannito, ſiue pater, ſiue filius, frater, agnatus, aut cognatus, vel affinis poteſt querelare, Clar. quæſtio.9. ver. iterò quæro, Alexand. conſil.81. reuocatur num.4. volum.5. præſertim in Statu Mediolani, vt inquit Iaſ. in l. is qui, ff. qui teſtamen. fac. poſſ. quamuis ad probandam innocentiam banniti de iure tertius admittatur, vt firmat idem Iaſ.ibi, & refert Mynſing. obſer. 88. cen. 11. non tamen admittitur ad querelandum Prætorem, Rolan.conſil.43.num.11.vol.1. Nec tenet ratificatio, cum principalis ſit diffidatus, & dicitur hoſtis Ciuitatis; quod qualiter procedat, vide Boſſium in tit.de crim.læſ.Maieſtat. numero 94. cum ibi per eum adduct. & hic ſcias quod ſecuti bannitus non poteſt ſub quouis colore impugnare ſententiam banni, vt ſupra nec etiam fiſco licebit impugnare illam pulchrè Bertazol. Conſ. Cri. 259. num.1.& 2. vo.2. per reg. non licet actoris, & l.nemo plus iuris, de reg.iur.

Sed ad prædicta aduerte, quia ſi bannitus ante bannum accuſauit aliquem, tunc poſt bannum poterit accuſatio proſequi ab eo per Procuratorem; vt eſt Glo.& Bart.in rubr.C.de aleat.lib.11.

224 Cæterùm † bannitus admittitur in teſtem ad inquirendum in aliena cauſa graui, & quando in huiuſmodi veritas ab alijs haberi non poteſt, idē Boſſ.in tit.de inquiſitio.num.58.& latè dixi in 4. par.pract.de teſt.& per Farinac.latiſſimè in tract. de teſtib.56.Similiter ſi bannitus in alia cauſa pro qua non fuit bannitus ante bannum accuſaſſet officialem, vtique poſt bannum per procuratorem poterit accuſationem proſequi, gl.& Bart. in rubr.C.de aleat.lib.11. Et notãdum, quòd in Statu Mediolani adſunt duæ ordinationes, primus anni 1547. & alter anni 1558. quibus cauetur, quòd ſi plures in aliquo facto interuenerint, in caſu incertitudinis illius, qui vulnus intulit, omnes comprehenſi poſſunt æquè in contumaciam condemnari in pœnam ſtatuti. Rurſus quoad bānitos, ſi aliquis fuerit bannitus in contumaciam culpa, & defectu ſui Procuratoris, vt tetigi ſuprà lit.qq. in fin. non eſt Procurator ille negligens audiendus poſtea in caſu ſyndicatus contra Prætorem, ad impugnandam nullitatem banni, niſi ex ordine Superiorum, vices Principis habentium, ad nouas defenſiones ille bannitus fuerit admiſſus, per iura, & rationes in princ. huius gloſ. adductas, multò minus poſtquam bannum tranſactum eſſet in rem iudicatam, quæ pro veritate

225 habetur, & facit † de albo nigrū, & è contra, l.ſi quis vltro, ff. de quæſtio, Boſſ.in tit. de ban. quid amittant, num.20. At ſi citati non compareant, ſibi imputent, tot. tit.ſi quis iud. non obtemp. quoniam verus contumax dicitur, l.Senatus, §.quod ſi tribus, ff.de iur.fiſc. Stracha de Mercatur.tit. de decoctor.in 1.par.vlt.par.num.29. & circa quantitatem citationum attenditur ſtylus loci, & ita etiam quoad modum citandi, Vant. de nullit. ex defectu cit.num.75.verſic.diximus, tex.in l.minimè, de leg. & in Decretis manuſcriptis in Cancellaria DD.octo de Balia Florent. cauetur quòd ſi quis delatus fuerit de aliquo delicto, & citatus bis fuerit, ſi ſteterit contumax torqueri poterit, etiam ſi non adſint indicia, ſed duntaxat querela, anno 1551.die 15. Decembris, quod declaratum fuit anno 1559. die 7. Septembris, & hic tenebitur probare ſuam innocentiam, tantum polleſ

effectus

Digitized by Google

effectus contumaciæ. Nam contra contumaces omnia iura clamant ita quoque ſentit Blanc. de indic. ſub num. 335. vbi pulchrè loquitur. Et poſt quam ſciuere bannitos fuiſſe, cur tempeſtiuè nō comparuere? vel ſaltem per excuſatorem legitimum non curarunt ſe conſtituere? vt de eorum innocentia docere potuiſſent, quamuis perſonaliter in cauſis, vbi ingeritur pœna ſanguinis, vel corporis afflictiua, rei teneantur comparere, & non per Procuratorem, vt ſæpiùs dictum fuit ſupra in 2. 3. & 4 par. Clar. q. 32. ver. 1. 2. & 3. Quin imò ſupremi Principes de ordinaria poteſtate nō poſſunt admittere Procuratores vbi non ſunt de iure admittendi, c. veniens, de accuſ. Mille. pract. crim. in rubr. denun. for. num. 94 Bertazol. conſil. 422. num. 13. vo. 1. latè Gabriel. com. concluſ. lib. 7. concluſ. 9. Menoch. de arb. quæſt. 82. Ideò in omnibus caſibus, qui ſunt contrarij legibus, ſtatutis & ordinationibus, Principes reſcribendo, ſolent apponere clauſolam, non obſtantibus, ſicut in Reſcriptis gratiæ, & ſufficit firma, ſeu ſubſcriptio Principis, quæ habetur pro expreſſione clauſulæ, non obſtantibus, vt ſeruatur Florentiæ breui manu.

Et poſtquam ſumus in hac tam quotidiana materia bannitorum, ne nimis diſcedamus à propria ſyndicatus tractatione, ſolent quandoque iudices querelari, quòd nulliter aliquem bannierint, & ob bannum ille occiſus fuerit, fortè ſpe lucri aut præmij à ſtatuto, vel à proclamationibus Principum conceſſi occidentibus bannitos, de quo dixi in 4. par. in materia extenſionis, circa quod ſcias, ſi bannitus quiſpiam fuit in vera contumacia, quamuis non plenè conuictus à teſtibus eſſet, ſi citatus non comparuit, ſibi eſt imputandum, ſtante ſtatuto, quòd contumax habeatur pro confeſſo, & conuicto, de quo per Boſſ. in tit. de liter. Princ. admit. ad no. defenſ. nu. 5. Clar. q. 44. Bonacoſſ. in quæſt. crimin. ſuper ſtatu. in ver. contumax, vbi plures remiſſiuè: Quoniam rei contumacia videtur eſſe in cauſa, quare fiſcus non curauit apertiùs, & concludenter intentionem ſuam contra hunc reum probare, vt ſentit Baiar. ad Clar. d. q. 44. num. 28. & qualiter dicatur contumax dixi quoque ſup. ſub nu. 318. p. 2. non ita procederet quando Iudex in conſcientia ſciret, citatum fuiſſe innocentem, vt per Marſ. conſil. 37. num. 12. & ſic vides quantum in omnibus Iudex in foro fori, & in foro poli remanet diſgrauatus, quando non facit quidquam contra conſcientiam. Punctus eſt videre ſuper validitate citationis, & inquiſitionis; nam ſi non potuit inquiri, minus citari: & ideò ſi bannitus ſit eo, quia non comparuit, res eſt periculoſa pro iudice, quandoquidem ſtatutum non intelligit illum haberi pro conuicto, & confeſſo, qui nulliter citatus non comparuit, vt declarant præcitati DD. & Vant. de nullit. ex defect. cit. per tot. & in ter. in tit. quoties, & intra quod temp. num. 44. circ. fin. vbi quælibet diſpoſitio debet intelligi de actu valido titè ac rectè facto, vt trad. Bald. in l. fin. §. in computatione, in fin. C. de iur. delib. Præſuppoſito ergo, quòd iſte ſclopum contra alium exonerauerit, nullis dictis verbis, & illum lethaliter vulnerauerit fortè tempore tripudij, aſſociatuſque à multis armatis, non ſine magno populi, & cœtus ſcandalo, etiam inimicitia præcedente ex cauſa graui, vt eſt cauſa matrimonij, & id non prouocatus fecerit, ſi de ijs aliqualia habeantur indicia, non eſt dubium, quòd potuit citari, & in contumaciam condemnari & banniri; quoniam appenſatè deliquiſſe præſumitur, Menoch. de arb. caſ. 361. nume 55. in fin. idem de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 40. num. 27. Blanc. de indic. num. 89. et 90. dixi in 3. par. in ver. inimicitia, num. 125. & ita ſi vnicuique delicto eſt ſua cauſa adſcribēda, vt dicit Boſſ. in tit. de homic. num. 62. & 63. cauſam grauem præceſſiſſe (rebus ſtantibus) dicendum eſt, & indicia præceſſiſſe, cum ſola contumacia indicium faciat, Boſſ. de indic. & conſid. an. tor. nom. 134. Farinac. de delict. & pœn. quæſt. 34. num. 174. & 178. & meritò is bannitus in contumaciam iure bannitus cenſeri debet; & eò magis cum ſemper ad omnes actus fuerit citatus, & monitus, & ſemper fuit contumax, nec vnquam, ſaltem oretenus alius pro eo verbum protulit ad illum excuſandum, vel aliter, facit Farinac. de inquiſitio. nume. 49. ver. limita.

Nec obſtat quod dicit Bald. in l. deberi, verſic. item conſidera, C. de fideicom. liber. vbi ait, non eſſe contumacem eum, qui non audet venire ad iudicium, quem refert Cott. in ſuis memor. in verb. contumax, quia tenebatur ſaltem mittere excuſatorem, ad quod vide Iaſ. in l. voica, §. vlt. ff. ſi quis iuſdic. non obtemp. Boſſ. in tit. de indic. & conſid. ant. tor. num. 135. Quinimò vna contumacia alteram ſequuta eſt, & ſic negligentia ſupra negligentiam, & contumacia ſupra contumaciam, & altera alteram grauaſſe dicitur; & in hoc verificatur illud vulgare, quòd contra contumaces omnia iura clamant, DD. in l. contumacia, ff. de re iud. imò aiunt contumaciam eſſe per ſe delictum, d. tit. ff. ſi quis in ius voc. non ierit, & tot. tit. ff. ſi quis iuſdic. non obtemp. l. omne delictum, §. contumacia, de re mil. Menoch. de arb. caſ. 153. num. 1. Farinac. de delict. & pœn. q. 18. nom. 26. declara, num. 28. & q. 34. num. 75. & diſtingue inter verum contumacem fictum; & ille dicitur verus contumax, qui perſonaliter citatus eſt, vel ter ad eius domum, vbi tunc habitabat, familia eius audiente; circa quod vide Bart. in l. fin. ff. de in integr. reſtit. Maſuer. in pract. tit. de contumacia, in princ. & alios, de quibus per Farinac. d. q. 18. num. 52. plura adducit Maſcard. de probat. concl. 450. nu. 7. & 10. & concl. 1182. nu. 77. vbi quando habetur pro confeſſo. Cum igitur ante bannum ſemper tacuerit, & poſt bannum per ſex menſes ſuperuixerit, nec ipſe, nec alter pro eo comparuerit ad aliquam ſaltem coloratam excuſationem, vel proteſtationem faciendam, dicitur aſſentiſſe, l. qui patitur, ff. manda. l. is qui tacet, cum ſimil. ff. de reg. iur. Qua de re ſi poſtea occiſus fuit à ſuis inimicis, ſub prætextu lucri, & præmij conceſſi occidenti bannitum, quid culpæ in Prætore? & in actis etiam diffamatus erat, quòd duo patraſſet iſte bannitus homicidia per aſſaſſinium; & in hoc, & in ſequenti caſu nimis fateor me dilataſſe, ſed quia amicum meum ſeruaui ab huiuſmodi querelis incolumem, volui caſus hos binos recenſere, vti quotidianam materiam, & vtilem.

Secundus caſus fuit de illo, qui de animo deliberato inquiſitus, ſeruatis ſeruandis fuit in contumaciam bannitus, iuxta ordinationes ſtatus Mediolani: Nam admiſſus ex ordine ſuperioris ad nouas defenſiones, quibus factis fuit liberatus, in præmium querelauit Prætorem tempore ſyndicatus. Sed repellēdus erat ſtatim poſtquam ex actis conſtat, quòd Senatus illum contumacem admittere noluit per Procuratorem ad facien-

cien-

ciendum defenſiones, niſi prius ſe perſonaliter conſtituerit; quod eſt argumentum approbans contumaciam, & per conſequens quòd Prætor iu re meritò illum banniuit. Et quia deduxit impedimentum infirmitatis prouenien s à culpa, & facto fieri prohibito, ipſius non fuit admiſſa hæc excuſatio, quia damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi imputet, cap. damnum, cum vulg. de reg. iur. in 6. in propoſ. Menoch. de arb. iud. caſ. 237. num. 20. Nam iuit animo deliberato offendendi alios, ſed ab eis offenſus remanſit, vltra quod non probauit tale impedimentum; quod cum ſit facti, probare tenebatur, l. in bello, §. factæ, de capt. & poſtli. reuerſ. Maſcar. de probat. concl. .. Satis eſt, quòd in actis conſtat de termino à Prætore dato illius excuſatori ad probandum tale impedimentum, vt practica ſeruat; & eum nec dolo, nec barataria, ſed inſiſtentia facta à Procuratore fiſcali, & cum voto D. Aduocati fiſcalis ſecuto banno, non eſt redarguendus Prætor, per ſupradicta, & licèt de innocentia aliorum ſociorum criminis conſtiterit, & abſoluti fuerint, id ſequutum eſt poſt bannum huius banniti, & factis exactè eorum defenſionibus, vnde non benè infertur, l. Papinianus, §. exuli, de minor. quæ ſunt valde notanda pro iudicibus iuuenibus officia gerentibus in ſtatu Mediolani.

226 *fff* Periurus:) † Nec iſte admittitur ad accuſandum, quia infamis, & debet fuſtibus cædi, Ro. ſing. 425. & periurus dicitur, quia iurat ad corroborationem actus, & iuramentum non ſeruat, ſi ſine interitu ſalutis æternæ illud ſeruare poteſt, Baiar. ad Clar. in §. periurum, num. 4. & periurus duodecim pœnas patitur. 1. cadit in pœnam l. ſi quis maior, C. de tranſact. 2. efficitur infamis facto, 3. non admittitur ad aliquam dignitatem, 4. nec in teſtem, 5. repellitur ab agendo, 6. perdit beneficia legum, 7. Clericus perdit beneficium, 8. collatio beneficij redditur nulla, 9. appellatur falſus, 10. tenetur parti læſæ, 11. nō poteſt abſolui, 12. patitur alias pœnas iuxta legum, & ſtatutorum diſpoſitionem, & intra pſſim ſuper ijs tiad. Iaſ. in l. ſi duo, §. ſi quis iurauerit, de iur. iuran. Gaſpar Caball. Milleloq. 590. p. 2. Carp. ſuper ſtatu. Mediol. cap. 107. Menoch. de arb. Caſ. 319.

227 *ggg* In amis:) † Clar. q. 14. ver. ſecundus eſt caſus, & cap. infames, 6. q. 1. l. qui accuſare, C. de accuſat. Farinac. de accuſat. q. 12 & in repert. pract. de teſt. vbi latè dixi quotuplex ſit infamia, & quomodo purgari poſſit, Put. de ſyndic. in verb. teſtes. cap. 2. vbi mala fama auget indicia, bona autem illa debilitat & minuit, l. 1. §. hanc enim legem, C. de ſum. Trin. & fid. Cathol.

228 *hhh* † Criminoſi, vt homicidæ, malefici, fures, ſacrilegi, raptores, falſarij, ſortilegi, concubinarij, & ſimiles criminoſi repelluntur, l. criminoſi, C. qui accuſ. non poſſ. Contad. pract. tit. de accuſat. num. 12. verſic. quadrageſimo octauo repellitur, intellige & declara, vt per Farinac. de accuſat. ſub num. 17. verſic. hæc limitatio, vide in 1. par. ſub num. 49. & 50.

229 *iii* † Teſtes intereſſati, qui dicantur, vide in pract. de teſt. in 4. par. & ſunt domeſtici, participes illi de familia, de Vniuerſitate, de Collegio, & ſimiles, de quibus latè num. 22. 23. 37. 115. & alibi, Boſſ. in tit. de offic. corrupt. pecun. num. 35. Neuiz. conſil. 76. num. 7. Et hic nota, quòd famuli, beruarij, milites, & alij familiares, & domeſtici poſſunt teſtificari pro ſuo Poteſtate, & Domino, in ijs, quæ non eos tangunt, dixi in d. 4. par. pract. de teſt. num. 22. & 23. & ita tenet Bald. in l. obſeruare, §. proficiſci, 8. queſt. ff. de offic. Proconſul. & leg. ſequitur Put. de ſyndic. in ver. teſtes, cap. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 3. præſertim de ijs, quæ ſciri non poſſunt, niſi ab illis de familia, & quando fides eis præſtari poteſt, vt perſonis probis, Boſſ. in tit. de denunciat. num. 12. Felyn. cap. in literis, de teſt. Put. d. cap. 1. num. 2. & 3. & cap. 2. num. 3. vbi excipit Iudæos, & num. 6. Salyc. in l. ea quidē, C. de accuſ. dixi latè in pract. de teſt. par. 1. num. 112. & par. 5. fol. 297. & 298. Maſcard. concl. 165. & 865. & 758. Et quid de curialibus Principis vide ibi in d. 4. par. de teſt. ſub num. 28. lit. l. ſecus ſi huiuſmodi tractant de ſe
230 exonerando, Marſ. conſil. 2. † & hinc nota ſemper, quòd teſtes, qui non probant pro aliquo, vt ſunt omnes intereſſati ſanguine. vel participes, ſi contra ſeipſos, vel ſuos coniunctos aliquid deponant, tenet, ſi ſint viri probi odio carentes, Maſcard. concl. 858. num. 17. Gab. de teſt. concl. 488. Simanca. Cathol. inſt. tit. 64. Rub. de teſt. nu. 47. Farinac. poſtea viſus hos alleg. nt. de oppoſ. contra perſo. teſt. quæſt. 53. num. 79. vbi dicit idem ſi pro parte contra, & partim pro deponunt, per Io. Monticell. in reper. teſt. in verb. teſtes inhabiles, & ad omnia prædicta vide Farinac. de oppoſ. contr. teſt. quæſt. 60. num. 23. & 24. vbi de famulo, de portatore, mediatore, & ſimilibus, & per tot. illam quæſtio. tamen coactè, nec pro, nec contra admittuntur, vt in pract. de teſt. in 4. par. Nec vnus teſtis de populo pro cauſa populi eſt teſtis idoneus, iux. not. per Cyn. in l. parentes, C. de teſt. Pau. de Caſt. conſil. 111. nu. 7. p. 1. qua de re ſi Iudex querelatus ſit nomine populi querelatus non debet probari per illos de populo, vi. ſup. glo. in verſic. de populo ſub num. 109. circ. fin.

231 *kkk* Capturatos,) † de ijs ſuprà dixi nu. 110. & in pract. de teſt. p. 4. num. 117. lit. N. verſic. ſimiliter, Bald. in l. ſi ipſius, C. fam. herciſ.

232 *lll* Congregauerunt:) † dixi ſuprà num. 110. & vide in pract. de teſt. par. 4. num. 117. lit. N. Put. in ver. teſtis, cap. 3. in princ.

233 *mmm* Querelas:) † aliàs dixi num. 110. & nota, quòd ſi pendente iudicio criminali, quis de eo apud ſuperiores conqueratur, & à ſuperioribus mandetur, vt reſcribatur ſtatus cauſæ, quo audito, ſuperior non dicit malè factum à iudice, ſed tacitè illud approbat factum, vtputa Iudex condemnauit reum in contumaciam, quia non ſe præſentauit, vt ſupra lit. eee. iſte ſupplicauit non potuiſſe condemnari, ſed petijt admitti ad nouas defenſiones abſque perſonali conſtitutione, & ſuperior dixit non poſſe niſi perſonaliter ſe conſtituat: ergo neceſſe erat, vt ſe conſtitueret coram Prætore, quando fuit vocatus, & ex hoc confirmata eſt ſententia iudicis, qui in nullo monitus, nec redargutus eſt à ſuperiori, facit l. Pomponius, ff. de neg. geſt. & quia per gratiam ſuperioris fuit admiſſus ad nouas defenſiones, non eſt contra Prætorem in conſequentiam ponendum, Dyn. in reg. quod ob gratiam, de reg. iur.

234 *nnn* † In ſyndicatu requiruntur teſtes idonei, & omni exceptione maiores contra virum probum, de quo benè auditur, & fama bona vniuerſaliter currit, & contra malum, & iniquum iudicem etiam inhabiles admittuntur, arg. eorum, quæ dixi in pract. de teſt. 4. par. num. 83. & vide infra lit. ooo. & ſuprà num. 109. & 110.

240 *ppp* Qualitatibus;) † qui ſe fundat in aliqua qualitate, illam probare debet, vide ſuprà in ver.

tales

Digitized by Google

tales quales, lit. z. hinc eſt, quòd multi hac de cauſa ſuccumbunt, vt ſupra in lit. q. in ver. iniqui. circ. fin.

241 *qqq* † Officiales de generali conſuetudine non ſyndicantur, niſi, vt dixi ſuprà num. 61. & ſi plures ſint iudices, vt de auditoribus Rotæ ſimul delinquentes, tenentur in ſolidum, ſed executio fit pro parte, niſi aliter eſſet non ſoluendo, Bart. in l. ſi multi, ff. de publica. Bald. in rubric. C. de pœn. iud. qui malè iudican. idem de pluribus officialibus, Petr. Raue. ſingul. 490. in re dubia omnes excuſantur, quia error communis in actis publicis facit ius, l. fin. in fine, ff. de offic. Præſid. vide ſupra, num. 209.

242 *rrr* Benè informatam :) † ſunt verba captatoria beneuolentiæ, & iuridica, quoniam Doctor ſcire iura præſumitur, l. Diuus Marcus, ff. de offic. Præſid. l. ſeptimo menſe, de ſtat. homin. §. præſcribere, Inſtit. de act. no. Menoch. præſumpt. 75. num. 44. lib. 5. l. regula, ff. de iur. & fact. ignor. & Doctores quaſi radij ſolis appellantur, l. Aduocati, C. de Aduoc. diuerſ. iud. & iuriſconſulti duos ſales habere debent, vnum ſcientiæ, ne inſipidi ſint, alterum bonæ conſcientiæ, ne ſint diabolici, vt inquit Bald. in l. 2. num. 7. C. de ſent. ex bre. recit. & refert Menoch. de arb. caſ. 339. & multa congeſſi in pract. de teſt. par. 1. num. 47. attamen Doctoribus hodie parum creditur, vnde ſunt deterioris conditionis cæterorum hominum non enim creditur Doctori, niſi alleget in teſtimonium ſibi textum, gloſſam, vel Doctorem, qui ſæpe decipitur ſi omnia ſolus ſcire præſumat.

243 † At ſi Iudex circa ſtatutum errat, quod inſertum ſit in volumine ſtatutorum, tenetur de rigore, ſed excuſatur de æquitate, Amad. de ſyndic. num. 130. vbi ampliauit etiam ſi non fuit productum, & eod. num. dicit iudicem excuſari circa ius conſuetudinarium, per cap. 1. de conſuet. in 6. nam ſi conſuetudo allegata non fuit, non arctat, l. 1. C. quæ ſit long. conſuet. Menoch. de arb. caſ. 370. num. 3. quamuis contrarium videatur ſentire Put. in ver. lis ſua, cap. 4. num. 4. ratio differentiæ eſt, quia ius ſcriptum ſemper loquitur, l. Arriani, C. de hæret. non ſic conſuetudo, quæ ſcripta

244 non eſt, † Inſtitut. de iur. nat. gent. & ciuil. §. ex non ſcripto, altera ratio eſſe poteſt propter vim iuramenti, quod à Poteſtate in principio præſtari ſolet ſuper ſtatutis ſeruandis, Put. in ver. iuramentum, cap. 1. vbi num. 5. ait, ſi duo ſtatuta ſint contraria, quod eſt rationabilius attenditur, vide in 4. par. num. 53. Item Iudex excuſatur, ſi procedit de ſimilibus ad ſimilia, & errat in aſſimilatione legis, Amad. d. num. 130. & illa dicuntur ſimilia, quorum qualitas eſt vna & eadem, & quorum ſubſtantia eſt diuerſa: & æqualia, quorum eadem eſt quantitas, idem Amad. ſub num. 131. vide in 4. par. nu. 44. 51. 104. & 116. & 121.

245 *ſſſ* † Nec poſſunt ſyndicari de geſtis extra officium, hoc eſt communiter approbatum, Bart. in l. 3. in 1. ver. not. quod ſyndici, ff. naut. caupo. ſtab. Put. in ver. familia, cap. 4. num. 5. Rondinel. num. 276.

246 *ttt* Copiam recipere :) † dictum eſt ad ſaturitatem ſupra num. 117. cum plur. ſeq. & clauſula, non aliter, multum operatur, Caualc. deciſ. 41. num. 15. par. 1.

247 *uuu* Per iniuriam :) † vide Bar. in eius quæſt. incip. Iudex, qui ob imperitiam malè iudicauit, & quæ ſuprà dixi num. 59. & idem eſt per imprudentiam iudicare, Menoch. de arb. caſ. 339. Caroc. loc. & conduct. tit. de var. extraor. cogn. vide infra lit. aaaa.

248 *xxx* Errore :) † Iudex errans ex cauſa probabili, non tenetur in ſyndicatu, Put. in ver. iudicare, cap. 3. num. 4. præcipuè ſi eſt error communis, vide in pract. de teſt. par. 1. num. 79. & in dubio pro iudice præſumitur, dixi ſupra in ver. iniuſtitia, lit. A. & in ver. lis, adhuc lit. B. & num. 209. & 243.

yyy Partes Domini Syndicatoris :) ſuprà nume. 91. & 96.

zzz Turpe aut doloſum :) num. 99.

249 *aaaa* Ex officio :) † dixi ſuprà eo. ver. num. 122. & ita cauetur in ſtatu Mediolanenſi ex noua ordinatione Excel. Senat. edit. ann. 1573. die 14. Nouembris in quibus mandatur Syndicatoribus, vt ſi quid per iniuriam aut iniciriam omiſſum aut commiſſum fuerit in proceſſibus, omnium debeant memoriam facere, & vide in No. conſtitu. lib. 1. tit. de offic. Vic. gener. & aduerte quod ibi dicitur notulam facere, & non inquiſitionem formare, meritò debet breui manu excuſationes Prætoris recipere, & iuxta grauamina ponere, & audire oretenus, vt dixi, & infra lit. bbbb.

250 *bbbb* Sine dilatione :) † Cauſa ſyndicatus eſt ſummaria, & extraordinaria, & velo leuato decidi debet, Put. in verb. libellus, cap. 1. & 2. nu. 10. & 11. vbi leuato velo dicitur ſine diſcuſſione, & examine negotij, dixi in 1. par. num. 138. Bald. in l. Tribunus, §. cum aliquis, ff. de teſt. milit. vide infra lit. e. & an Index propter breuem inſtantiam poſſit terminos cumulare, Put. in ver. inſtantia, cap. 6. num. 2. Hinc eſt quod non defertur appellationi, vide tex. in l. nulli, C. quor. app. ſicuti non appellatur à Iudice noſtro ad Principē ſi ius dicat ſuper illa cauſa ſuper quam poteſt condere legem, per l. 1. §. ſciendum, ff. qui, & a quib. Sebaſtia. Regnicol. ſuper Conſtitu. Mediol. in proœm. verſic. videmus, & verſic. Nec appellatur, quamuis inter Doctores ſit magna controuerſia, vt refert Put. in ver. appellatio, cap. 1. num. 16. qui tamen num. 18. magis communem opinionem ac veriorem eſſe ait, quod appellare poſſit huius timore; à ſtatutis & ordinationibus appellatio eſt prohibita, at ſi officialis per dolum aut barattariam condemnatus fuerit, appellare non poteſt, vt inquit Carpa. ad Stat. Mediol. cap. 131. num. 40. vo. 1. Rol. ſing. 131. Lancellot. tract. de attenta. rubr. de appellat. penden. limit. 20. ſed non eſt ſublatum remedium confugiendi ad ſuperiores, Marant. de ord. iud. in 6. par. in ver. reclamatio, num. 11. & in ver. ſupplicatio, nu. 12. par. 6. actu 2. Lancellot. de attenta. cap. 12. limit. 10. num. 16. & in materia Brachij Regij nota, quòd non appellatur, quia Iudex noſter æquiparatur præfecto Prætorio, vt in 1. par. l. 1. ff. de offic. præfect. & l. 1. §. ſciendum, ff. qui & à quib. & declara, ſi ſuper illa cauſa iudicentur, ſuper quam valet condere legem, Sebaſtia. Regnicol. ſuper conſtitut. in proœm. ver. nec appellatur, & à ſententia præfecti Prætorij non appellatur, Marant. 6. par. num. 250. actu 2. Bart. Soc. conſ. 195. incip. circ. primum, vol. 2. vbi lariſſimè Put. in ver. appellatio, cap. 1. num. 18. Menoch. caſ. 70. num. 2. & 13. multò minus à ſententia Senatus, caſ. 68. num. 34. & in caſibus celeritatem requirentibus, nec ſi ex officio proceditur, Marant. d. actu 2. nu. 319. Lancellot. de attenta. 3. par. c. 28. rubr. de ſententia, nu. 25. niſi tractaretur de ma-

gno

gno præiudicio, num.5. lib.2. & licèt in hoc ap-
pellationi deferendum ſit, tamen Iudex nō tene-
tur ſub ſyndicatu humano, ſed ſolum habet Deū
vltorem, Menoch. q.70. num.8. ſicut dicitur de
eo, qui iurauit iuramento litis deciſiuo; nam non
poteſt in foro fori argui poſtea de falſo, Fanuc. de
in lit. iuran. membr.5. num.2.3. par. Idem ſi cau-
ſa eſt remiſſa arbitrio alicuius, quia appellari non
dicitur, Lancellot. d. cap. 28. num.3. nec poteſt
appellari à futuro grauamine, Carpa. ſuper ſtatu.
Mediol. cap.131. num.40. vo.1. Diaz. reg.42. vi-
de ſupra in ver. lis adhuc. Nec cauſa quando eſt
commiſſa cum omnibus illis clauſulis, de qui-
bus in 1. par. & per DD. quos ſupradicti allegant,
& vide tot. tit. C. quor. appell. non recip. Soc. reg.
40. Oria. c. quoniam contra, 22. col. Spec. de ap-
pell. §. quibus, Nouell. concor. gl. concor. 6. vbi po
nit 121. modos, quibus appellari non licet, Duen.
reg.45. & à condemnatione Poteſtatis eius offi-
ciales appellari nun poſſunt, Marant. d.6. par. actu
2. num.301. & num.230. ponit reg. cum 9. limit.
Et licèt cauſa ſit ſummaria, & regulariter non
detur repulſa teſtibus, Abb. in cap. veniens, il 2.
col.5. in princ. de teſt. tamen fallit in cauſa ſyndi-
catus, in qua ſemiplena probatio non ſufficit, ſed
probationes perfectæ, & concludentes requirun-
tur, vt dixi num.106. 107. vide Marant. de ord.
iud. 3. par. 9. diſtinct. num.63.

251 *cccc* † Abſolutio, vel condemnatio fieri de-
bet intra tempus inſtantiæ ſyndicatus, l.1. C. vt
omn. cauſ. verum, quia etiam poſt terminum ſen
tentia lata tenet, l. patre furioſo. ff. de ijs, qui ſunt
ſui, & tenet Put. in verb. inſtantia, cap.2. cum ibi
per eum adduct. & Bald. in §. iudices, de pac. iur.
fir. vbi inquit, quòd ſi Iudex non expediat intra
tempus, non tenetur ſi pars non petijt, idem in l.
ſtatutis, C. de ſent. tamen ſtante hac præuentoria
proteſtatione, ſententia eſt nulla, ſecus ſi tacuiſſet,
pulchrè Ro. conſil. 15. plura num.4. verſic. ex qui
bus reſultat, & per hanc proteſtationem, & inter-
pellationem Syndicator conſtituitur in mora, l.
Titia, §. vſuras, C. de fid. inſtrum. & ita tenet Put.
d. cap.2. num.3. circ. fin. vide num.172. & de ma-
teria abſolutionis, & condemnationis vide latè
in 4. par. num.276. cum ſeq. vſque ad num.290.
& in ſtatuto Mediol. in nouis conſtitut. adſunt
ordinationes Caroli V. Imperat. & in tit. de offi-
cio Vic. generalis inſtantia Syndicatus eſt 50. die
rum, & non vltra, & ſi relatio in Senatu facta erit
de cauſa ſyndicatus, querelatores tenentur quæ-
rere expeditionē, vt in no. ordinationib. dicti Se-
natus 1580. verſic. cum in publica audientia. Et ſi
non ſtetit per iudicem, quo minus cauſa non ex-
pediatur, tunc elapſis diebus quinquaginta dici-
tur eſſe præcluſa via querelatoribus, qui non po-
terunt dicto termino elapſo amplius moleſtare
officialem, quoniam diſſimulatione, querelæ di-
cuntur abolitæ, & cauſa Syndicatus perempta, l.
non ſolùm, §.1. & l. ſed ſi vnus, §. ſi ante iudicem,
ff. de iniur. & § fin. Inſtit. eod. tit. vbi gloſ. & in §.
quod autem, Inſtit. de vſucap. vbi gloſ. in ver. abo
lita, & dicuntur deſtitiſſe, Spec. in tit. de accuſat.
§. 5. & tex. in l. deſtitiſſe, ff. de iudic. & ille, qui
non proſequitur querelam, deſinit à querela, ar.
l. quod ait, §. lex ait, ff. de diuer. Sed in omnem
caſum antequam audirentur, tenerentur reficе-
re omnes expenſas officiali, ex quo deſeruerunt
cauſam, Bald. in l. eos, §. Apoſtolos, C. de ap-
pell. Aſin. §.2. cap.16. num.16. quamuis inſtan-
tia cauſæ principalis perempta nullus audiri
deberet, Caualcan. deciſ. 17. num.20 par. 1.

252 *dddd* Condemnando:) † & hic etiam ſcias
quod calumnioſi querelatores nedum tenentur
ad damna, intereſſe & expenſas duplicatas, & qua
druplicatas; vt ſuprà dixi in verb. damnis, lit. oo.
ſed actione iniuriarum ſi reconuenti fuerint, vt
ſuprà in ver. iniuria, lit. pp. & calumniatores offi-
cialium etiam hodie pœna talionis puniri poſ-
ſunt, Farinac. de delict. & pœn. q.16. num.1. qui
licèt, num.3. dicat non ſeruari, tamen num.7. fir-
mat, quòd querelantes falsò officiales magis pu-
niuntur, quàm ſi priuatam perſonam querelaſ-
ſent, Put. in ver. iniuria, cap.1. num.5. vbi eadem
pœna puniri, ſi de crimine publico accuſant, ſe-
cus ſi de alio crimine non publico, Rondinel.
eod. tract. num.67. & Demoſth. in orat. 1. contra
Ariſtig. contra calumnioſos querelantes viros
crudeles, & ait eorum naturam eſſe viperinam,
& Menoch. de arb. caſ. 322. num.11. & 12. recen-
ſet de Aman qui incidit in crucem, quam ipſe
Mardochæo parauerat, vt in lib. Heſter. de pœna
præuaricatorum, quorum numero quoſdam Ad-
uocatos, & Procuratores eſſe dicit, quando collu-
253 dunt cum parte, † & clientulos produnt, vide
Ang. de Vbal. in l. ſi vacantia, num.53. C. de bon.
vacant. & pulchrè Put. eod. trac. de exceſſ. Aduoc.
cap.1. vbi quando promittunt pro vna parte, &
patrocinantur pro alia parte, num.25. ſed quod
peius eſt, quandoque pro vtraque parte ſubdolis
artibus cauſas ſumunt, & faciunt pactum de quo
ta lite, quæ abhorrenda ſunt, l. item, vbi Bart. C.
de pact. arg. l. eum qui, C. ad leg. Iul. de adult. &
in cap.1. tit. de eo, qui arma bell. depo. l. natura-
liter, C. de Epiſcop. & Cler. Peregr. de iur. fiſc. lib.
4. tit.7. num.16. Item actor, qui cum reo colludit,
& ècontra, vt tandem per proditionem perdat
cauſam ſub fide, ſub qua incumbentia deſerit, &
interim inſtantia labitur, vt eſt de more illorum,
qui videntes cauſam de iure vincere non poſſe,
aſtutia & bonis verbis fraudant aduerſarium,
Menoch. de arb. caſ. 323. & vide ſupra in 1. par.
254 in ver. proditor. † & Præuaricatores appellan-
tur patrocinantes pro vtraque parte, & incurrunt
infamiam, l. Athletas, §. item præuaricator, ff. de
ijs, qui not. infam. tenentur etiam pœna arbitra-
ria, Menoch. de arb. caſ. 323. Boſſ. eod. tit. de præ-
uaricator. num.2. & 5. Farinac. de inquiſit. q. 4.
num. 15. & non licet etiam cauſa principali fini-
ta patrocinare pro parte aduerſa in cauſa appella-
tionis, Baiar. ad Clar. q.62. num.17. Pœnæ autem
iſtorum plures ſunt, 1. infamia, 2. priuatio officij,
3. tenentur ad damna & intereſſe, 4. puniuntur
pœna graui, vel leuiori iuxta qualitatem cauſæ &
patrocinij, 5. ſententia obtenta per præuaricatio-
nem eſt nulla, vt de ijs omnibus per Doctores,
quos copiosè allegat Farinac. de inquiſit. quæſt. 4.
num.15. vbi etiam pœna falſi puniri poſſunt, &
in aliqua Ciuitate Genuæ extat ſtatutum, lib. 3.
cap.9. vbi mulctantur qualibet vice in aureis, 50.
contra ſententiantes, & in lib. 10. vſque in cētum
contra patrocinantes, etiam ſub pœna ſuſpenſio-
nis arbitrio ſyndicatorum, & hac de cauſa ſtatu-
tum fuit, quod Doctores, & cauſidici teneantur
ſubſcribere ſcripturas, & ſupplicationes, vt etiam
255 Florentiæ, ſed male ſeruatur, † & quando in-
ſtigator, vel accuſator poſſint torqueri, vide Ca-
rer. in ſua pract. crim. fol.148. num.181. & hodie
querelator, ſeu accuſator pœna falſi ſi eſt inter-
pellatus, an querela vti velit, & probationibus ſu-
perinde factis, Boſſ. tit. de accuſat. num.24. Clar.
q.62.

q.62.verſic.ſed quid ſi accuſator,in fine,refert Farin.q.16.num.4. & 7. Vbi propriè de querelantibus falsò officialem,qui tenentur pœna extraordinaria, & in cauſa ciuili arguentes falsò officialem de barataria,tenentur ad æſtimationem litis, et in cauſa criminali in confiſcatione bonorum, ſed Boſſ. in tit. de offic. corrupt. pecun.num.26. & 27. dicit teneri in expenſis tantum, & calumniator poteſt de iure inquiri,Bart.in l.1.in princ. ff.ad Senatuſc.Turpill.& vltra refartionem damnorum,& expenſarum tenetur etiam ad pęnam, vide inf.lit.gggg. Boſſ.tit. de accuſat. num.27. & debet vnica ſententia condemnati, Bald. in l. Athletas,§.calumniator. ver. quæro.ff.de ijs,qui not. infam. Item per viam principalis actionis, Farinac.q.16.num.30. vbi plures allegat Boſſ. d. tit. de offic. corrupt. pecu. num.37. ad hæc Maſcard.de probat.concl.24.& 25. vo.1.& in Reg.
256 Neap. † Syndicatores notam infamiæ incurrunt,ſi veros calumniatores non condemnant in expenſis, vt in c. Regis Roberti, quod incipit accuſatorum temeritas, vbi Afflict. & dicitur calumniator verus,qui ſcienter falſam querelam intentat,& not.gloſ.com.approbata in l.1. §.calumniari,ff.ad Turpill.ſequitur Farinac.q.16.nu.10. cum per eum adduct. num. 11. & præſumptus calumniator eſt,qui accuſationem non probauit, vel ab ea deſiſtit, quique poteſt etiam de calumnia condemnari ſaltem in expenſis, l.1.§.1.C. de Aduoc. Hip. Rim. conſil.303. vo.3. maximè in cauſa ſyndicatus, vt multoties ſeruatum fuit ab Excell. Mediol. Senat. quia ita obſeruatur conſuetudine contra calumniantes officiales, ſecus inter priuatum, & priuatum, Farinac. d. quæſt. 16. num. 11. & 12. cum ſeq. & vide ſuprà num. 252. & in denunciatore voluntario tenet Clar. q.7.in fin. Farinac.d.q.16.nu.17.& infra lit. ffff.

257 † Hinc nota,quod ſi famulus querelatoris afferat notulam diuerſarum querelarum ad D. Syndicatorem contra officialem,à quo nunquam aliquam moleſtiam accepit,præſumitur ad inſtigationem domini notolam portaſſe,cum de ſuo interceſſe in eis, nec pro aliquo ſnotum tractetur, Ro.conſil.152.num.4.& 5.vide gloſ.ſeq.

258 *eeee* † Querelatores & cæteri,qui nominantur, omnes tenentur tanquam calumniatores, l.1.§.incipit, vbi Bart. ad Turpill. vide Farinac. de delict.de pœn.d.q.16.num.14. vbi de inſtigatore, ſolicitatore & fiſco, vel promotore, Paul. Ghirl.de relaxat.carcer. tit.de calumniat. cap.1. vbi etiam in ſecreto inſtigatore, & in quolibet ſubminiſtrante falſos teſtes,Laud.in Clem.ſæpè, de verbor. ſignificat. Boſſ. de offic. corrupt. pecu. num.28. Iaſ.in l.2.num.3.ff.quod quiſque iur. & qui dicantur calumniatores, dic vt per Menoch. de arb. caſ.321. Fabia. à Monteleo.in pract. arb. in 4.par.num. 234. cum mult.ſeqq. & num.652. & 057. vbi de practica procedendi contra calumniatores.

259 *ffff* Hæredes:) † diſputant Doctores,de quibus hæres teneatur,quando, & pro quibus, & vſquequo,& gloſ.Bart.& Cyn.in l.2.C.ad leg. Iul. repetun. tenent, quòd intra annum hæres teneatur,alij diſtinguunt,aut lis eſt conteſtata cum defuncto,& hęres non poteſt conueniri de eo,quod ad eum non peruenit, ſed de eo quod ad eum peruenit perpetuò, iuxta opin. Azonis, & Puteus refert alias opiniones in verb. hæres, & in fine tenet hæredem non poſſe conueniri pro facto defuncti criminali,niſi lite prius conteſtata cum defuncto, vide Ang.in l.4. §. hoc autem, de damn. infect.& quæ dixi in 4.par.nu.141.Franc.Marc. deciſ.776.num.8.Baiar.ad Clar.q.62.nu.15.Bertazol.conſil.362. Menoch. caſ.321. Franc. Tontul.vot.7.num.3.4.& 5.9.& 10. & vide omninò Plot.in l. ſi quando, num.772. 773. & 774. cum ſeq.vbi ait, quod ſtatuta & omnia alia iura, quibus cauetur credi debere damnum paſſo,non habere locum, niſi contra principales malefactores, non autem contra eorum hæredes, per tex. l. alio iure, cum ſimil.C.de in lit.iuran. Capic. deciſ.91.num.2.& ampliat,quòd multò minus poterit iurari in litem contra tertios bonorum poſſeſſores,Bertrand.conſil.291.viſis,in fi. Caſtrenſ. conſil. 124. vo. 1. & ad id, quod de ijs in quibus defunctus dolosè egit, vel omiſit, videlicet in actionibus bonæ fidei, ante litem conteſtatam, tunc ſicuti contra defunctum poteſt iurari in litem, ita & contra hæredem; eſt tex. & DD.in d. l.alio iure,C.de in lit.iuran. Bart.in l. in actionibus,col.penult.num.21.ff. eod.tract. & ita dicit, & alleg. Plot.vbi ſuprà num. 774. ſecus in actionibus ſtricti iuris, Iaſ. d.l. in actionibus, ver. tertio. Et in delictis vbi hæres de dolo defuncti teneretur, id locum haberet reſpectu pœnæ pecuniariæ principaliter, & non in conſequentiam, & pro damno & intereſſe, vt in furto, & huiuſmodi,cum ſcilicet lis fuit conteſtata cum defuncto,Gomeſ.var.reſol.tit.de delict.cap.1.num.85. verſic.item infertur, Dec.in reg.rottes.num.3.de reg.iur. Bart.in l.1.ff.de priu.delict. Sed aduerte, quòd condictio furtiua tranſit contra hæredes defuncti, etiamſi lis non fuerit conteſtata, l. ſi pro fure. & l.in re furtiua, ff.de cond.fur. Gomeſ. d. cap.1.num.85. ver. quod limita. Menoch. de recuper. poſſ. remed.1. num.157. & 158. cum ſeq. Vaſq.controuer. Illuſtr.lib.3.cap 96.num.24. Farinac.in tit.de inquiſitio.q.10. Boniſac. tract. de fur.§.quod iure naturali, num.82.83. & 84. vide in propoſ. quæ dixi in 4.par. num. 138. cum ſeq. Poſtremò nota, quòd hæres fideiuſſoris non poteſt in perſonam ſtagiri licet fideiuſſor ad id ſe obligauerit, quia tale pactum ad hæredes non tranſit,Bart.& Alex. Iaſ. & alij in l. ſi deceſſerit, ff. qui ſatiſdar. cog. Caualc.in reper. deciſ.in ver. hæres debitoris,p.1.& quantum & qualiter iniuria æſtimanda ſit, & quomodo libellus procedat,vide in 1.par.ſub num. 262.lit. A. in fin.

260 *gggg* Pœnas iniuriarum:) † Nota quod actione iniuriarum tenetur, qui per calumniam officialem querelat,l.iniuriarum,cum ſimil.ff.de iniur. l. damnum, C. eod. & cautela eſt, per quam calumniator non effugiet pœnam condignam, vt reus agat actione iniuriarum,& agens obtinebit etiam criminaliter,eo quòd calumniator non probauit iniuriam, Boſſ.in tit.de præuaricator.& calumniator.nu.8.alleg. Soc. conſil.218. vo. vlt. vel ad columnam,aut ad murum,vel valuas Prætorij tenentur pœna capitis, Put.de ſyndic.in ver. iniuria officialis,cap.1.num.6. quia durante ſyndicatu, Prætor ſi offendatur, punitur offenſor, ac ſi offenderet illum durante officio,auth.iud. ſine quoquo ſuffrag. Bald.in l.obſeruare,§. proficiſci, q.7. ff. de offic. proconſ. & Menoch. in add. ad Caſ. 263. ait de illo, qui ficas iudici fecit. Theſaur. Deciſ.229. vi. Bertaz. conſil. 17. num. 15.

261 † de libellis famoſis dixi in 4.par.num.389. vſque ad num.403. & iſti infames dicuntur, ſi obloquuntur contra iudicem probum,l.iudici,ff.de iniur.multoque magis ſi libellum famoſum cōtra

Digitized by Google

tra iudicem conficiant, quo caſu pœna libelli
famoſi tenentur; eo autem tanto grauior eſſe
dicitur, quanto à ſummis Pontificibus, ac Chri
ſtianiſſimis Principibus eſt magis deteſtata, &
acriter indicta pœna, vt teſtantur ſacri Cano-
nes in titul. de maled. & in titul. de iniur. &
damn. dat. & in leg. Imperial. ſunt duplicati ti-
tul. in ff. & Cod. de iniur. & libell. famoſ. &
in Bullis ſummorum Pontificum Pij V. Gre-
gorij XIII. Sixti V. nec non, & Clementis
262 VIII. in quibus ſummopere inuehitur con
tra peſtiferos detractores, & pœna excommu-
nicationis, & vltimi ſupplicij, ac confiſcatio-
nis bonorum contra morſus detrahentium
eſt comminata; quo caſu tanto maius exiſti-
matur delictum, quanto magis perpenditur
pœna, l. reſpiciendum, ff. de pœn. & iuxta
qualitatem pœnę delictum maius atque mi-
nus reputatur, & in tantum hoc delictum ab-
orritur, quia ſtatuta pœnam duplicantia pro
delictis nocturnis, comprehendunt quoque
libellos famoſos, vt per Decia. qui de eo teſta-
tur. tractat. de delict. tom. quinto, lib. primo,
capit. octauo. ſub nume. decimo, contra opin.
Bartol. in leg. aut facta. ff. de pœn. & in hoc
prop. declarat. op. Alexand. conſil. 77. in cau-
ſa accuſatoris, nume. decimo, volumn. primo.
Catal. de Syndic. quæſtio. 73. verſic. adde quod
ſtatutum, vt ſupra in quarta parte ſub. nu-
mero 115.
hhhh Petens: vide ſupra lit. i. in verſicul.
263 in principio, & notandum, quòd quando
petitur condemnari aliquem in expenſis, Iu-
dex tenetur ſi pars ſuccumbit, Marant. in ſex-
ta par. 3. memb. nu. 18. vide tractat. clauſ. libell.
car. 688. in verſi petens.
264 iiii In principio: Notandum, quòd mul-
tum differt proteſtari ante factum à poſt fa-
cto; nam primo caſu ſufficit ſemel proteſtari,
l. Titia. §. vſuras, vbi gloſſ. de legat. ſecundo,
ibi, tamen pro non mora hoc habendum eſt,
Menoch. de arb. caſ. 220. nume. 26. Ro. con-
ſil. 427. nume. primo, facit tex. l. ſi tempora,
Cod. de fid. inſtrumen. Bartol. in l. qui ratio-
ne, §. cohæredes, de verbor. obligation. & l. de
pupillo, §. ſi quis Prætori, nume. ſexto, ff. de
nou. oper. nunciat. per l. ſi intra, Cod. de non
nume. pecu. ſic tranſit Alexand. in d. §. ſi quis
Prætori, per diſtinct. Bartol. in l. mora, de
vſur. & tenet Put. in verſicul. inſtantia, capit.
ſecundo, nume. tertio, alioquin in alijs caſi-
bus interpellatio ſaltem ſemel fieri debet, Ro.
d. conſi. 427. incip. in propoſito caſu.
265 KKKK Non tantum dicto modo: hæc
clauſula tollit omnem libelli ineptitudinem,
& includit omne ius vtilius ipſi proteſtanti
quoquo modo intentandum, Marant. in ſex-
ta part. tertio membr. nume. 16. & Alexand.
conſil. ſeptimo. volum. tertio. Menoch. de ar-
bit. quæſtio. 47. nume. quinto, & ſexto, vbi
nil operari ſi deficit poteſtas, Ruin. conſil.
174. in fin. volum. primo, & quando modus
ex verbis, expreſſis deſcendere non poteſt,
Vant. tractat. nullit. ex defect. iuriſd. or. nu-
mero 174.
266 llll Clauſula, Non ſe adſtringens, ope-
ratur, vt quis non teneatur probare qualita-
tes deductas in libello, Bartol. & Dd. in l. Di-
uus, ff. de re iud. & transfert onus probandi in
aduerſarium, quando eſt deducta per modum
excipiendi, ſecundum Bartol. d. l. Diuus, &
pro parte excipientis non operatur, niſi vt va-
leat tantum probare ex abundanti ea, quæ ad
victoriam faciunt obtinendam, Spec. de li-
bell. oblat. §. fin. & in dict. tractat. clauſ. fol.
687. & ſeq. Marant. in ſexta part. tertio mem-
br. nume. 17.
267 mmmm Carere exhibitis: hæc clauſula
de ſtylo apponi ſolet, præcipuè à Cauſidicis
Genuenſibus, & eſt admodum ſalutaris, &
iurium conſeruatoria, Alexan. conſi. 130. vo-
lum. 4. & importat reparationem præiudicij
præſentis & futuri.
268 nnnn Domicilium: per hanc electio-
nem domicilij prouidetur ne officialis ſuper-
fluis vexetur impenſis, arg. l. ampliorem, §.
in reſutatorijs, de appellat. Rebuff. in con-
uent. de elect. domicil. gloſſ. prima, nume. ter-
tio, quarto, quinto, & ſexto, vbi plures ratio-
nes adducit, præſertim propter fauorem mi-
nuendarum litium, & ſicut querelatores non
vagantur in perquirendo officialem, ita &
multo magis ſuccurrendum eſt officiali, vt in
iudicijs æqualitas ſeruetur, l. non debet acto-
ri, de reg. iur. vbi Dec. & domicilium eligere
quis non tenetur niſi petatur, l. vniuerſa, & i-
bi Iaſ. Cod. de prec. Imper. offer. & debet pe-
ti pendente proceſſu, Rebuff. d. gloſſ. prima,
nume. 61. & 62. & poteſt peti in quacunque
parte iudicij, vt domicilium eligatur iuxta ca-
ſuum exigentiam, ac pro euitandis grauami-
nibus, arg. capit. ex parte. vbi Cano. de appel-
lation. Bald. in lege ſecunda. Cod. de procu-
rat. Iaſon in lege, ita demum, colum. ſecunda.
nume. quinto. Cod. eod. de procurat. ſic Re-
buff. de electio. domicil. gloſſ. prima, nume.
12. 13. & 19. vbi in quacunque inſtantia lo-
cus eſt petitioni eligendi domicilium, & num.
27. vt de vna iuriſdictione in aliam quis coga-
tur eligere, vt in propoſ. noſtro, & nume. 30.
& domicilium eligi debet in loco, in quo quis
ſine obſtaculo valeat citari, lege nihil, ff. ad
municipalem. Rebuff. dict. glo. prima, nume.
34. & 39. vbi in omnibus cauſis tam plenarijs,
quàm ſummarijs, & tam ciuilibus, quàm
criminalibus, & domicilium eligere iam ad
actorem, quàm ad reum reſpectiuè ſpectat,
capit. quoniam, de probatio. Rebuff. vbi ſu-
269 pra nume. 55. † Et nota quòd licet officialis
electus efficiatur ciuis, vbi officium gerere de-
bet, Ro. conſil. 427. nume. primo, gloſſ. ord.
in lege ciues, Cod. de incol. libr. decimo, &
ibi Luc. de Pen. & in lege, prima, ff. ad mu-
nicipatio. Put. in verſicul. ciuilitas officialis,
capit. primo. tamen nunquam dicitur contra-
here domicilium ibi, quamuis vltra tempus
permanſerit, Alciat. conſil. 55. nume. nono,
quem citat Domin. Menoch. de arb. caſ. 66.
nume. 28. ſed non approbat, ſed inquit eſſe in
arbitrio iudicis, nume. 29. & ante num. quin-
to. ait, domicilium animo contrahi; ergo of-
ficialis aut ſcholaris, qui in loco morantur
non animo habitandi, ſed animo duntaxat e-
xercendi officium, vel ſtudendi, domicilium
non contrahunt etiam per mille annos, vt In-
quit Dom. Menoch. nume. ſexto, & ſeptimo,
Burſat. conſil. 225. nume. 41. & 42. volum. 2.
facit tex. in lege, eſt verum, Cod. de agric. lib.
decimo, lege ſecunda, & tertia, Cod. de in-
col. lib. decimo, gloſſ. in lege prima, Cod. de

Digitized by Google

ſer. fug. Cyn. in lege Senatores, Cod. vbi Senator. vel clariſſ. Bald. in lege prima, quæſtio. quarta, Cod. vbi de cri. agi. oport. Ange. conſil. 27. & text. in lege nihil, ff. de capt. & poſtli. reuer. Maſcard. de prob. concluſ. 535. & Menoch. de præſumptio. libr. ſexto, præſumptio. 42. & præſumptio. 30. & vt dicatur contraxiſſe domicilium, oportet vt inibi onera ſuſtineat, & ſit ſcriptus in libro ciuium, & ex alio cognoſcitur, vt ſi quis vendidit bona ſua in ſua patria, & reemit puta Florentiæ bona ſtabilia, ibique habitauit, ſecundum Dec. conſil. 283. colum. penultim. Maria. in cap. fin. de for. compet. Pariſ. conſil. 12. numer. 17. in tertio volumi. & de hac practica eligendi domicilium ſcripſerunt Spec. in titul. de reſcriptio. præſenta. §. ratione autem, verſicul. quid ſi non decernantur, Bartol. in extrauag. ad reprim. in verſi. per edictum, circ. fin. quomodo in crim. læſ. Maieſta. procedatur, Hoſt. in ſum. de for. competen. §. quibus ex cauſis, Rebuff. loc. cit. de elect. domicil. vbi ampliſſimè, & tandem per Dd. in l. domicilium, ff. ad municip.

270 oooo Citari ad omnes actus]: eſt materia leg. de vnoquoque, ff. de re iudic. latè Marſil. & Oria. in capit. quoniam contra, de probat. Pap. in for. reſponſ. rei, gloſſ. in termino, nume. tertio, Socin. Reg. in verſicul. citatio, Vant. de nullit. ex defect. citat. per tot. & an ſemel citari ad totam cauſam ſufficiat, vide Feder. conſil. 170. & Clar. quæſtio. 31. verſicul. quarto modo. Verumtamen actus ſine citatione ſubſiſtit quando non apparet quinam ſit Aduerſarius, vel procurator. Si quis prouocatus ſit, & neſciat contra quem ſe conuertere debet. Aſin. prac. §. ſeptimo, verſicul. 117. ſolent tamen Citationes in for. abſentium fieri ad valuas Eccleſiæ vel Prætoris. iuxta ſtylum Curiarum.

271 pppp Relationis]: hic non agitur de relationibus publicorum executorum, de executione facta aut prohibita, vel de relationibus fiendis per nuncium, de citationibus & cæteris intimationibus, de quibus dixi ſupra in ſecunda part. nume. 73. ſed de relationibus, quæ fieri ſolent à iudicibus ad ſuperiores, vel ad Principem de cauſis ciuilibus aut criminalibus, referendo ſtatum cauſæ, vel referendo definitiuè cum voto, vt in ſtatu Mediolanenſi, & in ſtatu Florentino, vt de ijs notat Spec. in titul. de relat. in princip. & loquitur tex. in lege prima, in fin. vbi Bartol. & Bald. Cod. eo. de relat. & in cap. conſtitutus, de appellat. & pulchrè per Marant. de ordin. iud. in ſexta part. actu ſecundo, nume. ſeptimo, & in ſtatu Mediolanenſi non poſſunt iudices abſoluere, neque condemnare reos, vbi ingeritur pœna corporalis vel arbitraria, idem iubetur DD. Syndicatoribus, vt in noua conſtitutione titu. de offic. Vicar. general. §. non poſſunt, lib. primo, & bonum eſt habere copiam relationis antequam tranſmittatur, ne fortè per errorem ceſſante malitia & circumuentionibus, partium relatio ſit diminuta; vt euenit ſupra nume. 62. in cauſa ſyndicatus Domin. Prætoris Scrauallis; quoniam facta pro infectis haberi non poſſunt, lege non dubium, Cod. de leg. & ſtultus lapidem in puteum iniicit, ſed ad illum extrahendum mille ſapientes non ſufficiunt, & ſi eripiatur, impenſis magnis & laboribus inauditis opus eſt.

272 † Et ideò cautela eſt offerre copiam relationis (quæ ſecretè non ſit) cum termino partibus ad dicendum & opponendum, & termino tranſacto, & parte non opponente, Prætor tutus erit, nec deinceps tempore ſyndicatus querelari poterit, ſi aliquid forte omiſerit, ar. leg. nulla intelligitur, de reg. iur. nam Prætor præſumitur in bona fide eſſe, ſecundum Cyn. in auth. generaliter, Cod. de Epiſcop. & Cler. quæ bona fides in priuata perſona non præſumeretur, ſecundum Bald. in lege ſecunda, Cod. qui accuſ. non poſſ. at in iudice liberum arbitrium habente multo minus mala fides præſumitur, Put. in verb. arbitrio. & in verb. an is cuius arbitrio, & alibi; niſi & ipſe malus eſſet, quo caſu liberi & abſoluti arbitrij indignum iudicauimus in prima part. nume. 42. Sed quid dicendum, quando Senatus, vel huiuſmodi ſuperior, mandaret fieri relationem de omnibus delictis, & querelis contra aliquem (vt ita loquar) inſolentem & temerarium; quibus auditis, reſcriptum ſit talem detrudendum eſſe in carceres pro quindecim capitibus delictorum, poterit ne iſte audiri tempore ſyndicatus contra Prætorem, quòd indebitè nullo crimine impictus, quaſi innocens carceratus fuerit? certè non: ſed quia querela huiuſmodi redarguit Prætorem de falſa relatione, & accuſatio falſi ſit popularis, Clar. §. falſum, in princ. Io cauſa falſi accuſatoris vi. Bald. qui tenet contra Bartol. & ſequutus eſt ab omnibus. in lege quicunque, ſub. nume. 28. C. de ſer. fug. hic querelator in præmium ſuæ temeritatis debet condemnari ſaltem in pœnam triremij, iuncta mala qualitate, & eius perſonę capacitate, Boſſ. in titul. de offic. corrupt. pecu. nume. 37. & ſupra in gloſſ. iniuria; nam ea pœna plectendus eſt, qua plecteretur Prætor, ſi doloſè factam relationem feciſſet, per quam quis infamis fieret, & corporali pœna afficeretur, ſi vera eſſet, Bartol. in lege ſi quis obrepſerit, nume. primo, ff. de falſis, Alexand. conſil. 21. nume. quarto, volu. primo, Marc. deciſ. 898. nume. primo part. ſecunda, quamuis contrarium ſentire videatur Gand. de malef. titul. de falſ. nume. 23. Sed loquitur in perſona priuata, ſecus eſt quando contra perſonam publicam falſa accuſatio inſtituitur, lege Papinianus, §. exuli, de minor. Ad quod minimè aduertunt nimium audaces, qui curant munera publica ſub quibuſdam coloribus vileſcere, & opprimere officiales coram Principibus, & quod peius eſt, contra veritatem & ad vindictam, vt quod iniuſtè cupiunt, & per iuſtitiam obtinere non valent, per obliquum conſequantur. Et huiuſmodi falſa contra officiales attentantes, etiam amputatione capitis puniri deberent, & tanquam zizania eradicari prius perforata lingua; ſic placet Baldo dicere in lege data opera, Cod. de accuſat. Marc. deciſ. 738. in hoc quarto loco non poſſum non mira de Dom. Petro Cabatio viro humaniſſimo, & prudentiſſimo (cuius authoritati, & dignitati multum defero) poſtquam prouocat modernos criminaliſtas contra ipſum, cum ad hunc propoſitum in ſuo caſ. cri. 166. in terminis ſub nume. 12. dicat, quod eſt valde notabilis, & modernis criminaliſtis

ignota

Digitized by Google

ignota, & tamen hic vides eandem rationem, eaſdem authoritates multo tempore ante ip. ſum à me editas. Ad aliud eſt etiam aduertendum, quod aliquando ex cauſa ſolet dari adiunctus iudici ordinario, & cum eſſent in voto diſcordes, ex quo viſum fuit conſulere ſuperiorem, qui non reſpondit, nec iuſſit quid agendum, interim ille iudex ob finitum tempus ſui officij diſceſſit, & aduenit nouus ſucceſſor, coram quo Procurator fiſcalis inſiſtit deueniri ad expeditionem dictę cauſæ: poterit Iudex ſucceſſor monere partem, ſeu reum, vt intra aliquem terminum congruentem reſolutionem à ſuperiore requirat, & ei præſentet, quod ſi non fecerit, poterit inſtante fiſco ad expeditionem deuenire, & maximè ſi diu reſolutio huiuſmodi expectata fuerit, imputet ſibi reus de propria negligentia, leg. mora, vbi Dd. Cod. de vſur. & ſup. in verſicu. culpa, & in verſicu. negligentia, vid. Gomeſ. var. reſolut. titul. de delic. capitu. primo, numero 23. per tot. Clar. §. final. quæſtio. 51. verſic. Hac etiam, & Prætor non poterit querelari, quòd pendente relatione cauſam expediuerit inconſulto Senatu, ſi eſt de illis, quæ abſque relatione expediri poſſunt: Primo, quia ratio ob quam anteceſſori ſuo fuit adiunctus datus ceſſauit in ſucceſſore, & ceſſante cauſa, ceſſat effectus, Tiraquell. tract. cauſ. ceſſan. in verſicu. ſuſpicione ceſſante: Secundo, quia aliud eſt, quòd cauſa auocetur apud ſuperiorem, vt dixi in prima par. numero 244. cum mult. ſeq. & hoc caſu verum eſt, quòd Iudex à quo non poteſt amplius ſe ingerere, Lancellot. de attenta. in ſecunda par. capitulo decimo, dixi in hac quinta par. numero 28. Aliud eſt conſulere ſuperiorem in cauſa diſcordiæ de modo agendi, quia in ſtatu Mediolanen. ex ordinibus Senatus 1580. prohibitum eſt, niſi certa forma à iure, vel ab ordinibus data non reperiatur; & vbi pars intra menſem reportare neiur expeditionem: & ſi per Senatorem intra trimeſtre non fuerit expedita intelligitur remiſſa ad iudicem ordinarium, vide ſupra numero 251. iſto in caſu, durante officio & poteſtate iudicis, qui talem relationem fecit, poterit & ipſe reum monere ad reportandam reſolutionem, quanto ergo magis ſucceſſori ſuo hoc permittitur, qui cum inſtantia, & voto fiſci cauſam expedire curauit; qua de re Prætor excuſatur, Bartol. in leg. bonorum, ff. de bonor. poſſ. Nec obſtat, ſi poſt Prætoris expeditionem reus curauit expeditionem reportare (tacens quid fuerit inde ſecutum) & expeditio Senatus non ſit in totum conſona cum expeditione Prætoris, quia ſatis excuſatus remanet Prætor ob moram rei, ob votum fiſci, & quod ipſe ſine dolo & barataria ad expeditionē monita parte deuenerit, vt ſupra in verſicu. doloſi, lit. p. & numero 67. vltra quod Prętor ſuam poterit tueri ſententiam, vt in gl. iniqui, lit. q. Qua de re ſi anteceſſor diſcordans fuit cum adiuncto, & punctum verè non tetigit, & inepte Senatum conſuluit, non eſt mirum, ſi Senatus aliter reſcripſerit, adhærens voto adiuncti. Et vt in futurum ſciant Prætores ſe tueri à linguis doloſis, ſciant quòd in ſtatu Mediolani adſunt nouæ conſtitut. ac Principum proclamata cōdemnantia illos, qui prius euaginauerint enſem contra alium; pone modo quod quis aggreſſus, & inſultatus fuerit inermis, aliquem enſem habentem, & cum ad defenſam euaginantem, deinde ſegregati hinc, & hinc ambo abierint, ad alios actus diuertendo. Rurſus, aggreſſor acceptis armis, ea die iterum aggreſſus ſit eundem, quem prima vice ſine armis inſultauerat, quæro nunquid iſte aggreſſor de prima euaginatione teneatur? votum domini adiuncti fuit quod nō, eo ſub prętextu, quòd coniuncta ſit prima aggreſſio cum ſecunda, & per conſequens dicatur actus continuatiuus, cum prima euaginatio facta fuerit ab aduerſario, & ita calore iracundiæ adhuc durante, per ea quæ Bartol. trad. in l. reſpiciendum. §. delinquunt, ff. de pœn. & in leg. ſi ioritra. ff. ad leg. Corn. de ſicar. D. ... Menoch. de arbitr. iud. caſ. 361. numero 19 & 20. Sed reuera non poteſt hoc procedere, quandoquidem iſte, qui ſecunda vice cum enſe prius euaginauit prima vice etiam prouocauerat illum, qui prouocatus ad defenſam coactè euaginauit, & ſic is nouiter aggreſſus, excuſatur à prima euaginatione, qui operam rei licitæ dedit: defenſio eſt de iure naturæ, & vim vi repellere licet cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ, le. 1. ff. de vi & vi ar. leg. quarta. §. cum igitur, C. vnde vi. leg. 1. ff. de iuſti. & iur. cum mult. ſimil. & facit Maſcard. in propoſ. de probatio. concluſio. 1244. Bertazol. conſil 88. & 89. vbi add. Menoch. conſil. 41. Bero. conſil. 173. volumine tertio, Plac. epit. delict. libro primo, cap. primo, numero vigeſimoprimo, quibus in locis habetur quomodo prouocatus excuſetur, Mant. ſing. 691. & Marſil. conſil. 68 73. & 80. & dixi in quarta, par. numero 79. cum ſequen. ſecus eſt in iſto prouocatore, qui bis temerè prouocauit, & ita rei illicitæ operam dedisse dicitur; quo fit vt puniri debeat, Bal. in l. Diuus, & ibi Marſil. de ſicar. & tenetur ipſe de omnibus inde ſecutis. Boſſ. in titu. de homicid. numero 93. Aretin. conſil. 147 colum. penult. Eſt enim vera concluſio, quòd repetitio delicti ſeu geminatio eſt cauſa augendi pœnam, & arguit dolum, & ob temerationem ita tenet Placa. epit. delict. c. 9 verſi. & primo ſi bene ponderetur, & Bartol. in l. ſi geminata. ff. arbor. fur. cæſ. Quoniam geminatio in Delictis arguit dolum, in contractibus excludit illud, in Reſcriptis habet vim Clauſulæ non obſtantibus, in literis Principum ſapit motum proprium, & in negotijs deliberationem, ac diuerſitatem iuris ab actu ſimplici. Doctor. in leg. Baliſta. vbi Dec. ad Trebell. Euerar. eo. loc. à vi geminationis, & eo magis quia in mane fuit facta prima aggreſſio, & de ſero iterum ſequuta fuit ſecunda cum armis prius enudatis ab inſultante inſultatus; qua de re iſte dominus adiunctus ita rem intellexit ſicut biretum fert de more inciſum, verum quot capita, tot ſententiæ; quos terminos malè intelligens moderator tranſit.

Hinc eſt quòd prouocatus, ſi in domum ſe receperit & impleuerit enſem, & inuenerit prouocantem, & contra eum euaginet, non effugiet pœnam primæ euaginationis prætextu actus continuatiui, per ea quæ in propoſ. trad. Gomeſ. var. reſol. titul. de delict. capitu. tertio tom. tertio, numero 23. niſi quis vitæ & honori conſulendo neceſſariè euaginaret contra prouocantem, in foro ſoli non excuſaretur,

per leg. qui cum maior, §. ſi libertus, ibi prouocatus, ff. de bon. liber. & per eundem Goin. vbi ſupra numero vigeſimotertio, vide Meno. de arbitr. caſ. 361 numero 19 20 & ſequen. & in materia prouocationis Bout. deciſi. 168. cui reſpondet Bertazol. conſil. 413 & 414. idem in conſi. primo, volum. primo, vbi de illo, qui dicit *Dammi la ſtrada*. Ioann. de Amic. conſi. 23. num. primo. & vide Maſcard. de probatio. concluſio. 1128. & Plac. epit. delict. capitu. primo, lib. primo.

276 q q q q Iura audiri: Quia minus officit errare in tempore, quàm in ſententia, & melius eſt iura partibus ſeruare intacta, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere. Cod. in quibus cauſ. reſtitut. in integ. poſt. leg. fin. l. g. prima, Cod. vnicuique lic. & inutile & damnoſum, imò periculoſum, & præiudiciale eſt, niſi tota lege perſpecta iudicare, leg. inciuile, de leg. ſicuti etiam legere & non intelligere eſt negligere, facit Caualcan. deciſio. 34. nu. octauo par. 1.

277 r r r r Offerens: hoc ideò dicitur, ne officialis, in his quæ ad eum ſpectant poſſit argui de negligentia, & dilationem prouenire ab eo facto, & impedimento ſuo, quia culpa adſcribitur officiali, ſi intra tempus Syndicator cauſam non expediuit, per tex. ſi cum ipſe, ff. de excuſat. tutor. leg. intra vtile, ff. de minor. dixit ſupra numero nono, & vndecimo. Nam terminus legalis propter impedimentum prorogatur, vt aiunt Dd. in dict. leg. ſi cum ipſe. Et ſyndicator excuſatur propter perplexitatem cauſarum, vt dicit Put. in verb. inſtantia, capitu tertio, numero octauo, & cap. quarto, numero primo, ſecundo & tertio, & quidem talis oblatio prodeſt, ne aduerſarij ob negligentiam iudicis excuſentur ab expenſis, Maſcard. de probat. concluſio. 1393. numero octauo, & trigeſimo tertio, vbi iudex breui tempore dubia contra eum à ſyndicatore excitata reſoluere poteſt. at ſi contra querelatores excitentur, ipſi negligenter intent reſolutionem, vt ſtatutus ſyndicatus iudicem afficiat, & eo magis cum vident malum fouere, & agunt quod agere non debent, per text. leg. properandum, Cod. de iud. & alia de cauſa expeditionem procraſtinare ſatagũt, ne ipſi in expenſis condemnentur, & ne iudex interea valeat aliud aſſumere officium, & careat tali beneficio. vid. quinto, numero 13. ſed officialis, vel quilibet alius contra quem eſt mota lis criminalis ardua non poteſt ad officium promoueri, nec ad honores durante cauſa illa. leg. Reus delatus, ff. de mun. & honor. leg. prima, C. de re. poſtul. libro decimo, idem ſi de maiori parte bonorum lis ei mota ſit, Aſin. in prac. §. ſecundo, cap. 6 num. 8. Caball. Caſ. cri. 121.

278 s s s s Et proteſtatur per ſe non ſtare: de hac clauſula vide in leg. hæc venditio. §. primo, & ibi Dd. ff. de contrahen. emptio. & in leg. mora. ff. eodem. Bartol. & Iaſon, in leg. properandum, §. ſi autem vtraque, de re iudic. Menoch. de arbit. caſ. 220. numero 47. Hinc eſt quod ſi Prætor inſtitit ſyndicatum expediri, & pro ſui parte adimplenda adimpleuit, & ſoluenda ſoluit, mora alterius ei nocere non debet, quo minus ſyndicatus non expediatur, vt ad nouum officium impeſtiuè accedere valeat, iuxt. le. ſecundam, de manumiſſ. teſt. & l. ſi ita fuerit, eo. Put. in verb. ſalarium, capitu. quinto, numero 9. in fi. tanto minus ſi querelatus non eſt criminaliter Prætor, ſed querelæ ſapiunt naturam cauſæ ciuilis, vel ſi eſt criminalis, tamen querela nequaquam ſit iuſtificata, Puteus in verſic. Procurator, capitulo primo, Iaſon in authen. ſi qua mulier, numero vigeſimo tertio, Cod. de ſacroſanc. eccleſ. vide ſupra in quarta parte verſicu. hinc quæſtionem, facit Boſſ. in titulo de carcerat. fideiuſſ. relax. numero decimo quinto. Nam qui eſt in caſu abſolutionis, habetur pro abſoluto, Caccialup. in leg. admonendi, columna tertia, & ibidem Iaſon, nume. quinquageſimo tertio, de iureiurand. Catal. de ſyndic. ſub numero 143. quæſt. 220. & ob factum alterius, & negligentiam quis pati non debet, le. paterfamil. de hæredib. inſtitu. leg. in cauſę, de procurat. leg. non debet, de regul. iuris. leg. hæreditariam, in fine de tranſactio. & faciunt in propoſito adducta per Puteum, in dicto verſiculo ſalarium, capitu. ſexto, ibi quando non ſtat per iudicem, numero quinto. Et de proteſtatione fienda pro retardata expeditione vide quoque Batard. & Iaſon in leg. properandum, §. ſin autem, C. de iudic. capitu. ſtatuimus, numero quadrageſimoprimo, facit Nat. conſilio 462. numero 2. volumine ſecundo, & vide quędam ſimilia deducta à Caroc. de loc. & conducti. ſi non ſtat per locatorem, vel conductorem, & officialis reformandus, ſeu confirmandus in officio, ſi culpa ciuium (vbi ius dicebat) non remanet expeditus, & ob id nouiter officium gerere non poteſt, tamen ei ſalarium debetur. Bald. in capitu primo titu. ſi de feu. fue. controuer. & Put. in dict. verſicu. ſalarium, capitu. ſexto, numero nono, pulchrè Dec. conſil. 70. Idem ſi facto aduerſariorum expeditio malitioſè procraſtinatur, quia officialis interim non poteſt recipi, quominus ab eo nouum officium exerceatur. Iaſ. in dict. leg. properandum, §. ſin autem vtraque, nume. 4. verſicu. quinto. adde, Cod. de iudic. & dicitur illud ſimile de eo, qui fuit in via impeditus attingere ſcopum, de quo loquitur Mantu. ſing. 161. vbi allegat Bart. in leg. nemo. C. de ſpeculat. libr. decimo. At ſi iudex rationem villicationum non reddet, tunc ante admitti non debet, text. in leg. neminem, C. de ſuſcept. & Arca. libro decimo, & ibi Bartol. & Luc. de Pen. niſi fortè ex indulgentia Principis habilitaretur, Put. in verb. iudices, capitu. octauo per leg. neminem. Afflict. ſuper conſtitut. in verb. occupatis. rubri. 92. num. 12. & ad prædicta ſupra in quarta parte ſub numero 213. & 214. Verum quia officiales ſine timore Dei ſunt cupidi & ambitioſi, & de inde bite receptis cum ſint condemnati ad reſtitutionem & ad pœnam, ſi non habent in ære, debent luere in corpore ſuum, Bald. in rubr. Cod. de pœn. iud. qui mal. iud. Bologn. authen. habita. num. 58. Cod. ne fil. pro patr. Franc. deciſio. 358. cir. fin. volum. ſecundo, tamen de conſuetudine hæc non ſeruantur contra iudicem, vt dicit Scap. de iure non ſcript. titu. de iudic. tam ord. quam delegat. cap. 17. & vide Marian. Socin. in cap. ad deliberandum, num. 113. de iud. Farinac. de delict. & pæn. quæſt. 26. nu. 18. qui dicit quod officiales detinentur in carceribus. Barar. ad Clar. q. 95. nu. 8. & tandem ſi officialis

lis

lis erit abſolutus poſt tempus proclamatum, nõ poterit amplius moleſtari. Anton. Scap. de iur. non ſcript. titul. ſupradict. lib. 3. cap. 20. num. 6. Put. de ſyndic. in verſ. pœna. cap. 8. nu. 8. Quando autem condemnatio pecuniaria in corporalem conuerti poſſit, habes per Menoch. de arbit. de caſ. 437. in nou. Addit. vbi excipit caſum, ſcilicet, quando pœna eſt ex contractu & eſt applicanda parti, Doct. in l. nemo carcerem. C. de exactio. tribut. lib. 12. Felyn. in capit. ad deliberandum. de iud. Boer. Deciſ. 349. Bald. in leg. fin. de in ius vocan. Et ad hanc regu. quod qui non habet in ære luat in corpus, vi. omnino Iaſ. in §. pœnales. nu. 43. cum mult. ſequent. vbi limitat quoque locum non habere in fideiuſſore delinquentis, item in ipſo delinquente multato, ſed non condemnato: item habet locum in vilibus perſonis, non autem in nobilibus, nec in officialibus honoratis, nec in clericis, nec in mulieribus honeſtis de conſuetudine, nec in modica pœna, vt de ijs omnibus per Iaſ. Lud. Rom. ſing. 24. & Boer. Deciſio. 349. num. quarto. Bal. l. quicunque, num. 20. C. de ſeru. fugit. Et nouiſſime per D Caballum in ſua Caſ. cri. Caſ. 77. qui non tetigit hanc limitationem in officiali in ſyndicatu.

279 † Poſtremo, ad Dd. Syndicatores redeundo, quæſo, vt & ipſi tunc memores ſint capit. cum æterni. de re iud. vbi dicitur, cum æterni Tribunal iudicis reum non habeat, quem iniuſte iudex condemnet, teſtante Propheta, nec damnauit eum, cum iudicabitur ille: caueant iudices, & prudenter attendant, vt in cauſarum proceſſibus nil vendicet odium, vel fauor vſurpet, timor exulet, præmium, aut expectatio præmij iuſtitiam non auertat, ſed ſtateram geſtent in manibus. lances appendant æquo libramine, & in omnibus, quæ in cauſa agenda fuerint, leges conſulant, & ad Deum preces iugiter fundant, illius imitantes exemplum, qui querelas populi tabernaculum ingreſſus ad Dominum referebat, vt ſecundum eius Imperium iudicaret.

Sed hæc facilius optare quam conſequi poſſumus. Etenim lapſu primorum parentum natura noſtra ita corrupta, & deprauata eſt, vt difficile aut certe non ſemper affectibus noſtris frœnum inijcere, eoſque cohibere, & rectæ rationis dictamini ſubijcere poſſimus; Quin etiã non raro gratia & muneribus, tum quoque inuidia & inimicitijs iudices tranſuerſum abrepti, ea ſtatuunt, quæ non ſolum cum iure poſitiuo, ſed etiam nonnunquam cum ipſa æquitate, atq; adeo cum lege naturali & propria conſcientia ipſorum pugnare videntur. Atque hæc etiam ita in vulgus nota ſunt, vt magis publicam correctionem, quam longiorem probationem exigant. Quamuis interim illum præpoſterum ſyndicandi modum approbare nequeã, quo ſæpenumero etiam innocentiſſimi, atque integerrimi iudices à maleuolis hominibus contra ius & æquum non minus ſceleratè, quam nefariè vexantur.

Si quis igitur iudex ordinarius, aut etiam delegatus famæ ſuæ prodigus, & proprij perſequutor honoris contra conſcientiam, & contra iuſtitiam in grauamen partis alterius in iudicio quicquam fecerit per gratiam, vel per ſordes, ab executione officij per annum nouerit ſe ſuſpenſum, & ad æſtimationem litis parti, quam læ-

280 ſerit, nihilominus condemnandus. † Et licet ſyndicatores regulariter non ſubiaceant ſyndicatui, tamen non effugient diuinum iudicium, nam qui iuſtificat impium; & condemnat iniuſtè, vterque abominabilis eſt apud Deũ, Prouerb. cap. 17. Sed in ſtatu Mediolanenſi adſunt illa duo iam allegata decreta, vnum anni 1567. die 4. Decemb. alterum anni 1573. die 14., Nouembr. in quibus ſunt indictæ pœnæ ſyndicatoribus, qui querelari poſſunt, & allegari ſuſpecti, quoniam officiales non tenentur reſpondere coram iudicibus ſibi ſuſpectis, vel magis inimicis, Put. in verb. ſuſpectus, capit. primo, & ſi deinde procedit, acta non valent, Bart. conſil. incip. Inquiritur contra D. Ioannem de Piſana, & de hac re ſatis dictum ſupra in 3. parte circa fin. vbi de recuſatione iudicis, quod forte nõ procedit in ſyndicatoribus ordinarijs, vt Put. exemplificat in Vicarijs generalibus ſtatus Mediolanenſis, quia ordinarij non allegantur ſuſpecti, leg. apertiſſimè, & in authent. ibi poſita, Cod. de iudic. & ſubijciendo dicit, quòd datur adiunctus, ſed de conſuetudine ſubſiſtente magna ſuſpitionis cauſa remouetur ab illo iudicio, vt dixi in prima par. Verum huius timore Genuenſis Reipublicæ Sereniſs. Collegia ſolent plures eligere viros præſtantiſſimos ad ſyndicandum; quia plus ſapiunt tres, quàm vnus ſolus, & ſi quis eorum forte eſſet ſuſpectus, alij ſupplent, nec remouentur, argumen. leg. ſi quis ex argentarijs, §. omnes, ff. Put. per illum text.

281 in ver. ſuſpicio, capit. 1. num 8. † & factum a maiori parte tenet, & valet, Bart. in l. quod maior, ff. ad municip. Soc. reg. 206. imò ſi ex quatuor ſyndicatoribus duo iudicem abſoluant, & duo illum condemnent, ſententia abſolutoria præualet, leg. inter pares, ff. de re iudic. Put. de ſyndic. in ver. iudices, ad ſyndicandum, cap. 2. nume. 17. quia fauorabiliores ſumus ad abſoluendum, quam ad condemnandum, leg. Arrianus ff. de action & obligat. leg. fauorabiliores, de regul. iur. capit. odia, eo. in ſexto.

Sed demum ſi cauſa ſuſpitionis ſit euidens, tunc in totum recuſantur, l. ſolet, ff. de iuriſdict. omn. iudic. imò de doloſè commiſſis, & per peram in ſyndicatu puniri debent, Rondinel. de ſyndic. nume. 182. at quicquid ſit, caueant à periculo animæ, honoris, & dignitatis.

Et re vera cauſa honoris eſt tàm nobilis, quod Zelotypiam ſapit, vnde iniquitas ſyndicatoris ſæpè conuerſa eſt ſuper dorſum eius, præſertim quando ſub ficta amicitia extorquet incutiendo timorem, ſummam pecuniarum à bono officiali, & tamen eum condemnauit iniuſtè, & condemnatio annullata fuit, quia ſuper inquiſitione generali, & non ſpeciali ſententiam tulit, contra probum iudicem, & dixit priuandũ eſſe officio Præturæ, quia non ſeruauit conſuetudinem in condemnando quædam arbitrariæ, ſequens ſyndicator tex. l. Nulli. in fi. ibi Niſi ipſe id pati velit, quod alias diſſimulando conceſſit, C. ne ſacr. Bapt. teit. allegando in propoſ. Tiraq. de pen. temp. in præfat. ſub numero 9. vbi recẽſet exemplum Carol. primi contra Iudicẽ. Sed ille D. Syndicator, ſi vlterius Tiraquel. diſcurriſſet eod. tit. Cauſ. 53. ſub num. 3. vtique ſe ipſum redarguiſſet, quoniam priuare iudicem munere præturæ irrogat infamiam, ſed condẽ-

natus

400 Immunitas duodecim liberorum eſt de reſeruatis Principi.
401 Immunitatis controuerſia pendente, an conuentus ſoluere interim debeat.
402 Immunitas per pactum conceſſa non poteſt tolli. 406.
403 Contractus ab initio ſunt voluntarij, ex poſt facto neceſſarij.
404 Generalis diſpoſitio non derogat ſpeciali conceſſioni.
405 Priuilegium ex mera gratia conceſſum, ſi curſu temporis redderetur iniquum, tolli poteſt.
406 Principis mens talis præſumitur qualis de iure eſſe debet.
Conceſſio facta communitati in vim contractus tolli non poteſt, ſup. 402. & ſeq.
Molendinum an priuato facere licet in præiudicium communitatis. & an ſit de regalibus.
407 Statutum per quod minor numerus teſtium ſit ſufficiens tenet.
408 Opinio iuſta & æqua ſubtilioribus rationibus vinci non poteſt.
409 Brutorum exemplis confunduntur homines.
Multitudo an ſit cauſa ſufficiens indulgendi.
Ciuitas, collegium, aut vniuerſitas qualiter puniantur.
410 Prædicamentum qualitatis.
411 Quod non eſt, non habet qualitates.
412 Statera rigoris & æquitatis in prædicamento qualitatis.
Talis quiſquis ſe præſtare debet qualis ſermone ſe offert.
413 Facta ſunt potiora verbis.
414 Iura in qualibet diſpoſitione locum habere debent.
415 Baſtardi non ſuccedunt in feudo.
Spurij an ſint ſucceſſibiles.
416 Iudicium efficax executionem efficacem parit.
417 Pater qualis, talis filius.
418 Filij qualiter ſint obligati erga patriam, & parentes.
Patriæ, & patriotis bene meritis quantum debemus.
419 Pater ad quæ tenetur erga filium.
420 Dotandi filias onus ab æquitate prouenit.
Qualis quiſque fuit talis eſſe præſumitur.
Qualitas rubricæ facit interpretari nigrum.
421 Qualitas Præfatij mentem legislatoris declarat.
422 Qualitas materiæ de quo tractatur, cognoſcitur à primordio tituli.
Aequalitas in quo conſiſtit.
423 Hommes à natura liberi omnes naſcebantur.
424 Lex talionis de qua olim, abijt in deſuetudinem.
425 Omnia iam erant communia ſicut lux ſolis.
426 Meum & tuum, fuit cauſa tot malorum.
427 Commune quod iam erat, effectum eſt nullius.
428 Inter duos litigantes tertius gaudet.
429 Omnia proprio marte olim gubernabantur ſine legibus.
430 Leges adinuentæ iuris cuiuſcunque ſui conſeruandi gratia 40. & nu. 48.
431 Aequalitas eſt via ſeruandi Remp. 422.
432 Condemnari qui non poſſit.
433 Doctores hinc inde pares, quorum opinio ſequenda ſit.
434 Par in parem non habet imperium.
435 Senectus ſemper veneranda.
436 Homo docilis & rationalis minimè indignatur.
437 Saluum conductum quando concedere non licet. 438.
438 Saluum conductum inferior, vel æqualis quãdo non concedit.
539 Iudex inferior vel æqualis quando non poſſit, vel poſſit concedere ſaluum conductum. 437. 438.
440 Conceſſio vni facta, quando etiam alteri parti intelligitur cõmunis. quid de reſtitutione, & huiuſmodi.
441 In pari turpitudine melior eſt cauſa poſſidentis.
442 Statutum quod committens, vel producens falſum perdat cauſam, quid ſi vterque ſcilicet actor & Reus incidant in commiſſum.
443 Iudex æqualitatem ſeruare debet.
444 Quod vni permiſſum eſt, alteri vtique permiſſum cenſetur. 440
In pœnis æqualitas ſeruanda 451.
445 Statera æqua eſſe debet, ſed magis verſus æquitatẽ, quam verſus rigorem iudex pendere debet.
446 Paritas remouet eandem ſuſpicionem.
Paria ſunt dicere hæc lex procedit de æquitate, & illa de rigore.
Parium eadem natura.
447 Iudex ſequendo rigorem vbi æquitatem ſequi debet & econtra, iniuſtitiam facit.
448 Omnis diſciplinæ progreſſus à præceptis generalibus dependet.
449 Natura docet æqualitatem ſeruare.
450 Defenſio cum moderamine inculpatæ tutelæ eſt omni iure permiſſa.
451 Aequalitas in legibus, & ſtatutis ſeruanda.
Subditi æqualiter diligendi, & omnes legibus obnoxij.
Qui neſcit diſtinguere, neſcit ſoluere.
452 Doctori diſtinguenti magis credendum.
453 Diſtinctio ſapit naturam æquitatis.
454 Rigore in cortice æquitas in medulla.
455 Legis ad legem ſit relatio, vt æqualitas ſeruetur.
Iudicio non parcenti parcendo, non parcitur illi.
Opiniones ſunt recõciliãdæ, ſicuti diſcordiæ cõcordãdæ.

Lex

Digitized by Google

456 Lex corrigens intelligitur ſecūdum legem correctam propter æqualitatem.
Lex interpretans intelligitur ſecundum naturam legis interpretatæ.
457 Aequalium eſt idem iudicium.
Nube pari.
458 Dei ſumma bonitas uult omnes ſaluos fieri, & ſufficientia remedia elargita eſt.
459 Prædicamentum Relationis.
460 Craturæ omnes habent relationem ad ſuum creatorem.
461 Diſpoſitum in vno correlatiuorum trahitur ad alterum.
462 Condemnare qui non poteſt, nec abſoluere poteſt.
463 Officium iudicis magis exuberare debet in abſoluendo quàm in condemnando.
464 Correlatiuorum regula non habet locum vbi æquitas deficit.
465 Filius quando ſuccedere poteſt Patri, & pater non poteſt ſuccedere illi.
Reſoluto iure datoris, vtique reſolutum eſſe dicitur ius acceptatoris.
466 Relatiuum dicitur in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.
Membra omnia relationem habere ad caput.
467 Sententia an & quando debet eſſe conformis libello & quando non.
468 Libellus præter Stylum Curiæ formatus an ſubſiſtat.
469 Liquidum per illiquidum an aliquando retardari poſſit, & de practica liquidationis fienda.
470 Liquida & illiquida an ſimul conſilio ſapientis mittenda.
Clara non veniunt in compromiſſo.
471 Argumentum à compromiſſo ad conſilium ſapientis an procedat.
472 Ignorantia non præſumitur in re clara.
473 Statutum arctans ad conſilium ſapientis quando obſeruandum.
474 Conductor an & quando habet ius retinendi rem conductam vt ſupra 254.
475 Locator quo remedio vtitur, vt res ſibi reſtituatur.
476 Sententia lata ſuper minus veris an ab eodem retractari poſſit.
477 Procuratores debent apponere clauſulam dicto nomine, ne teneantur, vel infamiam principalis incurrant.
Procurator vel aduocatus aut fideiuſſor an ſint inimici, vel ſolum aduerſarij & 224.
478 Aequitas in delictis puniendis locum habet.
479 Mandans an teneatur eadem pœna vt mandatarius.
480 Mandatarius excedens fines mandati ipſe tenetur.
481 Aſſaſſinus dicitur qui per pecuniam occidit.
482 Contractus habet relationem ad præcedentem tractatum.
483 Inſtrumenta duo eodem die confecta cum clauſula actum vt ſupra, intelliguntur etiam in eodem loco.
Clauſula actum vt ſupra.
484 Clauſula vt ſupra vel clauſula finalis refertur ad immediate proxime præcedentia.
Conſuetudo in dubio intelligitur de conſuetudine longa.
Verba ſemper ad mediocritatem reducenda.
485 Aequitas ſuadet vt contractus intelligantur correſpectiui.
Actus immediate facti cenſentur inuicem correſpectiui.
486 Actus indifferentes iudicantur, boni vel mali ſecūdum ſubiectam materiam.
Oſculum illatum mulieri quando ſuſpectum ſit.
487 Qualitas adiecta verbo debet intelligi ſecundum tēpus verbi.
488 Lex vna declarat aliam, ſic vnum ſtatutum declarat aliud.
Legis principium generale, tota lex generalis eſt.
489 Verbum vnumquodque in ſtatutis cenſetur appoſitum cum miniſterio, & non ſuperfluè.
490 Statutum expreſsè prohibens extrinſecos intellectus, & quod eius verba debeant intelligi ad litteram, quam interpretationem recipit.
491 Statutorum virtus non ſtat in cortice verborum, ſed in medulla, & ſano intellectu.
492 Prædicamentum vbi.
493 Angelorum Hierarchia & gradus.
Res queque perit extra proprium locum & ſitum naturalem.
494 Domus ſua vnicuique tutum refugium eſſe debet.
Pupillus apud matrem educandus.
495 Amor nullus vincit paternum.
Aequum eſt vbi commoda, ibi incommoda.
Pater & mater debent contribuere in neceſſitatibus filiorum, & quibus caſibus non tenentur.
496 In contractibus attenditur locus vbi celebrantur.
Locus contractus an traditionis attendendus.
497 Verba ſtatutorum ſunt ponderanda.
Alienans in forenſem pœnam quando incurrit.
498 Abraſio quando vitiat.
499 Raſura quando falſa cenſetur.
500 Citatio eſt fienda ad domum propriæ habitationis.
501 Citatio quibus caſibus neceſſaria non ſit.
502 Vbi cęptum iudicium ibi finem habere debet.
503 Iudicium an dicatur cęptum per ſolam citationem.
Aequum eſt ne quis extra ſuum forum trahatur.
504 Cauſas aduocare, non licere ſemper.
505 Salarium an iudici ſubrogato debeatur, ſi iudici ordinario non detur.
506 Salarium debetur iudici, etiam ſi partes inter ſe trāſegerint.
507 Condemnationis tertia vel quarta pars quæ dar debet iudici ordinario, an debetur quoque iudici ſubrogato, vel in eius locum delegato. & 508.
508 Nemo cogitur ſuis ſtipendijs militare.
509 Locus quinam attendendus circa delictorum punitionem, quid in procedendo.
510 Aequitate ſuadente ſemper in dubio benignior ſumitur interpretatio.
Præſcriptio delictorum à ſtatuto ſtrictè interpretanda.
511 Deus ſcit omnia, & non eſt acceptator perſonarum.
Et de eius eſſentia potētia, ſcientia, & bonitate, quid Paul. Apoſt. ſcripſit.
512 Prædicamentum quando.
513 Tempus qualiter definitur.
Omnia bona in tempore ſuo.
514 Tempus obligationem non tollit nec inducit.
515 Qui citò dat bis dat.
516 Mora ſua vnicuique præiudicium allatura.
517 Damnum emergens & lucrum ceſſans.
Aliud eſt damnum pati, aliud lucrum non facere.
In curia mercatorum de bono & æquo agitur.
518 Vſuræ ſunt omni iure prohibitæ. 522. 523. & 524.
Mutuum dantes, nihil inde ſperantes.
519 Diſpenſare contra ius diuinū ex cauſa Papa poteſt.
Excuſationes vſurariorum, & menſariorum quæ ſint, & qualiter reijciantur.
Cambia ſicca deteſtantur. 522. vbi exemplificat.
520 Lucri cauſa debet eſſe iuſtus ſudor & bonus labor.
521 Tempus vendi non poteſt, quia ſine pretio nobis datum eſt.

Pa-

522 Pactum inter creditorem & debitorem de accipiendo pecunias ad cambium & recambium, ſi intra ſtatutum tempus debitor non ſoluat, an ſit licitũ.
523 Vſuraria acquiſitio eſt præter naturam.
Cambium de loco ad locum quando ſit licitum, ſecus de tempore ad tempus.
524 Practica articulandi intereſſe cambiorum.
Cambia an ſint ſemper prohibita.
525 Montis pietatis intereſſe pro pecunijs ibi poſitis, an ſit licitum.
526 Tempus pro tempore poni non poteſt, & ibi exemplum.
527 Tempus ablatum reſtitui poteſt.
Tempus ſemel ſuppletum, iterum non ſuppleri.
528 Induciæ quando duplicantur.
Aequitas in dubio amplectenda.
Tempus quando dilatari, vel coarctari licet.
529 Aequitas in pœnalibus locum habet.
Tempus venditionis an verò traditionis attendatur quo ad euitandam pœnam, quid quo ad gabellam.
530 Tempus in materia minorum, teſtium, fideiuſſorũ, debitorum & huiuſmodi remiſſiue.
Tempus currit etiam ruſticis, mulieribus, & minoribus inijs, quæ ſunt inducta ad rigorem iuris.
Ignorantia quando non excuſat.
531 Tempus an & quando currit ignoranti. 530.
Scientia quando non ſufficit circa actum præiudicialem.
532 Actus formalis an per æquipollens fieri poſſit.
Mora quando purgari poteſt.
533 Clauſula ipſo iure ſapit rigorem.
Mora modica ab æquitate excuſatur.
534 A die tali, an eadem die tempus currere incipit.
535 Tempus quod attendi debet in delictis puniendis.
Tempus quando impedito non currit.
Carceratio diuturna eſt pars pœnæ.
Pœna pro delicto antiquo minuenda.
536 Solutio diutina an obligationem inducit.
537 Conſuetudo diutina contra ius diuinum non tenet, idem ſi contra naturalem æquitatem.
538 Tempus quanta mala parit.
539 Prædicamentum actionis.
539 Omnis actus humanus dependent à voluntate & poteſtate.
540 Perfectio in facto, & imperfectio in non factum.
541 Actum magis valere, quam perire. 541.
Actus quantumcunque fauorabilis in alterius præiudicium principaliter non ſubſiſtit.
542 Actio ſecundum Phil. quid ſit.
543 Primum in intentione, vltimum in operatione omne agens agit propter finem.
544 Principium an finis in delictis attendendum.
Delinquens præter intentionem delinquendi mitius punitur.
545 Aequitas naturali ratione admonet ad bene uiuendum bene faciendum.
546 Chriſti omnis actio, chriſtianorum eſt inſtructio.
547 Chriſtus in primo aduentu æquitate & miſericordia plenus, in 2. Aduentu veniet in æquitate, & iuſtitia.
548 Actio ex obligatione in rem vel in perſonam ex facto duorum, vel vnius tantum largitate.
Argumentum rem, de qua tractatur oſtendit.
549 Rigor quando & quibus cauſis æquitatem aſſociat, atque adiuuat ei.
550 Quod prodeſt attenditur.
Fauere quibus debemus, & quando.
551 Procurator in iudicio quaſi publico an pro reo abſente interuenire poſſit.
Cauſa vna intentata, & probata alia, de æquitate iudicari poteſt ſuper probata. num. 575.
552 Agens ad duo & probans de vno: de æquitate obtinebit, vbi poteſt ſola facti veritate attẽta procedere.
Iudicium claudicare non debet.
553 Priuilegiatus non gaudet priuilegio contra æquè priuilegiatum. vbi de eccleſia, pupillo, paupere, fiſco, minore. 558. & muta. nu. 561.
554 Eccleſia contra Eccleſiam non præſcribit.
Præſcriptio odioſa, vſucapio fauorabilis.
555 Pauper alere pauperem non tenetur.
556 Donatio facta à minore, uxori minori an valet.
557 Laicus eodem priuilegio utitur contra clericum, quo clericus contra eundem laicum, & multa in hoc propoſito.
Fiſcus ſuccedens priuato vtitur priuilegio priuati.
Minor ſuccedens in loco maioris utitur eodem priuilegio maioris.
558 Qui in alterius locum ſuccedit eiuſdem iuris eſſe cenſetur 556 & 557.
Creditor priuilegiatus non utitur priuilegio contra debitorem æquè priuilegiatum, uel contra alium creditorem.
Bulletinus moratorius quando debitori prodeſt.
559 Pia cauſa inſtituta non detrahit Falcidiam neque Trebellianicam de legatis ad pias cauſas.
560 Priuilegiatus renuntiare non poteſt priuilegijs miſerationis cauſa conceſſis, nec reſpectu honoris reſpicientis corpus vnius collegij, vel militiæ.
561 Priuilegiatus quando utitur priuilegio contra æquè priuilegiatum.
562 Aequitas nõ procedit ex abrupto ſed rationabiliter.
563 Conceſſum uni quando patrocinat alteri.
Appellatio fit vnum corpus cum appellato quando appellatus illi adhæret.
564 Appellationi adhærere quid ſit.
Vtile per inutile non vitiatur. 372.
565 Nocere, & prodeſſe id quod habetur vel amittitur.
566 Adhæſio appellationi ſufficit appellatione pendente fieri, ante vel poſt, ubi proceditur de bono & æquo.
567 Clauſula de bono & æquo diſpenſat 574.
568 Clauſula ſola facti veritate attenta non poteſt tantum quantum clauſula de bono & æquo.
568 Mora iudicialis de æquitate purgari permittitur.
Confeſſio aut reſponſio qualificata de æquitate admittenda.
569 Sententia quãdo æquitate ſuadente retractari poſſit.
Genuæ vſus meliorandi ſententias, an alibi idem ſit declarare eas per motiua.
570 Motiua an ſint pars ſententiæ.
571 Prolixitas in Iudice, Aduocato, Procuratore, & Auditore non eſt laudabilis.
572 Veritas quattuor modis principaliter opprimitur.
Melius eſt peccare in tempore quam in ſententia.
573 Obligatio eſt mater actionis, & obligatio eſt ſtricti iuris.
Exceptiones ab æquitate proueniunt.
Circuitus euitandi. 612.
Occaſio laborum, litium & expenſarum auferrẽda.
574 Clauſula de bono & æquo ſolo facti veritate attenta quid operetur.
Cauſæ pauperum qualiter tractandæ.
Bona vxoris a viro alienata quomodo vxor repetere poteſt & vindicare à tertio poſſeſſore.
Pretium rei vxoris alienatæ cum conſenſu vxoris, ſi vir confitetur recepiſſe, non nocet vxori.
Confeſſio viri quando præiudicat vxori. 577.
575 Tex. l. habebat. ff. de neg. geſt. act. declaratur.
576 Abſolutio à iuramento non petita per Procuratorem n ulicitis, an ſibi principali efficiat.
Periurium non eſt ſine dolo.

Periurus

Digitized by Google

577 Periurus non eſt qui venit contra inſtrumentum iuratum ex capite non impleti pro parte aduerſa.
578 Mandatum ſtrictè interpretandum.
Mandatum habens ad vendendum, non poteſt fidē habere de pretio, neque extēditur ad confitendum.
579 Mandati forma non ſeruata, actus quando eſt ipſo iure nullus.
580 Accuſatore deficiente æquitatis ex officio procedere, ne delicta remaneant impunita.
581 Dolus nemini patrocinatur.
Agentes & conſentientes pari pœna puniri, & qualiter hoc verum ſit.
582 Agens non concurrente voluntate excuſatur.
583 Voluntas quando attendatur, & quando effectus. 583. & quid de voluntate coacta.
Excuſatione digni qui ſunt 582.
Exitus an voluntas attenditur.
584 Factum an voluntas attendendum. nu. 583.
585 Dolus in quibus præſumitur.
586 Pœna in facto proprio grauior quam in facto alieno.
Voluntas difficilis probationis.
587 Animus & voluntas diſtinguunt maleficia.
Exceſſus carēs animo vlciſcendi non rumpit pacem.
Adulterium nec raptus puellæ. nu. 591.
588 Dans operam rei licitæ, ſi oriatur illicitum attenditur quod prodeſt.
Teſtis ſine dolo mendax excuſatur à pœna falſi. 596.
589 Voluntas delinquendi, quando abeſſe dicitur in delicto. 591.
590 Canem verberare alienum non licere: eijci poſſe ſic.
591 Canes ſunt inter noſtra Domeſtica.
592 Vellens vulnerare Titium, & vulnerans mediatorem qua pœna puniendus.
593 Operam rei illicitæ dare quot modis dicitur.
Delictis occaſionem dans, vt de irritantibus cabrones, canes, equos, & huiuſmodi qua pœna teneatur.
De pauperie plura exempla.
Qui cauſam damni dat damnum dediſſe videtur. 594. 595.
Animalia damnum dantia ſuapte natura vel facto hominis, quid iudicandum.
594 Mulio tenetur ſi mulus det damnum.
Culpa quando præcedere dicitur caſum.
595 Bannitos capere vellens, an puniatur ſi incendium vel aliud damnum in rem aut in perſonam non bānitam interuenerit.
Crudelitas nimia culpæ aſcribenda.
596 Credens fide digno an ſit excuſandus.
Cuſtos carcerum ſi nobilis fugiat an excuſandus.
597 Cuſtos arcis an teneatur ſi arcis cuſtodiam viro fide digno commiſit.
598 Aequitas eſt aduocata hominum bonæ intentionis.
599 Iudex eſſe non debet, qui non valet irrumpere iniquitatem.
Qui in ſe iuſtus ſic in alios eſſe præſumitur, & econtra. Dei filius adeo miſericors ut pro nobis pateretur, miracula fecit, & ne Martyres martyrium paterentur, vtique miracula fecit.
600 Aduocati quales eſſe debent.
601 D. Ioannis Venturæ Iuriſconſ. & Aduocati Florent. & eius familiæ laudes.
602 Prædicamentum Paſſionis.
603 Diſpoſitum in vno quando locum habet in pœnalibus in alio.
Prohibitum vni ex correlatiuis cenſetur prohibitū alteri.
604 Omne agens rectè agit in patiente bene diſpoſito.
605 Agere & pati naturaliter poſſe.
Paſſio animi & corporis quando & per quæ.
606 Conſcientia proprij ſceleris mille teſtes. bona alacriter defendit Innocentes.
607 Poteſtati alienæ ſubiecti obedientiā ſeruare debent.
608 Superiores non carent labore & ſudore in bene adminiſtranda iuſtitia.
Agere, & pati omnibus datur.
609 Aequitas circa politica, & moralia, agit & patitur.
Homo ex quibus agit & patitur.
610 Paſſio in rem, et circa res & ſeruitutes.
611 Actiones cur hodie ſicut olim non proponantur.
Clauſula omni meliori modo.
Clauſula ſuper quibus omnibus.
612 Actio ex æquitate datur etiam illi cum quo nullum eſt negotium ex alijs de cauſis.
Circuitus quando euitandi ſunt. 573.
613 Afflictio non eſt danda afflicto.
614 Factum vnius ex ſocijs quando nocet alteri, et quid ſi vnus committat maleficium.
Socius cōdēnatus ob maleficiū, an nocet alteri ſocio.
615 Filius condemnatus ob maleficium ſi pater pœnam ſoluit, an compenſetur in ſuam partem.
616 Pater an & quando teneatur pro delicto filij.
617 Aequitas locum habet in cauſis mixtis.
618 Paſſiones ſuſcipiunt magis atque minus.
Mandans qualiter intelligitur teneri pro exceſſu mandatarij.
619 Homo pro Deo pati debet maximè cum Chriſtus pro homine paſſus eſt.
620 Prædicamentum ſitus.
Cor eſt Dux cęterorum membrorum.
Caput hominis, an cor præcedat. 621. 622.
Natura prudentiſſima nil fruſtra agit.
621 Deū quibus actibus exterioribus colere debemus.
Dei potentiam, ſapientiam, & bonitatem quibus actibus exterioribus præcipuè confitemur.
Dei donum eſt intelligere ſcripturas.
Deum negamus peccando.
Appellatione hominis etiam potentiæ animę immortalis continentur.
Caput hominis vbi ſepultum, facit locū religioſum.
622 Arbor cuius radices, vel rami extenduntur in fundum vicini eius, fructus cuius ſunt.
Ramos arboris in meo fundo protendentes & vmbram facientes an cedere poſſum, quid de radice.
623 Homo & eius dignitas ad quem finem creatus.
Homo peccator iumentis comparatur.
Foueas facere in ſuo vel alieno pro capiendis animalibus an liceat.
624 Angelica natura Hierarchiæ & ordines, & ſitus.
625 Lucifer excelſior erat inter Angelos. Situm cœli empyrei (in quo creatus fuit) ſuperbia amiſit.
Superbia Luciferis.
626 Michael Archangelus domator Luciferi.
Prælium in cœlo.
627 Aequum & iuſtum eſſe vt quiſquis maneat in ſua vocatione.
628 Deus, & ſi vbique ſit, tamen ſedere in cœlo empyreo habet.
Manſiones Beatorum in cœlo.
629 Anima à Deo a ſitu cœli in homine creata.
Ad Deum & ad eundem ſitum redire debet.
630 Situs ſub cœlo quæ continet.
Ecclypſis & Cometæ.
631 Rei malæ ſe habere extra proprium ſitum.
632 Cœlorum & aeris infortunia & tempeſtates qua de cauſa generantur, et quib. remedijs occurritur.
Nemo habitare tenetur ſub malo aere.
633 Auis ſuper arboribus dicitur in aere ſtare.
Situs ſuper terrā & in inferiorib. partibus qualis.
Purgatorium vbi ſitum, & ibi ęquitas quoque locum habet.
634 Rigor an ſine æquitate in Inferno.
635 Situs Sedis Apoſtolicæ Romæ.
Petrus & Paulus Apoſt. ſunt duo lumina & duæ columnæ Eccleſiæ.


Roma

Digitized by Google

636 Romæ patria cõmunis. Vbi quilibet conueniri põt.
637 Romæ Forenſes an conueniri poſſint.
638 Aſylum apud Romanos quid.
639 Immunitas Eccleſiaſtica ut conſeruetur: Rigor et æquitas ſimul laborant.
640 Infideles non gaudent immunitate Eccleſiaſtica.
Ritus Iudæorum num magis tollerandi quam aliorum infidelium.
641 Iudæi nullo æquitatis priuilegio gaudere debent.
Situs Eccleſiæ, & cœmiterij & domus Epiſcoporum qua immunitate gaudent.
Confugiens ad corpus Chriſti gaudet immunitatem Eccleſiaſtica.
642 Signa ponere ſuper ſcamnus Eccleſiæ ad præueniendum locum in Eccleſiis an iure teneat.
Loca in Eccleſia ſedendi cauſa an poſſideri ſigno aliquo appoſito ualeat.
643 Deo dicatum in nullius bonis eſt.
644 Poſſeſſio in Eccleſia non acquiritur. nu. 642. 643. & ſeq. & 647.
Poſſidendi modus fictus eſt cõtra naturalẽ æquitatẽ.
645 Sedilia in Eccleſia an aliquo ſigno appoſito præoccupari poſſint. 642. & ſeq.
Poſſeſſio ſemel extincta amplius reintegrari nõ põt.
646 Poſſeſſio dicitur quaſi pedum poſitio.
Poſſeſſio rerum mobilium acquiritur manibus, quid per retentionem clauium beneficij eccleſiaſtici.
647 Signatura ſola an poſſeſſionem importet.
648 Eccleſia mater indiſtinctè omniũ Chriſti fidelium.
649 Ordo ſedendi in Eccleſiis.
Cathedra Regis in Eccleſia qualis & quomodo eſſe & ſtare debet pulchrè deſcribitur.
650 Rex iuſtus ſedẽs ſuper ſedem ſuam quidquam malignum non aduerſabitur.
651 Lex agraria ad quid inuenta.
Aedificare in ſuo non licere ad æmulationem animo officiendi uicino.
Murũ ſine calce an propè uicinum ędificare licet.
652 Aedificare ad æmulationem quando quis dicitur.
653 Caminum nouum propter fumum an licet facere.
654 Aedificare turrim, murum ualde altum, uel fortilitium, an Domino liceat.
655 Debitor conueniri poteſt ubi habet rem ſitam.
656 Situs in delictis ſpectandus eſt.
657 Corpus offenſi ſitus conſiderandus, & ad quid.
Faciem hominis ſtudioſè deturpantes ſfriſantes & ſtercorizantes.
Studioſè, idem eſt quod data opera.
Statuta Flor. Rubr. 118. & 119. libr. 3. circa aduerbiũ ſtudioſè declarantur.
658 Condemnatus pro vulnere, & non pro cicatrice an poſtea ſententia retractari poſſit.
659 Delicta ſtatutaria quæ & contra tranſgreſſores æquitas ſeruanda.
Quæ propter neceſſitatem fieri contingunt pœnam non merentur.
Proiciens in via aliquid prohibitum an ſit punibile ſemper.
660 Domus demolitio ex quibus cauſis fiat.
661 Ciuitas poſt deſolationem reædificata & reſtituta an recuperat antiqua priuilegia.
Eccleſia deſtructa an efficiatur ſitus prophanus.
662 Aedificans iuxta litus maris quid iuris, quid deſtructo ædificio.
Qualibet res de facili reuertitur ad propriã naturã.
663 Vſus maris publicus dicitur.
Gẽmæ, coralia & huiuſmodi piſcari in mari an licet & cuius ſunt.
Naufragio res in mari eiectæ an ſint piſcatoris.
664 Prædicamentum habitus.
Habitus quot modis ſumitur.
665 Animi pulchritudo an quãdoq; ab habitu arguitur.
666 Habitus in brutis qualis ſit.
Feræ beſtiæ quando capientium non ſiunt.
667 Aequitas, & quædam naturalis iuſtitia dicitur eſſe in animantibus.
668 Animantia creata vt homini ſeruirent, cur rebellia effecta ſint, quaſi inimica.
669 Habitus hominis duplex.
Viro bono æquitas patrocinatur.
670 Vir malus dignus rigore.
Vir malus cur viuere permittitur.
671 Animus quibus habitibus veſtitur.
Humanitas eſt habitus quo omnes præſertim iudices indui debent.
672 Reſurrectio mortuorum alijs vitam, alijs mortem.
673 Habitus quibus corpus humanum induitur.
Veſtibus auratis qui vti poſſunt.
674 Veſtibus publicæ perſonæ priuatus induens ſe qua pœna puniendus.
Facta a ſeruo veſtibus Domini induto an tenent.
675 Lucus quando excuſatur contra clericum non incedentem in habitu.
676 Hebræi qui ſignum croceum non ferunt puniendi.
677 Ornamenta corporis, & animæ quæ ſint.
678 Sanctitas eſt omnium virtum excelſior.
679 Virtutes quæ ſint enumerantur hic. 40. cum eorum definitionibus.
680 Politica de quo tractat. quid œconomica, & quid Ethica, & quid Paul. Apoſt. de hoc ſentiat.
681 Habitus monachum non facit. & multa in hoc propoſito habitus.
682 Habitus clericalis quod priuilegium habet.
683 Habitum clericalem, vel religioſum dimittens quid perdit.
684 Habitum religionis an ex cauſa dimittere licet.
Veſtes ſacræ ad vſum prophanum, nec veſtes prophanæ ad vſum ſacrum conuertendæ ſunt.
685 Habitus modeſtus uenuſtatẽ animi ĩdicat. & 687.
Magiſtratus virum oſtendit.
Toga indicat magiſtratum.
686 Vſusfructus vxori legatus donec habitum vidualem induerit, quid importat.
Vidua qualis eſſe debet.
687 Vidualem vitam ſeruare quando dicitur.
Vidua an lugere tenetur virum.
Vidua ſi intra annum luctus nupſerit veſtes reddere debet.
688 Habitationis vxori legatæ appellatione quæ continentur.
689 Habere alienum iniuſtè non licet.
Ius in ſpe habere qualiter intelligitur.
690 Interpretatio obligationum & excommunicationum qualis ſumi debet.
691 In interpretanda obligatione quæ requirantur.
Veriſimile eſt quem minus voluiſſe obligari, quam fieri poſſit.
Teſtis veriſimilia deponẽs parte nõ citata an tenet.
Clauſula ſola facti veritate attenta quantum valet in iudicijs.
692 Reg. à priuatione ad habitum, qualiter procedit.
693 Facere de facto aliquid non ſufficit.
694 Facta an & quando tenent.
695 Bannitus vel excommunicatus ſi ſimpliciter bannum vel excommunicationem non negat tenetur probare fuiſſe rebannitum vel abſolutum.
Statutum puniens in amputatione manus qualiter intelligendum. num. 698.
697 Execrans alium an eadem pœna ſit puniendus.
698 Sententia declaratoria quando requiritur, & quando condemnatoria.
Pœna, quando ipſo iure incurritur & quando non.
699 Mox, ſtatim, Dictio quid importat.
700 Fructus poſt delictum pendentes an ſint fiſci.

Digitized by Google

DE BRACHIO REGIO
PARS SEXTA.



DE AEQVITATE, ET RIGORE.

1 CVm Deus Optimus Maximus, prouidentia ſua corruptibilibus omnibus prouideat, & finem (in ſe ipſum ſcilicet, qui finis eſt) ordinet & dirigat, omnia, atque cuncta gubernet, hinc Boet. ijs verſibus ſcriptum relinquit.

O, qui perpetua mundum ratione gubernas,
Terram, cœlique ſator, qui tempus ab æuo
Ire iubes, ſtabilique manens, dat cuncta moueri.

2 Ipſe namque Deus, vbique regnat, vbique imperat, vbique Maieſtas eius omnia replet, & complectitur vniuerſa. Pſal. 22. & 144. cœlum, & terram ego impleo, & vt ait Philoſ. Deus eſt omnia, ſciens, mouens, & ſentiens. Itaque Deus, per Moiſem, cuncto populo mandauit, vt omnia, pondere, numero, & menſura, diſponerentur. Leuitic. c. 19. in fi. ibi, nolite facere iniquum aliquid in iudicio: in regula; in pondere, in menſura: ſtatera iuſta, & æqua ſint pondera, iuſtus modius, ęquus ſextarius, & quæ ſequuntur, ad quam manus, & ocu-
3 los iudices ſemper habebunt, ſi memores fuerint. c. cum æterni. de re iud. in 6. & illa ſtatera eſt omnino euitanda, qua grauius pro ſe, leuius pro alio ponderamus. 24. q. 1. c. nō afferamus, ſed omnis iudex diligenter cauere debet, vt in vtroque penſet veritatem & miſericordiam, vt 45. Diſtinct. c. omnis, & quilibet, quaſi in ſtatera ſermones, & greſſus ſuos ponderet, 50. Diſtinct. cap. ponderet. & S. Aug. in libr. 5. confeſſ. cap. 4. Sic ait, ſic fidelis homo cuius totus mundus diuitiarum eſt, & quaſi nihil habens, omnia poſſidet, inhærendo tibi, cui ſeruiunt omnia, quamuis, nec ſaltem ſeptētrionis gyros nouerit, dubitare ſtultum eſt, quin vtique melior ſit, quam menſor cœli, & numerator ſyderum, & penſor elementorum; & negligens tui? Qui omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti, & qui alijs præeſt inuigilare oportet, vt (ſi fieri poſſit) irreprehenſibilis ſit, iux. c. oportet. 8. q. 1. Nam (vt ait Hippocr. Aphoriſ. 37.) Qui bene ſe habent corpore difficulter ferunt medicationes, vt de illis iudicibus integerrimis, euenire ſolet, ægre ferentibus moneri ab illis, qui magis monitione egent.

4 Et cum in rebus nouis conſtituēdis, atque edendis vtilitas potiſſimum cum æquitate inſpicienda ſit & in rebus fugiendis rigor. ar. leg. in rebus. ff. de conſtitut. Princ. & not. Imperat. in Proœm. Inſtitut. §. cumque Deo propitio. vbi gloſſ. in verbo vtile, vtrumque difficile, ac periculoſum eſt. Non enim me latet quod vita breuis eſt, ars longa, occaſio volucris experientia periculoſa, iudicium difficile, vt inquit Hippocr. Aphoriſ. primo. Vnde Virgil. libr. 3. Georg. bene ijs verſibus concludit.

Optima quæque dies miſeris mortalibus æui,
Prima fugit, ſubeunt morbi, triſtiſque ſenectus.
Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.

Et quod difficilius, arbitrij noſtri nō eſt, quod quiſq; bene loquatur, & ſentiat, uerumtamen qui per ſyluam variarum lectionum vagatur, per ſpinas, & tribulos vagari oportet, ibi herbas olentes, & odoriferas recolligit, alias reſpuit. Qua de re ſparſa quæ hactenus in hoc tractatu iam ſcripſi in hac ſexta parte recolligere curaui, confiſus, & ſperās in Deo, qui ſicut filio ſuo promiſit & pręſtitit auxilium ſuum circa humanitatem, vt ſentit Dauid. Pſalm. 88. Manus enim mea auxiliabitur ei & Brachium meum cōfortabit eum, ad quod vi. expoſit. Iacob. de Valent. ita in hac ſexta parte de Brachio Regio, penes alios de manu Regia, auxilium diuinum petam in quo ſperabo, vt manu firma, & Brachio forti ſtateram noſtram rigoris, & æquitatis geſtare poſſim, & valeam percurrere quoq; hoc mare magnum & ſpatioſum, non verbis, quibus vtuntur omnes tantum, aſſequi laudis, & gloriæ videar, vt ait Quint. libro ſecundo inſtitut. ſed quæ in praxi agenda atque obſeruari oportet, ipſe alios docendo & addiſcam.

5 Continet enim materia noſtra (quam Rigoris, & æquitatis ſtateram appellamus) quicquid ſuper terram eſt, ab ortu, ad occaſum, ab Auſtro, ad Aquilonem, Quid plura? quæ in cœlo, terra, & in inferno comprehēduntur, omnia cum pondere, numero, & menſura, quamuis diuerſimodè. Nam Deus Optimus Maximus, ſumma eius largitate, in cœlo præmiat vltra condignum

in inferno autem puniſit æquitate ſua cltra condignum.
6 Et in omni opere Dei ſit Iuſtitia ſimul cum mi
ſericordia. S. Thom. 1. par. ſumm. q. 21. artic. 4. Et
in terris hunc humiliat, hunc exaltat, quia calix
in manu Dei plenus mixto, vt cecinit Dauid. pſ.
32. & in arca Dei intus conſeruabatur virga cum
manna, vnde amorem & timorem Dei & nos in
arca cordis noſtri conſeruare debemus, timorem
ne præſumamus, amorem, ne diſperemus. Dion.
Areopag.
7 In hac ſtatera cunctæ creaturæ, actus, motus, ge
ſtus, mens, & omnia æquo libramine ponderan-
tur; & ea quæ iuſti, vel iniuſti ponderis ſunt, opti-
mè dignoſcuntur: verum enim vero coram Deo,
8 & Ieſu Chriſto eius filio, nemo iuſtus reperitur,
ſecundum Iob, capit. 4. Ecce qui ſeruiunt ei non
ſunt ſtabiles, & in Angelis ſuis, reperit (in aliqui-
bus tantum) prauitatem. Excipiturque ſemper
immaculata virgo Maria, Dei, & Domini noſtri
Ieſu Chriſti Mater, ſine peccato concepta, ab ini-
tio & ante ſęcula ſemper ab omni labe penitus pe
nitus præſeruata, de qua dicitur, quod nemo iam
iuſtus, quam ipſa virgo Mater plena gratiæ. Sed
quo ad alios, quamuis iuſti, tamen non ſic: ſcriptũ
eſt enim, ſepties in die cadit iuſtus.
9 At æquitas atque miſericordia diuina iuſtos ful
gere facit, & iniuſtos iuſtificat Ezech. c. 18. Matt.
c. 12. & Apoſtol. ad Rom. c. 8. & alibi, impios au-
tem a iuſtis ſegregatos iudicabit. Prouer. capit. 14.
En quam diſpar exitus, quibus rigor, quibus æ-
quitas, ſed in operibus huius mundi, equidem ho-
mines ſępè fallunt: nam quandoque rigor ſerua-
tur, vbi ęquitas ſuadet & econtra, ideoq; vbi opus
eſt rigore non eſt vtendum ęquitate, & vbi æqui-
tas ſuadet, rigor ceſſare debet, alioquin errabitur,
vt infra nu. 161. Hinc dixi quod liberi arbitrij iu
res non ſunt concedendæ in eruditis, ſed probis
& expertis part. 1. num. 46. & 47. Nam officium,
& diſcretio pari paſſu ambulant. part. 2. num. 127.
part. 5. nu. 37.
10 Itaque aduertendum eſt ne decipiamur, ne ni-
mium iuſti, ſed æqui ponderis ſimus, Eccleſ. c. 7.
Nam nimium iuſtus peribit in iuſtitia ſua vt in c.
pleruoque 2. q. 7. & in c. non poteſt. 23. q. 4. & in
c. ſerpens. de pœn. diſtinct. 1. Tiraq. de retract. con
ſangui. §. 35. glo. 1. ſub nu. 12. & 13. dixi ſup. par. 3.
ſub nu. 120.
11 Summum enim ius ſumma malitia, ſumma
iniuria, & ſumma crux. Tiraq. vbi ſupra nume. 6.
cum ſeq. & plerumque ſub authoritate iuris, & in
ampla Balia erramus. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. de
verb. oblig. & Cicer. libr. 1. offic. Exiſtunt (inquit)
etiam ſępè iniuriæ calumnia quadam, & nimis
callida iuris interpretatione: ex quo illud ſummũ
ius, ſumma iniuria, factum eſt iam tritum ſermo-
ne prouerbium, de quo in hoc propoſ. meminit
Didac. Couarr. vir eruditiſſimus, præterquam vbi
tam ſtrictè loquitur de immunitate eccleſiaſtica
cui parum fauet, in cęteris verò eſt magnus Do-
ctor tract. var. reſol. par. 2. §. 6. ſub num. 3. verſ. ex
quibus. cau. 592. in fi. ſed ipſe teneo quod ſummũ
ius, ſit ſumma crux quando corde & animo diro,
& crudeli, abſq; ſcintilla æquitatis iudex iudicat,
vel procedit, nil in ſe humanitatis habens, vt not.
12 in leg. de ætate. ff. de probat. Non autem ſic de
ſumma æquitate cenſendum eſt, cui aliquod vi-
tium aſcribi minime poteſt. nam ſumma æqui-
tas, ſumma ratio dicitur, l. verum in princip. ff.
13 pro ſoc. Quinimmo nihil agendum eſt, vbi a-
gens dubitare poſſit, nunquid æquum ſit, aut ini-
quum id quod agere intendit. Cicer. in primo li-
br. offic. quem Tiraqu. adducit in dicto §. 35. glo.
1. numero 6. cum ſequentib. Verum in rebus ſpi-
ritualibus dum opera rei Sanctæ, vel licitæ datur,
& agens dubitat nunquid meritorie faciat, potius
facere debet, quam abſtinere, dum pęnitet mali
& ſperat in bonitate Dei, & quouis modo ſem-
per bonum eſt bene facere.
14 At ſecundum materiam noſtram legalem, ſu-
mendo, ſummum ius pro ſtricto ordine iuris, ſiue
quo ad modum procedendi, ſiue quo ad deciſio-
nem cauſarum, accipitur ſummum ius, quandoq;
pro ſummo rigore, & quandoque pro ſumma æ-
quitate, vt ſubiecta materia expoſtulat, vt quia
ſit fauorabilis, aut odioſa, ar. l. ſi vno anno. ff. lo-
car. & infra explicabitur. Nam contra prauos, &
15 conſuetudinarios delinquentes, & in atrociori-
bus delictis, etiam alijs caſibus ab omni iure im-
probatis, aſperitate rigoris eundum, & procedẽn-
dum eſt, quia in ſimilibus æquitas induitur rigo-
re. vt in 3. par. nu. 33. ijs tribus videlicet concurrẽ
tibus, mala qualitate perſonæ, cauſæ, & effectus,
tunc æquitas ſilet, & non eſt locus veniæ, Tiraqu.
de retract. conſangui. §. 35. gloſſ. 1. nume. 17. & his
cõcurrentibus ſeueritas circa ſtatutorum interpre
16 tationem locum habere poteſt, vt l. 2. in princ. ff.
de cuſto. reor. Ex hoc modo reconciliantur ij duo
milites legalis philoſophiæ, videlicet, Tiraqu. &
Couarru. var. reſol. in 2. par. c. 6. ſub nu. 3. verſ. ex
quibus deducitur, car. 592. vbi ſeueram interpre-
tationem damnare videtur, habet etiam locum
in ſententia, vt l. 1. §. caſum. ff. de poſtul. & in indi
ce authoritatem Brachij Regij exercente, vt late
in prima & quarta parte dictum eſt, præſertim le
17 gum conſeruatores ſeueri eſſe debent non tamen
indiſtincte, vt aduertit Cic. ad verum 1. libr. offic.
Sed contra doloſos legum contemptores & teme
rarios, vt illi qui nulla neceſſitate coacti, ſed ſola
animi peruerſitate, propria malitia, & calliditate,
ducti, obſtinatè leges tranſgredi malunt quàm le-
gibus virtuosè viuere. Sunt enim incapaces, &
non ſcripti vti odioſi in libro clementiæ legum
humanarum, non in legibus ęquitatis, ſed rigoris,
ar. l. Lucius Titius. §. Dama. ff. de legat. 2. profecto
mercedem talem habere debẽt, qualem ex eorum
induſtria meruerunt, iux. l. 1. ad leg. Cor. de ſicar.
effecti ſunt indigni auxilio legum. l. auxilium. ff.
de minor. vt inf. ad aliud propoſitum dicam, qua
de re rigor contra huiuſmodi proteruos experiri
debet.
18 Cœterum quando agens quadam laſciuia, &
ab impetu iræ motus, vel prouocatus, in aliquod
prohibitum incidiſſet, attentis bonis moribus, &
eius bona qualitate, benemeritus eſt æquitatis ob
quam rigor ceſſare debet. Grat. in §. charitas. & §.
exordia. de pęn. diſtinct. vbi glo. de Pęni. cuius di-
ctum ſecundum Tiraq. de pęn. temp. cauſ. ſi ſub,
nu. 156. in fin. fuit prius a Cicer. in orat. pro Pub.
Sylla. ibi non ex crimine, ſed ex moribus eius qui
arguitur eſt ponderandum. vt in propoſ. in pract.
de teſt. par. 4. ſub nu. 80. & in fra latius ſuo loco, &
tempore dicetur, & in 5. par. ſub nu. 59.
19 Sed ne confusè, vel (vt fertur) illotis, & arctis
manibus rem tam vtilem & amplam, atque pra-
cticabilem perſtringamus, & vt ordinate proceda
mus, operę pretium duxi, eam diuidere, Nam pri
mo ſcire oportet, quid ſit lex, iuſtitia, ius, iuſtum,
æquitas, & rigor, quæ ignorare turpe eſt iuris peri
to. vt ait Bologn. de leg. iur. & æquita. c. 1. nu. 17. 18.
Secundo Regulas quaſdam Rigoris, & æquita-
tis tradere.

Tertio

Digitized by Google

Tertio totam materiam Rigoris, & æquitatis
ſub decem Prædicamentis reducere.
Ex quibus omnibus Theoricam, & Practicá,
ſimul percipiemus bene geſtandi, & ritè, ac rectè
vtendi hac ſtatera Rigoris,& æquitatis,vt iuſto li
bramine, quæ ad iuſtitiam adminiſtrandam ſpe-
ctant,ponderemus.
20 Igitur omiſſa horum duorum verborum diſpu
tatione,quam ſophiſticis,& cauillosis libenter re
linquo, de quibus loquitur l.2.C.de conſtitu.& l.
65.ea eſt natura. de regul. iur. vbi Vlp. dicit: Ea
eſt natura cauillationis,quam Græci σόφισμα, ap-
pellant, vt ab euidenter veris per breuiſſimas di-
ſputationes ad ea, quæ euidenter falſa ſunt,perdu-
cantur,quemadmodum idem Vlp. Iuriſc.in mate
ria definitionis ait in l.omnis definitio. 202. eod.
tit. Omnis namque definitio in iure periculoſa
eſt. Parum eſt enim vt ſubuerti non poſſit. Et ij
qui digito magis,quam auribus circa fidem credo-
21 re volunt,carent meritu fidei. Quia fides non ha
bet meritum, vbi humana ratio præbet experi-
mentum, Apoſtol.ad Hebræ.capitu.11. Marc.ca-
pitu.11. eſt glo.in Rubr.C.de ſumma trinit.& fide
Catholic.
22 Et quamuis rigor, & æquitas, inter ſe differre
videantur, ſicut ius,& iuſtitia, & lex, ſecundum
Doctorum ſubtilitates, tamen attento fine non
ſunt contraria. Nam color rubeus non eſt con-
trarius nigro,ſed albus ſic. Aliud enim ſecundum
Philoſ. eſt differre,aliud contrarium eſſe, vt de i-
gne & aqua, calida,& frigido. At Rigor,& æqui-
tas habent inter ſe relationem, ac quandam ſym-
patiam, aut concordantiam,vel deriuationem, vt
multoties idem ſonare videantur, ſicut dicit Bo-
logn. in tractatu, de leg.iur.& æquitate capitu. 14.
nume. primo, inter tracta.diuerſo.tom.1.
23 Hinc dicitur de regula & iure; Nam regula eſt,
quæ rem,quæ eſt,breuiter enarrat, non vt ex regu
la ius ſumatur, ſed ex iure quod eſt, regula fiat,
quæ ſimul cum aliquo vitiata eſt, perdit officium
ſuum,vt ait Paulus Iuriſcon.in d.l.1.de regul.iur.
Verum,licet exceptiones videntur à regula differ-
24 re, tamen & ipſæ ſunt de regula, & in ea in eſſe
comprehenduntur,vt ibi in glo. magna. circa fin.
25 Similiter ius, & iuſtitia confunduntur quando-
que,ſed iuſtitia dicitur Mater, ius autem iuſtitiæ fi
lius,l.1.ff.de iuſt. & iur. ibi ius ſuum tribuit,& in
§.1.inſtitu. eo.tit. Pariter ius,& ratio confundun-
tur. Nam cum dicimus rationem id expoſcere,
intelligimus eſſe iuris, & tamen ratio non eſt
26 ius, ſed ratio dicitur eſſe anima legis, l.cum ratio,
ff.de bo.damnat.adeo quod lex ſine ratione mor-
tua eſſe dicitur,l.quod dicitur,ff.de pact. c.conſue-
tudo, Diſtinct.prima, ſicut religio eſt anima Rei-
pub. Ergo Reſpub. ſine religione dicitur mortua.
Hinc apud Genuenſes ſæpè dici ſolet, quádo quis
ſine ratione loquitur,vade alloqui mortuos, quod
eſt not. quia nonnulli Iuriſconſulti dicere neſcie-
runt,vnde hoc dictum originem trahit.
27 Ius autem dicitur ars boni,& æqui,vt d. l. 1. C.
de leg. & æquitas pro iure ſumitur, videlicet pro
iure naturali ratione dictante,vt per Doct.in d.l.1.
ff.de iuſt.& iur.& ius quandoque rigorem ſignifi-
28 cat,d.l.1.C.de leg. Sed inter æquum, & æquitaté
aliqua differentia aſſignatur, ſicut inter ius,& iu-
ſtitiam, Bolog.d.tract.de leg. iur. & æquita.capit.
18.num.1.qui teſte Ariſtotel. ait, æquitatis obie-
ctum eſſe æquum,& bonum. Rurſus diuerſam eſ
29 ſe dicunt,rationem ab æquitate, per l.diuus. ff.de
in integr.reſtitu. Tiraquel.de retract.conſangui.§.
34.glo.1.nume.25. & 26. verum æquitas,& ratio
non ſunt diuerſa, ſed vna procedit ab altera, tan-
30 quam caliditas à motu,qui eſt cauſa caloris ſecun
dum Phil.Iuſque idem boni,& æqui requiritur in
parte,quod in toto,Gab.Bud.de Pign. & hypoth.
nu.41.prout in omnibus indiuiduis,& inſeparabi
libus,vt inf. ſub nu. 138. & infra circa hoc aliqua
vtilia tradam.
Et inter æquitatem,& rigorem nulla eſt diſcre-
31 pátia quo ad iuſtitiam,quia alter alteri cedit,ſunt
eiuſdem volútatis,& ambo iuſtitiæ filij; ſed ex cir
cumſtantijs,quæ in iure variant,modo inſurgit ri
gor,modo æquitas,& quandoq; cóuertuntur,tex.
in l.aut facta & ibi Doc.ff.de pœn.vi.nu.33.par.3.
vbi rigor pro æquitate,& æquitas pro rigore,nihilo
minus ſicut frater, et ſoror aliquádo sút diſcordes,
ſic æquitas,& rigor, vt inf.nu.151. ſed vt plurimú
ſunt cócordes. Quæ circunſtantiæ ſepté modis cóſi
derari poſsút. Primo cauſa cur aliquid factú ſit. Se
cúdo perſona,quæ & qua cú fecerit. Tertio locus
vbi factum eſt. Quarto tempus quando factum
eſt. Quinto quantitas facti,an magnum, vel exile
ſit. Sexto qualitas quomodo factum ſit. Septimo
euentus,an ſcilicet metu,vi, errore,dolo,culpa,ca-
ſu fortuito,bene,vel male factum ſit,vt de ijs om
nibus apud Bald. in leg.1.ſub num. 1.ff.de iuſt. &
iur.quem vi,& meminit Stracc. trac. De merca-
tur.par.vlt.tit.1.quomo.in cau.mercat.proced. ſit
ſub num. 3.vbi de æquitate & rigore loquitur, ſu-
* mendo ſubtilitates,vel apices iuris pro rigore. Ad
quod facit Abb.in c.ſi clericus,ſub num.4. de for.
compet.& ſtatim dicam, interim vi. Tiraquell.de
retract.conſangui.§.35.gloſſ.1.num.19. Couarru.
var.reſol.pat.2.§.6.ſub num.3.& ſeq. car. 590.
32 Sed nos dicimus æquitatem,& rigorem eſſe
vnum talentum ſeu numiſma,in quo ab vna par-
te ſculptus eſt rigor, ab altera Aequitas, vel dica-
mus eſſe duo talenta appenſa filo rationis, vt in l.
placuit,de iudic.& per ea quæ trad.Tiraqu.d.§. 6.
gloſſ.35.num.25. verſi. quamuis vel dicere poſſu-
mus rigorem,& æquitatem eſſe duo ſtateræ tritu-
maria iuſtitiæ,prout in principio figurauimus, &
eſſe fratrem & ſororem ambo iuſtitiæ filios, ſub
nu.31.natos ſimul in vnico & gemello partu. Sed
quis eorum prior editus fuerit, non vidi, licet dici
* poſſet,niſi fuiſſet peccatum,lex in mundum intro
ducta non fuiſſet. Apoſt.ad Galat.c.3. Quid igitur
lex, propter tranſgreſſionem poſita eſt. iuſto non
eſt lex poſita,ſed iniuſtis. 1. Timo.c.1.& quemad
33 modum mares à communiter accidentibus ſunt
duri,rigidi,& aſperi,ſeueri,& punctuales,fœminæ
vice verſa ſunt molles,flexibiles,blandæ piæ & mi
ſericordes,ita de æquitate,& de rigore; quinimmo
* vbi rigor deficit æquitas ſupplet,l.in ſumma, §. itě
veritas,ff de aqua plu.arc.hic taceát,quæſo illi dicě
tes,mulierú genus eſſe auariſſimú, cuius æquitatis
exéplo iudex multoties ſupplet vbi ius, vel pars de
ficit,vt inf.dicá ſub prædicaméto ſubſtátiæ.nu. . . .
34 Aliqui ſatagunt aliquá diuerſitaté ponere inter
æquum,& bonum,moti ex l.1.ff.de vſucap. & per
l.hac lege C.de pac.con.ſuper dot.vbi gl. bono pu
blico dicit,inuétam eſſe vſucapionem ad commu
nem,& publicam vtilitatem, cótra æquitatem na
turalem,quæ vult,quod nullus alienum poſſidere
valeat bona fide,per l.quod noſtrum.de regul.iur.
ſed glo.illa fortè intellexit de illa naturali æquita-
te non ſcripta,per quá omnia erant communia,&
Luc.in cap.6. de hac naturali æquitate,ait,quæ au-
fert, quæ tua ſunt ne repetas, & ita ſecundum ius
naturale ſecundarium, vel ſecundum ius gentium
primarium, vt per interpret. in Rubr. de iuſtit.&
iur. Sed Stracc. dicto tractatu. de Mercatur. titu.

in infemo autem puniit æquitate ſua citra condignum.

6 Et in omni opere Dei ſit Iuſtitia ſimul cum miſericordia. S. Thom. 1. par. ſumm. q. 21. artic. 4. Et in terris hunc humiliat, hunc exaltat, quia calix in manu Dei plenus mixto, vt cecinit Dauid. pſ. 32. & in arca Dei intus conſeruabatur virga cum manna, vnde amorem & timorem Dei & nos in arca cordis noſtri conſeruare debemus, timorem ne præſumamus, amorem, ne deſperemus. Dion. Areopag.

7 In hac ſtatera cunctæ creaturæ, actus, motus, geſtus, mens, & omnia æquo libramine ponderantur; & ea quæ iuſti, vel iniuſti ponderis ſunt, optimè dignoſcuntur: verum enim vero coram Deo,
8 & Ieſu Chriſto eius filio, nemo iuſtus reperitur, ſecundum Iob, capit. 4. Ecce qui ſeruiunt ei non ſunt ſtabiles, & in Angelis ſuis, reperit (in aliquibus tantum) prauitatem. Excipiturque ſemper immaculata virgo Maria, Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti Mater, ſine peccato concepta, ab initio & ante ſecula ſemper ab omni labe penitus penitus præſeruata, de qua dicitur, quod nemo tam iuſtus, quam ipſa virgo Mater plena gratiæ. Sed quo ad alios, quamuis iuſti, tamen non ſic: ſcriptũ eſt enim, ſepties in die cadit iuſtus.

9 At æquitas atque miſericordia diuina iuſtos fulgere facit, & iniuſtos iuſtificat Ezech. c. 18. Matt. c. 12. & Apoſtol. ad Rom. c. 8. & alibi, impios autem a iuſtis ſegregatos iudicabit. Prouer. capit. 14. En quam diſpar exitus, quibus rigor, quibus æquitas, ſed in operibus huius mundi, equidem homines ſępè fallunt: nam quandoque rigor ſeruatur, vbi ęquitas ſuadet & econtra, ideoq; vbi opus eſt rigore non eſt vtendum ęquitate, & vbi æquitas ſuadet, rigor ceſſare debet, alioquin errabitur, vi. infra. nu. 161. Hinc dixi quod liberi arbitrij iudices non ſunt concedendæ in eruditis, ſed probis & expertis part. 1. num. 46. & 47. Nam officium, & diſcretio pari paſſu ambulant. part. 2. num. 127. part. 5. nu. 37.

10 Itaque aduertendum eſt ne decipiamur, ne nimium iuſti, ſed æqui ponderis ſimus, Eccleſ. c. 7. Nam nimium iuſtus peribit in iuſtitia ſua vt in c. plerunque 2. q. 7. & in c. non poteſt. 23. q. 4. & in c. ſerpens. de pœn. diſtinct. 1. Tiraq. de retract. con ſangui. §. 35. glo. 1. ſub nu. 12. & 13. dixi ſup. par. 3. ſub nu. 120.

11 Summum enim ius ſumma malitia, ſumma iniuria, & ſumma crux. Tiraq. vbi ſupra nume. 6. cum ſeq. & plerumque ſub authoritate iuris, & in ampla Balia erramus. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. de verb. oblig. & Cicer. libr. 1. offic. Exiſtunt (inquit) etiam ſępè iniuriæ calumnia quadam, & nimis callida iuris interpretatione: ex quo illud ſummũ ius, ſumma iniuria, factum eſt iam tritum ſermone prouerbium, de quo in hoc propoſ. meminit Didac. Couarr. vi. eruditiſſimus, præterquam vbi tam ſtrictè loquitur de immunitate eccleſiaſtica cui parum fauet, in cęteris verò eſt magnus Doctor tract. var. reſol. par. 2. §. 6. ſub num. 3. verſ. ex quibus. cau. 592. in fi. ſed ipſe teneo quod ſummũ ius, ſit ſumma crux quando corde & animo diro, & crudeli, abſq; ſcintilla æquitatis iudex iudicat, vel procedit, nil in ſe humanitatis habens, vt not.
12 in leg. de ætate. ff. de probat. Non autem ſic de ſumma æquitate cenſendum eſt, cui aliquod vitium aſcribi minime poteſt. nam ſumma æquitas, ſumma ratio dicitur, l. verum in princip. ff.
13 pro ſoc. Quintum nihil agendum eſt, vbi agens dubitare poſſit, nunquid æquum ſit, aut iniquum id quod agere intendit. Cicer. in primo libr. offic. quem Tiraqu. adducit in dicto §. 35. glo. 1. numero 6. cum ſequentib. Verum in rebus ſpiritualibus dum opera rei Sanctæ, vel licitæ datur, & agens dubitat nunquid meritorie faciat, potius facere debet, quam abſtinere, dum pęnitet mali & ſperat in bonitate Dei, & quouis modo ſemper bonum eſt bene facere.

14 At ſecundum materiam noſtram legalem, ſumendo, ſummum ius pro ſtricto ordine iuris, ſiue quo ad modum procedendi, ſiue quo ad deciſionem cauſarum, accipitur ſummum ius, quandoq; pro ſummo rigore, & quandoque pro ſumma æquitate, vt ſubiecta materia expoſtulat, vt quia ſit fauorabilis, aut odioſa, ar. l. ſi vno anno. ff. locat. & infra explicabitur. Nam contra prauos, &
15 conſuetudinarios delinquentes, & in atrocioribus delictis, etiam alijs caſibus ab omni iure improbatis, aſperitate rigoris eundum, & procedendum eſt, quia in ſimilibus æquitas induitur rigore. vt in 3. par. nu. 33. ijs tribus videlicet concurrẽtibus, mala qualitate perſonæ, cauſæ, & effectus, tunc æquitas ſilet, & non eſt locus veniæ, Tiraqu. de retract. conſangui. §. 35. gloſſ. 1. nume. 17. & his cõcurrentibus ſeueritas circa ſtatutorum interpre-
16 tationem locum habere poteſt, vt l. 1. in princ. ff. de cuſto. reor. Et hoc modo reconciliantur ij duo milites legalis philoſophiæ, videlicet, Tiraqu. & Couarru. var. reſol. in 2. par. c. 6. ſub nu. 3. verſ. ex quibus deducitur, car. 592. vbi ſeueram interpretationem damnare videtur, habet etiam locum in ſententia, vt l. 1. §. caſum. ff. de poſtul. & in iudice authoritatem Brachij Regij exercente, vt late in prima & quarta parte dictum eſt, præſertim le-
17 gum conſeruatores ſeueri eſſe debent non tamen indiſtinctè, vt aduertit Cic. ad verum 1. libr. offic. Sed contra doloſos legum contemptores & temerarios, vt illi qui nulla neceſſitate coacti, ſed ſola animi peruerſitate, propria malitia, & calliditate, ducti, obſtinatè leges tranſgredi malunt quàm legibus virtuosè viuere. Sunt enim incapaces, & non ſcripti vti odioſi in libro clementiæ legum humanarum, non in legibus ęquitatis, ſed rigoris, ar. l. Lucius Titius. §. Dama. ff. de legat. 2. profecto mercedem talem habere debẽt, qualem ex eorum induſtria meruerunt, iux. l. 1. ad leg. Cor. de ſicar. effecti ſunt indigni auxilio legum. l. auxilium. ff. de minor. vt inf. ad aliud propoſitum dicam, qua de re rigor contra huiuſmodi proteruos exerceri debet.

18 Cœterum quando agens quadam laſciuia, & ab impetu iræ motus, vel prouocatus, in aliquod prohibitum incidiſſet, attentis bonis moribus, & eius bona qualitate, benemeritus eſt æquitatis ob quam rigor ceſſare debet. Gra. in §. charitas. & §. exordia. de pęn. diſtinct. vbi glo. de Pęni. cuius dictum ſecundum Tiraq. de pęn. temp. cauſ. ſi ſub, nu. 156. in fin. fuit prius a Cicer. in orat. pro Pub. Sylla. ibi non ex crimine, ſed ex moribus eius qui arguitur eſt ponderandum. vi. in propoſ. in pract. de teſt. par. 4. ſub nu. 80. & infra latius ſuis loco, & tempore dicetur, & in 5. par. ſub nu. 59.

19 Sed ne confuſè, vel (vt fertur) illotis, & arctis manibus rem tam vtilem & amplam, atque practicabilem perſtringamus, & vt ordinate procedamus, operę pretium duxi, eam diuidere, Nam primo ſcire oportet, quid ſit lex, iuſtitia, ius, iuſtum, æquitas, & rigor, quæ ignorare turpe eſt iuris perito. vt ait Bologn. de leg. iur. & æquita. c. 1. nu. 17. 18.

Secundo Regulas quaſdam Rigoris, & æquitatis tradere.

Tertio

Digitized by Google

Tertio totam materiam Rigoris, & æquitatis
ſub decem Prædicamentis reducere.
Ex quibus omnibus Theoricam, & Practicã,
ſimul percipiemus bene geſtandi, & ritè, ac rectè
vtendi hac ſtatera Rigoris, & æquitatis, vt iuſto li
bramine, quæ ad iuſtitiam adminiſtrandam ſpe-
ctant, ponderemus.
20 Igitur omiſſa horum duorum verborum diſpu
tatione, quam ſophiſticis, & cauillosis libenter re
linquo, de quibus loquitur l.2.C.de conſtitu.& l.
65.ea eſt natura. de regul. iur. vbi Vlp. dicit: Ea
eſt natura cauillationis, quam Græci σώρειμα, ap-
pellant, vt ab euidenter veris per breuiſſimas di-
ſputationes ad ea, quæ euidenter falſa ſunt, perdu-
cantur, quemadmodum idem Vlp. Iuriſc. in mate
ria definitionis ait in l.omnis definitio. 202. eod.
tit. Omnis namque definitio in iure periculoſa
eſt. Parum eſt enim vt ſubuerti non poſſit. Et ij
qui digito magis, quam auribus circa fidem crede-
21 re volunt, carent merito fidei. Quia fides non ha
bet meritum, vbi humana ratio præbet experi-
mentum, Apoſtol. ad Hebræ. capitu. 11. Marc. ca-
pitu. 11. eſt glo. in Rubr. C. de ſumma trinit. & fide
Catholic.
22 Et quamuis rigor, & æquitas, inter ſe differre
videantur, ſicut ius, & iuſtitia, & lex, ſecundum
Doctorum ſubtilitates, tamen attento fine non
ſunt contraria. Nam color rubeus non eſt con-
trarius nigro, ſed albus ſic. Aliud enim ſecundum
Philoſ. eſt differre, aliud contrarium eſſe, vt de i-
gne & aqua, calida, & frigido. At Rigor, & æqui-
tas habent inter ſe relationem, ac quandam ſym-
patiam, aut concordantiam, vel deriuationem, vt
multoties idem ſonare videantur, ſicut dicit Bo-
logn. in tractatu, de leg. iur. & æquitate capitu. 14.
nume. primo, inter tracta. diuerſo. tom. 1.
23 Hinc dicitur de regula & iure; Nam regula eſt,
quæ rem, quæ eſt, breuiter enarrat, non vt ex regu
la ius ſumatur, ſed ex iure quod eſt, regula fiat,
quæ ſimul cum aliquo vitiata eſt, perdit officium
ſuum, vt ait Paulus Iuriſcon. in d.l.1. de regul. iur.
Verum, licet exceptiones videntur à regula differ-
24 re, tamen & ipſæ ſunt de regula, & in ea in eſſe
comprehenduntur, vt ibi in glo. magna. circa fin.
25 Similiter ius, & iuſtitia confunduntur quando-
que, ſed iuſtitia dicitur Mater, ius autem iuſtitię fi
lius, l.1.ff. de iuſt. & iur. ibi ius ſuum tribuit, & in
§.1. inſtitu. eo. tit. Pariter ius, & ratio confundun-
tur. Nam cum dicimus rationem id expoſcere,
intelligimus eſſe iuris, & tamen ratio non eſt
26 ius, ſed ratio dicitur eſſe anima legis, l. cum ratio,
ff. de bo. damnat. adeo quod lex ſine ratione mor-
tua eſſe dicitur, l. quod dicitur, ff. de pact. c. conſue-
tudo, Diſtinct. prima, ſicut religio eſt anima Rei-
pub. Ergo Reſpub. ſine religione dicitur mortua.
Hinc apud Genuenſes ſæpè dici ſolet, quãdo quis
ſine ratione loquitur, vade alloqui mortuos, quod
eſt not. quia nonnulli Iuriſconſulti dicere neſcie-
runt, vnde hoc dictum originem trahit.
27 Ius autem dicitur ars boni, & æqui, vt d. l. 1. C.
de leg. & æquitas pro iure ſumitur, videlicet pro
iure naturali ratione dictante, vt per Doct. in d.l.1.
ff. de iuſt. & iur. & ius quandoque rigorem ſignifi-
28 car, d.l.1.C. de leg. Sed inter æquum, & æquitatẽ
aliqua differentia aſſignatur, ſicut inter ius, & iu-
ſtitiam, Bolog. d. tract. de leg. iur. & æquita. capit.
18. num. 1. qui teſte Ariſtotel. ait, æquitatis obie-
ctum eſſe æquum, & bonum. Rurſus diuerſam eſ
29 ſe dicunt, rationem ab æquitate, per l. diuus. ff. de
in integr. reſtitu. Tiraquel. de retract. conſangui. §.
34. glo. 1. nume. 25. & 26. verum æquitas, & ratio
non ſunt diuerſa, ſed vna procedit ab altera, tan-
30 quam caliditas à motu, qui eſt cauſa caloris ſecun
dum Phil. Iuſque idem boni, & ęqui requiritur in
parte, quod in toto, Gab. Bud. de Pign. & hypoth.
nu. 41. prout in omnibus indiuiduis, & inſeparabi
libus, vt inf. ſub nu. 138. & infra circa hoc aliqua
vtilis tradam.
Et inter æquitatem, & rigorem nulla eſt diſcre-
31 pãtia quo ad iuſtitiam, quia alter alteri cedit, ſunt
eiuſdem volũtatis, & ambo iuſtitiæ filij; ſed ex cir
cumſtantijs, quæ in iure ireriant, modo inſurgit ri
gor, modo æquitas, & quandoq; cõuertuntur, tex.
in l. aut facta & ibi Doc. ff. de pęn. vt. nu. 33. par. 3.
vbi rigor pro ęquitate, & æquitas pro rigore, nihilo
minus ſicut frater, et ſoror aliquãdo ſũt diſcordes,
ſic æquitas, & rigor, vt inf. nu. 151. ſed vt plurimũ
ſunt cõcordes. Quę circunſtantię ſeptẽ modis cõſi
derari poſsũt. Primo cauſa cur aliquid factũ ſit. Se
cũdo perſona, quæ & qua cũ fecerit. Tertio locus
vbi factum eſt. Quarto tempus quando factum
eſt. Quinto quantitas facti, an magnum, vel exile
ſit. Sexto qualitas quomodo factum ſit. Septimo
euentus, an ſcilicet metu, vi, errore, dolo, culpa, ca-
ſu fortuito, bene, vel male factum ſit, vt de ijs om
nibus apud Bald. in leg. 1. ſub num. 1. ff. de iuſt. &
iur. quem vi, & meminit Strace. trac. De merca-
tur. par. vlt. tit. 1. quomo. in cau. mercat. proced. ſit
ſub num. 3. vbi de æquitate & rigore loquitur, ſu-
* mendo ſubtilitates, vel apices iuris pro rigore. Ad
quod facit Abb. in c. ſi clericus, ſub num. 4. de for.
compet. & ſtatim dicam, interim vi. Tiraquell. de
retract. conſangui. §. 35. gloſſ. 1. num. 19. Couarru.
var. reſol. par. 2. §. 6. ſub num. 3. & ſeq. cat. 590.
32 Sed nos dicimus æquitatem, & rigorem eſſe,
vnum talentum ſeu numiſma, in quo ab vna par-
te ſculptus eſt rigor, ab altera Aequitas, vel dica-
mus eſſe duo talenta appenſa filo rationis, vt in l.
placuit, de iudic. & per ea quæ trad. Tiraqu. d. §. 6.
gloſſ. 35. num. 25. verſi. quamuis vel dicere poſſu-
mus rigorem, & æquitatem eſſe duo ſtateræ tritu-
mariaiuſtitiæ, prout in principio figurauimus, &
eſſe fratrem & ſororem ambo iuſtitiæ filios, ſub
nu. 31. natos ſimul in vnico & gemello partu. Sed
quis eorum prior editus fuerit, non vidi, licet dici
* poſſet, niſi fuiſſet peccatum, lex in mundum intro
ducta non fuiſſet. Apoſt. ad Galat. c. 3. Quid igitur
lex, propter tranſgreſſionem poſita eſt. iuſto non
eſt lex poſita, ſed iniuſtis. 1. Timo. c. 1. & quemad
33 modum mares à communiter accidentibus ſunt
duri, rigidi, & aſperi, ſeueri, & punctuales, fęminæ
vice verſa ſunt molles, flexibiles, blandæ piæ & mi
ſericordes, ita de æquitate, & de rigore; quinimmo
* vbi rigor deficit æquitas ſupplet, l. in ſumma, §. itẽ
veritas, ff. de aqua plu. arc. hic taceãt, quæſo illi dicẽ
tes, mulierũ genus eſſe susriſſimũ, cuius æquitatis
exẽplo iudex multoties ſupplet vbi ius, vel pars de
ficit, vt inf. dicã ſub prædicamẽto ſubſtãtię. nu. . . .
34 Aliqui ſatagunt aliquã diuerſitatẽ ponere inter
æquum, & bonum, mou ex l. 1. ff. de vſucap. & per
l. hac lege C. de pac. con. ſuper dot. vbi gl. bono pu
blico dicit, inuẽtam eſſe vſucapionem ad commu
nem, & publicam vtilitatem, cõtra æquitatem na
turalem, quæ vult, quod nullus alienum poſſidere
valeat bona fide, per l. quod noſtrum. de regul. iur.
ſed glo. illa fortè intellexit de illa naturali æquita-
te non ſcripta, per quã omnia erant communia, &
Luc. in cap. 6. de hac naturali æquitate, ait, quæ au-
fert, quæ tua ſunt ne repetas, & ita ſecundum ius
naturale ſecundarium, vel ſecundum ius gentium
primarium, vt per interpret. in Rubr. de iuſtit. &
iur. Sed Stracc. dicto tractatu. de Mercatur. titu.

35 quomo. proced. &c. num. 2. reprobat hanc diuer
ſitatem inter bonum, & æquum, ſed admittit tan
tum illam differentiam inter ęquum, & bonum,
quæ eſt inter bonum, & melius, ſicuti æquo po-
teſt eſſe æquius, l. ſi ſeruus communis. §. quod ve-
36 ro. ff. de fur. Blanc. de compromiſſ. q. 1. nu. 43. &
per ſupradictos Doct. in loc. cit. & allegat.

37 Tandem inter ius, & æquitatem hoc intereſt,
quoniam ius, ſeu iuris rigor, omnia recta, & infle
xibilia ad amuſſim exigit; Aequitas verò de iure
ſeu de rigore, multum remittit, vt ait Terent. in
Adelph. & Strac. de mercatur. d. par. vlt. titu. quo-
mo. procedi. ec. ſub nu. 6. cir. fin. Tiraq. de retract.
conſangui. §. 35. glo. 1. nu. 5.

38 Cęterum rigor, & æquitas vtrique ſcripti (non
ex propria noſtra ceruice) eſſe debent, vt admonet
Bald. in rubr. C. de conſtitu. princ. col. 2. verſicu.
Quæro. Item licet æquitas de ſe bona ſit, tamen
39 quandoque eſt a bono ſeparata, vt æquum ſimpli
citer, & bonum ſimpliciter. Aliquid enim eſſe po
teſt ſuaptè natura bonum, vt bene facere, ſed ęqui
tas reuocat illud bonum ab indigno, vt toto titu.
de ijs quib. vt indign. vt in malefactore conſuetu
dinario, de quo ſupra nu. 17. & inf. & in Iudæo,
ſub nu. 641. vel bonum eſt vinum, & lætificat cor
hominis, ſed hæc bonitas nil habet commune cũ
* æquitate. Verum ſi æquitas reuocat ab indigno
vt in ingrato donatario, per l. ſi quando C. de reuo
ca. donat. nihilominus eadem æquitas reſtituit
donationem, cui donauit, pœnitentiam agenti, &
filij ingrati, ſi doleant, & reconcilientur, vel fiant
Religioſi, nequeunt à Patre exhæredari, remitti-
turque eis, ſi Deo, & parti ſatisfecerint, pulchrè
Benedic. in c. Raynutius. in verſi. in eodem teſta-
mento. ſub num. 39. 40. & 41. de teſtam. exemplo
filij Prodigi, qui nedum habuit ſuam ſubſtantiá,
quam diſſipauit, ſed ob pœnitentiam a Patre ite-
rum receptus in gratiam fuit, amplexus tenere, ſto
laque candida indutus, annulum in digito fidei
recepit, & pro eo vitulus ſaginatus occiſus fuit, Lu
cę Euang. c. 15.

* Hinc eſt quod offenſus, qui pacem offendenti
donauit, per quam beneficio ſtatuti ille gaudere
potuit. iuxta terminos de quibus ſup. in 4. par. ſub
nu. 79. & 304. & per Farinac. q. cri. 14. quia pœni-
tuit, & veniam petijt, ſi antequam ſequatur abſo-
lutio, iterum offendere tentauit offenſum, ille be
neficium pacis amittit tanquam ingratus, & im
memor beneficij recepti, l. nec adiecit, ff. pro ſoc.
plura accumulauit Benedic. d. ver. in eodem teſta
mento, il 2. à nu. 30. vſque ad nu. 38. & ob reitera
tionem delicti redditur incapax, l. auxilium, ff. de
minor. & inf. dicam.

* Et contra ingratos Diuus Bernardus ſermo. 2.
de ſeptem panibus hæc dicit, peremptoria res eſt
ingratitudo, hoſtis gratiæ, inimica ſalutis, qua de
re ceſſante pace ceſſat beneficium pacis, Tiraq. in
* tract. cauſ. ceſſan. ſub nu. 116. & 198. Nec pax ha-
bita poſt ſententiam prodeſſet, quando non date-
tur appellatio, ſed pendente appellatione ſic, niſi
rumpatur, vt ſupra Gomeſ. varia. reſolut. de de-
lict. cap. 3. nume. 69. Plac. epit. delict. c. 39. nume.
27. Franc. Deciſ. 370. num. 19. vol. 2. & latè dixi in
2. par.

* Cui addo, quod ſi quis nolit palam inimico pa-
cem petenti dare, quamuis contra eum via iuris
non agat, tamen non poteſt in foro poli abſolui,
S. Thom. 2. 2. q. 25. ar. 7. 8. & 9, & q. 83. art. 8. hinc
in Euangel. legitur, cum offers munus tuum ad al
tare, & recordatus fueris, quia frater tuus habet
aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuũ ante
altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tũc
veniens offeres munus tuum. Matth. capitu. 5.
Straph. in Caſ. conſcien. 97. vbi reſpondet ad om
nia contraria, quamuis parum allegat. Hæcque ip
ſe dixi, poſtquam de pœnitentia ingrati, & de pa-
ce tetigimus. Nam æquitas in nullo melius ada-
piſtur, quam circa ſpiritualia, vt ſuo loco dicā.

* Redeundo igitur dixi, æquitatem quandoque
ſeparari a bono ſimpliciter, vt per Tiraqu. de re-
tract. conſangui. d. §. 35. glo. 1. nume. 26. & 27. vbi
appellat æquitatem tanquam genus, in quo com-
prehenduntur ſpecies, vtputa remiſſio, facilitas,
fauor, manſuetudo, miſericordia, mollicies, & di-
ſpenſatio, nume. 28. item remiſſio pro indulgen-
tia, vt in titu. de pœn. & remiſſ. & de ijs, & de alijs
* inf. paſſim dicetur. Poſtremò Tiraq. d. num. 29.
concludendo dicit, æquitatem potiſſimum, men
te, ſententia, & voluntate niti; ius autem ſtrictũ
(hoc eſt rigor iuris) verbis, & ſcripto. Et quæ
hactenus dicta ſunt circa quidditatem, & quali-
tatem, ac differentias vtriuſque, poſtea latius, &
vtilius explicabuntur in ſingulis Rebus per di-
ſcurſum.

DE LEGE.

40 Sicut via vitæ ita lex lux eſt, & interpretatio di
ſciplinæ, Prouer. c. 6. Primo igitur de lege bre
uiter, & reſolutione dico, quod ad legem conden-
dam duo potiſſimum requiruntur æquitas mate-
riæ, & authoritas legiſlatoris. lex ergo multiplici-
ter ſumitur, pro lege naturæ, quæ appellatur ratio
naturalis, qua Deus O. M. docuit hominem, &
quam digito ſuo inſcripſit in corde hominis, &
quæ conſiſtit in rationali parte animæ ijs tribus
præceptis, honeſtè viuere, alterum non lædere,
ius ſuum vnicuique tribuere, vt in l. 1. & ibi om-
nes repeten. ff. de iuſt. & iur. vnde Dauid Pſalm.
4. dixit, ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui
Domine; & alibi lex tua in corde meo ſemper.

* Item lex, vt inquit Cicer. de leg. eſt ratio ſum-
ma inſita naturæ, quæ iubet ea, quæ facienda
ſunt, prohibetque contraria; eadem ratio in ho-
minis mente confirmata & confecta lex eſt.

41 Ratio verò eſt mentis aſpectus, qui bonum, ma
lumque diſcernit, itaq; arbitrantur prudentiá eſſe
legem, cuius ea vis, vt rectè facere iubeat, vetet de
linquere, eamq; rem Græci putant, Nomon, ſuũ
cuique tribuēdo, appellatam. Noſtri autem dixerē
legem à legendo, vt illi æquitatis, ſic nos intelle-
ctus vim in lege ponimus, & proprium tamen v-
trumque legis eſt, quod ſi ita rectè dicitur, a lege
ducendum eſt iuris exordium. Ea eſt enim natu-
ræ vis, ea mens, ratioque prudentis, ea iuris atque
iniuriæ regula, vt apud Georg. Vall. Placent. in tra
cta. ſuo de reb. expeten. & fug. lib. 41. c. 2. de leg. le-
gitur. & vt. ſup. nu. 26.

42 Sed lex (de qua primo loco diximus, coæua fuit
cum ipſo homine) vt inter noſtrates dixit Decia.
De delic. tom. 1. lib. 2. tit. de leg. & potent. eius cre
ſcente verò malitia paſſim aliæ leges inuētæ ſunt,
ius gentium, Moſaicæ, Propheticæ, ciuiles. Euan-
gelicæ, Canonicæ, & Apoſtolicæ, ſucceſſiuè tra-
ditæ fuerunt, de quibus, & earum temporibus di-
ſtinctè tradit Robert. Marani. (vltra alios) Spe-
cu. Aureus, in ſua prac. de ordi. iudic. part. 3. per
tot. & per Decia. loc. mox allegat. ad quos me re-
mitto: ſatis eſt quod tota lex Euangelica, Apo-
ſtolica, & Canonica fundata eſt in æquitate, &
charitate. Et nota, quòd aliud eſt, eſſe in lege,
& aliud ſub lege, qui eſt in lege, ſecundum legem,
agit,

Digitized by Google

agit, Qui eſt ſub lege, ſecundum legem agitur. Ille
ergo liber eſt, iſte ſeruus. Aug. ſuper. Pſal. 1. At in-
ſtituti noſtri eſt, in hijs omnibus ſcire, quãdo in in-
dicijs ſeruandus eſt rigor, aut æquitas legis.
* Et ideo alia methodo, & viliori in foro foti di
citur, quod lex eſt norma ſcripta, ſeu conſtitutio
43 ſancta, iubens honeſta, prohibens contraria, ſicut
colligitur ex not. in rubr. & l. 1. ff. de leg. & ſenatus
conſ. vbi quid iuſtum, honeſtumve ſit optima ra-
tione, dictat & præcipit, ſcilicet, vt à malo caueа-
mus, & bonum amplectamur. Lex namque ve-
tat, permittit, præmiat, & punit, & pœnam trans-
greſſoribus indicit, mandatque eius præcepta ſer-
uari, & quod ab eis exequatur, qui habent ius.
* Vel lex dicitur donum Dei, æquitatis forma, nor-
ma iuſtitiæ, imago diuinæ voluntatis, cuſtodia ſa
lutis, vnio populorum, regula officiorum, exter-
minatio vitiorum, & totius iniuriæ pœna, Alber.
in ſuo Dict. eo. verb. lex. quæ pęna exequitur ius
ab eis qui habent dicendi, & quibus data eſt pote-
ſtas à lege, vel ab homine, vt l. 2. ff. de orig. iur. vi.
Bologn. d. tract. de leg. iur. & æquita. cap. 4 nu. 8.
& 9. vbi etiam tractat de lege Moſaica in illis dua
* bus tabulis, de quibus in Exod. cap. 19. Deuter. c.
5. quibus tabulis, cui legi Populus Hebræus idola
trando contradixit. Nõ ſic fideles Chriſti qui eius
legem ſcriptã in cordibus ſemper tenere debent,
vt ait Apoſtol. ad Hebr. cap. 8. ſcimus enim quia
bona eſt lex, ſi quis ea legitimè vtatur. 1. Timot. c.
* 1. & qui ab obſeruantia legis Chriſti diſcedit, apo
ſtata dicitur, ſicut apoſtol. ad Galat. 3. vbi ſic ſtulti
eſtis, vt cum ſpiritu cęperitis, nunc carne conſuma
mini. Apoſtazatur enim triplici modo. Primo cõ
temnendo ſacros canones, 3. q. 4 & cap. ſi quis. de
maior. & obed. Secundo quando recedunt à fide,
2. q. 7. ſi poteſt. 3. quando ſponte tranſgrediuntur
præcepta, Geneſ. 3. ſed quicunque totam legem
ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt om-
nium reus: ſic intelligitur, quia omnia præcepta
ſunt vnum in charitate, offendendo in uno, offen
dit charitatem, & ſic reus eſt omniũ cum ſit reus
charitatis; ſtat tamen, quod minus offendat chari
tatem, in illa virtute, quam complectitur, licet mi
norauerit illam uirtutem, non tamen in totum il
lam perdidit, maxime ſi tantum uenialiter in uno
offenderit. S. Aug. ex libr. Epiſto. 1. Io. c. 1. & infra
ſub nu. 56.
44 Romanis uerò traditæ fuerunt leges duodecim
tabulat. ab Athænienſibus, de quibus latè ſcripſe
runt Franc. Baldus. Iacob. Reuar. Zaſius. Ludo-
uic. Charcond. & alij, vt in tract. diuerſo. tom. 1.
* Leges diuinæ quæ ante incarnationem, & ad-
uentum filij Dei, loquebantur in figura, per aduẽ-
tum ipſius iam ſunt anni. 1606. finem, & imple-
45 mentum receperunt. Et ſucceſſiue lex gratiæ euã
gelij, quæ durabit uſque ad conſummationẽ mun
di. Matth. cap. 5. Donec tranſeat cœlum, & terra,
iota vnum, aut unus apex non præteribit à lege do
nec omnia fiant. Sed plenitudo legis eſt dilectio.
Matth. cap. 22. Paul. ad Hebr. c. 7. & 8. quid hodie
dicemus? nomine tantum chriſtiani ſumus. hinc
præterite nolo quod etſi ſolus conatus, quo ad le-
ges humanas non ſit punibilis, ut dixi in 4. part.
ſub num. 196. tamen lex diuina illum punit, niſi
pęniteat. l. cogitationis. ff. de pęn. ut in decalago,
rem, uel uxorem alterius non concupiſces, ut non
męchaberis.
46 Ad leges humanas dirigendo propoſitum no-
ſtrum quæ à Diuina lege deriuantur, ut ait S. Au-
guſt. de liber. arbit. lib. 1. illæ normam dant omni
nationi, cuius effectus eſt rectè uiuendi, & iudicã-
di, neminẽ lædendi, & tranſgreſſores puniendi, &
hæc prima lex in naturali ratione ſemper dicitur
loqui. l. Arrian. ff. de leg. l. 1. ff. de cond. ex. leg. Bar.
in l. illicitas. de off. poſſ. nec mutatur, §. ſed & natu
47 ralia. inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. cętere uerò le
ges humanæ, (præter hanc primam naturalem)
per non uſum, aut per contrariam legem tolli, &
mutari poſſunt, Cy. & doct. in l. fi. C. de iur. dom.
impetr. glo. & Doc. in inſtit. procem. in fi. Bart. &
Alex. & alij omnes in l. de quibus. ff. de leg. Nam
& ſi ab initio & ex cauſa, & rationi ſuadentibus,
aliqua lex facta fuit, tamen ſi per accidens, curſu
* temporis fruſtratoria, vel effectum contrarium pa
rere compertum ſit, vnde ad id quod magis ęquũ,
honeſtum & opportunum, reduci poteſt, & debet
vt ait quoque Conſtant. Roger. tract. de leg. potẽt.
capit. 1. nume. 4. & 7. qui dicit leges promulgatas
48 eſſe ad finem vt mũdus eis gubernari, regique poſ
ſit, regula legis ſcriptæ, & miniſterio hominis, ſic
Imperator in pro. Inſtitu. in primo vnde ſi aliqua
lex hunc finem non ſortiatur, vel in totum tolli,
mutari, vel corrigi, aut emendari debet. Nã quæ
de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. l. de æ-
49 tate. §. ex cauſa. de interrog. act. l. ſi iure. ff. de re
iud. Et bene dicitur quod ſi lex ſit iuſta, & æqua,
cum rationabili dictamine ſcripta ſtat ſemper in
ſuo robore, & in uiridi obſeruantia, vt d. l. Arria-
ni. cum concor. ff. de leg. ſecus ſi capriciosè facta
ſit, vel ſi ratione morum introducta ſit: nã quem-
admodum mutantur mores; ita mutatur lex. cap.
cum ceſſante de appellat, hinc dicitur nunc aliud
tempus alios mores expoſtulat, nimirum, ſi qui
diu viuit, videat quod videre piget: & quoniam il-
la cęteris præſtantior legum & ſtatutorum inter-
pretatio, quæ à conſuetudine obſeruata fuit. l. mi-
nime. l. de quibus. l. ſi de interpretatione. ff. de leg.
ſed ſi conſuetudo ſit iniqua, & iniuſta, capritioſa,
& exorbitans, non tenet vt. l. 2. C. de leg. ſimiliter
quando eſt contra ius diuinum vt infra ſub. nu-
me. 536.
Et quandoque abſcintus, aut venenum pro me
dicina ſumitur, quandoque de duobus malis mi-
* nus eligitur, Hinc fiunt leges pro toletandis me-
retricibus, vel pro vſura de iure ciuili, quia quo ad
meretrices permittitur pro minori peccato ſatis
eſt, & in aliquibus partibus ad fugiendum vi-
tium nephandum, introductum eſt, ad quod vi-
dendus eſt Seraph. in centum caſib. conſc. Caſ. 63.
vt in certis regionibus in quibus mulieres, licet
honeſtę tamen ferè toto nudo pectore ad vmbili-
cam foris eunt. vel quod meretrices per totam vr
bem ſparſim habitent, melius eſſet in ergaſtulo
morari, vel in Gheto, vt morantur Hebræi, ſed
etiam quo ad Hebræos in quibuſdam ciuitatibus,
lex iſta parum ſeruatur. Vnde quo ad vſuras per-
mittuntur, ne furta fiant: verum enim uerò non
excuſantur legiſlatores, neque qui talia paſſi ſunt
à peccato, quoniam non ſunt facienda mala ut eue
* niant bona. Paul. Apoſt. ad Rom. capitul. primo,
& in ter. c. ſuper eo. de vſur. cum alijs text. concor.
& ibi gl. tex. in c. magnopere, tit. ne cleric. uel Mo
nac vbi Hoſt. Ioan. Andr. & alij diſtinguentes. &
tex. in cap. ne quis, & in c. faciat. 22. quæſt. 2. cap.
relegantes, hæc per Tiraqu. de pęn. temper. cauſ.
52. nume. octano. Nihilominus Loth obtulit fi-
lias, ne Sodomia committeretur. vi. Seraph. Caſ.
conſ. 63.
50 Et licet ſupra dixerim, quod leges uetant, & pu-
niunt, tamen aliquando euenit quod lex prohibet
ęquitas tollerat, ſed non approbat, l. ſi ita vulnerat.
ff. ad leg. Aqui. facit c. deterior. et ſeq. & c. merito.

6.q.1. tollerantur tranſgreſſores, quorum non eſt deſperanda ſalus. c.recedite,& 50. diſtin.conſiderandum. Abb.in c.dilecti.de excep.c.veſtra.de co hab.monac. vbi Dominus tollerauit patrũ excuſationes circa leges, & præcepta humana qui ob periculum vitæ legem aut præceptũ tranſgreſſi ſunt. ſecus in diuinis,quoniam diximus, nec vis præciſa excuſat. Nam qui amat plus ſe quam Deũ, non eſt dignus Deo, ſed quandoque tolleramus illos quos corrigere non valemus.23. quæſt.7.c.primo in fin. vnde & Iudas tolleratus eſt, adeo quod non eſt fidendum, ſi quandoque quis tolleratus ſit. quoniam exemplis non eſt iudicandum,
51 ſed legibus.l.nemo. & l. non exemplis. Cod. de ſenten.& interloc.omn.iud. bene verum eſt quod doctrinæ gratia vnum exemplum allegare ſufficit vt in d.l.ita vulneratus.ad le.Aquil. item quando ſumus in dubio, quia exempla iuuant ad deciſionem cauſarom intellige de exemplis maiorum,& non priuatorum, vt per Damaſ.Reg.92. & quod exempli cauſa ponitur ad omnia ſimilia extenditur,l.damni, la 2.in fi.ff.damn.infect. dummodo exẽpla non ſint pernitioſa,l. ſi quis aliquid. §.quia abortionis. de pœn. l.exemplo. C.de probat.l.fin. C.de ijs qui latro. occid. At Venetijs exemplis,& caſibus ſequutis iudicatur.

52 At tollerantia differt à permiſſione, nam prohibitum facit ceſſare permiſſum, non autem tollerantiam, Deci. in leg.1. §.idem quæritur. ff.de aq. quot.& æſti. facit Roger. de leg.poten. verſi. congruum.

53 Rurſus quod rigor legis punit æquitas quandoque benignè indulget, vel temperat. l. ſtatu liber. circa princip. ff.de ſtatu.liber. Bar.in l.1. circa fin. C.de leg. & hoc quando ſumus in caſibus non doloſis de quibus latè ſcripſi in 4. part.ſub nume.74. cum ſequ. vbi de cauſis pœnam minuentibus, & latiſſimè per Tiraqu. de pœn. temp. per tot. Nam
54 vbi dolus ceſſat, vtique ceſſat rigor pœnæ ordinariæ,ut in d.4.par.ſub num.:67.& 171. item intellige quando culpa non præceſſit caſum. c.ſine culpæ de reg.iur.in 6. Bar. & alij in l.quod Nerua.ff. depoſiti, & culpa ceſſante ceſſat etiam pœna extraordinaria. Boſſ.in titul.de homicid. ſub 67.83. vbi tradit quando culpa ceſſat. Verum vbi aliqua culpa reperitor,etiam ſine dolo punitur. l.reſpiciẽdum.ff.de pœn.dixi in 4.par. ſub nu.171. cum ſeq. eſt tex.in l.congruit.ff.de offic. præſ.l.ita vulneratus,ad leg. Aquil.

55 Culpa autem caſum præcedere dicitur, quando quis dat operam rei illicitæ dicto,vel facto, ſcienter,nam in ignotante non cadit culpa, niſi ignoſantia eſſet craſſa, & ſupina. cano. omnes. in cap. cognoſcentes. vbi Dec.num.3. & 4. cum ſequ.de præbend. Menoch. de arb. caſ.185. nume 4. idem quando daretur opera rei licitæ, ſed putator,non acclamaret guarda guarda,l.putator.ad leg. Aquil. qua de re Florentię fuit condemnatus quidam paterfamil. ad pallium raſciæ nouum emendum. D. Boninſegnæ, cui aquam ſuum è feneſtra proiecta deturpauit,ſine clamore guarda,guarda;hodie aliquod ſignaculum ligneum protendens in via ponitur, vel culpa caſum præcedit, quando quis rei ad ſe non pertinenn ſe immiſcet, d. l. culpa de regul.iur. vel quando vir ſanæ mentis nõ facit quod prudens feciſſet. Bart.in l.Vranius.ff.de fideiuſſ.& Caroc.titu. de loc. & conduc.p.2. tit.de caſ. & pe tic. ait culpam præcedere caſum tribus modis. Primo de quo ſupra, ſecundo, ſi facit contra pactum, & conuentionem. limita niſi pro parte altera cauſa data fuerit. nam frangenti fidem, tu frangas eidem,Fely.in cap.dilecti,nume.9.vbi add.de except.dixi in 2.par. nume.316. Tertio ſi culpa contingat facto Domeſticorum, verum maior culpa eſt in committendo,quam in omittendo,l.ſi cuius.§. de prœteritis, & l.mora.vbi glo.ff. ſoluto matrim. l.excipiuntur,& l.lege Cornelia. ff.ad Senatuſcon ſul.Syllan.l.ſi vſusfructus.§.denique.ff.de vſufru. vbi Bar. Bald. & Ang. ſed minor culpa eſt quando cauſatur ab alijs. Doctor.in d.l.quod Nerua.ff.depo. niſi tu cum prohibere potueris non prohibuiſti. arg.l. culpa caret. de regul. iur. quando autem culpa ſit mediata, vel immediata. trad. Felyn. in capit.cum inter. colum. decima,poſt med. verſicu.non obſtat. de except.& dicam inf.ſub nume. 663.cir.fi.

56 Culpa lata regulariter non æquiparatur dolo. gloſſ. in l.lege Cornelia. C.ad leg. Cor. de Sicar. trad. Plot.in l. ſi quando. §. ſexto,nume.32. de in lit.iurand. quod intellige in diſpoſitione,quæ dolum expreſsè requirit, vt eſt in occidendo hominem liberum, l.prima, ad leg.Corn. de Sicar. vbi Marſ. item quando delictum ſui natura habet annexum dolum, vt quando ſcienter, quod ius ſaltem naturaliter verat. vt furtum facere,& occidere. Secus ſi quis volens occidere bannitum,(qui impunè, per ſtatutum occidi poteſt)occidat alterum per errorem. nam tunc opera rei licitę dabatur. & in ijs terminis contra Barto.in l.ſi cum ſeruo, ff.de iniur.tenet Ange. & bene& pro hac par. Ruin.conſi.2. primo quæritur,nume.6.volum.5. Bald.conſil.277.in cauſa Guglielmi,volum.ſecundo,Abb.conſil.4. libro primo,Cæphal.conſi.577. nume.24.volum.4. Decian.conſi.85.num.28. volum.2.facit Bertazol.conſi.166.num.24.libro primo,& conſil.10. eo. Boer. Deciſ.217. Alciat.in l. magna negligentia.nu.4. de verb.ſig. Marſ.ſingu. 276. Tiraq. de pœn.temp.cauſa.14. Secus ſi daretur opera rei illicitę nullo modo permiſſæ, quia eſſet puniendus tãquam doloſus, etiam quod alium per errorem occidiſſet, quando alterum occidere volebat.vt dixi,par.4.ſub nu.55. & in ijs terminis opi.Bar.eſt vera.

Præterea vbi pœna tantum pecuniaria venit, culpa lata ſine dolo ſufficit.ſecundum Bal.in l.data opera.col.3.verſi.ſed reſpondeo. C.qui accu.nõ poſſ.limitarem niſi pœna eſſet tàm magna,quæ æquipareturpœnæ corporali,ad trad.per Bald. in l. parentes. C.de teſt.& quamuis culpa ſola (vbi pœna pecuniaria deſcendent à crimine,etiam de rigore iuris,pœnam non pateretur, vt tenet Cyn.in l.ſi quis non dicam. C.de epiſ.& cler. Bolog. conſ.28. nu. 20. tamen de conſuetudine aliter ſeruatur. vt in 4.par.ſub.nu.253.cum ſeq.

Quinimmo de rigore iuris, nedum in foro poli,ſed etiam in foro fori quandoque qui peccat in vno,factus eſt omnium reus. l. quo naufragio.ff. de naufragio,ſupra ante nu.44.nam per illam legẽ cauetur, quod ille qui temere eripuit vnum clauum tantum de Naui,ob quem nauis ſumerſa eſt, tenetur de Naui,& de omnibus in ea immiſſis,& onuſtis.§.in hac quoque,inſtitu.ad l. Aquil. Mantua. ſing. 152.idem dicitur de eo qui eripuit clauũ è ferro equi. nam per vnum clauum amittitur ferrũ,& per vnum ferrũ equus redditur mancus,& ideo miniſcalus tenetur ad emendam equi. Bonacoſſ.tract.de equis. q.459.& alibi. & hinc alias dixi,quod Reatus omne priuilegium tollit in 2.par. ſub nu.126.quando rea mente fit illicitum,& rea mens facit linguam ream,tex.in ca.3. nu.22.q.2. ideo caue, nec qui profiteris proximum diligere, ne cogitate dicas, aut ſcribas aliquid mali, vel iu-

ris

Digitized by Google

ris citra animum illud obſeruandi.& vide Decia. de delict.tom.2.c.10.nu.14.

An autem delinquens in dubio, dolo, vel lata culpa, aut leui, caſu, vel aliter deliquiſſe trad. Put. de ſyndic. in verb. pęna. capit.8. & dico quod conſideratur præcedens cauſa, & qualitas delinquentis. Si cauſa fuit vrgens, & delinquens manu promptus, crede quod data opera deliquit, vt pluribus in locis aduerti in 4. par. & facit ad declarationem ſtatuti Mantuæ in Rubr de homicid. §. de quo in 4. par. à nu.164. vſque ad num.190. vbi in propoſito rigoris, & æquitatis. & de omnibus ſpeciebus culpæ. vi. Capr. Reg.78. Diaz Reg. 540. & latiſſimè Maſcar. de probat. concluſ.465.& 848.

Vlterius, ad legis materiam redeũdo, lex, aut eſt prohibitiua, aut annullatiua, vel pęnalis, & ſæpè duo concurrunt prohibitio, & pœna, quandoque hæc tria, prohibitio, annullatio, & pœna. Primo caſu quando lex ſimpliciter prohibet, actus eſt nullus, ſed ope exceptionis coadiuuari poteſt, le. non dubium. vbi Docto. ff. de leg. ſecundo. Caſu actus eſt nullus, nec aliquo prætextu ſubſtineri poteſt, c. quæ contra ius, & ibi Dyn. nume.9. de reg. iur. in 6. Tertio autem caſu, nullo modo valet, immo qui actum facit, punitur. Bart. in l.1. ff. de ijs quæ pro non ſcript. Docto. in l. prætor. ff. de nou. oper. nunciat. & facit in propoſ. Caualca. Deciſ.17. nume.31. 32. & 33. part.1. vbi quando lex aſſiſtit actui, & quando reſiſtit ante vel poſt actum. At ſi ſtatutum imponat pœnam alicui facienti id quod eſt inter actus indifferentes, tunc pœna ſoluta, factum ſubſiſtit, l.1.§. Diuum. ff. quan. appell. ſit, Iacob. de Beluiſ. in ſua pract. titu. Quotuplices ſint cauſæ. num.188. ſed Bal. in l. certa. col.1. nu 3. C. quan. prouoc. non eſt neceſſ. dicit, quod ſi lex annullat actum ſimpliciter, actus ſtatim eſt nullus, ſed ſi lex annullandi modũ tradat, tunc actus non fit ſtatim nullus, ſed peti debet quod annulletur, ſiue caſſetur, & ſic in primo caſu ſat eſt declarare. in ſecundo debet ſententia diffinitiua ſequi.

57 Rurſus diſpoſitio legis in tantum durare debet in ſuo robore, quod omnino legis ad legem cõcordia fieri debet toto poſſe, ne leges inter ſe contrariari videantur, l. præcipimus. in fi. C. de appellat.
58 iura enim iuribus ſunt concordanda, §. quibus. in prima conſtitut. Cod. ſicuti laudabilis ſemper fuit recõciliatio diuerſarum opinionum inter Doctores, Aſin. in ſua pract.§.3.ca.34. nu.2. Qua de re ſi duæ leges prima facie videntur habere aliquã con
59 trarietatem, & repugnantiã (quamuis vna ſit poſterior altera) cum clauſula non obſtante quacunq; alia lege, non per hoc tollitur, quominus non ſit facienda benigna interpretatio, ad effectum, vt ſi fieri poteſt, repugnantia, ſeu contrarietas euitetur, gl. ord. in auth. de hæred. quæ ab inteſta. circ. prin. in verſi. euacuatus. Bar. in l. ſciendum. & ibi gl. ff. qui ſatiſda. cog. Doct. in l. nam & poſteriores. ff. de le. Ro. conſi.40. nu.5.

60 Et vbi æquitas ſuadet illa iura, ſiue ciuilia, ſiue canonica, ſunt præferenda, hinc ius ciuile præfertur iuri canonico, ſi pro ciuili adeſt æquitas, & ecõtra. vt concludunt Cano. omnes in c. at ſi clerici. de iudic. vide 10. diſt. tex. in c. leg. ex. de conſtitut. c.1. & di.20. c.2. Damaſ. Rég. can.87. in cauſa ſpirituali, & peccati. vt in ijs præcipuè quę verſantur circa fidem, authoritatẽ Pontificis, & Sedis Apoſtolicæ, ac libertatem, & immunitatẽ eccleſiaſticam, et circa precepta diuina, & canonica, atq; Pontificia. vt in Concil. Trid. De reformat. ſeſſ. 25. c. 20. quicquid dicant contrarium ſentientes, quoniam non ſunt miſcenda ſacra prophanis vnde Ouid. epiſto. Did. à Cne. Pone Deos & quę tangendo ſacra prophanas, non quia etiam leges ciuiles non ſint appellatę largo modo ſacrę, & ſacratiſſimę, vt l. leges ſacratiſſimæ: C. de leg. & conſtitu. Princ. & appellatur quoque lex ciuilis ſanctio ſancta. l.2. §. erat enim. C. de veter. iur. enuclean. id Imperator nomen probet aut titulum legibus, quando conueniunt cum ſacris canonib. vt in euitando mala, & faciendo bona vt ibi: & quando leges ſunt approbatæ à canonibus, tunc & leges rectè canones appellantur, & tunc ducunt nos ad beate beneque viuendum. Abb. in c. & ſi neceſſe in fi. de donat. inter vir. & vxor. Rip. in rubr. de conſtitu. num.29. vbi habes quot modis canon accipiatur. num.28. nu.30. ait quod decretum ſit conſtitutio Papæ, cũ conſilio Illuſtriſſim. Cardinalium, & nu.31. quod ſanctio legum ideo dicitur quaſi nocentium ſanguine cõſecrata: & ante nu.36. dicit quod dogma eſt lex docens fieri ſcientiam, quæ eſt vera doctrina & cęterarum ſcientiarum viaticum, c. qui ſine. 26. q.2. glo. in c. ſatis. 96. diſtinct. qui vero contraria dogma docent, deuiant à fide vera: ſed quia ſacri canones reſpiciunt pertinentia ad animam, & ſacræ leges ad corpus, & vſque apud Ethicos quoque illud miniſterium obſeruatum ianitorum, cum prophanis non liceret ſacris quibuſdam intereſſe & de hoc ſunt plura intra.1. Paralipo. c.9. & 26.2. eod. c.34. in iure cano. c. pro lectis. 25. diſtin. c. oſtiarius. 23. diſtinc. in ca. 50. diſtinct. & dicitur prophanum quaſi procul a fano & a rebus tẽplorum. Varro. lib.5. De long. lat. Vnde Virg. Procul, ò procul eſte profani, conclamant Vates. in 6. Aenei. & ſacrum eſſe quicquid eſt quod Deorum: vt Macrob. dicebat, libr.3. Satur. capit.3. Nam indiſtinctè in ſpiritualibus ius canonicũ omnino præualet, & illud vbique attendi debet c. fi. de præſcr. c.1. vbi glo. de dol. & contum. Ioã. Andr. in reg. poſſeſſor. lib.6. Bal. in l. priuilegia. C. de ſacr. ſanc.
26 eccleſ. Abb. in ca. quod clericis. de for. competen. Et ſemper in dubio inhærendum eſt iuri canonico, vbi vertitur periculum animæ, ſicut in materia vſurarum, Simoniæ, periurij, matrimonij, & huiuſmodi. Quoniam diſpoſitio iuris canonici inhęret iuri diuino, ergo præferri debet. Bal. in l.2. C. quemad. teſt. ap. ſacriſque canonibus Imperatores humiliter parent. c.1. de oper. nou. nuntiat. & tot. tit. C. de epiſc. & cler. Iuſtinianus. §. dum erat catholicus, ſacros canones diuinos appellauit, & S. Aug. in tract.6. cap.1. ait ad Io. Diuinum ius in ſcripturis habemus, humanum ius in legibus Regum, illæ vero profanę leges appellantur, canones vero ſacræ leges. Concil. Triden. ſeſſ. 25. De refor. ſacr. & leges non dedignantur ſacros canones imitari. auth. vt clerici apud propri. epiſcop. cir. fi. cuius priuilegio, nec tacite nec expreſſe renuntiari poſſunt, quia priuilegia clericorum ſunt de iure diuino. Caualca. deciſ.27. nu.31. & 32. par.1. Fel. in c.1. de maior. & obedi. Pileus. §.140. vol.1. Ferret. conſ.141. vol.1. Hoſt. in c. ſi diligẽti. ext. de for. cõpet. Soc. Vig.419. verſ. Quinto, & quod ponitur in authentica diuina ſcriptura, non licet diſputari an rectum, vel falſum ſit, abſit, Quis autẽ neſciat, Sanctam ſcripturam canonicam tàm veteris, quã noui teſtamenti certis ſuis terminis contineri, ea que omnibus poſterioribus epiſcoporũ literis ita præponi vt de illa omnino dubitari, & diſceptari non poſſit, vtrum verum vel vtrum rectũ ſit quicquid in ea eſt conſtiterit. S. Auguſt. ex libr. de Baptiſt. libr.2. capit.1. At alia ratione canones legibus præferuntur: nam quando concurrunt duo iura, potentius pręualet. leg. minor autem. ff. de

liber. & poſthu. ſic in concurſu duorum præceptorum, vt apud S. Thom. 1. par. q. 19. ar. 6. (ni fallor, & ideo ſæpius aduerti, quoniam oportet obedire magis Deo, quam hominibus, vt in actis Apoſto. c. 5. Pan. nu. 67. & magis expedit ſeruare canones quam iura imperialia, in concernentibus ſpiritualia, & ſpiritualibus annexa, ſicuti poteſtas minor cedit maiori, l. magiſteriæ poteſtati. C. de iuriſdict. omn. iudi. c. qui reſiſtit. 11. q. 3. c. quid ergo cum mult. ſeq. Gell. lib. 2. Noct. Attic. & ſicut anima eſt pretioſior corpore, ſol lucentior luna, aurum argento, vel plumbo, ita iura ſacra canonica legibus humanis profanis. ca. ſolitæ. de maior. & obed. c. duo ſunt genera 12. q. 2. in fi. diſtin. 7. cum ſimil. vi. infra nu. 648. ſcientia iuris canonici dirigit hominẽ principaliter in Deum, & tendit ad finem æternæ beatitudinis, vt ait Caualca. Deciſ. 1. nu. 104. p. 2. pulchrè Caball. milleloq. 620. part. 2. & rationem aſſignat, quia omnis anima eſt Papę ſubiecta, c. nouit. de iudic. c. ſi Imperator. 96. diſt. & ait quod leges deuiantes a iure diuino, non ſunt leges, ſed peſtes, & feces. Abb. in c. ad noſtram. de probat, & leges humanæ, eatenus valere, quatenus non diſcrepant a diuinis. ca. 1. & per tot. 10. Diſtinct. Luc. de Pen. in l. 2. col. 3. c. quib. num. lib. 10. & non datur medium. nam qui non eſt mecum contra me eſt. Luc. c. 11. exemplar enim diuinæ legis Principem & iudices ſemper præ oculis habere debent, vt in Ioſue. c. 1. Caball. milleloq. 293. p. 1.

63 Cæteris autem partibus quælibet diſpoſitio, & quælibet opinio (præter in caſibus ſupradictis) tenendæ ſunt in foro ſuo. vt dicunt Cano. in c. per venerabilem. Qui fil. ſint legit. trad. Cornel. conſi. 80. incip. placet, ſed ſi de iure ciuili dubitetur, & ſint opiniones cõtrariæ ſuper aliquo caſu, quod reperiatur clarè deciſum de iure Canonico, illud etiam in foro ſęculari ſeruandum eſt, vt in d. capit. per venerabilem, & in c. licet. de foro competen. Alex. & alij in l. 1. ff. de eden. multò magis vbi imminet et periculum animæ, quia etiam in foro ciuili ſtandum eſt iuri Canonico, ca. fi. de præſc. glo. not. in c. poſſeſſor. de reg. iur. lib. 6. Bart. & alij in l. priuilegia. C. de ſacroſanct. eccleſ. Alex. conſi. 59. colum. 3. vo. 1. & vice verſa, ſi eccleſia habet iuriſdictionem temporalem circa temporalia, in illa iuriſdictione temporali, ſecundum iura ciuilia, & procedet, & iudicat, c. fin. extra de præſcr. par. 1. in auth. de epiſc. & cler. Iacob. de Beluiſ. in ſua prac. rubr. Quotuplices ſint cauſæ, nu. 195. niſi in illo iure ciuili de rigore reſultaret manifeſta iniquitas, vel euidens læſio partis: nam non debet ſtari illi deciſioni, ſed debet per diſpoſitionem canonũ emendari, & decidi. per glo. & Archi. in c. a iudicibus, 2. q. 6. Io. And. & alij in c. 2. de arb. Bal. d. l. ſi ſerui plurium. §. fi. ff. de lega. 1. Ioan. Ana. conſ. 80. viſis. col. vlt. Caball. d. milleloq. 620. p. 2. nam leges non dedignãtur ſacros canones imitari. auth. vt cler. apud prop. epiſc. cir. fi.

64 Sunt tamen in multis differentes iura canonica, & ciuilia, vt trad. Doctor. Bono. Gualuanus. vir ſummæ diligentiæ. apud Bertac. ſed apud Barto. etiam omnes habentur in proprio tracta. de differ. inter ius canon. & ciuil. per tot. vnum eſt vt dixi, quod quælibet diſpoſitio ſeruatur in foro ſuo, exceptis cauſis ſpiritualibus, & pijs. & prout dixi ſupra nume. 60 61. 62. & ſequen. Imo. in l. illa diſtinctio. ff. de hæred. inſtitut. latè Tiraq. trac. de priuil. piæ cauſæ per tot.

An autem ſtatutum laicorum, habens æquam & rationabilem cauſam, quando agitur de modico præiudicio comprehendat etiam eccleſiam, & pias cauſas trad. Dominic. in cap. vlt. col. pen. de immun. eccleſ. & Card. in repet. ca. perpendimus. 10. q. verſi. ſi autem ſtatutum. de ſen. excom. Dec. in c. Sanctæ Mariæ. col. 26. verſi. primus eſt. de conſtitu. hos refert Tiraq. de indic. in reb. exigu. faciẽ. num. 53. qui videntur tenere quod ſic. & quid reſpectu expenſarum, quæ fiunt cauſa vbertatis tuendæ, & ſalubritatis aeris, & pro defendendis perſonis, & bonis ab incurſu latronum, & huiuſmodi quæ tendunt, tam ad vtilitatem eccleſiaſticorum, quam laicorum, videtur rex. in ca. qui ſentit. de reg. iur. l. ſecundum naturam. ff. eo. titul. vi. Panor. in c. eccleſia Sanctæ Marię. de conſtitut. & in cap. fin. de vi. & honeſta. cler. Rip. tracta. de peſte. de remed. ad conſeruat. ſanita. nume. 122. 123. 124. ipſe verò me remitto ſacris determinationibus.

65 Nunc qualiter concordentur iura canonica, & ciuilia trad. Nicell. in ſuo tract. de concord. gloſſ. vbi vi. nam quotieſcunque non eſt repugnantia in ſenſu, licet in verbis, fit concordãtia, quoniam verba impropriari licet. l. Titia. §. Lucius. vbi Docto. de leg. 2. ſunt etiam diſtinguenda tempora, vt concordentur iura. l. apud antiquos. vbi Barto. & Bal. C. de fur. & diſtinctio concordat contrarietates iurium, Spec. titu. de diſput. & allegat. §. 2. 3. & 4. Bar. in l. omnes populi. in fi. 3. q. de iuſtit. & iur. Similiter, diſtinguendum eſt inter perſonam, & perſonam. valet enim argu. de tempore ad perſonam. Euerrar. loc. 37. in eius centur. Sic de perſona & cauſa diſtinguendis, Idem ait in loc. 56. lit. A. verſi. Hoc tamen fallit. c. ſi peccauerit. 11. quæſt. 1. cum ſimil. & in ſumma ad poſſibilitatem, & compatibilitatem iura reddueenda ſunt, cauendo ab abſurdo, & ab iniquitatibus, l. nam abſurdum. de bo. liberto. ab inhumanitate, & ab inconuenientibus, Bar. & Bal. in l. ſed nouo iure. C. de epiſco. & cler. latiſſimè Euerrar. centur. loc. 56. per tot. & facit Caualca, Deciſ. 15. nume. 2. & 3. par. prima, vbi ait quod diſtinctiones ſoluunt contrarietates, & ſaluant opiniones, aliud de iure, aliud de facto, aliud enim de rigore, aliud de æquitate, aliud olim, aliud hodie, & aliud de conſuetudine, aliud in foro fori, aliud in foro Poli. Hæc lex corrigit illam, vel illa non ſeruatur, aut loquitur in genere, hęc autem in ſpecie. & ſic de huiuſmodi reconciliationibus. & tandem ex diuerſis non bene infertur, l. Papinia. §. exuli. ff. de minor. cum ſimil. Verum parum prodeſſet habere leges & concordare iura, ſi deficeret Princeps, qui eas obſeruari facere non curaret, & ſibi obtemperari, quoniam bene cum Republica agitur, quando ſubiecti parent bono Principi, qui ſi bonus eſt, paret & ipſe legibus. leg. digna vox. ff. de leg. & quod ſapienti Principi placet iuſti, æqui, & honeſti, & ipſe iuſtus, ęquus & honeſtus erit, ſic Phil. ait.

DE IVSTITIA.

66 Secundo ſequitur de iuſtitia, quæ nil aliud eſt niſi æquitas. S. Aug. ex libr. de quantita. animæ. at quia res eſt adeo apud omnes trita, quod ea quæ ferè ab incunabilis Doctores ſcire cęperũt, nunc ſuperflua videri poſſent eadem repeti. quo circa omiſſo multiloquio, vt ad vtilitatem huius noſtræ ſtateræ quam citius perueniamus, breuiter dico quod iuſtitiæ fundamentum eſt fides, Cice. 2. de offi. & ſine quo de iuſtitia nil boni dici poteſt. Ergo iuſtitia eſt conſtans & perpetua voluntas ius ſuum vnicuique tribuens, vt in princ. inſtitu. de iuſti. & iur. Cuius virtus eſt, vt hic, vnicuique ſua ſecundum

Google

cundum dignitatem,& merita diſtribuere, eſtque
bonorum remuneratio, reproborum punitio, &
peccatorum concurrentium iuſtificatio: iuſtitiæq;
ſuum eſſe iuſtum adminiſtratorem, ac diſtributo-
rem ſecundum ſingulorum dignitatem eſſe, Pa-
trios mores ſeruare, atque conſtitutiones ſcriptis
obſequi legibus, in controuerſijs vera proloqui, pa
cta & conuentus cuſtodire, & iuſtitia commutati
ua in æqualitate conſiſtit, ut ſcrib. Ariſt. in 5. Ethi-
cor. c. 5. & ea verſatur, quod quatenus vnus contra
hentium implet, alter viciſſim implere debet, aut
implenti ſoluere lucrum implementi recepti, ne
ſequatur inæqualitas dicam infra nu. 422. cum ſe-
quent. & hæc reſpicit priuatum intereſſe. Diſtribu
tiua autem, reſpicit intereſſe communitatis. S. Th.
2. 2. q. 61. art. 1. S. Anto. Flor. in 4. par. tit. 5. c. 2. &
3. Couarr. in c. peccatum. §. 7. tom. 1. At prima ac
præcipua iuſtitia eſt religio erga Deum, cui honor,
laus, & gratiarum actio debentur. ſecunda iuſtitia
erga patriam, & parentes, tertia iuſtitia erga dome
ſticos, in quibus etiam delectus eſt, & reuerentia
adhibenda. Iuſtitiam comitatur ſanctitas, veritas,
fides, & improbitatis odium. Hęc de virtute iuſti-
tiæ colliguntur à Georg. Vall. Placent. in illo pul-
chro, & docto tract. de reb. expeten. & fugien. li-
br. 41. capitu. primo, verſicu. iuſtitia, in ſumma
iuſtitia originem ab immortali Deo duxit, ideo-
que ante omnia noſtris parentibus velut cœle-
ſte munus condonata eſt, vt plura in hoc propo-
ſit. ſcripſit Hieron. perbo. in quodam ſuo tract.
nuncupato ouiliarium, libr. 23. & ſecundum Ma
crobium, iuſtitiæ politicæ eſt ſeruare vnicuique
quod ſuum eſt, quam iuſtitiam diuidit in purgati
uam, & exemplarem: illa autem purgati animi eſt
ita cum ſuperna mente ſociari, vt ſeruetur in eo
fędus perpetuum imitando: illa exemplaris eſt,
quod perenni lege ſempiterna operis ſui cõtinua-
tione non flectetur à dextris, neque à ſiniſtris, &
ita in ſtatera noſtra rigoris, & æquitatis exiſtat.

Modo iuxta terminos legales ſub illis verbis
vnicuique ius ſuum tribuens, tria hæc continen-
tur. Honeſte viuere: alterum non lędere; & iterũ
ius ſuum vnicuique tribuere: vt per Bolog. d. trac.
de leg. iur. & æquita. cap. 18. nu. 4. Guglıel. Rouell.
tract. de iuſt. & iniuſti. c. 13. 14. & 15. Inter tract.
tom. 1. dicens quod hæc. Edicuntur tria angularia
67 turris iuſtitiæ, & quod illud ius ſuum vnicuique
tribuere, videtur comprehendere omnia pręcepta
legis. nam qui prædicta facit, neceſſario honeſtè
viuit, & neminem lædit. Cõſtant. Roger. De leg.
poten. verſ. videamus nunc.

Hinc eſt etiam, quod poſt ſuppletionem exi-
gentiæ noſtræ, iuxta gradus prærogatiuam, & ſta-
tus noſtri qualitatem, Princeps qui vexillum iuſti
tiæ portat iux. illud non ſine cauſa gladium por-
tat Paul. Rom. c. 13. poteſt diſcrete iubere diuiti,
quod det pauperi illud quod ei ſupereſt, quia hic
eſt vnus effectus iuſtitiæ diſtributiuæ, & ſpęctat ad
* officium Principis, qui eſt caput, & curator publi
ci & cõmmunis boni cogere diuites ad elargien
dum pauperibus in caſu neceſſitatis. Seraph. in
ſuis Caſ. conſcien. 51. vbi verba S. Baſilij recenſet
in ſermo. ad Diuites. Eſt panis famelici quem te-
nes, nudi tunica quam tu conſeruas, indigentis ar
gentum quod poſſides, quo circa tot iniuriatis
quot exhibere valeres. S. Thom. 2. 2. qu. 11. art. 3.
Et Diuus Paul. ò homo quid habes quod non ac
cepiſti, equidem diuites ſunt diſpenſatores, ſatis
eſt quod prima pars eſt ſua, nam prima caritas in-
cipit à ſe ipſo, habentes autem alimenta, & quibus
tegamur, his contenti ſimus. 1. Timot. c. 6. Nam
qui diuites volunt fieri incidunt in tentationem
Diaboli: vnde Salamo. prouerb. c. 28. dicit vir qui
feſtinat ditari, & alijs inuidet, ignorat quod ege-
ſtas ſuperueniet ei &c. Similiter tempore cariſtiæ
poteſt cogere, (id quod eſt minus) ciues vendere
frumentum viliori pretio, vt dixi in prima par.
ſub nu. & infra. verum enim verò multum habẽt
efficacia exempla maiorum, facit Damaſ. Reg. ca
no. 92. & Reg. 93.

68 Sed in hoc propoſito quod ſcias, iudex non po-
teſt cogere partes ad compromittendum, nec de-
bet facere quod remittant iura non dubia & clara
in arbitrũ, quãdo certo ſcit, aliquam partem iuſti-
tiam fouere, ita aduertens Abb. in terminis iuſti-
tiæ diſtributiuę in c. fin. nu. 7. ff. de tranſact. Blanc.
de compromiſſ. q. 5. & 6. vbi ait, quod clara non
69 ueniunt in compromiſſo, facit tex. in l. decem. §.
* continuis. de verb. oblig. & hoc eſt addendum in
4. par. vbi de compoſitione pœnarũ locutus ſum.
Multo minus licebit iudici.

70 Quid autem ſignificant dicta verba, iuſtitia eſt
conſtans & perpetua voluntas, vltra ſcrib. in rub.
& l. 1. de iuſt. & iur. explicat Bolog. d. tract. de leg.
iur. & æquita. cap. 9. nume. 21. 22. & 23. tom. 1. ad
quod faciunt quoque ea quæ dixi in 2. par. nu. 28.
& in 5. par. nu. 142. Sic conſtans Princeps eſſe de-
bet: nam variatio ſummopere damnatur ad hoc
vi. Dec. in l. nemo mutare. in fi. & ibi quoque Ca-
gnol. de reg. in. limita vt infra ſub. num. 206. Poſ-
ſemque hic addere quid de iuſtitia Tull. ſenſerit,
71 dicens, quod iuſtitia eſt habitus animi communi
vtilitate ſeruata, ſuam vnicuique tribuens dignita
tem: ſed quia vt in principio tracta. dixi, quod om
nis diffinitio in iure eſt periculoſa, conſulto pertrã-
ſeo, quia ſatis videtur dictum ſupra de eſſentia, &
effectibus virtutis iuſtitię. Hoc concludendum eſt
quod qui in ſe ipſam iuſtitiam primò exercebit, tu
tius in proximum ſuum illam exercere valebit,
ſemper aſſociando iuſtum, & honeſtum cum ali-
qua vtilitate ſpirituali vel temporali. Nam & ho-
72 nor melius tuetur, vbi ſociam vtilitatem habet,
& ecõtra vtilitas ſine honore reſpuẽda eſt, vt apud
Tull. in ſuis epiſt. fam.

At Plato de iuſtitia ſic ſentijt, dicens, iuſtitia eſt
congrua animi diſpoſitio in ſingulis rebus rectè
diiudicãs cauſas: aduerbium rectè, omnia quidem
73 bona complectitur, & denotat iuſtitiæ ſtateram
rectam, ſicut aduerbium rite videtur importare
ſolemnitatem, l. 2. ff. de inof. teſtam. vbi glo. tex. &
glo. in l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contra.
tab. l. iuſtè, in princ. ff. de acqu. poſ. l. ſed ſi lege. §.
ſcire. ff. de pet. hær. l. lecta. vbi Doct. ſi cert. pet. Re
cte denotat factum, & ritè ius, vt in d. §. non quæ-
uis, & quandoque confunduntur, rectè pro ritè, vt
in d. l. 2. ff. de inoffi. teſtam. ſed quod maius eſt, di-
xit congrua animi diſpoſitio, *ò qui ci ſarebbe che di*
* *re aſſai*, vide inf. nu. 42. Patũ enim eſſet leges, cano
nes, ſtatuta, & alias conſtitutiones conditas eſſe, ni
ſi iudex eſſet animi recti, riteque diſpoſiti, ſine cu
ius diſpoſitione bona ſincera, ac Dei timorata, ni-
hil boni fieri poteſt: non ergo ab auidis, non ab in
uidis, non a vindicatiuis iuſtitia eſt exercẽda: nam
etiam gemmæ pretioſæ in manibus ſordidis, ſor-
deſcunt, & ſanctio legis corde iniquo coinquina
tur, & ideo Proph. rogabat Deum, vt ipſe (qui eſt
Sanctus, iuſtus, rectus, & immaculatus) illum iu-
dicaret, & diſcerneret cauſam ſuam de gente non
Sancta: dicens ab homine iniquo, & doloſo erue
me. pſal. 42. aliquid enim poteſt eſſe rite factum,
id eſt ſecundum ordinem, & ſolemnitatem iuris,
ſed non rectè ſcilicet ſecundum iuſtitiam, & æqui-
tatem,

tatem, vt not. Io. And. in ele. fi. de appella. & not. in c. quoniam cõtra, eo. tit. quia verbum: rectè, importat vt benè, directè, iuſtè, æquè, & rationabiliter dictum, aut factum ſit, vt per Calep. in d. verb. rectè.

74 Encomia vero iuſtitiæ ſunt omnia bona; Nã generaliter iuſtitia, omnes virtutes amplectitur, & omnia vitia reſpuit, & induitur particulariter æqualitate in ſingulares perſonas, ſed prius nidum facit in animo proprio iudicare debentis vt ſupra & per Rouell. d. tract. de iuſt. & iur. in Rub. nu 2.

75 & iuſtitia Regis & Principis, dicitur pax populorum, tutamen Patriæ, immunitas Plebis, munimentum Gentis, Cura languentium, Gaudium hominum, Temperies aeris, Serenitas Maris, terræ Fœcunditas, Solatium pauperum, & hęreditas filiorum, ita per Caſſiodor. ſuper. Pſ. 1. & operatur iuſtitia. Guglìel. Rouell. d. tract. de iuſt. & iniuſt. cap. 15. Meliuſque eſt parum cum iuſtitia, quàm multi fructus cum iniquitate, prouer. capit. 16. & tandem iuſtitia eſt anima ciuitatis ſecundum Alber. in leg. iuſtitia, ff. de iuſt. & iur. Ergo ciuitas in qua non eſt iuſtitia, dicitur mortua ſicut corpus ſeparatum ab anima. Et refert Nicol. Boer. tracta. de ſeditioſ. quæſtio. 1. num. 5. quaſi nulla vniuerſi portio poſſit conſiſtere, niſi vitam, & firmitatem habeat à iuſtitia. Ideò Parentes tenentur præcipuè explicare liberis iuſtitiam, & ea que iuſtitia præcipit, & quas partes, & quæ officia iuſtitia habet: ſic Mariti vxoribus, heri ſeruis, Principes ſubditis, magiſtratus priuatis hominibus, Duces militub⁹. Põtifex ſacerdotibus. Idcirco magis illis habenda eſt gratia, qui iuſtitiam ſanctè, & religioſè adminiſtrant, quin à Deo in mortali Principes in mundo creati ſunt, non ad aliud, niſi vt iuſtitiam, prout mores boni poſtulant & occaſio dedit, adminiſtrent. Aliter enim debent ſeruire domino, vt homines, aliter vt Reges, vt homines ſeruiunt domino fideliter viuendo, vt reges verò ſeruiunt, leges iuſtas conſtituendo, & prohibentes contraria legi Dei: ſic ſeruiuit Ezechias, ſic Ioſias, ſic Rex Niniuitarum compellẽdo populum ad placandũ Deum, 4. Reg. c. 18. & 22. ſic Darius, & Nabuchodonozor. Ion. 3. Dan. 14. S. Aug. ex lib. epiſto. 50. ad Bonif. Remota itaque iuſtitia quid ſunt regna, niſi latrocinia, S. Aug. de Ciuit. Dei lib. 4. cap. 4. Alij circa Religionem, & forum eccleſiaſticum ac res & eorum eccleſiaſticas perſonas intendũt: alij circa forum, res & perſonas laicales, nam in promiſcuis actibus non ſunt turbanda officia. l. conſulta diualia, C. de teſtam. in propoſ. eſt tex. pulcherrimus in ca. 8. quoniam autem gloſſ. diſt. 10. vbi Imperator & alij Principes circa eccleſiaſticas res & perſonas non poſſunt ſe intromittere nec eccleſiaſtici in negotijs ſecularibus, niſi quando infideliter gubernarent, quia cauſa infidelitatis eſt ſpiritualis, vt ibi. Nam poteſtas qua mundus regitur, alia eſt ſpiritualis, atque ſacra, alia ſecularis circa ſecularia, & qui ſecularem habet, non poteſt tractare ſacra, atque ſpiritualia & illis annexa, ca. ſoliti verſ. præterea de maior. & obe. Deus enim fecit duo luminaria magna primum quod præeſſet Diei vt ſol, alterum nocti, vt Luna, ſol pro ſummo Pontifice, Luna pro Rege, quæ Luna lumen à Sole recipit. ergo ſummus Pontifex, & Vicarius Chriſti maior eſt omnibus in terris, c. nos incompetentes, ver. ſed notandum, 2. qu. 7. & ſicut Reges præſunt in cauſis ſeculi, ita ſacerdotes in cauſa Dei, qua de re, ad Principes ſeculares ſecularia, & ad Eccleſiaſticos eccleſiaſtica, tam in perſonam quàm in rem. qua de re quilibet debet manere inter limites ſuæ iuriſdictionis, c. fin. de conſtitu. l. fi. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & aduertant ſeculares à pęnis, de quibus in Bulla in Cęna Domini, & in cap. ſacrilegium, cum ſeq. 17. quæſt. 4. & cap. Prædia, cap. nulli, 2. quæſtio. 12. capit. ſi quis Principum, 16. quæſtio. 7. cap. cum ſit, & ibi glo. de for. compet. c. conqueſtus, eo. tit. cum infinitis alijs iurib. ad hoc vi. & conſidera, quod dixi in 1. par. nu. 85. ſecundum primam Impreſſ. & nu. 90. cum ſeq. ſecundum ſecũdam impreſſ. Papa enim dat gladij poteſtatem circa res, & perſonas Eccleſiaſticas Imperatori, & Regibus, vt dicit glo. in c. in ſynodo, in ver. ſit patricius. 63. Diſtinc. nã Papa habet vtrunque gladium, ſcilicet ſpiritualem, & temporalem, vt 63. Diſtinc. tibi Domino. & 15. q. 6. alius. & c. nos Sanctorum, & 1. q. 4. quia præſulatus, & 86. diſt. duo. & 22. Diſt. omnes, vbi glo. cæleſtis.

Ad Principes ſeculares redeundo, ille profectò paſſim digito oſtendendus eſt, qui indifferenter, in omnes iuſtitiam retinet; Ideo danda ſunt tributa Regibus, & Principibus, quia Miniſtri ſunt Brachij Dei, & iuſtitiæ, vnde os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingna eius loquetur iudicium. Hunc quotidie experti ſunt ſubditi Magni Ducis Hetrurię, qui inter omnes alios Italicos Principes ſeculares Magnum Ducis nomen iure meritò obtinuit, cuius Iuſtitia, & Religio Chriſtiana eſt tanquam fulgur fulgoris corruſcantis, & verè dici poteſt de optima eius Iuſtitia illud Cicer. 3. de orat. Flamma inter nubes corruſcat, & Virg. Elucent aliæ, & ſulgore corruſcant, vt in 4. Geneſis qui in cunctis rebus Religionem colit, & Religionem pręcedere facit, cuius iuſtitia concordiam parit, diſcordias deſtruit, pacem componit, bonos pręmiat, & malos punit, nec diu gaudere improbos ſinit ſuper eorum iniquitate, & Iuſtitia vera Reges, & Principes incolumes, & ſaluos, diuiteſque conſeruat, & vbi iuſtitia, ibi principium bonum, melius medium, optimus finis; Iuſtitia eſt æquitas tolerandi inopiam, eſt temperamentum in abundantia, & per eam quis nec extollitur, nec opprimitur, & MEDIVM TENVERE BEATI, & Hippocr. in Aphoriſ. 4. dicit, non ſatietas, non fames, neque aliud quicquam, quod modum naturæ exceſſerit, & Salamo. Prouer. c. 30. ait Mendicitatem, & Diuitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo neceſſaria: ne fortè ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam: Quis eſt Dominus? aut egeſtate compulſus furer, & periurem nomen Dei mei. Et iuſtitiæ veri amatores habent felicem ingreſſum, propitium progreſſum, fauſtumque ac fortunatum egreſſum, ſicut experientia Rerum Magiſtra docet, omnes tàm maiores, quàm minores.

76 Tandem iuſtitia eſt mater iuſti, iuris, rigoris, & æquitatis, vt not. glo. in l. 1. ff. de iuſt. & iur. & in concreto Chriſtiano dicitur lux Mundi, dummodo plus in eo abundet, quàm iuſtitia ſcribarum, & Phariſæorum, qui ſepulchris dealbatis aſſimilantur, quæ foris apparent hominibus ſpecioſa, intus autem ſunt plena oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitie, foris in pellibus, ouiũ, intrinſecus Lupi rapaces, & pleni hypocriſis, & iniquitatis, Luc. Euang. c. 11. vbi contra quoſdam legiſperitos, qui dilatant fimbrias, nimium ſui facientes, erroneas opiniones ſequentes, & indignantur cum eorum imperfectiones à Domino deteguntur. Quibus dictum eſt, væ vobis legiſperitis, væ qui oneratis homines oneribus, quæ portare non poſſunt, & ipſi vno digito non tangitis ſarcinas; Et paulò inferius

ferius

Digitized by Google

ſerius ait, vę vobis legisperitis, qui tuliſtis clauem ſcientiæ, & ipſi non introiſtis, & eos qui introibant, prohibuiſtis, & hæc ſobrie, (licet non vulgariter) explicita ſint de Iuſtitia.

Cæterum vbi (Iuſtitia non eſt, ibi omne malũ, ſeditiones, tumultus, nullus ſecurus, Miniſtri pauent, Populus calcitrat, diſcordia regnat, & res & introitus dilabuntur, vnde Hier. poſt. Sal. Iugurt. ait prudentiſſime: quod Concordia res paruę creſcũt, diſcordia maxime dilabũtur. Nic. Boer. trac. de ſeditioſ. num. 5. Neque eſt aliquod Regnum, non recipiens iuſtitiam legalem, quod diutius perſiſtere poſſit. Hinc commutatiua iuſtitia emanat, hinc diſtributiua, vt quilibet pro ſe prouideat, & inuenta eſt commutatio, vt hinc ſuper abundantia illinc defectus reduci poſſint ad æqualitatem, neque naturale corpus ſubſiſtere poſſe ſine commutatiua iuſtitia, ſic membra mẽbris ſubueniunt etiam quatuor elementa, ſine mutua ope in rerũ natura vigere poſſunt, vt per Hieron. per d. tract. ouilian. lib. 23. de iuſtitia, & hæc dicta ſufficiant.

DE IVRE.

TErtio ſequitur videre de iure, quod duplex eſt, aut ſcriptum, aut non ſcriptum: ſcriptum conſiſtit in legibus, ſtatutis, & in quibuſcunque alijs ordinibus; Non ſcriptum in vſu, & conſuetudine: ſed ſcriptum maius dignũ, vnde inſtit. de iur. nat. gen. & ciu. per tot. gloſſ. in Rubr. conſtitut. in 6. omne autem ius conſiſtit, aut in acquirẽdo, aut in conſeruando, aut in minuendo ſecundũ vlpia. * in l. fi. ff. de leg. aut enim hoc agitur quemadmodũ quid cuiuſcũq; fiat: aut quemadmodum quis rem ſuã, vel ius ſuũ conſeruet, aut quomodo alienet vel amittat, ius igitur primo à iuſtitia in ordine enixũ editumque eſt, vt l. 1. ff. de iuſt. & iur. intellige ſecũdum gloſſ. 1. inſtitu. eo. titu. & ius eſt ars boni & æqui, vt ſupra num. 27. cuius meritò quis nos ſacerdotes appellat, vt dicit text. d. l. 1. & 2. eo. titul. quamuis iuris periti & aduocati ibi appellentur * ſacerdotes. Et de ſacerdotibus proprie loquendo. Hinc prima vtilitas deducitur quia ex hac lectione percipitur quod ſacerdotes debent eſſe iuſti, æqui, & boni, ſal terræ, & lux mundi: vnde primò dicitur ſacerdotes tui induant iuſtitiam, & ſancti tui exultent, Pſ. 131. Et hinc 2. vtilitas reſultat, quia ſancti lætantur in cęlo lætitia accidentali, quando ſacerdotes alij ſunt iuſti, iuſte ac piè viuentes; Lu. c. 15. tertia vtilitas, quia datur ſacerdotibus virt⁹ et poteſtas eccleſiaſtica vt declarat Iac. de Valent ſuper, d. Pſ. 131. lit. E. & ſuper Pſ. 21. lit. B. vbi ad ſacerdotem ſpectat ponere, & conſtituere legem, & ſic dicitur Põtifex Maximus, quaſi legem, & poſitionem faciens, per quam populus iuſte viuat, & in deum dirigatur. Et hinc eſt 4. vtilitas quod ne dum circa ſpiritualia, ſed etiam circa laicas ordinationes, quando ſunt contra ius diuinũ & contra perſonas, quæ talia agunt, poſſunt ſacerdotes maximè prouidere, vt omnia dirigantur in Deum. Et ſi de Principe laico dicitur, quod non * ſine cauſa gladium portat, intelligens de gladio materiali, & laicali, Mantua ſing. 40. & late dixi in 1. par. num. 47. & ſeq. tamen de poteſtate Summi Pontificis, dicitur, quod habet poteſtatem vtriuſque gladij, vt dixi in d. 1. par. ſub nume. 149. quia repręſentat eccleſiam, cuius Chriſtus eſt caput, Papa verò Chriſti Vicarius, illaque eſt cultrix & adiutrix iuſtitiæ, & non patitur contra iuſtitiã aliquid fieri in ſe vel in alterum, tex. in cap. 1. §. 1. de alienation. feudo. vbi gloſſ. de vſib. feu. & Chriſtus eſt dominus dominãtium, & Rex Regũ, quia in ipſo condita ſunt vniuerſa, quæ in cęlis & in terra, viſibilia, & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates, omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt, & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant, & ipſe caput corporis Eccleſiæ, qui eſt principium, primogenitus ex mortuis, vt ſit in omnibus ipſe primatum tenens Apoſt. ad Coloſ. c. 1. & 2. non ſolum in hoc ſæculo, ſed in futuro, ad Epheſ. c. 2. & Dauid, omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, oues, &c. Pſ. 8. & animarum curam Chriſtus commiſit dixit Petro eius Vicario. & eius ſucceſſoribus. Paſce oues meas. Io. c. 21. Ideoque Chriſtus voluit aſſumere nomen Sacerdotis, & Pontificis, vt ait Iac. de Valent. vbi ſupra omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, Paul. ad Ro. cap. 13. & Chriſtus dedit poteſtatem S. Petro, quem vicarium in terris conſtituit. Matth. c. 16. Io. c. vlt. & Conſtantinus Imperator, (vt legitur in Actis. Concil. Niceni) ſic ait ad Epiſcopos, Deus vos conſtituit ſacerdotes, & poteſtatem vobis dedit, de nobis quoque iudicandi. Ideò nos à vobis rectè iudicamur, vos autem non poteſtis ab hominibus iudicari, & Bal. in l. cum precibus, C. de probat. in fin. ait, quod vbi ſtatuta ſint iniqua recurritur ad forum Eccleſiaſticum.

Item colligitur ſupra vtilitas, quod ſacerdotes, vt dixi, æqui eſſe debent, nulli nocere, & omnibus prodeſſe, cap. 2. ex. de poſtul. debent eſſe boni. Cano. in Rubr. de uit. & honeſta. cler. c. quærendum, de pœn. diſtin. 2. ſal terræ dicuntur. Matth. cap. 5. Luc. cap. 14. vbi legitur. Bonum eſt ſal: Si autem ſal euanuerit, in quo ſalietur neque in terra, neque in ſterquilinium, vtile eſt, ſed foras mittatur. Qui autem habet aures audiendi, audiat, per hanc ſimilitudinem, omne opus inſipidum eſt carens diſcretione, & ſacerdotes lumen appellantur. Matth. d. c. 5. quia ſunt populi lumen, & exemplum, 23. diſtinc. ſuntque omnium patres, & Magiſtri, 26. diſtinc. & debent mente, & corpore eſſe puri, & mundi. 1. q. 2. neceſſe, 2. q. 8. in grauibus, & tanta eſt illorum dignitas, quod appellantur dij: ego dixi vos dij eſtis; ſimiliter Angeli dicuntur, 11. q. 1. in ſacerdotibus, & Chriſtus dixit, ſacerdotes eſſe pupillam oculorum ſuorum, & ideo, qui vos ſpernit, me ſpernit dicit Dominus, & qui vos odit me odit, & mihi vindictam, & ego retribuam. Cauſa enim ſacerdotum, cauſa Chriſti eſt, & legitur in Eſdra cap. 7. vobis notum fecimus de vniuerſis ſacerdotibus, & Leuitis, & cantoribus, et Ianitoribus, Nathanęis, & Miniſtris Dei huius, vt vectigal & tributum, & annonas non habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos. Hæc & multa doctè in propoſ. ſcripſit nouiſſimè. Don Ventur. Venturius ordin. Mont. oliuet. in ſuo opuſc. de Maieſt. Pontif.

Inſuper ius diuinũ dicitur eſſe quid ab ore Dei primo proceſſit, & dicimus omne, quod ex diuinis præceptis conſtat, & in Theologia, & in ſacris canonibus circa cultum Dei, & fidem, & intus, & in pertinentibus ad ſalutem animæ & corporis, vbi conſcientia ſpiritualiter examinatur. Largo autem, modo complectitur etiam Ius humanum, leges humanas & ciuiles, vt l. 1. ibi manibus in cœlum erectis, C. de uet. iur. Enucl. l. vlt. C. de præſcr. De quo per Decia. de delict. tom. 1. lib. 2. ut. de iur. Diuino, quodque continet ius naturale, & ius gentium; quia diuina fuit prouidentia conſtitutum, 4. omnes leges. 1. diſtinc. Marant. de ord, Iudic. p. 3. num. 80. cum mult. ſeq. & vi.

quæ

Digitized by Google

quæ ſupra dixi ſub num. 42. 45. & 46. tex. gloſſ. &
* Dec. in leg. vltim. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. Dico
quod ius eſt recollectio legitimorum præcepto-
rum, ad quorum obſeruantiam arctamur, ſunt e-
nim bona, iuſta, æqua, & vera, & quorum præce-
ptorum via poſſumus peruenire ad artis ſciẽtiam,
in tract. de exercita. Iuriſprud. li. 1. num. 17. & 18.
tom. 1. qui dicit, quod cognoſcere iuſta, & iniu-
ſta, non ſit ſapientia, ſed & naturaliter, & morali-
ter diſciplina iuſtitiæ, & ius eſt eius miniſter, a-
ctu nos docet, & obligat, vt benefacere benefaciẽ
tibus, & quod non vis tibi fieri alteri ne feceris,
vt in præcep. Decalog. & Ita apud Chriſtianos ca-
tholicos, omnia iura ſunt in iure diuino fundata.
82 Iuris vinculum eſt obligatio, quæ effrænatam
voluntatem noſtram reſignat, vt iuſti, & æqui,
contenta ſit, naturaliter, moraliter, & præceptiue
legi humanæ, ius actionem mouet obligationis,
& æquitas accipit, parat, & defendit, ita apud Bo
log. d. tract. de leg. iur. & æquita. c. 1. nu. 16. & 17.
vbi num. 18. ait quod turpe eſt iuriſperito, ex ijs
quæ ad legem, ius, & æquitatem pertinẽt, quicquã
ignorare. Sed quo ad terminos, Bolog. verum di-
cit, ſed quo ad negotia, & caſuum contingentia,
& res perdifficilis, plura enim ſunt negotia, quam
vocabula, vt not. in l. natura de præſcr. verb. & om
nium habere ſcientiam, & memoriam, & non er-
rare, eſt magis diuinum quàm humanum, vt l. 2.
§. ſi quid autem C. de vet. iur. enuclean. & ille cui
memoria fauet, & magna memoria exuberat, vt
plurimum caret ingenio. Nam difficile eſt ſimul
exquiſitam habere memoriam, & iudicium per-
ſpicax, & multoties videmus, quod imbecillitati
memoriæ ſuccurritur ab ingenio, quod & ſuperat
vires naturales, non e contra.
83 Naturaliter dixi. Nam lex naturalis, quod iuſtũ
æquum, vel honeſtum ſit, omnibus in rebus præ-
ſcribit: Natura eſt cunctorum Rectificator, & Re
ctor, illaque ęquum, iuſtumque compoſuit, Senec.
epiſ. 96. Ariſt. 1. Ethic. & nõ ſolum docet, quo pa-
cto hoc ius vnicuique tribuendum ſit, verum &
quo pacto conſtanti, & firma voluntate perma-
neamus in rectitudine, & caueamus ab indirectis,
tam bene agendo, vt nullo cunque tempore pęni-
tere valeamus. Gugliel. Rouell. d. tract. de iuſt. &
iniuſt. capit. 13. nume. 1. Bologn. de legum iur. &
æquit. c. 8. in princi. quod ab Ariſt. ſumitur lib. 5.
de moribus, & in cap. 9. num. 20. & ſeq. vbi decla-
rat hæc verba, conſtans & perpetua voluntas ius
ſuum vnicuique tribuens, de quibus iam ſupra di-
ctum fuit. Si ergo omnia ſecundum rationem fece
rimus, & non ſuccedant ad vota, non eſt ulterius
quærendum quod eſt ad amuſſim conforme cũ
Aphoriſ. Hippocr. num. 52. Nam qui facit quod
debet, & poteſt, naturaliter legem adimpleuit, &
ideo ſi re mature conſiderata, contrarium ſequa-
tur, culpa non eſt aſcribenda facienti, l. Gracchus,
ad leg. Aquil. Bal. in l. non ideo, C. ad Sylla. ſunt
enim iudicia Dei incomprehenſibilia, & iudicia
Dei abyſſus multa Apoſt. & Ouid. in Epiſt. Phyl
lidis, ad Demophoontem, verſ.

„ *Exitus acta probat, careat ſucceſſibus opto,*
„ *Quiſquis ab euentu facta notanda putat.*

Hinc ergo eſt quod inſpiciendum eſt conſiliũ,
quod mature, & prudenter facere nos impulit, l.
ſed an vltro, §. 1. ff. de neg. geſt. nam bene conſide-
rare, & conſultare maximum lucrum, vt trad. hic
Tiraq. de pœn. temp. cauſ. 52. nu. 9. & 10. & faciũt
quæ alias dixi ſupra §. 1. num. 259. vbi ſupradictos
verſ. retulimus, & facit etiam nu. 60. par. 5. vi. infr.
num. 274.

Dixi (moraliter) quia omnia temperatè, & lau
dabiliter facere debemus. Nam temperata durãt,
& vt in ſacris paginis, Non ille qui ſe commen-
dat, ſed quem Deus commendat, probatus eſt. Et
eſſe poteſt quod ius fiat, ſed pretio, amore, timore,
aut vindicta, vt in 5. par. dixi, & in hac ſub nume.
73. ſed ſtare poteſt, quod iuſtitia fiat, ſed iranter,
nimio calore, & per iactantiam. Vnde Cicero in
Tuſcul. dixit præceptum Apollinis monet, vt ſe
quiſque noſcat. de quo vide in propoſ. quæ dixi in
3. par. nu. 49. 237. 238. & ſequ. iuxta primam im-
preſſ. Decet equidem vxorem Cęſaris eſſe nedum
mundam ab omni macula, ſed ab omni ſuſpicio-
ne. ſic qui ius exercet eſſe debet & facere omnia
laudabiliter. Ergo feſtinemus ea facere, quæ iuri
conſona, & à bonis moribus approbata ſunt, cap.
cum æterni. de re iud. in 6. & in c. iudicantem, 30.
q. 5. Sunt enim ſequela hæc prudentiæ in dicendo,
agendo, procedendo, & iudicando animi fortitu-
dine, ac corporis viribus. Nam iſtæ ſunt illæ quat
tuor qualitates, quas virtutes Cardinales appella-
mus. Et de ijs apud Cicer. lib. 1. offic. & ab Ariſt.
lib. 5. Moral. deſcribuntur duodecim virtutes mo
rales, quas recenſet Bologn. dicto tracta. de legit.
iur. & æquita. capit. 8. num. 4. tom. 1. quas per te
uideto.
84 Dixi (præceptiuè) quoniam prudentia nos do
cet ſeruare præcepta tum naturæ, tum humanæ,
præſertim Diuinæ legis, §. iuriſprudentia, inſtitu.
de iur. nat. gent. & ciuil. & æquitas nos mouet, ut
ſuperiorum præceptis pareamus, tot. tit. ſi quis iuſ-
dic. non obtemp. & tot. titu. ſi quis in ius voc. non
ierit. & hic nota, quod ius quoque dicitur locus iu
* dicij, vt inf. num. 92. Eſt enim prudentia iudicium
* diſcernens bonum, à malo, quia hoc abhorretur, il
lud autẽ amplectitur, verſaturq; circa ea, quæ ſunt
ad finem totius uitæ ſtudioſa Inquiſitio, ſecũdum
Diuum Thom. in ſumm. lib. 3. tit. 34. q. 23 1. & do
cet quomodo præſentia ordinanda, præterita me-
moranda, futura prouidenda, ſecundum S. Augu.
in ſermo. de prudentia, & qualiter res ſint exami-
nandæ, ne erranter bonum pro malo, uel malum
85 pro bono ſumamus, docet Senec. de quattuor
uirtutibus. At Diuus Aug. ſuper Pſalm. 70. in Enar
rat. 1. par. ait, Quando in eo bono, quod facis, Deus
tibi places, in eo autem malo, quod pateris, Deus
tibi nõ diſplicet, & hoc modo diſcernitur bonum
a malo. Sed hæc prudentiæ virtus ſolũ bonis con-
uenit, S. Thom. 2. 2. q. 47. art. 13. Nam ubi deficit
bonitas, non adeſt prudentia. Et ubi eſt prudentia,
laus competit bonitatis. Guglielm. Rouell. tracta.
de iuſti. & iniuſti. ca. 4. tom. 1. uerum ſi ſecundum
carnem vixerimus, prudentia huius mundi, ſtulti-
tia eſt apud Deum. Apoſt. ad Rom. c. 8. ad Corin.
86 ca. 2. vbi ait, animalis homo non percipit ea, quæ
ſunt Spiritus Dei, ſtultitia eſt enim illi & non po
teſt intelligere, quia ſpiritualiter examinatur. Spiri
tualis autem iudicat omnia, & ipſe à nemine iudi
catur, itaque qui exiſtimat ſe ſtare, uideat, ne ca-
dat. Sunt quippe verba Apoſt. qui penetrauit uſq;
87 ad tertium cœlum: faciunt contra illos qui ſecun-
dum ſolam rationem ſtatus Reipublicæ aguntur, &
tuentur; Nam etſi in errorem fidei prolabantur,
ſiue allegantur prophetiæ, ſiue Euangelium, ſiue
Sanctus Paulus, & S. Thomas, cum alijs Doctori-
bus eccleſiæ, cum omnibus concilijs approbatis,
non ſunt capaces ſpiritualium, quia terrena ſapiũt,
nec poſſunt intelligere, quia ſpiritualiter exami-
nantur, & carnaliter, & prout ſenſus appetit vi-
uentes

Digitized by Google

uenter ſunt comparati equis, & mulis, quibus
88 non eſt intellectus. Pſ.31. nolite.quamuis Bruta
ipſa quandam prudentiam in ordinandis, in pro
uidendis,& gubernandis rebus habere videâtur,
vt de ſerpente,& de formica,ac de apibus, nobis
exemplo ſeruire poſſunt; tamen in prouidentia
diuina eſt ſpes noſtra,qui curam omnium habet,
& à qua omnes capilli numerati ſunt, Matth.cap.
6. Et faciunt ea,quæ in princ.huius 6.par.dixi,ve
runtamen imbecillitati hominum aliquid con-
donandum eſſe,vt leg. 2.§.ſed & ſi,C.de vet.iur.
enucl.& orandum pro eis vt reſipiſcant.
89 Qua verò Religione, quibus artibus iuris ſtu-
dioſus tinctus eſſe debeat, nos docet prudens vir
Io.Coraſ.de iur.ciuil.artie. De religione, ca.4.&
9.at ſi omnis ſcientia cunctorum iuris peritorum
in vnum recolligeretur, adhuc aliquid addiſcen-
dum remaneret,vnde Accurſ.in illo ſomnio ve-
rè ſomniato inter alia eius documenta pulcheri-
ma dixit,ſub nu.17.quod ſi ille vnum pedem in
terram, & alterum in ſepulchro teneret, adhuc
addiſcere vellet,quodque not. in l.apud Iulianũ.
90 ff.de fideiuſſ.liber. & meminit Cagnol. in l. ne-
mo poteſt mutare.ſub nu.6.de reg.iur. nimirum,
quia ſecundum Ariſt.Omnis homo à natura ſci-
re deſiderat, ſed parum eſt ſcire, niſi ſcientia re-
ducatur ad actum,ar.l. multum intereſt,C.ſi quis
alter. vel ſib.cum ſimil.l.ſcire leges,ff.de legib. ac
quidam ſunt (vt fertur) ſapientes in latino ſer-
mone, ſed ſtulti in vulgari, hoc eſt in agibilibus
mundi. Hic dicitur illud vulgatiſſimum, purus
doctor,purus aſinus.
91 Ius ergo eſt,quod per legem nobis permittitur
ſecundum Cic.libr.1. de leg.& Iuriſc.in l.a.C.de
leg.text.in l. 1. de reg. iur. alio modo ius dicitur
etiam quod quouis modo obligatione nobis ac-
quiritur in rem,aut in perſonam, inſtitut.de act.
§.in perſonam, vbi actiones aut in rem, aut in
perſonam, ſed melius eſt habere ius in re, quam
in perſonam,ſi perſona nõ ſit melior re, quod ho
die difficile eſt,leg. plus cautionis. de reg.iur. vbi
Dec.nu.2.l.ſi fundus,§.in venditione,ff.de pign.
& ideo actiones reales ſunt digniores perſonali-
bus,Iaſ.& alij in rubr.ff.ſi cer. pet.
* Ius habet multas ſignificationes quas enume-
rare magis laborioſum eſſet, quam vtile, & Bo-
logn.d.tract.de leg.iur.& æquit. trad.36.ſignifica
tiones iuris. Nos ea,quæ magis vtilia & ſecundũ
ſubiectam materiam aptiora erunt,tractabimus.
Iura multoties emuntur,vt Neapoli,in Hiſpania
& alibi,vbi ſolent emi tot iura,quæ ſunt boni, &
tuti redditus. Interque ſocios ius ſocietatis eſſe di
citur,vt in fundo, hoc eſt fundato alicuius appo-
thecæ, in Banco ſeu menſa, & in aliqua negotia-
tione,in qua plures ſunt participes,& ſocij. Nam
quis poteſt eſſe particeps tantum ſed non ſocius,
quando quis vni ex ſocijs dat pecuniam, qui illũ
facit ſecum participem,ſed is particeps non con-
traxit cum alijs omnibus ſocijs in illa ſocietate.is
non agit contra alios,ſed contra eum tantum cui
dedit pecuniam,l.quicquid, ff. pro ſoc. c. per ve-
ſtras.extr.de don. inter vir.& vxor.pulchrè Rot.
Genuæ.Deciſ.39.nu.9. & ſeq. quod vtile eſt ſcire
ad conueniendum principalem & non. Subſtitu
tum à principali.
Hinc inſurget alia vtilitas: Nam differt quod
quis credat omnibus ſocijs, ſed perſonaliter, vt
puta Petro,Ioanni,& Martino, qui tres ſunt ſo-
cij vnius appothecæ,aliud eſt credere ipſi ſocieta-
ti, vel appothecæ,ſeu illi iuri.Bal.in l.eius,num.
5.vbi Salyc.nu.3.C.de compenſat. Alex. conſil.
139.nu.3.Rot.Genuæ. Deciſ.14.nu.94.& Deciſ.
26. nu. 30.& ſeq. Quẽadmodũ differt obligatio
perſonalis à reali. Dec. in l.qui in ius,de reg. iur.
per plura iura ibi adducta: Vel obligatio particu
laris, à communi, l.diligenter.C.de aquæductu.
dixi ſup.nu.95.verſi. quod autem. Nam apothe-
ca dicitur corpus complexum, vt per Salyc. in
l.cum tabernam. ff. de pignor. refert Neguſant.
de pign.& hyp.2.membr.2.par.ſub nu.20.ſimili
ter ſocietas dicitur corpus mixticum,vt not inſt.
de ſocieta.in princ.Bal.Salyc. & alii in l. eius. C.
de compenſat. Rot.Genu. Deciſ.7. nu.10. vnde
* ait quod literæ ab vno ex ſociis ſcriptæ ſi non cau
tan nomine ſocietatis,& ſcriptę ſint ab illo ſocio,
cui ſocietas dedit authoritatem,non obligant ſo-
cietatem,Salyc.d. l. eius. Similiter ſi vnus ex ſo-
* ciis latitat,non dicitur ſocietatem latitare, l.fin.
C.de auth.præſt.l.ſi quis ex argentariis,ff.de edẽ.
Rot.Genu. Deciſ.168. nu. 15.in fi. Similiter ius
& nomen plurium eſt ſeparatum,à particulari &
proprio nomine omnium illorum,qui ius & no-
men ſimul habent,Bart. Bald.Saly. & alii in d.l.
eius,C.de compenſat.Rot.Genuę. Deciſ.26. nu.
30.hinc eſt etiam, quod ius reale competens vni
ſociorum in parte rei pro indiuiſo, remanet in to
to fundo,& non in parte rei, quæ ſocio contingit
tempore diuiſionis,l.ſi quis,§. Sed ſi fundus, &
ibi Bar.ff. de cond.
Qua de re illa, qui vẽdidit ſeu credidit illi apo
thecæ, etiam quod illi ſocii ſint per prius tacite
vel expreſſe particulariter obligati aliis, non per
hoc eorum creditores potiores erunt aliis poſte-
rioribus in dicta apotheca, in illo iure, cum ij po
ſteriores non crediderunt illis particulariter, ſed
apothecę,illi iuri ſeu illi nomini ratione iam di-
cta,quia multum differt inter cauſam propriam
& cauſam cõmunem vel ſocietates, Alex. conſi.
139.nu.3.lib.5.& infra dicetur. Rot.Genu.d. De
ciſ.14.nu 94. vnde etiam quod res venditæ dictæ
apothecæ,ſint ab illis ſocijs reuenditæ alijs, & nõ
exient, tamen apotheca ſequitur alias res in ea
exiſtentes,l.diſtractis,& l.pignoris, C.de pignor.
* & licet membra moueantur,tamen caput,& cor-
pus apothecæ manet,l.grege.ff.de pignor.Negu-
ſant.d.tract.a.membr.2.par. nu. 18. in fi.& vna
res in dicta apotheca ſuccedit alteri, Bal.in l.vbi
adhuc.q 4.C.de iur.dot.Bart. in l.1.& io §.ſi plu
res.l.procuratoris. ff. De exercitor. act.vbi Odo-
fred. Bal. Salyc. Angel.Caſtr. & confunduntur,
in propoſ.Neguſant.in 1.membr.5.par.num.53.
* vt, de pluribus hæreditatibus aditus, quia fiunt
totum vnum patrimonium,vt not. Doct.in l.ge-
rit,l.& in lege.vbi Doct.ff.de acqu.hær.ſed reſpe-
ctu illius,qui rem vendidit,ſi pretium nõ habuit,
& res extat, habet priuilegium ut præferatur alijs
anterioribus creditoribus illius apothecæ in illa
re,ſi ſibi hypothecam reſeruauit, Alber.in l.licet,
C.qui pot.in pign. refert Neguſ. in 2. membr. 5.
par.ſub nu.18.vbi ſecundum alios in d. l.licet vi-
detur ſufficere generalis obligatio facta ab empto
re venditori,de qua re & ſi Neguſant. videtur du-
bitare,tamen de æquitate ſeruatur: facit Crauett.
conſ.201.uerſ. Poſtremò.& Caſtr. per eum alle-
gat.in conſil.335.in fi.par.1. Rot. Genuę. Deciſ.
13.ſub nu.19.item circa alias res hypothecam ha
bet, quia vna ſubrogatur loco alterius, Bal.in d.l.
ubi adhuc, q 4. Cod. de iur. dot.& dixi ſupr.Sed
hoc in caſu,qui prior tempore,potior erit in iure,
c. qui prior,de regul.iur. in 6. ſuper qua Reg. ul-
tra alios latè Neguſant.2.membr.5.par. per tot.
* Ex hoc colligitur, quod creditores qui ſint
etiam

Digitized by Google

in dict. rubr. de operis noui nunciation.

Ius autem in re, non eſt tantæ potentiæ, ſicut ius rei. Nam hoc habet mediante ius in re, illud immediatè ius rei, c. fin. de præben. & ius in re, non datur per reſcriptum obtentum de aliquo beneficio, ſed ius ad rem Specu. de act. ſeu petitio. §. 4. ver. non igitur, vt mox dicam. Et magis eſt habere ius in re, quàm ius ad rem. Nam ius in re importat ius quæſitum & adeptum: ius ad rē ius quærendum. vnde facilius amittitur ius quærendum, quam ius quæſitum. Nam facta tenent, l. patre furioſo, ff. de ijs qui ſūt ſui, vel alie. iur. l. qui autem, in prin. ff. de ijs quæ in frau. cred. vbi facilius amittitur, & tollitur ius quærendum, l. ſponſus, §. ſi Maritus, il 2. ff. de donat. inter. vir. & vxor.

Hinc eſt quod in rebus publicis ius quæſitum per cōtractum non poteſt reuocari, nec etiam per Principem ſine cauſa, Doc. in l. cotem ferro, §. 1. ff. de public. & inf. dicam, ſed in iure quærendo, ſolus Epiſcopus ſine capitulo præiudicare poteſt, l. iubemus nullam, C. de ſacr. ſanc. eccl. cano. in c. 1. de dol. & contu. Iaſ. in l. legatum. de leg. 1. eſt tex. in d. c. fi. de præben. in 6.

Nam habere ius ad rem eſt habere cōtractum, Reſcriptum, collationem, Bullas, & huiuſmodi ad apprehendendam poſſeſſionem beneficij, vel alterius rei; vnde in d. c. fi. de pręben. in 6. quidam tempore Papæ N. fuerat electus in canonicum ad præbendam talis Eccleſiæ, & mortuo Papa ante adeptam poſſeſſionem, Nouus Pontifex ſucceſſor reuocauit. & ſic dicitur ius quod conſiſtit in ſpe ad fideicommiſſum, vel legatum conditionale, ad quæ quis vocatus eſt. Nam ſi moriatur ante conditionis aduentum, ſpes euaneſcit, l. vnica, C. de caduc. toll. cum concor. & non tranſmittitur ad hæredes, vt latè dixi in cauſa Claudij de Tolomæis de Petra Sancta, vt in pract. de reſt. poſt 5. part. ſecus ſi fideicommiſſum, aut legatum ſit pure, quia dicitur ius in re, & tranſmittitur, niſi à teſtatore reuocetur, d. l. vnica, §. cum igitur, C. de caduc. toll. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 5. nu. 5. & 12. ſecus etiam quo ad vocatos ad ius patronatus, vel ad emphyteoſin poſt certam lineam, quia ius dicitur quæſitum ex nunc, prout ex tunc: de qua clauſola vi. in 5. par. nu. 203. & poſſem adducere multa iura, & authoritates, ſed nimis propoſitam materiam egrederer, vnde ex ijs omnibus habetur, quod Ius in re eſt potentius, & magis ſtabile, quam ius ad rem, vt in extrauag. in tit. de elect. c. fi. ver. cæterum. Nec poteſt quando per contractum factum eſt vllo modo a concedente, nequē ab eius hæredibus tolli, vt Infra, nume. 401. cum plur. ſeq.

94 Rurſus dicitur ius ſeruitutis aliquem in re alterius habere; videlicet contra eum, qui in illa re habet directum, vel vtile Dominium, quod fere in omni genere ſeruitutum verificatur, vt ff. de ſeruit. titu. generali. & de ſeruitu. Vrba. præd. vel ff. de præd. ruſtic. Effectus huius iuris eſt, vt ille, qui rem illam poſſidet, patiatur vti frui. vtputa, eundo, immittendo, apodiando, altius tollendo, & huiuſmodi, quæ ſeruitutes debentur a re perſonę.

95 Aliæ verò ſeruitutes debentur à Re Rei, vt ſtillicidia recipere, vel aquam decurrentem, & huiuſmodi, de quibus latiſſimè per Cępoll. in ſuo amplo tractatu de ſeruitu. vbi nil intactum relinquit. & quandoque appellatur facultas, & non ſeruitus. vt eſt panis coquendi, Doc. in leg. vt pomum, ff. de ſeru. item eundi ad molendinum. Nam quę ſunt merę facultatis nullo vnquam tempore præſcribi poſſunt: quia nec ius nec obligatio in futurum naſcitur, capit. poſſeſſiones. 16. quæſt. prima, not. glo. in l. ſolent, ff. de offic. Proconſul. & legat. Barto. in l. cum de in rem verſo, colum. vlt. ff. de vſur. Tiraqu. de retract. conuentio. §. primo, glo. 11. ſub num. 21. vbi in materia pacti retrouendendi. & Cyn. Bal. & ſcrib. in l. prima, C. de ſer. & aqua, vbi dicunt, quod ſi per longum tempus iui ad tuum furnum, vel ad tuum molendinum, non per hoc poteris me compellere, vt in futurum ad tuum, & non ad aliud vadam. Abb. in ca. Abbate Sancti Syluani, col. 2. de verb. ſignific. nec poteris impedire alium ne furnum, aut aliud molendinum faciat, vt per Abb. & alios cano. in cap. ſignificante, de appellat. & tenet ac recenſet eos Balb. de præſcr. in 4. par. 5. par. quæſt. 5. Iacob. à S. Georgio, in ſuo tract. ſeu gloſſ. in verb. & cum molendinis, colum. 2. ultra med. Cæpol. tract. de ſeruitu. Vrb. præd. cap. ſecundo, ſub Rubr. de furno. in 2. quæſt. Iaſ. & alij omnes in l. quominus, column. tertia, ff. de flumini. Verum cum multum conferat ſequens caſus iam Decius, hic vtilitatis gratia referam.

Marchiones Malaſpinæ, olim erant Domini Capitaneatus Fiuizani, & de anno 1477. Homines dicti Capitaneatus ſpontè ſe ſubiecerunt Reipub. Flor. pactis, et conditionibus capitulatis inter quæ eſt infraſcriptum capitulum.

Item che il molino della Zana con le ragioni, & entrate ſue, atteſo eſſere ſtato, edificato da huomini di detto Commune di Comano, ritorni à detti huomini, &c.

Et i debito di detto molino della Zana ſieno liberi dal debito di Fiorini 50 larghi in circa, obligati al Signore per tal fitto.

Ex ſerie igitur huius capituli colligitur, quod permiſſu Domini, illi homines molendinum prædictum fabricauerunt, & Domino (hac de cauſa) annuum fictum ſoluebant Florenorum 50. Et ſic non iure gentium, ſed per conceſſionem Domini, & per conſequens dicendum eſt, quod molendinum illud erat de regalibus, ad trad. per Boſſ. de Regal. nume. 41. Nam licet molendina regulariter non videantur eſſe de regalibus, nihilominus ex conſuetudine, & ex modo concedendi dici poſſet eſſe de regalibus, alioquin fruſtra fuiſſent conceſſa dictæ communitati, ſi ſua fuerant; facit in propoſito Franc. Marc. Deciſ. 562. nu. 2. & ad quid ſoluebant fictum Domino Florenorū 50. pro dicto molendino, niſi iure regalium.

Itaque communitas Comani d. molendinum vti Domina poſſedit eodem iure, quo conceſſum ſibi fuit per annos 125. & in toto hoc tempore illud paſſim ſubhaſtari fecit, & conductori plus offerenti dedit, redditusque illius ad publicam vtilitatem conuertit. Nullum aliud molendinum inibi ædificatum fuit, immo de anno 1567. cum quidam priuatus auſus fuiſſet velle aliud ædificare molendinum, prohibitum fuit & deſtitit, ut ex actis notoriè apparet. Sed de anno præſenti cum duo alij ędificare cępiſſent aliud molendinum, pariter prohibitum illis fuit, & reſponderunt, nolle ędificare molendinum, ſed domum pro habitatione eorum. Verumtamen ut & clam molendinū deinde compertum fuit eos ædificaſſe, & propterea iure meritò inhibitum eis fuit à Magiſtratu, ne molere auderent, nec uti d. molendino lite pendente.

Quod autem cōitas ius prohibendi habuerit, et quod priuati uti membra dictæ communitatis nō potuerint ſeparare, & diuidere illud ius, q eſt commune, patet. Nā priuilegiū conceſſum uniuerſitati

Google

non dicitur conceſſum vni, vel ſingularibus perſonia, tex. in l. in tantum, §. vniuerſitatis, ff. de rerum diuiſ. Franc. Marc. Deciſ. 216. nume. primo, Deciſ. 489. num. 2. Deciſ. 490. nu. primo. hæc enim conceſſio dicitur omni reſpectu indiuidua, vt in propoſ. Rot. Rom. nouiſſ. Deciſ. 757. ſub num. 3. p. 1. Nam ſi ſingulares perſonæ priuatim molendina * ædificarent, certè redditus vniuerſitatis paulatim extinguereretur, & ſic pars non afferret tantam vtilitatem d. communitati reſpectu partis, quantam totum, reſpectu totius. Et ideo hoc ius vti indiuiduum nequaquam ſeparari, aut diuidi poteſt, l. in executione. §. ſecunda. ff. de verb. obl. & per alia iura quæ adducit Gomeſ. varia. reſol. tit. de indiuid. ſub num. 15. verſi. ſemitus. & inducta ad vnum finem publicum nõ poſſunt diuerſum operari effectum, l. legata inutiliter, de leg. 1. Car. clem. 1. §. 1. de præben. fuit hæc vtilitas conceſſa in commune & non in ſingulos, quo caſu per factum priuatorũ non debet præiudicium afferri publicæ vtilitati, l. ius publicum, ff. de pact. c. quod omnes tangit, de reg. iur. l. nec ex prætorio, ff. eo. tex. in l. diligenter, C. de aqu. lib. 11. Franc. Marc. Deciſ. 561. nu. 1. & 562. pulchre Gozad. conſi. 23. nu. 2. Abb. in c. cum acceſſiſſent. de conſtitu. Alex. conſ. 33. vol. 5. Nat. conſi. 160 nu. 46. p. 1. Iaſ. in l. beneficium, col. pen. circ. med. verſic. & hoc dictum. De conſtitu. prin.

Et ex prohibitione iam facta de anno 1567. vni ex dictis hominibus (qui deſiſtit) ſatis communitas dicitur eſſe in poſſeſſione prohibẽdi effectiuè: & ſufficit ſemel prohibuiſſe, pulchrè Cæphal. conſi. 130. ſub nu. 5. vol. 1. etiam ſi prohibitus acquieuerit pro bono pacis. idem Cephal. conſi. 451. nu. 349 vol. 4 Iacob. a Sancto Georg. in ſua inueſtit. feud. verſ. & cum molendinis, nu. 3. Quæ prohibitio cum in actis appareat, & deſiſtentia prohibiti nota ſit omnibus in dicto communi, vel ſaltem apud maiorem partem, cum in facto conſiſtat, & appareant veſtigia. etiam nocet omnibus alijs ędificare volentibus, quibus prohibitum in ſpecie nõ fuerit, cum ſit de re indiuidua facta prohibitio, l. loci corpus, §. ſi fundus, ff. ſi ſer. vend. pulchrè Tiraq. tracta. res inter alios act. nu. 59. & ferè in terminis Crauet. de antiqui. temp. 4. par. incip. materia iſta, ſub nu. 86. car. mihi 499. & tanto magis cum agatur de publico intereſſe afficit omnes alios, Anch. q. 27. nu. 11. p. 3.

Et cum ij nouiſſimi prohibiti reſpõderint nolle ædificare molendinum, dicuntur acquieuiſſe tali prohibitioni reſpicienti publicam vtilitatem, vt in fortiori trad. Dyn. in c. is qui tacet, nu. 4. & 5. de reg. iur. vbi ſi tacens, ad vtilitatem publicam conſentire videtur, quanto magis cum fateatur excuſat, ſe non facere id quod inhibitum eſt.

Sed eſtò quod communitas nulli prohibuiſſet ædificare molendinum, nihilominus dicitur habere ius prohibendi, & prohibere poteſt, ex quo redditus ſui molendini deſeruit publicis neceſſitatib. Boſſ. in dict. tit. de Regal. ſub nu. 41. Nam propter publicam vtilitatem recedimus a priuata vtilitate, Iaco. de S. Georg. in d. verſ. & cum molendinis ante, num. 4. Quinimmo ſi priuatus alias contra communitatem præſcripſiſſet ius ædificandi, poſſet ius præſcriptum infringi ex cauſa publicæ vtilitatis, vt per Balb. de præſcri. 4. part. 5. pat. quæſt. 5. ſub nu. 3. ex doctr. Bal. in l. item lapilli, ff. de rer. diuiſ. parum enim eſſet habere molendinum, ſi alij quoque molendina noua ædificarent ad quæ perſonæ irent, omiſſa facultate eundi ad molendinum communitatis. vt dicit Cæphal. conſil. 328. nu. 21. vol. 3.

Præterea & tam longiſſima conſuetudine annorum 125. communitas dicitur acquiſiuiſſe ius prohibendi, dato quod nunquam prohibuerit, per text. in l. ſi quiſquam. & ibi glo. in verb. prohibet, in fi. ff. de diuer. & temp. præſcr. vbi ſi in priuato, qui iure gentium hoc ius prohibẽdi habuit, quanto magis in communitate, quæ tanquam caput. & Domina poteſt ſuis membris iubere, & prohibere, ne ædificent, arg. §. 1. inſtitu. de ijs qui ſunt ſui, vel alie. iur. & tanto magis, cum id ius habet à domino, vt innuit d. gl. in verb. prohibet, in fi. Abb. in c. ſignificante, nu. 1. de app. & in c. translationẽ, nu. 2. de off. leg. Cæphal. conſi. 357. num. 22. & 29. Iaſ. conſi. 161. volu. 2. Guid. Pap. Deciſ. 298. Boer. conſi. 340. nu. 30. & 50. vol. 3. Franc. Marc. Deciſ. 346. nu. 3. & Deciſ. 416.

Et eo magis, quia in hoc iure communitas fungitur eadem authoritate prohibẽdi, ſicut Princeps, qui tale ius conceſſit. Nam repræſentat eandem perſonam concedentis, l. ſi donatæ, §. 1. ff. de don. inter. vir. & vxor. vbi ſubrogatũ ſapit naturã eius, cum omnibus ſuis qualitatibus, in cuius locũ ſubrogatur, l. eum qui. §. qui iniuriarum, ff. de quæſt. l. 1. §. hæc quæſtio. eo. Barto. & alij in l. vnica. C. de colligat. & catophatr. lib. 11. Surd. conſi. 22. nu. 16. cum ſeq. Abb. in c. 1. de nupt.

Hinc eſt aduertendum, quia agitur nedum de intereſſe communitatis, ſed Principis, qui habet regalia in quibus ſupra dictum eſt, ineſſe molendina. Et ideo non ſine maxima temeritate ij nouiſſimi vi, & clam contra iura regalia principis auſi ſunt molendinum ædificare, ſupplantantes iuſtitiam ſubdola reſponſione, ſpretis iudice, & * præceptis, & merentur puniri, vt l. 1. & 2. ff. de no. ope. nunciat. & tenentur pœna attentatorum, quando quidem de eorum dolo conſtat in actis, Fran. Maran. Deciſ. 588. nu. 2. 3. & ſeq. Lancellot. de attenta. in 2. p. c. 20. q. 2. ver. quando initio, nu. 26. & 27. fraus enim nemini patrocinari debet, l. pen. in fin. C. de leg. & quod ex actis conſtat dicitur notoriũ. Innoc. in c. inſinuatione, de app. Boſſ. in tit. quibus * mo. in cri. not. in prin. ideo conſtito de dolo locus eſt pœnæ attentatorum, idem Lancellot. d. trac. de attenta. p. 1. c. 1. nu. 105. & 108. vnde legis beneficio catet, qui contra legem deliquit, l. auxilium, de leg. & vltra expenſas, & damna, in quibus iſti contrauentores tanquam temerarij condemnandi ſunt iux. l. eum quem temerè, ff. de iudic. & ad demoliẽdum cogendi ſunt, Mag. Rot. Luc. Deciſ. 29. Fran. Marc. Deciſ. 585. nu. 3. quodque dictum demolitorium perpetuum eſſe dicitur, & tranſit ad hęredes actiuè, & paſſiuè, Iaſ. in l. prætor ait §. hoc interdictum. in prin. ff. de nou. ope. nunciat. Nam ſi non poſſet Princeps, qui tale ius conceſſit per pa* ctum communitati, ipſe ædificare ibi aliud molendinum, de iure, & ſi ædificaret (cum prohiberi nõ poſſet) teneretur ad intereſſe verſus communitatem, vt per Iacob. de S. Georg. de inueſtit. feud. verſi. & cum molendinis, ſub nu. 2. Bal. de feu. in c. 1. §. ſi quis ex manſoribus. col. 3. verſ. pone dominus. De controuer. inueſtitu. Quanto minus poſſunt ij, qui ſunt membra, & ſubditi, & volunt mutare formam conceſſionis & priuilegij per viam contractus proprio Marte; ſed an & quando Principi liceat contractum cum eo geſtũ reuocare, latè per Porc. Concluſ. 18. lib. 5. & Doct. omnes in l. digna vox. ff. de leg.

Doct. verò qui contrarium ſentire videntur in * leg. quo minus. ff. de flum. & alibi, non loquuntur quando Molendina ſunt de Regalibus, & acquiquiſita ex priuilegio, & ita eſſe interpretata

à longa

Digitized by Google

à longa conſuetudine apparet, nec, quando agatur inter communitatem, & particulares, qui ſunt de communitate, ſed loquuntur iure gentium, & inter priuatum, & priuatum circumſcripta à conſuetudine, quo caſu requiruntur hæc duo. vel præſcriptio. & prohibitio, quæ ſit præſcripta; vnde ex diuerſis non bene infertur, l. Papinianus exuli, ff. de minor. aliud eſt enim acquirere ius ſua poteſtate, & ſuo Marte, de iure gentium ex ſe & ſine facto aliorum, vt in leg. ſi quiſquam. ff. de diuerſ. & temp. præſcr. aliud acquirere per conceſſionem principis, vt per Boſſ. loco cit. & ex iis. eo clarius redditur, quam temere ij duo fabricauerint molendinum ſine licentia principis, & in graue præiudicium communitatis. Igitur ad demoliẽdum, & ad expenſas, & damna reſarciendum condemnandi, prout iuſtitia mediante ſperatur. Et ita obtentum fuit Die Aprilis 1605. fuerunt tamen ab expenſis abſoluti arbitrariè. Dedit. Horat. Caualcan. I. C.

96 Vlterius, eſt aliud ius, quod familiare appellatur, vt quando quis gratis vel precario poſſidet, vel vtitur aliqua re iure familiaritatis, ex quo Dominus ſinit, permittit poſſidere, vel vti re ſua, ob beneuolentiam ſuam, & intuitu amoris, & non pretij, vel alterius rei receptæ, vt tot. tit. ff. de precar. & tot. tit. ff. commo. ſed differt precariũ à commodato, quia commodatum fit ad certum vſum, & non niſi vſu expleto, reuocatur, vt per ſcrib. in rubr. & l. 1. ff. de precar. & in tantum eſt verũ, quod ſi quis equum commodatum alio ducat, quam ad locum deſtinatum, is commodatarius dicitur committere furtum, vel, ſi pignore, aut re depoſita penes eum vtatur, ijs omnibus & ſimilibus modis dicitur contrectare rem inuito domino, inſtitu. de oblig. quæ quaſ. ex delict. naſc. §. furtum autem, vbi eſt tex. rotundus, l. ſi vt certo, §. denique, ff. commo. l. ſi furtum, ff. de cõdict. fur. l. qui iumẽta, ff. loc. & in Camerario, Depoſitario, & alijs huiuſmodi pecuniam publicam, aut priuatam ad proprium vſum expendentibus, vi. D. Petr. Caball. caſ. 99. & caſ. 136. Bonifac. tract. de fur. §. vel etiam vſus eius, per tot. ſed de æquitate, ſi caſus euenerit præter intentionem, vt conductor equi per aliam viam reuertatur, tunc non tenetur, vt legitur de Magis, qui reſponſo accepto ne redirent ad Herodem per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam, Matth. cap. 2. vi. Archiepiſc. Flor. in ſum. li. 2. tit. de Spec. furt. Plot. in l. ſi quando, nu. 550. C. vnde vi. & etiam furtum fieri dicitur ab eo, qui ſuam equam alieno equo, inuito Domino ſubiecit, l. ſi quis vxori. §. ſi quis Aſinum, ff. de fur. & ij partus dicuntur furtiui. vt in 3. Aeneid. Ver.

Suppoſita de matre nothos furata creauit.

Sed ad propoſitum, rei familiari iure poſſeſſæ, ad hoc facit, quod ſi aliquis iure familiaritatis, & amicitiæ ſuas res in domum amici portat, illæ non cenſentur tacitè obligatæ, ſeu hypothecatæ, ſicut ſunt res inuectæ, & illatæ à conductore in domo conducta, l. certi iuris, vbi Bald. C. locat. Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 3. num. 95. facit Neguſ. de pignor. 4. membr. 2. par. ſub nume. 128. cum plur. ſequen. vbi latiſſimè explicat. Nec pro famulatu res per famulum illatæ in domum Domini, ſunt tacitè hypothecatæ, vt per Bald. d. l. certi iuris, q. 4. Menoch. de adipiſcen. poſſ. d. remed. 3. num. 145. Neguſ. quarto membr. 2. part. nume. 251. Bonacoſſ. de famul. quæſt. 108. refert Caroc. de locat. titu. de inuect. & illat. nume. 22. ceſſante autem iure familiaritatis res inuectæ in porticum, in apothecam, in horreum, ſeu Magazenum, vel in arcam ſunt tacitè obligatæ pro penſione, glo. in l. tertia, ff. quibus. ex cauſ. pign. tacitè contra hat. Bar. in l. cætera, §. hoc, ff. de leg. primo, Neg. de pign. & hyp. 4. membr. 2. par. ſub nume. 138. verſi. quinto. Quod verum, ſi Dominus loci eſt ſolitus locare, & recipere penſionem, iuxta l. item quæritur, §. qui impleto, vbi Bart. cum glo. ff. locat. Caroc. eodem titu. p. 1. tit. de ſolito, & tit. de renouat. par. 3. num. 23. vbi ſi ſemel tantum recepiſſet penſionem, tunc diceretur recepiſſe res hoc tacito pacto, vt ſibi ſoluatur penſio. Et vi. Caualca. Deciſ. 25. num. 13. in 2. par. vbi tradit qualiter intelligatur res ſolita locari, & ita puto intelligi debere id, quod dicit Neguſ. d. 4. membr. par. 2. ſub nu. 152. ſed dubitatur. Et hoc in caſu recipiens tenetur ad cuſtodiam, & probare non culpam, vt inf. dicam, Caroc. eo. titu. de locat. par. 2. de caſ. & peric. nume. 11. glo. in §. præterea, in verſi. fortuito. inſtitu. quibus mod. re contrah. oblig. vbi Aretin. Bart. in l. ſi quis ex argentarijs. §. an vere. ff. de eden. Nimirum ſi ad hæc teneatur, cum res inuectæ ſint ipſi pro penſione tacitè obligatæ, vt ſupra, vi. Bonifac. tract. de furt. dicto §. vel etiam, ſub nume. 35. cum mult. ſequen. vbi contra Cauponem, de quo dixi in 3. par. ſub nume. 112. nec Cauponi rigoroſa videri debeat talis Deciſ. nõ ſolum quia contra eum præſumitur, vt aduertit Boniſac. loco cit. nume. 36. & per Maſcard. concluſio. 832. ſed etiam quia res hoſpitis quamuis per vnam horam tantum moram fecerit in Caupona, Bald. in dicta l. certi iuris, C. locat. Petr. Rauen. ſing. 71. hos refert, & ſequitur Caroc. d. tracta. tit. de inuect. & illat. nume. 24. ſed ſi arca, vel locus, in quo res repoſitæ fuere, reperiantur fracti, cõtra cauponem bonæ famæ, & honeſtæ vitæ ceſſat præſumptio, quia æquitas ſuadet, Bald. in l. prima, C. locat. Tiraqu. de pœn. tempe. cauſ. 51. nume. 59. & in hoc vi. infra 101. & 102. & nota quod ille qui mediante penſione, curam cepit rerum cuſtodiendarum gratia, ijs prefertur etiam anterioribus creditoribus ratione ſuæ penſionis, Bart. in l. interdum, nume. ſecundo, ff. qui pot. in pign. ſequitur Iaſ. in l. item quia, ſub nume ſecundo, ff. de pactis, idem in §. item Seruiana, num. 60. inſtitut. de actio. Deciſ. Peruſ. 84. par. ſecunda, ſecus in re locata ad habitandum, & non ad cuſtodiendum, vt diſtinguit Caroc. loc. titu. de inuect. & illat. nume. 27. vbi dicit à Neguſant. non eſſe hoc tactum, vi. Neguſant. d. ſecundo membr. 5. par. num. 28. verſic. Quarto, vbi dicit, quod de æquitate, & non de rigore primus creditor non poteſt vigore ſuæ generalis hypothecæ afficere rem debitoris obligatam ſecundo creditori, donec poteſt ſatisfieri in alia re ſpecialiter quoque obligata eidem primo creditori.

97 Item ius dicitur publicum, aut priuatum, inſtit. de iur. nat. gent. vel ciuil. quod quidem ius publicum pactis priuatorum minime mutari poteſt, l. 2. ff. de pac. Bolog. de leg. iur. & æquit. cap. 16. quod conſiſtit in ſacris, in ſacerdotibus, in Magiſtratibus, & rebus publicis, l. 1. §. publicum, ff. de iuſt. & iur. vt inf. nu. 663. & ea quæ in præceptis naturalibus conſiſtunt ſunt immutabilia, §. ſed naturalia, inſtitu. de iur. nat. gen. & dicuntur eſſe de æquitate, quæ à ratione naturali deſcendunt, vt iam dictum eſt.

Nec minus mutari poſſunt ea, quæ à iuſto, & à iuſtitia proueniunt, §. ſanctæ quoque res, inſtit. de rer. diuiſ. l. iuſtitia, ff. de iuſtit. & iur. Quæ natura igitur illam ſimplicem, & vnam ſortita ſunt, ſemper eadem eſſe neceſſe eſt, quæ multiplicem, eadem eſſe poſſunt, ipſorum forte fluminis ritu con-

Digitized by Google

tinuè vario modo dilabente, & perinde ex vno bono ex altero malum naſci par fuit, teſte Georg. Vall. Iuriſc. Placent. in ſuo amplo, & omnium rerum copioſiſſ. trac. de reb. experen. & fug. cir. prin. Hinc dicere poſſumus quam ſit mutabile ius priuatorum modo de vno in alium, prout negotia ipſa variant & mutantur, ſicut etiam omnes actus inter priuatos, vt difficile ſit viam, & modum inuenire cum vagentur homines in circuitu huius mũdi vere laberyntho. Bolog. de leg. iur. & æquit. c. 16. nu. 16. & 17.

98 Ius quoque ſtrictum dicitur, vt ſunt omnia, quæ iuri communi aduerſantur, tex. in l. in honorarijs. verſ. ſed cum reſciſſa. ff. de act. plura in propoſ. adducit Tiraq. d. tract. de retract. conſangui. §. 35. glo. 1. nu. 2. cum mult. ſeq. ea quæ ſunt ſtrictè intelligenda, ſunt ſtricti iuris, vt ſunt contractus, * reſcripta, quæ non continent beneficia ſtatuta, priuilegia perſonalia, Retractus, exactiones ex ſtatuto deſcendentes. Et de hac materia vi. quæ vtiliter tradidi in 4. part. circa extenſionem & reſtrictionem, vbi latè, & ſicut æquitas, mente, ſententia, & voluntate nititur, ius ſtrictum, quod pro rigore ſumitur, nititur verbis, Tiraqu. d. §. 15. gloſſ. 1. nu. 29. Afflict. de feu. tit. An matit. ſucce. capit. 1. nu. 6. Diciturque ſtrictum ius quod humanitati aduerſatur, ſeueritas appellatur, nimia ſubtilitas, verſutum ius, & callidum, ius ſcrupoloſum, ius durum. & rigidum, præfractum, abſciſſum, asperũ; quando à iure nunquam receditur, niſque ei addi vel diminui poteſt, vt latè de ijs apud Tiraq. d. gl. 1. per tot. vnde tales merito dici poſſunt, qui tali iure veſtiuntur. & de illis ſequitur illud vulgatiſſimum, *che chiunque troppo la tira, ſpeſſo la rompe.* Nam officium & diſcretio pari paſſu ambulant, nu. 127. par. 2. nu. 37. par. 5. Tandem apices in bonis operibus, ut ait Strac. tractat. de mercatur. car. 246. & ab æquitate ſumitur modus temperandi & interpretandi ius ſtrictum & rigoroſum, Dec. in l. in omnibus. de reg. tut. & ui. infra ſub nume. 202. Ius conſiſtit.

99 Sed ne pertranſeamus ſine aliqua vtilitate, dicimus, quod ſi per ſtatutum, aut per reſcriptum concedatur, quod de iure, & de facto procedi poſſit prout iudici videbitur, uerba de facto, ideſt permiſſe, hæc clauſula importare uidetur, quod non ſeruentur ſolemnitates in procedendo, ſed in ſententiando ſaluat ius alterius, ex quo eſſet contra naturalem æquitatem, Bar. in extrauag. in uerb. uidebitur. Capr. conſil. 75. nu. 43. at ſi committeretur tantummodo procedi de facto, hæc clauſula, non ſe extendit ad merita, per Bald. in l. nec quicquam, §. de plano, col. 2. de offic. proconſul. Aſin. pract. §. 3. c. 28. & 35.

* At ſi dictum ſit, quod procedatur extra ordinẽ, dic ut ſupra, quod ſolemnitates remiſſæ intelligũtur, & quod nullo iuris ordine ſeruato iudex procedere poteſt, immo ab executione poſſe iudiciũ incipi, Catald. de ſyndic. in uerſ. adde ſi ſtatutum. ſub nu. 66. q. 118. licet dicat, quod debet præcedere aliqua cognitio: alioquin eſſet contra ordinem iuris, de quo in l. 2. in fin. ff. de in ius uoc. l. libellorum. ff. de act. Nam iudicium ab executione inci- * pi non debet, Spec. in titu. de Aduoc. §. ſexto, & in titu. de accuſat. §. primo, Caualca. Deciſ. 23. nume. 8. par. 2. qui & ipſe limitat quandu periculum eſſet in mora. Quo caſu dicit, quod iudices poſſunt facere præcepta executiua de non ingrediendo, non moleſtando, non ædificando, aut de non turbando talem in ſua poſſeſſione, vel vt ſub pœna compareas, vel quod reſtituas, vel aliquod aliud facias, ſed ſolet apponi in ſimilibus præceptis clauſula ſalutaris, & iuſtificatiua, videlicet, ſi ſenſeris, & grauatum compareas: de qua per eundem Caualca. Deciſ. decima nona, nume. primo, part. prima, Felyn. in conſi. quinto, nume. primo, & tunc præceptum reſoluitur in ſimplicem citationem, ſi præceptatus compareat, quod eſt ſimile primo Decreto. & de hac clauſula vi. quod dixi ſupra, nume. 346. par. quarta, nume. 105, par. quinta, vbi quando non operatur quidquam. Non ſic quando præcipitur alicui, ne ſub pœna diſcedat à Prætorio, quoniam opus non eſt clauſula iuſtificatiua, ſed oportet, vt promittat, vel ſatiſdet de non diſcedendo, & ſi diſcedat, & reuertatur, ſecundum terminos de quibus ſupra in ſecunda parte locutus ſum, nõ debet pati pœnam prætoriam, vt ibi ſub nume. 240. licet non deſint qui aliqua pœna plectendum eſſe dicant, vt Baiard. ad Clar. quæſt. 31. nume. 19. Farinac. de carcer. quæſtio. 30. nume. 77. Vulpel. conſ. 139. in primo, ſed illorum opinio procedit de rigore. Noſtra autem de æquitate, & illorum opinio in pœnis conuentionalibus, noſtra autem in prętorijs, & pretoria eſt oculos ad æquitatem habere, & in prætorijs ſtipulationibus rigor ceſſat, vt infra ſub numero 214. & quando concurrit rigor & æquitas, tunc attenditur æquitas. Dec. in l. in omnibus. de reg. iur. Silu. nupt. lib. 6. titu. quomodo iudic. eſt nume. 68. Cæphal. conſi. 166. nume. 15. & ſequen. volum. ſecundo, Doct. in l. edita. vbi Odoſr. C. locat. Bal. in authen. iubemus. nume. 2. C. de iudic. & opinio quæ fauet æquitati, præualet. Coraſ. com. opi. lib. 5, tit. 6. num. 55.

DE IVSTO.

100 QVarto ſequitur videre, de iuſto, & quid differt iuſtum, à iuſtitia. Et breuiter dicimus quod iuſtum deriuatur à iuſtitia, non repugnantibus rigore, nec æquitate, ſcrib. omnes. inſtitu. de iuſti. & iur. & iuſtum dicitur habere radices nedum in iuſtitia, ſed in cõſcientia iuſti iudicis, de quo in ſac. Pagin. dicitur, iuſtus iudex nunquid iraſcetur; licet hæc de Domino noſtro Ieſu Chriſto dicta ſint. Sed neſcio, an vtilis, aut potius vana ſit diſputatio illa; An ius, & iuſtũ fuerint ante vel poſt iuſtitiam, vt diſcurrendo tractat Bolog. d. tract. de legit. iur. & æquita. cap. 14. ſed glo. 1. inſtitu. de iuſti. & iur. diſtinguit, quod ius quatenus conſideratur in actu, dicitur filius iuſtitiæ, quatenus verò in habitu hominis, ius & iuſtitia coæua ſunt. & Azo. in ſum. eodem titu. ſub nume. 4. ait, quod Deus eſt author iuſtitiæ, & homo author iuris, quatenus ius conſideratur ars boni, & æqui, & hoc ſufficit.

101 Verum natura ſimplex ſemper appetit iuſtum, & honeſtum, & omne, quod apparet, & videtur honeſtum, iuſtum eſſe, licet re vera nec iuſtũ, nec honeſtum ſit, quia natura ipſa non poteſt capere, quod quid iniuſtũ inhoneſtumque fiat, Ariſto. lib. 1. Ethic. c. 1. vnde ſi quis deuium à iuſto, & honeſto aliquid appetit, id per accidens eſt. Nam honeſtum eſt a natura, nũquam à iuſto ſeparatur. idem Ariſt. lib. 3. c. 4. relat. & Neuiza. in tract. com. opi. Diuerſo. par. 3. ſub num. 68. Quinimo ſi quis malè operetur, nihilominus ſattagit abſcondere, vt videatur, & appareat Sanctus, quia natura ægrefert inhoneſta, & iniuſta. Sic hypocritarum eſt agere, qui volunt, & cupiunt teneri Sancti, & prudentes, vt ſcelera occultent. vnde Horat. verſ.

Da mihi fallere, da iuſtum, ſanctumq; videri.

Bolog.

Digitized by Google

Bolog.facit d.tract.de leg.iur. & æquit.c.4.nu.6.

102 Sed nullus de proximo ſuo male iudicat, niſi & ipſe malus ſit, Luc.c.6. Nullus timet inuidos, niſi ipſe inuidus ſit, de quorum natura tractat Ariſt. 2. Topic. nullus detractorem, niſi ſit dertactor, dixi nu.79.par.1. vnde ſi naturaliter omnia iuſta, & honeſta credimus, vt ſupra, & ſi moraliter in dubio quilibet bonus eſſe præſumitur, vulg.l.merito ff.pro ſoc.cur malum temere de proximo iudicatur? eſt verum quod dęmon infernalis, quos capere non poteſt per manus, hoc eſt per opera mala, ſatagit capere per capillos, id eſt per malas cogitationes, & dicitur quod S. Auguſt. circa cogitationes malas & alluſiones, ſæpè vexabatur; ſed quia ipſe ſanctus magis a conſtantia, & ſanctitate ſua, vexator vexabatur, & non præſumitur virum honeſtum, & prouidum aliquid perperam aut feciſſe, aut facturum eſſe, c.in noſtra ver. nos verò. de pœn.c.facto. de ſent.excom.

Ius conſiſtit in ſpe, in ſcriptura, in verbis, & facto, vt ſupra ſed ex facto percipitur, nunquid iuſte vel iniuſte actum ſit, hoc conſiſtens in actu, ius vero in potentia, ius in facto fieri, iuſtum in facto eſſe. Qua de re caueat iuſtus ne diuertat à via iuſta, & conuertatur ad iniquitatem. Nam amittet operum iam factorum merita ſuæ iuſtitiæ, & in iniquitate ſua peribit, Ezech. c.18. nec recordabuntur amplius iuſtitiæ eius. Nam licet iuſto non aduerſetur quicquam malignum, Spec.de Aduoc.§.5.in verb.commendat autem.& §.6.ver.ſed nunquid bene nihilominus, ſi nimium confidat in iuſtitia ſua peribit, dixi ſupra nu.8.cum ſeq. At viceuerſa, ſi impius conuerterit ſe ab impietate ſua quam operatus eſt, & fecerit iudicium, & iuſtitiam, ipſe animam ſuam viuificabit, & vita viuet, & non morietur, Ezech. cap.19. Oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius preces eorum. Pſ.33. Pręmium iuſtis, punitio tranſgreſſuribus, ſic Iacob.de Valent.ibi.

103 Sed proh dolor, quantum difficile ſit male habituatis reſipiſcere, legat (quæſo) S. Auguſt. vltra ea quæ infra prædicamento habitus, ſum dicturus, nu.673. Nam etſi aliquando conuerſi videantur, tamen facillimè ad primæuam naturam reuertuntur, vt nu.662. & qui diu in malo vitam duxerũt, ſi rectè expurgati non fuerint, facillime in ſolita peccata reincidunt, vt per Hippocr. in Aphoriſm. 22.de non recte expurgatis corporibus. Quæ (ait) relinquuntur in morbis poſt iudicium, recidiuos facere conſueuerunt. Quod eſt notandum pro Iudęis, & alijs deuijs à fide chriſtiana & catholica. Qui vt ſe liberent à ſeruitute, vel a pęna offerunt ſe velle chriſtianos eſſe. Nam ij debent ſtatim & penitus ſegregari à conſortio infidelium, nec permittere vllo modo, vt alij infideles alloquantur illos, ſed & bene cuſtodiri, & diligenter examinari, & Cathecuminizari debent, vt ſublatis à corde eorum omnibus difficultatibus, & rectè circa fidem veram catholicam inſtructi, tanquam à cęcitate, ad lumen fidei, à morbo ad ſanitatem, à tenebris ad lucem redeant, alioquin facillimè ad primęuã naturam reincident, quia ignis propè ſtupam accẽdit, & vbi peſtis eſt, citò, longè, & tarde ait Ripa tract.de peſt. et remed.contr.eam. alioquin contagioſi per contagium fiunt: ſicut de meretricibus conuerſis, quæ ſtatim à conſortio aliarum ſunt ſegregandæ et in locum honeſtum conuertitarum cuſtodiendæ. Nam cum Sanctis Sanctus eris, et cum peruerſis peruerteris. Et illi qui curam habent, ſi permittant conuertendos à malis alloqui, ſtrictè rationem reddent coram Deo in die iræ.

Sed ſi puella chriſtiana vel puer vult religioſus eſſe, bene permittitur vt prius honeſtis recreationibus refocillent corpus, et bene ac diligenter cauſa examinetur, vt cognoſcatur, an ſit per alluſionem dæmonis, vel propter aliquod humanum reſpectum à ſpiritu bono ducantur. Nam etiam ſine habitu religioſo chriſtiane viuẽs in habitu laicali quis ſaluari poteſt, non ſic de Iudæis, de meretricibus, & hæreticis, quia ſi non conuertantur peribunt. Ideoque deriſus ſum de quibuſdam, qui permiſerunt Iudæos cum Iudæo conuertendo alloqui, ad effectum vt mihi dixerunt, vt cognoſci poſſet, an eius conuerſio proueniat à ſpiritu bono, vel malo. Spiritus enim malus à malo non eijcitur ſpiritu, ſed à bono, vt in Euangel.

104 Modo ad rem, ſicut nimia iuſtitia meretur nomen crudelitatis, c.denique.4. Diſtinct. ſic nimiũ iuſtus eſt reprehenſibilis, eccleſ.c.7.prouer.ca.21. vnde dicitur, qui nimium corrigit, offendit, c.beatus.45.diſtinct. idem dicitur quandoque de nimia æquitate, quando præbet incentiuum peccandi, ad hæc vi.in 3.part.ſub nu.34. Hinc dicitur, qui parcit virgæ, odit Filium, & iuſtitia violatur per nimiam indulgentiam, c.famæ, de ſen. excomm. plura adducit D. Farinaci.de delict.& pęn.qu.17. ſub nu.3. quia omne nimium vitioſum, not.gloſ. in Auth.vt detur.ſit.nu. Guglie l. Rouell.d.tracta. de iuſt. & iniuſt.cap.17.& multa per Tiraq. de retract.conſang.§.35.glo.1.nu.15. qui autem inſtanter diligit, inſtanter erudit, Salamo.prouer.c.13. verum omnia medenda ſunt vſque ad viuum excluſiue, ne lædatur ſimul quod bonum eſt, ſed auferatur dumtaxat, quod malum eſt, vt pernitioſum.

105 Iniuſta autem inter alia ſunt hæc, quæ ſequuntur & ijs ſi quæ ſint ſimilia, natura ipſa abhorrentia & omnibus iure damnata.

Mandatorum Dei inobſeruantia,
Documenta naturæ ſpernere,
Leges humanas non cuſtodire.
Superioribus non obtemperare,
Rem publicam tradere,
Patriam oppugnare,
Publicam fidem frangere,
Priuatum publico anteferre,
Proximum fallere,
Rem alterius occupare,
Religionem ſpernere,
Quod per te non vis in alium ſtatuere,
Parentes non honorare,
Filios non educare,
Vxorem dimittere,
Mercedem retinere,
Benefacienti malefacere,
Alterius aduerſitatis gaudere,
Alieno bono inuidere,
Turpiter viuere,
Et tandem, nec Deum, nec homines timere.

106 Ad quæ vi. Gugliel. Rouell. dict. tract. de Iuſt. & iniuſt. libr.2. in princip. Contra prædictos tranſgreſſores iura armant dexteram, & irruunt, quandoquidem non carent dolo, quia ſunt contraria naturæ. Et nullus eſt qui hæc ignorat. nec quæritur, an aliquo colore excuſari poſſit qui eſt vir ſanæ mentis, quamuis Tiraqu. non deſit temperare quoque pœnam in ſupradictis caſibus vt tot. tit. de pœn. temper.

DE AEQVITATE.

107 QVinto ſequitur videre de æquitate, & ſic
paulatim propoſitam materiam attingi-
mus, & primo de differentijs a iam propoſitis ter-
minis. æquitas igitur differt ab æquo quemadmo-
dum iuſtum a iuſtitia, Bolog. d.tract. de leg.iur. &
æquita.cap.18.nu.1.qui teſte Ariſt.n.ait obiectum
æquitatis eſſe æquum, & bonum, licet ſupra dixe-
rim à nonnullis diuerſitatem quoque poni inter
æquum & bonum, per l.1.ff.de vſucap. & l.hac le
ge.C.de pact.conuent. ſuper dot.& Tiraq.d.tract.
de retract.conuen.§.35.glo.1. nu.26. Secundo æ-
quitas differt à lege, quemadmodum lex ab inter-
pretatione, æquitas enim appellatur benigna in-
terpretatio, benigna opinio, & benigna facta, man
ſuetudo, & dulcor miſericordiæ. Hinc ferè in om
nibus Pſalmis æquitas ſemper eſt in ore Dauid
Regis. Tiraq.vt ſup.num.25. Benignitas namque
attribuitur æquitati, ſicut ratio attribuitur iuri, l.
108 nulla, ff.de leg. Tiraq.d.nu.25.quæ ratio natura-
lis appellatur pędagoga legis ſcriptę à Decia.de de-
lict.tom.1.lib.2.tit.de Rat.nat. & æquita. Tertio
æquitas differt à iuſtitia, ſicut filia à Matre, ſed ta-
lis mater, talis filia, dici ſolet ſupra nume.31. Alij
voluerunt, quòd iuſtitia ſit tanquam genus, & æ-
quitas, & modeſtia, ac omnia officia, ſint táquam
ſpecies, ſecundum Georg. Vall. Placent.tractat.de
reb.expeten.& fug.lib.41.c.1.verſ.æquitas.ſed ſci
re hoc parum vtilitatis affert. Quarto æquitas dif-
fert a iure. Nam quando ius eſt clarum pro vna
parte, non eſt recurrendum ad æquitatem pro a-
lia parte. Scriptum eſt enim pauperis ne miſere-
beris in iudicio, ne diuiti fiat iniuſtitia, vt in Deu
tero.ca. . . at quando ius deficit, æquitas tunc ſup-
plet, l.in ſumma, §.item verus, ff.de aq.plu.arcen.
Quinto æquitas à iuſto differt. Nam iuſtum ſtat
in medio æquitatis, & rigoris, quemadmodũ lanx
in ſtatera, non pendens à dextris neque a ſiniſtris,
& tantum vult pro æquitate, quantum pro rigore
vbi expedit. Sexto & vltimo æquitas differt a rigo
re, quemadmodum frater à ſorore, vt ſup.num.31.
ob differentiam ſexus. Nam etſi iuſtum ſit inhæ-
rere rigori, tamen iuſtius eſt æquitatem amplecti,
l.ſi filius qui patri, ff.de vulg. & pupill.ad quam iu
109 dices oculos ſemper habere debent. vnde Da-
uid. De vultu tuo Domine iudicium meum pro-
deat, oculi tui videant æquitates. Pſal.16.quod ex-
ponitur, oculi tui videant æquitates, & actiones
meas iuſtas per Iac.de Valent.ibi. & de hoc Marſ.
in conſi. 4.in prin. verumtamen æquitas non de-
bet eſſe, prout dictat cerebrum, ne inducat iudicē
ad faciẽdum illud, per quod inſurgeret delictum,
& hoc in alio loco oſtendit Dauid. pſal.10. Quo-
niam iuſtus Dominus, & iuſtitias dilexit, æquita-
tem vidit vultus eius. vbi Iacob. de Valent. & ad
hanc æquitatem intuendam habemus text.in leg.
quod ſi Epheſi.ff.de eo quod cer.loc. l.in omnib.
quidem, de reg.iur.& Salamo. Prouer.cap.4.viam
æquitatis docens ait, viam ſapientiæ monſtrabo ti
bi, ducã te per ſemitas æquitatis, quas cum ingreſ-
ſus fueris, non arctabuntur greſſus tui, & currens,
non habebis offendiculum. Porrò qui ęquitatem
ſequitur, tutius erit iudicium eius.
110 Et pulchrè nos monet Cicero.in 3.offic. Nam
in primis iudices operam dabunt, vt iuris, & iudi
ciorum æquitas ſuum locum teneat.eſt tex. in ca.
in iudicijs.de reg.iur.in 6.& Couarru.var.reſolut.
p.2.ſub num.3.& ipſe dixi in 5.par. ſub nume.57.
Melius eſt enim rationem reddere de miſericor-
dia, quam de rigore, vt 20. q.1. alioquin iudex ob
nimiam ſeueritatem poteſt ab officio remoueri.
Bald.in l.2.C.de cuſto. reor. Farinac. de delict. &
pœn.q.17.nu. 4.vbi quantum vtile ſit vti æquitate
in iudicando, & ipſe tetigi in 4.par.circ.princ. Ni-
mia enim aſperitas eſt cauſa perditionis ſubdito-
111 rum, & reuolutionis populorum, ſicuti per con-
trarium, nimia indulgentia ſubditos ſæpe repro-
bos facit; qua de re medium tenuere beati; & me-
dium eſt eligendum, vt in auth.de conſul. cir.prin
cip. l. ſolent, ff. de offic. proconſul. & talia præſu-
muntur eſſe media, qualia ſunt extrema, l. talis ſcri
ptura, §.ſed etſi in annos, vbi glo. & Bald.de leg.1.
l.ſed et ſi.§.ſolemus, ff. de hęred.inſtitu. vnde ſi ini
tium erit bonum, vtique de medio bono cenſen-
dum eſt: quia regulariter ab extremis media iudi-
cantur, Tiraq.de præſcript.§.1.glo.6.num.4. hinc
dicitur dimidium facti habet, qui bene incipit, nũ-
quam finis malus erit, vel ſaltem raro eueniret.vi.
inf.num.161.& Aſin.de execut.§.3.cap.137.num.
2.car.62. qua de re in rebus dubijs, in contrarijs
opinionibus, quando agitur pro bono pacis in cau
ſis inter patrem, & filium, vxorem, & virum, ami-
cum, & amicum, in cauſis inter vniuerſitatem, &
vniuerſitatem, inter ruſticos, et ignaros, vbi agitur
inter cauſam piam, & eccleſiaſticum, inter viduã,
pupillum & aduenam, vbi de lucro, beneficijs, &
damno euitando, & huiuſmodi, ſemper media via
eſt amplectenda, & illa, quæ magis æquitati, quam
rigori adhæret.

Ad ęquitatem igitur iudices oculos dirigere de
bent, vt ſupr.nu.110. intellige de æquitate ſcripta,
non autem captioſa, vt dixi in 1. part. ſub nume.
217. ſecundum primam impreſſionem, nec fide-
re debet de propria ceruice, Salyc.in l.prima.C.de
leg. Vnus enim omnia ſcire nõ poteſt, nec diſcer-
nere, nec cuncta diſpicere, Ariſtot. in 3. Politic.c.
12.& in c.honorantur, 32. q.2.c.in omnibus 81.
Diſtinct.ſed vt alias dixi, inter omnes omnia ſci-
ri poſſe, vnde Perſ.ſcripſit verſ.

, *Nemo (ait) in ſeſe tentat deſcendere, nemo,*
, *Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo.*

Ad hæc vi. Tiraqu. d. tract. de pęn. temp.cauſ.
51.ſub nu.63.cum plur. ſeq. vbi multa more ſuo
ad hoc propoſitum. Nemo enim præſumere de-
bet ſe meliorem eſſe lege, vel æquitate ſcripta, vt
not.in §.oportet.in auth.de iudic. Abb.in cap.ex
parte, nume.9.de poſtul. Aequitas enim benigna
eſt, non agit perperam & nil inhumanitatis ha-
bet, Doct.in l.placuit, C.de iudic. & eſt ſoror cha
ritatis, cuius encomia trad. Apoſt.1. Cor.c.13.im
mo qua ratione legiſlator motus eſt, pariter eadẽ
ratione iudex ſe mouere debet, c. ſuper literis, de
reſcr. Rainal. Corſet. de indagat.iur.lib.2.cap.11.
nu.1. Qua de re, ſi lex æquitatem ſequatur, iudex
112 non debet ſequi rigorẽ, & econtra, aduertendo
quod æquitate erga alios vti debemus, quantam
in noſmetipſos habere velimus, Menoch. de ar-
bitr.iud.q.13.vbi nu.17. & 18. ait æquitatem eſſe
remedium contra venenum, Salyc.in l.1.num.1.
C.de leg. & ſi quis hanc præ oculis habebit nun-
quam ſatis laudatus erit, nunquam iniuſtus appa-
rebit, & rigor eius pro æquitate accipietur.

Modo placebit æquitatem definire, aut magis
deſcribere, abſque onere contendendi verba, &
tempus in defendendo definitionem; cum a-
lias dixerim, quod omnis definitio in iure peri-
culoſa ſit; Parum eſt enim quod ſubuerti non
poſſit, d.l.omnis diffinitio, de reg. iur. in 6.itaque

ad

Digitized by Google

ad tollenda omnia obiecta, ſequar id quod à Diuo Auguſtino dictum fuit in eius ſum. in verſ. ius dicente, Aequitas eſt iuſtitia dulcore miſericordiæ temperata, & ſupra tetigi, & meminit Salye. in l. penul. vbi etiam Iaſ. C. de iudic. & Bologn. d. tract. de leg. iur. & æquita. cap. 28. num. 12. facit tex. in l. nulla, ff. de leg. Nulla iuris ratio, aut benignitatis æquitas patitur, vt quæ ſalubriter pro hominum vtilitate introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipſorum commodum producamus ad ſeueritatem. At Couarru. var. reſol. part. 2. ſub nu. 3. ait. Aequitas eſt, quod naturalis ratio perſuaſit: vel ſecundum Philoſ. æquitas eſt, qua adducti naturali ratione, ius quod ſeuerius pronuntiatum videatur, quam res poſcat, minusve quàm interpretemur, emendamus, cuius iniquitas planè contrarium eſt; Hæc apud Geor. Vall. Placent. d. tract. de reb. expeten. & fug. c. 1. in verb. æquitas, lib. 41. Non reprehenderes iniquitatem, niſi videndo iuſtitiam, reprehenſor iniquitatis eſſe non poteſt, qui non cernit iuſtitiam cui comparatam reprehendat iniquitatem. Vnde enim ſcis, quia hoc iniuſtũ eſt, niſi ſcias quid ſit iuſtum. Quid ſi enim iuſtum eſt, & hoc quod dicis iniuſtum? Abſit, inquis, iniuſtum eſt, & clamas quaſi videntibus oculis, videns hoc iniuſtũ eſſe, vtique ex aliqua regula iuſtitiæ, cui comparans hoc, quod vides prauum, & cernens, non cõuenire rectitudini regulæ tuæ, reprehendis tanquam artifex iuſtum ab iniuſto. S. Aug. ſuper Pſ. 61. Azo autem in ſum. 1. libr. Inſtit. tit. 1. nu. 7. dicit, quod æquitas eſt rerum conuenientia, quæ in paribus cauſis, paria iura deſiderat, & omnia bona æqui parat, & dicitur æquitas quaſi æqualitas, vertiturque in rebus, ideſt in dictis, & factis hominum. Alij dicunt quod æquitas ſit modus rationabilis, regens miſericordiam & rigorem, ſed aptius videretur dicendum, quod æquitas eſt modus rationabilis temperandi rigorem, quæ magis conuenit cum deffinitione S. Auguſt. ſed Bal. in l. 2. C. de donat. ait æquitatem eſſe naturalem rationem. Et in l. 1. ff. de iuſt. & iur. dicit æquitatem eſſe animi applicationem ad directum iudicium, intellectu non errante in ſubſtantia, neque in circumſtantijs facti. (ſicut inquit Bal. ibi. Rectum eſt iudicium eccleſiæ) claue non errante. Et ſicut ex facto oritur ius, vt ſupra not. in l. ex plagijs. §. in Cliuo Capitolino. ad leg. Aquil. vbi an puer obtritus culpa mulionis, vel an qui telum proiecit vel aſellum agitatum non retinuit, ſint in culpa, quæſtio facti eſt, & facit Socin. conſil. 58. in principio, parte prima, ita ex æquitate, oritur ius benignius, cap. in pœnis, vbi Dy. de reg. iur. in 6. ſed prius diligenter inueſtigandum eſt de
113 veritate nunquid in facto æquitas magis, quam rigor locum habeat, & de hac re per Bal. in l. in apud quem, C. de eden. Menoch. de arb. caſ. 499. nu. 7. in addit. circa quam ſciendum eſt, quod facti qualitas diſcernere facit, quomodo procedendum, & iudicandum ſit, ar. l. 1. §. cum patronus, ff. de iur. iura. & faciunt, quæ dixi in 1. par. ſub num. 197. iux. primam impreſſ. cum ſeq. & num. 180. 265. p. 3. nu. 36. & 106. par. 4. nu. 104. par. 5. & ideò
114 qualitates ſiue à facto deſcendentes, ſiue à ſtatuto requiſitæ, ſunt probandæ, vt dixi in 3. par. ſub nu. 210. Iacob. Aret. Cyn. & alij in l. 2. C. de probat. latè Maſcar. de probat. in ver. Qualitas, Aſi. prac. §. 29. c. 37. Modò æquitas circa ea, quæ dolo carent, locum habet tàm in ſubſtantia, quam in qualitatibus, vt infra in prædicamento vtriuſque dicam, & ſupra nu. 17. cum ſeq. vi. And. Sicul. conſil. 50. cit. à Decia. tit. de iur. gent. & c. lib. 2. qui dicit, quod vbi deficit fundamentum æquitatis, omne ſuperædificatum corruit; Si verò qualitas facti habeat annexum dolum verum, tunc Rigor attenditur, vt mox dicam.

115 Sed prius quorundam aliorum opinionem circa æquitatem dicamus, qui dicunt, quod æquitas ſit exceptio regulæ, vel rigoris, per l. 1. C. de leg. Sed quia alij dicunt eſſe temperamentum rigoris, melior eſt iſtorum ſententia ſecundum ea, quę dixi ſupra nu. 22. & ſeq. & nu. 31. 32. & 33. Quicquid enim in dicendo, aut in faciendo in benigniorem partem ſumitur, Illud æquitas dici poteſt. Vnde quando Regula dicit, quod fauores ſunt ampliandi, quod ſemper mitiorem partem ſequi debemus, c. odia, de reg. iur. c. ſemper, & c. in pœnis, eo. tit. quod ira, ætas minor, prouocatio, defenſio, & aliæ ſimiles cauſæ excuſant in delictis, vt per Clar. q. 60. per tot. & Tiraq. de pęn. temp. per tot. ſemper hæ regulæ ſunt in æquitate fundatæ quarum exceptiones ſunt in rigore fundatæ. At ſi Regula dicat, quod Delicta non debent remanere impunita, l. ità vulneratus, ad leg. Aquil. quod contra facinoroſos ſit ſeuerè procedendum, vt ſupra nu. 17. & vt in 3. par. & in 4. per tot. & per c. odia, vbi Dyn. de reg. iur. in 6. & ibi add. lit. D. & quod teſtis falſus, aut calumnioſus accuſator teneantur ad pœnam talionis, Petr. Duen. Reg. 27. quæ adhuc hodie in falſo teſte locum habere dicunt Bal. in l. 2. C. de reb. cred. Caſſa. in conſuetu. Burg. rubr. 1. in tit. des iuſtices, fol. 14. col. 3. nu. 15. Mille. prac. nu. 12. dixi p. 5. nu. 252. & quod fur pro primo furto ſuſpendatur, iux. c. ſi de quinque ſolidos, de pac. tenen. quod vnus teneatur pro Delicto alterius; vt dixi in 3. par. ſub num. 254. & alibi, quod agentes & patientes pari pœna puniantur, & de ijs ſimilibus: tunc hæ Regulæ ſunt Rigoris, quarum exceptiones ab æquitate proueniunt, & ideo non poteſt ſubſtineri, quod Regula accipiatur pro æquitate, & exceptiones pro rigore. Nam hæc confunduntur, vt ſupra. Ad hæc vi. Saly. in d. l. 1. col. 2. ver. & licet Doctores, C. de leg. ſicuti etiam Rigor pro æquitate, & æquitas pro rigore quandoque acciperentur vt dixi in 3. par. ſub num. 33.

116 Sciendum eſt etiam, quod æquitas dicitur tripartita. Nam vna pars dicitur legitima, altera conueniens, tertia moris vetuſtate confirmata. Præterea Aequitas prima ad Deum, ſecunda ad Sãctos, angeloſque Dei, tertia ad homines dicitur pertinere, prima pietas, ſecunda ſanctitas, tertia iuſtitia, vel æquitas ab ea deſcendens. Et ſecundum Sanctũ Ambro. æquitas eſt lex naturalis in tres partes diuiſa, prima vt agnitus rerum conditor honoretur, nec eius claritas, & Maieſtas alicui creato tribuatur, ſecũda eſt moralis, hoc eſt, vt benè viuatur modeſtia gubernante, ne Dei fruſtetur agnitio, tertia pars eſt docilis, vt notitia Dei Creatoris, & morum exemplum tradatur, & diſcant, quemadmodum apud Deum opt. Max. vniuerſitatis conditorem merita collocentur. Sic Geor. Vall. d. ſuo tract. de Reb. expeten. & fug. lib. 41. capitul. 1. ibi æquitas.

117 Rurſus æquitas bifariam ſumitur, ſcripta, & nõ ſcripta, Mynſing. in ſua Cent. 6. obſer. 63. nume. 4. item ſumitur ciuiliter, & naturaliter, tex. in leg. 1. §. 1. ff. ſi quis teſta. liber. iuſſ. eſſe fue. Naturalis ſcilicet, quæ præceptis naturalibus dictamine rationis, hoc eſt intellectu nobili à Deo inſito emanat, quo bonum à malo communi quodam omnium conſenſu diſcernimus, quæ eſt fons totius iuris, boni & æqui certiſſima regula, qua ſi caret homo

inter

DE AEQVITATE.

107 QVinto ſequitur videre de æquitate, & ſic paulatim propoſitam materiam attingimus, & primo de differentijs à iam propoſitis terminis. æquitas igitur differt ab æquo quemadmodum iuſtum a iuſtitia, Bolog. d. tract. de leg. int. & æquita. cap. 18. nu. 1. qui teſte Ariſto. ait obiectum æquitatis eſſe æquum, & bonum, licet ſupra dixerim à nonnullis diuerſitatem quoque poni inter æquum & bonum, per l. 1. ff. de vſucap. & l. hac lege. C. de pact. conuent. ſuper dot. & Tiraq. d. tract. de retract. conuen. §. 35. glo. 1. nu. 26. Secundo æquitas differt à lege, quemadmodum lex ab interpretatione, æquitas enim appellatur benigna interpretatio, benigna opinio, & benigna facta, manſuetudo, & dulcor miſericordiæ. Hinc ferè in omnibus Pſalmis æquitas ſemper eſt in ore Dauid Regis. Tiraq. vt ſup. num. 25. Benignitas namque attribuitur æquitati, ſicut ratio attribuitur iuri, l.
108 nulla, ff. de leg. Tiraq. d. nu. 25. quæ ratio naturalis appellatur pędagoga legis ſcriptę à Decia. de delict. tom. 1. lib. 2. tit. de Rat. nat. & æquita. Tertio æquitas differt à iuſtitia, ſicut filia à Matre, ſed talis mater, talis filia, dici ſolet ſupra nume. 31. Alij voluerunt, quòd iuſtitia ſit tanquam genus, & æquitas, & modeſtia, ac omnia officia, ſint tãquam ſpecies, ſecundum Georg. Vall. Placent. tractat. de reb. experen. & fug. lib. 41. c. 1. verſi. æquitas. ſed ſcire hoc parum vtilitatis affert. Quarto æquitas differt à iure. Nam quando ius eſt clarum pro vna parte, non eſt recurrendum ad æquitatem pro alia parte. Scriptum eſt enim pauperis ne miſereberis in iudicio, ne diuiti fiat iniuſtitia, vt in Deutero. ca. . . at quando ius deficit, æquitas tunc ſupplet, l. in ſumma, §. item verus, ff. de aq. plu. arcen. Quinto æquitas à iuſto differt. Nam iuſtum ſtat in medio æquitatis, & rigoris, quemadmodũ lanx in ſtatera, non pendens à dextris neque a ſiniſtris, & tantum vult pro æquitate, quantum pro rigore vbi expedit. Sexto & vltimo æquitas differt a rigore, quemadmodum frater à ſorore, vt ſup. num. 31. ob differentiam ſexus. Nam etſi iuſtum ſit inhærere rigori, tamen iuſtius eſt æquitatem amplecti, l. ſi filius qui patri, ff. de vulg. & pupill. ad quam iu-
109 dices oculos ſemper habere debent. vnde Dauid. De vultu tuo Domine iudicium meum prodeat, oculi tui videant æquitates. Pſal. 16. quod exponitur, oculi tui videant æquitates, & actiones meas iuſtas per Iac. de Valent. ibi. & de hoc Marſ. in conſi. 4. in prin. verumtamen æquitas non debet eſſe, prout dictat cerebrum, ne inducat iudicẽ ad faciẽdum illud, per quod inſurgeret delictum, & hoc in alio loco oſtendit Dauid. pſal. 10. Quoniam iuſtus Dominus, & iuſtitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius. vbi Iacob. de Valent. & ad hanc æquitatem intuendam habemus text. in leg. quod ſi Epheſi. ff. de eo quod cer. loc. l. in omnib. quidem, de reg. iur. & Salamo. Prouer. cap. 4. viam æquitatis docens ait, viam ſapientiæ monſtrabo tibi, ducã te per ſemitas æquitatis, quas cum ingreſſus foeris, non arctabuntur greſſus tui, & currens, non habebis offendiculum. Porrò qui ęquitatem ſequitur, tutius erit iudicium eius.
110 Et pulchrè nos monet Cicero. in 3. offic. Nam in primis iudices operam dabunt, vt iuris, & iudiciorum æquitas ſuum locum teneat. eſt tex. in ca. in iudicijs. de reg. iur. in 6. & Couarru. var. reſolut. p. 2. ſub num. 3. & ipſe dixi in 5. par. ſub nume. 57. Melius eſt enim rationem reddere de miſericordia, quam de rigore, vt 20. q. 1. alioquin iudex ob nimiam ſeueritatem poteſt ab officio remoueri, Bald. in l. 2. C. de cuſto. reor. Farinac. de delict. & pœn. q. 17. nu. 4. vbi quantum vtile ſit vti æquitate in iudicando, & ipſe tetigi in 4. par. circ. princ. Nimia enim aſperitas eſt cauſa perditionis ſubdito-
111 rum, & reuolutionis populorum, ſicuti per contrarium, nimia indulgentia ſubditos ſæpe reprobos facit; qua de re medium tenuere beati; & medium eſt eligendum, vt in auth. de conſul. cir. princip. l. ſolent, ff. de offic. proconſul. & talia præſumuntur eſſe media, qualia ſunt extrema, l. talis ſcriptura, §. ſed etſi in annos, vbi glo. & Bald. de leg. 1. l. ſed et ſi. §. ſolemus, ff. de hęred. inſtitu. vnde ſi initium erit bonum, vtique de medio bono cenſendum eſt: quia regulariter ab extremis media iudicantur, Tiraq. de præſcript. §. 1. glo. 6. num. 4. hinc dicitur dimidium facti habet, qui bene incipit, nũquam finis malus erit, vel ſaltem raro eueniret. vi. inf. num. 161. & Aſin. de execut. §. 3. cap. 137. num. 2. car. 62. qua de re in rebus dubijs, in contrarijs opinionibus, quando agitur pro bono pacis in cauſis inter patrem, & filium, vxorem, & virum, amicum, & amicum, in cauſis inter vniuerſitatem, & vniuerſitatem, inter ruſticos, et ignaros, vbi agitur inter cauſam piam, & eccleſiaſticum, inter viduã, pupillum & aduenam, vbi de lucro, beneficijs, & damno euitando, & huiuſmodi, ſemper media via eſt amplectenda, & illa, quæ magis æquitati, quam rigori adhæret.

Ad ęquitatem igitur iudices oculos dirigere debent, vt ſupr. nu. 110. intellige de æquitate ſcripta, non autem captioſa, vt dixi in 1. part. ſub nume. 117. ſecundum primam impreſſionem, nec fidere debet de propria ceruice, Salyc. in l. prima. C. de leg. Vnus enim omnia ſcire nõ poteſt, nec diſcernere, nec cuncta diſpicere, Ariſtot. in 3. Politic. c. 12. & in c. honorantur, 32. q. 2. c. in omnibus 81. Diſtinct. ſed vt alias dixi, inter omnes omnia ſciri poſſe, vnde Perſ. ſcripſit verſ.

Nemo (ait) in ſeſe tentat deſcendere, nemo,
Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo.

Ad hæc vi. Tiraqu. d. tract. de pęn. temp. cauſ. 51. ſub nu. 63. cum plur. ſeq. vbi multa more ſuo ad hoc propoſitum. Nemo enim præſumere debet ſe meliorem eſſe lege, vel æquitate ſcripta, vt not. in §. oportet. in auth. de iudic. Abb. in cap. ex parte, nume. 9. de poſtul. Aequitas enim benigna eſt, non agit perperam & nil inhumanitatis habet, Doct. in l. placuit, C. de iudic. & eſt ſoror charitatis, cuius encomia trad. Apoſt. 1. Cor. c. 13. immo qua ratione legislator motus eſt, pariter eadẽ ratione iudex ſe mouere debet, c. ſuper literis, de reſcr. Rainal. Corſet. de indagat. iur. lib. 2. cap. 11. nu. 1. Qua de re, ſi lex æquitatem ſequatur, iudex
112 non debet ſequi rigorẽ, & econtra, aduertendo quod æquitate erga alios vti debemus, quantam in noſmetipſos habere velimus, Menoch. de arbitr. iud. q. 13. vbi nu. 17. & 18. ait æquitatem eſſe remedium contra venenum, Salyc. in l. 1. num. 1. C. de leg. & ſi quis hanc præ oculis habebit nunquam ſatis laudatus erit, nunquam iniuſtus apparebit, & rigor eius pro æquitate accipietur.

Modo placebit æquitatem definire, aut magis deſcribere, abſque onere conterendi verba, & tempus in defendendo definitionem; cum alias dixerim, quod omnis definitio in iure periculoſa ſit; Parum eſt enim quod ſubuerti non poſſit, d. l. omnis diffinitio, de reg. iur. in 6. itaque

ad

ad tollenda omnia obiecta, ſequar id quod à Diuo Auguſtino dictum fuit in eius ſum. in verſ. ius dicente, Aequitas eſt iuſtitia dulcore miſericordiæ temperata, & ſupra tetigi, & meminit Salyc. in l. penul. vbi etiam Iaſ. C. de iudic. & Bologn. d. tract. de leg. iur. & æquita. cap. 28. num. 12. facit tex. in l. nulla, ff. de leg. Nulla iuris ratio, aut benignitatis æquitas patitur, vt quæ ſalubriter pro hominum vtilitate introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipſorum commodum producamus ad ſeueritatem. At Couarru. var. reſol. part. 2. ſub nu. 3. ait. Aequitas eſt, quod naturalis ratio perſuaſit: vel ſecundum Philoſ. æquitas eſt, qua adducti naturali ratione, ius quod ſeuerius pronunciatum videatur, quam res poſcat, minuſve quàm interpretemur, emendamus, cuius iniquitas planè contrarium eſt; Hæc apud Geor. Vall. Placent. d. tract. de reb. expeten. & fug. c. 1. in verb. æquitas, lib. 41. Non reprehenderes iniquitatem, niſi videndo iuſtitiam, reprehenſor iniquitatis eſſe non poteſt, qui non cernit iuſtitiam cui comparatam reprehendat iniquitatem. Vnde enim ſcis, quia hoc iniuſtũ eſt, niſi ſcias quid ſit iuſtum. Quid ſi enim iuſtum eſt, & hoc quod dicis iniuſtum? Abſit, inquis, iniuſtum eſt, & clamas quaſi videntibus oculis, videns hoc iniuſtũ eſſe, vtique ex aliqua regula iuſtitiæ, cui comparans hoc, quod vides prauum, & cernens, non cõuenire rectitudini regulæ tuæ, reprehendis tanquam artifex iuſtum ab iniuſto. S. Aug. ſuper Pſ. 61. Azo autem in ſum. 1. libr. Inſtit. tit. 1. nu. 7. dicit, quod æquitas eſt rerum conuenientia, quæ in paribus cauſis, paria iura deſiderat, & omnia bona æquiparat, & dicitur æquitas quaſi æqualitas, vertiturque in rebus, ideſt in dictis, & factis hominum. Alij dicunt quod æquitas ſit modus rationabilis, regens miſericordiam & rigorem, ſed aptius videretur dicendum, quod æquitas eſt modus rationabilis temperandi rigorem, quæ magis conuenit cum definitione S. Auguſt. ſed Bal. in l. 2. C. de donat. ait æquitatem eſſe naturalem rationem. Et in l. 1. ff. de iuſt. & iur. dicit æquitatem eſſe animi applicationem ad directum iudicium, intellectu non errante in ſubſtantia, neque in circumſtantijs facti. (ſicut inquit Bal. ibi. Rectum eſt iudicium eccleſiæ) claue non errante. Et ſicut ex facto oritur ius, vt ſupra not. in l. ex plagijs. §. in Cliuio Capitolino. ad leg. Aquil. vbi an puer obtritus culpa mulionis, vel an qui telum proiecit vel aſellum agitatum non retinuit, ſint in culpa, quæſtio facti eſt, & facit Socin. conſil. 58. in principio, parte prima, ita ex æquitate, oritur ius benignius, cap. in pœnis, vbi Dy. de reg. iur. in 6. ſed prius diligenter inueſtigandum eſt de

113 veritate nunquid in facto æquitas magis, quam rigor locum habeat, & de hac re per Bal. in l. is apud quem, C. de eden. Menoch. de arb. caſ. 499. nu. 7. in addit. circa quam ſciendum eſt, quod facti qualitas diſcernere facit, quomodo procedendum, & iudicandum ſit, ar. l. 1. §. cum patronus, ff. de iur. iura. & faciunt, quæ dixi in 1. par. ſub num. 197. iux. primam impreſſ. cum ſeq. & num. 180. 265. p. 3. nu. 36. & 106. par. 4. nu. 104. par. 5. & ideò

114 qualitates ſiue à facto deſcendentes, ſiue à ſtatuto requiſitæ, ſunt probandæ, vt dixi in 3. par. ſub nu. 210. Iacob. Aret. Cyn. & alij in l. 2. C. de probat. latè Maſcar. de probat. in ver. Qualitas, Aſi. prac. §. 29. c. 37. Modò æquitas circa ea, quæ dolo carent, locum habet tàm in ſubſtantia, quam in qualitatibus, vt infra in prædicamento vtriuſque dicam, & ſupra nu. 17. cum ſeq. vi. And. Sicul. conſil. 50. cit. à Decia. tit. de iur. gent. & c. lib. 2. qui dicit, quod vbi deficit fundamentum æquitatis, omne ſuperædificatum corruit; Si verò qualitas facti habeat annexum dolum verum, tunc Rigor attenditur, vt mox dicam.

115 Sed prius quorundam aliorum opinionem circa æquitatem dicamus, qui dicunt, quod æquitas ſit exceptio regulæ, vel rigoris, per l. 1. C. de leg. Sed quia alij dicunt eſſe temperamentum rigoris, melior eſt iſtorum ſententia ſecundum ea, quę dixi ſupra nu. 22. & ſeq. & nu. 31. 32. & 33. Quicquid enim in dicendo, aut in faciendo in benigniorem partem ſumitur, Illud æquitas dici poteſt. Vnde quando Regula dicit, quod fauores ſunt ampliandi, quod ſemper mitiorem partem ſequi debemus, c. odia, de reg. iur. c. ſemper, & c. in pœnis, co. tit. quod ira, ætas minor, prouocatio, defenſio, & aliæ ſimiles cauſæ excuſant in delictis, vt per Clar. q. 60. per tot. & Tiraq. de pęn. temp. per tot. ſemper hæ regulæ ſunt in æquitate fundatæ quarum exceptiones ſunt in rigore fundatæ. At ſi Regula dicat, quod Delicta non debent remanere impunita, l. ità vulneratus, ad leg. Aquil. quod contra facinoroſos ſit ſeuerè procedendum, vt ſupra nu. 17. & vt in 3. par. & in 4. per tot. & per c. odia, vbi Dyn. de reg. iur. in 6. & ibi add. lit. D. & quod teſtis falſus, aut calumnioſus accuſator teneatur ad pœnam talionis, Petr. Duen. Reg. 27. quæ adhuc hodie in falſo teſte locum habere dicitur Bal. in l. a. C. de reb. cred. Caſſa. in conſuetu. Burg. rubr. 1. in tit. des iuſtices, fol. 14. col. 3. nu. 15. Mille. prac. nu. 12. dixi p. 5. nu. 252. & quod fur pro primo furto ſuſpendatur, iux. c. ſi de quinque ſolidos, de pac. tenen. quod vnus teneatur pro Delicto alterius, vt dixi in 3. par. ſub num. 254. & alibi, quod agentes & patientes pari pœna puniantur, & de ijs ſimilibus: tunc hæ Regulæ ſunt Rigoris, quarum exceptiones ab æquitate proueniunt, & ideo non poteſt ſuſtineri, quod Regula accipiatur pro æquitate, & exceptiones pro rigore. Nam hæc confunduntur, vt ſupra. Ad hæc vi. Saly. in d. l. 1. col. 2. ver. & licet Doctores, C. de leg. ſicuti etiam Rigor pro æquitate, & æquitas pro rigore quandoque acciperentur vt dixi in 3. par. ſub num. 33.

116 Sciendum eſt etiam, quod æquitas dicitur tripartita. Nam vna pars dicitur legitima, altera conueniens, tertia moris vetuſtate confirmata. Præterea Aequitas prima ad Deum, ſecunda ad Sãctos, angeloſque Dei, tertia ad homines dicitur pertinere, prima pietas, ſecunda ſanctitas, tertia iuſtitia, vel æquitas ab ea deſcendens. Et ſecundum Sanctũ Ambro. æquitas eſt lex naturalis in tres partes diuiſa, prima vt agnitus rerum conditor honoretur, nec eius claritas, & Maieſtas alicui creato tribuatur, ſecũda eſt moralis, hoc eſt, vt benè viuatur modeſtia gubernante, ne Dei fruſtetur agnitio, tertia pars eſt docilis, vt notitia Dei Creatoris, & morum exemplum tradatur, & diſcant, quemadmodum apud Deum opt. Max. vniuerſitatis conditorem merita collocentur. Sic Geor. Vall. d. ſuo tract. de Reb. expeten. & fug. lib. 41. capitul. 1. ibi æquitas.

117 Rurſus æquitas bifariam ſumitur, ſcripta, & nõ ſcripta, Mynſing. in ſua Cent. 6. obſer. 63. nume. 4. item ſumitur ciuiliter, & naturaliter, tex. in leg. 1. §. 1. ff. ſi quis teſta. liber. iuſſ. eſſe fuer. Naturalis ſcilicet, quæ præceptis naturalibus dictamine rationis, hoc eſt intellectu nobili à Deo inſito emanat, quo bonum à malo communi quodam omnium conſenſu diſcernimus, quæ eſt fons totius iuris, boni & æqui certiſſima regula, qua ſi caret homo

Digitized by Google

inter Bruta potius connumerandus eſt, per glo. in
auth. de monach. in verb. dicentem, in princ. Con
ſtan. Roger. d. tract. de leg. poten. par. 5. verſic. iam
tempeſtiue, ſub num. 26. & ſeq. vbi dicit, naturalē
æquitatem eſſe illud ius ciuile, quod à naturalis ra
tionis dictamine conſtitutum eſt, Dyn. in c. indul
tum, de reg. iur. in 6. At nos dicimus naturalem
118 rationem eſſe æquitatem ipſam, quæ ſupplet vbi
ius deficit, leg. cum ratio, in princ. ff. de bo. damna
to & dixi ſupra, & eſt gloſſ. in verb. conſuetudo,
& in verb. ratione, diſtinc. 1. Bald. in cap. paſtora-
lis, in fin. in verſicul. æquitate. de Cauſ. poſſ. &
propr. etiam infra dicam quam æquitatem legiſla
tores potiſſimum ſequuntur, leg. 1. §. ſi id quod, ff.
de act. & oblig. plura in propoſ. adducit Decia. de
Delic. tom. 1. lib. 2. titul. de rat. nat. cap. 9. facit tex.
in leg. 1. & ibi Doct. ff. de pac. & hæc ratio natura
lis (ſecundum Senecam) eſt arbiter bonorum, &
malorum, & ideo an cum rigore aut cum æquita-
te eundum ſit, ipſa ratio naturalis nos docet, & fa-
cit rectè diſcernere, vt ſupra.

Et ex hac ęquitate naturali cōpetit officium iu
dicis nobilis, leg. palam, & l. fi. ff. de pet. hær. quod
eſt conforme dicto ſuperius ſub num. 117. ibi in-
tellectu nobili, & dicitur officium nobile, quia
ſupplet vbi non eſt aliqua actio, & deſeruit inten-
tioni petentis, vt per repeten. in Rubr. de offic. e-
ius. Pap. in for. libell. in act. real. in glo. Quatenus,
vbi late, & qualiter iudicis officium deſeruit loco
remediorum Adipiſc. Retinen. et Recupe. poſſeſ.
luculenter explicatum eſt à D. Menoch. in dictis
ſuis tribus tract. Deſcenditque officium iudicis ab
æquitate tanquam à Matre, qua de re dicitur quaſi
nepos Iuſtitiæ, ſecundum ea, quæ dicta ſunt ſub
num. 31. eſt tex. in l. Quintus, §. Pomponius, ff. de
alim. legat. Surd. trac. de alim. tit. 3. q. 1. ſub nu. 14.
15. 16. cum ſeq. nimirum ſi iudex vti filius ſem-
per oculos ad matrem, quæ æquitas eſt, habere de-
bet, dicto §. Interdum, ff. de eo. quod cer. loc. vbi
Iaſ. num. 3.

119 Aequitas verò ciuilis oritur ex præceptis mo-
ralibus, l. 1. §. hæc actio, ff. ſi quis teſta. liber. iuſſ. eſ-
ſe fue. Bolog. d. tract. de leg. iur. & æquita. cap. 30.
num. 5. tom. 1. & hæc ciuilis æquitas locum habet
circa legem ſcriptam, et non circa conſuetudinem
ſecundum aliquos, prout eſt lex non ſcripta, §. ex
non ſcripto. inſtitu. de iur. nat. gent. & ciuil. Bolo-
gn. vbi ſup. c. 31. num. 117. & ſeq. c. 33. nume. 11. de
hac ſtatim dicam nu. 121.

Alio autem modo ſubdiſtingue, æquitas vel eſt
ciuilis, vt ſupra, vel eſt cannonica, hoc eſt deſcēdens
à iure canonico; licet enim de æquitate ciuili quis
non obligetur ſolo conſenſu, ſecus eſt de æquitate
canonica, per quam præſentia patris non conſide-
ratur in confeſſione, & iuramentis, 22. q. 5. gl. in
cap. quoties, 1. q. 7. Maſcar. de probat. concluſ. 347.
ſub nu. 58. & ſeq. vol. 1. & vbicumque æquitas de
iure ciuili deficit, æquitas de iure cano. ſupplet in
prouidendo iis, quibus naturalis pietas ſuadet. Exē
plum in alendis, & educandis filijs, tot. tit. de lib.
agnoſc. & tot. tit. C. de alen. liber. per l. 1. §. ius natu
rale, ff. de iuſt. & iur. & in hoc tam æquitas ciuilis,
quam Canonica æquitas concurrunt circa filios le
gitimos, & naturales. Sed in filijs ſpurijs ciuilis æ-
quitas deficit, l. 2. vbi Cyn. C. de alen. lib. auth. ex
complexu. C. de inceſt. nupt. ſed attendenda eſt ę-
quitas canonica, quæ ſupplet tex. in ca. cum habe-
ret. vbi. Abb. & alij, ext. de eo qui dux. in matr. eā
quam pollue. Gozad. conſi. 13. num. 47. Caualca.
Deciſ. 10. num. 26. p. 3. vbi omnes in hoc propoſ. al
leg. in terris Imperij locum habet, vt eſſe magis
com. opi. teſtatur Dec. in cap. at ſi clerici, de iudic.
Gabr. com. concl. titu. De aliment. conclu. prima,
ſub nu. 2.

120 Et in tantum id eſt verum, quod ſi filius ſpurius
habuit alios filios ſpurios in vita patris, vtique ali-
menta debentur ſpurio de ſpurio, vt tenent Abb.
d. c. cum haberet. col. fi. & Gabr. d. concluſ. 1. num.
22. Peregr. de iur. fiſc. lib. 3. tit. 18. ſub nume. 64. &
65. Illuſt. Paleot. tract. de ſpur. & Noth. q. 48. Di-
dac. Niconit. & alij per Peregrin. allegati, & multi
quos adduxit Caualca. d. Deciſ. 10 ſub nu. 26. p. 3.
& Peregr. ampliat etiam, quod pater de alimentis
non prouiderit. Nam hæres nihilominus, & ſuc-
ceſſor tenentur ſpurios alere, l. ſi quis à liberis, §. i-
dem reſcriptum, ff. de liber. agnoſc. Doc. in auth.
ex complexu, C. de inceſt. nupt. & in auth. licet, C.
de nat. liber. Mant. de coniect. lib. 8. tit. 5. nu. 12. &
14. quia alimenta iſta debētur in ſubſidium iuxta
illud Euangelij, ſi non pauiſti, occidiſti. Nam qui
negat alimēta, dicitur necare, l. 4. C. de alen. liber.
l. nec filium, in gl. penul. C. de patr. pot. & ſanctius
eſt alere non alendum, quam alendo alimenta ne
gare. l. 1. §. intereſſe. vbi gloſſ. ſine cauſa, ff. ſi mul.
ventr. nomi. in poſſ. vitæ, & miſerationis cauſa, ne
quis fame pereat. iuxta. Surd. tract. de aliment. tit.
8. priuil. 91. nu. 2. per tex. in l. filiarum, vbi Bart. C.
de patr. poteſta. & ipſe amplio etiam, quod ſpurius
de ſpurio in vita teſtatoris natus, non eſſet, quoad
alimenta deſerēdus, dummodo in eius vita cōcep-
tus fuerit, per ea quæ trad. ſcrib. in l. filius fami-
lias, §. Diui. ff. de leg. 1. l. qui in ventro, ff. de ſtat. ho.
Doc. in l. qui filiabus, ff. de teſta. tuto. quia in hoc
non eſt vagandum per coniecturas. Nam alimē-
ta hæc debentur iure naturæ, & non diſpoſitione
hominis, vt l. 1. C. de lib. alen. §. 1. inſtitu. de iure
nat. gent. & ciuil. facit Peregr. de fideicom. articu.
22. ſub nume. 13. & dicitur debitum neceſſarium
& naturale. Quo fit vt de hæreditate & ab hære-
dibus debeantur; vt de dote, quando debetur iure
naturæ.

At alimenta non dantur ſpurijs ſecundum di-
gnitatem quia dignitate carent, ſecundum Azo. in
ſum. C. ex quib. cau. infam. irrog. Alex. conſil. 80.
ſub nu 2. vol. 2. ſed dantur ſecundum ætatem paſ-
ſim, & neceſſitatem, Gozad. conſi. 95. ſub num. 4.
Calder. conſi. 60. vol. 6. Rot. Bono Deciſ. 22. num.
6. alios allegat Surd. in ſuo tract. de aliment. tit. 3.
q. 18. ſub nume. 49. egere enim non dicitur, nec in
paupertate ſordeſcere, qui habet ea quæ ſunt ſibi
neceſſaria. Lap. alleg. 101. nu. 19. quamuis Afflict.
teneat quod ſpurius re, & vita honeſtus fungatur
muneribus, & honore. Deciſ. 195. nume. 9. Sed
hoc quia Reipub. perſona ſua adeo ſufficiens ex-
pediat,

Petunturque alimenta officio iudicis, non iure
actionis, quoniam debentur quadam naturali æ-
quitate dictante, ſed nulla eſt obligatio quę cogat
ſecundum Surd. dict. tract. de alimen. tit. 3. quæſt.
1. ſub num. 12. cum plur. ſeq. vbi tenet contra Cor
dub. in l. ſi quis à liberis. in prin. nu. 58. teneri ob-
ligatione naturæ alimenta liberis eſſe præſtanda.
& ſic iure actionis quando ex ęquo procedendum
eſt, per l. ſi fideiuſſor. §. quædam, vbi Bart. ff. man-
da. Alex. conſi. 41. volu. 3. nimirum quia æquitas
magna in alimentis, & parentum affectus conſide
rari ſolent, d. l. ſi quis à liberis, §. vtrumque, & §. ſi
mater. de lib. agnoſ. Maſcar. de probat. conclu. 76.
num. 2. ſed vel iure actionis, vel officio iudicis, ſa-
tis eſt quod & debeantur, & peti poſſint, & nō eſt
dubium quod etiam naturali ratione obligamur
ad educationem filiorum. §. 1. inſtitu. de iur. natu.

gent.

Digitized by Google

gent.& ciuil.l.ſi quis §.ſed etſi filius. ff. de liber.agnoſ. Et ideo ad tollendas ſæpennmero Doctor. difficultates, ſolet in fine libelli poni clanſula officium implorãdo &c. de qua per Pap. in for.libel. in act.real.glo. Quatenus,& dixi ſup.ante nume. 119.ver.& ex hac.& tandem ſi quis alimenta præbeat illi, quem alius paſcere tenebatur ab eo vtili actione repetir.l. Neſennius,ff.de neg.geſt.Bart.in l.alimenta.C.eo.Soc.conſi.161.vol.2. Peregr.de fideicom.artic.37. nume.14. vbi datum nepoti,ait, repetibile eſſe à filio,niſi filius æquè inops ſit. non ſic repetet filius, frater, vel alius qui pietate materna, vel affectione domeſtica alimenta, vel expenſas fecit.tex.cum gl.in l.1.C.de neg.geſt.quod teneas perpetuo menti.vi. Alexan.ibi vltra alios: quia eſt pulcherrimus Caualca. Deciſ.35. nu. 12. part.1.

121 Et quatenus ad conſuetudinem æquitas reprimit illam ne extendatur in odioſis, ſed dumtaxat in fauorabilibus.c.odia. de reg.iur. in 6.idē quando conſuetudo eſt præter legem,nam tantum habere dicitur de potentia, quantum habet de actu, & non plus, Bal.in c.1.ante fin.qui feu.dar.poſſ.& Crauet.de antiq.tempor.4.par.nume.43.& Aret. conſil.44. vbi conſuetudo,quæ eſt contra ius,non extenditur de caſu ad caſum,de loco ad locum,de perſona ad perſonam. Tiraq.vbi ſup.nume.44.& 45. ſed hoc procedit quando conſuetudo, eſt magis rigoroſa,quam ius, & introduxit pœnam, vel delictum,vbi ius commune, nec pœnam,nec delictum induxerit. ſecus ſi conſuetudo reſtringat rigorem iuris communis, vt in pœna tallionis, de qua ſupra dixi. & in eo qui olim Syllabam mutabat cadebat à cauſa. vt not.in l.1. C. de formul. & impetr.act. & in huiuſmodi rigoroſe a iure communi, vel a ſtatutis diſpoſitis, ſi conſuetudo benignior prouidet,ſit extenſio,vt latè in 4. part. dixi. & ideo concluditur quod in conſuetudine benigna, & fauorabili Reip. laudabili,nequaquã oneroſa, æquitas ſummopere locum habet. Doct.in l. minime.l.de quibus.ff.de leg.l.1. C.quæ ſit longa conſuetu. Crauet.d.tract.de antiq.temp.par.4.nu. 48.& 74. Roch.de Curt.tract.de conſuetu. & ſi etiam conſuetudo induceret aliquid noui, quod à iure communi non fuiſſet diſpoſitum,tunc ſi non repugnat æquitati, tenet, ſed ſi eſt exorbitans non tenet. vt ſi in eo qui offendit alium, conſuetodo introduceret,quod offenſor poneret ſe in manibus inimici,nam non valet,Bar.in l.1.§.vſque in fi.ff. de iur.iuran.eſſet enim nutritiua peccati, & ſcandali quibus obuiaodum eſt,nu.236.p.4. & nemo eſt Dominus membrorum ſuorum, l.liber homo ff.ad leg. Aquil. & qui talia facit in moralibus, & Politicis fatetur male feciſſe. & dicitur quodammodo detegere turpitudinem ſuam,l. alias. vbi gl. ff.de iureiuran. & ideo conſulentes duelliſtę,& huiuſmodi mediatores caueant ab occaſione ſcandali etiam quod offenſus, ſolet (quodammodo) paciſci de nõ offendendo illum qui ſe reſſignauit in ſuis manibus. nam ſi non ſunt bene ſecuri, quod ſcandala non ſequantur, abſtineant omnino, ſed quo ad pacem iniendam, & ad verba ſatisfactoria dandum, opus ſanctum faciunt, qui mediatores ſunt,& ſanctius offenſus, ſi ſine multiloquio non ijs præambulis, ſed amore Dei parcat inimico, & non facit peccata. Matt.1.Luc.6. Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam præbe illi alteram, & qui vult in iudicio tecum contendere & tunicam tuam tollere,dimitte ei pallium, & qui te angarauiarit mille paſſus: vade cum eo, & alios duos. Qui petit à te,da ei,& volenti mutuari à te ne auertaris. & qui aufert quæ tua ſint,ne repetas. & prout vultia vt faciãt vobis homines,& vos facite illia ſimiliter. & non ſolum debemus remittere odium,& rancorem, ſed tenemur etiam benefacere ijs qui oderunt nos, Luc.c.19. vi. ſupr.ſub. num.39.verſ.Hinc eſt.cum ver.ſeq.

Aequitas verò de qua proximè dictum fuit differt à diſpenſatione ſecundum Hoſtiē. in ſum.in verb. Diſpenſatio. Nam diſpenſatio eſt rigoris iuris,per eum ad quem ſpectat Canonicè facta relaxatio. vt colligitur q.7.§. niſi rigor alio modo dicitur quod diſpenſatio eſt iuris communis prouida relaxatio,vtilitate,ſeu neceſſitate penſata, ſecundum Spec.in tit.de diſpenſat.in princ.verum ſecũdum Bolog.d.tract.de leg.iur.& æquita.capit.31. nu.32. Diſpenſatio non eſt ex bono,& æquo interpretatio,ſed à nexu legis excipere aliquem ex ſubditis,eique licentiam,& facultatem concedere ſine quibus facere non poſſet, aut obtinere, ſed eſſet obnoxius legi, quam iudex non poteſt concedere ſed Princeps,vel eius vicegerens, Spec.d.tit. de diſpenſat.& diſpenſare non eſt contra legem facere (abſit) ſed contra verba legis, non autē contra legis ſenſum,pulchrè Pariſ.conſi.68.num. 121. & ſeq. uerum iudex talia facere non poteſt, niſi expreſſe facultatem habeat,ſed æquitatem exercere proprium iudicis eſt, facit Bal.in l.quicumque col.5.verſ.quarto caſu.C.de ſer.fug. vbi etiam tradit differentiam quæ eſt,inter diſpenſare, & eligere,& ibi ponit aliquos caſus in quibus etiam iudici permiſſum ſit diſpenſare,præſertim circa pęnas, ſed re vera non eſt propriè diſpenſare, ſed temperamentum adhibere vt per Tiraq. d.tract.de pęn. temp.per tot.qui.in cauſ.ſi.nu.150.in hoc propoſ. plura dicit cat.357.

122 Diſpenſare ergo eſt inhabilem facere habilem per ſe vel per alium,ad aliquid faciendum, dicendum,contrahendum,vel obtinendum,ad quę per legem inhabilis eſſet ſine tali diſpenſatione,l.Princeps.ff. de leg. vt puta circa ætatem, legitimationem,teſtimonium, Magiſtratus,ſucceſſionem, verum abductionem (quæ appellatur tracta foranea) aduerſus lapſum temporis, in integrum reſtitutionem,ad beneficia,ad lites, ad iurium reintegrationem, & huiuſmodi; Ad quarum omnium diſpenſationem, Princeps non ſempēr ſola clemētia & æquitate mouetur, ſed quandoque de ſtricto iure ob bene merita, ob ſeruitium, in remunerationem,ob propenſam dilectionem,uel quia forte ab amicis compulſus ſit, & quandoque nimia importunitate,uel etiam ad tollenda ſcandala, ut ſolet quandoque ſummus Pontifex diſpenſare circa affines,ut matrimonium contrahere poſſint, non obſtante quod ſint in gradu prohibito de iure Cano. & inter Potentates ob rationem ſtatus, pro ſeruitio.S.Rom. Eccleſiæ,quoniam Pontifex eſt ſupra ius poſitiuum & ex cauſa poteſt diſpenſare, an autem in primo & ſecundo gradu videtur quod non, vt eſt gl.ſororis.30. q.3.c. placitum.ubi in aſcendentibus tenent quod non, in collateralibus autem in ſecundo gradu. & ni. Borgn. Deciſ. 4.nu.26.par. 2.

Præterea ſolet diſpenſari à Pontifice,quandoq; ob ſanctitatem perſonę & eius maximam integritatem,quod laicus in epiſcopum aſſumi poſſit, c. ſtatuimus.§.ijs omnibus.61.diſtinc. Barba.conſi. 41.lib.3. & quandoque boni mores præponderãt eruditioni,ſicut ingenium æquipollet memoriæ. c.qui eccleſiaſticis.§.ecce.36. diſtinct.tex.in c.niſi §.ne pro defectu. De renũtiat.qua de re qui eſt morum irreprehenſibilis, licet tantam ſcientiam nõ

habeat

Digitized by Google

habeat eſt potius in epiſcopum eligendus quàm
alter.c.1.poſt princ.de ſum. tri. & fid. cathol.
Hinc epiſcopi ſummopere aduertere debent
vt admittant ad ordines ſacros perſonas honeſtas,
& bene morigeratas. Nam Agni,& non ædi ſunt
de grege Dei vt in Euangel. Paſce oues meas, Pa-
ſce agnos meos. Io.cap. 21. & in tantum probitas
vitæ prodeſt quod clerici ab alieno epiſcopo con
tra ſtatuta ſacris initiati, ſi alias ſint probabilis vi-
tæ, poſſunt, immo debent à ſuo ipſorum epiſcopo
recipi.c.tali.19. per quem text. Tiraq.tract. de pæn.
temp.cauſ.51.ſub.nu.15 n. plura tradit ad fauorem
virorum, qui probitate & integritate ſunt muni-
ti & vi.quæ ſupra dixi de priuilegijs probitatis. in
3.par.nu. 319.& in 5.par.nu. 40.
Item quàdoque in certis caſibus introductum
eſt & ſolet conſuetudine diſpenſari, vtilitas eſt,
quoniam ſi per æquitatem ſcriptam, aut de ſtricto
iure, vel conſuetudine diſpenſatio fiat, quilibet
obtinere poteſt, l.quæ propter neceſſitatem, de re-
gul.iur. ſi ſi gratioſè aliquid concedatur, vel qua-
dam ſingulari cauſa, aut beneuolentia Princeps
moueatur ad diſpenſandum, tunc non poteſt cæte
ris talis diſpenſatio trahi in exemplum.cap.quod
alicui de reg.iur.in 6. quoniam hoc in caſu gratia
123 & diſpenſatio pendet à mera voluntate diſpen-
ſantis,& ideo ſi non vult vni concedere, quod al-
teri conceſſit, non tenetur. Rot. Deciſ.5.ſub num.
3.Caualca. Deciſ. 32.num. 10. par.5. & gratiam fa
cere dicitur qui facit quod facere non tenetur. Bo
log.conſ.5. nu.66. & eſt locus gratificationi, Spe-
cul.de in. id. q. verſ. quod ſi plures & trad. caſus
glo.in l.fi.§.1.ff.de relig.& ſumpt. funer.glo.in c.
venerabilem. de elect. & maxime in eo qui ſem-
per bene vixit, nam anteponendus eſt alteri qui
male ſe habuit. Arch. ia. Diſtinct. nos conſuetudi
nem per c.ſtatuimus. 61. Diſtinct.niſi malus etiã
in bonum verè conuerſus ſit, quia coadiuuari de-
bet ijs largitionibus eius conuerſio. vt per gl. 50.
Diſtinct. De fidelibus. Ro.ſing. in verb.gratifica-
tio, vt habetur exemplum de filio prodigo, cui Pa
ter vitulo ſaginato gratificauit, annuloque & ſto-
la prima, ac nouis calceamentis, de qua re, filius
obediẽs qui ſemper bonus fuit de patris gratifica-
tione ſe condoluit, Luc.in Euang.capit.15. nihi-
lominus ſuam portionem, is bonus non per hoc
amittit. Et cæteris paribus ſemper locus eſt gra-
tificationi vt in allegat.c.cum venerabilem de ele
ctio. At iudex aduertat circa gratificationem, ne
in gratificando vni, nil vendicet odium contra al
terum, aut præmium gratificati impellat. vt hac de
cauſa ſolent facere Aduocatis, & Procuratoribus
vnius partis,& de vendentibus fumum alias dixi
in 2.par.ſub.nu.19.& in 5. par. nu.69.
124 Et iudices qui tales ſe præſtant tenentur ad dam
na & intereſſe verſus partem læſam, eorum facto,
aut dicto, ad hæc vid. Ludo.Carbo.tract. de reſtit.
omn.rerum.q.51.vltra ea quæ ſæpè dixi in 5. par.
vbi aduerſus iudices, quos amor obcæcat, timor
uſurpat, mali euentus tandem euenire ſolent.c. cũ
in iudicijs vbi Dy.de reg. iur. c. ſi quis. §.in arbi-
tratijs. 2.q.6.in propoſ. Blanc. de cõpromiſſ.q.11.
125 ſub nu. 18. ex quo oculo caliginoſo æquitatem
ſequitur vt dicit Iaſ.d.l.quod ſi Epheſi.§.interdũ,
ſub.nu. 3. ff. de eo.quod cer.loc. notãtur; digito,
ſæpe enim ille contra quem vox mala currit, po-
ſtremus eſt ſcire, quid de eo alloquantur homines
magni facientes errores (quamuis minimos) qua
de re omnes memoriæ, mandare debent. cap. cum
æterni de re iudic.& facit Bolog.de leg.iur.& æqui
ta.ca.24.nu.15. oportet enim ſtateram iuſtitiæ fir-
mam manere in manu conſtanti vt ex. D.Grego.
in ſuis moral.cap.20.dicente, Qui rectè iuſticat ſta
teram in manu geſtat, in vtroque penſo iuſtitiam
& miſericordiam portat, vt iuſto libramine quæ-
dam rigore corrigat, quædam per æquitatem in-
127 dulgeat, vt in c.omnes.45. Diſtinct. ſtatera verò
doloſa dicitur abominabilis apud Deum & ho-
mines,& pondus æquum voluntas Dei eſt. Prou.
cap. 11.& in c.non afferamus. 14.q.1. Gughel. Ro
uell.de iuſt. & iniuſt.lib. 3.c.3. Et ſicut homo dici
128 tur perfectum optimum animalium vt infr.ſub
nume. 310. ver. & in tantum.cir.fi.ſic qui in ſe,&
alios iuſtus & miſericors eſt, poteſt dici Deus in-
ter homines iuxta illud homo homini Deus. verũ
ſi à lege ſeparatus & a iuſtitia deuius ſit,& ample-
ctatur iniquitatem eſt profectò peſſimus omniũ
Ariſt.lib. 1. Politic.
129 Nec iudex (cuiuſcunque dignitatis ſit) credat
aliquid agere poſſe contra naturalem æquitatem,
per quamcunque liberam, & amplam facultatẽ,
quibuſcunque uerbis ei datam, ſiue pro ut ſibi ui-
debitur, uel pro ut exiſtimauerit, aut pro ut ſibi pla
cuerit, uel ſibi libuerit, uel etiam pro ut ſenſit. uel
eius conſcientia dictauerit.l. 1. & ibi glo.1.ff.de cõ
cuil.ut dixi de ijs omnibus in prima parte.
130 Sed tenetur ſeruare regulas iuris gentium pro
ut dictum eſt, naturalem ſeruando æquitatem ſcri
ptã, l.quod ſi Ephe.§.interdum.ff.de eo quod cer.
loc. ubi Iaſ.nu.3.allegat Alber.de Roſat.ibi. dicen
tem, quod non debet intelligi de æquitate cerebri
na. ad trad. per Conſtant. Roger. De iur. interpret.
uerſ. Duodecimo & ultimo quæro.nu. 19.& ſequ.
tom.1.tract.& propterea in 1.par.dixi ſub nu. 25.
& ſeq.ſecundum.5.Impreſſ.& nu.30.quod iudex
noſter non habet liberas habenas, quandoquidem
in terminandis rebus ſe gerere debet conformiter
cum iure communi, ſtatutis Patriæ & ordinibus,
aut moribus,& conſuetudine approbatis, & id in
omnibus,& erga omnes, quod ualdè conſonũ eſt
æquitati. Ant. Maſſ.tract. de exercit. iuris prudẽt.
lib.2.nu.8.
131 Quin uerò ad interpretationem benignè facien
dam circa æquitatem non ſcriptam, iudex tenetur
adire Principem ut trad. Doct. in d.le. 1. C.de leg.
ubi Salyc.col.3.uerſ.oppono.7.ubi dicit quod iu-
dex pro ſpeciali cauſa decidenda, item Doctores
& Magiſtri pro legali cauſa influenda, item con-
ſuetudo pro populari uoluntate declaranda, ſeu cõ
firmanda,& Princeps pro generali lege condenda
eſt adeundus,& intellige etiam in declaranda, cor
rigenda, abroganda, arctanda, aut proroganda, ſeu
dilatãda æquitatem ut per Saly.ibi. col.4.poſt med.
& intellige,& diſtingue, ut dixi in dicta 1.par.nu.
25.& 30.
* Aequitas autem non ſcripta eſt, quando nullo
iure pro parte illam facientis,& pro parte illius il-
lam recipientis id ſuadetur, ſed quia ſic facienti fa
cere uidetur, circumſcriptis meritis & demeritis
recipientis, quia Principes dicit ſic uolo, ſic iubeo,
ſit pro ratione uoluntas. ut not.glo.inſtitu.de uſu-
cap.§.furtiuæ quoque in uer. Nam furtiuarum itẽ,
quando remouetur cauſa ab ordinario non ſuſpe-
cto, quæ iam inſtructa eſt, & aduocatur ad ſe con-
tra.l.ubi.ff.de iudic.ad effectum, ut uelo leuato ex
pediatur. Item quando aufertur uni, & datur alte
ri: non enim eſt bonum diſcooperire, unum altare,
ad cooperiendum aliud. ſe.aſſiduis. C.qui potior.
in pigno. & in omnibus caſibus in quibus, & ſi
vni prodeſt, alteri nocet, vt de iure iniquo. plura
ſcripſi in 3.par.ſub nu. 241. uſque ad nu.255.cum
ſeq. Eſt & aliud exemplum quando ſuccurritur ei,
qui

qui ſibi neceſſitatem imponit.l.ſi fideiuſſor.§.pe. ff.qui ſatiſd.cog.l.2.ff.ſi quis cautio. l. ſicut. C.de act.& oblig. vnde ſi quis non ignarus nec minor malè agit,non meretur reſtitui, niſi ita Principi videatur,ex quo,nec æquitas, nec rigor ſuadet. vt l.1.§.1.ff.de quæſtio.pulchrè Sfor.Ord.De reſtit. in integr. Par.2.quæſt.91.artic. 3. nu.26.dum loquitur in d.q.91.in princ. de Indulgentia Principis reſtituentis deportatos, bannitos, rebelles & huiuſmodi es ſola, & mera gratia, & liberalitate Principis præſupponit id,quod & nos,de æquitate non ſcripta quæ magis capricioſa à quibuſdam appellatur quam gratioſa:ſed in quæſt.92.artic. 2. nu.17.ait quod hanc Princeps facere non deberet circa reſtituendos ad Patriam aliquem bannitum ſeditioſum,& populo infeſtum ſine conſenſu populi,& ſubditorum ſuorum,loquitur in hoc de æquitate ſcripta, & honeſtate, allegat Fortu. Garzia.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.num.240. Similiter quando non concordata parte,Princeps indulgeret offenſori. de qua re iam dixi ſub num. 201.& 202. Et tandem. Quando Princeps utitur plenitudine poteſtatis.ſine cauſa inſta, dicitur uti æquitate non ſcripta, vbi parcit, & indulget non parcendo,neque indulgendo.ar.l.in fundo alieno §.penul. ff. de rei vendic.nam potius expedit ſeruare rigorem propter exemplum mali vitandum vt 45.Diſtin.ſed illud & infra dicam. vt ſi nõ parcat parcendo reprehenſione dignus eſt infra num. 455.ſecus ſi parcat parcendo. At viceuerſa ſi iubet puniri non puniendum, uel ex abrupto aliquid contra æquum iubet, dicitur vti rigore non ſcripto. Nam omnia iniqua exorbitantia & abſurda ſapiunt naturam rigoris non ſcripti, abſurda ſunt euitanda.l.Nam abſurdum de bon.liberto.l.ſi. in princ.C.de vſur.l.diuortio, ſolu.matr.& ſequitur quod dato vno abſurdo, plura ſequuntur. l.tatas. C.de reſcind. vend. Hinc eſt quod peccatũ quod per pœnitentiam non deletur, mox ſua grauitate aliud ad ſe trahit.S. Aug. Si verò pœna & diſpoſitio ſit ſcripta quãuis exorbitans, tamen eſt ſeruanda per ea quæ dixi in d.4.par.ſub nu.481 nam tunc dicitur rigor ſcriptus. & cur ita ſcriptum ſit, non licet tranſire plus vltra.

Igitur circa æquitatem naturalem,canonicam, & ciuilem concludamus, quod prima dicitur æquitas ſimplex ut illa quæ prouenit à naturali dictamine rationis ſecundum Dec. d.l.in omnibus quidem.nu.8.de reg.iur.qui allegat tex. l.quod ſi Epheſi.§.2.interdum.ff.eo.quod cert.loc.per quẽ dicit probari hæc naturalis æquitas informata à iure,non à proprio cerebro vt ait Alber.de Roſat. d.§.interdum vt refert Iaſ.ſub nu. 3. in quo text. habetur quod iudex in actionibus arbitrariis poteſt non ſolum in plus, uel minus condemnare, ſed etiam poteſt reum in totum abſoluere. quod declara per ea quæ ſupra dixi ſub nu.211.230.& infra 470.cum ſeq.quibus in locis dixi.quod in claris iudex ſub prætextu arbitrii non poteſt arbitrarie decidere nec cogere partes ad compromittendum. Abb.in c.ſi. nu.7. de tranſact.ſicuti prælatus non poteſt remittere ius eccleſiæ quod eſt clarum & liquidum.Canalca. Deciſ.46.nu.366.par. 1.nec in negotio ponere ſpiritualia clara.vi.ſupra nu.68. ſecus in dubijs,quia vel abſoluit in totum,uel mediam uiam eligere poteſt,ut num.121.& hæc ęquitas ſimplex eſt illa quæ ſupplet,ubi ius deficit ſup. nu.118.vt eſt etiam tex.in c.ſi. ubi Cano.de tranſac.Nat.conſi.312.num.12.vol.2.ſecunda æquitas canonica,etiam ſupplet vbi æquitas ciuilis deficit. ſub nu.119.verſ.alio autem modo,Tertia uero ciuilis eſt illa, quæ moderat rigorem legis benignũ quę interpretationem prębet.vt d.num.119.& reprimit conſuetudinem ut nu.121. Et tandẽ quanto minus quis eſt culpoſus tanto magis excuſandus, & æquitatis tantum quiſquis meretur, quantum quiſquis æquus reperitur, & virtuoſè operatur vt per Salyc.in d.l.1.col. 1.C.de leg.& retributio ſit iuxta menſuram fidei.Paul.Apoſt. & econtra,ubi maius delictum, ibi maior rigor ſeruatur. ut latè dixi in 1.par.nu.52.

At ſicut omne rectum habet ſuum indirectum, ita æquitas habet ſuum contrariũ quod eſt iniquitas æquitati contraria. Nam æquitas, protegit, defendit,moderat,corrigit,ampliat, & nutrit,iniquitas verò,omnia ruit,præcipitat,atque diſperdit.vnde Dauid iniquos odio habui,& legem tuam dilexi Pſ.28. & uiri iniqui ſunt abominabiles. vt Pſ. 5. Virum ſanguinum, & doloſum abominabitur Dominus:& Apoſt.ad Cor. 1.6.iniquos Regnũ Dei videre non poſſunt,& de iudicibus iniquis legitur in Hiſtoria Suſanæ.Daniel.cap.23.& illi verè iniqui ſunt,quos amor, odium, timor, aut pretium excęcat, ut dixi in 5.par.cir.princ.& inique agere,eſt ſine cauſa,& contra Dei voluntatem mala facere, quod in ſe ipſum peccatum dicitur eſſe & in proximum iniquitatem,S.Th.2.2.q.33.art. 1.tex.in l.ſi pars.ff.de inof.teſta.l.1.ff.de iniu.Sed non intelleximus in ijs terminis de illo iure iniquo,de quo in 1. Diſtinct.c. ius & ibi glo.eo.ver. ius,& de quo ſupra in 3. par. tractauimus ſub nu. 243.cũ ſeq quia diuerſum illud eſt ab hac iniquitate,quæ caret nomine iuris,& habet nomen impietatis,& refertur ad mentis atrocitatem. Archi. in c.5.de iureiur.lib.6. vnde qui ſunt rectæ mentis, vtique ſunt æqui,& æquitatis amatores,& per cõſequẽs boni, & optimi iudices, dixi nu.158.& ibi. 237 240.par.3. & valet conſequentia, iniquus ergo peruerſus.not. Arch.in ca. de teſtando.de conceſſ.præben.lib.6.& iniquitas dicitur ſoror abſur-
132 di a quo omne malum prouenire poteſt. in quo æquitas caret,vt ait Euerar.in Centu. loc 8. lit. B. vbi econtra illud dicitur æquum cuius cõtrarium eſt abſurdum,per l.ita vulneratus.ad leg.Aquil. l. nam abſurdum. ff.de bo. Damnato. & Euerar. ſe ibi valde condolet, quod per hanc rationem obtinere non potuerit,quod extirparetur illud vitium quod diu irrepſit,ne officiales munera pecuniarũ accipere poſſent,ex quo omne malum, ex ſuſce-
133 ptione munerum prouenire dicit, & iuſtitia nõ ſtat in recta ſtatera,& æquitas,& rigor confundũtur,ad quod vi.quæ dixi in 5.part.ſub nu.35. cum ſeq. aliqui tamen ſunt qui anſerem tacitè pilant, ſed de malè quæſitis non gaudebit tertius hæres. Et in hoc propoſito eſt titul.C.de contract.iudic. vel eorum,qui ſunt circ.eos:& inhiben. Donatio. in eos facien:& ne adminiſtrat. tempor. proprias ædes ædificent. In quo titulo Magiſtratibus tempore officij nec domus emere, nec extruere licet, quoniam, non ſolum non ſunt ſumenda munera ut ſupra, ſed cauendum ne detur occaſio ſuſpicandi,quod ſi Principis gratia permiſſum eſt licitè ac tutè fieri poteſt,ſicuti domus propria ante officium poſſeſſa hoc fieri permittitur. nam rei ſuæ quilibet moderator,& arbiter.l.in re mandata.C. manda.ſed donationes recipere durante officio, non licet etiam ex permiſſione Principis de rigore ſupradicti tit.ſed de æquitate ſecus eſt,hoc tamẽ adhibito temperamento, ſi donans poſt finitum officium ratificauerit,uel lapſo quinquennio tacuerit.l...eo,tit.quæ ſupradicta ad Magiſtratus Vrbis metropolitanæ pertinent, ſed Prouincialibus Magi-

Digitized by Google

Magiſtratibus, nec Principe permittente, nec trãſacto quinquennio poſt officium, nec parte ratificante, nil ſupradictorum permittitur. vt in l..C. eo. & hoc idem dicitur de conſiliariis, eius domeſticis, & aſſeſſoribus vt l. 1. ff. de contrahen. empt. l. non licet, & l. qui officij cauſa. ff. eo. Hinc quam male olent opera illorum Magiſtratuum, vel iudicum, aut aſſeſſorum, qui permittunt ſuis ſeruitoribus munera ſub pallio accipere ab introeuntibus, morantibus, & egredientibus ab audientia Dominorum ſuorum & ipſi vendentes fumum, & portionem diuidentes cum eis, multo peius qui non curant palam munera recipi & ſcandalizant ſubditos, heu quam melius eſt in domo pauperũ morari cum buccella panis, quam in domo potẽtum diuidere ſpolia, ſic Salamo. Prouer. c...

Et legitur de illo iudice iniquo qui Deum non timebat & hominem non reuerebatur. apud Matthæ. cap. 24. & dicit, quod is iudex erat in quadam ciuitate (& non dicit in caſtro) qui nolebat audire viduam, & vindicare illam de aduerſario ſuo, qui intra ſe dixit, & ſi Deum non timeo, nec hominem reuereor, tamẽ quia moleſta eſt mihi hæc vidua, vindicabo eam, & hic nota propriam iudicis paſſionem, non autem iuſtitię faciendæ finem habuiſſe: vindicabo eam dixit, ne in nouiſſimo ueniens ſigillet me: ecce timor iudicis, ait autem Dominus quid iudex iniquitatis dixit; Deus autem non faciet vindictam electorum ſuorum clamantium ad ſe die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Dico vobis quia citò faciet vindictam illorum. Veruntamen filius hominis veniens, putas inueniet fidem ſuper terram. Videte, vigilate, & orate, neſcitis enim quando tempus ſit. & Luc. ca. 16. ait, Qui in modico iniquus eſt, & in maiori iniquus eſt, & propterea dicitur in Euang... Euge ſerue fidelis, quia in modico fuiſti fidelis intra in gaudium Domini tui, ſic iudex tam in modico, quam in magno iuſtus, & ęquus eſſe debet, & audire libenter, & iuſtitiam facere abſque pręmio abſque timore, odio vel amore, pupillo, & viduę, pauperi & potenti, ſi vult ipſi miſereri in die mala. Pſ. 111. in memoria æterna erit iuſtus, ab auditione mala non timebit, & contra iudices venales & iniquos. vt. quoque tex. cum rub. De offic. Rector. prouinc. de quo meminit Caballin. milleloq. 711. p. 2. Nam in propria Patria exercere publicam adminiſtrationem non licet, niſi ex ſpeciali Principis permiſſu nec commodo ipſius officialis tẽdit: nam à communiter accidentibus nemo acceptus eſt in Patria ſua, & ſuſpiciones vndique naſcuntur contra illũ, qui ſi bonus & iuſtus eſt in ſuos ſæpè iuſtitiam exercere cogitur, & angitur quotidie corde, & animo, at ſi iniquus eſt parcit non parcendo, & afflictionem dat afflicto, & tandem omnia ſuper dorſum ſuum retorquentur, adeò quod aſinus eſt qui ambit adminiſtrationem ſuam in Patria ſua, merito Principes eligere ſolent officiales diſtãtes à Patria, & liberos a parentibus, & cognatis. Sed poteſt eſſe arbiter, & amicabilis compoſitor, decurio, operarius, conſultor, ac aſſeſſor, ſed hoc periculoſum, & tandem exercere poteſt officium ſuper Graſſia & circa alia reſpicientia bonum ciuitatis regimen.

DE RIGORE.

134 SExto & vltimo ſequitur videre, quid ſit rigor, & cum ſupra ſub num. 131. verſ. Nam omnia, dictum ſit de rigore non ſcripto, hic opportune de rigore ſcripto dicendum eſt. Porrò rigor ſuæ rectitudinis nomen accipit, ut legitur in Commentario Aegen. Vrbici in Iulium Front. in Cod. Theodoſian. in pag. 173. vt ad alium propoſ. recẽſet Fabia. de mont. tract. de finib. regun. capit. 15. nu. 9. Igitur rigor eſt quidam exceſſus iuris, & quędã auſteritas facta ad terrorem, vt per exemplum, non eſt prohibitum contrahere ſecundas nuptiás tot. tit. C. de ſecun. nupt. nihilominus, ſi intra annum luctus contrahantur, imponitur pœna contrahenti. vt 31. q. c. hac ratione: ſimiliter communio non eſt deneganda nulli fidelium ſecundum ætatem, & conditionem perſonarum quandocunque confeſſus eam petierit, nihilominus ſi quis accuſauerit clericum ſeu epiſcopum & defecerit in accuſatione, iſti accuſatori communio non eſt danda, niſi in fine vitæ, vt 2. qu. 3. ſi quis epiſcoporum. quæ duo exempla traduntur 1. Diſtinct. c. vt conſtitueretur in gl. Detrahendum, quę ſubijcit, quod rigor eſt idem quod ſubtilitas iuris vt extra de reſtitu. ſpol. c. literis. & extra de no. op. nuntiat. c. intelleximus, ſed additur, ad d. glo. tenet quod rigor non ſit ius, ſed exceſſus iuris, vt ſupra. Abb. vero in c. ſi clericus. ante nu. 2. videtur tenere quod rigor ſit ordo, & forma iudicij, & ibi ſub nu. 4. no. quod ſtrictus ordo iuris, dicitur rigor iuris. de for. comp. Quandoque accipitur pro ſubtilitate iuris, vt iam de illis qui cadebant à ſyllaba cadebant à tota cauſa, vt C. de formul. vel hodie eſt de iuris ſubtilitate vt actor ſequatur forum rei, vt per tex. & Abb. d. c. ſi clericus laicum. Sed quia placet in noſtro accipere rigorem pro forma tradita à iure, à lege, à ſtatuto & ab alijs conſtitutionibus, & reſcriptis, vt in c. ſuper literis. de reſcrip. eſt tex. in l. Iulianus. §. 1. ff. ad exhib.

135 Hinc eſt quod omiſſio formæ vitiat actum. l. cum prætor. ff. de tranſac. & in tantum eſt verum, quod forma iſta per æquipollens adimpleri non poteſt. l. 3. §. 51. §. ſeq. l. qui per ſalutem. ff. de iur. iuran. Quinimmo exceſſus vitiat formam, l. diligenter. verſ. Nam qui exceſſit, ff. manda. Niſi exceſſus eſſet in numero. l. non ſunt liberi. ff. de ſtat. hom. l. teſtamentum. C. qui teſta. fac. poſſ. Signorol. conſi. 17. vel niſi eſſet vtilius & melius Reip. per reg. quod vtile per inutile non vitiatur. le. 1. §. illud. ff. de aqua. quot. & æſtiua. dixi ſup. p. 3. nu. 24. Secus quoad formam præciſè dictam ut infra dicam.

136 Et ſolemnitas formalis eſt adeo rigoroſa, ut nil ei addi, nilve detrahi poſſit per Bal. in l. vlt. col. 9. C. de ſuis, & legiti. quæ cum ſit indiuidua minime diuidi poteſt ut l. hæredes palam. §. vlt. & in le. is qui. vbi Bal. ff. de teſta. aſſimilaturque numo qui eſt indiuiſibilis, alioquin diuiſus formam publicã perdit, & pro numo nequaquam ſpendi poteſt. an

137 l. 1. ff. de contrah. empt. Et illud indiuiſibile dicitur, vel indiuiduũ. Cuius partes ſeparatæ, mutant definitionem totius, & cuius integritas minui nõ poteſt ſtante realitate ipſius ſubiecti, vt ait Bald. in c. 1. §. 1. col. 2. verſ. ſed quare dicitur. tit. de contra. inueſtitu. de feud. nec forma alterari poteſt, quamuis cauſa eſſet pia. Iaſ. conſil. 191. placet mihi. col. 1. lib. 2. vel etiam ſi cauſa eſſet fauorabilis. Doct. in l. Qui Romæ. §. Flauia, de verb. obli. nec quidem in minima re. Cano. in c. Pſtãtis. extr. de teſtitu. ſpoliat. et per hanc utile per inutile vitiatur, intellige vt infra et actus nullus, nullo modo valet, nec vẽ valere poteſt. l. 1. §. ſi quis ita, de ver. ob. Dian. Reg. 298. Secus in diuiduis, ut infr. nu. 372. et de iis omnibus apud Tiraq. de retr. conſangu. §. 1. glo. 21. nu. 11. 12. 13. et ſeq.

138 Hęc tamen regula declaratur habere locum circa formam publicam, et communem, et per l. 2. ff. de pact.

de pact. & quando iſti qui formam dederunt, & expreſsè mandauerunt ad vnguem ſeruandam, & quod per æquipollens adimpleri nequeat, & fiat prout littera dicit. ad trad. per Doctor. in l. Iulianus. §. ſi quis. ff. ad exhiben. & vi. quæ dicam. inf. nume. 490. Item declaratur, quando lex ab initio reſiſtit, & annullat actum, l. ſi non ſortem in princip. iuncta glu. & ibi Barto. ff. de condictio. indeb. cum alijs iuribus adduct. per Rip. d. l. s. §. ſi quis ita, ſub nume. 32. de verb. oblig. quem vi. à nu. 23. vſque ad nume. 33. quia dat multas declarationes, quas ſi recenſerem nimis prolixus eſſem, poſſent dari exempla de forma teſtandi, & de numero teſtium, quamuis controuerſum ſit, an numerus teſtium ſit de forma ſubſtantiali, vel probatoria. & Iaſ. in l. 1. ff. de cond. indeb. nu. 17. vbi tenet cum Vltramont. Bar. verò ibi & Bald. in l. 1. C. de ſacr. ſanct. eccl. tenent contrarium. Sed ipſe dico quod totum teſtamentum ſimul cum voluntate, & numero teſtiũ dicitur de forma ſubſtantiali, & quod vnum non poteſt ſtare ſine alio in voluntate ſolemni formaliter exceptis quibuſdam caſib. idem in codicillis, atque de contractibus. de quibus paſſim dicetur inf. interim vi. Alber. Bru. in tract. de
140 forma. vbi ampliationes, & limitationes. & tradit quis poſſit dare, aut tollere formam, & an ſolemnitati formæ renunciari poſſit, Gabriel. tenet quod non tit. de clauſul. irritant. concluſ. 3. nume. 22. licet dicat contrariam partem veriorem eſſe, num. 23. 24. & ſeq. vi. inf. ſub nu. 143. Verum, ſicuti qui poteſt facere legem, illam tollere poteſt. leg. eius eſt. de reg. iur. ita qui formam dedit, eam tollere poteſt. vt ibi. & leg. Princeps. ff. de leg. cum concord.

141 Sed aduerte quia non omnis ſolemnitas eſt formalis: nam ſolemnitates leues non intelliguntur datę pro forma. l. quamuis. ff. de cond. & demonſtrat. Caualca. Deciſ. 23. nu. 4. 5. 6. p. 1. vbi limitat, quando requiritur iuramentum. ſimiliter ſi poſt traditum modum faciendi actum, in fine poſita ſit clauſula, & omni meliori modo, Rip. dict. §. ſi quis ita. nu. 27. de verbor. obl. at ſolemnitates, quæ ſunt de apicibus iuris ſunt ſeruandæ, niſi æquitas aliter ſuadeat. Rom. conſi. 430. verſi. modo.

142 Et multum intereſt quod forma ſit data affirmatiuè, vel negatiuè. Nã primò caſu obligat, ſed non ad ſemper, quando ſcilicet adeſſet legitima cauſa ne talis rigor obſeruaretur, & æquitas patrocinaret illi qui ex cauſa formam non ſeruauit. vt per glo. in c. non debet. de conſangu. & affinita. l. de ætate. §. quod autem, de interr. act. facit Dec. cõſi. 334. Secus ſi forma eſſet tradita negatiuè, quia obligat ſemper ad ſemper, ad trad. per Rot. Deciſ. 20. num. 2. alias. Deciſ. 840. de conſuetu. vbi in materia præcepta affirmatiui, & negatiui, quamuis in materia ſpirituali, vt per Abb. in c. nouit. de iudic. Anch. in c. quod quidam. de pęn. & remiſſio.

143 Hinc eſt quod ſi ſtatutum dicat non poſſit hoc & hoc fieri, niſi ſeruata certa forma, tunc dicitur denegare potentiam. glo. in c. 1. in verſi. poteſt. de reg. iur. lib. 6. Bar. in l. ſi. nu. 7. & reliqui poſt eum. ff. de ſer. idem in l. Gallus. in prin. vbi Iaſ. nume. 17. ff. de liber. & poſthu. & in l. de ijs. num. 4. ff. de tranſact. dicens quod per hæc verba (non poſſit) actus reſiſtit, & denotat impoſſibilitatem, & reſiſtentiam, Iaſ. in l. non dubium, C. de leg. idem in l. ſtipulatio iſta, nume. 17. de verb. obl. Alciat. in l. Nepos Proculo. nume. 6. eodem tit. vbi hæc verba (non poteſt) præciſam neceſſitatem inducere, ait, & generaliter omnem modum remouet, & vbi remouetur potentia, ibi ipſo iure, & facto actus eſt irritus. Soc. conſi. 33. column. fin. lib. 16. Quæ ſunt notanda, quia deſeruiunt ad multa, circa priuilegia, ſtatuta, reſcripta, & huiuſmodi. & ſecundum hæc obtinui in Rota Flor. anno 1601. die 5. Septembris ad fauorem Iacobi de Vecchijs, contra Meniconem de Serzana, ex quo Iacobus in quadam Apodixia crediti non potuit vti miles militię Sereniſſimi Magni Ducis renuntiare priuilegio capitulorum militibus conceſſo.

* Et ideo quando forma eſt tradita circa omnes ſolemnitates actus intrinſecas, & extrinſecas, illa forma omnino, & ad vnguem eſt ſeruanda. l. Mæuius. & l. ſi hæredi. in fin. ff. de condit. & demonſt. Nec parcitur ruſticitati, ętati, ſexui, militię, nec cuilibet aliæ qualitati, aut conditioni formam tranſgredienti. pulchrè Tiraq. de retract. conuentio. §. 4. glo. 6. nu. 30. 31. in fi. & num. 32. 33. & intellige in ijs, quæ ſunt introducta ad conſeruandum iuris rigorem. per glo. Bar. Bald. Caſt. & alios in l. cum quis. C. de iur. & fac. ignor. Tiraq. d. §. 4. glo. 7. nu. 15. & 16. adducit quædam exempla, vt de emphyteota, qui ceſſauit triennio ſoluere canonem. de quo per glo. in l. iuris. la 2. ff. de iur. & fac. ignor. & de muliere, quæ non fecit inuentarium, vel ſi fecit fraudulenter fecit, & paria ſunt non facere, vel facere non bene, aut legitimè, vel debito modo. leg. quoties. ff. qui ſatiſda. cog. l. 1. §. penul. ff. quor. leg. Similiter de ruſtico, qui cum potuerit conſulere peritiores, noluit, l. bonorum. ff. de bon. poſſ. l. quicunque. vbi Bal. & Saly. & Iaſ. C. qui admitt. & de muliere, quæ inf. annum neglexerit petere inueſtituram. trad. Bald. in tit. de prohib. feud. alienat. per Feder. ca. 1. §. præterea ſi quis ſimiliter, de alienante feudum ſine conſenſu Domini, Iaſ. in l. fin. C. de iur. emphy. Idem dicitur contra non ſoluentem Gabellam, quia non attenditur æquitas, ſed rigor. ex quo fauetur Reip. Salyc. in l. placuit. in fi. C. de iudic. vnde Gabella eſt de iure gentium. cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal. Paul. ad Rom. c. 13.

* His omnibus caſibus, forma non ſeruata, nullus excuſatur, ſed non per hoc deneganda eſt reſtitutio in integrum, quæ ab æquitate ſcripta deſcẽdit. tot. tit. de in integ. reſtitu. Tiraq. d. §. 4. glo. 6. num. 18. De retract. conuentio. l. doli clauſula. de verb. obli. Sfor. Oddus in ſuo tract. de reſtitu. in integr. Par. 2. q. 91. artic. 1. Nam hæc reſtitutio ijs caſibus conceditur ex gratia, indulgentia, & miſericordia Principis tantum, & non per viam iuſtitiæ quæ diligit rigorem vti filium, vbi expedit. vt ſup. num. 31. nimirum quia verſatur circa æquitatem non ſcriptam, quam ſolus princeps inſpicere debet, & poteſt, & non alius. vt dicit Salyc. dicta le. prima, cir. princip. C. de leg. & infra ſub nume. 149. verſi. tandem.

* Et in propoſito reſtitutionis alias dixi, circa beneficium confeſſionis, quod quando quis fatetur delictum, remittitur pars pœnæ, vt in 4. p. ſub nu. 83. idque non habere locum quando pars primo negauit. Nunc dico quod de æquitate conceditur reſtitutio: Nam à communiter accidentib. omnes delinquentes negare ſolent timore pœnæ, & ideo ſi poſtea fateantur ſpontè, & non coactè per vim, aut metum, deberent reſtitui quãdo ante litis conteſtationem fatentur, & talis reſtitutio ſaltem operatur ne ob negationem pœna augeatur, ſecundum diſtin. Alber. Bru. ſuper 3. vol. ſtatuto. in ver. confeſſio. nu. 25. ibi ſtatutum dicit, & per Bald. in l. error. C. de iur. & fac. ignor. ſed aduerte quod nõ ſufficit fateri delictum, niſi etiam qualitates confiteantur delictum aggrauantes, vt ibi dixi.

Digitized by Google

144 Præterea rigor accipitur pro ſtricta iuris obſeruantia, vt per Abb. in capit. ſi clericus de for. compet. & iam dixi per gloſſ. 1. in cap. 1. vt conſtitueretur vbi Abb. & Arch. in verb. Detrahendum, 50. diſtinct. quod intellige tam in odioſis quam in fauorabilibus facit illud Apoſt. ad Rom. cap. 13. cui timorem timorem, coi honorem honorem, & capit. 3. ſcimus quoniam quæcunque lex loquitur, iis qui in lege ſunt loquitur, vt omne os obſtruatur, & ſubditus fiat omnis mũdus Deo: rigor quippe qui requirit, vt obſeruetur illa diſpoſitio quæque ſit, ad quam tamen obſeruantiam arbitratores non ſunt adſtricti, quia ſecundum æquitatem eliguntur, & non ſecundum rigorem, ſecus in arbitris, vt per Menoch. de præſumpt. libr. 2. præſ. 76. nume. 10. & rigor iuris ſcripti ſeueritatem ſapit. l. compenſandi. C. de hæred. inſtitut. & l. nulla vbi Doct. omnes. ff. de leg. vi. infr. ſub num. 151. verſ. hinc Abb. vbi quando prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.

145 Cæterum de ſeueritate in interpretatione ſententiæ, in qualitate iudicis, & in conſeruatoribus legum trad. Tiraquel. dict. tract. de retract. conſanguin. §. 35. gloſſ. 1. nume. 17. vide ſupra num. 16. 17. & 18.

Item officium fiſci eſt rigoroſiſſimum, quoniam fiſcus capit, rapit, aufert, & occupat, & prius dicit ſolue, poſtea repere. leg. ad fraudem. §. redde. C. ne fiſc. vel Rep. ec. l. 1. ibi terrore. ff. de concuſſ. l. fi. C. de diſcuſſ. & tot. tit. De conuenien. fiſc. debit. & de hoc laiè per Peregr. per totum eius tract. de iur. fiſc. & Bald. in capit. 1. colum. fin. extr. de iur. iuran. dicit quod fiſcus nil aliud eſt quam ſubditorum calamitas & inter priuatos ſeruatus talis rigor: nam ſi pro vna parte debitum eſt liquidum, & pro altera parte non, & incontinenti liquidari non poſſit, tunc liquidum per illiquidum non retardatur. l. fi. & ibi ſcrib. C. de compenſat. cum ſimil. Soc. reg. 85. Caualca. deciſ. 9. nume. 11. deciſ. 35. nume. 14. part. 1. & vi. in hoc propoſ. quæ dixi in 5. part. ſub nume. 60. vbi adduxi. Curt. iunior in leg. ſi quis in conſcribendo. num. 47. C. de pact.

Item ſtatuta quæ reijciunt exceptiones appellantur valdè rigoroſa, quaſi æquitatem (à qua exceptiones naſcuntur) bamniantur: & exceptionum duæ ſunt ſpecies, vna qua exceptiones dicuntur de apicibus iuris, altera quæ tendit ad defenſam naturaliter. De prima dicitur quod exceptiones de apicibus iuris ſunt illæ, de quibus bona fide diſputare non conuenit. l. ſi fideiuſſor. §. quidam. ff. manda. Aſin. De execut. §. 2. cap. 22. nume. 6. cęteræ ſunt planæ. Nihilominus, æquitas eſt adeo potens, quod non timet bamniri, & pedem figit in exceptionibus quæ ab alijs ſtatutis proueniunt, Bart. in l. 1. §. parui. ff. quod vi aut clam. Rim. conſil. 119. vol. 1. Claud. reg. cri. 20. cum plur. ſequen. Nec impediunt quo minus exceptio innocentiæ non poſſit opponi. Cano. in cap. ex parte, de offic. deleg. Clar. §. t. quæſt. 50. Caſſa. conſuetu. Burgun. §. fi. verſ. addo. Nec exceptio impotentiæ quando ſtatutum requirit perſonalem comparitionem. Bart. Iaſ. & ali. in leg. 2. §. quod diximus. ff. ſi quis caut. facit Afflict. deciſ. 29. nemo enim ad impoſſibile tenetur vul. iur. Item poterit implorari officium iudicis, quod oritur pariter ab æquitate vt ſupra num. 118. verſ. & ex hac, Angel. in l. planè. ff. de except. Petr. San. ſing. 63. Iaſ. in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. Aſin. pract. §. 31. cap. 33. Et poterunt opponi omnes aliæ exceptiones quæ ſunt de iure naturali, & diuino, vt citationis defectus, Aneb. conſil. 212. Marſil. conſil. 8. nume. 34. Nec tollunt quo minus poſſit peti reſtitutio in integrum, Bald. in l. in cauſæ. ff. de minor. Soc. conſil. 299. vol. 2. Aſin. prac. §. 31. qu. 52. vbi limitat niſi dictum ſit, ſed Sforz. Od. de reſtitu. in integ. q. 15. art. 1. num. 4. videtur tenere quod nec expreſſe ſtatuta tollere poſſint ea quæ ſunt fundata in naturali æquitate, vt eſt reſtitutio in integrum per text. §. ſed naturalia, inſtitut. de iur. nat. gent. & ciuil. licet poſtea ſe retractet per Doctr. Bart. commu. ſequutam in l. cum hi §. ſi cum. ff. de tranſact. cum alijs ibi adduc. & tamen adhuc loquitur de eadem materia. q. 42. artic. 6. ſed non eſt dubium quin hoc ſtatutũ non ſit valde rigoroſum, quod octo modis ipſe limitat, & ad ſtatuta reijcientia exceptiones generaliter vi. Bonacoſſ. in ſuis quæſt. crim. in ver. exceptio. & Aſin. d. §. 31. cap. 21. vbi per multa capitula limitat multis modis ad quem me remitto.

Et quando ſtatutum reijcit omnes exceptiones contra inſtrumentum, debet intelligi de friuolis, & de ijs quæ competunt de iure communi, non quæ iure ſpeciali, & de ijs quæ ſunt iuris, & non facti, vt per Aſin. loc. ſup. cit. & Sfor. Od. dicto tract. d. q. 42. nu. 27. 29. & 30. adde exceptionem ſolutionis quando ſtatim paratus eſt opponens docere de ſolutione, Bal. in c. paſtoralis extra de appell. Aſin. de execut. §. 2. cap. 22. nume. 4. Verum ſi ſtatutum dicat quod ſolutio non poſſit probari niſi per inſtrumentum, nihilominus adhuc probari poſſet per teſtes, per ea quæ dixi (inferens ad plura) in pract. de teſt. p. 3. ſub nume. 31. & 32. nec diſſentit Aſin. de execut. §. 5. cap. 42. nu. 12. idem §. 1. c. 25. num. 1. & in ſumma not. quod ſtatutum reijciens omnes exceptiones, vel dicens ad fauorem priuatum quod non poſſit quid fieri, aut probari niſi eo modo quo dicit ſtatutum, ſi non obſeruetur & contra fiat, & non opponatur, tunc ſtatutum non habet locum vt in l. patre furioſo vbi Iaſ. infert ad multa. ff. de ijs qui ſunt ſui vel alie. iur. poſſem innumerabilia ferè iura & authoritates adducere, ſed conſulto omitto, ſatis eſt indicaſſe quædam loca pro nunc, in quibus iura & authoritates in hac materia inuenies: & quo ad rigorem ſeruandum circa executionem contra debitores rigoroſum eſt aliud ſtatutum per quod reijcitur excuſſio vt Flor. libr. 2. rubr. 59. de quo ſuo loco dicam nu. 216. & in ſacra pagina legitur de illo ſeruo nequã & iniquiſſimo cui a Domino remiſſum fuit omne debitum: at ille noluit conſeruo ſuo nec dimittere, nec expectare parumper vt ei ſolueret, ſed tenens ſuffocabat eum dicens ſolue quod debes. Matt. euang. cap. 18. Hinc habetur quam rigoroſum eſſet, quod mora purgari non poſſet, & quod mora vnius noceat alteri, & mora filij noceat patri, vt trad. Dec. Cagnol. & alij in l. in condemnatione. §. vnicuique de reg. iur. Doc. in l. mora. ff. de vſur. & dicam infr. ſub num. 394. 516. 532. & 533. 568. Aſin. de exec. §. 1. c. 25. §. 3. cap. 17. §. 6. c. 38. §. 7. cap. 82. ſcias etiam quod ſi principalis exceptionem non deduxerit ſibi competentem, quod eo etiam inuito poterit deduci per fideiuſſorem, excipiendo, non autem agendo, Marſ. dict. rubr. de fideiuſſ. nume. 268. per Bald. in l. tam mandatori colum. vlt. Cod. de non nu. pecu. vnde exceptionem non nu. pecu. & vſuræ opponere poteſt inuito principali.

146 Rigoroſa eſt etiam diſpoſitio l. generaliter cum ſimil. ff. manda. & Doct. in l. à procuratore. C. eo. & in tantum ſunt ſtrictè interpretanda mandata, quod nec etiam extendi ualeant ad caſum minoris rationis, vt per Beto. conſ. 61. nu. 20. li. 2. vi. inf. nume.

Digitized by Google

num. 250.480.618.570.578.cum ſeq.ſicuti etiam fines delegationis ſunt ſeruandi, nec vltra eorum limites egredi poteſt, Rimin. iun. conſ. 355. num. 24. cum ſeq. vol. 4. Caualca. deciſ. 46. num. 113. & ſeq p. t.

Et rigoroſiſſimę etiam ſunt ordinationes, edicta, præcepta: & alia huiuſmodi, quibus iubetur vt vnus teneatur pro alio, pater pro filio, ut part. 2. nu. 39. villa pro damno dato, vt tetigi in 4. par. ſub nu. 139. & 253. & alibi & nunquam eſſet dare finem, ſi omnia quæ ſtricti iuris & rigoroſa ſunt, recenſere vellem: hæc tantum exempli gratia attingere riſum mihi eſt.

Et quamuis rigor dicatur exceſſus iuris ut ſupra circa definitionem dixi, tamen quando exceſſus eſt nimis, tranſit in auſteritatem, & crudelitatem, vt in 4. par. cit. princip. dixi, vnde multæ leges & multæ ſpecies pœnarum, per contrarium vſum ſublatæ fuerunt, vt in d. 4. part. ſub nu. 18. & ſæpè de illa pœna talionis (dixi) quæ inuenta fuit à quodam iudice nomine Radamāto, & tenta a Pythagoricis, de qua loquitur tex. in §. pœna inſtitut. de iniur. equidem crudele nimium, atque inhumanum erat, quod daretur Dens pro dēte, oculus pro oculo, & membrum pro membro, vltra quod non erat iuſtum quod tantum puniretur ille, qui (puta) Principem percuſſiſſet, quantum ſi priuatum & vilem hominem percuſſiſſet. Et nihilominus res * clara & iuridica eſt; quod qualitas perſonæ faciat augere, vel minuere pœnam. Tiraq. de pœn. temp. cauſ. 51. nu. 12. & 13. & dixi in prima par. ſub nu. 54. cum mult. ſeq. & in 4. par. ſub nume. 79. & 85. cum ſeq.

147 Quid dicendum de illo rigore, per quem (olim, qui cadebat à ſyllaba cadebat à tota cauſa) vt alias dixi, & origo erat quoniam Prætores Romæ, multis implicitis negotijs, priuatas cauſas non iudicabant, ſed litigatoribus tantum petentibus iudices dare ſolebant, vt in l. placet. C. de pedanc. iudice, Prætor ergo, ſtatuta die vocatis ad ſe litigatoribus, vſque ſummatim auditis formulam quandam ex propoſita cauſa concipiebat (quam nos punctum decidendum diceremus) quamque formulam Prætor ad Pedaneos iudices mandabat, ut litigatores defferent, & in quibuſdam iudicijs ſtrictè in ea ferè verba, quibus contrahentes vſi fuiſſent, aut in alia ex natura rei includebat, vt iudici fas non eſſet ab eius præſcripto ordine diſcedere, etiā ſi forte id ęquum cenſeretur, qua de re qui cadebat à ſyllaba cadebat à tota cauſa, vt de hac re trad. Couarru. var. reſolut. in 2. par. § 6. ſub nu. 3. verſ. ſed adhuc, & ob id quia litigantes tali occaſione unus alter alterum ſatagebant decipere, ſicut auceps ſtudet capere aues in laqueo. Ideo Conſtantinus Imperator funditus hunc rigorem abrogauit, ut d. l. 1. C. de formul. & impetrat. & ibi gl. ſimiliter ſublatus eſt rigor contra plus debito petentem, quoniā olim amittebat creditum hodie correcta fuit diſpoſitio illa vt in §. ſi quis agens, inſtitu. de act. vbi Iaſ. latè. Hinc vtinam, qui ſuperiores ſunt hanc vtilitatem elicerent, quod etſi à ſtatutis, & ordinibus in quibuſdam cauſis non ſolet concedi appellatio, nec reuiſio, & quando cauſæ ſunt cęptæ coram iudice ſuſpecto valdè, ne ſub prætextu rei iudicatæ deneget audientiam indebitè condemnatis, neq; deſinat cauſam iudicari à viris iniquis, quoniam * aures Principis ſunt ſemper excluſæ ab huiuſmodi rigoribus, immo ſolent Principes retractare quod perperam, quodque iniuſtè factum eſſe reperitur, vt latè dixi & aures aperui ſupra in 5. part. ſub num. 60. Germaniæ iuxta impreſſ. nouiſſimam verſ. Et tandem, & verſ. & poſtquam eſt bene verum, vt ibi dixi quod non decet pro qui minimo ſemper dare ſubditis aditum, ſed officiū, & diſcretio pari paſſu ambulant, ſicut ambulant rigor, & æquitas, vt alias dixi, inſuper rigor legis habet locum, vt in l. ſi quis in tantum. C. vnde vi. ſecus de iure Canonico, niſi in rebus eccleſiarum glo. in c. 1. de dol. & contum.

148 Rigor autem diuinæ iuſtitiæ ante aduentum * Meſſiæ filij Dei viui, immenſus erat, & illum ſignificabat tura in arca repoſita, adeo quod Deus Zelotes, Deus vltionis appellabatur, qua de re Propheta Dauid rogans eum dicebat, Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me, Pſ. 36. & 37. & ſæpè per Angelos ſtrages populorum maxima fiebat, ob peccata eorum, quia Deus non eſt acceptator perſonarum. Apoſt. ad Roman. cap 2. ad Gal. cap. 1. ad Epheſ. capit. 6. & capit. nouit. extr. de iudic. & cui vult miſeretur, & quem vult indurat: vnde timeant valdè illi qui ſunt duræ ceruicis, ac ſingularis opinionis: idem Apoſt. ad Rom. capit. 9. & 19. diſtinct. De Iudęis, & vſque ad cogitationes quæ ad aliquem actum exteriorem non perducuntur, punit. vt ſupra dixi nu. 9. facit text. in lęg. ſi quis. C. de epiſcop. & cler. & l. ſi quis. C. de fur. cogitatio enim mali prout deſiderare malum eſt peccatum vt in tit. de pęn. diſtinct. 1. c. vulgaris. §. cogitatio 41. diſtinct. hinc & 6. diſtinct. teſtamentum. & in decalog. non mechaberis, non concupiſces: quia de iure diuino nullum malum impunitum remanebit, ſecus de iure ciuili vel cogitationis. ff. de pęn. l. 1. in fin. ff. quod quiſque iur. At ſi peccator à via ſua mala diuerterit, tanta eſt bonitas eius figurata in illa māna, quæ ſimul cum virga in arca Dei cuſtodiebatur, & talis elementia, & æquitas Dei, qui per Ieſum Chriſtum eius filium Dominum noſtrum, parcit, & indulget, eſt Deus ſuapte natura clemens, & pius, vt in Exod. capit. 33. & de pęni. diſtin. 1. cap. quia diuinitatis, & miſericors & iuſtus. Pſalm. 114. & de pœnit. diſtinct. 1. cap. quem pęnitet. & de filio Dei dicitur, Deus iudex iuſtus, fortis, & patiēs nunquid iraſcetur per ſingulos dies? Pſ. 7. certè cum reprobis iraſcetur, at cum hominibus in via expectans eos ad pęnitentiam, non iraſcitur. De pęnit. diſtinct. 1. cap. quamobrem. Sed timendus, quia Deus Hebraicè, & latinè dicitur timor. Calep. d. ver. Deus, Albe. in ſuo Dictionar. eo. ver. vbi allegat Arch. 1. q. quæſt. 4. exiſtimans, qui timor vſque apud gentiles cognoſcebatur. Primus in orbe Deos fecit timor, vt de Papinij dicto Ambro. Cal. loc. cit. ait, & Cicer. de Aruſp. reip. dicente, quis eſt tam Vecors, qui cum ſuſpexit in cœlum, Deos eſſe non ſentiat? Sed poſſet unus ſacra pagina reſponderi, dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus, & in hoc incurrunt, qui confidunt in mundana ſapientia, quia dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt ad Roman. capit. 1. Nonne ſtultam facit Deus ſcientiam huius mundi? & paulo ante, Perdam ſapientiam, & prudentiam prudentium reprobabo. 1. Corint. capitul. primo. vnde qui ad pompam, & non in humilitate & ſinceritate fidei, nec zelo animarum & earum ſalutis, prædicarunt, facti ſunt ſtulti, & inter hæreticos Gineuitæ murantur, ſic de alijs huiuſmodi, quorum Babylonia confuſionis eſt patria: ſic deuiant carnales, quorū Deus venter eſt ad Phil. cap. 3. ſimiliter & auari idolorum ſerui ad Epheſ. cap. 5.

149 At abhorret potiſſimū ille Tyrānic. modus Pag. idolatrarūq; anguſtiæ plenus, magis Belluinus quā

humanus, vt tempore primitiuæ eccleſiæ, licet à Deo tunc permiſſus ad augmentum, & perfectionem fidei Chriſtianæ, cum fideles tãquam aurum in fornace probatiores fiebant per patientiam, & eo magis refulgebant, & refulgent in conſpectu Dei. Apoſt. ad Rom. c. 5. & 12. 1. Cor. c. 4. 2. Cor. c. 4. & 6. Epheſ. c. 3. 1. Theſſol. c. 1. ad Phil. c. 1. ad Heb. cap. 10. & 11. exhibebant Martyres membra ſua gaudenter in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, et in vigilijs. vt primo Cor. c. 6. quamuis etiam hodie apud Indos, & in partibus infidelium ſimilia tormenta patiantur, quæ ſi pro fide Chriſtiana pati oportet, gratias agamus Domino Deo noſtro. Non enim timebant Martyres Dei comparere coram iudice inimico, quoniam magnum Aduocatum habent in cœlis Ieſum Chriſtum filium Dei. ad Hebr. c. 4. Qui docuit eos quid reſpondere debebant Tyrannis, Dabo vobis (inquit) os & ſapiẽtiam cui non poterunt reſiſtere Aduerſarij veſtri, Luc. cap. 21. Veruntamen qui ita conſtantes non ſunt, & negotijs ſæcularibus ſunt impliciti, iura humana docent, vt refert Bar. in tract. de Tyran. col. 7. verſ. vndecimo, nec quis temerè. compareat coram iudice ſibi inimico, ſicuti nec cogi poteſt. vt dixi in 3. par. num. 312. vſque ad fi. & Luc. cap. primo, ait vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati ſeruiamus illi, ſed Dominus noſter nos admonet, ne timeamus illos qui poſſunt occidere corpus, ſed illos qui & corpus, & animam occidunt. Luc. capitu. 12. vt infra ſub nu. 161. verſic. & quoniam.

Tandem non deſunt multo rigore, quæ iranter, vindicta, paſſione, & praua intentione fiunt, nam & ſi rigor ſcriptus ſit, nihilominus iudex mũdus eſſe debet à prędictis, alioquin non erit iudex, ſed miniſter iniquitatis, & ſi rigor nõ ſit ſcriptus, non debet a ſuo capite introducere rigorẽ certiorẽ ſum, ſed expedit adire Principem, qui poteſt & æquitatem, & rigorẽ minime ſcriptum ex cauſa inducere, vt prædixi, & facit Saly. in d. l. 1. C. de leg.
150 & Senatuſc. quia ſolus Imperator, vel ſolus Princeps non recognoſcens ſuperiorem facit æquitatem, & rigorem non ſcriptam, vel non ſcriptum, ſed iudex, nec ſcriptam, nec non ſcriptam non facit, ſed ſequi illam, vel illum debet vt inf. & trad. Doct. c. quoniam contra. de probat. Saly. d. l. 1. C. de leg. & ſæpè errant Magiſtratus, qui volunt arbitrari, vbi habent legem ſcriptam, & ſeducunt ſe ipſos, & alios, & quod peius eſt iranter animo vindicatiuo, et paſſione pleno, nimirum ſi aufertur ab eis regnum, & detur genti facienti fructus in tempore ſuo, & ij tenentur pœna concuſſionis. de qua in l. 1. ubi gloſſ. 1. ff. de concuſſ. Nam æquitas, & rigor pari paſſu ambulare debent. l. ſi me, & Titium ff. ſi cer. pet. Doct. in l. placuit. C. de iudic. At Deus omnipotens nos liberet à cauſis pectoralibus, ideo legitur quod Dauid rogabat Deum ut illum liberaret à uiro iniquo, & doloſo. pſal. 42. & pſalm. 38. auxilium diuinum petebat, quia vim patiebatur, & pſal. primo, felicem eſſe, ac Beatum illum uirũ, dicit, Qui non abijt in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit.

Nec mirandum ſi loca ſacræ ſcripturæ, tam ſæpè allegentur, quandoquidem ſubiecta materia rigoris, & æquitatis poſtulat, ut etiam reperi penes Bolog. d. tract. de leg. & æquita. ita factum eſſe, præſertim in cap. 27. ſic penes Conſtant. Roger. de iuſti. & iniuſt. per tot. & ſi ipſi non allegaſſent, ipſe non deficiam, ideoque ſecundũm ſubiectam materiam dico, quod ſi diſpoſitio legis eſt fauorabilis, & extenſiua, vtique interpretatio, fauorabiliter, & extenſiue eſt fienda: ſi uero eſt ſtricta, & rigoroſa, tunc ſtrictè, & rigoroſe interpretari debet, l. plenum. §. equitij. ubi Bart. & cæteri. ff. de uſu. & habita. ubi Bald. omnes in l. cum pater. §. dulciſſimis, ff. de leg. 2. cano. in c. fin. de reſcr. & de extenſione eſt tex. in l. regula. §. fin. & ibi Bar. & Bald. ff. de iur. & fac. ignor. l. ſecunda, §. ſi mater, ad Tertull. & ratio utriuſque eſt, quia ratio legis, uel canonis, eſt anima legis: unde ſicut anima dominatur corpori, ita ratio legis, uel canonis dominatur uerbis, l. ſcire leges, ff. de leg. l. ſi cum mulier. & ibi Docto. ff. ſolut. matr. & verba ſunt intelligenda ſecundum ſubiectam materiam, l. ſi vno anno. ff. locat. ergo fauores ampliandi, & odia reſtringẽda ſunt, l. cum quidam. de lib. & poſtbu. c. odia. de regu. iuris, cum ſimil. alioquin in materia Dotis, alimentorum, defenſionum, libertatis, gratiæ, vel beneficij, pupillorum, viduarum, piæ cauſæ, & huiuſmodi, quæ ſunt fauorabilia, ſi ſtrictè, & rigidè illarum diſpoſitionem interpretaremur, equidem contra regulas, & terminos iuris procederemus, & econtra, in pœnis, diſpoſitionibus correctorijs, exorbitantibus, in fideiuſſionibus, præſcriptionibus, vſucapionibus, & in integrum reſtitutionibus, & ſimilibus, & in omnibus actionibus ſtricti iuris regulariter, in quibus quicquid omittitur à verbis, habetur pro omiſſo, l. e. quicquid aſtringendæ. & ibi latè Barto. de verborum obligat. vt. Iaſ. de act. §. actionum, nume. 57. & in ijs, quæ non ſunt delicta de iure communi, ſed ſtatutario, ſi interpretationem extenſiuam faciemus, inique & iniuſte iudicaremus. Sed de hac materia dixi ſupra in quarta par. ſub nume. 381. vſque ad fin. d. 4. par. & latè per Euerrar. in ſua Centur. arg. 54. & 55. vbi vide. Expeditis itaque de tractatu legis, iuſtitiæ, iuris, iuſti, æquitatis, & rigoris, reſtat nunc videre, quando æquitas præfertur rigori, & rigor æquitati, & quando vtraque concurrant.

151 Porrò conſtituenda eſt in primis regula communiter approbata, & à nemine, quem viderim, improbata. Quod æquitas ſit præferenda rigori. l. placuit. & ibi ſcrib. C. de iudic. l. ſi tibi pecuniam, in fin. ff. ſi certum petat. l. ſi tibi, ff. de donat. text. in capitu. fin. de tranſact. vbi Abb. & alij. in capit. diſciplinam, decima quinta diſtinc. & Abb. in dicto capitu. ex parte, recenſet opin. Bart. & aliorum de quibus in dicta l. prima. C. de leg. & Senatuſcon. Dec. in l. omnibus quidem, num. 4. de reg. iur. Cagnol. in l. in ambiguis. §. quoties æquitatem, numero 2.

Quam reg. Docto. in tria membra declarant, primo quando, nec rigor, nec æquitas ſcripta ſunt æquitas præfertur rigori, vt per Salyc. dicta l. placuit, colum. ſecunda, Cod. de iudic. & latius infra dicam, ſecundo quando alterum eſt ſcriptum tantum, alterũ non, tunc illud quod eſt ſcriptum, ſiue rigor, ſiue æquitas præfertur, per leg. proſpexit, ff. qui, & a quibus. tertio quando vtrumque reperitur ſcriptum, tunc attenditur æquitas, capitulo, in obſcuris, capitu. in pœnis, capitu. in iudicijs, cum ſimil. de regulis iuris. At Salyc. in dicta l. placuit, ſic diſtinguit de mente Oddofred. & aliorum, columna ſecunda, oppoſ. prima. Aut rigor & equitas inuicem concordant, & vtraque ſeruatur, dicta leg. ſi me & Titium, ff. ſi cer. pet. & facit glo. in d. l. placuit. aut rigor, & æquitas inuicem diſcordant, & tunc aut vtrumque eſt ſcriptum, aut neutrum, aut alterum tantum. Primo caſu, aut æquitas

tas

Digitized by Google

tas eſt ſcripta in ſpecie,& rigor in genere,& æqui-
tas præfertur.c.generi,de reg.iur.in 6. aut vtrumq,
eſt ſcriptum in genere,& æquitas præfertur,l.ſi pe
cuniam,ff.ſi cer.pet. Aut contra æquitas eſt ſcripta
in genere,& rigor in ſpecie,tunc rigor præfertur,l.
nam natura,ff. de cond.indeb.& ibi bona gl.facit,
§.1. inſtitu. de vſucap. ſecundo caſu quando neu-
trum eſt ſcriptum, æquitas ſemper præfertur, ſic
quãdo vterque eſt ſcriptum in paritate. Tertio au-
tem caſu quando vnũ eſt ſcriptum alter non,tunc
ſcriptum præfertur non ſcripto, dic.l.proſpexit,ff.
qui. & a quibus, & facit ſimili de cauſa teſtati, &
inteſtati, taciti, & expreſſi de quibus vtilius infra
dicemus. poſtquam Doct. variare videntur in hac
materia,vt ait Diaz.Reg.245.
152 Et quo ad primum æquitas ſcripta in paritate
præfertur rigori,Abb.in d.c.ex parti,nu.9.de tran
ſact. Fel.in c.cum illorum ſub nu. 2.poſt med.ver.
in Glo.de ſen.excom. Bart.in l.1. de vſucap. & in
l.vbicunque,ff.de interrog.act. Dy.in c.locupleta-
ri.nu.8. de reg.iur.in 6. Dec. in l.in omnibus qui-
dem, nu.9.co.tit.
Ampliatur etiam quod æquitas nõ eſſet ſcripta,
ſi præſumptio iuris concurreret cum æquitate. Fe-
ly.in c.iurgantium.nu.1.de ſent.& re iud. per glo.
pen. in ea. ſuſcitata de reſtitu.quæ ampliatio ex in-
fraſcriptis declaratur.
Quando verò vtrumque eſt ſcriptum, vtique ę-
quitas,vt ſup præfertur, intellige modo, ſi eſt ſcri-
pta in priori loco,prout ab ordine limitant Fely.
in d.c.illorum per glo. quam appellat ſolemnem,
in c.extirpandæ,§.quia in verb. priuatum. de præ-
bend. & ibi Imo. & faciunt quæ dixi ſup. in 5.p.
nu.57.& in hac.ſub nu.499.ver. quantum refert,
cum verſi.ſeq.ſecus ſi rigor pręcedat.vt per Felyn.
mox. allegat. Declara niſi pro æquitate poſteriori
loco ſcripta concurrat cum ea pręſumptio iuris, vt
ſup.verſi.amplia. ſimiliter quando pro æquitate eſ
ſet communis opinio, & quod pro rigore eſſet al-
tera opinio. Iaſ.in d.l.placuit ſub nu.1.colu.2. C.de
iudic.vbi dat aliud exemplum,quod ſi ius canoni-
153 cum in aliquo ſit rigoroſum,et ius ciuile ęquum,
attenditur ius ciuile etiam in foro canonico. ſic
per Fely.in d.c.iurgantium,nu.1.de ſen.& re iud.
Nam attẽditur obiectum fauorabile,potius quam
ordo ſcripturę,& inter duos fauores illud quod eſt
fauorabilius ex quo ſubſtantia appellatur, vt not.
glo.in l.intiſgentium.§.quod ferre. ff.de pact.facit
154 Tiraq.trac.cauſ.ceſſan. limit.1. ſub nu.6. vt etiã
in iudicijs dicimus ſeruandam eſſe æqualitatẽ.Spe
cu.de dilat.§.4. verſi.ſed nunquid termini.nam in
iudicijs non debet eſſe acceptio perſonarum, ca.1.
in iudicijs.de reg.iur. in 6.& facit tex.in l.fi. C.de
fruc.& lit.expenſ. & dicam in materia æqualitatis
ſeruandæ inf.nu.422.430.451.457. Nihilominus
in dubio cauſa rei eſt fauorabilior. vt l.fauorabilio
res.de reg.iur. ſicut quarumlibet perſonarum mi-
ſerabilium,vt inf.dicam num.550. & vi. Dy.d.c.
in iudicijs. & ideo licet æquitas ſit poſteriori loco
155 ſcripta,tamen præualet tanquam potentior,vt&
in ſimili dicitur de cauſa finali,quæ licet in opera-
tione ſit vltima, tamen in intentione eſt prima.
Bal.in l.auia.col.vlt. C.de iur.dot. Hinc colliges,
quod ſi cauſa rigoris erit fauorabilior cauſæ æqui-
tatis,rigor præferendus erit, vt contrariorũ eadem
ſit diſciplina,glo. & Doc.in rub.de aeq. poſſ. vltra
alia exemplum eſt in ſolutione Gabellæ. nam illa
imponitur pro bono publico, & vt ſuccurratur ne
ceſſitatibus publicis, ideo exactio rigoroſa, & eo
magis contra fraudatores Gabellæ.nam qui iuſtas
Gabellas fraudat, punitur in foro fori, & in foro
poli. Doc.in l.l.vectigalia,ff.de publi.cano. Hoſt.
in rub.& Abb. in c.innouamus. de cenſib. Firmia
trac.de Gabell.par. 11.q.1.& quia res altiorem re-
quirit indaginem, inf.latius de hac materia dicã,
nec ignorantia excuſat,l.ſi §. Diui.d.1. vbi Bart.ff.
de public. & nota quod licentia extrahendi debet
apparere in ſcriptis, & debet in libro conſtare de
ſolutione Gabellæ,videlicet de tracta. in libro de-
putati ad illam recipiendam,vt per Bald.conſi.79.
incip. Dauanti à voi.per tot.vol.2.& non creditur
libro creditoris de tali ſolutione. vt per D. Pacia.
mihi amiciſſimum, & virum honorãdum in ſuo
trac.de probat.lib.1.c.25. ſequuntur D. Farina.in
pract. De reo confeſſo.& conuicto.q.71.ſub num.
151.tenentes contra Boſſ.& Soc. quinimmo non
crederetur de libro debitoris, etiam ſi ibi adeſſet
recepta manu Camerlinghi,vel alterius deputati
ad recipiendum ſolutionem Gabellæ, vt per Pere-
gr.de iur.fiſc.lib.6.tit.3.nu.3.& tit.7.nu.20. & an
ſi cum rebus vetitis ſint aliæ res non vetitæ,dico
quod de æquitate non confiſcantur. vt per Clar.§.
fi.q.82.ver.ſtatutum 7.in fi.conferunt quæ dixi in
5.par.ſub nu.530. cum ſeq. & vi. Clar.in materia
iſta extractionis, quæ poteſt etiam teſtibus proba-
ri,vt com.opi.eſſe dicit.d.q.82.ver.ſtatutũ. 7.verſ.
ſed hic quæro. vi.inf.nu.358. & nu.498. ſiue ergo
prius ſiue poſterius alterum ſit ſcriptum, ſemper
attenditur id quod eſt fauorabilius,cauſa fauorabi
lis primo,& non odioſa.c.odia.de reg.iur.in 6.Se-
cundo cauſa fauorabilior. Tertio cauſa principalis
quæ eſt fauor, & non ordo ſcripturæ accidentalis
per l.fi.ff.de hær.inſtit. vbi gl. & l. in conditionib.
ff.de cond.indeb.Iaſ.d.l.placuit.nu.2. C.de iudic.
157 In ſecundo caſu quando vtrumq; ſcriptum eſt,
ſed vnum in ſpecie,alterũ in genere, ſpecies generi
derogat,& ideo ſiue rigor,ſiue æquitas ſit,in ſpecie
illud quod ſcriptum eſt præfertur,per l.in toto. de
reg.iur. C.generi.eo.lib.6. Salyc.d.l.placuit.col.2.
ar.princ. Cagnol.in d.l.in omnib. quidẽ.nu.13.&
14. Dec.nu.10.de reg.iur. & ibi Iaſ.dat exemplũ di
cens,quod quando æquitas generaliter ſuadet, ne
quis cum aliena iactura locupletetur,l. locupleta-
ri.de reg.iur.l.nam hoc natura.ff. de cond.indeb.
tunc æquitas dicitur ſcripta in genere,concor.tex.
in l.reſcriptum,ff.de diſtrac.pign. Tiraq.de retrac.
conſangui.§.fi.nu.51. & 52. vbi ampliat non lice-
re minori locupletari contra malæfidei poſſeſſorẽ,
nec ſi aperte opponatur, nec ſi a ſtatuto denegetur
actio,vel exceptio. per text. vltra alia iura ibi per
Tiraq.adducet in l.idem, §.1. ff.manda. & in hoc
iudex etiam ex officio prouidere poteſt, ne quis lo
cupletetur cum aliena iactura, Aſin.de execu.p.3.
c.32.nu.1.
Et quamuis præſcriptio ſit contra naturalẽ ęqui
tatem,vt l.s.ff.de vſuc.tamen rigor permiſit vſu-
capi,aut præſcribi poſſe fauore bonę fidei poſſeſſo-
ris, vt §.1.inſti.de vſuc.ea ratione ne rerum domi-
nia ſtent ſemper ſuſpenſa,& ſic rigor præfertur æ-
quitati.vt ſup.non obſtãtibus dictis iuribus: quam
uis alteri officiat, Dy. in c.poſſeſſor.nu.24.de reg.
iur.in 6.& affert aliud exemplum. Nam carcer di
citur mala manſio,vt dixi in 3.par.cit.prin.& vice
156 verſa libertas eſt res inęſtimabilis indig.tit.& fu
gere eſt de iure naturali,quo de iure omnes homi-
nes liberi naſcebantur,§.2.inſtit.de iur.pers.& fu-
gere nõ eſt peccatum in ſe,ſecundum S. Tho 2.2.
q.69.ar.4.ſed declara,vt per Decia.de delict. tom.
1.li.2.tit.de conſcien.inſt. nu 6.car.27. vnde dici-
tur,nõ bene pro toto libertas vẽditur auro.intantũ
quod quis poteſt inuitũ redimere, pro inuito pęnã
ſoluere,l.cũ pecuniã,ff.de neg.geſt.dixi p.1.n.153.

quia libertus etiam res ſummopere fauorabilis, & plus illi fauetur, quam liberorum legitimæ, & dicitur cauſa publica, & pia, vt dicit Dec. in l. quoties dubia eſt. cum iurib. ibi per eum adduc. de reg. iur. tamen ijs omnibus ſtatutũ punit fugientem, & rigor ſtatuti præfertur, quia eſt ſcriptus in ſpecie. d. c. generi. & intellige illud cum temperamento de quo dixi in 2. par. nu. 88. 91. 92. 103. 115. ubi longa. an de ſe ſit maleficium. Strac. de Decoct. 2. par. vlt. par. nu. 6. Bal. conſi. 382. in quadam quæſtione Mi lani. Bar. Cæpol. & alij in l. 1. C. de ſer. fug. At ſi quis pro maleficio inquiſitus ſit generaliter, non autẽ ſpecialiter, & ex carceribus fugiat non habebitur pro confeſſo, & conuicto ſtante ſtatuto per Ioan. And. ad Spec. tit. de præſcrip. 2. Alex. ad Barto. d. l. eos. lit. A. ff. de cuſto. reor. Burſ. atteſtans eſſe com. opi. ab omnibus receptam, conſi. 346. nu. 35. lib. 4. quem ſequitur Farinac. de Carcer. & car. q. 30. nu. 191. & 192. vbi non effugere pœnam arbitrariam dicit. & ad d. l. eos. Nota quid debitor eſt pro cauſa ciuili, & priuati fugiens a carceribus punitur pęna eadẽ, qua puniretur ſi eſſet carceratus pro delicto, ex quo non attenditur cauſa pro qua erat carceratus, ſed uiolatio carceris ob fugam, ut per Comẽſ. conſi. 105. quem adducit Boſſ. tit. de effrac. car. ſub nu. 10. & refert, & ſequitur Farinac. de Carcer. q. 30. ſub nu. 81. & Petr. Pech. tract. de iur. ſiſt. & manu. iniect. ca. 23. ſub nu. 1. dicit acriter pro arbitrio iudicis punire debitorem qui frangit arreſtum per l. 1. ff. de effract. & expil. & Boſſ. loc. cit. ait pœna capitali, & Farin. ampliat ne dum in frangẽte, ſed in traſcendente cum corda, & ſcalis muros carcerum etiam quod perficere fugam nequierit, vt nu. 83. 84. & ſeq. ſed re uera nimis rigoroſa opinio eſt iſta quoad debitorem priuati, qui non cuſtoditur, tam arctè, nec ex cauſa publica, ſed priuata, ideo æquitas eſt in minore pœna eum condemnare iuxta arbitrium iudicis æqui, & eo minus ſi fuga nõ fuerit peracta, ſed duntaxat attentata quamuis ad actum proximũ deuenerit, rationibus ſupra in præcedente verſ. adduct. Item ſi arreſtatus exeat de licẽtia cuſtodis, et redeat excuſatur, ſecus ſi non redeat. Iacob. de Beluiſ. in ſua pract. in ver. de mortuis in carcerib. ſub nu. 105. 106. 107. dicens quid rediens, nam habetur pro confeſſo præter fugam, ſed in duriorem, et ſtrictiorem carcerem detrudendum eſſe Duen. Reg. 393. limit. 5. Menoch. de arb. caſ. 301. in addit. Et ille qui eſt arreſtatus dicitur vere carceratus vt alias dixi in 2. p. vnde diſcedens abſque licentia punitur extraordinarie Menoc. d. caſ. 301. ſi uero eſt malefactor, et fugiat habetur pro confeſſo & conuicto ſtante ſtatuto ſi fracto oſtio, vel cum ſcalis fugiat, ut nu. 5. uerſi. Secundus eſt caſus, et in no. Addit. vbi contra Pegueram. in Deciſ. crim. c. 1. idem ſi ſine ſcalis, ſed præcipitanter ſaltum mortalẽ fecit; intellige quando iuſte detentus erat, vi. Boer. q. 215. & Dne. d. reg. 393. & Farina. de carcer. d. q. 30. & Iacob. d. Beluiſ. d. pract. in verſi. De mortuis in carceribus et de fuga Reor. loc. ſupra cit. At metu aquę uel ignis, aut ob crudelem ſæuitiam cuſtodis fugiens excuſabitur, ſicuti eſt oſtio aperto, vel de licentia cuſtodis per ſupra dicta, nec quãdo notorie iniuſte detẽtus erat, Menoc. d. caſ. 301. nu. 23. & pœna effractoris, non erit mortis, ſed grauiſſima, ut per Menoc. & alios ſupra relatos, niſi fuiſſet in carceratus in aliquo fortalicio, a quo per ſcalam canapi vel cum fractura aufugiſſet, nam ratione loci pęnam grauiorem eſſe, dixi in 4. par. nu. 85. & 96. 5. & de ſcalis vi infr. ſub nu. 327. uerſi. Hinc eſt vbi plura in propoſito dixi.

Aliud exemplum eſt, quia æquitas generaliter ſuadet pacta ſeruari, l. prætor ait. ff. de pact. Iuris gentium. eo. ſed lex aut ſtatutũ quando iubet quædam pacta diſſolui, vel reſpectu minoris ætatis, uel doli, vel ſolemnitatis non ſeruatæ, & huiuſmodi, & annullat pactum, vt per plura adduct. ab Aret. in p. 1. inſtitu. de iuſt. & iur. & facit Stracc. de Mercatur. par. vlt. tit. quomo. proced. ſit ner. 1. ſub. nu. 6. cir. med. tunc rigor iſtius legis vel ſtatuti ſeruandus eſt, niſi expreſſe remiſſius ſit ſecundum ea quæ ſupra dixi a nu. 134. uſque ad nu. 144.

159 Et aliud exemplum trad. Bald. in l. ancillæ in §. opp. C. de fur. quod videtur fraternizare cum primo, & ait quid præſcriptio eſt contra naturalem æquitatem, & publiciana, eſt ſecundum naturalem æquitatem, ſi eſt cum bona fide aſſociata, quia bona fides ex parte recipientis eſſe præſumitur ſecus ex parte dantis, & vt in uendente rem ſcienter alterius ementi ignoranter, l. cum qui §. prætor ait, ff. de public. & tamen rigor pro præſcriptione præfertur, ad quod vi. Nat. conſi. 532. nu. 33. uol. 3. verum tamen Doctn. concludunt, quod iudex oculos habens ad æquitatem excuſatur, ſi non uidet & ſentiat rigorem.

160 Circa tertiam caſum quando vtrumque eſt ſcriptum in genere, tunc ſemper in paritate æquitas præfertur rigori, Doct. omnes in d. l. placuit. C. de iudic. & in c. poſſeſſor. ſub num. 24. poſſem afferre exemplum. Nam æquitas dicit quod quis poſſit de re ſua diſponere ad libitum ſuum. l. in re mandata. ff. manda. §. diſponat. in auth. de nupt. cum ſimil. ſed alia diſpoſitio dicit quod publice intereſt nemi nem ſuis rebus abuti. §. ſed & maior. Inſtit. de ijs qui ſunt ſui uel alie. iur. Caualca. Deciſ. 15. ſub nu. 16. p 4. hæc ratio magis æqua uidetur, & facit cõtra illos qui tenent, quod quis poſſit relicta tãtummodo legitima filio, reliquum rerum ſuarum alienare quouis modo, etiam abutendo, & in mare tuta cõſcientia proijcere, equidem eſt cõtra bonos mores, & res mali exempli, & non eſt ſine peccato qui talia facit. Sed vtiliter poſſet in hoc adaptari illud quod trad. Neguſant. De pignor. et Hypoth. 4. mẽbr. 2. par. ſub nu. 83. cir. fi. vbi de duab. Hypothec. ad fauorem mulieris, vna generalis expreſſa, altera generalis tacita, hæc legis, altera hominis, et cõcludit quod ſit attendenda illa, quæ affert maiorẽ utilitatem, ita ſuadente æquitate, ad quod ui. Salyc. in l. aſſiduis cum alijs. vbi glo. C. qui pot. in pignor. & infra dicam. Quando diſpoſitio hominis faciat ceſſare diſpoſitionem legis. Salyc. in l. fi. col. 2. uerſicu. Quærit eadem glo. C. de pac. conuen.

161 Rurſus Iaſ. in d. l. placuit ſub nu. 2. C. de iudic. limitat quod in arbitrarijs æquitas non præferatur rigori, quod etiam videtur concedere Cagnol. d. l. in omnib. quidem. ſub nu. 14. de reg. iur. Nihilominus com. opi. eſt in contrarium, Cagnol. ibi. d. nu. 14. Dec. ſub num. 8. in fi. Bar. in l. 1. C. de leg. Marſ. plac. §. conſtante. nu. 30. & in §. diligenter. nu. 28. Menoc. de arb. caſ. 65. nu. 5. idem de præſump. li. 2. præſ. 76. ſub nu. 16. & ſeq. vbi etiam in arbitratore tenet, eo quia æquitas dicitur ius humanum, ut per Doc. in d. l. placuit, et bonus vir nil humani alienũ a ſe putat, ut dicebat Cicer. in 2. Epiſt. famil. & firmant Doc. prædicti eſſe arbitrarium iudicis in arbitrarijs ſequi ęquitatẽ, uel rigorem, ſed æquitas ſemper in dubio pręualere debet. per ſupra dicta. Nam arbitraria hodie ſunt redacta ad inſtar iudiciorũ, ut l. 1. ff. de arbitr. & ideo æquitas ſequenda eſt non obſtante c. ſi quis in arbitrarijs. 2. q. 6. præſertim ſi ſint arbitri neceſſarij, ſi autem ſunt voluntarij, poſſunt litem dirimere, prout fertur cũ ſecuri, vel manara. ut in d. ca. ſi quis. ad quod ui. Blanc. De compromiſſ.

promiſſ.par.5.vbl arguit ad partes,idem q.9.num. 28.vbi affirmatiuam tenet,dixi ſupra oome.u1.& inf.nu.155.

Et quod æqoitas in arbitratijs ſequenda ſit, ampliatur etiam ſi æqnitas non eſſer ſcripta, quando æquitas, & rigor adinnicem pugnare niderentur, ut per Fel.in d.c.iurgantium.nu.2.de ſen.& re.iudic.limitatur niſi Reipublicæ magis interſit aſſumere uiá rigoris,per l.ita vulneratus.ff.ad l.Aquil. maximè pro bono publico ad reprimendam malorum audaciam.l.congruit.ff. de offic.prę ſi.le.2.C. quan.lie.ſine iud. ſe umdica.l. ſi operis. C.de pęn. dixi ſupra nu.9. Et tandem ſi rigor quandoque locum habet ex cauſa agentis, tunc non habet locũ pro parte excipientis,cum exceptionum ea natura eſt,ut ſint æquæ, & fauorabiles. Nam exceptiones ab æquitate,& miſericordia deſcendũt regulariter, quia tédunt ad defenſam, tot.tit.de exc.& regulæ regulariter à ſummo iure fundamentum ſumunt, Titaq.de retract.cõſangu. §.34.gl.1.nu.5.tex.in l. qui æquitate,& ibi glo.ff.de dol.mal.excep.Sed aliquæ exceptiones ſunt,quę per accidẽs ſapiũt rigorẽ ad hæc vi.omnino Cęp.in ſun trac.de extenſio. verſ.ſeptimo quæto ao & quando æquitas ſit præferenda rigori.nu.43.vbi claré, pulchré, & diſtinctè loquitur,cęterum quo ad æquitatem in arbitramentis, non eſt dubium,quod æquitas ſuum locũ habet vt per Menoc. de præſ. lib. 2.d.præſ.76.ſub nu.16.Nam arbitramentum ſtat in finibus æquitatis naturalis,non autem in finibus ioris ciuilis, vt per Bal.in l.fi.C.de contraheo.empt. Brunot. à Sol. q.15.nu.29.

162 Et licet in dubio ſemper æquitatem præferendam eſſe dixerim,& quod cauſa ſimpliciter commiſſa intelligatur ſecundum æquitatem,& non ſecundum rigorem,vt per Dec. in d. l. in omnibus quidem nu.4.ibi Cagnol.nu.7.de reg.iur.intellige primo de æquitate à iure formata, non autem deſumpta à propria ceruice;vt alias dixi.nu.2. intellige niſi cauſa iam cępta fuerit coram iudice;qui ſecundum æquitatem iudicare debet, & commiſſa iudici qui exeqoitur rigorem.tertio intellige, niſi cauſa fuiſſet ardua & atrox, & perſooæ malæ uitæ per ea quæ dixi in prima parr.ſub nu.48.57.& 61. cum ſeq.Nam reſcripta cenſentur conceſſa ſecundum ſubiectam materiam.at.le.ſi in uno anno.ff. locat. Cauałca. Deciſ.14.nu.45.par.1.Decia.conſi. 86.nu.52.& ſeq.vol. 3.

Et accidentia plurimum cooferunt ad cognoſcendũ,an cũ æquitate, aut rigore, eundum ſit,l.1. & l.quod ſi nolit.ff. de ædilit.edic. ſic ſecundũ qualitates delicta plus vel minus puniti dixi par.2.nume.259.par.3.no.34.& 43.par.4.num.36.& facir quod nuoc mihi in mentem venit illud Hippoc. in Aphoriſ.12.vbi ait,acceſſiones verò,& conſtitutiones morborum,indicabunt tum morbi ipſi, tum tempora anni,tum periodorum proportionis intereſſe obſcruatio.& Nauar. in Manual. cõfeſſ. c.6.nu. 1. dicit, quod circũſtantiæ eſt accidens rei quæ peccatum eſt,& aggrauar, vel minuit peccatum,& mutat illius ſpeciem,vbi doce circumſtantias quas confiteri oportet. ſunt enim qualitates perſonatum,loci,& temporis,quibus infelix homo peccat,punitur,aut miſeretur:facit Pſ. 111.In ſumma memoriæ tenendum eſt quod vbi expedit uti rigore,iudex male faceret utendo lenitate, nam per lenitatem rex cootemnitur, lex deſpicitur,& grex inficitur,ar per rigorem rex timetur,& honoratur,lex ſaluatur, & grex cuſtoditur. vt per Luc.de Pen.io l. fin.C.de ijs quæ ex public.collat. ſunt ooo vſurp.lib.10.vt quem timor Dei noo coercet à peccaodo, ſeueritas iuſtitiæ humanæ cogat.c.cum in eunctis.§.clerici extra de elect.

Et quoniam dulcè admodum mihi eſt, per ſacræ ſcripturæ loca pie vagari, poſtquam de rigore ſcripto & non ſcripto, de æquitate ſcripta & non ſcripta,& quid quando vtrumque eſt ſcriptum uel non,locutus ſum,quæ mihi videntur velle inferse quodammodo iuſtitiam occultã & manifeſtã, miſericordiã manifeſtã et occultã,ideo hic obiter, quid de diuina iuſtitia,& miſericordia. R. Theol. ſcripſerunt, quæ duo in omnibus operib. Dei reperiuntur. vt Pſ.24. Qui dicunt,ꝙ quandoq; iuſtitia eſt occulta,& miſericordia manifeſta, vt in iuſtificatione impij Pſal.50.aliquando miſericordia eſt occulta,& iuſtitia aperta, ot in punitione patuulorum ſine baptiſmo morienium circa pœnã damoi,Cano.in rubr. de Baptiſm. aliquando otrumq; eſt occoltum vt io tribulatione iuſtorum,& Innocentum,vt in Iob.p.4. pſ.120.& 138.ſicuti quando patuuli infirmantur, aliquando vtrumque eſt apertum,vt in remuoeratione iuſtorum, & damnatione reproborum,iuſtus,& miſericors Dominus.Pſ.114.Veruntam en miſericordia ſemper prępaluir. Nam Deus citra condignum punit, & ſupra meritum,vt colliguntur hæc à Sacr. Theolog. in compend.Sacr.Theologiæ. De iuſt. Dei libr.1. cap.33.& cap.34.vbi alleg. Pſ.48. Miſericordia,& veritas obuiauerunt ſibi. Nam veritas per rigorem procedit, ſed miſericordia hunc rigorem temperat vt ibi. exponitur, quæ multum adaptantur in propoſ.noſtro & ui.ſup.ſub nu.148.

163 Nunc reſtat dicere aliqua circa propoſitam concluſionem; Quando prouiſio hominis faciunt ceſſare prouiſionem legis,& hoc deducitur ex.l. fin. C.ad exhib.ex.l.fi.§.fi. C.de pact. conuent. vbi c. 4.num. Bar. Bal.& alij:quæ regula duabus rationibus fulcitur,prima qui vox vina præualer mortuæ Spec.de probat.§.videndum reſtat. ver. ſed pone. in prop. Felin. in c.paſtoralis.§.cum autem,ſub nume.28.de offic.& pot.iudic.deleg.& dixi in pract. de teſt. vbi quando vox mortua præualet viuę. ſub nu.165.p.2.& habetur in auth.de inſtrum.caut.& fid.§.ſed & ſi quis,& extr.de probat.c. quoniã contra falſam,& in l.pacta nouiſſima. C.de pac.leg. ſi procuratorem.ff.de procurat. l. cum quædam mulier. C.de admi.tut.ſed intellige quod quando dicitur,quod prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionẽ legis,intelligitur tam de lege antiqua,quam noua, etiam quod Princeps vel legiſlator nouæ legis viuat, quia hæc dicitur lex viua, altera dicitur lex mortua,Abb.in c.dilectus il 2.de pręben.& dign. Felin.in puncto in d.cap.paſtoralis.§.cum autem, col.2.ſub nume.28.verſ.10.hoc infertur,& ver.ſecundo intellige colum. 3. vbi ait prouiſionem legis ceſſare per prouiſionem hominis, tam legis mortuæ,quam uiuæ.

Secunda ratio aſſignatur, quia mitius agitur cũ lege quam cum homine. l.Celſus. ff. de arb. plenè per Bart. in l. amplius.ff.rem rat.hab.pulchre Fel. in c. paſtoralis.§. cum autem ſub nu. 28. omnino iud.de offic.iud. deleg. Quia hæc facilius ampliat, & moderatur diſpoſitionem ſuam, quam diſpoſitionem hominis, glo. magna in l. aſſiduis. C. qui pot.in pign.haben. Alex.conſil. 5.attentis.col.fin. cir.med.vol.7.ipſe addo tertiam rationem,quia fauori ſuo a lege introducto quilibet renuntiare poteſt.l.pactum cum glo.ff.de pac.l. penul.C.de epiſcop.& cler.l.penul.C.de pact. l. poteſt,ad l. Falc. Soc.reg. 419. et quod mitius agitur cum lege, quã cum homine tradit Bar.in l.amplius non peti.ſub nu.2.ff.rem rat. haberi,ubi declarat id procedere,

inter homines priuatos, ſed inter legem, & iudicē ſecus eſt, quia offendens iudicem offendit legem, ideo durius agitur cum iudice, quam cum lege ex Cyn. in l. ſi quis maior. C. de tranſac. & l. crimina li. C. de iuriſdict. omn. iudic. item declarat non habere locum, quando per diſpoſitionem legis actus annullantur, ex quo lex facilius annullare poteſt actum, quam homo, vnde durius agitur cum lege quam cum homine, & Alex. ibi ad Bar. lit. D. intelligit de annullatione actus facta a iudice quæ debilior eſt, quam anullatio vi legis. pe. not. in cap. Raynutius, de teſta. & in l. filiusf. §. Diui. de leg. 2. alio tertio modo Bar. declarat reg. locum non habere quando pœna eſt extrinſeca, ideſt arbitraria, tunc durius agitur cum homine quam cum lege per d. l. Amplius quædam intrinſeca ideſt legis, verum plus valere videtur pęna legis ordinaria, quam hominis arbitraria, hæc quæſtio dependet ab illa, quando una pęna facit ceſſare aliam. nume. 102. 103. 104. & num. 148. p. 4. & ibi quando maximè pœna eſt ipſo iure impoſita vt dixi.

Verum enim verò negare non poteſt, quia tam regula ipſa, quam rationes prædictæ ſuper quibus fundatur non ſint valde Brocardicæ naturæ ut fatetur quoque Salyc. in d. l. fi. §. ſiquidem col. 2. C. de pac. conuen. & a Doct. variæ traduntur limitationes, & declarationes.

164 Prima eſt Bar. in d. §. fi. C. nu. 12. Quod per prouiſionem ſpecialem hominis intelligitur receſſum a prouiſione legis, niſi prouiſio legis ſit de iure cōmuni, & Iaſ. in §. Item Seruiana, ſub nu. 96. de act. idem in l. 2. nu. 145. C. de iur. emphy. cōcordando dicit, quod prouiſio hominis tunc demum tollit prouiſionem legis, quando illa prouiſio legis eſſet inducta de iur. ſpeciali, & in priuilegium, ſecus ſi iure communi & hanc eſſe de mēte Cyn. Bar. Bal. & aliorum, quam menti tenendam dicit tamquam valde notabilem Caccheta. Deciſ. 21. nu. 10. Deciſ. 23. nu. 10. & Deciſ. 141. nu. 11. vbi adducit rationem, quia prouiſio legis dicitur plenior in hoc caſu per Caſtr. in l. fi. ff. de eo per quem factum erit, & per Iaſ. d. l. 2. nu. 143. C. de iur. emph. Hinc eſt, quod prouiſio hominis tollit, duntaxat prouiſionem legis in ea parte tantum, in quo homo prouidit, in cęteris prouiſio legis firma manet. Io Bologn. conſi. 13. num. 18. & mox dicam hoc vnum eſt quid nūquam prouiſio hominis diſtinguit prouiſionem legis generalis. Caball. milleloq. 52. p. 1. intellige ſanè.

Secunda declaratio eſt, quod prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis, quando illa prouiſio legis eſſet inducta in defectum hominis, vt per Bald. d. l. fin. & Aret. d. §. item Seruiana, quos ibi adducit Iaſ. d. nu. 60 per glo. ibi poſitam.

Tertia declaratio eſt, quod prouiſio hominis tollit prouiſionem legis ſcilicet extraordinariam, nō autem ordinariam, vt per Bart. in l. ſi cum dotem in princ. ff. ſolut. matr. & ibi ſimol. quam dicit Iaſ. eſſe meram ueritatem in d. §. item Seruiana, ſub d. num. 60. Nat. conſil. 123. num. 11. tom. 1. vbi adducit & Alex. in d. l. ſi cum dotem in 2. not. fallit vbi verſatur fauor dotis, Bal. Nouel. de dot. p. 6. priuil. 68.

Quarta declaratio ſumitur à Cyn. in l. 2. C. de iur. emph. quam refert Salyc. d. l. fi. §. ſi quidem, colum. 2. C. de pac. conuent. & diſtinguendo dicit, aut prouiſio legis nondum competebat, quando prouiſio ſpecialis hominis interceſſit, ſeu interuenit ad prouiſionem legis implendam, & tunc adueniente prouiſione hominis, ceſſat prouiſio legis l. ſita & l. ſequitur. ff. de nouat. Aut prouiſio hominis non intercedit ad promiſſionem hominis implendam, & tunc ſi legis prouiſio adhuc non competebat, ſubdiſtingue: aut prouiſio legis appoſita eſt ad nouandam prouiſionem legis, & tunc per prouiſionem hominis videtur renunciatum prouiſioni legis. l. ſi tamen. C. de execut. rei iud. l. 4. § ſi ex conuentione. ff. de reg. iur. aut non apponitur ad nouandam, & iterum ſubdiſtingue, aut prouiſio legis eſt emanata iure ſpeciali, contra ius cōmune, & tunc aut dicitur illi ſpeciali renunciatū, & tenet renunciatio, d. l. fi. §. fi. C. de pac. conuent. quilibet enim renunciare poteſt fauori pro ſe ſpecialiter introducto vt ſupra dixi pro tertia ratione, & tex. in l. & haber. §. cum quis. ff. de precar. Aut prouiſio legis eſt de iure commu. & tūc per prouiſionem hominis, non videtur renunciatum, vt d. l. 4. §. ex conuentione. ff. de reg. iur. ſecus in prouiſione legis ſpeciali per ſupra dicta. vnde ſi prouiſio hominis ſit ſpecialis, tunc generi per ſpeciem derogatur. c. generi de reg. iur. quod qualiter ſit intelligendum in propoſ. noſtro vi. omnino Cęph. conſ. 158. ſub nu. 33. 34. cum plur. ſeq. lib. 2. idem in cōſil. 323. nu. 15. libr. 3. vbi ait non eſſe admittēdam iuris correctionem, niſi fiat ſpecialiter & expreſſe per tex. l. præcipimus. vbi Bal. & alij C. de appellat. & dicit quod prouiſio contra ius commune non extenditur vltra id quod exprimit, & ſpecificat, licet eandem ratio ſit etiam in caſu non ſpecificato. Bar. per illum text. in l. c. ſi vero. §. de viro. ff. ſolut. matr. immo nec etiam in caſu non ſpecificato militaret maior correctionis ratio, ſed ille dicitur caſus omiſſus, vt ait Barto. in l. Cęſar. col. 10 in prin. verſ. Quarto quæro. ff. de publica. glo. & Doct. in auth. quas actiones. C. de ſac. ſanc. eccl. facit etiam gloſſ. eo. recepta in c. cupientes. §. qui de elect. in 6. Iaſ. in l. filium ad filij. C. fam. erciſc. & ad vnū eſt aduertendum & ſi expreſſum faciat ceſſare tacitum, nihilominus nihil operatur. quo ad omiſſum per Doct. Bar. in d. l. Cęſar. quando omiſſum habetur pro omiſſo, vt in contractibus. l. eg. quicquid aſtringendæ de verb. oblig. & l. veteribus. C. de pac. & in omnibus alijs diſpoſitionibus, in quibus ſtricta ſit interpretatio, & in quibus præſumptiones & coniecturæ locum non habent, licet in ſtatutis omiſſum, cenſetur relictum ſub diſpoſitione iuris communis, Caualca. Deciſ. 20. nu. 47. Deciſ. 28. nu. 54. & alibi par. 2. & declarat Deciſ. 21. nu. 3. & 18. par. 3. ad hæc Cano. in c. ad audientiam de Decim. & Doct. in l. 1. §. ſed & deficiētis. C. de caduc. toll. & in teſtamentis. Qui non eſt vocatus regulariter non dicitur honoratus. l. commodiſſime. ff. de liber. & poſthu. cum ſimil. nec econtra ſed multum in voluntate dubia præſumptiones valent, vt per Illuſtr. Mantic. De coniectur. vltim. volunt. per tot. alioquin omiſſum habetur pro omiſſo. Doctr. Bald. in l. ſi mater. C. de inſtitu. & ſubſtit. trad. ſcrib. in l. commodiſſime. ff. de lib. & poſthu. & in l. ſi cum dotem. ff. ſolut. matr. latiſſimè per Euerar. in ſua Centur. loc. 55. ab æquipollent. ver. Alia ſexta doctrina, vbi lit. D. cum lit. ſequ. diſtinguit quando omiſſum habetur pro omiſſo. & lit. B. verſ. Primo tribus modis limitat illam Reg. De qua ſupra. Non refert quod quid ex æquipollentib. fiat, primo vt non procedat quando eſt tradita certa forma, vt quādo eſt appoſita conditio voluntaria, quæ debet impleri in forma ſpecifica per l. Meuius, & l. ſi hæredi in fi. ff. de condit. & demon. 2. limitat, vt non procedat quando ratione caſus omiſſi deficit ſolemnitas. leg. commodiſſime. ff. de liber. & poſthu. 3. limitat non procedere, in caſibus ambiguis & reſtringendis per c. ſuſceptum

Digitized by Google

ſceptum de reſcr.4.quando reſultat diuiſa ratio, & parit diuerſos effectus,ad trad.per Bal.in l.illud.co lum.2.C.de ſacr.ſanc.eccleſ.

Quinto limitat non procedere quando fuerunt expreſſi duo caſus in materia non fauorabili ſecundum l.vim paſſam. §. præſcriptione,ad leg. Iul. de adult. 6. limitat non habere locum iu fictione. 7. quando tractatur de odio,& res eſt dubia l. 1. §. & ſi quis. ff. ventr. inſpic. 8, limitat non procedere quando alteratur ſubſtantia rei qualificatæ, Doct. in leg. Gallos.§.ſi quid ſi tantum.ff.de lib.& poſthu. ex ijs omnibus omiſſum habetur pro omiſſo, ſi verò vtraque prouiſio eſſet generalis, tunc per prouiſionem hominis non eſſet derogatum prouiſioni legis,ſecundum gloſſ.in d.§.ſi ex conuentione,tum qoia prouiſio hominis non tollit prouiſionem legis pleniorē, l.fi.§.fi. vbi Caſt. ff.de eo per quem fact.erit Cachera.Deciſ.141. num. 10.tum etiam,quia vbi lex ipſo iure,operatur,non eſt opus miniſterio hominis.l.ea quæ. C. fam.erciſc.l.1. ff. de diſtrac.pig.l.non rectè. C. de fideicom.l.in duobus.ff.quemadmo.teſta.apc. & etiam,quia nemo debet ſe videri meliorem lege ipſa, vt iam dictum & infra limitatur.

Quinta declaratio colligitur ex Neguſant. De pign.& Hyp.4.membr. 2.par.nu.87.quod prouiſio hominis faciat ceſſare prouiſionē legis naſcituræ,non autē iam natæ,vt tenet Bal.d.l.2.C.de iur. dot.idem in d.l.fin.vbi Cyn. C. de pac. conuent. ſed hęc declaratio concordat cum ſupradicta diſt. Sal.quādo lex cōpetebat,vel nōdum competebat.

Sexta declaratio ſeu limitatio eſt, quia vbi lex eſt introducta fauore publico,humana diſpoſitione priuata mutari non poteſt,vbi Iaſ. & alij. ff.de leg.1.quia nemo poteſt facere, quin iura habeant locum iu ſua diſpoſitione nec ius publicum pacto priuatorum tolli poteſt.l.ius publicum.ff.de pact. l.quod de bonis.§ fi.ad leg. Falc. Auth.ſed cum teſtator vbi Doct.C.eo.l.quidam in princ.ff.de admi.tut.tetigi ſupra num.56.verſ.ulterius. Soc.reg. 419.Secundo limitatur vbi ait quod nec prodeſſet contra legem publicam bonum reſpiciētem iuramentum,c.cum contingat ex.de iur. iuran.

165 Et ad reg.quod quilibet poſſit renuntiare fauori ſuo,vide glo.iu l.pactum. ff.de pac. vbi enumerat omnes caſus,& vide etiam Soc. d. reg.419.vbi limitat.10. modis primo non poſſit renuntiari iuri naturali,vt iuri ſanguinis agnationis,uel cognationis. ſecundo iuri poſitiuo ſi prohibet renuntiari ſe nis uel quando diſponit circa ſolemnitatem,actus agendi maxime dantem formam,ut dixi ſupr.nu. 135.136.1,7. vſque ad 144. tertio quando renūtiatur facultati puto eundi, quia non poteſt. quarto quando ius eſt annexum perſonæ quinto quando priuatam & publicam vtilitatem ius, cui renuntiatum eſt,cōtineret. ſexto iuri diuino vel generali aut prouinciali.ſeptimo iuri mixto, & intereſſe tertij reſpicienti 8. Macedoniano.9.qoando renūtiatum eſt contra naturam actus. 10.quando renūtiatur iuri in ſpe conſiſtenti, ſed contra io l.pactū in fi.de pact.

Septima declaratio eſt, quia prouiſio hominis expreſſa facit ceſſare tacitam legis, Berō.conſi.11. nu.21.vol.1.Surd.conſil.156.num.11.& 22.libr.2. ſed Cephal.in conſil.312.nu.55.& 56.limitat niſi ad abundantem cautelam fiat. l. quæ dubitationis de reg.iur.l.4.§.ſi ex conuentione.ff.de re iudic.vt Ludouic.Bolog.conſi.4.q.nu.2.& Io.Bolog.conſil.13.nu.17.& limita in extraordinariam tacita legis Nat.ſeni.123.nu.11.tom.1. Menoc. de pręſ.libr.4.præſ.109.num.42.cum ſeq.declarat quod expreſſa prouiſio tollit ſed obligationem naſcituram non autem iam natam. nam circa natam prouiſio hominis intelligitur facta ad augmentum illius legis ſeu obligationis,nō autem ad diminuitionem ar.l.legata inutiliter de leg.1.ut declarant Doc.d.l. fi.C.de pac.conuent.& Alex.conſil.118.nu.5.

Vltimo limita procedere quando homo habuit facultatem prouidendi,quia omnes actus humani dependent a voluntate,& poteſtate.l. eius eſt nolle cum concor. de reg. iur. & non ſolum requiritur poteſtas,ſed quod prouiſio hominis ęque bene fiat. Bartol. not.in l. 1.§. vnde quæritur. ff.de publicia. & vide cautellas Cæpol. & Ferrar. in hoc propoſ.

166 Ex ſupradicta regula Doc. inferunt ad multa, & primo quia prouiſio hominis facit ceſſare præſumptionem legis vt in materia l. ſi quis maior. C.de trāſa.qua cauetur,quod maior qui ſub vinculo iuramenti, aliquo recepto promiſit ſoluere, ſi non ſtat promiſſis,amittit ius,& cadit ab actione, & pęnas incurrit de quibus in d.le. ſed ſi per pactū aliam particularem pęnam promiſerit in caſu contrauentionis, tunc per prouiſionem huius pacti videtur receſſum à pęna d. l. ſi quis maior. C.de tranſac.vbi Bar.nu.7 Bal.nu.3.Iaſ.num.12.Alex. nu.8.& alij ſcrib.pulchrè Bero.conſ.57.nu.5.libr. 3.Tob.No.conſ.70.nu.6. & hoc maxime æquitate,& non rigore d.l.attēta,vt iudicatum fuit Flor. vt per Mago Deciſ.96.Caualca. Deciſ.43. nu. 28. 18.par.1.& Deciſ.38.nu.20. part.2.vbi dicit non habere locum apud ſupremos iudices, quia rigoroſa & odioſa eſt:ergo ab ęquitate noſtra deuia.& vi. eundem Caualca.in Reper.in ver.l. ſi quis maior. vbi loca videbis in quibus plenè d. l. tractat & limitat. Sed ſtante clauſula rato manente pacto, videtur quod vtræque pęnæ locus ſit, Iaſ. in d.l.2.ſub nu.145.C.de iur.emph.ſecus ſi in fine inſtrumenti ſit alia clauſula, ita tamen vt per Caualc. Deciſ. 43.nu.31.& ſeq.p.1.Deciſ.29.num.48.p.2.Deciſ. 25.nu.12.p.5.

167 Secundo infertur,quod licet mulier ultra l.prouiſionem, de qua in d.l.fin.C. de pac.conuent.pro dote habens hypothecam legalem, paciſcatur, & per pactum expreſſum conueniat pro habenda hypotheca,tunc non videtur receſſum a prouiſione legali,ea ratione,quia non poteſt ius dotis deterius ſibi facere per glo.in ver.contentum,in fin.d. l.fi.quam cō.approbatam,dicit Alexan.conſil.58. in cauſa nume. 3.vol.7.de qua per Neguſ.de pign. & hypot. 4. membr. 2. part. nume. 83. cum plur. ſequent. & dixi ſupra ſub nume. 160. verſ.ſed vtiliter.

* Tertio infertur,quod licet locator pro penſione domus habeat bona illata & inuecta in ea hypothecata,l.item quia.ff.de pact. l. certi iuris. C. locat.ſicuti dicitur idem eſſe de bonis coloni.in d.§. item Seruiana.vbi Iaſ.nu.69 Caroc.locat. par.3.titul.de inuect.& illat.nu.1.2.& 3.Cum.iun. conſil. 40.in 1.par.ſi Dominus aut locator pacto expreſſo conuenerunt, quod certę res ſint in ipſis pro penſiōne hypothecatæ, nihilominus non ceſſabit hypotheca ſuper alijs rebus virtute prouiſionis legis, vt per Iaſ.& alios in d.§.Item Seruiana, nume.10. & 52.& ſeq.vbi extendit etiam ad res ab emphyteota illatas & inuectas pro canone obligatas,& in l.2.glo.repelle. C.de iur. emphyt. Bald. in authent. ſi quas ruinas,in 5.colum. C.de ſacroſ.ſanct.eccleſ. cum alijs per Iaſ.adduc. in d.§. Item Seruiana,nume.52.

* Quarto infertur quod ſi partes renuntiauerint appellationi, renuntiando omnem appellationem

tollit,

Digitized by Google

tollit, ſed facta per reſcriptum ſolum, appellationes a u.e non permiſſæ videntur ſublatæ. Hoſti. in c.p. ſtoralis.§. cum autem, vbi Felyn. num.28. de offic. & pot. iud. deleg. Vbi Fely. plura ſingularia trad. Quando initius agitur cum lege quam cum homine, & econtra. ad quem vti pulchra recurro. Et prædicta omnia ſunt notanda, quia nedum procedunt in legibus, ſed in ſtatutis, in contractibus, in teſtamentis, & reſcriptis priuilegijs.

Sed more ſolito, vt applicemus aliqua circa ſpiritualia huic ſubiectæ materiæ, in qua dictum eſt ſup. quod prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis. Quæri poſſet, an lex Moſaica, & Prophetica, per aduentum filij Dei legiſlatoris noui teſtamenti, ſint ſublatæ? Et breuiter quoad ceremonialia, & ſacrificia, & circumciſionem. In Chriſto autem Ieſu, neque circumciſio aliquid valet, neque præputium, ſed noua creatura. Galat. ca 6. & multa alia equidem ceſſauerunt. Sed quoad præcepta moralia minimè, niſi circa quædam mixtica, quæ tam per legem Euangelicam, quam per Canonicam fuerunt mutata. tex. eſt in c. fina. §. ijs itaque. vbi Arch. 6. diſtinct. & ita ſentit Marant. Spec. aur. de ord. iudic. par. 3. ſub num. 13, quem vide. in cæteris non eſt ſublata lex. dicit enim Dominus Ieſus Chriſtus in Euangel. Matth. capit. 5. non veni ſoluere legem, ſed adimplere. Ceſſauerunt dumtaxat illa quæ in veteri teſtamento erāt vmbra, & figura noui teſtamenti. vnde Apoſt. ad Hebr. cap. 10. ait, aufert primum, vt ſequens ſtatuat. & in c. 7. dicit. Nihil enim ad perfectū duxit lex. & cap. 8. Nunc autem, Chriſtus ſortitus eſt m lius miniſterium & nouum veterauit prius, & ad Galat. c. 3. videtur concludere. dicens, Itaque pędagogus noſter fuit in Chriſto, vt ex fide iuſtificaremur, at vbi venit fides, iam non ſumus ſub pędagogo, quo autem ad Prophetias fuerunt per Ieſum Chriſtum adimpletę. quando dixit conſummatum eſt. Ioan. cap. 18. & Matth. ca. 5. Cęterum per prouiſionem filij hominis. ceſſauit prouiſio illius legis veteris, quia omnes in Adam peccauerimus, & ad mortem æternam damnati eramus. Paul. Apoſt. ad Rom. c. 3. 5. 7. & 8. vbi dicit, lex autē vitæ Spiritus in Chriſto Ieſu liberauit, me a lege peccati, & mortis. qua de re exhortatur ne iterū proprijs peccatis reincidamus. ſtate in iure, & nolite iterum iugo ſeruitutis continéri. Galat. 5. pudeant, timeant, & in malam crucem abeant peruerſi, & obſtinati Iudæi dicentes, quod datur repugnantia: abſit. ſi vna lex ſit contraria, & Deus dicitur immutabilis, abſit, & ideo nolunt recipere legem, nec legiſlatorem noui teſtamenti. ò inſenſati, ipſi plus varij, & mutabiles audiant Apoſt. Pau. ad Hebræos, cap. 10. Poſtquam enim dixit; Hoc autem teſtamentum, quod teſtabor ad illos, poſt dies illos, dicit Dominus, Dabo leges meas in cordibus eorum, & in mentes eorum ſuperſcribam eas, & ego ero illis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum, & peccatorum, & iniquitatum eorum iam non memorabor amplius. & ad Hebr. cap. 8. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & conſummabo ſuper domum Iſrael, & ſuper domum Iuda teſtamentum nouum, non ſecundum teſtamentum, quod feci patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum, &c. Dicendo autem nouum veterauit prius. datur ne repugnantia de bono in melius, eſt ne repugnantia de rigore ad æquitatem, abſit, eſt ne repugnantia, vt ijs quæ de nouo emergant, nouum adhibere auxilium? non ne Deus ille met, qui legem potuit, nouam legem, quæ eſt gratiæ, edere dixit? equidem Iudæi ſtulti, & improbi nequeunt hanc veritatem agnoſcere.

168 Sed redeundo ad materiam æquitatis, & rigoris, videamus ergo primum ea, quæ ſunt cauſa æquitatis, deinde rigoris, quodammodo in ſequenti tabula depicta, in qua tria conſiderantur, agens, cauſa, & effectus.

Agens.	Cauſa.	Effectus.
Pupillus.	Publica.	Bonum publicum.
Orphanus.	Communis.	Commune.
Minor.	Pia.	Priuatum ſine alterius læſione.
Ignorans.	Status perſonæ.	Exemplum bonum.
Furioſus.	Libertatis.	Laus.
Mente captus.	Religionis.	Labor et.
Dormiens.	Amoris coniunctorum.	Expenſæ.
Iracundus.	Redemptionis.	Læſionis.
Perſonæ correllatiuæ.	Senectuti, & minorum.	Reſtauratio.
Ebrius.	Matrimonij.	Damni emendatio.
Forenſis.	Dotis.	Fauorabile,
Infirmus.	Feudalis.	Libertatis.
Pauper.	Mercaturæ.	Recuperatio.
Mercenarius.	Societatis.	Pacis reconciliatio.
Alendus.	Alimentorum.	Famæ, & honoris reſtitutio.
Familiares.	Sepulturæ.	Scandali, & periculi euitandi remedium.
Eccleſiaſtici.	Infirmitatis.	
Et ſimiles.	Infortunij.	
	Naufragij.	
	Sterilitatis.	
	Et ſimiles.	

Quæ omnia ſupradicta, & ſimilia ſunt æquitate digna, benignæ, ac fauorabiliter tractanda, atque terminanda, & ad hæc faciunt quæ dixi ſupra in 4. par. ſub num. 79. & 464. Nam rigor ab æquitate temperatur, quemadmodum vinum ab aqua, aliquando ratione ætatis, temporis, & loci, ca. ſuper ee. extra. de ſenten. excomm. aliquando ratione cauſæ, & perſonę, capitu. fin. de tranſactio. aliquando pro bono pacis, vel ratione ſcandali euitandi, & conſuetudinis, c. vt conſtitueretur, 50. diſtinct.

Et econtra, hæc infraſcripta, ſunt pernicioſa, odioſa, rigoroſè, & viriliter tractanda, & terminanda.

Agens.
- Sacrilegus.
- Doloſus.
- Verſutus.
- Iniquus.
- Delinquere ſolitus.
- Vſurarius.
- Iudæus.
- Simoniacus.
- Hæreticus.
- Aſſaſſinus.
- Proditor.
- Homicida doloſus.
- Mandans, & mandatarius.
- Latrones.
- Sicarij.
- Incendiarij.
- Graſſatores.
- Falſarij.
- Fraudatores.
- Male uiuentes.
- Diſculi.
- Parricidæ.
- Vxoricidę.
- Fratricidæ.
- Scādaloſus.
- Inſidioſus.
- Blaſphemi, et ijs ſimiles.

Cauſa.
- Læſæ maieſtatis.
- Hæreſis, & infidelitatis.
- Iniquitatis.
- Blaſphemiæ.
- Turpis, & contra bonos mores.
- Simoniæ.
- Opera rei illicitæ.
- Vſuræ.
- Vltionis.
- Libelli famoſi.
- Raptus, & rapinæ.
- Meræ maleuolentiæ.
- Merę inuidiæ.
- Contra bonum publicum, & commune.
- Perturbationis pacis.
- Superchieriæ.
- Læſæ fidei publicæ.
- Actionis doloſę.
- Fraudulentiæ.
- Gabellæ.
- Scandali, & mali exempli.
- Immunitatis eccleſiaſticæ, obſeruantiæ. Zelus.
- Falſæ monetę, & delictorum exceptuatorum.
- Patriæ proditionis.
- Amicorum traditionis.
- Sacrilegij.
- Sortilegij.
- Lamiarum, & huiuſmodi.

Effectus.
- Damnum publicum, vel commune, &c.
- Priuatum mali exempli.
- Irreparabile.
- Periculum in mora.
- Deturpatio.
- Sfriſatio.
- Infamatio.
- Vituperatio.
- Rerum ablatio.
- Violatio.
- Factionum, & partialitatum introductio.
- Scandalum publicū.
- Boni obuiatio.
- Hęreſiarum, introductio.
- Praua, & pernicioſa inuentio contra bonum publicum, & priuatum.
- Famę, & honoris amiſſio.
- Careſtię.
- Bellum.
- Peſtis.
- Auerſio a bono ad malum.
- Deſtructio familię domorum, & populorum.

Quę ſupradicta ſunt ſigna doloris, & digna ſummopere rigoris, & in ijs æquitas ſilet, vel induitur rigore. At in alijs præcedentibus rigor induitur ęquitate, & cedit locum æquitati. & eo facilius cognoſci poteſt quando æquitas præferatur rigori, & rigor æquitati. & quando vtrumque concurrit. Cætera quæ hic deſunt, diligēs, & ſtudioſus lector ſupplebit eo. diligentiori, & prudentiori ſtudio, qui ſi ęquus, & benignus erit, excuſabit, & non detrahet bonæ voluntati Authoris.

DE DECEM PRAEDICAMENTIS IN QVIBVS *tota materia æquitatis, & Rigoris tanquam in ſtateræ penſatur.*

168 NVNC ſequitur videre, qualiter, & quando æquitas præſerum locum habeat in decem prædicamentis, videlicet in ſubſtantia: Quantitate; Qualitate: Relatione: Vbi: Quando: Actione: Paſſione: Situ: & Habitu. De quibus omnibus habetur apud Azo. in Procem. Summ. & per Arch. in c.ferrum. 5. Diſtinct. An ea. in ca. ſemel. de reg.iur. in ſexto, Barto. in materia teſtium. eo.titu.verſi. Poſt tractatum, & in materia criminali per Bald. in l. ea quæ. C. de cond. indeb. idem in l. data opera. colu. 6. nume. 32. C. qui accuſ. non poſſ. & ipſe quoq; alias circa delicta vſus ſum decē prędicamentis in prima par. ſub nume. 48. vel 53. & ſeq. iuxta. nouiſſ. impreſſionem. & nume. 434. in 4. par. vbi circa argumentandi modum de præterito ad præſens. & c. Quippe quæ ſunt gradus ſcalæ omnium ſcientiarum per quam facilius per eam aſcendimus ad earum cognitionem ſecundum Dialectic. (quamuis ab eis aliter intelligantur) ſed adaptabimus illa in noſtra ſtatera Rigoris & æquitatis, nec mirandum erit, ſi quandoque vnum prædicamentum erit in aliud implicitum, cum ſubiecta materia id expoſtulat, & in hoc author deſiderat æquitatem eſſe in corde obloquentium, ne propter detractionē a rigore inſequantur. & cum de æquitate tractetur licebit quandoque recedere à regulis. Bar. in l. 1. in fi. C. de leg. vbi cęteri omnes.

169 Et cum de æquitate primo dicturus ſim in prædicamento ſubſtantiæ, dico quod æquitas eſt ſubſtantia, quia Deus ęquus, & iuſtus eſt, qui eſt ſumma ſubſtantia, & per contrarium, iniquitas nō eſt ſubſtantia, ſed peruerſitas, vt colligitur apud S. Auguſt. ex libr. 7. confeſſ. c. 3. & ca. 16. verum opus eſt primo videre quid ſit ſubſtantia, quæ ſecundum Dialect. duplici modo conſiderari poteſt, videlicet ſubſtantia prima, & ſubſtantia ſecunda, vt refert Titelman. ſuper Dialect. lib. 2. cap. 15. & ſequ. Dicens quod omnis ſubſtantia videtur hoc aliquid ſigni-

ſignificare c.21. vnde quiquid eſt, ſubſtantia eſt, at S. Tho. in 1. par. ſumm. quæſt. 3. artic. 5. dicit quod ſubſtantia eſt res habens quidditatem, cui debetur eſſe, de per ſe. & non in alio ſcilicet ſubiecto, verum Ariſto dicit, quod cętera prædicamenta præter ſubſtantiam ſunt potius accidentia ſubſtantię,
170 quam propriè prædicamenta. At Bal. legalis Philoſophus ſecundum terminos noſtros in l. ea quæ. nu.7. C. de cond. indeb. ait ſubſtantia eſt ſuum eſſe principale per quod maleficium definitur, & quod ſecundum legiſtas ſubſtantia non inuenitur in proprio prædicamento, ſed in aliis, vnde videtur diſcordare ab Ariſtot. dicenſque ſubſtantiam ineſſe in quantitate, qualitate, loco, & tempore, & ſic in aliis prædicamentis.

Verumtamen ſecundum noſtrum modum loquendi dicamus, quod ſubſtantia eſt in omnibus rebus, & omnes res habent ſuam ſubſtantiam, & ideo à noſtratibus Patrimonium appellatur ſubſtantia, ut l. vltim. C. de ver. ſig. & appellatione patrimonij veniunt omnia bona, iura, actiones, ac nomina debitorum, tex. cum glo. in l. rei appellatione, & in l. bonorum. §.1. de ver. ſign. Simon. de Pręt. de interpret. vlt. volunt. 1. Dub. 2. ſolut. nu. 3. ſolut. 4 nu 10. & 3. Dub. 4. ſolut. nu. 9. Bal. in l. confeſſos. nu 43. C. de confeſſ.

171 Sed væ illi ſubſtantiæ, quæ per accidēs corrumpitur, quod in iudicijs ſæpè occurrit, quando iudices oculos non habent ad æquitatem & rigorem diuinæ iuſtitiæ: occurrit quoque in rebus venalibus, quas cum malis vendentes corrumpunt & uitiant ut infr. nu. 199. Item occurrit in perſonis loquacibus, quorum colloquia praua corrumpunt bonos mores, Pau. 2. Cor. c. 15. ſint ergo talia accidentia procul à viris probis, quoniam bonum nomen præualet diuitijs multis, vt leg. 1. §. hanc enim legem. C. de ſum. trin. & fid. cat. nam docet hominem rectè, & rite, ac honeſte viuere. l. facta. §. ſi verò nominis. ff. ad Trebellia.

172 Accidentia vero quæ abſunt, & adſunt præter rei corruptionem, ſecundum philoſ. propriè accidentia dicuntur, & in iure noſtro accidentia concreta regulantur ſecūdum naturam ſubiecti Port. in §. quædam, inſtitu. de rer. diuiſ. Hinc circa ſubſtantiam in maleficijs vide ſupra in 1. par. ſub nu. 55. verſic. multi vt exactius quæ faciunt ad hunc propoſitum.

Et ex accidentibus, & qualitatibus aggrauantibus & diſgrauantibus, percipitur quando procedendum ſit cum rigore, & quando cum æquitate, vt ſupra in tabulis notatum fuit: nam accidentia multum conferunt ad cognoſcendum quod quid eſt ſecundum Phil. & hinc dicitur quod qualitas magis conuenit accidenti, quam cętera prædicamenta, & in iure dicitur quod qualitas adiecta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi. l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de Noxal. l. ſi Titius. §. Lucius. ff. de mil. teſtam. Calca. conſi. 15. viſo inſtrumento. nume. 21. 22. 23. & 24. cum ſeq. & eſt Doctr. Bar. in l. ex facto. ff. de vulgar. & pupill. Nunc ad rem.

173 Cum igitur dicimus æquitatem locum habere in ſubſtantia, eſt ac ſi diceremus æquitatem in omnibus locum habere, tex. in l. in omnibus quidem vbi Dec. Cagnol. de reg. iur. vb bona gloſſ. & in Auth. de non eligen. ſecun. nuben. §. cum igitur, ex quo arbitror inuentum fuiſſe à iudicibus modum monuandi, ni fallor. vide & conſidera diligenter (quæſo) hunc tex. & quod æquitas in omnibus rebus reperiri debeat, facit quod vulgariter
174 dicitur. Parentibus, pietas, cognatis dilectio, amicis fides, & æquitas in omnibus, maxime tamē in iure æquitas ſpectanda, quaſi tex velit dicere in ijs quæ ſunt iuris, & de iure fiunt, non eſt dubium quod æquitas ſemper locum habere debet, & à contrario ſenſu in ijs quæ non ſunt iuris, & de iure fieri non poſſunt rigoroſè procedendum eſt, & glo. in d. l. in omnibus quidem ſubdicit in omnibus profeſſionibus, Gramattica, & Dialectica, & in cęteris artibus liberalibus æquitas ſpectanda eſt, vt in Poetica. Rethoria, Medicina, & Aſtrologia, & in notitia iuris, quæ ſecūdum Azo. in ſum. ſuper inſtit. de iuſt. & iur. nu. 4. ars appellatur, quia finem habet mutabilem, licet ſint aliæ pene infinitæ artes, vt in procem. digeſtorum. §. & ſi quis,
175 vbi Azo. ait, quod ars, dicitur artificium. Nam author iuris eſt homo, author iuſtitiæ eſt Deus, & ſecundum hoc ius, & lex idem ſignificant, ut ſupra dixi eſt glo. in l. 1. in verb. ius. de iuſt. & iur. vbi ars triplicem habet intelligentiam, primo pro ſciētia iuris. 2. pro iure prætorio vel ciuili, tertio pro artificio.

176 Verum ſi quis cupit videre in quibus artibus æquitas locum habet, legat Georg. Vall. Placēt. alias per me allegat. in d. ſuo amplo, & Illuſtri tract. De reb. expetend. & fug. in duo magna vol. diuiſo, non penes omnes, ſed à paucis (opinor) viſo, vbi in primo vol. agit. De Arithmetica, Muſica, Geometria, Aſtrologia, & de Phyſiologia, & in 2. vol. De Medicina, Problematibus. Grāmatica, Dialectica, Poetica, Rethorica, & de Morali Philoſophia, ac de œconomics, cum alijs, vbi tandem de rebus externis, videlicet de gloria, amplitudine, & cęteris huiuſmodi, & doctè ac eleganter, cuiuſq; artis ſcientiam docet, tradendo regulas, cum ampliationibus, fallentijs & exceptionibus ſuis.

Et qui Geor. à Vall. d. trac. in prin. incipit dicere, hæc pauca quę vti pulchra referre volo, cū illius liber, non reperiatur apud Bibliothecarios, & eſt magni valoris, ait quod tria ſunt omnino conſenſu certiſſimo genera, quæ expetuntur, quæque fugiuntur, vnum quod in anima, alterum quod in corpore, vel natura inſedit, vel aſcitum eſt, tertiū quod extrinſecus adueniens externum nominamus, quod in anima poſitum eſt, tria ſunt genera, veritas, virtus, & affectus, veritas dupliciter conſi-
177 deratur, primò dicitur vis animæ ſe ex ipſa ſtatim proferens, vnde infinitæ animi uires propagātur, Dei maximi optimi munere homini conceſſæ, alio modo veritas eſt rerum, quæ diuinitus ſub animum cadunt, qualitas eſſentialis, & hic vide quæ dixi in pract. de teſt. cir. princ. in 1. part.

178 Virtus verò eſt vis animæ, quæ corpori moderatur, quæ affectus excipit, cognoſcitque, & quo iuſſeri recta ratio perducit, ac dirigit, in eoque perſeuerans habitum animæ comparat optimum, quæ denique Deo fruitur.

179 Affectus autem (ſecundum Zeno.) eſt irrationabilis, ac redundans animæ cōmotio in animi naturam irrumpens, Alij. vt per Ariſt. dicunt quod affectus eſt aduerſa recta ratione aduerſum animi naturam cōmotio, ipſum ęgrimonia, voluptasque comitatur reprehendenda.

180 Hinc ſupra dixi, quod ſolus affectus non ſit punibilis per l. cogitationis ff. de pœn. ſecus quo ad diuinam iuſtitiam, & quo ad humanam, quando ad aliquem actum peruentum erit. leg. reſpiciendum. ff. de pœn. ſed ſi ſteterit in puris terminis tunc non carebit reprehenſione, & correptione.

Vtinam

181 Vtinam Iudices addiſcerent, quod multoties
plus operatur verbalis correctio, quam pęnalis
caſtigatio: nam in quibuſdam multum proſunt
monitiones, & hic eſt effectus æquitatis, cum
non ſit ſtatim proſilendum ad condemnationem:
nam vir bonus etiam non culpam timet.

182 Sed poſt quam de artibus ſupra tetigi in quibus
æquitas locum habet. Nunc quædam vtilia, non
ab re tractanda veniunt in Materia ſtatutorum,
maximè in illis ciuitatibus, vt Florentiæ, Ge-
nuæ, Mediolani, Venetijs, Romæ, & Neapoli
vbi ſunt Conſules Artium, vel ſub alio nomine
nuncupati Artium Rectores, habentes quandam
iuriſdictionem in artifices circa eorum artem
concernentia, in acceſſorijs, emergentibus, anne
xis, dependentibus, & connexis ab illa arte, ſeu
artificio, ij Conſules (inquam) iuriſdictionem
immediate habent, in alijs vero, (quamuis ab
arte mediate prouenientibus) non poſſunt, iuſ-
dicere: exemplum, ſi ex cauſa artis Rixa priua-
ta fiat, Conſules cognoſcere non poſſunt, quia
prima cauſa eſt cognitio Rixæ. At ſi prima cau-
ſa eſt cognitio ciuilis circa artem illam, deinde a
cauſa ciuili emergat aliquod incidens crimi-
nale, tunc Conſules prædicti etiam habent co-
gnitionem in criminali; circumſcriptis ſtatutis,
de qua re tractat Iaſ. in l. age. & ibi alij quoque,
C. de tranſact. Bald. in l. & ità, §. eodem modo,
ff. Naut. caupo. ſtab. Barba. conſil, 19. colum-
na ſecunda, volumine tertio Repcien. in l. om-
nes populi, de iuſtit. & iur. Bart. Bald. & alij,
in l. Mechanici, C. de Monopol. & in l. rece-
ptitia, C. de conſtitu. pecu. vide ſub numero 51.
& 125. part. ſecunda.

183 Nec Conſules habent Iuriſdictionem contra
non matriculatos in illa arte, nec etiam contra
matriculatos quando illam artem non exerceant,
& ſi contra ordines dict. Artis aliquid commit-
tant, vt per Barbat. dict. conſil. 19. & illi de dict.
arte, qui pro tempore eliguntur Conſules, per il-
lorum officium, non deſinunt eſſe artifices. Bar.
in l. textoribus, ff. de legat. 3. & ideo de iure e-
tiam Conſules ipſi poſſunt conueniri coram alijs
184 Conſulibus conſocijs occaſione d. artis, non ob-
ſtante d. ſtatuto generali, niſi adeſſet ſtatutum ſpe-
ciale, quod prohiberet, ne quis durante conſulatu
conueniri poſſet occaſione d. artis, per tex. in cap.
generi, de regul. iur. Et ſi ſint vnius artis dun tan-
tum Conſules, & ambo delinquunt, non circa
officium, ſed circa artem, tunc ſolet eligi alij
duo de d. arte, per modum prouiſionis, qui tan-
tum de commiſſis in arte cognoſcunt, contra
Conſules, non autem de commiſſis in officio.
niſi, ſi commiſiſſent in officio tale quid per quod
officio priuandi eſſent, vt dixi in 5. par. ſub num.
2. & 159. D. Petr. Caball. Caſ. Cri. 76. vi. Dec. con-
ſil. 131. cir. fi. Doc. in l. principalibus, ff. ſi cert. pet.
l. pars literarum, ff. de Iudic. & ità conſuetudo
185 obſeruat, & Conſules dum coram alijs deputa-
tis ob commiſſa ciuiliter in arte conueniuntur,
non ſunt ſuſpenſi ab officio, ſed in cauſis aliorum
poſſunt exercere eorum officium, niſi vt mox di-
xi, cauſa eſſet talis qua priuandi eſſent: nam tunc
in totum abſtinere debent, vti ſuſpenſi ab officio,
vel doloſè contra ordines artis fecerint per ſu-
pradicta.

186 Nam alios malè regere poteſt, qui ſe ipſum con-
temnit l. 1. ff. quod quiſque iur. l. de argentarijs, §.
penul. vbi Iaſ. not. ff. de eden. & qui regit, & pro ſe
ordines non ſeruat, non eſt bonus moderator alio
rum, vt in Auth. de Sanc. Epiſc. §. 1. & 2. hinc Flor.
in 2. volu. ſtatutor. extat Rubr. 118. de contractu
prohibito fieri cum malegerente facta ſua. At ſi
quis artem deſinit, ſed non in totum, adhuc rema-
net ſuppoſitus ordinibus d. artis, Car. clem. 1. Not.
5. de vita, & honeſta. cler. ſecus ſi in totum dimi-
ſerit illam artem, vt euenit quando aliud exerci-
tium aſſumpſit. Bar. in l. fin. ff. de excuſat. tut.
niſi per alium exerceat. Cæphal. in l. eum, qui ve-
ctigal. de verbor. ſignification. quo caſu adhuc gau-
det beneficio artis primæ, & huius artis ſecundæ, ſi
fuerit in vtraque matriculatus, l. ſecundum natu-
ram, de reg. iur. Caſtrenſ. in l. in Prouinciali, §. fin.
ff. de oper. nou. nuntiat. vi. in hoc propoſ. quod di-
xi ſupra, in 4. par. num. 465.

☞ Hinc non poſſum non doleri, vel mirari de il-
lis, qui nil habent nil ve proprij poſſident, niſi ip-
ſam ambitionem, relinquentes artem maiorum
ſuorum, vt nobiles appareant, nec habent aliquid
quod manducent, & tamen manducant, bibunt, ve
ſtiunt, ludunt, & voluptatibus operam ferè ſine in
termiſſione incumbunt, & pur dicitur, qui non la
borat non manducat, ſicut not. glo. in l. quamuis,
ff. de Damn. infect. ſed ij habent forte in corde
præceptum Hippocr. in Aphoriſm. 16. dicens, vbi
fames laborandum non eſt, ergo ſi quis non la-
borat non manducat, ſequitur quod qui famem
habet, non laborando peribit, & facillime de-
coctus erit, & in carceribus digeret offam, ſic
eadem Hippocrat. Doctrina, conuincuntur,
quamuis non me latet ſuum dictum verſari cir-
ca ſanitatem tuendam, hæc ioci cauſa dicta
ſint, iuxt. illud quandoque Bonus dormitat Ho-
merus.

188 Modò quarto, ſtatutum dicit quod exercentes
artem Mechanicam, non poſſint eſſe de Conſilia-
rijs, vel de tali Collegio, nunquid per alium ar-
tem exercens, ſit comprehenſus à ſtatuto, & exclu-
ſus ab illo munere? & videtur quod ſic iux. vulg.
reg. Qui per alium facit per ſe ipſum facere vide-
tur, l. ſi per alium, ff. ne quis eum, qui in ius voc. eſt
vi. exim. l. ſi quis id, §. penultim. ff. de iuriſdi-
ctione omnium iudicum, l. 1. ff. eo. quod fac. erit,
l. liber homo, ff. ad leg. Aquil. cum ſimil. tamen
hæc regula fallit, quia ſtatutum propriè intelligi
debet, l. quicquid aſtringendæ, ff. de verb. oblig.
& ſic ſtatutum videtur requirere factum propriæ
189 perſonæ, & non alterius. Nam ſi Nobiles artem
Mechanicam per ſeruos, aut ſclauos, vel per inſtito
res exerceant, nnn amittunt Nobilitatem, ad not.
per Tiraq. tract. de nobil. cap. 17. num. 7. cum ſeq.
per Alciat. in l. merces. nu. 9. ff. de verb. ſignific. la-
tè Crauet. conſil. 163. nu. 1. cum ſeq. quod eſt Not.
* ad declarationem, No. legum anni 1576. in Ciui-
tate Genuæ circa artes Mechanicas. Inter quas Ars
ſerica, & Lanæ ſunt connumeratæ, a quibus multi
Ciues ſe abdicauerunt, & abſtinuerunt, ſed per
alios exercent, & ij ſunt poſiti in Seminario Op-
timatum, & effecti habiles ad Dignitatem Senato
riam, de hoc vi. in prac. de teſt. p. 1. ſub num. 47. vbi
aliqua in propoſ. dixi.

190 Verum enim verò Ars vilis, & Mechanica aut
nobilis eſt illa, quæ ſecundum communem opi-
nionem Vrbis, vel loci in quo exercetur, vti Me-
chanica aut nobilis reputatur, et pro tali habetur, l.
2. §. 15, ff. de muner. Bar. latè in l. 1. C. de excuſ. lib.
10. Alciat. in l. Mercis, nu. 10. de verb. ſign. Tiraq.
tract. de nobilit. cap. 34. in princip. Caualca. facit
Deciſ. 41. nu. 23. p. 1. ſecundum hanc communem
interpretationem, & vſum Patriæ ſtatuta intelli-
gi debent, l. Labeo, vbi Bar. ff. de ſupellect. leg. Al-
ciat. de præſum. præſump. 48. reg. 1. Alb. conſil. 43.

Digitized by Google

num.3.vi. ad hæc Carpa. Super ſtatu. Mediol.cap. 415.num 9.

Hinc eſt quod Florentiæ, quæ eſt Ciuitas Illuſtriſſima nemini ſecunda, Ars ſerica, & Lanæ, nobilis reputatur, & eſt neruus ciuitatis: & qui patentes talem artem exercentes habent, non ſunt excluſi à Dignitate Clariſſimorum, qui appellantur quarantaotto perpetuò electi à Sereniſſimo Magno Duce, ob quorum electionem paſſim ob obitum aliorum, fiendam, ciues adeo lætantur, vt fere in vrbe Romæ, quando à Summo Pontifice creantur Cardinales, & ij de hoc numero 48. appellantur Clariſſimi, ex quibus de trimeſtre in trimeſtre eligunt Conſiliarij numero quinque, qui Senatores dicuntur, & illorum in alma Ciuitate Florentiæ Magiſtratus dicitur ſupremus, & ſunt habiles ad habitum Crucis Illuſtriſſ. Religionis Diui Stephani recipiendum, ac quarumcunque aliarum Religionum Nobiliſſimorum Virorum ſæcularium, & Eccleſiaſticorum.

191 Quid ſi quis ſit matriculatus in diuerſis artibus coram quo eſt conueniendus, & abſolutè conuenitur coram Iudice ſeu conſule illius artis ex qualis orta eſt, text. in l. legatis ſeruis, de leg. 3. at ſi occaſio litis, vel cauſa oriatur ab vtraque arte, tunc ad Iudicem communem recurrendum eſt, videlicet ad Iudicem ordinarium vniuerſarum cauſarum, puta coram Prętore ciuitatis, vel loci, vt l. 3. ff. Naut. caup. ſtabul. Bald. in l. receptitia, numero 11. C. de conſtitu. pecu. Cor. conſil. 318. part. 1.

192 Conſules autem Artium nequeunt condere ſtatuta, nec condita valent, niſi à ſuperiore comprobata fuerint, vel niſi talis abſoluta facultas illis competeret Bald. in dict. l. receptitia, in princip. C. de conſtitu. pecu. & licet dicat quod inter ipſos ſtatuere poſſunt, excepto quando ſtatutum saperet naturam Monopolij, per l. 1. C. de Monopol. tamen id verum non eſt niſi in Ciuitatibus, quæ per Rempublicam reguntur, ſecus quando habent vnum caput in Dominum in totum, quia ſine licentia eorum Principis, nec ſtatuere, nec reformare valent quicquam, vt per ſcrib. in l. omnes populi, de iuſt. & iur. & in l. cunctos populos, C. de Summ. Trin. & Fid. Cat. & ad prædicta vide Decian. de Delict. lib. 11. capit. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. tom. 1. idem in materia Monopol. & Artific. libr. 7. eod. tit. de Monopol. car. 108. tom. 2. vbi in propoſ. dicit, quod non poſſunt ſtatuere quod vnus non ſe intromittat in artem alterius, quia id eſſet contra bonos mores, ar. l. ſtipulatio hoc modo, de verborum obligation. tenet Bald. in l. 1. ver. No. quod Mechanici, C. de Monopol. Minuſque poſſunt perpetuo interdicere alicui, ne ſuam artem exerceat, niſi ex cauſa ad tempus, Decian. dict. capitul. primo, & Canon. in capitu. primo, de Sagittac. in cap. ex literis, de Conſtitu. & in l. fin. ff. de pęn. Nec poſſunt facere quod artifex non poſſit ſeruire per ſubſtitutum, niſi electa ſit Induſtria perſonæ, l. viam veritatis, ff. locat. vbi gloſſ. & Doctor. l. inter artifices, ff. de ſolut. Caualca. Deciſio. 25. numero 37. part. ſecunda, Caroc. tract. locat. part. ſecunda titul. De Induſtria perſonæ, & vide, quæ dixi ſupra, part. prima, numero 269. part. ſecunda, 263. part. 5. numero 79. idem etiam quando legitimo impedimento eſſet detentus, l. de pollicitationibus, ff. de pollicita. ſed in hoc æquitas ſuadet, vt excuſetur, per l. impoſſibilium, ff. de regul. iur. & quando inueniret ęquè idoneum ſibi in illa arte, poſſet ſupplere, l. ſi mater, & ibi gloſſ. C. de inſtitut. & ſubſtitut. vide Gozad. cit. hoc in conſil. 27. numero 6. vbi quando quis promiſit, & iurauit facere cum effectu, ità & taliter, impoſſibilitatem non excuſare a damno, & intereſſe. per Aret. in l. ſtipulatus, §. poſſum, ff. de verborum obligation. & per Iaſ. & alios quos Gozad. ibi allegat.

193 Et ſi fieret ſtatutum generale, quod omnes Artifices ſoluant decem pro arte ſua, non comprehenderentur Procuratores cauſas de iure patrocinantes, nec alij qui ſcientiam docent, quoniam huiuſmodi ſtatutum intelligi debet tantummodo de arte, & opera Manuali, & non de arte ſcientiali, id eſt de arte, quæ per Doctrinam exercetur. Firma. de Gabell. in Reper. Ars verſic. 2. antè med. & vi. Cagnol. in proœm. ff. orum, ſub numero 138. & Rauell. ſing. 89. eo. ver. artis, Quamuis quoque Ars dicitur, vt ſupra per l. 1. vbi gloſſ. ff. de iuſt. & iur. Nec etiam locum habet in Diſcipulos artis Manualis, Alber. de Roſat. ſuper ſtatu. quæſt. 211. in 2. par.

Et ideò Ioculatores, Buffones, Balatrones, & ſimiles de quibus apud Horat. Ambubaiarum Collegia, Minimi, Balatrones, & Saltatores, & Deſtrictores Cozzoni, ſchernitorea, & ſimiles, qui quæſtum Arte ſua faciunt tenentur ſoluere gabellam. Dominic. de S. Geminia. cap. 1. de vit. & honeſtat. cleric.

194 Et coquus, qui non moratur in Domo alicuius Nobilis, & illi inſeruiens, ſed facit de ſe coquinam, & tenet apertam coquinam, & Apothecam pro vendendis rebus coctis, & crudis, vt Romæ, Genuæ, Mediolani, Neapoli, tunc tenetur ſoluere gabellam, & comprehenditur ſub ſtatuto prædicto tanquam artifex Manualis, per l. ſi quid venditor, §. venditor, verſic. idem ff. de ædil. edic. ſed hæc tàm gulæ parata commoditas facit adoleſcentes nequam, & ſenes podagroſos. & Patresfamilias pauperes reddit, & tot mala exinde parturiuntur, quæ (ſi coquinarij, publici non reperirentur) ceſſarent, quia ſine Cerere, & Bacco friget Venus, & lingua non balbutit, nec blaſphemat, caput non dolet, & dorſa non tormentantur a Baculo ob linguam carentem oſſo.

195 Arma, & aromata, ac venenum vendentes bona intentione, & ſeruatis ſeruandis, ex quo ad bonum, & malum deſeruire poſſunt, non peccant, vt 23. part. 5. de occidendis, & 5. quæſt. 5. non omnis, vi. Nauarr. Manual. confeſſ. cap. 14. ſub numero 38. licet de iure communi flagitioſum ſit talia vendere, vt l. 1. §. 1. & l. eiuſdem, ff. de ſicar. Alexand. conſil. 203. num. 4. volumine 2. & re vera quo ad vendentes venenum, res valdè periculoſa eſt, & ideò Tu Aromatari caue: & cui des videto. ſum. Ang. in ver. negotiatio, ver. Quid de artificibus, num. 4. & 5. vi. infra ſub num. 21. verſ. Nec Chriſtianis.

196 Et ibi damnat immenſos ſumptus circa Camiſiarum colaria, quæ tolerari non debent, quid hodie diceret S. Thom. ſi videret luxum hodiernum, tàm in maſculis, quàm in fœminis, vt nullus vix reperiatur, qui non impendat multò plus in colario, quàm in interula, proh dolor, & pudor.

197 Sciantque talium impenſarum inuentores, quod de omni malo inde proueniente, ipſi ſunt rationem reddituri, & in vtroq; foro contra eos rigoroſe ſemota æquitate, procedendum erit, per l. ſi culpa, ff. de iur. iurá. & damn. dat. Nauar. Manual.

confeſſ.

Digitized by Google

confeſſ. cap. 21. numero 17. ſicuti damnat facientes flores ſericos, & huiuſmodi vana, & inutilia præſertim diebus feſtiuis, cum ipſa natura, quæ tot in tanta varietate flores producat, cui ad vnguem Ars nunquam comparari poterit, niſi dixeris quod tempore Hyemali flores naturales deficiunt, & quod cauſa alimentandi fiunt. nam hoc in caſu excuſandi ſunt, cap. quæ propter neceſſitatem, de regul. iur. & audita miſſa, & ſine ſcandalo, hoc in caſu etiam diebus feſtiuis laborari poteſt. Nauarr. cap. 13. num. 10. & 11. & per tot. illud cap. vbi tractat, quæ ſint opera ſeruilia, quæ licitè in diebus feſtiuis fiunt, vt num. 3. & quę ſunt prohibita, num. 6. Hinc non ſine ſcandalo permittuntur, & tolerantur, nęſcio quo ſpiritu) ſutores, & ſartores, Aromatarij, Pizzicaroles, Lanij, & huiuſmodi palam, & publice, & nedum in Apothecis, ſed in plateis, & vijs publicis laborare, ſuere, vendere diebus feſtiuis etiam Paſcatis, non aduertendo ad ſcandala, quæ dantur nedum Habitatoribus, verum, etiam forenſibus, & quod peius eſt Diebus Quadrageſimalibus, Lanij palam, & publicè carnes vendunt appenſaſque tenent; quod Chriſtianis maxime prohiberi deberet, vel ſaltem cautè, & amoto ſcandalo permittendum eſt, cauſa neceſſitatis, & hoc onus pertinet ad Antiſtites, & Curatos animarum, ipſi viderint.

198 Et quo ad abuſiones in ſoro fori, non habentur propriè pro Delictis, & pœna corporalis locum non habet ſecundum Bald. in l. quicunque column. 2. num. 6. & 7. C. de ſeru. ſugit. tamen tranſgreſſores puniuntur ad inſtar abuſus armorum, vt ſupra dictum eſt in 4. par. ſub num. 128. 148. & alibi. Nam abuſus non excuſat. clem. 2. in princ. vbi Car. & dicitur conſuetudo contraria legibus, & canonib. quando eſt irrationabilis. Car. Clem. 1. de pęn. & remiſſ.

199 Dixi num. 171. non eſſe vendendas res vitiatas & corruptas cum bonis, quamuis non deſunt aliqui qui tenent hoc fieri poſſe, vt D. Caball. Caſ. 80. vbi de tritico corrupto mixto cum bono, alij tenent quod aqua poſſit cum mero miſceri: Item quod aromatarij cruſtam panis aſſatam tritam immiſcent cum pipere, & Radices, cum alijs Drogherijs, & Drogantibus, ipſe verò me remitto in hoc potiſſimum Sacris Theologis, vi. Nauar. confeſſ. c. 23. nu. 89. & ſeq. vbi videtur velle quod manifeſtum defectum venditor propalare non teneatur, nec occultum, quod non eſt notabiliter emptori damnoſum, nec talis quod eo non obſtante emptor emere non deſineret, licet ægrè, dummodo minuat pretium, quia à quantitate pretij poteſt percipi quod res non eſt omnimodæ bonitatis: at ſi venderet pro vt vendere ſolet omnimoda bona, tunc peccat, & non licet, ſed ad effugiendum peccandi viam, bona non debent cum malis immiſceri, quando vtriuſque ſubſtantia confunditur, ſed ſi remanet, vt in tritico in quo licet mixto cognoſcitur bonitas, & prauitas, tunc ceſſat fraus, facit §. quod ſi frumento, inſtitu. de rer. Diuiſ. facit etiam Odofred. in l. 1. C. de tranſact. ſed quo ad Aromatarios ſi Radices, herbam, panem aſſatum, & huiuſmodi miſcent cum Drogantibus peccant, & decipiunt, & ſimiliter vinum aqua mixtum pro mero vendentes etiam quod à guſtu, & a qualitate pretij cognoſci poſſit, an ſit vinum aquaticum, debent propalare, & ſi non propalant decipiunt, vide S. Thom. 2. 2. q. 77. vbi dicit quod emptor volens conſeruare vſq; ad æſtatem putreſcet, Nauar. dict. cap. 23. num. 90.

200 Triplex dicitur eſſe defectus circa rem, quæ venditur, primus ſecundum rei ſpeciem, vt puta ſi vẽdatur auricalcum pro auro, aut vinum mixtum aqua pro puro, vt ſupra. ſecundus defectus eſt ſecundum qualitatem ponderis, aut menſuræ, vt ſi quis ſcienter vtatur illis defectuoſis, & mancis. ſcriptum eſt enim ſtatera doloſa, abominatio eſt apud Dominum, & pondus æquum voluntas eius. Prouerb. cap. 11. Tertius eſt ex parte qualitatis, puta ſi animal morboſum vendatur pro ſano, in ijs tribus caſibus venditor fraudem committere dicitur, & illicita eſt venditio, & tenetur ad reſtitutionem, ſi verò ignoranter, tenetur tantummodo emendare damnum emptori, poſtquam ſciuit, Nauarr. Manual. confeſſ. cap. 23. Sutd. d. num. 89. & ſeq. Ludo. Carbo. de Reſtitu. omn. Rer. quæſt. 52. verſic. ſexta concluſio. cum ibi per eum adduct. vi Zaſ. in §. item ſi quis, inſtitu. de act. Docto. in §. cum ex aliena materia. Inſtitutio. de Rer. diuiſ.

201. At quo ad animal morboſum, venditor vtroque iure denuntiare emptori qualitatem occultam equi morboſi, l. 1. C. de ædilit. edict. Bonacoſſ. tract. de equis, q. 384. & antè q. 84. & 86. vbi ſi venditur dixerit vendere equum cum omnibus ſuis magagnis, non ſufficit, ſed tenetur in ſpecie exprimere. Ang. & alij in l. ſi quis, ff. de public. Saly. d. l. 1. C. de ædil. edict. ſic tenetur detegere in foro poli morbum occultum ſecundum S. Thom. ſecunda ſecundæ quæſtin. 78. articul. 3. Seraphin. in ſuis Caſ. Conſcient. Caſ. 47. & vide Nauarr. d. cap. 23. num. 90. cum ſeq.

* Sed eſtò quod equus morboſus emptus ſit à Mariſcalco, ipſi non competit Redhibitoria, quia ſcire debebat. Mant. ſing. 250. num. 40. Nec talis redhibitoria competit Medico ducenti vxorem morboſam, per d. iura.

Cæterum quando fit immixtio duarum ſpecierum, retinentium propriam ſpeciem viſibilem, fit diuiſio, & ſeparatio, & quilibet Dominus retinet ſuam: at ſi difficilis ſit, tunc ille erit Dominus, qui immiſcuit, ſed tenetur alteri ad intereſse, ar. §. cum in aliena. inſtitu. de rer. diuiſ. vnde ſi per diuiſionem cauſetur diminutio ſpecierum, tunc Iudex iubere non debet, vt ſeparatio fiat, nec illarum diuiſio, l. vſufructuarium, §. ſi in varijs, ff. de vſufru. Iaſ. ad Porc. recenſet factum Iacobi de Butr. qui in Platea emporij volebat emere dimi-
* dium fici, & illum diuidere, de quo a muliere vendente reprehenſus & irriſus fuit, ex quo ficus non patitur diuiſionem in ciſta, ſed dum in ore ponitur, & recenſetur de illis duabus mulieribus quarum vna prætendebat filium alterius eſſe ſuum, & cum Mater vera contradiceret, Salamon Rex dixit afferte mihi gladium, & inquit ad illas tollite gladium, & diuidite infantem viuum in duas partes, at vera Mater noluit, ſed maluit viuum infantem dari alteri mulieri cuius filius non erat, quam illum diuidendo occidere, altera verò mulier dixit, nec mihi, nec tibi, ſed diuidatur, & Rex Salomon cognouit cuius erat filius, & dedit Matri ſuæ, vt in tertio Reg. capit. 3. 16.

202 Et poſtquam locuti ſumus de artibus, & artifi-
* cibus, adhuc ſciendum eſt, quod non licet Chriſtianis fabricare aliquo modo ſynagogas, vel Moſchias infidelium, quamuis illi tolerentur in conuertendo (vt dixi part. prima, ſub nume. 44. vel 49. S. Thom. 2. 2. quæſtio. 169. articu. 2. quia non ſunt facienda mala, vt eueniant bona, nec licet ferre ſcalas, vel aliud Inſtrumentum, aut aliam rem

dicta de cauſa ad Hebræos, & qui ſcienter talia ad dictum vſum ſubminiſtrat, mortaliter peccat, ſicuti peccant illi ruſtici afferentes ad Hebræos Ramos virides data opera pro eorum vmbraculis, quos fraſcatus appellant, iux. ritum antiquę legis Exod. c. 23. 16. dicta Enectenia. Nec latæ Chriſtianæ eſt alendus iofans infidelium, nec cum eis licita eſt conuerſatio, eſio, nec aliquod commercium habere, ſub pœna excommunicationis 28. q. 1. oullus, & ſi Iudæus miſcuerit ſcienter ſe cum Chriſtiana carnaliter, tradendus eſt curiæ ſæculari. Fel. in c. in nonnullis. vbi etiam Abb. de Iudæis & vſque ad mortem puniri debet. & econtra Chriſtianus, cum Iudæa carnaliter ſe immiſcens grauiſſima pœna plectendus eſt, & vi. Pau. Ghirlan. de Pæn. omnifar. coitus, q. 12. per tot. & ibi iura per eum adduct. ſed vt ingenue fatear, mihi videtur maiori pœna afficiendum eſſe Chriſtianum, quam Iudęũ ex quo grauius peccat, qui veritatem magis agnoſcit, & à veritate recedit, niſi dixeris quod Chriſtiani ſunt æquitatis capaces, Iudæi nequaquam, ſed toto rigore contra eos procedendum eſſe, vt infra numero 641. vbi multa in hoc propoſ.

Nec Chriſtianis, licet tempore Belli iniuſti deferre arma ad hoſtes, nec illa pro eis fabricare, ſecundũ Seraph. caſ. conſcien. t 3. vbi damnat etiam illos qui fabricant aleas, & taxillos, ac ſortes Ludendi cauſa, quamuis ad bonum, & malum fiant, & de hac re alias dixi, p. 1. nume. 281. cir. fi. & regulariter ludus, cum eis eſt de genere prohibitorum, l. 1. & 2. ff. de alc. luſ. & aleato. c. Epiſcopus. 35. Diſ. Niſi realiter, & non animo decipiẽdi, ſed recreandi gratia fiat, Idem Seraph. Caſ. 5. S. Thom. 2. 2. q. 168. Nauar. confeſſ. cap. 50. per tot. & gratia exercitij, & ſolatij conceditur. Afflict. de feud. tit. quibus mo. feu. amit. c. primo, nu. 31. at Ludendo ludo prohibito, ludens peccat, & tenetur ad reſtitutionem. Nauarr. loc. cit. & dicitur ludus prohibitus vbi verſatur fortuna, tantum vel fortuna, & induſtria ſimul. no. glo. in d. l. 1. ff. de aleator. & non datur actio contra perdentem, l. ſi filiofamilias, ff. quar. rer. act. non datur, & ideo dixi ſup. par. 1. ſub nu. 581. in fi. quod ludens ad credentiam, in ludis prohibitis nullo modo obtinere poteſt. Ludou. Carbo. de reſtitu. omn. rer. cap. 42. niſi ludat ad ludum non prohibitum, qui eſt quãdo ſolum in eo verſatur induſtria, vt ludus ſcaccorum, pilæ, & ſaltus, l. qua ratione ad leg. Aquil. Amad. de ſyndi. nu. 91. & 92. ſed non poteſt ad credentiam ludere, niſi vnum ſolidum, l. fi. C. de relig. & ſumpt. fun. ſed ipſe teneo quod nihil. quia eſſet occaſio citò prodigalitatis, & paupertatis, & obuiandum eſt ijs periculis, vt experientia docet. Carbo. loco citato, vbi contra illos, qui domum, aleas, taxillos, candelas, & alia ad ludum apta, accommodant, & luſoribus ſubminiſtrant: nam is in eadem damnatione eſt, ſicuti ſpectator, quando incitat, prouocat, & inuitat alios ad ludum. Put. tractat. de Lud. tex. d. l. fin. C. de relig. & ſumpt. fun. & Caccialup. eo. tract. & eo magis, ſi ad effectum conſequendi paragentes, ſeu èmolumentum iſti accommodãt, aut prouocent luxores. eſt enim turpis quæſtus, & occaſio periculoſiſſima peccandi, & qui in ijs periculis ſe ponit, peccat: nam cauendum eſt à ſcandalis, & periculis. Nauar. confeſſ. cap. 14. num. 26. & ſequ. idem de conuenientibus in comędijs obſcęnis, & in materia ludi. vi. etiam Ludou. Carbo. de reſtitu. omn. rer. cap. 37. 38. 39. & 40. cum ſequ. vbi omnes ferè alleg. & tractat, qui nam ſit ludus licitus, & illicitus, et quando amiſſa in ludo ſint reſtituenda, et de perſonis quibus omnino ludere quouis modo ſit prohibitum, vt clericis, & huiuſmodi, qui ludo quamuis tarocorum, aut ſcacchorum nõ debent ludere: nam tempus perdunt, & maiorem curam præbent, quàm officio diuino, alijs verò non religioſis licitum eſt quandoque, non ſemper ludere, ſcacchis, damæ, marelæ. & ludo pilæ. Afflict. d. titu. quib. mod. feu. amitt. cap. primo, nume. 31. Seraph. d. Caſ. conſc. 5. vbi in fin. damnat ludum taxillorum, & cartarum propter eminens periculum. S. Th. quem alle. Amad. de ſynd. nume. 96. non contradicit. Verumtamen abuſus iſte adeo præualuit, & radices in oſſibus Genuenſium, Florentinorum, Romanorum, Venetorum Mediolanenſium, & cunctarum ciuitatum Italiæ dilatauit, quod ille, qui liber ab hoc vitio, & immunis reperitur, gratias toto poſſe Deo Optimo Max. reddere debet: nam ludus facit homines ferè ſtultos, & vt plurimum miſerabiles diuites reddit. Pœnæ autem contra ludentes ſunt. nã ludens cum falſis tenetur pœna falſi l. arbitrio. ff. de dol. Amad. de ſyndic. nu. 93. & vincens tenetur pœna furti, l. falſus, in primo, ff. de fur. 3. poteſt ex officio in vtroque foro inquiri contra ludentes. d. l. fi. C. de relig. & ſump. quarto omnis contractus inter luſores ex cauſa ludi factus, nõ tenet, Amad. vbi ſupra nu. 94. quinto domus ludi prohibiti coo fiſcari poteſt, Salyc. in l. fi. C. de fal. monet. quinto tenentes ludum, percuſſi, vel vulnerati, aut iniuriandi ex cauſa ludi, non poſſunt quęrelando obtinere, l. 1. in prin. ff. de aleator. Amad. num. 95. vbi nec ciuiliter, nec criminaliter.

203 Nunc redeundo, vnde digreſſus ſum, ad æquitatem, quam locum habere in ſubſtantia, & conſequenter in omni re, maximè in iure ſup. dictum fuit, ſcias quod iuris benigna interpretatione aliqua recipiuntur, quæ de ſtricto iure non reciperentur, & ſi lex ad alium caſum nõ extenditur, Marc. Mant. ſing. 83. num. 1. & 3. Porrò æquitas eſt fundamentũ interpretandi iura Bal. in l. ſi defunctus. col. 2. verſi. & not. C. de ſuis, & legit. Cæphal. conſilio 412. numero vndecimo, volum. tertio, æquitas mouet iudicem, æquitas agit cauſam fauora-
204 bilem, æquitas etiam in iure non ſcripto nidum habet, vt in conſuetudine dixi ſupra §. ex non ſcripto. inſtitu. de iur. nat. gent. & ciuil. & eum in dicta leg. in omnibus quidem, maximè in iure, adeſt dictio hæc (maximè) ipſa utrumque ius ſcriptum, & non ſcriptum amplectitur, licet maior ratio ſit in vno, quam in altero, glo. in leg. illud, ff. ad leg. Aquil. gloſſ. in capitu. ſponſam, de ſponſal. Qua de re in conſuetudine, ſtylo, et moribus, æquitas locum habet: nam qui omne dicit nullum excludit. leg. cum prætor. ff. de iudic. cum ſimil. Item in reſponſis prudentum, Placitis principum, reſcriptis, & priuilegijs. De ijs toto titulo inſtitut. de iur. natur. gent. & ciuil. & ad hæc vi. Georg. à Vall. Placent. dicto ſuo tractat. de rebus expeten. & fug. libro 41. capitu. primo, et ſecundum Ioan. dicta glo. in omnibus. ſimiliter, in pactis, contractibus, vltimis voluntatibus, & iudicijs, & tam in criminalibus, quam in ciuilibus, item in omnibus perſonis tam laicis, quam eccleſiaſticis, præter quam in Iudæis, Hæreticis, & alijs infidelibus, cõtra quos ſolum rigor locum habet. & de prædictis omnibus, paſſim & ſpecialiter, & utiliter dicemus.

205 Sed antequam ad particularia deſcendamus, ſciẽdum eſt quod ipſe non loquor de illa æquitate, quę a propria animi paſſione deriuatur, Nam hæc vt plurimum iuri ſcripto aduerſatur, vt notant

Bar.

Digitized by Google

Bar.& alij in d.l.1.C.de leg.& in d.l.placuit.C.de
iud. Abb.in capit.vlt.de tranſact.ſed ſermo noſter
eſt de ea æquitate, quæ etſi legibus non ſpecifice-
tur, attamen legibus non contrariatur, alioquin ni
hil eſſet vel certum, vel perpetuum in iure noſtro,
quibuſlibet cauſarum ſtatum ad quātanlibet ima
ginariam æquitatem detorquentibus, ſicut elegan
ter ſcribit Zaſ. conſil. vndecimo, nume. 35. libr.
primo, quem refert Mynſinger. in obſeruat. Cen-
tur.ſexta, obſer.63.num.4. nunc ad particularia de
ſcendamus.

Aequitas in Aula, & in conſiſtorio Principis locum habet. Cap. Primo.

PRimò igitur æquitas locum ha-
bet in Aula,& conſiſtorio Prin
cipis, in cuius conſilio ſummo-
pere nititur, vnde Salom. Pro-
uerb.c.25.ait. Auſer impietatē
de vultu Regis, & firmabitur
iuſtitia thronus eius, & cap.16.
Pondus & ſtatera iudicia domini ſunt, & iniqui-
tas expellitur, vt inquit Imper.in procem. inſtitu.
in princ.& ſi.text.in l. Aem lius, de minor. & in l.
vbicumque, vbi Bart. nu.10. ff.de vſucap, qui dicit
quod ſolus Imperator facit æquitatem non ſcriptā
ex rationibus de quibus per Mynſinger. in cētu 6.
obſeru.63. ſub nu.4.& iam ſupra dixi ſub nu.117.
cum ſeq.& nu.131. verſi.æquitas.iudex verò ſequi
tur æquitatem ſcriptam, at Princeps eſt legibus ſo-
lutus, quamuis legibus viuere debet. l. princeps. l.
digna vox.ff.de leg.& proprium Principis eſt, eſſe
207 benignum, & æquum. Afflict. de feud. titul.de
pac.tenen.& eius violator.c.a.ſi quis, nu.6.car.211.
Aſin.pract.§ 3.num.2.& 3.& ſi quando indigna-
tionem eius aliquis incurrit, ſiue ſit comminata,
ſiue non, nihilominus prudens conſiliarius eam
mitigabit, Salom. Prouerb.cap 16.indignatio Re-
gis, nuncij mortis, & vir ſapiens placabit eam.
Quinimmo Princeps quicquid perperam, & ini-
què factum eſt, & reperitur eſſe factū ſolet caſſare,
& annullare,& ad æquitatem reducere, ca.verita-
tis.vbi Abb.de dol.& contumac. Vant. de null.an
quælibet ſenten.nume.23.car.43.dixi.in 5.par.nu.
60.& ſi quid iniuſtè iuſſu præ muitur fuiſſe circū-
uentus. Boſſ.in tit.de princ.& priui.eius. Nec ideo
poteſt de variatione, ſeu inconſtantia notari, ſed
dici poteſt quod errauerit. nam cum Princeps ſit
homo errare poteſt, quia humanum eſt peccare,
Angelicum emendare,& diabolicum perſeuerare.
Sed nequaquam, licet nulli ſubditorum arguere
Principem de iniquitate,& de iniuſtitia, abſit tan-
tus error.vi.ſup.ſub nu.70.ver.& in tantum, ſed ele-
cti ſunt vt fides, ac iuramentum propulſo legum,
ac prænatum metu ciuitatem regerent. Tit. Liui.li.
2.in hoc enim Reges, ſicut eis diuinitus præcipi-
tur Deo ſeruiunt, in quantum reges ſunt, ſi in ſuo
regno bona iubeant, mala prohibeant, non ſolum
quæ pertinent ad humanam ſocietatem, verum e-
tiam quæ ad diuinam religionem. S. Augu.contra
Creſconium Grammat.lib.31. Verum aliquando
ſilentiarij,& alij à dextris principum aſtātes. quan
doque authoritatem arrogant,& ſeu tyrannizant,
non permittentes ſubditos alloqui per principem,
ſed ipſi tanquam idola reſponſiones, prout magis
placet ipſis, dant, dicentes, ita princeps iubet, quæ
verba nunquam ab ore boni principis exierunt,
& ideo ſolet dici, quod principis conſenſus, & au-
dientia ponuntur inter caſus fortuitos. not. Barto.
in l.continuus,§.cum quis.de verb.obl. Peregr.de
fideicommiſſ. ar.11. nu.101. idem dicitur de ſen-
208 tentijs. Tandem princeps ex cauſa facere poteſt
quod æquitas non ſcripta præferatur æquitati ſcri-
ptæ,§.ſed & quod princip. inſtitu.de iur.nat.gen.
& ciui. ſed de poteſtate ordinaria id facere non poſ
ſunt, immo ſiue ordinaria poteſtate, ſiue extraor-
dinaria aliquid iubeant, vel iudicent, ſemper eum
cauſa legitima feciſſe præſumendum, vt latè per
* Boſſi.d.tit. de princ.& priuil.eius. Nec denegatur
reſtitutio de æquitate aduerſus ſententiam princi-
pis, vel Papæ, quando ſub prætextu erroris reſtitu-
tio petitur, præſertim quando imprudentiæ,& cir-
cūuductioni partis aſcribitur,& multo magis ob iu
ra de nouo reperta, Sfr. Odd. De reſtitu.in integ.
par.2.q 72. nume.61 62.& ſeq. ſed ſi quis obtinue
rit reſtitutionem, & illam ſpreuerit, vel uti benefi-
cio, d. reſtitutionis noluerit, non meretur amplius
reſtitui. cum vigilantibus,& non negligentibus iu
ra ſubueniant, l.pupilli. in fin.ff. de ijs quæ in frau.
cred.& ſpecialitates non ſunt multiplicandæ. pre-
ſertim in præiudicium alterius, l 2.§.ſi quis a prin-
cipe.ff.ne quid in loc.publ.vi.infra nu.527. Sforz.
Odd.de reſtitu. quæſt.1.art.8 Vnde diſcant conſi-
liarij ſemper conſulere ea quæ ſapiunt æquitatem,
quam rigorē. exceptis illis caſibus in quibus opus
eſt adhibere rigorem: nam iuſtitiæ equitas non eſt
propellenda, quāuis vndique deiecta hæc virtus,
& humilis apparet ad regale faſtigiū, & aulas prin
cipum, reſtricta vinculis adire non poteſt, neque
oculos iniicere poteſt vbi peſſimi adſunt conſul-
tores, neque in ea ciuitate apparet vlla, vbi Iuriſcō-
ſulti ſcelerum ſunt, inuidiæ & iniquitatum ſecta-
tores, propter eorum auaritiam, & ignorantiam.
Nam plus valor librorum ſuorum redderet in cen
ſus conuerſus, quam in pulchra cortina,& appara-
tu multitudinis librorum, quorum ſtudiū magis
pro Bibliotheca, quàm pro capacitate ingenij, eo
rumque exercitio deſeruire poſſet, vt de ijs apud
Hier. Perbo.in d.ſuo tract.intitulat. Ouiliatio li.
23.tit.de iuſtitia. vbi paulo inferius. Tantæ, ait, æ-
quitatis iura nobis numine permittente ſancita
ſunt, vt etiam qui iniurijs affecti ſunt, iniuriam re
mittere teneantur, ſi conſcientiæ partes locū poſſi
dent, non dico illatum damnum, conſiliarij verò
proprium commodum publico ſupponere debēt,
vt principem rectè conſulant hæc ille. Et in ſum-
ma etiam contra ſententiam in rem iudicatā tran
ſactam eſt ſuccurrendum, quando iniquitas, & in
iuſtitia eſt patens,& equitas id ſuadere videtur, vt
ſup. nu.143. De hoc apud Boſſ.tot.titu.ſi aduerſus
rem iud.reſtitu.poſtul.& tot.titul.de remiſ. ex ſol.
Clem.prin.contr. ſent.cum tit.ſeq. & an & quan-
do æquitas locum habeat in reſcriptis dicam infra
ſub nu.311.cum plur.ſeq. Et quia ſententia princi
pis præſumitur iuſtè lata, etiāſi appareat contra ius
poſitiuum lata, tenet, Secus ſi contra naturalē equi
tatem, quia naturalia nequaquam ſunt mutabilia,
& tanquam æquum,& bonum ius naturale decet
illibatum permanere,§.ſed naturalia.inſtit.de iur.
nat. niſi ex cauſa principem appareat voluiſſe uti
plenitudine poteſtatis. Vant.tit.an quæ lib.ſenten.
&c.nu.13.19.105. vbi quando ſententia principis,
ſubiaceat nullitatibus quē vi.& in 1.p.ſub nu.112.&
168.170.& 248. ibi ipſe dixi. Quinimo æquitas Pa
latij principis non curat de præiudicio, dūmodo lis
bene & rectè expediatur ne pereat ius partis, Rot.
Deciſ.20.in no.& eam adducit Maſcar.de probat.
concluſ.130.nu.10. vol.1. iterum, ſi palpato ali-

quantiſpet de iniuſtitia, non obſtante re iudicata Principes reuiſionem concedunt non tamen paſſim, ſed vbi æquitas ſuadere videtur vide infra nume. 527.

Vlterius in Conſiſtorio Principis æquitas locũ habet vt dixi, & in tantum operatur, quod ſi ab ordinibus non admittitur appellatio, nihilominus, grauamen adeo ingens & notorium apparere poſſet, iniuſtum & iniquum, quod melius eſſet reuiſionem concedere, quam rigorem ordinum pati, quoniam illorum opinio, qui aiunt, melius eſſe permittere, aliquam ſententiam (quamuis pernicioſam, habere executionem, quam introducere vſum reuidendi ſententias in Conſiſtorio Principis latas, & hinc aliud inconueniens adducitur, quod quandoq; ob minus malum permittitur Iudaizare, et tunc non dicitur mali vſus introductio equidem huiuſmodi rationes ſunt deuię ab æquitate naturali, gentium, ac diuinarum, & humanarum legum. nam de iure naturali æquum eſt, neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem. l. iure naturæ de reg. iur. ca. locupletari. eo. tit. in 6. Sic iure naturali primęuo, quod pro nobis non vellemus, alijs facere non debemus, trad. Doct. in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. & Doct. in l. is natura debet. nu. 3. & ſeq. de reg. iur. iure ciuili ſanctius eſt nocentem abſoluere, quam nocentem condemnare. l. abſentem. ff. de pęn. & non eſt prohibita reclamatio Salyc. in l. cum antea. §. 1. C. de arb. Abb. conſi. 2. par. 1. Nec reſtitutio vt ſupr. nu. 208. cit. ſi. & Marant. de ord. iudic. par. 6. nu. 11. 12. 77. & de reuiſionibus ſolitis concedi, vi. Mago. Deciſ. 99. & Deciſ. 120. & quod de iure communi reuiſio concedatur, vbi adeſt enormis & enormiſſima læſio, tenet Iaſ. in l. fi. num. 4. ff. qui ſatiſda. cog. Soc. iun. in Reg. in verb. ſententia. Gabriel. to. con cluſ. tit. de arbitr. concluſ. 2. num. 1. etiam non obſtante ſtatuto. Grat. conſi. 30. vol. 1. Alciat. conſil. 721. Kirchou. 10. concl. Centur. 4. concl. 53. etiam quod per partes renũtiatum fuiſſet reuiſioni. Paul. de Caſtr. conſi. 260. viſis compromiſſo. num. 3. vbi etiam ſtante iuramento. vol. 1. Dec. conſil. 39. nu. 6. Anchar. q. 3. nu. 7. par. 2. Sed opus eſt abſolutione, Gabr. d. conclu. 3. nu. 38. & enormis læſio dicitur. eſt illa quæ aſcendit ad ſextam partem vt per Cæpol. conſil. 29. vbi aſſirmat eſſe co. op. Curt. iun. conſi. 79. & Dec. conſi. 39. Enormiſſima verò læſio dicitur, quando quis eſt læſus in totum, Ruin. conſi. 11. vol. 4. conſi. 109. vol. 1. & hos & alios allegat Gabr. tit. de empt. concluſ. 1. nu. 7. & 8. Et in materia reuiſionis vi. Carp. ſuper ſtatu. Mediol. in Ciuil. c. 116. in ver. admitti ſub nu. 76. cũ mult. ſeq. & de iure Canonico non eſt dubium tex. in c. cum ſpeciali. §. porro de appellat. vbi ad defenſam iniuriam paſſi, & offenſi a iudice iniquo oppreſſis ſuccurrendum eſt, Marant. de ord. iudic. par. 6. nume. 236. vi. infra ſub num. 215. omnibus alijs remedijs ſublatis, non eſt ſublatum officium iudicis, ut ſupra dixi fundatum in æquitate ſub num. 118. verſic. & ex hac æquitate, Aſin. de execut. §. 3. cap. 323. nume. 5. vi. Rebuff. tract. de appellat. ar. 3. gloſſ. 2. tandem de iure diuino quod non patitur vnquam quod quis iniuſtè ſit condemnatus, ſed quod ius ſuum vnicuique tribuatur ſupr. nume. 66. cũ plur. ſeq. Et ideò minus iuridica eſt opinio contrarium tenentium, quæ fundatur ſuper fuga laboris, nec per hoc lites immortales fieri dicentur, ſed potius lites iuſto & æquo fine terminabuntur, nec quicquam congaudebit ſuper iniquitate, cum per hãc æquitatem quam Princeps facere poteſt iniquitas ſublata erit, vt ſup. nume. 208. per tot. nec erit introducere malum vſum, ſed potius cauſabitur à nõ admiſſione reuiſionis in caſibus in quibus de æquitate concedenda eſt, & in hoc propoſ. vi. quæ dixi in 5. par. ſub nu. 60. per tot.

209 Similiter æquitas locum habet in omnibus Magiſtratibus, vbi cauſæ pupillorum, orphanorum, viduarum, pauperum, & aliarum miſerabilium perſonarum tractantur, ſicut in omnibus alijs tribunalibus in quibus proceditur de bono, & ęquo, ſola facti veritate inſpecta, quorum virtute verborum, iudex poteſt iudicare (vt fertur) tanquam Deus, vt dixit Bal. in l. penul. in ver. ſexto quęro. C. de iur. delib. Nat. in repet. clem. ſæpè, de verb. ſign. Aſin. §. 3. c. 3. num. 4. & c. ſeq. vbi multa in propoſ. de hac clauſula & per Caualca. Deciſ. 10. num. 35. Deciſ. 12. nu. 59. Deciſ. 19. num. 33. par. 1. & poteſt iudex cum hac clauſula credere teſti rationem perſuaſiuam reddenti, Bal. in l. ſolam. C. de teſt. nu. 9. dixi ſupra in 3. part. nu. 86. & adde Neuiza. conſil. 80. nu. 39. & Ferrant. Garz. Patrocini. 38. & Flo-
210 rentiæ, vbi adeſt Nob. Magiſtratus Dominorũ conſeruatorum legum, quibus facultas datur procedendi in cauſis pauperum etiam ſine petitione in ſcriptis aut libello, ſed auditis partibus, & eorũ iuribus ſemel, aut bis, & terminandi, & decidendi per ſimplicem deliberationem, ſummarie, ſola facti veritate inſpecta, de bono & ęquo & ſecundũ conſcientiam iudicare debentium, ita cauetur ex ordinibus anni 1572. ſub die 29. Aprilis per leg. Duc. ex quorum facultate colligitur, quod ſolemnitates attendi non debent, quia non ſapiunt æquitatem, ſed apices iuris, de quibus ſupra dixi num... vnde bene dicit Salamon. Prouerb. c. 29. Rex qui iudicat in veritate pauperes, Thronus eius in æternum firmabitur.

211 Hinc vna deducitur vtilitas, quod ſi quis coram d. Magiſtratu partem tantum ſuæ prætenſionis deduxerit in ſcriptis, & in progreſſu partem oretenus expreſſerit, etiam in calculo ferendæ ſententiæ, dummodo clarè liquet, & pars citata ſit, in cõtradictorio iudicio is obtinere debet, Aquenſ. in l. 1. ff. de offic. aſſeſſor. & ſtante d. clauſula de bono & ęquo ſentẽtia ferri poteſt ſuper probatis, etiam nulla petitione præmiſſa, vel nulla facta litis conteſtatione, Aſin. pract. §. 3. capit. 5. nume. 2. & cap. 6. num. 2. ubi ait quod ſententia ferri quoque poteſt, quamuis non ſit conformis libello, etiam ſuper libello inepto. 161. num. 10. & tempore feriarum, in honorem hominum. §. 3. c. 7. nu. 1. ca. 22. nu. 2. & 3.

212 Præterea quando Princeps, alter iubet aut delegat, quod procedatur ſecundum æquitatem, iſta clauſula non extenditur ad decidendum, ſed duntaxat ad procedendum, Bald. in leg. qui procuratorem. col. 2. uerſ. pone quod datur arbitrium. ff. de procur. Dec. in c. ex parte il 2. nume. 13. de offic. deleg. ubi in Addit. ait quod quando modus procedendi alteratur, non uidetur alteratus modus decidendi, & circa hoc quattuor effectus aſſignat. primo, quod per hanc clauſulam ſecundum æquitatem pactum nudum non habet locum, ſecundo, quod poſſeſſor condemnari poteſt reiecta præſcriptionis exceptione, tertio quod ſummariè procedatur, quarto quod exceptio excuſſionis non attendatur, nimirum quia hæ duæ exceptiones ſunt de apicibus iuris. adde ſcilicet, quod iudex nõ debet ſequi æquitatem proprię ceruicis, ſed illam, quæ eſt iuris, vt per Rom. conſi. 149. num. 3. Abb. conſil. 91. col. 1. lib. 1. lit. I. & dixi etiam in 1. par. nu. 110. cum ſeq.

Verum hæc clauſula ſecundum æquitatem, non

valet

Digitized by Google

valet tantum quantum clauſola ſola facti veritate inſpecta, vt etiam dicam infra ſub nume. 568. at ſi ambò coniungantur, mirabiles effectus pariunt, inter quos admittitur compenſatio ſpeciei ad quãtitatem, & important manum regiam, vt inquit Boer. conſi. crim. 213. vol. 5. & nihilominus procedendo ſola facti veritate inſpecta, iudex non debet ab æquitate ſcripta diſcedere, vel à conſuetudine approbata, vt pluries dictum fuit, & facit Canalca. d. Deciſ. 5. num. 26. p. 5. Deciſ. 9. nu. 11. Rot. Bono. Deciſ. 28. in fi. Cacbeta. Deciſ. 92. nu. 35. maximè quando debitor eſt pauper. poterit tamen credere probationibus perſuaſiuis. Bertazol. conſi. 278. nu. 13. vol. 2. & poterit iudicare, vt princeps, vt Deus. idem Bertazol. conſi. 160. nu. 3. vol. 2.

213 Poſtremo in conſiſtorio Principis, & ab illis qui ſtant à latere eius ſubditi ſunt tanquam filij tractandi: quia æquitas id expoſcit. §. & eos. in auth. vt iud. ſine quoquo ſuffrag. Pietas namque paterni nominis, non in atrocitate, ſed in æquitate conſiſtere debet, & conſilium pro conſeruandis, & non deſtruendis ſubditis capi debet. vt l. 1. ff. ad le. Iul. de patricid. & ad hoc propoſ. quam plura adducit Dy. in c. in iudic. de reg. iur. in 6. & miſericordia, & veritas cuſtodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. Salom. Prou. cap. 20.

Et vice verſa ſubditi inuigilare debent, vt ſint fideles, neue in aula Principis quidquam temerè attentare velint, ſed illius conſiſtorium per oſtiũ, & per gradus aſcendant, nam qui non intrat per oſtium fur, & latro eſt, vt ſunt illi qui nullis virtutibus abſq; meritis, ſed via munerum, & huiuſmodi indirectè ingrediuntur, caueant à contemptu, quoniam cõtemnere, eſt in plus delinquere, quàm non parere, ſic Luc. de Pen. in l. qui fiſcales. C. de Nauicul. lib. 11. Farinac. de Carcer. & carcerat. q. 30. num. 73. & ideo maiori pœna plectendus eſt, vt dixi in 4. par. ſub nu. 9. & ſeq.

Perſonæ verò, quæ prætermiſſo iudice ordinario, poſſunt immediatè adire tribunal Principis, ita ęquitate permittente, enumerantur in l. prima. C. quan. Imperator. inter pupill. & viduam. vbi pupilli, viduæ, & qui continuo morbo laborant, & cæteræ miſerabiles perſonæ, vt orphani, & pauperes, quæ inuitæ extra proprium forum minimè extrahi poſſunt, quin hæc habent priuilegium quod poſſunt extrahere alios, ſed ipſas extrahi nequaquam. Item ſcias quod regulariter non poteſt appellari ab ordinario immediatè ad conſiſtorium Principis, ſed de æquitate canonica admittitur. c. ſi duobus. vbi glo. de appel. præſertim miſerabilibus perſonis licitum eſt vltimo ſcias quod determinatio quæ fit circa lites, & cauſarum deciſiones in conſiſtorio Principis appellatur diffinitiua ſanctio, alij vt Rip. in rubr. de conſtitu. dicit appellari pragmaticam ſanctionem. num. 33. 34. & 35. ſed hoc parum refert, ſat eſt quod eſt finis irreuocabilis litium, §. ſed & quod principi. inſtitu. de iur. nat. gent. &c.

Aequitas in iudicijs. Cap. II.

214 IN iudicijs ęquitas locum habet, præſertim in iudicijs bonæ fidei. l. actione. §. ſi communis. ff. pro Soc. l. quod ſi Epheſi. & ibi glo. & Doct. ff. eo quod cer. loc. tex. & Docto. in l. placuit. C. de iudic. & in l. 1. ff. de iuſtit. & iur. l. in omnibus quidem, de reg. iur. prima vtilitas, quæ ex hoc colligitur ea eſt, quia forma rigoris non attenditur in modo procedendi, Nec quoad prætorias ſtipulationes ſtatur rigori præcisè, vnde ſi quis promiſerit repræſentare aliquem toties quoties, & ſic per verba indefiniti temporis, tamen æquitas contentatur de duabus vicibus. dixi. in 2. par. nu. 180. & alibi. eſt materia l. ſi duobus. §. ſi ei qui. in verb. exhibuerit, vbi Rom. & alij, ff. de iniur. Bar. in l. ſi quis reum. col. 1. verſi. circa hanc legem. ff. de cuſto. reor. Luc. de Pen. in l. ſi quis Decurio. colum. 4. C. de decur. lib. 10. Afflict. Deciſ. 46. & hos & alios alleg. Tiraqu. in l. Boues. §. Hoc ſermone. nu. 46. 47. & 48. de verbor. oblig. per quem tex. etſi regulariter actus intelligatur de prima vice tantum, tamen quando primus actus de benignitate non tenet, tunc intelligitur de ſecundo actu, l. hæc conditio. la prima, ff. de condi. & demon. Bal. in c. olim ex litteris. col. 2. de reſcr. & ad regulam de primo actu vi. quę inf. dicam. Si verò cauſa agatur coram probis viris, ſeu coram pragmaticis viris, qui ſapientes viri appellantur, quique ex partium conſenſu abſque lite cauſas dirimunt, vt per Rip. in rub. de conſtitu. ſub nu. 34. tunc ſola æquitate vtuntur. & pro bono pacis quandoque rigores l. moris. §. ſolet. ff. de pœn.

Item in iudicijs de ęquitate admittuntur exceptiones, non tamen friuolæ, de quibus dixi ſup. ſub no. 144. ver. item ſtatuta, Alber. de ſtatu. libro 1. q. 65. & 152. Bar. in l. 1. vbi Alex. ff. quod vi. aut clam. & latè de exceptionibus à ſtatuto remotis loquitur Aſin. pract. §. 31. c. 20. cum omnibus cap. ſequ. vſque ad fin. d. §. 31. & Carpa. ſuper ſtatu. Mediol. in ciui. c. 498. nu. 25. cum ſeq. vbi friuolę exceptiones dicuntur, quæ nil prodeſſe poſſunt. vt per Menoc. de arb. caſ. 197. num. 4. Rebuff. tract. concor. in rubr. de friuol. excep. ſimiliter & omnes exceptiones merè calumnioſè reijciuntur, non obſtante ſtatuto. Aſin. de execut. §. 3. cap. 21. 22. 23. cum plurib. ſeq.

In iudicijs quoque de æquitate dantur dilationes, de quibus locutus ſum in pract. de teſt. pat. 5, ſub num. 30. cum plur. ſequ. præſertim quarta dilatio ſumma æquitate datur, cum rigor obſtet. ca. vltra tertiam. de teſt. & ibi canon. Aſin. d. pract. §. 21. c. 1. nu. 2. & 9. vbi æquitate ſuadente poſſe iudicem adhuc tranſacto termino expectare ſua benignitate partem. Bar. in l. 1. §. poſt edictum. ff. de iudic. & ideo non denegantur prorogationes, quia melius eſt peccare in tempore quam in ſententia. ideo non videtur iutum dum Beto. in c. cum ſit Romana, nu. 53. extra de appellat. tenet prorogationem inſtantiæ, communem, & publicam vtilitatem impugnare. vt refert Aſi. §. 1. c. 9. num. 5. & quamuis poſitionibus ſit reſpondendum purè, & ſimpliciter. vt ferè per tot. Italiam extant ſtatuta, alioquin pro cõfeſſo reſpõdens habeatur, nihilominus æquitas permittit, quod ex cauſa poſſit modificatè reſponderi. Bal. in l. iuſiurandum. §. ait prætor. ff. de iureiuran. Aſin. d. §. 19. c. 17. & 21. vbi ſub num. 3. refert Alciat. in d. l. iuſiurandum, dicentem quod iudex de æquitate ponentis euitãdæ calumniæ cauſa, qualificatam reſponſionem admittit, & ibi tenent Bal. Rom. & Iaſ. in §. non ſemper. de iureiuran. vi. in hoc propoſito quæ dicam inf. ſub nume. 219. ver. nunquid.

Nec in iudicio habetur acceptio perſonarum, quatenus ad maius, vel minus dignas, vel plus, aut minus diuites. nam ſcriptum eſt pauperis non miſereberis in iudicio, ne diuiti fiat iniuſtitia, ut in Deuteronom. c. 1. Exod. cap. 12. & propter iniuſtitiam, pauperem in iudicio non defendes. S. Hiero.

ad

ad Ruſt. Epiſt. 11. li. 3. tex. in c. volentes. de priuil. lib. 6. vbi Papa dicit ſe priuilegiatorum iura defendere velle: ita vt aliorum iura non perturbet, Caball. Milleloq. 698. p. 2. S. Pau. ad Rom. ca. 2. non enim eſt acceptio perſonarum apud Deum & ad Gal. c. 2. Nam Deus perſonam hominis non accipit. Verũtamen in paritate plus ſanè ſuſtineo, quã actori, plus pauperi, quam diuiti, plus piæ cauſæ, quam ſęculari, plus orphanis, viduis, pupillis, ignaris, & imbecillibus, quam alijs de quibus paſſim dicemus. nam æquitas, caritas, & pietas ſunt ſorores germanæ. At in claris vtrique parti quod iuſtum, & æquum eſt & erga omnes indiſtinctè obſeruandum eſt, facit Dy. in ca. in iudicijs. vbi add. lit. d. de reg. iur. in 6.

Et attenta æquitate, & pietate, impium, ac natura ipſa abhorrẽdum eſt, quod Pater valeat incarcerare filium ſi ob iram, & non ad terrorem, & emendam non facit, Aret. ſuper inſtitu. §. 1. de ijs qui ſunt ſui vel alie. iur. & impijſſimum quod Pater, aut filius fame pereat. l. vel necare. de lib. alẽ. & lites inter Patrem & filium ſunt deteſtabiles, & mali exempli. l. parentes. & l. generaliter vbi gl. ff. de in ius voc. & tot. tit. C. de patr. pot. & latè dixi in prima par. & facit tot. tit. C. de patr. qui fil. diſtrax. tot. tit. De ijs qui fil. occid. 10 decret. Non ſic tractandæ ſunt cauſæ Hebręorum de quibus dicã in prædicamento actro, nam ſunt omni rigore digni, quia æquitatis inimici ſunt.

215 Et circa controuerſias inter patrem, & filium, virum, & vxorem, fratres, & ſorores ſolẽt Principes, pro bono pacis quandoque vti æquitate non ſcripta, ad effectũ vt citò auferatur occaſio, & præcludatur via odij & ſcandali nam inteſtina ſunt odia inter correlatios vt dixi in pract. de teſt. 4. pat. ſub nu. 57. exemplo Remuli, & Romuli. Cain & Abel & apud Val. Max. multa trad. exempla.

Rurſus, vbi in iudicio proceditur æquitate naturali inſpecta, & iuris gentium, citatio tolli non poteſt, modus autem citandi ſic, vt dixi par. 1. nume. 172. & 174. ſic dictum ſuit ſupra, quod vbi appellatio à ſtatuto denegetur, nihilominus de iure Canonico, ita æquitate ſuadente appellari poteſt. Nã iure Canonico omnis quomodocũque oppreſſus appellare poteſt. c. ad Romanam. c. ideo & §. cum ergo. 2. q. 6. glo. in c. à iudicibus. d. q. 6. Bar. Bald. & Sylu. & alij in l. 1. C. de arbit. & plura alia iura alleg. Blan. de compromiſſ. q. 10. nu. 9. & vt ſup. ante nu. 209. verſ. & de iure Canonico.

216 Aliqui fortè dicent excuſſionem ſapere naturã æquitatis, vt ſupra ſub nu. 144. verſ. & quo, ex quo in iudicio excutiendus eſſet prius principalis quã fideiuſſor, cum fideiuſſoria actio ſit ſubſidiaria, §. ſi fideiuſſor. inſtitu. de fideiuſſ. auth. præſente. C. eo. authen. hoc ſi debitor. C. de pignor. Doct. in l. fi. vbi Alex. ff. ſi cer. pet. tamen fideiuſſor in ſolidum, & ęquè principaliter ſe obligauit cum renuntijs fieri ſolitis de quibus per Marſ. in Rubr. de fideiuſſ. cir. princ. num. 3. ipſe fideiuſſ. abſque vlla excuſſione debitoris principalis cõueniri poteſt, Marſ. nume. 8. idem in cauſa criminali in qua excuſſio ceſſat nu. 27. idem quando fideiuſſio eſt facta per inſtrumentum guarentigiæ nu. 3. idem quando fideiuſſor iurauit ſoluere. item etiam quod non renuntiauerit excuſſionis beneficio carebit. Bald. in c. ex reſcripto. de iur. iura. cum alijs de quibus per Marſil. num. 9. item quando debitor notoriè non eſt ſoluendo, vt nu. 10. & alijs pluribus caſibus de quibus per eum nu. 11. 13. & 14. & prout infr. Gomeſ. de fideiuſſ. nu. 14. nam contractus ab initio ſunt voluntarij, ex poſt facto ſunt neceſſarij. l. ſicut & l. fi. C. de act. & oblig. & eo magis quia excuſſio eſt de apicibus iuris, quo fit, vt quando in iudicio proceditur, veritate, & æquitate attenta, excuſſio locũ non habet, Bar. in l. 1. ff. de cond. indeb. Marſ. de fideiuſſ. nu. 12. Benedic. de Plumb. tracta. de diſcuſſ. num. 25. Rom. conſil. 430. vel ſaltem reijci poteſt Menoc. de arb. q. 51. nu. 10. At ſi agatur contra tertium, non hæredem, vel non correum debitoris principalis, tunc excuſſio locum habebit, non obſtante pacto, vel ſtatuto tot. tit. res inter act. Crau. conſ. 263. ſub nu. 3. 4. 5. & ſeq. quod eſt notandum pro creditoribus, vt in bonis aſſignatis vxori, excuſſio fiat pro quantitate dotis tantum, reſiduum vero dictorum bonorum ſit creditorum. Nam æquitas contra æquitatem non pugnat. l. hac lege. C. de pact. quod procedit quando talis excuſſio à tertio opponatur pro ſuo intereſſe, non autem in vim dilatoriæ. Rot. Genuæ. Deciſ. 90. nu. 9. & 10. Neguſant. de pign. 8. mem. nu. 31. ſi inſtrumento adeſſet conſtitutum precarij. Sed tunc agitur ad iſtentia contra tertium excuſſione non facta ſecundum Marant. Spec. aur. in 4. par. vlt. Diſtinc. nume. 11. vbi alleg. Ang. & Alex. in l. exitus. col. 2. ff. de acq. poſſ.

Et ſtante ſtatuto Florentino Rubr. 59. vol. 2. reijciente excuſſionem, prout etiam Mediol. c. 189. in nouiſſ. reijcientibus excuſſionem etiam ab extraneis oppoſitam, ſimiliter Venetijs ſeruatur, vt fideiuſſor non excuſſo principali conueniatur, vt conſuluit Fulgo. conſ. 109. quem refert Menoc. d. q. 51. nu. 12. hæc ſtatuta benignam interpretationẽ recipiunt, vt contra tertium nõ intelligatur excuſſio reiecta ſecundum Bart. & alios in l. omnes popul. de iuſt. & iur. ſecus quo ad debitorem debitoris, quoniam abſque excuſſione, vtili hypothecaria, vel vtili perſonali poteſt conueniri, & exequi contra eum. Bart. in l. ſi conuenerit de pign. actio. idem in l. non prius. C. quan. fiſc. vel priuat. Doct. in l. à Diuo pio. §. ſuper rebus. ff. de re iu. ſ. vt. Cæpol. cautel. 31. Sed ſi exceptio excuſſionis non fuerit oppoſita in prima inſtantia, minus opponi poterit in cauſa appellationis, Bart. in l. ſi ego. ff. de damn. infect. & tempus opponendi illam regulariter eſt ante litem conteſtatam, licet Gabr. 10. concluſ. tit. de fideiuſſor. conclu. nume. 9. teneat quod etiam poſt lit. conteſt. tanquam anomala exceptio opponi poſſit per glo. fi. in fin. l. 3. ff. de excep. ſed ſub nu. 12. tenet quod ante litem conteſtatam debeat opponi, & dicit eſſe magis com. op. nu. 14. quo tempore etiam in vim dilatorię non reijcitur quamuis ſit de apicibus iuris circa ordinem Marant. in d. pract. in proœm. vbi trad. Quando, & in quibus ordo ſit ſeruandus, & ibi. num. 16. ponit excuſſionem. Sed reuera poſt litem conteſtatam de æquitate in vim peremptorię pro intereſſe tertij oppoſita ſubſtinebitur, vt ait Crauet. d. conſil. 261. ſub nu. 5. vbi firmat quod ſtatutum non intelligitur tollere exceptiones peremptorias, ſcrib. in c. ex parte de offic. deleg. Poſtremò exceptione nõ oppoſita, ſi liquido de ea ex eadem ſcriptura conſtet, iudex eius ex ſuo officio rationem habere poteſt. l. eum qui ita §. qui ita vbi Bar. de verb. oblig. Negusan. de pignor. 3. membr. 5. par. nu. 13. Aſin. de exceptionibus. §. 7. capit. 55. num. 8. item quando ex actis conſtat. §. 3. capit. 155. numer. 6. vnde ſi deficiat citatio, iudex ex actis id videns poteſt talis defectus rationem habere, & ſic de ſimilibus.

217 Inſuper not. quod ſi agatur coram iudice laico inter clericum & laicum circa ſpolium, licet de rigore iuris remedium c. reintegrandæ. 3. q. 1. habet

tantum

Digitized by Google

tantum locum in foro eccleſiaſtico tamē de æquitate etiam habebit locum in foro ſęculari, vt per Ferrar. pract. Pap. in for. libell. in cauſ. ſpol. poſſeſſ. glo. 1. col. 3. verſ. ſed in hoc, & ver. in contrarium. at hæc op. habet hinc inde contradicentes vt per Menoc. de recup. poſſ. Rem. 15. ſub nu. 13. cū ſeq. quod eſt notādū, quia deſeruire poſſent ad multa, præſertim vt æqualitas in iudicijs ſeruetur, de qua re infra latius dicam, & re vera ſi illationes omnes in hac 6. par. vellem paſſim recenſere, nunquā daretur finis, ſatis videtur exempla aliqua tradidiſſe, ſecundum ſubiectam materiam rigoris & ęquitatis.

An autem in iudicio liceat uti cautelis ad decipiendum, & conuincendum aduerſarium, prima fronte videtur reſpondendū quod non, quia, æquitas, & rigor iuris hoc nequaquā patiuntur. leg. 3. in prin. ff. de iudi. l. generaliter. C. de inſtitu. & ſubſtitu. & facit tex. inſtit. quod cū eo qui in alie. pot. in prin. Attamen ſunt multi caſus in quibus videtur permiſſum (non dico) fraudulenter decipere, abſit, ſed ex induſtria damnum auertere et fraudem fraude repellere. Marſ. ſing. 177. Decia. de delict. eo. tit. de frau. l. c. 5. & ut infr. nu. 224. & 226. & de hoc eſt tex. in l. ſi filiusfamilias. §. Diui. uerſ. quod ſi liberis. ff. de leg. 1. & plura in hoc propoſ. allegat Tiraq. de retract. conſangui. in præfat. num. 69. & 74. ubi eo loci fraudem, ideſt damnum explicat. & ait quod ſicut clauus clauo truditur, & paxillus paxillo, & labor labore, ita permittitur litigantibus uti cautelis huiuſmodi, amoto ſemper animo, & citra intentionem fraudandi, ſed dumtaxat tuendi ius ſuum omni meliori modo, & quantum fieri poteſt, quemadmodum lupus à vulpe deceptus fuit, & ad effugiēdum periculū & furorem Domini fraus pro aſtutia ſumitur, vt legitur de illo villico mammonæ iniquitatis in Euange. Luc. c. 16. facit Damaſ. Reg. Cano. 20. & Reg. 30. at ſi verò cū fraude partem deceperit fraus illi patrocinare non poterit d. Reg. 20. vt infr. nu. 219. ideoque caue & attende, quia æquitas negligentibus, & balordis non ſuffragatur, Salyc. in l. ſi ea. C. qui accuſ. non poſſ. Maſcar. de probat. concluſ. 1239. nu. 43. vol. 30. Nemo enim debet aſſumere illud officium ad quod incapacitas ſui ingenij reddit illud inhabilē alioquin eſt in culpa.

218 Cautela ſatis à Doct. & practicantibus ventilata eſt, per quam arguitur pars de falſo, ſiue circa inſtrumentum, ſiue teſtes. nam formatur interrogatorium contra partem, per quod pars ipſa poſt publicationem interpellatur, an velit vti dicto teſtium, vel inſtrumento producto, de quo per Bar. in l. diuus la 2. ff. de falſ. Clar. in §. falſum verſ. uēs falſo, & ſi pars nolit reſpondere, iudex poteſt illā cogere ſub pœna conuicti & confeſſi, Caball. milleloq. 850. in fi. cum ibi per eum adduct. in 2. par. & hoc non obſtante illa proteſtatione quæ fieri ſolet cum iſta clauſula ſi & in quātum, de qua Foller. conſi. 140. inter conſ. cri. diuer. tom. 1. Bero. cōſi. 22. nu. 34. vol. 3. Capyc. Deciſ. 67. in fi. & eſſe veriorē op. dicit Baiar. ad Clar. plures alios allegans in d. §. falſum ſub nu. 119. & vi. Laur. Tenni. caut. 70. Nihilominus ſi pars reſpondeat nolle vti, niſi in tali, & tali parte præciſa, hæc reſponſio de æquitate eſt admiſſibilis, Bal. in c. dilectus nu. 15. de cōſuetu. & Surd. Deciſ. 56. qui teſtatur Senatum Mātuæ ita ſeruaſſe, ſed tutior cautela erit reſpondere, quod vult vti ſi & in quantum teſtes veritatem dixerint, quia pœnam falſi euitabit, de qua in l. penult. C. de probat. Caball. vbi ſupr. milleloq. 850. par. 2. Sed talis cautela non prodeſſet, quando ante interrogationem iam exhibitę, & reproductę fuiſſent atteſtationes, vel inſtrumentum, quibus dictum proteſtatumve ſit velle vti, vt per Docto. in d. l. penul. C. de probat. Menoc. de arb. caſ. 315. nu. 30. Felin. in c. præſentium. nu. 11. de teſt. Boſſ. tit. de falſ. nu. 154. Foller. mox allegat. in ſua prac. verſic. Item quod commiſit falſum nu. 44. Rui. conſil. 86. num. 6. vol. 4. ad quod non aduertunt multi cauſidici & procuratores Florentini, in illa prolixa, de more productione iurium, & ita intelligendus eſt Baiar. ad Clar. d. §. falſum ſub num. 121. & 137. vbi prædictos allegat. Nec prodeſſet contra poſitiones facientes, quandoquidem diuerſa videtur ratio, quia ponens fateri dicitur, vt dixi in 4. part. nu. 362. & 363. & eſt aduertendum quod ſi iudex cognoſcit intentari hoc incidens cauſa differendę cauſæ ciuilis tantum, etiam quod iudex (non temere) id præſumat, poterit reijcere hanc falſitatis exceptionem per l. ſatis apertè. C. de falſ. Ana. in cap. ſuper extra, de crim. falſ. Aſin. De execut. §. 3. capit. 19.

Sed obiter quæro an contra producentem falſos teſtes vel falſum inſtrumētum in iudicio, opus ſit nouo proceſſu, aliqui tenent quod non, vt Menoch. de arbit. iud. caſ. 306. Anch. conſil. 173. cir. fi. Alex. conſil. 35. vol. 2. Boſſ. in tit. Quomo. per except. proceda. nu. 4. licet in fi. dicat eo. op. eſſe in cōtrarium vt teſtatur Aret. in c. cauſam quæ, de teſt. & nu. 5. ait procedere primam op. quando quis eſt conuictus, & non confeſſus, ideoque cautela de qua ſupra ſuum operatur effectum. ipſe vero ſemper obſeruaui, & obſeruari vidi, quod facta tali interrogatione, de qua mox ſupra dixi, & habita reſponſione affirmatiua, formatur contra partem inquiſitio ab eo iudice coram quo depoſuit & cōſtituto reo, dantur defenſiones, Quia acta in cauſa ciuili inter eaſdem partes, præcipuè dicta de cauſa faciunt fidem in iudicio criminali maxime coram eodem iudice vt in 3. par. num. 242. & 243. & in pract. de teſt. par. 3. nu. 284. cum ſeq. vt. Grāmat. conſ. 42. Feder. de Sen. conſ. 135. col. fi. Viui. lib. 2. Dec. 313. nu. 1. 2. & 3. vbi nu. 7. ait quod producēs ſacculum cum ſcripturis in eo, cenſetur omnia in ſacculo produxiſſe hæc autem de iure cōmuni nullam habent difficultatem. Boſſ. d. titu. quo proced. per except. nu. 9. ſecus de conſuetudine quarundā ciuitatum. Nam etſi coram Rota ciuili incidens criminale emerſerit, cauſa ciuilis ſuſpenditur, dum criminalis tractatur coram Magiſtratu Dominor. Octo de Balia ſed Bal. in l. fi. C. de fid. inſtrum. relatus à Stracc. in pract. c. 22. ſub num. 2. & 3. determinat quod tunc ſuperſedetur in cauſa ciuili ſi agitur criminaliter contra principalēm, ſecus ſi contra teſtes tantum, Ang. de malef. in verb. cōparent. 23. nu. 20. at circumſcriptis ſtatuto, aut conſuetudine, cauſa incidentis criminalis ſpectat ad iudicem coram quo ciuilis agebatur. Rol. conſil. 12. vol. 2. quem Baiar. ad Clar. alleg. in §. falſum ſub nu. 247. Bal. in l. presbyter. nu. 2. C. de epiſc. & cler. Boſſ. latē in tit. quomo. proced. per excep. & ipſe dixi par. 1. nu. 51. nu. 125. p. 3. & nu. 2. & nu. 288. p. 4. in ſumma quis non poterit de falſo condemnari ſiue coram vno, ſiue coram alio iudice, niſi excipiens de falſitate id petierit, vel iudex poſſit ex officio inquirere. Boſſ. d. tit. quomo per except. Et ideò ſi iudex lanæ Flor. qui eſt iudex etiam in exequendo, non poſſet in cauſis criminalibus ſe intromittere, ſed in mixtis tantum, poſſet etiam cognoſcere de executionibus prohibitis ratione prædicta, & etiā quia tunc dicitur incidens hoc tangere ſuum officium, & non intereſſe inter priuatos, & in pertinentibus

Digitized by Google

nentibus ad eius officiũ non intelligitur eſſe quidquam prohibitum illi, quo minus procedere non poſſit contra tranſgreſſores, videtur tex. in l.4. C. de ſport. Iaſ. in l. quoties, C. de Iudic. Doc. in l. nullum, C. de teſt. Dec. conſil. 44. ſub num. 6. verſi. ſed Iudex, Caſtr. conſil. 91. ante num. 9. vo. 1. Menoc. de arb. quæſtio. 91. dixi num. 51. par. 1. num. 125. par. 2. num. 288. par. 4. pulchre Boſſ. in tit. de foro competen. ſub num. 121. & quid ſit incidens, & dependens trad. Signorol. de Homod. & Raph. Fulgoſ. in quodam conſil. infer. ante Cautel. Cæpoll. Menoc. de Arb. quæſt. 45. & ſi iudici ordinario conceſſa eſt iuriſdictio exequendi vtique conceſſum intelligitur eſſe omne illud ſine quo exequi minime poſſet, l. ad rem mobilem, ff. de procur. cap. cum infinitas, de pœn. & remiſſ. Vant. de nullit. ex defect. iuriſdict. ſub num 48. ver. quæ ſimili vbi in fortior. ter. quando aures Iudicis ſunt offenſæ a dicto falſi teſtis, quanto magis quando eius Maieſtas eſt offenſa, vt in non parendo eius mandatis, facit Bar. in l. hoc iure, §. aqua, ff. de aqu. quot. & æſtiu. & Doct. qui titubare videntur, loquuntur in Delegato, non autem in Iudice ordinario, & ad prædicta videtur etiam facere Ro. conſil. 242. & 243. circ. fin. & vt. Do. Petr. Caball. caſ. crim. 82. ſub num. 13. vbi Alleg. Bal. in l. quod euitandi, C. de condict. ob turp. cau. vt. in hoc propoſito ſup. in 1. par. ſub num. 132. & 133. & ita ſeruaui Florentiæ vti Iudex, & officialis maior vniuerſitatis Artis lanæ, vltra quod ſtatutum d. artis dat authoritatem, circa annexa, cõnexa, emergentia, & dependentia, & quendam iuſſi plecti ictu funis publice qui aduerſus executores ſe oppoſuerat approbante Sereniſſimo Domino.

19 Nunquid Debitor in centum, ſi interrogetur ſimpliciter an debeat ducentum, poſſit ęquè ſimpliciter reſpondere quod non, & videtur dicẽdum quod ſic per tex. cum materia in l. qui ſolidum, vbi Bar. de leg. 2. & l. ſi quis cum totum, ff. de except. rei iud. l. is qui ducenta, §. vtrum, de reb. dub. l. pupillus, §. vlt. de verborum ſignificat. Sed Couarru. variar. reſolut. tom. 2. lib. 1. cap. 2. ſub num. 3. & 4. diſtinguit ponendo tres caſus. Primus eſt quando quis mutuauit, & breui manu recepit mutuum. nam poteſt ille qui mutuo accepit negare quod nõ accepit, ex quo falſo petitum eſt ſibi mutuum, Marſil. ſing. 177. Secundus caſus eſt cum ego cogor reſpondere tuis poſitionibus, poſſum ſimpliciter negare, ex quo ſcio quod tibi reſtitui. Tertius eſt caſus, ſi quis poſitionibus reſpondere teneatur, an mutuo accepit, & ſoluit, poteſt reſpondere nego vt petitur, & hæc reſponſio eſt ſatis in vſu, & de reſponſione qualificata iam ſupra dixi ſub numero 214. verſic. in iudicijs quoque, ibi & quamuis poſitionibus. Vnde non dicor mendax, nec decipere Aduerſarium, qui à me petit, quod illi reſtitui, & ipſe inique trahit me inuitum ad iudicium, cogitque me reſpondere. Sic poſſum illius verſutiam eludere, vt ait Couarru. loc. cit. & vt. in propoſ. ſupra in 3. par. ſub num. 62. cum ſeq. & num. 72. & ſeq. pulchrè Caball. milleloq. 244. par. 1.

Præterea, ſi quis plus debito petat, poteſt ei totum negari ſimpliciter. nam intelligitur reſponſio facta legitime, contra petitionem non legitimam, §. ſi quis agens, & §. plus autem, & ibi Doct. Inſtit. de act. & in diſcuſſione cauſæ, ſi probetur tantum de parte debiti, tunc pro illa parte duplicabuntur induciæ, & ſic Reus debitor non poterit cogi ſtatim ad ſoluendum, quia de iure communi loco amiſſionis cauſæ, hodie pœna contra plus petentem de æquitate introducta eſt, vt tantummodo duplicentur induciæ, vt in tex. dict. §. ſi quis agens, vbi Iaſ. num. 1. cum ſeq.

Sed ſi actor minor erit, reſtituitur aduerſus duplicationem induciarum, docto de errore dict. §. ſi quis agens, vbi Iaſ. num. 4. cum ſequ. vel aduerſus condemnationem in damnis duplicatis, quando Reus damnum paſſus eſſe allegaret, & ſi ante tempus conuentum debitor à creditore moleſtaretur, condemnandus eſſet creditor in triplicatis damnis, ut d. §. plus autem, & §. ſed cum triplici, & §. ſed hæc quidem, ſed debitor per hoc non liberatur à debito, quoniam ſublato antiquo rigore, ſuperuenit æquitas quæ non patitur quod in rebus diuiduis vtile per inutile vitietur, l. Græcæ, §. illud, ff. de fideiuſſ. l. 1. §. item quæritur, cum §. ſeq. ff. de aqu. quotid. & ęſtiu. facit Pet. Duen. Reg. 185. uer. amplia quarto, & dixi ſupra num. 30. & infra numero 139. & 372. ultra quod in maiori ſumma ineſt minor, par. 1. num. 263. per l. 3. §. ſi quis plus, ff. de aliment. l. 1. §. ſtipulanti, de uerborum obligatio. ubi Iaſ. ampliat, & limitat, ad quam reg. facit illa præpoſitio philoſ. ut quidat eſſe, dat conſequentiam ad eſſe, & illud uulgare qui ſcripſit ſeptem fecit ſex. & qui dixit decem dixit nouem, ut. Caball. milleloq. 245. par. 1. Et nota, quod filiusfamilias de rigore iuris non tenetur primis creditoribus qui cum eo contraxerunt, ſed factus maior, uel ſui iuris, uel emancipatus tenetur de æquitate eis ex illo edicto de capite minutis, tot. tit. quod cum eo qui in alie. pot. neg. eſſe geſt. dix. nam illud edictum reſuſcitat primis creditoribus ueteres actiones utiles, uel indulget actiooem in factum, l. 1. de minor. ſed inquantum facere poteſt, & plura remedia competunt ut d. tit. ubi Doct.

Item ſi quis egit ad centum coram eo Iudice, qui non poteſt cognoſcere, niſi uſque ad ſummam 50. ſi Debitor non oppoſuit de incompetentia, iudicium ualebit, quia facta tenent, l. patre furioſo, ubi Iaſ. ff. de ijs qui ſunt ſui, uel alie. iur. at in contrarium uidetur tenere Bal. in l. certa, col. 1. uer. pone ſtatutum, C. quando prouoc. non eſt neceſſ. & ui. eundem in l. ampliorem, §. in refutatorijs, in fi. C. de appellat. nam ibi iuriſdictio prorogata uidetur, quod à partibus fieri non poteſt, Albet. Brun. ſuper 3. uolum. ſtatut. in uer. iuriſdictio. uerſic. 37. faciunt quæ ſupra dixi num. 143. & pulchrè Gomeſ. uar. reſol. tit. de indiuiduis ſub num. 4. uer. pulchrum tamen dubium. Attamen prima opinio eſt uerior in reo reconuenìente, quia Reus trahitur ad iudicium inuitus. Secus, ſi eſſet actor, qui ultra ſummam taxatam ageret, quia non poſſet, ut per Bar. in d. l. certa, C. quando prouoc. non eſt neceſſ. & ad hoc Iaſ. in l. ſi per errorem, ff. de iuriſd. omn. iudic. ut. in 1. par. ſub num. 269.

Iterum pone ſtatutum dicit, quod iudex poſſit cognoſcere vſque ad certam ſummam puta uſque ad libras triginta. Quidam eſt creditor libr. 60. & petit ſolum uſque ad ſummam taxatam, uidelicet libr. 30. an iudicium procedet? dicitur quod ſic, quia æquitas id poſtulat, l. ſi idem cum eodem, vbi Bal. de iuriſdict. omnium iudic. Ro. ſing. 41. Matheſ. ſing. 115. & ibi Add. vbi infert ad Cautelam, quod ſi quis non habet ſecuras probationes paratas petat parum. nam ſi teſtes in reſiduo contradicant, melius in alio iudicio probare curabit, vt. in 1. par. ſub num. 263. lit. A. B. C. D. Similiter ſtatutum dicit quod quis non poſſit audiri, niſi vſque ad certam ſummam, ſi conueniatur poterit excipiendo reconuenire pro maiori ſumma vltra taxatam, Socin. conſil. 41. vol. 1. Guid. Papæ conſil. 116. Pariter ſi ſtatutum dat tempus puta

duorum

duorum menſium ad agendum, ſi non agit, ſed ſit Reus, poterit excipiendo vltra dictum tempus reconuenire. Nam quæ ſunt temporalia ad agendũ, ſunt perpetua ad excipiendum, Inſtit. de perpetu. & tempor. excepi. Poſtremò ſi quis petat aliquem compelli ad ſoluendum, vtique intelligitur petere vt condemnetur, licet non petierit condemnari, Abb. in cap. olim cauſam, de cenſ. ſicuti petita executione, intelligitur petita executio, l. in ſumma, vbi Imol. in princip. ff. de re iudic. Euerar. in Centur. loc. à conceſſ. conſequent. lit. A. loc. 95.

220 Et in hac ampla materia Iudiciorum, in quibus æquitas ſuum locum habet, ſcias quod quando diſpoſitio eſt odioſa, & iniqua, ac irrationabilis, non obligat in foro conſcientiæ ad obſeruantiam ſecundum Diuum Thom. in 2. par. quæſtio. 96. art. 6. & per Imol. & alios in cap. plerique, ext. de immun. Eccleſ. & per Tiraqu. in d. tract. de retract. conſanguin. in præfat. num. 67. vbi dicit conſuetudinem iniquam poſſe arte elidi, & ideo emptorem vti cautela poſſe, per quam res ab eo retrahi minime poſſit, ex quo collige ius retractus fore odioſum, vt latè ibi per eum, qui rem hanc diſputat ad partes.

221 Et in materia decipiendi ſcias etiam, quod licitum eſt fraudare vectigal, quando illud eſt illicitum, vt per Firm. in tract. ſuo de Gabell. par. 9. cir. princip. num. 1. quæſtio. & Bar. in l. vectigalia, vbi Ro. & alij, de public. & vectig. Bal. in l. cum proponas, ff. de naut. fœnor. Tiraq. vbi ſupra, numero 68. Menoch. de arb. caſ. 397. num. 5. ſed intellige ſano modo, vt per Nauarr. Manual. Confeſſ. cap. 17. num. 200. vbi dicit quod in dubio eſt ſoluenda Gabella, vi. Couarru. in 2. par. Relect. ad cap. peccatum, §. 5. per tot. tom. Soc. Reg. 208. vbi quatuor de cauſis ait licere gabellam fraudare, 1. quando eſt impoſita à non habente iuriſdictionem. 2. quando eſt nimis exceſſiua. 3. quando impoſita eſt ſine cauſa. 4. quando cauſa ceſſat. Hinc etiam nota quod quatuor modis vectigal, ſeu Gabella fraudatur. Primò exportando merces illicitas de loco ad locum. Secundo quando res non notificantur publicanis, ſeu pelacanis. Tertio cum non ſoluitur gabella. Quarto vendendo mercés illicitas ſine licẽtia ſuperiorum, & de ijs per Sfor. Od. De reſtitut. in integr. quæſtio. 82. art. 3. nu. 34. licitum eſt exigere vectigal, Reddite quę ſunt Dei Deo, & quæ ſunt Cæſaris Cæſari, Matth. cap. 22. & 23. quæſtio. 1. ergo peccatum eſt fraudari vectigal. Nam quod Cæſar pręcipit, ferendum eſt, quod Imperator indicit tolerandum eſt, ſed fit intolerabile, dum illud præda exactionis accumulat, vltra igitur ſtipendia publice decreta conſequens, tanquam calumniator, & concuſſor, ex libr. de verb. Domi. ſermo. 19. apud S. Auguſt.

* Et quia ſoluitur Gabella in iudicijs, æquitas quoque locum habet in Gabella, vnde ſcire oportet, quod talis Gabella diuerſo nomine appellatur, ſecundum diuerſitatem locorum. Alij appellant Datam, alij Datiam, Florentiæ Dirituram, contradirituram, & taxam, contraxam. nam prima ſoluitur ab actoribus, & appellantibus: ſecunda à Reis, & appellatis, & de ijs dixi quoque ſupra in 4. par. ſub num. 379. lit. G. Modo addo ibi quod talis data, ſeu diritura (quæ ſoluitur ad rationem Denar. pro libra) & in Monteferrato eſt decima litis, Pap. vbi ſupra, & eſt ſoluenda iuxta quantitatem ſummæ petitæ, aut rei extimationem petitam, non autem ſecundum ſummam liquidandam, vt pulchrè Pap. in for. libell. in Reſponſ. Rei. glo. non tamen, Bar. in l. cum quędam puella, ff. de iuriſdict. omnium iudicum. Inuentor verò huius Gabellæ iudicianæ fuit Caligula Imper. quartus, ſecundum Sueton. in ver. vectigalia noua, & nil boni in Caligula fuit, habuit intenſam regnandi cupiditatem. Dirus quippe, & crudelis erat, cuius quidam libri intitulati erant enſis, & gladius, Auarus ſupra modum, & gabellam quartę partis rei litigioſæ impoſuit aduerſus litigantes, & tranſigentes, in ſumma vir iniuſtus, & iniquus fuit, vt quoque recenſet Pet. Meſſ. in vita ipſius Caligulæ Imperatoris.

Modò ſcire oportet quod de æquitate ſi Gabella ſoluta non fuerit à paupere in iudicio appellationis, non per hoc æquitas vult quod inducatur deſertio, Bal. in l. 3. §. ſi quis in iudicio, ff. ſi quis cautio. cap. licet, de cenſ. Innocent. in cap. ex eo. de appellat. gloſſ. in l. eo. C. eo. Aequitas enim ſcripta multum paupertati fauet, per l. impoſſibilium, de reg. iur. & qualiter cauſæ pauperum ſint tractandæ dixi ſupra num. 16. 17. & 18. vi. etiam Couarr. pract. quæſtio. cap. 6. tom. 1. At in Dominio Florentino pauperes non ſoluunt gabellam. nam adſunt multæ leges, quæ pauperibus fauent, ſed opus eſt impetrare Reſcriptum, vt eorum cauſa ſecundum leges pauperum expediãtur, ſed ceſſante paupertate, vtique ceſſat hoc beneficium, vt ait Tiraq. tract. cauſ. ceſſ. ver. paupertate.

* Item de æquitate, ob pendentiam iudicij quis excuſatur à mora ſoluendi gabellam, ſecundum Barth. Socin. conſil. 76. incip. viſa, verſic. confirmatur, part. 1. Hinc eſt quod ſi pendente iudicio partes erunt concordes tali pacto, quod omnino ſequi debeat ſententia iux. acordium, tunc credo quod non ſit locus moræ, ſoluendi gabellam ante ſententiam, niſi ex ordinibus caueatur, quod gabella de omni contractu ſoluenda ſit, & de concordia factum fuerit inſtrumentum, de qua contractuum gabella infra dicam num. ..

Sed de tranſactione regulariter non eſt ſoluenda gabella, Salyc. in l. contractus, C. de fide inſtrument. & lex iniqua Caligulæ, de qua ſupra paulo antè dixi, non ſeruatur. Nec etiam ſoluitur de laudo, Imol. in l. ſi quando, de offic. deleg. & caſu quo ſit ſoluenda de tranſactione, tamen non ſoluitur

* de compromiſſo, vt l. 1. C. de tranſact. Nec gabella eſt ſoluenda à pia cauſa actiuè, nec paſſiuè pro lite mota, quamuis ſtatutum dicat quod Gabella ſit ſoluenda de omnibus litibus, Bal. in l. nulli, numero 16. C. de Epiſcop. & Cler. qui in l. cum Clericis, num. 1. videtur contrarium ſentire, verum Bal. ibi non loquitur de Gabella, ſed de mercede

* danda executoribus, & Bar. in authent. ſed hodie, tenet quod pro rebus Eccleſiæ, Clerici non debent conueniri, quidquam ſoluere, ſed ſi clericus pro rebus Eccleſiaſticis debet conuenire laicum coram Eccleſiaſtico, cap. Clericus laicum, de foro competen. cum ſimil. fruſtra de ſtatuto laicorum quæritur in materia ſoluendi Gabellam, [illegible] laico. Nam Florentiæ [illegible] ſtatutum, Rubr. qualiter reddatur ius clericis: quo cauetur, vt etiã in foro laicali ſeruentur canones contra clericos, & de hoc vi. Lap. Alleg. 101. at ſi pro rebus patrimonialibus clerici, laicus conueniretur à clerico coram Iudice ſeculari, fortè aliud de iure ciuili dicendum eſſet, ſecus de iure Canon. Abb. in cap. 1. de cenſ. maxime quando pro obtinendo officio Eccleſiaſtico, ſeu pro obtinendis ordinibus de bonis patrimonialibus, certum redditum ſibi ſtatuiſſet, vt decenter viuere cum habitu clericali poſſet, & de pœnis contra angariantes clericos, eſt tex. in

* cap. non minus, & in cap. aduerſus, de immunit. Eccleſ.

Digitized by Google

Eccleſ. Canon. in cap. quamquam, de cenſ. & in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, extra de conſtitut. & 96. Diſtinct. cap. bene quidem, Lap. d. alleg. 101. num. 3. Colonus verò patriarius pro parte ſua non videtur exemptus, Feder. de Sen. conſil. 111. quæſtio talis eſt, & vice verſa, ſicut clerici non tenentur ad gabellam laicorum, ità nec laici ad onera clericorum, vt d. cap. non minus, & cap. aduerſus, de immunit. Eccleſ. Lap. Allegat. 140. num. 4. vbi tractat an opera S. Ioannis de Florentia teneatur ad decimas, & quid de laicis.

Tandem nota, quod gabella non eſt ſoluenda de ſententia nulla, Caball. milleloq. 108. Alexand. conſil. 59. num. 1. 9. & 24. & vt infra ſub num. 280. verſic. ſed reſtringendum, Craner. conſil. 4. numero 22. par. 1. Caualca. Deciſio. 5. num. 31. & Deciſ. 31. num. 59. par. 1. Exceptio verò nullitatis ob gabellam non ſolutam competens principali, vtrique eius fideiuſſori competit, etiam principale volente tali exceptione, Bal. in l. ea, de fideiuſſ. Salyc. in l. placuit, C. de iudic. & ita inter Mercatores talis exceptio obijci poteſt, inter quos de æquitate proceditur, vt infra dicam, Bal. in l. ſi pro ea, C. manda. & ſi Gabella fuerit ſoluta pro contractu, non ſoluetur pro executione dict. contractus, Afin. de execut. §. 7. cap. 269. num 9. & cauſa gabellarum eſt criminalis, & non mixta, licet pars pœnæ applicetur gabellario, ſecundum Bertazol. conſil. crim. 110. lit. a. vol. 2. & hæc ſufficiant pro Gabellæ materia in iudicijs ſoluendæ.

222 Redeundum ad fraudem ex ſupradictis infertur quod carceratus poteſt ex iniuſto carcere aufugere, quando ad iniuriam tantummodo detinetur, gl. in Clement. Paſtoralis, in verb. per violentiam, & ibi Canon. de ſenten. & re iudic. Tiraq. de retract. conſanguin. in præfat. num. 68. dixi latius in 2. par. & facit Couar. var. reſolutio. tom. 2. lib. 1. cap. 2. num. 7. 11. 12. & 13. & in 3. part. in ver. fuga, Caball. caſ. crim. 42.

223 Infertur quoque, quod quis rem ſuam arte, & omni meliori modo recuperare poteſt. l. vlt. §. vlt. & ibi Bal. ff. de dol. mal. Tiraq. loc. cit. num. 70. dixi in 3. par. ſub num. 310. & per Decia. de Delict. tom. 1. lib. 11. tit. de conſc. vetita. cap. 13. numero 9. qui ampliat, poſſe æquiualens auferre, dummodo id ſine ſcandalo fiat quando copia Iudicis haberi non poſſit, pulchrè Didac. Couarru. var. reſol. d. lib. 1. cap. 2. ſub num. 15. Cagnol. in l. iure naturæ, num. 8. de reg. iur.

224 Infertur etiam, quia permittitur Aduocato, habenti cauſam iuſtam, decipere aduerſarium, cap. 1. 3. quæſtio. 4 Tiraq. in præfat. num. 70. cit. fin. intellige ad reprimendum cauillationes, & ſubterfugia aduerſarij iniuſtam cauſam agentis, Bal. in Rubr. C. de fide inſtru. Marſil. conſil. 58. num. 6. & ſeq. vnde verſ.

Fallere, fallentem ſuſpicor eſſe pium.

Et, diſſimulare loco prudentia eſt,

præſertim quando ſocius tecum fingit noſce, taceſ, & caue, ſic ars deluditur arte. Sed omnino falſitas procul ſit, ſed fiat quod prudentiæ, & non dolo aſcribitur, Bal. conſil. 142. col. 2. lib. 1. & hæc

225 prudentia appellatur Dolus bonus, ad differentiam doli mali, Tiraq. in præfat. loc. cit. num. 71. Couarru. d. tom. 2. var. reſolu. lib. 1. cap. 2. num. 1. & Partes prudentiæ ſunt Aſtutia, Memoria, Intelligentia, & Prouidentia, Georg. Vall. Plac. de rebus expeten. & fug. lib. 4. cap. 1. in verſic. prudentia, & licet dolus cum dolo compenſetur, vt dixi in 4. par. ſub num. 379. lit. D. tamen quo ad intereſſe partis, non autem ſiſcit illud procedere dixi, vt etiam trad. Menoc. de arb. Iud. caſ. 363. numero 18. per Bal. in l. vt vim, ff. de iuſtit. & iure, Boer. Deciſ. 237. Canon. in cap. dilecti, vbi Felin. num. 16. de except. vt infra num. 310.

226 Infertur pariter, licitum eſſe (vt alias dixi) contrahentibus inter ſeſe decipere, l. in cauſæ precio, §. quemadmodum, ff. locati. l. in cauſæ, la 2. ff. de minor. intellige abſque dolo, & dummodo vltra dimidium, quis actiuè, vel paſſiuè, non decipiatur, iux. l. 2. C. de reſcind. vendit. Ioan. Crati. tracta. de ceſſ. iur. & act. §. 1. num. 5. Iacob. de Areno. tract. num. 15. Et nota quod ille qui ſcit, vel ſcire debet, non poteſt dici fuiſſe deceptus, Spec. de empt. & vendit. §. 5. verſ. eo etiam modo, & l. 1. in fin. ff. de act. empt. ſed vt ingenuè fateat hoc verbum, Decipio non mihi bene quadrat auribus, ſanius eſt dicere, quod Aduocatis, & procuratoribus licitum eſt vti cautelis modicis, ac diligentia, & ſtudio maximo, ad conuincendum aduerſarium iniuſtum. At Iudex poterit ſilentium imponere Aduocato garrulo, & bannire à limine iudicij, l. quiſquis, C. de poſtul. add. ad Bertazol. conſil. 321. lit. a. Afin. de execut. §. 9. cap. 88. car. 48. & cap. 91. aij Aduocatos, & Procuratores peccare ſi gratis pauperibus patrocinium non præſtant, ſed Iudex eos cogere non poteſt, niſi extet ſtatutũ, vt Florentiæ, vt. Alber. in l. nec quicquam, §. obſeruare, ff. de offic. proconſul. vt. rexi in l. moris, ff. de pœn. vt in 1. par. ſub num. 138.

227 Tandem ad euitandam falſitatem, & contrarietatem, verba teſtium ſunt potius impropriãda ità æquitate ſuadente, & procedit quando improprietas eſt compatibilis, & non impoſſibilis, vt dixi in pract. de teſt. par. 3. num. 67. cum ſeq. ſimiliter æquitas in iudicio ſuadet, quando contra vnum bonum, & malum probatur, vt bonum attendatur, & malum reſpuatur, vt in ſimili de bona, & mala fama dicitur Marſil. conſil. 18. numero 40. & alias dixi in 3. par. cir. indicium famæ.

* Vlterius ſi mens Iudicis eſt æqua, ſimiliter eius verba in ſententia interpretanda ſunt, vt æquitati conueniant, glo. ot. in l. ſi puto, §. 1. ff. famil. erciſc. & licet ſententia debet eſſe conformis libello de rigore iuris, ad trad. per Doct. in l. edita, C. de ede. & conformitas debet eſſe in ijs tribus, ſcilicet pri-

* mo in re, l. ſi. C. de fideic. liber. 2. in cauſa, l. habebat, ff. de inſtit. act. 3. in actione d. l. edita, C. de eden. & in l. vinum, ſi cer. pet. Attamen propter il-

* lam clauſulam, peto ius, & iuſtitiam mihi miniſtrari, & non tantum dicto modo, ſed & omni alio meliori modo, ſufficit quod in progreſſu proceſſus appareat de eo iure, quod in concluſione libelli deductum non fuit, ita Caualca. Deciſio. 19. num. 15. & 17. part. 1. Burſar. conſil. 158. num. 11. uol. 2. Boer. Deciſ. 283. num. 13. non obſtat, quod idem Caualca. Deciſ. 23. num. 10. & ſeq. d. part. 1. uidetur retractare, primum dictum, quoniam ibi intelligit quando in proceſſu non apparet aliquo modo de petitione, ſiue in principio, ſiue in medio, ſiue in fine, uel quando caret clauſula ſalutaris, ut. Soc. reg. 442. de quo latius dicam in Prædicamento Relationis. In ſumma illa ſententia, & illa opinio Doctoris ualet pro qua æquitas reperitur, Euerar. in ſua Centur. ai. à ſubiect. mat.

228 Hic obiter quæro, an Aduocatus, uel Procu-

* rator poſſint ſine peccato diebus Dominicis, & feſtiuis ſtudere proceſſus, & informare Iudicem, & teſolutiuè teneo, quod audita prius Miſſa, & debitis pro ſalute animæ factis obſequijs, licebit prædicta facere ſi occaſio dabit: quia ſtudere, allegare, informare, ſunt actus liciti, Seraphin. in Caſ.

Con-

Conſcient.caſ.58. dummodo cauſa quam patrocinant ſit iuſta, vel probabiliter credant eſſe iuſtã, idẽ Seraph. caſ.53. vbi aſſignat bonas rationes, & allegat S.Thom.2.2.q.122.ar.4. Nauar. Manual. Conſeſſ.c.14.nu.14. at ſi ob lucrũ duntaxat id fieret, quãdo fieri poſſet alijs diebus non feſtiuis, tunc maius dubium eſt, ſed quando quis patrocinatur cauſam iuſtam, & non eſt ſecurus, an tempus habebit, id licitè facere poſſe teneo, & Seraph.d.caſ.53.trad. quæ opera ſeruilia facere, & non facere licet, & caſ.58. & alias dixi, de quibus per Nauar. cap.13. & 14. & cap.15. vbi de peccatis Aduocatorum, & Iudicum, Actorum, Reorum, & Teſtiũ, Cuſtodis, & Medicorum, ac aliorũ, ſed proculdubio peccatum eſt in feſtis ducere choreas: vnde S. Auguſt. ex lib. ſuper Pſal. enarrat.1. Pſal.32. ait, obſerua diem Sabbati, non carnaliter, non Iudaicis delitijs, qui otio abutuntur ad nequitiam, melius vtique tota die foderent, quam tota die ſaltarent, fodere in die feſto eſt peccatum, igitur maius peccatum eſt ſaltare, id eſt choreas ducere quam fodere.

229 Et quamuis officiũ Iudicis de rigore iuris non impartiatur niſi petẽti, l.4. §.hoc autẽ iudicium, ff. de dam.infect. tamen in quampluribus caſibus, in quibus de æquitate Iudex tenetur ſupplere, etiam ſi illius officium petitum non ſit, tex. in l. & ſi non defendantur, ff. de pęn. quę ſuppletio non eſt fienda de facto, ſed via ordinaria, vt puta, non ſunt a Iudice teſtes in ciuilibus ex officio ſumendi, ſed ex officio exactius interrogandi, etiam extra capitulata, inueſtiganda quoque, ac inquirendo exquiſitius, ità & taliter, quod veritatem videat ſi fieri poteſt, l. iudices, C. de iudic. l.2. de teſt. c. iudicantẽ, 30.q.5. dixi in prac. de teſt. par.5. cir. prin. vi. inf. verſ.11. & 16.

Iudex enim dicitur miniſter iuſtitiæ, & Reipublicæ habens mandatum, vt ius dicat, vel æquitatẽ ſtatuat, non autem vicem partis ſubeat, neve teſtes ipſe ſibi producat, l.2. §.poſt originẽ, ff. de orig. iur. pulchrè Signorol. de Homod. cõſ.224. ſub nu.10. vbi plura ad declarationem d.l. & ſi non defendantur, ff. de pęn. contra Bar. & qui ſub nu.11. ait quod tex. in l. ſi filius, §. milites, ff. de procur. procedit quãdo iudex de facto procedit circa ineptitudinẽ proceſſus, ſecus circa Deciſionem negocij principalis, vt per Iac. de Are. & Iacob. de Butr. in l.1. C. vt quæ deſ. Aduoc. dicit quod iudex ſupplebit in ijs quæ ſunt iuris, non autem facti, per d.l.1. & vnicam, C. vt quæ deſ. Aduoc. ſyntagmat. iuris, lib.48.c.9. nu.4. Caualca. deciſ.19. nu.22.p.1. Iacob. de Beluiſ. in ſua pract. tit. quotuplic. ſunt cauſ. nu.174. car. mihi 90. quinimmo etiam in ijs quæ facti ſunt, Aſin. de execut. §.3.c.34.nu.7. vi. tamen Ro. conſ.27. Cataua. ſuper Rit. Magn. Vicar. Rit.241. nu.2. Cyn. in d.l. vnica, C. vt quæ deſ. Aduoc. Machel. Patroc.36. Intellige ijs duobus concurrentibus. 1. de iudice ordinario cui iuriſdictio limitata non ſit. 2. circa perſonas priuilegiatas, vt ſunt pauperes, viduæ, pupilli, orphani, & miſerabiles perſonæ, ac piæ, vt per ſupradictos DD. & loca quæ ipſi adducunt. 2. ſupplebit ex officio quando vertitur fauor publicus, l. congruit, ff. de offic. Pręſi. 3. quando reſpicit authoritatem priuatam, ob reuerentiã alterius iudicis, l. eos, in fi. & l. iudicibus, de appellat. 4. in cauſis miſerabilium perſonarum, & piorum locorũ, quando ſcilicet valent, l. ſancimus, C. de admin. tut. l.1. §. Magiſtratib. ff. de Magiſ. cõue. Aſin. de execut. §.3.c.143. & 144. 5. iudex tenetur dare defenſiones, & copiam indiciorũ in criminalibus reo, etiã non petenti, vel ſaltem offerre, d.l. & ſi non defendantur, ff. de pœn. l.5. §. fi. ff. de quæſtio. Blanc. in ſua prac. in ver. datis defenſionibus, nu.86. dixi in 1. par. num.202. & in 5. par. nu.123.124. & 131. & præſertim in perſonis carceratis, rudib. & idiotis, ſeu ruſticis, non tamen verſutis, vt per Blanc. loc. cit. Item mulieribus, pupillis, vel minoribus, & ignaris, l. nec quicquam, §. aduocatos, ff. de offic. proconſ. Aſin. de execut. §.3. cap.42.43.44. & ſeq. car.63. & ſeq. 6. iudex etiam poſt concluſum in cauſa de æquitate admittet inſtrumenta produci, cap. cum dilectus, de conſuetu. Marſ. conſil.39. num.24. & ideò dum percipitur quod pars de iure cauſam foueat, non eſt denegandum tempus ad docẽdum de iuribus ſuis etiam in cauſis fiſcalibus, vt in excorporatione bonorum, nec ſunt anguſtiandæ probationes per teſtes, quando vir probus prætenſionem habet, & cauſa quam allegat eſt legitima. 7. ſtante ſtatuto quod reus non poſſit opponere contra intentionem actoris, tamẽ iudex æquitate ſuadente poterit repellere talem agẽtem, idem Marſ.d.conſ.39.nu.25. 8. ſtante alio ſtatuto per quod reo aliqua exceptio denegetur, tamẽ iudex de æquitate admittere poteſt, vel agentem à limine iudicij repellere, l. planè, de pet. hęr. l. moris, de pœn. Anchar. in c. cum inter, de except. Marſ.d.conſ.39.nu.26. 9. ſi contra iniuriantem vniuerſitatem, aut Communitatem procedi non poſſit, tamẽ iudex æquitate motus poterit punire talem iniuriantem, Anchar.d.c. cum inter, de except. Marſ.d.conſil.39.num.26. 10. ſi parti eſt pręcluſa via pacto, vel ſtatuto, ex quibus manifeſte iniquitas inſurgit, tunc iudex ex officio occurrere poteſt, & debet Hoſtiẽ. in c. Quintaualis, de iureiur. Marſ. vbi ſup. nu.27. 11. iudex ad defenſam poteſt recipere teſtes ex officio contra veram, & ſpontaneã rei confeſſionẽ æquitate ſuggerente, l.1. §. ſi quis vltro, vbi Bar. ff. de quæſtio. Marſ.d.conſil.39.nu.28. Are. conſ.147. viſa cõſultatione, & vi. inf. verſ.16. 12. idẽ in fauorem innocentiæ. Marſ.d.conſ.39.nu.10. & ſub nu.14.

Veruntamen iudex non poterit ſupplere teſtium defectus qui ſint, tùm naturales, tunc iuris poſitiui, ſecus in Principe, qui vtitur clauſula iſta ſupplentes &c. omnes defectus de plenitudine poteſtatis noſtræ. Quia defectus iuris poſitiui ſupplẽtur, vt in ſolemnitate, aut forma, procedendi, agendi, vel contrahendi non ſeruatis. At circa defectus naturæ nihil operatur, vt ſi quis ſit ſpurius, vel accidentales perſonæ annexos habeat, vt forte excommunicatus, bigamus, & huiuſmodi, Specul. in tit. de legit. §. nũc oſtendendum, num.18. Cano. in cap. Paſtoralis, de re iudic. c. inter dilectos, de fid. inſtr. Vital. de Gambil. tract. clauſ. car.15.

Decimotertio in omnibus actibus pijs Iudex ſupplere tenetur. Innoc. in c. ad noſtram, de iureiur. & quæ ſint iſtæ perſonæ piæ, ac loca pia, explicat Tiraq. in ſuo tract. de Priuileg. piæ cauſ. vbi enumerat 167. priuilegia quibus pia cauſa potitur.

Decimoquarto, iudex ex officio reijcere debet friuolas exceptiones, Caualca. deciſ.35.p.1. Aſin. latiſſ. in d. ſuo trac. de execut. §.3. per multa, cap. a quo ſi repertoriabis, inuenies 500. loca in quibus Iudex ex officio ſuadente æquitate ſupplere debet, ſeu põt.

Decimoquinto, iudex de ſtylo, & conſuetudine Curiarum poteſt ſe informare in Camera, ſecretò, Caualcan. deciſ.36. num.15. par.1. ſed poſtea debet facere, vt in ſcriptis appareat, idem deciſio.5. numero 24. ea. par.1. vbi dicit:

230 Quod Iudices fundantes ſe tantum ſuper ſtylo, & conſuetudine contra ius, vel contra conſtitutiones aut ſtatuta, vel contra rationem, & æquitatem naturalem ſunt tanquam oues errantes, miſeri & ignorantes, vt Deciſ.11. nu.52.p.1. hoc quo ad Iudices legales, ſecus quoad Iudices non legales, & vt fertur breuis togæ.

Hinc Florentiæ anno 1604.2.Iunij, prudentiſſimi tres Auditores Rotæ iudicarunt ſe eſſe iudices competentes, in concedenda executione ſuarum ſententiarum, à quibus non datur appellatio. Non obſtante, quodam ſtylo, ſeu fide ipſis facta à nonnullis procuratoribus, de certa practica in contrarium, & hoc in cauſa Cataſtinorum ex. D. Matthæo Carlino patrocinante, cum ipſos egregios viros docuerit, talem à ſtatutis, & ordinibus habere facultatem etiam exequendi, contra quæ non potuit obſtare aſſertum practicatum cuius opinioni me libenter ſubſcripſi.

Decimoſeſto, ad eruendam veritatem, Iudex tenetur ex officio teſtes repetere, & interrogare ſemper, & quandocunque ante ſententiam, ſecus ad inſtantiam partis, ob timorē ſubornationis. Doc. in c. per tuas, de teſt. Arnnl. ſing. 6. Lanfranc. in c. quoniam contra nu. 37. de probat. Marant. in 4. p. Diſtinc. 9. nu. 27. Pui. de ſyndic. in ver. Arbitrium dixi in prac. de teſt. par. 5. nu. 199.

231 Et Iudex etiam poteſt interrogare Reum conuentum an poſſideat, vt citius veritas appareat, & circuitus euitentur Caualca. deciſ. 7. num. 25. p. 1. Item inquirere non deducta ad effectum prædictum Bar. conſ. 83. nu. 44. vo. 1. Dec. conſ. 445. nu. 55. Aquenſ. ſing. 33. Caualca. deciſ. 45. nu. 1. p. 1. intellige circa eiuſdem cauſæ continentia, l. in hoc iudicio, & l. nullum, C. de Iudic. facit Menoc. de arb. caſ. 371. alioquin ſuper non deductis non habet poteſtatem, vt per eundem Caualca. deciſ. 23. nu. 32. par. 1. & deciſ. 19. nu. 8. & declara, vt nu. 9. & ſeq.

232 Hinc in practica dixi quod Iudices legales, & verè practici, vt Iudices appellationum, quando cauſa committitur Conſilio Sapientis, non debent diuidere continentia cauſæ declarando vnum articulum tantum, & relinquendo alterum indeciſum, cum ſit annexum, & dependens, & non ſeparatum penitus, ab articulo deciſo, per d. l. nullum, C. de iudic. & per alia iura de quibus infra, ſed vti Iudices docti, prudentes, & practici, & non nouitij aut tyrones debent ſuper tota cauſa iudicare, etiam quod vnus articulus fuerit commiſſus, quando ex proceſſu, & actis ad eos tranſmiſſis, liquet, & notoriè conſtat de meritis, ad trad. per Caualca. d. deciſ. 19. nu. 21. par. 1. Nat. cōſ. 536. nu. 6. vo. 3. & eo magis, cum id in quandam conſequentiam veniat, videlicet, vt ſuper tota cauſa iudicetur, ſtante inſiſtentia facta, exempli gratia quis agit ad Retractum virtute ſtatuti, fiunt ex aduerſo multæ exceptiones, inter quas allegatur, quod agenti obſtet præſcriptio ſtatutaria, puta quod lapſum ſit tempus ad retrahendum, is verò qui ſic excipit petit articulum committi Conſilio Sapientis, qui ſapiens videns non obſtare aſſertam præſcriptionem, & conſequenter Ius retrahendi competere agenti, vt ex actis, & proceſſu notoriè apparet, poterit quoque iudicare, tàm ſuper propoſita exceptione, quam etiam ſuper meritis, quicquid ſit, de apicibus iuris, quoniam æquitas ita ſuadere videtur ad euitandos circuitus, & ad præcidendas lites, arg. Auth. niſi breuiores, C. de ſenten. ex breui. recit. maxime quando Iudex virtute ſtatutorum poteſt procedere ſola facti veritate attenta.

233 Eſt verum quod ſapiens, conſultorve cui cauſa commiſſa eſt regulariter limitatam iuriſdictionem habet, & ſi iudicet vltra articulū ei cōmiſſum, nulliter iudicat, Bal. in Rubr. C. ſi à non cōpeten. iudic. per l. 1. ff. ad Trebell. & l. 1. §. 1. ff. quod quiſ. iur. cum concor. latè Vant. de null. ex defec. iuriſd. per tot. & Scal. Patau. de conſil. ſap. cap. 4. lib. 4. & cap. 16. lib. 3. vbi tamen in fi. ait rectius eſſe, ſi ſapiēs ſuper omnibus, ſi liquet conſulat, præſertim circa annexa, & connexa, & non penitus ſeparata, & videtur facere Nat. in Clem. ſæpè, §. quæ omnia, nu. 13. car. 346. & nu. 27. car. 330. de verb. ſignific. aliqua per Hondede. conſil. 84. nu. 7. & 42. vol. 1. conſil. 24. num. 53. volumine 2. & ipſe audiui ex Dom. Petro Caballo Auditore fiſcale, ſæpè dicente, mirari de illis iudicibus legalibus, & practicis, qui ſuper omnibus (quando ſuper meritis liquet) non iudicant ad euitandos circuitus, & expenſas.

234 Hinc eſt quod ſi ſuper pluribus articulis cauſa commiſſa fuerit, & ſapiens ſuper vno tantum conſuluerit, nihilominus ſententia tenet, tametſi acceſſoria omiſſa fuerint, & in conſilio ſapientis nihil de fructibus, & expenſis dictum fuerit, ad trad. per Bar. in l. terminato, C. de fruct. & lit. expenſ. Scal. Patau. de conſil. ſapien. lib. 4. cap. 4. & iudices qui hanc partem ſequuntur ſunt omni laude digni, videlicet vt ſuper meritis iudicent, parcendo laboribus, & impenſis.

235 Sequitur 17. quod iudex ēt parte nō petente debet facere extimare valorem rei petitæ per peritos, ac redditus fructuum, maximè vbi agitur de alimentis præſtandis, de Dote, de Remiſſione mercedis, de intereſſe, & huiuſmodi, Bar. in l. 2. vbi Cagnol. & alij, C. de reſcin. vendit. Io. Bapt. Lup. familiaris meus, & vir valdè eruditus in ſuo tract. de vſur. Comment. 2. §. 5. nu. 139. & ſeq. Ari. Pinell. de Bo. mater. p. 3. c. 4. car. 190. in fi. Nat. conſ. 536. nu. 6. vo. 3. & quo ad alimēta vt. Caualca. deciſ. 35. nu. 6. & 21. & 23. & ſeq. p. 1. quoniam peritis in arte ſtandum eſt, l. ſemel, C. de re mil. lib. 12. Hinc eliguntur calculatores confidentes, ſeu rationarij, quando cauſa computorum agitur coram iudicibus legalibus, vt per Doc. in l. 1. ff. de tutel. & rat. diſtrahen. ſecus ſi agatur coram peritis, vt in Curia Mercantiæ, vel coram ſyndicis, vel ſupraſyndicis, aut Rationarijs, quia ſunt huius peritiæ, practici qui ſunt in principio eligendi ad inſtar petitionis conſilij ſapientis, & non in calculo ferendæ ſententiæ. quorum calculis authoritate magiſtratus factis, adhibetur fides Rot. Genuæ, deciſ. 141. nu. 1.

236 XVIII. Iudex poteſt a ſe petere acceſſum ad locum differentiæ illumque partibus intimari facere, de cuius practica tractat Ferrant. Garg. patroc. 48. col. 2. Alex. Strac. in ſua prac. ciuil. cap. 14. Caualca. deciſ. 21. num. 43. par. 1. & tunc ſi iudex dubitet contra vtramque partem tempus accedendi, &
237 poſtea dubia tradendi, & expenſa diuiditur inter vtramque partem, & melius eſſet maius ſalarium dare Iudicibus, quam tot ſuperfluas expenſas in ijs viſitationibus erogare, quæ multoties tranſcendunt valorem rei petitæ, hinc procuratores dicunt camus concedere cauſam, at ſi Iudex ad inſtātiam vnius partis tantum accedat ad locum differentiæ, tunc expenſa tota ſpectat ad d. partem, & per l. ſecundum naturam, de reg. iur. & vi. Spec. in tit. de ſalar. Iudic. & quæ dixi in 4. par. nu. 21. At vidi quoſdam potius renunciaſſe liti, quam huiuſmodi expenſam pati, vnde in Hiſpania dici ſolet, meyor es y menas mal minus perder che mas perder.

238 Et Iudices qui ſine cauſa hos acceſſus annullant magis ſolatij cauſa, quàm quod expediat, ſed vt fertur cauſa eundi vulgari ſermone, à Giardini: tenentur in foro poli, c. ſtatutum, §. inſuper ex. de Reſcr. lib. 6. ſum. Ang. in ver. Iudex il 3. verſ. vtrum Iudex poſſit aliquid accipere, & alia multa, et infinita Iudex ex officio facere debet, et poteſt, quæ ſi vellem omnia referre, nunquam eſſet dare finem, vt. Afin. de execut. in d. §. 5. vbi cap. 124. ait, quod ſi dubitaret propter acceſſum ad locum differentiæ

tentiæ

Digitized by Google

rentiæ ne ſcandala inter partes orirentur, tũc melius erit mandare, ne ad locũ accedatur. Rip. in l. quod iuſſit, nu. 7. ff. de re iud. Bal. in l. 1. C. de ſeq. poſſ. fruct. Cur. iun. conſil. 60.

239 Inſuper Iudex poteſt, re integra, et inſtãtia adhuc durante, reuocare ſuã ſententiã malè latam, etiã in criminalibus, per ea quæ dixi in 4. par. ſub num. 276. & 284. & ante ſub nu. 203. & 119. & in prac. de teſt. par. 5. nu. 241. cir. med. At Florentiæ hoc non liceret, ſtante lege Ducal. qua cauetur quod nullus Iudex poſſit amplius iudicare, vel ſe intromittere in illa cauſa, in qua ſemel iudicauit.

Nec omitto quod Iudex poteſt ex ſua benignitate expectare partẽ cõtumacem per aliquos dies poſt peremptoriũ, ita ęquitate ſuadẽte, Aſin. prac. §. 21. c. 1. nu. 9. quia melius eſt peccare in tempore, quã in ſentẽtia. Et in ſumma nota quod in ijs quæ Iudex facere poteſt, ex officio, & vrbanitate, cũ nõ cogatur, ſi nõ facit, nõ tenetur, nec litem ſuam facit. Aſin. de execut. §. 3. c. 53. nu. 1. Put. de ſyndic. in verb. officium iudicis, cap. 1. vbi iudicem non teneri partem ad intereſſe ait, nec in ſyndicatu, l. iuſtitia, ff. de iuſtit. & iur.

Verũ quando pœna nõ reperietur determinata per ius municipale, tũc ſequendo exẽpla maiorũ, Iudex procedere poſſet ad pęnã, nec vllo modo deberet imitari pęnas, quę tanquã inhumanę nõ sũt in vſu, nec per ſimilia ferina; ſed recepta, et vſitata, & ita Iudex poſſet punire procedẽdo de ſimilibus ad ſimilẽ ęquiparando pęnas delictis, & qualitatibus, & cauſas inſpectis circũſtantijs debitis etiam ex officio, & nomine petente, vt per Bal. in l. 1. num. 10. C. vt quę deſ. Aduoc. pat. Iud. ſupl. refert & ſequitur D. Caball. caſ. 99. num. 95.

Tandẽ ſcias ꝙ Iudex ex officio ſuo põt prouidere pro virib. ne rixę oriãtur: imò ſi poſſet prouidere, et nõ prouideret, & partes deuenirẽt ad arma eſſet priuãdus officio, Bal. in l. 1. §. quies, ff. de off. pręfec. vigil. Rip. in l. 4. §. hoc aũt iudiciũ, nu. 19. ff. de dãn. infec. cũ alijs quos allegat Aſin. de execu. d. §. 3. c. 121. hinc fuit grauiter reprehẽſus D. Cõmiſſarius Fiuizani qui vidẽs principiũ magnę rixę differre curauit ꝙ pręco offenſas nõ tolleret, de quib. alias dixi ſub nu. 256. p. 3. et Aſin. c. 122. vbi dicit quod ſi dubitet de rixis põt ſequeſtrare poſſeſſionẽ quod tamẽ Caualc. deciſ. 27. nu. 4. deciſ. 19. nu. 3. par. 1. non approbat, ne quis ſua poſſeſſione priuetur, ſed rõne ſcandali vitãdi, Iudex debet præcipere ſub pęnis, et petere cautiones hinc inde, & cogere partes ad dandũ fideiuſſores ne offendãtur, et in ſpecie pręcipi parti non poſſidẽti, ne ſub pœnis poſſeſſorẽ moleſtet, per l. pe. ff. de aq. quot. & eſtiu. Rim. ſen. cõſ. 636. nu. 7. vol. 4. Alci. reſpõ. 37. lib. 6. tom. 2. Crau. cõſ. 717. nu. 5. a. 6. vol. 4. decẽ. cõſ. 37. nu. 37. 72. vol. 3. Vinc. Frãc. deciſ. 163. car. 147. at ſi neutra partiũ poſſideat tũc ad euitãda ſcandala Iudex põt auocare ad ſe poſſeſſionẽ, Caualc. d. deciſ. 27. nu. 45. p. 1. verũ quis nõ põt cogi tenere rẽ in ſequeſtro, Bar. in l. litib. C. de agric. & cẽſ. lib. 11. tamẽ ſi ſtatutũ nõ diſponat Iudex ex officio mãdare poterit, tertio vt rem in ſequeſtro, teneat, atq; tamẽ vlla impenſa ſequeſtrari, Aſin. d. §. 3. cap. 132.

Poteſtq; Iudex prohibere, ne pars trãſeat per aliquẽ locũ, vel ante hoſtiũ alicuius. Aſin. d. §. 3. c. 125. & ſeq. dixi par. .. nu. 257. & 307. p. 2. & ſi cauſa ſcãdali prouenirer a Matrimonio, tunc Iudex ſupplebit de facto ẽt vtraq; parte contradicente, c. cũ nobis olim extra, de elect. quia in hac matrimoniali cauſa officiũ iudicis exuberat; c. cũ locum extra, de ſponſ. vt dicit Aſin. d. §. 3. c. 127. vbi ẽt dicit, quod cauſa ſcãdali euitãdi mulier ſequeſtrari poteſt, donec cognitũ fuerit, ſed ad Eccleſiaſticos talis cauſa pertinet ex quo agitur de diſcrimine animæ, vt dixi ſup. nu. 62. & in 1. p. cir. ſi. vbi ſub nu. 282. & ſeq. vbi latiſſimè, hanc materiã inter virũ, & vxorẽ explicaui, & de cautione de non offendendo dixi latè in 2. p. & per Aſin. d. §. 3. c. 131. 133. vbi latiſſimè, & c. 134. vbi ad concordiã iudex poteſt partes cõpellere, maximè quando partes diu litigarunt, & pretẽſiones ſunt intricatę, et lis valdè difficilis, per Aret. in l. ſtipulationum. §. ex ijs igitur nu. 12. de ver. ob. quod facit qñ inter patrẽ, & filiũ inteſtinæ lites, & cauſę ſunt ferè immortales effectę, & ſi Iudex de ſe non põt adeat ſuperiorẽ, vt ait Aſin. in c. 133. nu. 3. imo Principis eſt inter hoc vti ęquitate nõ ſcripta, vt ſemel lis inter eas ſopita maneat, iuxta ea, quę ſupra dixi nu. 150. & nu. 213. cir. ſi. quodq;, & in ciuilibus, & in criminalibus fieri oportet. Bar. in l. congruit, in ſi. ff. de offic. Pręſi. Aſin. §. 3. c. 140. & 141.

Concludo tñ quod vbi æquitas concurrit, ſẽper iudex ex officio moueri debet, pro ipſa æquitate exercenda. Marſ. d. cõſ. 39. nu. 13. An aũt in cauſis criminalibus iuramentũ in litẽ pręſtari poſſit, nũ eſt dubitandũ, per l. ſi qñ, C. vn. vi. vbi Plot. nu. 606. cũ plur. ſeq. & Doc. cõmu. in l. in actionibus, ff. de in lit. iuran. quod intellige ad probandũ dãna, expenſas, & intereſſe, rerũ quãtitas, qualitas, & valor ad cõmodũ partis iurantis, dũmodo prius cõſtat de delicto, per duos teſtes, vel per confeſſionẽ partis, ſeu rei conuenti, vt dicit Plot. d. nu. 686. & nu. 687. & 600. vbi extendit ẽt locũ habere qñ ageretur de pęna dupli, tripli, vel quadrupli parti, ſed non fiſco applicanda, vbi dicit hanc eſſe co. op. & per gl. in l. cũ furti. vbi cõm. ff. de in lit. iuran. ſecus in pęna pecuniaria aut corporali, ſed fiſcus nõ poſſet iurare in litẽ, vt ibi, & per Plot. d. n. 690. Nec pars niſi dolus malus pro parte criminoſi interuenerit, & eſt com. op. de qua per ſcrib. in d. l. in actionib. de in lit. iura. Plot. nu. 693. & ſcias quod iuramentũ litis in cauſa criminali facit indiciũ ad torturã in cauſa criminali Bar. in l. ſi. ff. de in lit. iura. Plot. ſub nu. 691. vt in 4. p. ſub nu. 210. et alibi vt in 1. Reper. edere libros, Inſtrumenta, vel alias ſcripturas, communis, & communia ſi ijs neget poteſt Iudex ex officio cogere remittentem ſibi exhibere D. Pacia. de probat. lib. 1. c. 63. num. 159. vbi in ſpecie Rot. deciſ. 5. alias 13. de probat. de inſtrumento communi.

Aequitas locum habet in Contractibus. Cap. III.

240 AEquitas principaliter locũ habet in cõtractibus, ſic omnes Doct. tenent in d. l. placuit, C. de iudic. & d. l. in omnibus quidem, de reg. iur. in tantum quid in dubio contractus pręſumitur licitus, & non fęneratitius, intellige quod ad cauſam criminalẽ quoad delictum, & pœnam, & infamiam, ſecus quo ad reſtitutionem rei, & fructum ad exonerationẽ conſcientiæ, vt per Caualc. Deciſ. 16. ſub nu. 9. vbi ait digito ligandũ, p. 2. æquitas namq; ſuadet, vt pacta licita ſeruentur, & in hoc cũ ca rigor cõcurrit, & quod illicita non teneant, vt dixi in 3. p. ſub nu. 149. & facit Dauid Pſal. 124. Declinantes in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem, Pax ſuper Iſrael. ſed ęquitas vult fieri, quod de iure fieri poteſt, & debet, & neminẽ obligat ad impoſſibile, l. impoſſibiliũ, vnde Sill. Ital. libr. 3. Bell. Pun. cap. 2. hic verſ. ait.

Digitized by Google

Dubio qui frangere Regum.
Gaudebit pactum, ac tenues ſpes liquet amici.
Non illi Domus, aut coniunx, aut vita manebit.
Vnquam expers luctus, lachrymaque agit ſemper,
Ac Tellure premens.

Sed ſi pacta ſint contra naturalia contractus, &
non contra iura naturalia, bene æquitas iubet ta-
lia pacta ſeruari, vt l.pacta conuenta, ff.de contra-
hen.empt.l.1.§.ſi conuenerit, ff.depoſ. Nat.conſ.
474.vol.2.Maſcar.de prob.cõcl.1659.nu.9.vol.3.

Nec rigor iuramenti obligat quenquã ad illius
obſeruantiam, quando tendit ad interitũ ſalutis, c.
cũ contingat, c.quãuis, c.ſi verò, de iur.iur.& ideo
iuramentũ cõtra Deum nullũ obligat, nec in om-
nibus alijs, quæ reſpiciunt ſpiritualia, quãdo cõtra
ſpiritualia obſeruaretur, cũ iuramentũ ſit quid ſpi-
rituale, c.etſi Chriſtus, de iureiur. Rol.cõſ.19.nu.
33.vol.1. nec amicitia, nec confœderatio, nec ali-
quod aliud vinculũ excuſat contrafaciẽtes. Et iu-
ramentũ de iure ciuili contra bonos mores nullũ
eſt, in Auth.de iureiur.à mor.præſt. propter mẽſu
rà ſubſtantię, §.non ſolũ, col.5.nec quãdo iuramẽ-
tum eſt interpoſitũ, ſuper pacto à iure cõmuni im
probato, l.iuris gentiũ, §.fi.ff.de pact.ſed in mate-
ria iuramẽti attẽditur ius canonicũ, quia vt mox
dixi, eſt quid ſpirituale, Cano.in c.2.de iureiur. Af
flict.deciſ.322.nu.5.& deciſ.263.nu.2.Rol.d.cõſ.
19.nu.33.vol.1. Caualca.pulchrè deciſ.9.nu.39.
& 40.p.1.& ad hoc vt iuramentũ de iure canoni-
co teneat, quattuor comites habere debet. Primo
quid poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis ęternæ. Se-
cũdo quid non ſit contra publicã vtilitatẽ. Tertio
quid non tendat ad alicuius pręiudiciũ, quã iuran
tis, vnde ſi Dominus iuraret, & iuramentum ten-
deret ad pręiudiciũ ſuorũ ſubditorum, & ſui ſtatus
nõ teneret. Quarto quod nõ ſit cõtra bonos mores
ita declarat Soc. conſ.77.in conſilijs noſtris, nu 6.
ver.quarto, & vltimo, vol.1.car.104.vt refert Ca-
ualc.deciſ.38.ſub nu.15.p.2.& in quolibet pacto,
ſiue iurato, ſiue nõ ſemper intelligitur, dummodo
non ſit cõtra propriã ſalutem ſpiritualẽ, nec in pręiudicium proximi, & cõtra iura, l.nemo, de leg.2.
anima enim eſt præferenda cæteris rebus, l.ſanci-
mus, §.pe. C.de Sacroſanc.Eccleſ. & quid prodeſt
homini ſi totũ mundũ lucretur, animæ vero ſuæ
detrimentũ patiatur? Matth.c.16. & ſemetipſum
perdat, & detrimentũ patiatur, Luc.cap.9. Et nota
quod de æquitate, & bona fide clauſulæ ſolitæ ap-
poni in contractibus, & quę ſunt de natura cõtra-
ctus ſubintelligitur pro appoſitis, tex.cũ gl.in l.fi.
vbi Bal.not. C.de fideiuſſ.& in l.huiuſmodi, vbi
Scrib.de leg.1.vnde circa ea quę ſunt de natura cõ
tractus, poteſt ſuppleri iuxta ſtylũ, & conſuetudi-
nẽ quãdo omiſſa ſunt, ea vero quæ ſunt de ſubſtã-
tia cõtractus, vt cõſenſus, & volũtas, teſtes, iuramẽ-
tũ, & ſimilia non ita ſupplere poſſunt, Alex.conſ.
28.viſo, & præhabito, vol.2.1.caſu abſq; conſenſu
partis ſupplentur maxime Florẽtię ſtante formu-
lario, ad quod referũtur. 2.caſu, niſi de cõſenſu par
tium, & non in eodem contractu, ſed fiat alius ad
declarationem primi, & licet clauſulæ ſint cæte-
ratæ, tamen intelliguntur iuxta extenſionem for-
mularij, vt per Caualca.deciſ.16.nu.10.p.2.& vi.
Neg.de pign.& hypot.1.memb.3.par.ſub nu.25.

241 Vnde circa pacta Cic.ait, in tit.de Inuentione,
lib.2.quędã pacta legib.ſeruãda ſunt, & quædã ſi-
ne lege ſeruãtur ex cõuentu quæ iure pręſtari dicũ
tur, vt declarat Couar.var.reſol.p.2 § 6.ſub nu.6.
verſ.quid autẽ circamet, & nulla res rẽpublicam
melius cõſeruare poteſt, quã fidẽ Deo, & homini-
bus ſeruare, Luc.de Pen.in l.2. C.de põder.& aur.
illat.lib.10.quinimmo etiã hoſti fides ſeruãda eſt,
vt dixi p.3.nu.149. intellige vt ſup. de iuramento.
Nã fides & iuramentũ ęquiparantur. Blanc.in ſua
prac.in ver.datis defenſionib.à nu.47.vſq; ad nu.
58.Petr.Duen.Reg.16.at quãdo quis frangit fidẽ,
tũc æquitas cedit locũ rigori quo fit, vt frangẽti fi-
242 dẽ fides frangatur eidẽ. not.gl.in l.cũ proponas,
C.de pact.l.ſi cõuenerit, ff.pro ſoc.c.peruenit, il 2.
de iureiur.Soc.reg.193.vbi idẽ dicit contra pacem
frangentẽ, & id magis de cõſuetudine, quã de iure
procedere dicit, & Pet.Duen.reg.16.limitat d.reg.
quatuor modis. Primo quãdo alter qui fidẽ nõ ſer
uauit eſſet bannitus poſt fidẽ datã. 2.quando fides
ex noua cauſa rumperetur, Bar.in d.l.aut facta, §.
cauſas, ff.de pęn.3.quãdo ita conuentũ eſſet, vt frã
genti fidẽ, fides frangeretur eidẽ, Bal.in auth.ſacra
menta puberũ, nu.2. C.ſi aduerſ.vendit. 4.limitat
in fide data hoſti, à priuato, ſecus ſi fides detur ho-
ſti à Capitaneo, vel Duce belli, Laudenſ. tract.de
cõfęderat.Princ. not.49. quod intellige, ſecũdum
ea quæ ſup. dicta ſunt, & Soc.d.Reg.193. limitat
primo, nõ procedere in magna conuẽtione, donec
tẽpus treguæ, vel pacis durat.2.nõ procedere in cõ
tractibus innominatis, poſt executionẽ; exemplũ
eſt quod ſi tibi librũ vendidi pro decẽ, et tradidi, ſi
tu non ſoluis, nõ poſſum repetere librũ, ſed agere
ad pretiũ libri, l.ancillæ, C.de rei vẽdic.Bal.in d.l.
cũ proponas, C.de pac.3.limitat quãdo ille qui fi-
243 dẽ non ſeruauit, pęnã ſoluit, vbi ait quod ſolutio
* pœnæ habetur pro obſeruãtia cõtractus, l.prædia,
de act.emp.cũ alijs ibi per eum adduc. ſed hæc res
maiorẽ indagationẽ requirit.4.limitat in voto ca
ſtitatis viri, vel vxoris, quia ſine concurſu amba-
rũ partium non tenet, c.adeò, 25.q.5. & 5.limitat,
prout ſup.per Duen.in 3.limit. 6. limitat quando
fides nõ ſeruatur circa caſum omnino ſeparatũ ſe-
cũdũ Cy.Fulgoſ.& alios in d.l.cũ proponas, C.de
pact. 7.limitat quando prima actio fuit ipſo iure
ſublata, quia à priuatione ad habitum non datur
regreſſus, l.reſponſum, & l.cum mora, C.de tran-
ſact.glo.fin.in d.l.cum proponas, add.d.Reg.Da-
maſ.in ſuis Reg.Cano.Reg.61.

244 Ad vnũ aduerte, ſecundũ limitationẽ, ſeu de-
clarationem, Soc.add.reg.193. quod actio oritur
quoq; ex pacto nudo attento fine pacti, vt in ligis,
& treguis, quæ fiũt ne delinquatur, & ideò omnis
pœna in tali pacto erit efficax attẽto fine, qui eſt,
ne mala ſequãtur, l.nõ impoſſibile, & l.conuẽtio-
num, ff.de pact.Per.Duen.d.Reg.16.vbi quatuor
modis ampliat. 1. vt talia pacta nuda etiã per ſuc-
ceſſorem remoueri minime poſſint.2.quod Papa
poteſt cõpellere Principes ad obſeruantiã.3.quod
in pace ſeruẽtur, ſicuti in tregua. 4.quia ſi Aduer-
ſarius pacẽ, vel treguã rumpit, tu rumpere non po
tes, tamẽ defendere te, vel tueri licebit, alleg.Abb.
in d.l.conuentionẽ, de pac. Laudenſ.d.tract.de cõ
fęder.Princ.nu.29.Cor.conſil.175.& Deci.conſ.
531.cõcludo ex ſupradictis quod propriũ eſt Iudi
cis, vt pacta ſeruari faciat, l.5.ff.de pac.& l.1.C.eo.
intellige de pactis quæ bona fide facta ſunt, l.1. &
l.1.§.quæ depoſitis, in fi.ff.depoſ.ſecus in pactis tur
pẽ cauſam cõtinẽtibus, l.ſi vnus, §.pacta, ff.de pac.
nec pacta quæ dolo malo facta ſunt, tenent l.iuris
gentiũ, §.dolo malo, ff.eo. Nec pactũ ſuper futura
hæreditate ob periculũ captãdæ mortis, l.fi. C.de
pac.nec pacta à iure cõmu. remota d.l.iuris gẽtiũ,
§.fi.ſimiliter quæ contra leges fiunt non valent, l.
nemo, de leg.1.l.pacta, C.de pac.l.nõ dubiũ, C.de
leg.& ut.inf.ſub nu.261.ſed in dubio cõtractus cẽ-
ſetur licitus quo ad euitãdã pœnã, ſecus quo ad re-
ſtitutionẽ, vt p Caual.deciſ.16.ſub nu.8.cir.fi.p.2.

Hinc

Digitized by Google

245 Hinc ppropoſito d. regula qua dicitur frangenti fidem fides frangatur eidem. pone quod quis ſit relictus vſufructuarius omnium bonorum, & tamen fecerit compromiſſum, & inde laudum ſecutum ſit, de recipiendo tantum decem cados vini,& tot ſaccos tritici,& hæres proprietarius ad ea condemnatus non ſoluat totum, aut partem, nunquid vſufructuarius valet à laudo diſcedere, & id ſibi liceat ob non implementum hæredis, non obſtante pœna in laudo adiecta, & videtur quod ſic,per l.cum proponas, C.de pact. in contrarium videtur l.cum mota, C.de tranſact.ſed ait * quod ad intereſſe agendum ſit, & competere vtilem actionem præſcriptis verbis ex æquitate, vt per Iaſ.in d.l.cum mota, circ.fi. at ſi æquitas officio ſuo minime fungereretur, ex quo vſufructuarius valde læſus fuit, tunc arbitror locum eſſe reuiſioni d.laudi,argu.l.1.& l.ſi dolo, C.de reſcind. venditio.non obſtante limitatione,de qua ſupra, ſub num.244. verſic.tertio limita quando qui fidem non ſeruauit pœnam ſoluit, multò magis ſi is ad compromiſſum ſuper re certa, & clara fuiſſet compulſus, per ea quæ ſupra dixi,num... quo caſu renunciatio ei non officit,Iaſ.in d.l.cum mota,ſub num. 29. C.de tranſact.

Ad dictam Reg.tandem placet ſolutio Damaſ. Reg. Cano.61. vbi ſic ait (declarando illam) Fidem non ſeruanti,non eſt fides ſeruanda,ſi per fidem taliter præſtitam, fuerint obligati, quod ab illa obligatione conſenſu vtriuſque poſſint recedere, tacitè, vel expreſsè, vt in contractibus fieri conſueuit. Si autem obligatio fuerit talis, quod etiam cum voluntate exequti,fidem dederint: diſſolui non poteſt, quamuis alter non ſeruet fidem, non tamen ideò reſiduus exoneratur ab obligatione,vt in cap.quod Deo,33.quæſt.5.

246 Et quicquid ſit in alijs contractibus nominatis,tamen in contractibus ſocietatis, licitum eſt à ſocietate recedere, quando vnus ex ſocijs adimpleuit pro parte ſui, alter non, l. Iulianus, §.offerri,& l.qui pendentes,ff.de act.empt. pulchrè Anchar.quæſt.58. par. 3. Nec ſocius de æquitate poteſt inuitus fieri ſocius, Caual.Deciſ.44. num.23. par.1.niſi pro tempore pro quo inita fuit ſocietas, §.finitur. Inſtitut.de ſoc. & de hac materia ſocietatis dicam infra ſub num.259. vi. Caualca. in d. Deciſ.ſub d.num.22.& 23.qui infert ad multa circa pacta, & conuentiones ſeruandas etiam à ſucceſſore in beneficio, & de Partiario tempore diuortij qui expelli non debet,nec colonus,nec cōductor in terminis, & cum diſtinctione, de qua ibi, nec ipſi mortuo illo cum quo pactum, locationem, vel ſimilia contraxerint, poſſunt inuiti manere ſucceſſores, niſi in contractu dictū ſit pro ſe,& ſuis hæredibus,& ſucceſſoribus, vt communiter fieri ſolet,vi.tex.& Doct.in l.cum in plures, vbi Bar. Caſtr. & alij, ff. locat. & infra latius dicam,interim de prædictis omnibus vi. Caroc.locat.par.2.tit. De ſingulari ſucceſſore.

Aequitas namque in contractibus locum habet. Nulla enim res vehementius Remp. continet,quam fides, Cic.3.de Offic. Infirmatis, violatiſque pactis tollitur inter homines commerciorum vſus, Ariſtot. Rethor.1. Teod.cap.1. quia res,& pacta ad æqualitatem reducere intendit, ex hoc ſocietas in vſum venit cum permutatione, & permutatio cum æqualitate, & æqualitas cum communi menſura,& menſura cum iuſto pretio, & pretium cum pacto licito, de ijs omnibus clarius per diſcurſum apparebit, vi. text. l.iuris gentium,l.ſi conuenerit,ff.pro ſoc.

* In contractibus autem bonæ fidei æquitas ſuadere videtur quod vna pars verſus alteram facere debeat quod ſibi non nocet, & alteri prodeſt, & id ſubintelligitur actum, etiam ſi nihil in contractu dictum ſit, l.1. §.denique, ff. de aqua pluu. vbi glo. trad. exemplum quando eſt facta venditio ſine ſcriptura, vt fieri poteſt,§.1. Inſtit.de obliga. quæ ex conſenſ. naſc. Nam poſtea vnus poteſt alterum compellere, vt ſcriptura fiat, Gomeſ. uar. reſol.tit.de empt.& uenditio.cap.2.num.17. & ſi facere nolit alter poteſt à contractu diſcedere.

247 Item quando quis locat ad certum uſum deſtinatum, & conductor non poteſt uti re conducta, tunc contractus diſſoluitur, l. cum in plures, ubi Bar.& Caſtr. cum alijs, ff. locat. Quinimmo etiam quod aliquod pactum expreſſum ſit illicitum,ut puta quod conductor expenſas neceſſarias facere non debeat, niſi de licentia locatoris hoc pactum reijcitur, l.ex conducto. l. ſi colonus, l. ſi merces,ff.locat. Rod.de reb. Eccleſ. non alie. car. 401.pulchrè Caualca. Deciſio.44.par.1. num.49. Gabr.co.concl.tit.de Conſuetu.concl.1. num.4. & reliquum contractus ſubſiſtit, faciunt quæ ſupra dixi ſub nu. 240. & ſequere in propoſ. ea quæ infra dicam num.251.

248 Et quo ad æquitatem in contractibus pulchrè Couarr. explicat hos terminos in tract. var. reſol. par.2.§.6.ſub nu.3.verſic.igitur,vbi ait quod contractus quidam bonæ fidei dicuntur, reliqui uerò ſtricti iuris. Nam bonæ fidei contractus ideò quidam cenſentur quod in ijs alter alteri arbitrio, & officio æquiſſimo iudicis teneatur, de eo,quod ex bono, & æquo præſtari oportet, etiam ſi in conuentione dictum non ſit, Iudex enim poteſtatem habet in ijs actionibus iudicandi quod ſibi bonū, æquumque uiſum fuerit, quamuis à contrahentibus nihil dictum ſit,§.actionum, & ibi gl.de act. Abb.in cap.cum uenerabilis,nu. 20.de except.ui. infra ſub num. 272. ibi hinc eſt quod ſi alter. At in contractibus ſtricti iuris, niſi quatenus expreſſum eſt, in eis nil aliud ineſt, nec Iudex poteſt quidquam ultra expreſſum,l.quicquid aſtringendæ, de uerb.oblig.cum ſimil. at bona fides quę in contractibus exigitur ſummam æquitatem deſiderat, l.bona fides, ff.depoſ. l. ex maleficijs, ff. de

249 act. & oblig. l.quæro, ff.locat. † appellantur autem bonæ fidei, quæ ad humanam neceſſitatem, neceſſaria ſunt,ut in tutelis, ſocietatibus,fiducijs, rebus emptis,uenditis, conductis, & locatis, ac ét in mandatis,ut per Couar.uar.reſol.par.2.§.6.ſub nu.4.uerſ.quæram. Eſt uerum quod quo ad exercitium mandatum eſt ſtrictè interpretandum,l.di * ligenter, C.de procur. Nam aliud eſt,quid eſſe ſtricti iuris, aliud quod ſtrictè interpretandum ſit, ad Tiraq.de retrac.conſangui.§.35.glo.1.nu.2.idem in materia fideiuſſorum dixi par.2.& ad prædicta ui.tex.in l.ex hoc iure,ff.de iuſtitia,& iure, l.iuris gentium,in princ.ff.de pact.

250 Siue ergo contractus ſit nominatus, ſiue innominatus,ut do,ut des, facio, ut facias, do ut facias facio, ut des, de quibus Inſtitut. de interdict. §.de ordine, ubi glo. magna, in uerb. actio, æquitas ſemper in omnibus contractibus locum habet ad euitandum dolum, & damnum iniuſtum, & in omnibus contractibus bona fides exigitur, ut per Bal. in cap. 1. de plus pet. in fin. & cum eo Iaſ.in §.actionum, num.4. de act. Gabriel.in l.4. §.Cato, col.18. de uerborum obligation. ſed eius opinio reprehenditur à Couarruu. uar. reſolutio. part.2. §.6. num. 5. uerum tamen ſecundum ſenſum noſtrum uetiſſima eſt.

Digitized by Google

251 Præterea in Remiſſione mercedis æquitas lo-
cum habet, vt per Boſſ. tit. de remiſſ. merc. Nat.
conſil.49. num.35. vol.5. Quæ remiſſio fit ob ſte-
rilitatem, guerram, peſtem, & tempeſtatem, cap.
propter ſterilitatem vbi omnes Cano. de locat. &
in l. ex conducto. §. vis maior. ff. eo. ibique Bar. &
cæteri leg. Sed ſi damnum non erit intolerabile,
remiſſio non fit, vt eſt co. op. de qua Boſſ. eodem
252 tit. num.18. & 56. † & tunc damnum intolera-
bile dicitur, quando damnificat vſque ad dimi-
diam fructuum, alij volunt quod debeat aliquan-
tiſper excedere dimidiam, argu. l.2. C. de reſcind.
vendit. Gomeſ. var. reſolut. tit. de loc. & conduct.
num.18. Caroc. eo. tract. par.3. tit. de remiſſ. mer-
ced. vbi ait damnum conſiderandum eſſe reſpe-
ctu fructuum, non autem penſionis, Couarru.
pract. quæſtio.30. qui loquitur in fructibus, & in
habitatione, Menoc. de arbitr. caſ.76. vet. Quar-
to calculum damni, & dicit quod ſi damnum eſt
in dimidia reſiduum fructuum, tunc eſt locus re-
miſſioni, & Caſ.77. Surd. Deciſ.155. ſub num.5.
dicens, quod ſi damnum ſit puta in vino, etiam
vltra dimidiam, at ſi in locatione ſupereſt alia ſpe
cies fructuum, puta tritici æquiualentis dimidiæ
penſionis, aut mercedis non fit remiſſio, ſed ſi a-
liorum fructuum ſimul: valor excedat; Idem
quando vnaquæque ſpecies fructuum non eſſet
æquiualens, vt ſupra, ſed omnes ſimul æquiuale-
rent, ad trad. per Soc. iunio. conſil.78. numero 6.
par.2. idem Surd. conſil.34. vbi magiſtraliter to-
tam ferè materiam remiſſionis explicat, ſcilicet
in quibus caſibus remiſſio fiat, & Rip. tracta. de
Priuil. Cauſ. Peſt. ſub numero 66. cum mult. ſeq.
253 dicens ſi aliqui caſus fuerint, alij non, nihilomi-
nus æquitas in alijs ſimilibus non expreſſis locum
habebit, vt. Cephal. conſil. 104. ſub numero 2. &
Gozad. conſil.74. ſub num.5. Surd.d. conſil.34.
ſub numero 2. Alexand. conſil. 28. volum. 1. &
ità iudicaui ad fauorem Illuſtriſſimi, & Excellen
tiſſimi D. Principis Maſſæ, in Cauſa grandinum
contra conductores Spedaleti, & vt. Caball. Mil-
leloq. 227. vbi diffuſè tractat quando in re em-
phyteotica remiſſio mercedis locum habet, &
per Rot. Flor. in libr. nouuor. Deciſio.67. Mago.
vbi loquitur de locuſtis.

254 Et qui ſint caſus fortuiti, vltra alios, docet D.
Menoc. de Recuper. poſſeſſ. Remed.12. & ſunt ij
præcipui Bellum, Peſtis, Inundatio, vis fluminis,
vis ventorum, Terræmota, Nix magna quam ma
ximè duratura, Grando immenſa, Hoſtium, &
Piratarum incurſus, Latronum ad ſtratam, In-
cendium, & Naufragium, & ſi qui ſunt ijs ſimi-
lia declara, vt infra hæc tamen quatuor nouiſſi-
ma, æquiparantur inter ſe, Rot. Genuæ, Deci-
ſio.101. num. 1. vnde diſpoſitum in vno vtique
cenſetur diſpoſitum in alio, l.1. ff. de legat. 1. Bar.
in l.2. cir. fin. de legat. 2.

* Differunt tamen caſus fortuiti, à caſibus inſo-
litis: Nam fortuiti ſæpè euenire ſolent, inſoliti ve-
rò de raro contingunt, Menoc. de arbit. caſ.80. &
Caſus fortuitus, & caſus ſiniſter in idem ſonant,
Rot. Genuæ d. Deciſio. 101. Vnde colligo quod
aliud ſit Caſus è Cœlo proueniens inſolitus, vel
inopinatus, aliud ſit Caſus ſiniſter, vel fortuitus,
quod eſt not. à Conductoribus prædiorum, vt
ſciant pacisci. At in quibuſdam Regionibus, vt in
Lombardia, & alijs locis propè Alpes Magna nix
non erit caſus fortuitus, quia ibi in magna quã-
titate, & multo tempore durat: ſecus in alijs
locis Maritimis, & in Mari fluctuoſo inundatio
non erit caſus fortuitus, nec inſolitus, ſecus in flu-
minibus nauigabilibus, nec in Vngaria, nec in
Belgicis partibus, bellum non erit caſus fortui-
tus, cum ſit adeo factum ibi familiare, quemad-
modum dicitur, de Peſte in Conſtantinopoli, alij
quoque de Parigio (aiunt.)

Solet quoque ſæpè accidere quod quædam Po-
deria, ſeu Prædia ſint valdè obnoxia grandinibus,
vbi non erit ità iudicandum, ſicut de illis locis in
quibus rariſſime grando accidit, nam vt ſupra di-
xi caſus fortuitus, vel inſolitus dicitur, quando ferè
de 25. in 25. annis contingit. Sed alij, & melius di
cunt quod caſus inſolitus dicitur quando in mille
annis ſemel euenire ſolet, vt per Caroc. tract. loc.
par.2. Rubr. De caſ. & pericul. num.17. per l. fiſtu-
las, §. frumenta, vbi Bar. ff. de contrahen. empt. &
per alia iura ibi per eum adduct. & de commu. te-
ſtari ait Rip. trac. de peſt. tit. de priuil. peſt. num.7.
& caſum inſolitum dici à Principis obſeruantia
ex Menoch. conſil.27. nu.18. & eſſe co. op. teſtatt
Port. conſil.143. num.6. vt. Euerar. in ſua Centur.
loc. a ſolit. lit. D. cir. fi. Item dicitur caſus inſolitus,
quem a memoria hominum eueniſſe non recor-
datur, vt. Nat. conſil.449. ſub num.17. volum.2.
quem adducit etiam Caroc. loc. cit. & in ſumma
lex prouidet circa ea, quæ frequentius accidunt, l.
nam ad ea, ff. de leg.

* Vlterius in ſupradicta remiſſione mercedis, ad-
uertendum eſt, aliud eſſe damnum pati in parte
tantum, aliud in vniuerſo, item aliud eſt excipere,
aliud ſuſcipere caſus fortuitos, aliud eſt ſuſcipere
generaliter in ſe omne periculum. Menoch. de ar.
caſ. 80. num.2. quia non intelligitur de inſolitis.
Caroc. loc. cit. de caſ. & peric. & Rip. loc. cit. Item
aliud eſt quod damnum, aut impedimentum fa-
cto hominis prouenerit iux. l. cum in plures, ff.
loc. vbi impeditus vti re locata facto locatoris, aut
tertij, poteſt recedere a contractu. Bar. Caſt. & Ro.
conſil.52. num.2. Rip. vbi ſupra tit. de priuat. con-
tract. cau. peſt. num.27. Caroc. d. tract. Rub. ſi non
ſtat per loc. p.2. Aequum enim, & iuſtum eſt quod
Conductor vti poſſit re locata ad illum vſum de-
ſtinatum ad quem rem conduxit alioquin, vel
agit contra locatorem, ad damna, & intereſſe, l. ex
conducto. l. ſi fundus, l. hæc diſtinctio, ff. loc. Bal.
conſil.325. vol.3. Rim. conſil.159. num.3. vol.1.
Roland. conſil.29. num 22. volum. 4. vt. Caroc.
loc. par.2. tit. ſi non ſtat. per locatorem, & l. ſi vno,
§. item, ff. eo. vbi Doct.

* Scias etiam quod in contractu locati, & condu-
cti, ſi locator promiſit non expellere conducto-
rem, adhuc eum expellere poterit ex cauſa neceſ-
ſitatis propriæ, & ſui proprij vſus, quia hoc de æqui
tate ſubintelligitur ineſſe de natura contractus eſt
anatetia, l. ædem. C. locat. quam l. locum habere
quando tempore locationis locator non indigebat
illa re pro vſu ſuo. Saly. col.2. cir. princ. item locum
habere in prædijs Vrbanis tenet Gomeſ. var. reſol.
tit. eo. num.6. in fi. ſed prædicta l. iuxta propoſitam
cõcluſionem multas patitur declarationes de qui-
bus per Caroc. de locat. tit. de Recuſat. ſed nu.9. ait
æquiſſimam eſſe illius, l. diſpoſitionem, & ità ſen-
tire Couarru. var. reſol. lib.2. cap.15. nu.4. pulchrè
Nat. conſil.75. præſuppono, vol.1. ſed vt. Gabr. co.
concluſ. tit. eo. concl.3. & alios Repetent. ad d. l.
ædem. C. locat. ipſe credo, quod de æquitate prædi-
* cta opinio procedat, nam ſi quis promiſit aliquem
defendere contra omnes, & quoſcunque non in-
telligitur contra ipſum promittentem, gloſ. in cap.
petitio. de iur. iuran. & pulchrè Surd. 1. conſ.3. ſub
num.21. & 22. vbi ait quod vaſallus ex iuramen-
to fidelitatis obligatus ad defendendum Domi-
num

Digitized by Google

num contra omnes, non intelligitur contra ſe ipſum alleg. plura inter quos Afflict. in tit. quæ fuit prima cauſ. benef. amitt. cap. 1. §. præterea. num. 6. Bal. in c. Imperialem, §. fin. num. 25. De probib. feu. aliena. per Feder. Sed nunquid d. l. ædem, extendatur etiam, ad alias perſonas familiæ locatoris videtur, quod non: Nam defenſio, quæ fit propter coniunctam perſonam non dicitur propria. Cat. in clem. prima, 28. q. in fin. de homic. Sed adhuc in caſu iſto arbitror, quod etiam pro ſuis in eius Domo ſimul habitantibus locum habere ex quo in contractu ſolet apponi clauſula pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus locauit, immo ſi talis clauſula in eo non fuiſſet appoſita, nihilominus ſubintelligitur appoſita, l. veteris, C. de contrahen. & com. ſtip. l. pactum, ff. de probat. l. 2. C. de pac. inter empt. & vendit. plura alia iura adducit. Celſ. Vgo. tract. clauſ. de contract. ibi ſuis hæredibus, & Gomeſ. de locat. & conduct. ſub nu. 7. Poſtremò ſingularis ſucceſſor tenetur ſtare colono, quamuis Reg. ſit in contrarium, de qua in l. emptorem, C. loc. quando colonus de ſuo ſemen poſuit, & fructus ſperantur pro illo anno tantum Cagnol. in l. 2. num. 221. C. de pact. inter emptor. & venditor. Cacher. Deciſ. 82. num. 10. pro alijs annis aget ad intereſſe contra locatorem, vt ibi. & facit Caroc. trac. locat. tit. de ſing. ſucceſſ. & ità æquitas ſuadet, ne alius ſeminet, alter metat: niſi extimatione facta ſucceſſor ſoluat partem colonicam.

255 In venditione ex ijs, quæ dicta ſunt de locatione, & conductione, æquitas quoque locum habet, quamuis ſupra ſub num. 195. 199. 200. aliqua in hoc propoſit. dixerim. Et omiſſis terminis notis ex quibus venditio perficitur, vt in §. 1. & per tot. Inſtitu. de empt. & vendit. aliqua tantum attingam ſacientia, ad propoſitam materiam rigoris, & æquitatis.

Primo quæro, an quis inuitus vendere rem ſuam cogatur regulariter dico, quod non, quia eſt contra æquitatem, l. in re mandata, C. mandat. cum ſimil. l. nec emere, C. de iur. delib. & ibi glo. ord. com. Doc. tex. & Doc. in l. fin. de empt. & vendit. Soc. Reg. 530. vbi Legiſtas, & Canoniſtas allegat, & trad. 58. fall. Gomeſ. eo. tit. num. 51. vbi trad. tantum 4. fall. cum quibuſdam illat. verum de rigore non contradicente æquitate, quis poteſt cogi inuitus vendere. Gomeſ. prima fallentia eſt, quando vertitur fauor publicus, & Religionis, ſecunda ratione publicæ vtilitatis, tertia ob nimiam ſæuitiam, quarta quando vicinus vellet ædificare damnum notabile faciendo alteri vicino, quia oblato pretio poterit impedire emendo illud ius altius non tollendi.

Quo ad primam non eſt dubium quod vicinus cogitur præſtare aditum, & viam eundi ad loca publica, vel religioſa, vt ad forum, vel ad Eccleſia tex. in l. ſi locus, ff. quem ſer. amitt. Bal. in l. 1. C. de commu. ſer. manu. te. Bar. & omnes alij in l. ſi quis ſepulchrum, ff. de relig. & alios alleg. Gomeſ. d. num. 51. col. 2. vbi infert quod vicinus, aut ſocius pro ſua parte coguntur vendere pro loco pio, & religioſo ędificando per Bal. l. 1. C. com. de ſer. manu. Soc. d. reg. 530. fall. 8. & 9.

Quo ad ſecundam ij, qui annonæ curam habent arctare poſſunt habentes annonam ad vendendum certam quantitatem, & limitare quoque pretium, tempore careſtiæ vt publicæ neceſſitati ſuccurratur, l. nec emere, C. de iur. deliber. vbi gl. inuitus, & l. inuitum, C. de contrahenda emptio. ubi Bar. & alij, & in l. 1. C. de Epiſcop. & Cler. Canon. in cap. 1. de empt. & vendit. Viui. co. op. lib. 1. op. 431. Gomeſ. ubi ſupra, ſub num. 51. Soc. Reg. 530. fall. 14. & 15. Didac. loc. cit. num. 3. lib. 3. cap. 14. tom. 2.

Quo ad tertiam Dominus cogitur vendere ſeruum, ne eius in eum nimia ſæuitia exerceatur, §. fin. Inſtitut. de ijs qui ſunt ſui, vel alien. iur. dixi latè in 1. par. ſub num. . . Soc. d. reg. 530. fall. 17. & infertur ad maritum, vt ibi ſub num. . . latiſſimè dictum fuit. Infertur etiam quod Dominus nimium ſeuerus compelli poteſt ad vendendum iuriſdictionem, Cyn. Bar. Bal. & alij in l. 2. ff. de ijs qui ſunt ſui, & l. 1. C. ſi quacunque, Dign. pręd. quod non vidi ſeruari, ſed ex cauſa infidelitatis contra Eccleſiam quandoque ſeruatum fuit, vi. Soc. d. reg. 530. fall. 17. & infra ſub num. 270.

Quo ad quartam limitationem, de qua per Gomeſ. vbi quis cogitur vendere ius altius non tollendi, altiorem indaginem requirit, vide infra ſub numero 262.

Præterea qui vendit tenetur vendere iuſta menſura, & iuſto pondere: nam abominatio eſt apud Dominum pondus, & pondus, ſtatera doloſa non eſt bona, Prouerb. cap. 19. Pondus, & pondus, vt ſi cum uno pondere emis, cum alio vendas, vnde in d. cap. 19. dicitur: Pondus, & pondus, menſura, & menſura vtrumq; abominabile eſt apud Deũ.

Modò vltra iam dicta circa læſionem enormẽ, & enormiſſimam, quando læſio eſt vltra, vel citra dimidiam iuſti pretij, contractus reſcinditur, per l. 2. C. de reſcind. vendit. cum concor. & dicitur læſio locum habere, quando pretium excedit dimidiam in plus, vel in minus: exempli gratia res valet 10. & vendita fuit 16. ecce quod in vno excedit, quia dimidium 10. ſunt 5. ſi enim vendita fuiſſet 15. & non 16. non eſſet læſio vltra dimidiam, & econtra ſi res ualet 10. & uendatur 5. non erit læſio, ſed ſi uendatur 4. ecce quod in uno erit læſio, ut per Gomeſ. de empt. & uenditio. ſub num. . . & de conſenſu omnium Scrib. in d. l. 2. C. de reſcind. uendit. Fab. de empt. & uendit. quæſtio. 8. princip. & hanc op. eſſe in practica uti communiter recipiendam, tenet Didac. uar. reſolut. lib. 11. c. 3. ſub num. 8. tom. 2. ſufficit quod læſio ſit in uno nummo plus, uel minus, ſed non per hoc conuentus hac actione liberabitur, ſi ſuppleat, uel adimet, illud minus, ſeu illud plus, aut minimum, ſed tenetur, uel reſtituere rem, uel ſupplere iuſtum pretium, Cyn. d. l. 2. quæſt. 8. Bal. quæſt. 12. & eſſe magis co. op. ut per Gomeſ. de empt. & uenditio. ſub num. 22. uer. item adde, Feli. in cap. cum cauſam, col. 1. de teſt. Abb. in cap. cum cauſa, not. 2. de empt. & uendit. Gabr. com. concl. eodem tit. concluſio. 1. num. 6. ſat eſt ergo læſionem excedere, uel eſſe in aliquo ultra dimidiam iuſti pretij, Caball. Milleloq. 308. par. 1. Menoc. de arbit. caſ. 277. numero 5. dicens eſſe in arbitrio iudicis iudicare quando pretium dicatur excedere, uel deficere, & re uera quando res agitur coram Magiſtratibus amplum arbitrium habentibus, eo quia de bono, & æquo procedere poſſunt, non conſideratur tanta ſubtilitas: nam etiam quod deceptio non eſſet ultra, uel minus dimidia, ſolent reſcindere contractus, ui. quæ infra dicam, non enim punctum determinatum eſt quod ſit pretium iuſtum. Iodoc. de ſubhaſt. cap. 5. num. 34. Nam pretium iuſtum cuiuſcunque rei conſiſtit, in puncto indiuiſibili, ſed latitudinem habet in mediocritate, vt ex Ariſtot. 1. Ethic. refert Didac. uar. reſolu. lib. 11. cap. 3. num. 1. tom. 2.

Secundo, Læſio non iudicatur ab euentu, uel à

tractu

Digitized by Google

tractu temporis, ſed ſtatim à die contractus, non autem poſtea, tex. in l. ſi voluntate, & in d. l. 2. vbi Doc. C. de reſc. vendit. Gabr. d. conclu. 1. num. 47. vbi plures alleg.

Tertio reſcindenda locum habet in omnibus contractibus bonæ fidei, Bart. & alij d. l. 2. Gabr. d. concl. num. 19. non ſolum in emptione, & venditione, ſed in locatione, vt ſupra dictum fuit. Gabr. d. concluſion. 1. num. 305. dixi num. 252. & ſeq. item in permutatione, Diuiſione, Societate, Calculo rationum, in Dote vi. infra ſub nu. 255. ver. At ſi ſtatutum ibi vlterius, Donatione in ſolutum, vi. Rot. Genuæ, deciſ. 13. num. 37. in venditione pro debito fiſcali, in Donatione, in laudo, & alijs huiuſmodi, de quibus ſcrib. in d. l. 2. & Gab. d. concluſ. 1. per tot. At in cõtractibus ſtricti iuris, quamuis hoc remedium ceſſat, vt per Bar. vltra alios, d. l. 2. verſic. Quæro tertio, & Gabr. d. concl. nu. 105. tamen non ceſſat remedium per exceptionem doli, vt ait Gabr. num. 106. vbi alleg. Alexand. conſil. 89. column. 4. volum. 2. Imol. in cap. dilecti, col. fin. de empt. & vendit.

Præterea l. 2. locum habet in feudis, vt per Afflict. de inueſtitur. cap. 1. num. 48. Item in ſubhaſtatione, & contra quemlibet, vt per Doc. eo. ibi. & Gomeſ. d. tit. ſub num. 23. & in l. ſi quos. C. de reſcin. vendit. etiam in Rebus Debitoris fiſci ſub haſta venditis, vt per Gabr. d. concluſ. 1. num. 4. vbi alleg. Calca. conſil. 25. col. pen. tex. in l. 3. & l. ratas, C. de reſcin. vendit. Bar. in l. 1. in princ. ff. de iur. fiſc. quamuis Peregr. 10. tit. lib. 6. tit. 4 ſub num. 8. verſic. Nonnulli tenent contrarium, & pro eo adducit Ang. de Peruſ. l. 1. C. de præd. Cur. lib. 10. & per eundem Ang. & Fulgoſ. in l. 1. C. de præſcr. 40. ann. & Alciat. conſil. 12. lib 8. ea ratione, quia quod ſub haſta venditur, præſumitur iuſto pretio venditum, & res tantum valet quantum vendi poteſt. Bal. conſil. 103. Quæritur, vol. 1. Auth. hoc ius porrectum, C. de Sacr. Sanct. Eccleſ.

Tamen d. opinio non eſt communis, ſed ſingularis in Statu Veneto, vt Peregr. d. tit. 4. num. 19. inferre videtur, qui non videtur diſcedere ab opinione noſtra paulò ante d. verſic. nonnulli, & numer. 12. Immo in lib. 5. tit. 1. num. 29. ait quod fiſcus vtitur iure commu. & pro parte affirmatiua, & verſ. tenet Gomeſ. d. tit. de empt. & vendit. ſub num. 23. & vi. ſupra num. 256. qui dicit hanc eſſe veram, & co. opi. non obſtante l. 1. C. de præd. Cur. lib. 10. quia eſtò, quod venditio ad publicam haſtam pręſumatur iuſta, nihilominus quando apparet contrarium, tunc æquitas d. l. 2. vult, vt reſcindatur, vel iuſtum pretium ſuppleatur, & eſt tex. & ibi Doct. in d. l. ſi quos, C. eo. & tenet lodoe Dauniber. tract. de ſubhaſtatio. cap. 3. nu. 12. licet in cap. 5. num. 26. diſtinguat inter venditionem voluntariam, & neceſſariam, vnde videtur tenere cum Peregr. in d. tit. 4. ſub num. 8. verſic. nonnulli, lib. 6. de iur. fiſc. vbi limitat in ſubhaſtatione neceſſaria, prout in rebus Debitoris fiſci venditis.

Verum neſcio videre rationem differentiæ, inter ſubhaſtationem voluntariam, & neceſſariam, ſed dico quod venditio rerum Debitoris fiſci ob maleficium magis dicitur voluntaria quam neceſſaria, ex quo debitor ob maleficium dicitur voluntarius, & non neceſſarius dixi in 2. part. ſub num. 159. verſic. 13. caſus Tiraq. de retract. conſ. tit. §. 1. glo. 14. num. 15. ſed dato quod hæc venditio diceretur ex cauſa neceſſaria, ex quo pro parte Debitoris fiſci agrè fertur, & ſic inuitus ſoluit, & ſoluere cogitur per ea, quæ dicit Bal. in l. nouiſſime, ff. quod falſ. tut. auth. de ſtatuto, quo cauetur debitorem ſoluere, quia licet ſit voluntarius tamen à ſtatuto cogitur ſoluere, & refert Blanc. de com prom. q. 1. ver. Quæro an verba: ibi adducit etiam tex.

Hinc eſt quod qui in vno grauatur, in alio ſit releuandus, l. eum qui, ff. de iur. iuran. auth. contra, qui propriam, C. de non nu. pecu. nec eſt danda afflictio afflicto. l. Diuus Marcus, in princ. ff. de offic. præſi. l. ſi idem, ff. de iuriſdict. omn. iud. Præterea fiſcus tractat in pœnis exigendis de lucro captando, & Debitor de damno vitando, l. non puto, ff. de iur. fiſc. & ibi Doct. tenuit Peregr. de iur. fiſc. lib. 5. tit. 2. ſub num. 11. & hoc non habet difficultatem. Iaſ. in l. 1. col. 9. ff. ſolut. matrim. Neguſant. de pign 4. membr. 2. pat. ſub num. 17. verſic. Iaſ. autem vltra quod ſi fiſcus in hoc non repetitur priuilegiatus, conſequens eſt, quod vtatur iure communi, vt ait idem Peregr. d. iur. fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 29. ſupra adduct. & vtatur iure Priuati Caball. Caſ. 99. num. 20. & 21. Caſ. 102. num. 7. & alibi vnde ſi fiſcus ipſe poterit vti remedio d. l. 2. C. de reſcind. vendit. contra ementes in publica ſubhaſtatione res fiſci, vt in lib 6. tit. 4. num. 12. de iur. fiſc. tenet Peregr. cur non debet contra venditorem rerum fiſcalium tale remedium pariter competere, l. 1. quod quiſque iur. & eo magis: quia vt dixi duę lucratiuę cauſę in eadem perſona concurrere non debent, §. ſi res, Inſtitu. de leg ſed fiſcus non poſſet in hac poſtrema ratione reſpondere nihil ad eum, & ita apud Aſin. de execut. §. 6. q. 14 ſub num. 5. verſic. contrarium.

Qua occaſione obiter quæro, an re vendita nomine fiſci, & perempta, vel præſcripta, poſſit condici aduerſus fiſcum, ex quo qui per alium facit per ſe ipſum facere videtur, l. ſi per alium, ff. ne ne quis eum, qui in ius voc. eſt vi exi. l. ſi quis id. §. penult. ff. de iuriſdict. omn. iud. l. 1. ff. de eo. per quem fact. erit, cum ſimil. vnde videtur quod læſionis cauſa vltra dimidiam iuſti pretij ſit conuertenda contra fiſcum, qui dicitur emiſſe rem ſui debitoris ob pœnam cum non poſſit ſatisfieri, niſi ipſe vendat cum illis requiſitis, de quibus per Peregr. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 4. per tot. præſertim ſub num. 4. cum ſeq. ex. tit. C. de fid. inſtr. & iure haſtæ fiſcal. lib. 10. & C. de conuenien. fiſc. debitor. eod. lib.

Vltra quod, qui emit à fiſco rem aliquam corporalem, aut incorporalem omnino tutus eſt, adeò, vt ab alio inquietari non poſſit, ſed aget intra quadriennium contra fiſcum, per l. 2. C. de quadriennium pręſcr. vnde, qui plus emit erga fiſcum, ergo & quando fiſcus minus emit, vi. Peregr. d. tit. 4. num. 15. Re enim perempta, vel præſcripta, ſicut emptor primus tenetur. Gomeſ. d. tit. de empt. & vendit. ſub num. 51. column. 3. verſic. Si verò, Saly. d. l. 2. column. 6. verſic. Quæro 12. C. de reſcind. vbi ſecus eſſe agit, ſi primus emptor re vendidit alteri, & res ſit perempta aut præſcripta: idem ſi caſu fortuito penès primum emptorem id euenerit, l. ſi ex legati. d. ver. ob l. Titiæ textores, §. fin. de leg. primo, l. in Naui Saupheii. ff. loc. nam ſibi imputet primus venditor ſi minus iuſto pretio vendidit liberè, Cremenſ. ſing. 84. in hoc facio hanc parentheſin quoad priuatos, quod auxilium d. l. 2. vtique locum ſibi vendicat ex æquitate contra tertium poſſeſſorem ex cauſa lucratiua, quando primus emptor non eſt ſoluendo, & primo venditori ſuccurri non poſſit, & in ſubſidium. Bal. d. l. 2. num. 16. Saly. num. 18. adde etiam ſi is tertius poſſeſſor, vel ſecundus emptor re E

habuerit

Digitized by Google

habuerit ex cauſa oneroſa dummodo ſcienter emerit minus dimidia iuſti pretij. Didac.var.reſol.lib. 11.cap.3. ſub num.9. ver. ſecunda concluſio.

Quinimmo etiam ſi quis emit à fiſco re venditalteri, & res fuerit perempta, vel præſcripta, quoniam pretium ſuccedit in particularibus quoque loco rei ſaltem in ſubſidium contra fiſcum, qui habuit ex cauſa lucratiua per ea, quæ trad. ſecundum op. Abb. in cap. cum cauſa, de empt. & vend.& dicam infra Neguſant. de pign. 1. membr.5. par. ſub num. 48. ver. In iudicijs autem particularibus.

Nec patrocinari debet fiſco, quod duntaxat habuerit tantum, quantum ſibi debebatur à ſuo Debitore, quoniam tenetur facere, & diligentiam adhibere ac ſi in rebus proprijs, & negligentia vnius alteri obeſſe non debet, l. rem hæreditariam, ff.de euict. cum ſimil. l. ſancimus, ff. de pœn. & quod contra fiſcum, & non contra acquirentes à fiſco eundum ſit vltra ſupradicta videtur tex. in l.fin. C.ſi aduerſ. fiſc.l.fundus, qui ff. de reſcin. vendit. facit Peregr. d.lib.6. tit.4. num. 21. & 22. Nec obſtat, quod hoc damnum prouenerit ob maleficium commiſſum. ergo imputandum dicto Debitori fiſci, cap. damnum, de regul. iur. in 6. quoniam ſatis damnum paſſus eſt ob pœnam, ſed quod etiam ob læſionem rei ſuæ a fiſco venditæ aliud damnum pati debeat, eſſet quem duplici damno afficere. Reg. bona fides, de regul. iur. æquitas enim reſiſtit, cap. locupletari, eo. tit. in 6. vltra quod quo ad vendendam rem minus dimidia iuſti pretij is debitor fiſci non dicitur in culpa.

Vnde valde ijs diebus miratus fui de quodam fiſci debitore contra quem fuit facta exactio quarundam rerum mobilium, quæ ſub haſta venditæ fuere, & demum peremptæ, nam alij de venditione minus dimidia iuſti pretij culpam in exactorem, & venditorem dabant, & re vera non caret culpa, qui eſt negligens in officio ſuo, l. ſi duas, §. nemine, ff. de admin. tut. l. cum plures, §. nimium, ff. de offic. præfect. quia publicus exactor debet iuſto pretio vendere res ſubditorum, nec debet pati vllam fraudem in ſubhaſtatione. Iodoc. Damhuder. de ſubhaſtatio. cap. 3. num. 10. Alij dabant culpam Iudici, quia ſine eius Decreto res vendi non potuiſſet. Bar. & alij d.l.1. C. de fid. Inſtru. & Iur. haſtæ fiſc. Sed re uera iudex non tenetur, quandoquidem iuxta relationem ſibi factam a publicis executoribus, quibus canone officij credere debebat dixi ſupra par. 2. num.73. & 74. & qui facit quod ad eius officium ſpectat pœnam non meretur, l. Gracchus, C. ad leg. Iul. de Adult. Iudex enim non ſolet interuenire ſubhaſtationibus, ſed procurator fiſci. Bar. d.l.1. C.de fid. inſtrum. & iur. haſt. fiſc. Soc. conſil.46. num.17. volum. 4. Peregr. d.tit. 4. num.5. verſic. tertio, lib. 6. Sic concludo contra fiſcum agendum eſſe, ſi res extat, ſoluta pœna, & expenſis ab ipſo debitore. Peregr. d.tit.4. num.21. & 22. cum iurib. ibi per eum adduc. Cremenſ. ſing. 194. & Curt. Iun. conſil. vltim. num.4. at ſi res non extet, ad intereſſe in ſubſidium, per ea, quæ trad. Saly. & alij d. l.2. C. de reſcin. nam actio ſubſidiaria ab æquitate deſcendit, vt l.1. & tot.tit.ff. de mag. conuenien. & cor. hæred. vbi ſi fraus, & colluſio inter miniſtros detegatur, luant pœnas, & pœna ſuos authores ſequatur, l. ſancimus, l. reſpiciendum, ff. de pœn. & tot. tit. ff. de colluſ. deteg. & tot. tit. ff. de præuaricat. ſed hoc iudicium non habet impedire intereſſe læſi. vltra dimidiam iuſti pretij.

Quarto, nunc redeundo ad materiam reſcindendæ: quarto loco ſciendum eſt, quod per clauſulam iſtam ſi plus valet plus donauit, etiam quod quia ſciens vendiderit, nihilominus habet locum d.l.2. C. de reſcind. vendit. quando illud plus eſſet vltra dimidiam. Nam Doc. ibi dicunt quod ea facilitate qua quis motus fuit ad vendendum, eadem facilitate motus fuit ad ponendum d. clauſulam, vt in ſpecie Gomeſ. ſub num. 26. de empt. & ven. vbi plura iura alleg. Gabr. d.tit. concluſ. 1. ſub num. 52. vbi dat tres declarationes. prima, quando dictum fuit plus quantumcunque ſit donat. ſecunda, quando bis in inſtrumento talis clauſula repetita fuit. tertia declaratio quod referatur tale plus ad modicum. ergo firma adhuc manet op. quod non obſtante tali clauſula locus ſit reſcindendæ.

* Verum ipſe dico ſtante ratione ſupradicta quod ea facilitate quis adiecerit d. clauſulam ſi plus valet plus donauit, de qua per D. Menoch. de arb. Caſ. . . qua motus fuit ad vendendum, igitur videndum eſt, an ex neceſſitate, vel pro ſui ipſius exigentia, vel intuitu Affectionis, & ſanguinis vendiderit, ſi compulſus, aut ob neceſſitatem, nemo in neceſſitatibus liberalis extitit, l. rem legatam, ff. de Adim. leg. ſi intuitu affectionis, aut venditor, qui plus donauit eſt Diues, & emptor pauper. & tunc ceſſat, l. 2. C. de reſcin. vendit. propter priuilegia pauper. quorum 44. recenſet Luc. de Pen. l. fin. C. de ijs, qui nu. liber. libr. 10. & facit illud Euang. quod супereſt date pauperibus, faciunt valdè ad propoſitum, quæ dicit Bal. Nouell. tract. Dot. par.6. priuil. 44. verſic. ſecundo modo ſimiliter quando coniunctis ſanguine vendidit, & illud plus donauit; nam ità caro, & ſanguis reuelauit, & facit tex. in l. filiusfamilias, de Donat. & iſta eſt vna ex limitationibus ad illam reg. quod in dubio nemo præſumitur donare ſuum, l. cum de indebito, ff. de probat. cum ſimil. Menoch. de præſ. lib.4. præſumpt. 146. num. 13. Si verò vendidit, & illud plus donauit ei ob aliquod beneficium, & in remunerationem, tunc fit compenſatio cum pretio, & beneficio, vt l. fin. C. de compenſat. at ſi plus donatum excedat pretium ſimul, & debitum remuneratorium, vltra dimidiam, tunc locus eſt d.l.2. C. de reſcin. vendit. ſi verò eſt diues valdè, &

* ſeruitium receptum paruum, habemus exemplum Alexandri Magni. Qui pro minimo ſeruitio donabat Ciuitates integras. At ſi pauper Diuiti vendit, & donat illud plus cum geminatis verbis, cum Iuramento de non contraueniendo, cum proteſtatione etiam de non contraueniendo ſub pœna, nihilominus obtenta abſolutione à iuramento obtinebit in hoc iudicio reſcindendæ, quia pauper ſeminat paruas acus, vt recolligat magnos pallos ferreos, & pro op. noſtra in materia donationis faciunt Crauet. conſil. 114. col. 2. Gabr. d. concluſ.1. num.21.

Et ſi concludo, quod etiam in Donatione locum habet reſcindenda, vel ſaltem reuocatio. de qua latiſſimè per Tiraq. in l. ſi vnquam, C. de reſcin. vendit. vbi in gloſſ. Bona. in materia pauperum multa eleganter tractat. num. 1.2.3.4 5. & 6. cum ſeq.

Sed aduerte, quod æquitas hæc in donatione requirit, vt ſit efficax, primo, quod ſit officioſa, & non inofficioſ. tot. tit. de inoffic. Donat. quod hilari animo donatur, hilarem enim datorem diligit Deus Apoſt. quod fiat ab habente liberam voluntatem, facultatem, & poſſibilitatem, l. 1. ff. de Donat. quod ſit moderata, ne liberalitas incidat in prodigalitatem. Tiraq. vbi ſupra numero 4. & 5.

quod

Digitized by Google

quod detur benemerito, vel indigeſti, ſecundum qualitatem recipientis, niſi pauper inſalaram donet Diuiti, quod non elargiatur totum uni, quod pro alio nil remaneat, non totum ne auferatur facultas teſtandi, ſaltem de 4. aut 6. parte, vt per Doc. in l.fi.C.de pac.Clar.§. Donatio. ver.1. in fin. & ver.8. & 9. neve Donator egenus fiat. nam ei non eſt ſuccurrendum, qui in neceſſitatibus ſe poſuit, l.ſi fideiuſſor.§.pe. ff. qui ſatiſda. cog.l.2. ff. ſi quis cautio.l.de dte,§.fi. C.de act. & oblig. l.bona fides, ff. depoſ. idem dicitur de quolibet, qui data opera in aliqua alia neceſſitate ſe poſuit. Iaſ. in auth. res quæ col.6. C. de leg. & eſſet contra gradum charitatis primo ſuccurrere alijs quam ſibi: niſi eſſet tam pius, & bonus, vt omnia arbitraretur ſtercora, præterquam lucri facere vitam beatam.

Quinto quotieſcunque locus eſt reſcindendæ non reſtituuntur fructus cum re, ſed res tantum: pluribus rationibus id comprobat Gomeſ. d. tit. de empt. & vendit. ſub num.23. Cæpol. de ſimulat.contrac. col.5. licet Bal.& Salyc. videantur eſſe contrarij d.l.2. verum op. Gomeſ. eſt verior intellige primo, quando emptor bona fide emit, ſecus ſi mala fide, vel per deceptionem. Ius enim diuinum non admittit, vt contrahentes ſe decipiant, etiam infra dimidiam iuſti pretij. Iodoc. Damheu. trac. de ſubhaſta.cap.5. ſub num.25. 26 27. & ſeq. Decepti ſque, & non decipientibus iura ſubueniunt, cap.cum vniuerſorum, de ter.petitur. cum ſimil. ſecundo intellige, niſi poſſeſſor per litis conteſtationem in mora conſtitueretur, l. coram, l. moræ, C. de rei vendica. Bat. in l. litigator, C. de fruct & lit.expenſ. Alex.conſil.48. co. fin. volu.4. facit Marant.de ord. Iudic.p.6. membr.10. & vlt. num.9. Sed æquitate Canonica ſi mora incontinenti purgetur, excuſat. Bar. in l. ſi inſulam, vbi Alex.num.9. & Crot. num.71. Bero. num.61. de verb. oblig.& quando incontinenti mora dicatur purgata, vt. Menoch. de arb.caſ.7. Centu.2. nu.3. Similiter iuſtum impedimentum excuſaret. Menoch.Caſ.220.num.47.cum plur.ſeq. Nec fructus eſſent reſtituendi quando vnus haberet rem alter pretium, vt per Gomeſ. in ratione tertia ſub d. nume. 23. Nec quando in venditione adeſt pactum de retrouendendo: niſi ob tenuitentiam, vt in l.2. vbi Doc. C. de pact. inter empt. & vendit. & hæc opinio æquitate fulcitur, & eſt tenenda, non obſtantibus contradicentibus dummodo adſit bona fides, & Gomeſ. vbi ſupra ſub num. 30. tenet non deberi gabellam ex contractu retro, dicam infra.

Sexto in hoc remedio, l.2. C. de reſcin. vendit. poteſt agi actione, ex contractu: ſed etiam intentari officium Iudicis per Hip.de Marſ.in Prac.tri.§. ſeq.col.4.refert Gabr.d.concluſ.1.ſub num.5. Gomeſ. ſub num. 22. verſic. imo etiam, & poteſt in eodem libello peti, vel vt reſcindatur contractus, vel ſuppleatur iuſtum pretium. Saly.d.l.2.col.3.in princ. Gabr.d.concluſ.1.cit. princ. vbi dicit eſſe in electione emptoris facere quod ei libet, uel rem reſtituere, aut iuſtum pretium ſupplere, Alex.conſil.107.volum 4.

Septimo remedium, d.l.2. non durat ſemper. ſed præſcribitur.30. annis.glo.in l.ſicut in rem.C. de præſcrip.30. vel 40.anno. vbi Bal. & Gomeſ.d. tit.ſub nu.22.cir.fin. Balb.de præſcr.4.par.4.par.q. 20. Gabr.d.concluſ.1.ſub nu.108. vbi eſſe de mente Bar.& aliorum, ne rerum dominia ſtent perpetuo incerta. §.1. inſtitut. de vſucap. At quando in ſubſidium ageretur contra tertium poſſeſſorem, ſecundum ea quæ ſup.dicta ſunt verſ. & in hoc facio. tunc intra quadriennium agere debet, alioquin exclusus remaneret. Bal.Saly.& alij.d.l.2.& Didac.var.reſol.lib.1.c.3.in fi.tom.2.

Octauo eſt aduertẽdum circa euictionem, quæ debetur in omnibus contractibus onerosis, l.libera.C de ſenten.interloc.omn.iud. ſecus in lucratiuis.gloſſ.ord.in l.1.vbi Odofr. Bario. & alij.ff.de euict. dicam inf. vnde ſi res empta euincatur ab emptore, euictio debetur, l.1. & tot.tit. ff.de euict. c.fin.extra.de empt.& vendit.ſed iſta euictio reſpectu venditoris bonæ fidei, videtur magis ſapere rigorem. quam æquitatem, ſed quicquid ſit euictio debetur. Gomeſ.d.tit.ſub nume.33. quem vi.quia in actu practico rem hanc luculenter explicat. & in tantum eſt verum quod & ſi pactum ſit quod venditor non teneatur de euictione, nihilominus tenetur ſaltem ad pretium, vel ad extimationem rei, Gomeſ.vbi ſup.verſi. vnum tamen. nume.34. vbi cit. fin.ait quod euictio debetur nedum pro tota, ſed etiam pro parte rei euictæ pro diuiſo, vel indiuiſo, quia fit extimatio loci, & bonitatis eius, l.1. ff.de euict.

Euictio autem in contractibus lucratiuis non habet locum regulariter. Gomeſ.d.nume.35. vbi in donatione, & vltimis voluntatibus, in dote, & huiuſmodi. num.36.& 37.ſed in practica attende, quod non debetur euictio antequam res euincatur per ſententiam diffinitiuam. tex. eſt expreſſus in l.3.C.de euict. ſed pendente petitione illa debet intimari legitimo modo ei qui de euictione tenetur. vt latè per Gomeſ.vbi ſupra num.39.cum ſequ. quæ ſi non fuerit facta in prima inſtantia ualebit in cauſa appellationis. Gomeſ.ubi ſup. ver. ex quo infertur quæ tamen denunciatio poteſt per venditorem remitti, l. Herennius. ff.de euict. Gomeſ.loc.cit,

* Hinc aduerte, quod ſi pendente lite fiat compromiſſum, & ſequatur laudum per quod res euincatur, qui de euictione tenebatur remanebit liberatus; ſibi imputet emptor.cap.damnum, de reg.iur. ſecus ſi compulſus vi ſtatuti compromiſſum fecerit: nam tunc non excluderetur ab agendo de euictione. per Bar. & alios Doct. commun. in l.ſi victum.§.ſi compromiſere, ff.de euict. Gomeſ.d.tit. de empt.& vendit. ſub num.40. intellige dummodo notificari fecerit ei aduerſus quem de euictione agi oportet de tali compulſione, vltra notificationem fiendam mota ſibi lite in iudicio, vt ſup. Bar. Bal.Salyc. Fulgoſ. & alij in d.§. ſi compromiſero. licet Blanc.de compromiſſ.quæſt.9.ſub nume.94. videtur tenere, quod nõ ſit neceſſaria talis compulſio, ſed quod ſufficiat quod venditor ſit citatus ad electionem arbitri faciendam, nec ſuſpectus venditori eligatur. vltra alios quos adducit per Felyn. in c.fin.in fin.de re iud.tamen non diſſentit, per ea quæ adducit q.1.verſi. Quæro an per hęc verba, licet conatur ſuam tueri op.& dicat ſæpè practicaſſe in foro Patauino, ſed ipſæ Florentię vidi practicari, quod nedum venditor fuit legitimè citatus, vt ſupra, ſed oportuit, vt ſequatur declaratoria iudicis per quam appatere potuit de neceſſitate compromittendi, quamuis nimis rigoroſa, hæc practica uiſa fuerit, quo ad ſententiã interueniendã, poſtquam ſtatutum aretat ad compromittendum, eius diſpoſitio intelligitur ineſſe, in pacto ſuper euictione. per l.nemo poteſt. de leg. primo, & per ea quę latè Blanc.adducit ſub d. verſi.contrarium. ſed vi. ſup.qualiter denunciatio ſit fienda. & adde Dida. Couarru.var.reſolut.lib.3.cap.17.ſub nume.3. vſque ad nume.4.tom.2.vbi pulchrè quod non ſufficit ſcire, niſi legitimè, quis certioretur, nu.8.

* Verumtamen venditor pluribus de cauſis nõ tenebi-

Digitized by Google

& vendit. ſub nu. 3. primo ſi expreſsè remiſſa ſit euictio. Secundo quando res fuit euicta abſque denunciatione legitimè facta venditori, vt ſupra quamuis Didac.varia.reſol.lib.3. tit. 17.num.6. & nume. 7. videtur velle, quod etiam ſine denunciatione re iuſtè euicta, adhuc venditor teneatur, quando adeſt clauſula, quod quocumque modo res euincatur venditor teneatur, tamen eſt opinio intricata. Tertio non tenetur venditor quando emptor non appellauit, Gomes.vbi ſupra vet. Secundo eſt. vbi ait ſat eſſe appellaſſe, quamuis non fuerit proſecutus, per iura, & auth.ibi adduc. & ſi denunciatio minimè facta fuerit in prima inſtantia, vtique fieri poterit in cauſa appellationis.vt ſupra verſi.euictio autem. Quarto quando pendente lite, vel ſine lite emptor voluntariè cōpromittit. dic vt ſup.verſi.præced. Quinto quando per imprudētiam emptoris, vel iudicis res euicta fuiſſet. Didac.d.c. 17. num.40. Sequitur Gomeſ. Sexto quando quis per Principem emptor compulſus fuit rem alteri dare, vel vendere l. Lucius, ff.eo. Septimo quando per reſtitutionem & ſic iure ſpeciali, res fuit euicta, quia tunc agitur ad pretium tantum, l.minor.ff.eo. Octauo quando venditor ſcienter rem alteri obligatam vendidit inſcio emptore l.ſi matre.C.de iur.dot. Nono quando per vim emptor ſpoliaretur, l.fina. C.de act.empt. Decimo quando emptor culpa ſua non præſcripſit rem, vel cecidit ab ea.l.ſi dictum. §.ſi. ff.eo.de euict. Vndecimo vt ſupra quādo de poſſeſſore factus eſt rei petitor, l. ſi rem. ff.eo. Duodecimo quando venditor venit contra conuentionem, l.ſi mācipium. eo.decimo quando emptor ſciebat rem eſſe alterius, vt in terminis l.ſi nulla. ff.de hær.vel act.vendi.

Sed re perempta, vltra iam dicta, dico quod cōtra emptorem, venditor agere non poteſt, quamuis opinio hæc ſit diſputata inter Panorm. in ca. cum cauſa.de emptio. & vendit. qui tenet, quod non ad rem, ſed ad pretium reſtituendum, vel ſupplendum quando minos dimidia iuſti pretij emit. Contrarium tenet Accurſ. per glo.in d.l.2.tenentis, hoc in caſu rem eſſe tantum in obligatione, & non pretium. in qua controuerſia Didac. varia.reſol.lib.2.c.4. ſub num.13.circ.fin.tom.2. tres diſtinctiones tradit. Prima eſt quod venditor deceptus vltra dimidiam iuſti pretij re perempta ſine culpa emptoris, emptor minimè conueniri poteſt, nec tenetur ad integram iuſti pretij ſolutionem, & hæc opi.contra Abb. Secunda diſtinctio eſt quod re perempta abſque emptoris culpa apud ſecundum emptorem qui eam emerat, & iuſtum pretium ſoluerat, emptor primus tenetur ſupplere omnino venditori iuſtum pretium, c.locupletari. de reg. iur. Tertia eſt diſtinctio: nam emptore vltra dimidiam iuſti pretij decepto, etiam re perempta penes ipſum abſque tamen culpa ſua, vēditor tenetur reddere emptori quod pluris iuſti pretij ab eo receperit. Sed ſcias quod iura quæ dicunt læſionem ad vile æquitate hinc inde læſis ſubuenitur, at iura quæ loquuntur de deceptione, rigore opus eſt, hic nota quod aliud ſit remedium adhibere, cum æquitate aliud cum rigore. primo caſu quælibet cauſa etiam colorata excuſat, ſecundo caſu non. Nam poteſt dari læſio abſque deceptione, ſed non poteſt dari deceptio ſine dolo.vi.ſup.ſub nu.217.verſi. an autem cum verſi.ſequ. & ideo aduertè quod qui decipit ſemper in dolo præſumitur l. 1.§.dolum.ff.de dol. Cicer. in offic. quę coactus, quis metu, aut deceptus dolo promiſcerit, ſecus quoad eum qui alium lędit, quia præſumitur ignoranter facere, l. 1. ff.ex quib. cauſ.maio. vnde lędens non aduertit ad id

* quod facit. nimirum ſi dicitur lędens in puluere, læſus in marmore ſcribit.

Verum enim verò eſt adeo latus euictionis cāpus, quod requireret amplum tract. vt fecit Caballin.hæc pauca, quæ magis congruunt materiæ æquitatis, & rigoris dixi cætera proſequere. per Fab.de Monte tract.de empt.& Caball. vbi ſup. & Gomes.loc.cit.

Sed qualiter ſuccurrendū eſt ei cuius res ab alio fuit alienata, nam certum eſt quod talis alienatio ei nocere non debet.l.alieno.vbi Bal. C. de fur.l. 1.C.de vſucap.cum concor. & domino rei vēdicatione, Publiciana, remedio poſſeſſorio ſuccurritur, vel actione furti ſi ſcienter alienata fuit. l.liberam. C.quod cum eo. pulchre Aſin. de execut. §.7. cap.258. vbi ſub nu.4.& 5. dicit quod re perempta in ſubſidium ad pretium poteſt agi. Bal.in l.mater. tua. C. de rei vendic. Afflict. Deciſ.369.

* Sed tandem quæro an vendito equo ſella, & fręnum ſint vendita, dic quod ſi nil dictum ſit, & æquus cum eis oſtenſus emptoris fuit, attēto pretio, ſi ornamenta non ſint pretioſiora æquo veniunt in venditione. Secus ſi oſtenſus fuit ſine eis, cap.acceſſorium.de reg.iur. vbi limitant Doctor.quod acceſſorium non ſequitur naturā principalis, quando eſt maius ipſo principali. & facit inſtitu. de rer. diuis. §. cum ex aliena purpura. & ad quæſtionem iſtam tex.in l. ædiles. la ſecunda, ff.de ædil.edict. Bonacoſſ. in ſuo tracta. de equis. q.24.101.& 230.

Item vendita vacca ſimpliciter, vitulus latens intelligitur venditus ſecundum Gomeſ.tit.de emptio.& vendit.nume.14. Sed non placet talis opinio, quia vendita ancilla non eſt venditus partus iam natus: nam individuis ſub vno pretio non continentur plures res niſi dicatur l.& ſi. vbi Barto.ff.de actio.empto. & tantum eſt indiuiduum infans, quam anus. & vi. Bald.ad d.reg. in l.non dubium. C.de leg. Quid vendita domo an veniāt ampanate geloſie, & ſimilia, Borg. Deciſ.9. p.2. & conclude quod ea, quæ non ſunt affixa non veniunt in venditione, niſi fuerint parata, vt perpetuo per manſura. l.Iulianus, vbi Docto. §.ſio.ff. de actio.empt.l.cætera.§.hoc Senatuſconſultum, ff. de leg.1.

Sed numquid vendita domo, ſi in ea poſtea reperiatur theſaurus, an ſit emptoris, diſtinguitur aut eſt de recenti, & non venit, aut eſt de antiquo, & ſit inuentoris, niſi Dominus temporalis manum apponat ad hoc vi. D.Ber. Caualca. Deciſ.16.num.15.& 16.& per tot.par.2.cum ibi per eum adduc. & ſcrib.in §. Theſauros. Inſtitut. de rer.diuiſ.vbi dicitur. Theſauros quos quis in loco ſuo inuenerit, Diuus Adrianus naturalē ęquitatem ſecutus ei conceſſit, qui eos inuenerit, ſed aduerte quod ſi domus erit conducta pars dimidia erit conductoris altera Domini. hinc dixi quod in terris Marchionatus Turrilię & Sancti Stephani Principis Auriæ, cui omnia prędia tam vrbana, quam ruſtica ſoluunt certum quid nec vendi poſſunt ſine eius licentia; & ſoluunt vltra fictus laudemia. S. E. inuentor Theſauri debet habere dimidiam, & alteram Princeps vti Dominus directi per eundem tex.dict.§.Theſauros. ibi. At ſi quis in alieno loco non data ad hoc opera, ſed fortuitu inuenerit dimidium Domino ſo-

li

Google

h conceſſit, & dimidium inuentori, & quæ ſequuntur.

Præterea multum differt emere rem ad corpus vel ad menſuram: nam qui emit ad corpus, tenetur tam de rigore quam de æquitate pretium ad ratam reſtituere, Caſtr. in l. 2. cir. med. C. de peric. & com. rei ven. & dicitur ad corpus etiam quod ſint multę res, ſub vno tamen pretio Couar tu. pract. cap. 3 per tot. vbi ad menſuram quando pretium factum eſt ad rationem tanti pro ſtariolo, vel pro perrica. Sed ſi dictum ſit vendo cẽtum ſtariora terræ pro ſcutis mille tunc dicitur ad corpus non obſtante numeratione tot ſtariorum, vt per Couarro. ibi. & per Bart. in leg. Iulianus. §. ſi quis ita de act. empt. pulchre Gomeſ. d. tit. de emptio. & vendit. nu. 16. Si venditur ad corpus, venditor non cogitur tradere tot iugera, ſeu tot ſtariora, quot inſtrumentum dicit ſic Bart. in d. l. Iulianus. § ſi Titius de actio. empt. Bal. in Rubr. C. de contrahen. empt. & vendit. Fabia. à Monte. eo. tract. par. 6. nu. 20. idem in tract. de finib. cap. 88. Old. conſi. 197. Gomeſ. eodem tit. nume. 16. Couarr. variar. reſolut. cap. 3. ſub nume. 7. verſic. vndecimo car. 44. Viui. Deciſ. 23 1. libr. 2. Caualcan. Deciſ. 6. p. 2.

Secundo caſu quando res uendita eſt ad menſuram, venditor eſt obligatus, manu tenere emptori quantitatem menſuræ de qua in inſtrumento, vt cõ. tenent ſupra dicti Doct. quia ſic ęquitas, & rigor poſtulant quamuis contrahentes fidem adinuicem bonis verbis præſtant, & malum eſt, malum eſt, dicat omnis emptor, & cum receſſerit gloriabitur prouer. c. 19. verum eſt quod quando uenditio eſt facta ad menſuram, non dicitur perfecta, niſi demum ſecuta menſuratione tex. eſt in l. ſi venditio. §. in libro vbi Bart. ff. de pericul. & commo. rei vendi. Fab. d. tract. part. 6. Anch. reg. quæſt. 18. lib. 1. & eſt communis opinio Beuintend. Rott. Bono. Deciſ. 29. & 30. vbi quando repetitur menſura minor pretium ad ratam reſtituendum.

Qualiter autem terra ſit menſurãdo trad. Bar. in l. 1. & ibi Cępol. de uerb. ſign. Fel. in cap. quia col. ult. de præſcr. ubi an debeat fieri per terram, ſicut menſuratur alluuio. Bart. magn. tract. compoſuit, ſi iuus eſt ut in dubio reuocant nonnulli. De Alluuio. ad cuius intelligentiam opus eſſet Regulis Matthematic. & Geometric. & de quibus latiſſimè per Georg. Vall. placent. dicto tractat. De rebus expetendis, & fugiendis lib. 14. per tot.

Quid ſi uendatur ad numerum, utique ęquitas requirit quod ſiue exceſſus ſit, ſiue deficientia in numero pretium & res adęquentur. l. non ſunt liberi. ff. de ſta. ho. l. teſtamentum. C. qui teſta. fac. poſſ. in propoſ. Signorol. conſil. 17. & de defectu in nu. dicam ſub nu. 371.

Et ultimo ſcias quod ſi quis emit cum pacto de retrouendendo uenditori ſimpliciter, dummodo in contractu uterque emit & uendidit pro ſe ſuis hæredibus, & in fine adſit clauſula obligantes. etc. nam hoc caſu uenditor poterit agere contra tertium poſſeſſorem, & hanc op. ut æquiorẽ magis com. receptam & ita pluries fuiſſe iudicatum teſtatur Caualca. Deciſ. 16. num. 7. 10. & 30. par. 2.

IN CAVSA DOTIS AEQVItas locum habet.

255 IN cauſa dotis ęquitas ſummopere uiget eſt enim cauſa dotis quaſi pia Bald. Nouell. de dot. p. 6. p. priuil. 44. nu. 2. & non conſideratur tantũ quod perſona ſit fertilis, ſed extẽditur æquitas etiam ad mulierem ſterilem cui priuilegia dotis competunt Doctor. in l. 1. ff. ſolut. matr. Lap. alleg. 101. ſub num. 16. unde cauſa dotis eſt ualdè fauorabilis, ac utilis Cæph. conſi. 584. num. 14. vol. 4. Dotisque pes multa traduntur priuilegia à Bal. Nouell. eo. trac. inter quos hoc præcipuũ quod in ambiguis ſemper pro dotibus iudicandum eſt. l. in ambiguis de reg. iur. & tam in procedendo quam in iudicãdo Bal. Nouell. de dot. p. 9. pri. 1. & ſi reperiatur glo. facere contra dotem, & opinio Docto. ſit in contrarium & ſic pro dote, tunc attenditur opinio quę fauet doti. Neguſant. de pignor. & hypothec. 1. membr. 5 par. ſub nu. 32. immo fauore dotis ſatis eſt habere opinionem unius Doctores ſecundum Nat. conſil. 3. col. 2. & ſufficit etiam allegare in materia dotis, hoc ad ſpeciale in dote, ut ait Caſtr. in l. 1. ff ſolut. matr.

Et quando filia eſt ab hæreditate excluſa, æquitas ei ſuccurrit, vt condecenter dotari ſe faciat, ſaltem vſque ad quantitatem legitimè, ſtante ſtatuto quod ſtantibus, maſculis fœmina excludatur, vt in multis partibus, & Florentię. lib. 2. Rubric. 130. Nam licet ſtatutum non dicat illam competenter dotari, tamen ſubintelligitur quia legitima iure naturæ debetur in bonis aſcendentium. l. cum ratio. ff. de bon. damnat. & eſt omniũ ſententia in l. in quartam. ff. ad Senatuſc. Trebell. & dos ſuccedit loco legitimè ſecundum Doctores dict. l. in quartam & per Caualcan. Deciſ. 8. p. 3. vi. Craſſ. vlt. volunt. §. legitima. q. 7. Campeg. tracta. de dot. 26. quæſt. p. 5. Et ſi pater erga filiã ſanguine proprio obſtuiſcatur, & charitas paterna careat, hæc irrationabilis, & inhumana uoluntas, debet reduci ad æquitatem. l. maximum uitium. C. de liber. præter. Theſaur. Deciſ. 192. nume. 16. Sed non conſtito de odio paterno, vt plus filia cõſequi poſſit, quam à patre in dotem ei aſſignatũ fuit Caſtr. conſi. 275. ſub nu. 6. in fi. part. 1. cui Caſtren. in materia ſtatutorum Florentiæ credendũ eſt, fuit enim vnus ex compilatoribus. d. ſtatutorum & firmat hanc opin. per text. l. fi. C. de curat. furioſ.

At ſi ſtatutum mandat prius filiam dotari, & poſtea excludat illam ſtantibus maſculis tũc dos ſuccedit loco legitimè, ſecus ſi ſtatutum prius illã excludat, deinde mãdat dotari, quia hoc loco dos non ſuccedit loco legitimæ Caualcan. d. Deciſio. 8. nu. 10. p. 3. & Deciſ. 32. no. 25. par. 4. & Deciſio. 12. nu. 30. ca. 4. par. effectus huius differentię erit, quia primo caſu filia iã dotata poterit ſupplementum legitimè petere cum dos ſuccedere debeat loco legitimè ergo non debet eſſe minus legitima. Secundo caſu non poteſt, niſi conſtiterit de odio paterno, quia etiam æquitate ſuadente agere poteſt ad ſupplementum, & illa tranſmittit ius ad hæredes vſque ad 30. annos vt pluries Florentiæ ita iudicatum fuit, vlterius in hoc ſecundo caſu quando ſcilicet dos non ſuccedit loco legitimè, quod ſi pater adeo exiguam dotem filiæ aſſignauerit

Digitized by Google

uerit attentis ſuis facultatibus, ac dignitate, & filia valdè læſa reperiatur in dote, tunc etiam nõ conſtito de odio paterno, tamen adhuc ad ſupplemẽtum agere poteris vſque ad legitimam ut per Doctor. in l. 2. C. de reſcin. vendit. & tot. tit. de inoffi. dot. l. ſi ex cauſa. §. in dotis. ff. de minor. Bald. Nouell. priuil. 42. Phanuc. de Phanuc. cõm. de lucr. dotis glo. 10. ſub nu. 22. qui dicũt mulierẽ adiuuari ignaram habens magnum patrimonium, ſi totum in dotem dederit, quia ſi vltra dimidiã congruentiæ dotis aſcenderet adiuuaretur tali remedio. l. 2. C. de reſcin. vendit. Bal. Nouell. d. priuil. 42 p. 6. Phanuc. d. glo. 10. nu. 21. & ſeq. vi. Bart. in illa vulg. quæſt. incip. mulier habens amplum patrimonium.

256 Hinc eſt alia queſtio ſatis ventilata per Bar. in l. ſi poſt dotem, ff. ſolut. matrimonio ſecutum ab alijs paſſim. Nunquid filia dotata in teſtamento Patris in centum, ſi in matrimonium copulata fuerit, ſi minus in quinquaginta, ſi monachatum ſuſceperit, nunquid, etiam centum habere debeat ingrediendo in monaſteriũ, & reſolutiuè dicitur quod non, quia ſatis eſſe videtur quod in aliquo ſit dotata: quia nemo tenetur plus bene facere in hoc propoſito, vt 45. diſtinct. de Iudæ. 23. quæſt. 5. c. ad fidem, & quam plura adducit Dec. conſil. 426. num. 2. & vi. Capic. Deciſ. 104. & plures audiui, ita Florentiæ fuiſſe iudicatum, Non obſtant tex. l. qui liberos, ff. de rit. nupt. & alia adduct. in hoc propoſ. per Bald. Nouell. tract. dot. par. prima num. 9. qui tenet quod multo plus eſſet dotanda viro quæ ſpiritualiter nubit, per l. obligamur, §. lege, ff. de actio. & oblig. quando quidem matrimonium ſpirituale, ſit fructabilius, carnali. Apoſtol. Corint. cap. 7. ibi igitur & qui matrimonio iungit virginem ſuam bene facit, & qui non iungit melius facit, & vi. Campeg. de dot. par. prima, quæſt. 30.

Quoniam rerum quod attenta diſpoſitione diuinarum legum, quo ad ſtatum, certè virginale, eſt melius, & attenta pietate deberetur maior, dos ſed diſpoſitione legis humanæ, quando non diſputatur de voluntate patris, ſed ſumus in claris. lex ſanet volũtatẽ patris, vt ſufficiat quod de re ſua ipſe ſtatuit. §. diſponat. in autheo. de nupt. ſecus ſi tale legatum de 50. quando filia monaſterium ingrederetur, non aſcenderet ad ſuam legitimam: quia ipſa agere poſſet ad ſupplementum, tex. glo. & Docto. in l. in quartam, ff. ad Trebellianic. & iam dixi ſupra verſi. At ſi ſtatutum proximè antecedenti, niſi per ſtatutum expreſſa prohibita fuerit. ſecundum Bal. in authen. res quæ, C. commu. de leg. Ioan. Dilect. de art. teſtan. Caut. 12. nume. 14. Menoch. de arb. caſ. 149. verũ non obſtante rigore ſtatuti, quando non eſſet ſufficiẽs pro alimentanda puella, & patris bona paterentur augeri, tunc filia audiretur agendo quærela inofficioſi, ita præualente æquitate. Craſſ. vlum. volunt. §. legitima, q. 3. nu. 8.

Quinimo pacta præiudicialia mulieri contra fauorem dotis non valerent. Theſaur. Deciſ. 230. vbi ait non officere in foro poli iuramentum, ex quo contra ius, & bonos mores. per ea quæ ſupra dixi ſub nume. 240. & pacta contra ſubſtantiam, & priuilegia dotis regulariter non tenent l. quarta, ff. de pact. dot. l. Iulianus, ff. de iur. dot. l. ſi pater mulieris, eodem titu. Bald. Nouell. d. tractat. par. ſeptima, priuil. 44. idem priuil. 11. vbi limitat. plur. mod.

Mulier namque eſt priuilegiata, quia non valet renunciare, nec obligare ſe reſque ſuas, nec fideiubere, nec in iudicio compatere, vt per Dec. in l. fœminæ, vbi latiſſimè de reg. iur. Doct. in l. 1. & 2. ff. ad Velleia. l. antiquæ. & in auth. ſi qua mulier. C. eo. Theſaur. Deciſio. 222. & 223. & poſſuntque bona feudalia, item ſubiecta fideicommiſſo accipi ad effectum conſtituendi dotem congruentem, non obſtante renunciatione. Bald. Nouell. d. tract. p. 5. priuil. 17. Theſaur. d. Deciſ. 192. per tot.

257 Et quamuis mulier nupta, & dotata non valeat amplius petere, vt dotetur, vt puta quis reliquit certum quid pro maritandis puellis de ſua agnatione, ſi prius puella maritabitur, & à patre dotata, vel ab alio fuerit, antequam agat ad dotem legatam, vt ſupra, videtur excluſa. intellige quando dos officio iudicis tantum conſtituitur Barto. in dicta l. obligamur. §. lege ff. de actio. & oblig. ſequitur Iaſ. in dict. l. de alimentis, ſub nume. ſeptimo, Cod de tranſact. quem omnino vide. & ſi filia nupſerit viuente patre, & eo inſcio, nihilominus pater tenetur, & compellendus eſt eam dotare (dummodo ante 25. annum non nupſerit) quamuis virum diuitem duxerit. Capel. Tholoſ. & ibi Auffr. addit. Deciſ. 289. & Deciſ. 290. vbi quo iure, & coram quo pater cogi poſſit, & ibi quoque de fratre. lex enim animaduertit, quod ſi pater non curauit termino 25. annorum nubere filiam, quod filia de ſe nubi poſſit effecta maior 25. annorum, & ſit imputandum patri, eſt glo. in capit. hn. 32. quæſtio. ſecunda licet Bart. in d. leg. obligamur contrarium tenere videtur. Sed op. Bart. poſſet habere locum quando filia familias minor nupſerit nimis feſtinanter, verum contra Bart. eſt glo. in d. l. obligamur, & eſt co. vt per Conſtant. Roger. de dot. arg. dos à quibus ſub nume. 22. vbi in fi. & nume. 23. videtur diſtinguere quando filia nupſit indignio quod pater non teneatur dotare per glo. in capit. de raptoribus. 36. quæſtio. prima. Secus ſi digno nupſit verum quicquid ſit, pater tenetur ſaltem alere illam ſi viro inopi filia ſine patris conſenſu nupſerit, in minori vel maiori ætate per leg. vel necare. ff. de liber. alen. & dixi ſupra ſub num. 118. cum ſequen. Doctor. in authent. res quæ. Codic. comm. de leg. nullo enim modo pater poteſt ſe exonerare à dotando, vel ab alimentando filiam ægenam: nam nubere magis expedit quam vri, & ſic non datur opera rei illicitæ. Apoſt. 2. Corinth. capit. ſeptimo & ſi vir fortè erat diſcolus, alligatus vxori meliorem vitam ducet intantum quod meretricibus, quandoque (non de iure quia obſtat. leg. commiſſum, Codic. de adult. ſed ex pietate quadam) permiſſum eſt liberare damnatum pœna capitali, ſi damnatus eam in vxorem ducat. Add. ad Clar. quæſtio. 98. num. quarto vbi procedere in raptore puellæ ex Boer. Deciſio. 217. nume. 20. Sed de iure hoc non poteſt fieri quia aperta eſſet via liberandi ſæpè condemnatos Iac. de Beluiſ. in ſua pract. titu. de iniur. num. 33. verum Principes quandoque hoc facere ex cauſa, non erit inconueniens, maximè pro ſaluanda anima damnati & meretricis. vi. Tiraq. de pœn. temper. cauſ. 56. & quæ infra dicam ſub nu. 259. verſ. Hinc.

258 Præterea fauore dotis, & ad euitandos circuitus mulier pro dote ſibi cauanda, & aſſignanda vergente viro ad inopiam agere poterit contra tertios poſſeſſores Bar. in l. ſi conſtante queſt. 7. ff. ſol. mat. pign. & hypothec. 1. membr. 5. part. princ. nu. 29 Bal. Nouell. d. trac. de dot. par. 7. priuil. 18. & 24.

Theſaur. Deciſio.207.vbi videtur diſtinguere an mulier fuerit vigilans, ante executionem fiẽdam in bonis viri ad iuſtantiam creditorum, nam tũc opponendo ante executionem obtentam poterit experiri de iuribus ſuis, & etiam agere contra tertios poſſeſſores ſcilicet in ſubſidium, ſecus poſt mortem viri vt per ſupra dictos Doctor. loc.cit. & alios omnes in dict. leg. ſi conſtante ſolut. matrimon.

259 Similiter mulier poterit in ſubſidium venire aduerſus poſſeſſores rerum extimatarum in dote datarum Neguſant. de pign. & hyp.d. 1.membr. 5.part. ſub nume.40. propè fin. ver. & ideo puto, quamuis maritus ſit illarum Dominus, & illas vendere, & alienare poſſit ſtante extimatione. leg. plerumque §. ſi ante vbi gloſſ. ff. de iur. dot. & ad prædictam opinionem vi. tex. in l. in reb. Codic. de iur. dot. ubi Bald. nume.9. diſtinguit, & Bald. Nouell. d. par.7. in priuil.23. in fin. At ſi dos conſtituta fuiſſet in pecunia & domus data pro pignore, cum pacto quod ſi dos non ſoluatur liceat marito vendere domum & pactum hoc fuerit factum ante matrimonium & domus conſtã te matrimonio vendita ſit deinde viro vergente ad inopiam, vxor agat contra hunc tertium poſſeſſorem Hypothecaria ipſa obtinebit, primo quia d. domus erat in bonis patris qui eſt obligatus dotare filiã, & illius bona ſunt tacitè obligata quãuis reuocabiliter & virtute ſtatuti Florentini Rubr.130.§. multa mulier videtur expeditum libro 2. quo caſu ſuccedit in propoſito, id quod diſtinguendo Bald. dicit in d. l. in rebus ſub nume. 9. Co d. de iur. dot. Nam ex quo ipſa d. domus erat quaſi domina vti pro dote promiſſa viro aſſignata, uidetur quod rei uendicatione agere poſſit, contra tertium poſſeſſorem per Deciũ. d. leg. in rebus.

Secundo quia in inſtrumento aſſignationis dotis maritus hypothecauit omnia ſua bona in caſu reſtitutionis dotis, tam præſentia (quam futura) ideo cum dos in pecunia promiſſa non fuerit ſoluta ſed ei data d. domus inſolutum, illa domus tranſiuit in dominium viri, & per conſequẽs mulier acquiſiuit in ea hypothecam, quæ incipit à die promiſſionis dotis, & non à tempore ſolutionis l. aſſiduis. C. qui pot. in pign. & l. 1. eo. tit. Bal. Nouell. par.8. priuil. 21. Sicuti dicitur de re extimata in dotem data, nam de ea dicitur facta quędam emptio. l. plerumque §. ſi ante. ff. de iur. dot. Bald. Nouell. vbi ſupra ad quam in ſubſidium vxor agere poteſt cum maritus non ſit ſoluendo per ſupra dicta verſi. præterea & uer. *Similiter* ſub nume. 258.

260 Sed contrarium uidetur eſſe uerius: nam dos præſuppoſito quod ſit data à patre qui tenetur dotare filiam, uel à fratre qui in ſubſidium etiam ipſe tenetur dotare ſororem per glo. eo. approbatã in l. cum plures §. pe. ff. de admi. tut. maximè quãdo ſoror legitimam non habuit in bonis paternis Bart. in l. quæſitum. ff. ubi pupill. educ. deb. Cyn. poſt glo. in l. non omnis. C. de admi. tuto. aliosq; allegat Io. Campeg. tract. ſuo. de dot. arg.23. & eo magis ſtante alleg. ſtatuto Flor. unde ſi frater dotauit ſororẽ remanet ſolutus à tali onere, §. 1. Inſtitu. quib. mo. toll. oblig. gloſ. in l. ſi cum dotem. §. 1. ff. ſolut. matr. & uice uerſa uir recipiendo dotẽ quouis modo, ad reſtitutionem tenetur, l. ſi conſtãte. l. ubi adhuc. l. in rebus. ff. ſol. matri. Et hoc ſequitur quod domus prædicta quando ante matrimonium fuit à patre uel à fratre obligata pro dote in pecunia, quod penes d. mulierem, non remanſit, cum non fuerit data pro fundo dotali ſecundum tertios ſcrib. in l. 1. ff. ſolut. matrimõ. ſed quaſi pro pignore ut infra dicetur, & ideo una & eadem res non poteſt diuerſo iure cenſeri. le. non omnis. ff. ſi cer. pet. & ad hanc op. vi. Conſiũ. Roger. d. tract. arg.3. nume.11. car. 355. ubi res extimata in dotem data non efficitur fundus dotalis, quod autem fuerit conſignata loco pignoris apparet ex pacto, & facit in puncto Alex. conſi.156. uolum.6. Rot. Genuæ Deciſ.54. nu. 3.

Et cum fuerit promiſſa d. domus ante matrimonium non aſſumpſit nomen dotis, nec ſtrictè nec largè quoniam vbi non eſt matrimonium ibi non eſt dos repeten. in Rubric. & leg. prima, ff. ſoluto matrimonio, & qui tenebatur dotare mulierem illud pactum adiecit domui ſuę. iux. l. in re mandata. C. mand. videlicet quod ſi dos non ſolueretur in pecunia domus à viro vendi poſſet vnde ante tempus matrimonij iã domus hoc pacto effecta fuit alienabilis & hac conditione. Qui futurus erat maritus acceptauit quo caſu ſuccedit quod res ſemel ab initio, & tempore habili effecta alienabilis ſemper durat alienabilis. l. cum pater. §. quindecim de leg.3. Curt. iuni. conſi.4. ou.23. p.1. dixi in prima par. ſub nu.247. & ſeq. iux. primam impreſſionem facit. l. alienatio. ff. de contrahend. emptio. Crauet. conſi.202. num.3. & maritus quando alienauit dicitur feciſſe tanquam procurator datoris illam domum vt vendere poſſet pro ſatisfaciendo ſibi de dote in pecunia promiſſa Ioſeph. Ludo. co. concluſ. quæſtio.30. Rolan. conſil.55. num.42. volum.3. nam venditio denominatur à dante licentiam vendendi, & non a vendeote. le profectitia. ff. de iur. dot. & hoc videtur importare licentiam alienandi datam.

Secus ſi tale pactum poſt matrimoniũ factum fuiſſet quoniam d. mulieri ius in illa domo competeret in ſubſidium per ſupradicta, & dato quod etiam in caſu ante dicto ex quadam æquitate cum vir non eſſet ſoluendo ipſa in ſubſidium aduerſus tertium poſſeſſorem venire poſſet, hoc limitatur verum, quando qui dotauit, non haberet modum iterum dotandi eam: Quoniam qui tenetur dotare iure naturæ, & ſtatutar. non autem diſpoſitione hominis ſi culpa ſua dos pereat tenetur refundere. d. leg. cum plures. §. penult. ff. de adim. tut; Ioan. Campeg. de dot. part. ſeptimo ar. 25. 23. & 26. Bartol. in authent. res quæ Codic. commu. de legat. idem in leg. ſi cum dotem. §. ſi poſt. ff. ſolut. matrimon. & Bald. in leg. in rebus. ff. de iur. dot. & ſibi imputent ſi tale pactum ſuper domo ſua fecerunt vt à viro alienari poſſet caſu quo dos in pecunia numerata non ſolueretur, & male mulieri pro dote prouiderunt, & ideo ipſi tenentur Capell. Toloſ. Deciſio. 289. Bald. in leg. fin. colum. tertio Codic. de dot. promiſſ. leg. prima Codic. de peric. & commo. rei vendit. leg. qui occidit. §. hac quoque. ff. ad leg. Aquil. capit. damnum de regul. iur. in leg. & ſic habes caſum in quo mulier non acquirit hypothecam in rebus quæ ad manus viri peruenirunt, quod nota limitatem quando conſtante matrimonio domus data fuiſſet cum clauſulis importantibus traditionem & ita recepta fuiſſet à viro, non obſtante d. pacto ab initio de quo ſupra quia tunc vxori hypotheca fuiſſet acquiſita leg. ſi conſtante. ff. ſolut. matrimon. leg. prima ff. de iur. dot. leg. aſſiduis. Codic. qui pot. in pign.

Digitized by Google

iñ pign. facit Bald. Nouell. p. 8. priuil. 34. 35. 36. & 37. &c.

Inſuper in cauſa matrimoniali æquitas locum habet Cæphal. conſil. 570. num. 33. vol. 4. Nam mira quidem res eſt matrimoniũ, quo uera amicitia conflatur, quo verè naſcitur homo ab immortali Deo permiſſa ſocietas, inter virum & fœminam, vnde ex pari conſenſu, vterque alteri, ſe ipſum debet, connexio ſanè, neque in temporis, neque rerum clade diſſolubilis, Sanctum ab officio nomen habet: eo quod circa prolem ſit magis officioſa patens: licet pater ſit author generis vxor prudens, caſta humilis, lecto fida ſatis ſecũ affert dotis.

Hinc proles cenſetur legitima, & ſuſcepta tempore quo communi opinione matrimonium putabatur validum eſſe, etſi non erat. capit. 11. vt qui fil. ſint legit. & c. ex tenore eo. Lap. alleg. 89. nu. 9. & vt inf. nu. 295. in fi. & cauſa matrimonialis dicitur pia, & cũ fauorabilis, & æquitate tractanda eſt, & contra facientes, opponentes, & repugnantes ei rigoroſè procedendum eſt, & Florentiæ bis ſernare vidi contra renuentes deſponſare uirgines quas prius polluerant & illos condemnare ad triremes, ſed pœnitentia ducti deſponſauerunt illas & ita liberati fuere, nam quandoq; ad bonũ finẽ & pro bono pacis ita per indirectũ perducitur res ad ſuũ directum, & certum eſt quod qui ſtuprauit puellam, de iure tenetur illam ducere in vxoré, vel ſaltem dotare tex. in cap. 1. extr. de adulter. ſecus forte ſi non conſtiterit fuiſſe virginem ſecundum Damaſ. Reg. Cano. 111. Sed quia matrimonium debet eſſe liberum Maria. Soc. conſi. 3. incip. circa præſentem par. 1. Corn. conſil. 129. licet lit. c. par. 4. c. 1. de ſponſal. nec valet ſi fiat clandeſtinæ, & contra Form. Concil. Triden. De refor. marr. ſeſſ. 24. ideoque aduertant Principes quoniam doratio ſola, non reparat, inter nobiles futuris ſcandalis, & propterea bene fit ſi nolunt ducere in vxorem vt condemneorũr ſtupratores, & defloratores virginum ad triremes vi. quæ ſupra dixi ante nu. 258.

Sciendum quoque eſt quod pœna l. 2. C. de ſecund. nupt. hodie talis rigor ceſſat quia ſolum mulier perdit legatum à viro ei factum ſuper exiſtentibus filijs ex dicto primo viro ſecus ſi non extẽt, etiam quod intra annum luctus ipſa ſecundo nupſerit per Doctor. d. l. 2. & pulchrè Caualca. omnes allegans. Deciſio. 29. ſub num. 66. & ſeqnen. part. 3.

AEQVITAS IN CAVSA *matrimoniali.* C. IV.

261 INter ſocios æquitas ſeruatur ex cauſa ſocietatis pulchrè Cæphal. conſil. 483. nume. 30. volum. 4. dixi ſupra num. 246. Nam inter ſocios Iudex pro bono pacis ſtudere debet, multum enim prodeſt iſta clauſula pro bono pacis de qua per Bartol. in leg. arbitrorum. ff. pro ſoc. æquitas ergo inter ſocios ſuadet vt lucrum, & damnum æqualiter diuidatur, niſi aliud inter eos conuentum ſit. l. c. ſecundum naturam de reg. iur. & de hoc ampliſſime tractauit Bart. in ſuo tract. de duob. fratrib. & poſtea Petr. de Vbald. & Doct. omnes in l. ſi duobus. §. nec inter fratres. ff. pro ſoc. & qui omnia contingentia in materia ſocietatis tangere uellet nunquam eſſet dare finem.

Sed in propoſito Brachij Regij hoc tantum dicam quod ſocius pro ſocio non tenetur ex cauſa delicti d. leg. cum duobus § fin. & l. ſequen. ff. pro ſoc. Petr. d. Vbald. d. tract. part. 8. nume. 6. 7. & 8. æquitas enim non patitur, vt alteri per alterum iniqua conditio inferatur. leg. conſulto. ff. quem. teſtam. ordi. & temeritas vnius ex ſocijs alteri prudenti nocere non debet, ſed pœna debet ſuum ſequi authorem vt dixi in 4. part. ſub num. 254 leg. reſpiciendum. leg. ſancimus. ff. de pen. Pe regr. de iur. fiſc. libro quinto nume. 29. Niſi ex cauſa ſocietatis altero ſocio adhærente delictum per vnum ex eis commiſſum fuerit per ea quæ dixi nume. 165. part. 4. & per Petr. de Vbald. loc. mox cit. d. p. 8. q. 23. 24. & 25.

Et quoniam ſupra parte ſecunda ſub nume. 259. & par. quarta nume. 330. nonnulla ſcripſi in materia ſociorum & ſocietatis, hic pertranſeo ad alia, & dico quod ad hoc ut æquitas locum habeat tria requiruntur primo quod bona fide ſit contracta ſocietas, ſecundo quod fiat æqualiter, tertio quod ſit licita negociatio & ad hoc vt ſit licita, tria pariter requiruntur, primo quod capitale ſubiaceat periculis quemadmodum & lucrum debet dependere à futuro & incerto euentu, ſecundo quod lucrum & damnum ſint communia ad ratam tertio quod labor, & induſtria unius compenſetur cum pecunia alterius, & econtra vt latè per Carbo. tract. de reſtitut. omn. rer. quæſt. 54 per tot. ubi trad. regulas, & Doctrinam, Doct. utriuſque iuris, & R. Theolog. præſertim S. Tho. Nauar. Siueſtr. Sot. Bald. Angel. & alios, inferens ad multa, & quid de mulieribus negociationi præpoſitis ut in Alemania, ut. Petr. de Vbal. d. tracta. & Deciſ. Rott. Genuæ ubi caſus in facto occurrentes traduntur.

Tandem nota quod in ſocijs criminis facta reſtitutione rei furatæ ab uno, ipſe ratam ab alijs repetere minimè poterit Couarru. uariar. reſolutionu. de reg. iur. §. 12. nume. ſecundo car. 715. tomo primo dolus, & fraus nemini patrocinari debent, & culpa culpam non damnat. l. ſi duo. ff. de dol. mal.

Et in hac materia licet ſupra dixerim quod in contractibus nominatis, re amplius non integra, non eſt locus pœnitentiæ, ſed agitur ad intereſſe, text. cum gloſ. in leg. cum mora Codic. de tranſact. tamen in contractu ſocietatis, hæc tacita conditio continetur, uidelicet ſi mihi ſeruentur promiſſa leg. ſi conuenerit ibi Bald. & Salycet. nor. ff. pro ſoc. Anchatan. Reg. quæſtio. 68. part. ſecunda nume. ſeptimo quæſtio. 58. nume. 10. par. 3. faciunt quæ ſupra dixi num. 241. & 242. & ſequen.

Regula autem prædicta quod in contractibus nominatis ſit locus pœnitentiæ procedit in ijs quæ fauorem pœnitentis tantum reſpiciunt, & in delictis quo ad forum poli, 1. quæſtio. ſeptima ſi quis, & in foro exteriori re integra vt dixi, & in ſolo cogitatu ut declarat Damaſc. Reg. Cano. 101. Sed quoad delicta, dicam infra nume....

Cœterum in materia communionis ui. quæ infra dicam ſub nume. 263. uerſ. Nemo cum uerſic. ſequen.

Digitized by Google

AEQVITAS INTER VICINOS. Cap. V.

262 INter vicinos æquitas locum habet, l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quot. & æſtiu. Soc. iunio. conſi. 16. nu. 16 par. 1. vnde bene dicitur alter alterius onera portamus, Cæpol. de Vrba. præd. c. 1 a. in princip. Hinc vicinus vicino aditum præſtare tenetur ſi per aliam uiam tranſire non poteſt, not. glo. in l. per agrum, C. de ſer. & Flor. in l. Diuus, ff. de ſer. ruſt. præd. vbi fas eſt ire per agrum alienum inuito domino, qui exponit fas, ideſt æquum, ſed æquius eſt quod ſi teneor inuitus aditum præſtare meo vicino, vt ſaltem in loco minus damnoſo, id onus patiar. & mihi ſoluatur talis commoditas, l. ſi locus, ff. quem. ſer. amitt. vbi Oddnfred. Bar. & Aret. cum alijs: nam qui in uno grauatur in alio eſt releuandus, l. eum qui, ff. de in iut. auth. contra qui propriam, C. de non nu. pec.

Et iuris & æquitatis eſt, vt mihi ſeruitus reſeruetur, & commoditas, quam facio vicino mihi ſalua ſit. Bald. in l. in vendendo, ff. de contrahen. empt. Gomes. eo. titu. ſub nu. 51. inferens. Quod deficiẽte via eundi ad aliquem locum publicum, vel religioſum, multo magis cogitur vicinus præſtare ius eundi per agrum ſuum intellige, vt ſupra ſoluto pretio, infert etiam quod pro loco pio vicinus cogitur vendere agrum. Soc. reg. 530. intellige ſanè ut ibi, & ad alia plura Gomes. infert quæ conſulto omitto. vi. quæ ſup. dixi ſub nu. 255. & vi. Boer. Deciſ. 322. add. ad Afflict. Deciſ. 265. nu. 113. Caualca. multos allegans. Deciſ. 3. ſub num. 41. p. prima Cæpol. latè de ſer. vr. præd. Rubr. de itiner. & actu. & de ui a quæ omnia de æquitate procedunt.

Præterea vicino de ęquitate permittitur ius retractus, vt ſi vicinus alienare velit, magis vicino quam non vicino alienet, licet de ſtricto iure id procedere videtur propter l. in re mandata, cum ſimil. C. manda. Tiraqu. de retract. conſangui. §. 35. glo. 1. at ius congrui æquitatem ſapit Calder. conſi. 21. in fin. & ideo contra clericos, qui nomine proprio acquirunt, retractus locum habere debet, ſecus quando nomine eccleſiæ, aut Rethorię conuentus, vel monaſterij. latè Marant. De ord. iudic. Diſputatio. 8. ſub nu. 23. qui omnino in hoc propoſ. eſt viden. vbi ex profeſſo hunc articulum explicat vltra Tiraqu. loc. cit. & Benedell. de iure protomyſeos, §. vlt. modo non refert quod iſtud ius proueniat a ſtricto iure: nam nõ eſt illius ſpeciei, vt ſit contrarium æquitati, ſed æquitas, cum ſtricto iure concurrere poteſt. Tiraq. d. §. 35. gl. 1. nu. 3. & 4. & ęquitas vt mox dixi ſuadet, vt magis vicino quam alteri vendatur, pro eodem pretio, ſed iuſto l. quicunque la 2. C. de omni agr. Deſer. lib. 12. & in c. quoniam 12. q. 1. Fel. in c. quę in eccleſiarum, col. 19. de conſtit. vbi not. in rebus con
263 fiſcatis alienandis: quia æquum eſt quod fiſcus potius vẽdat vicino, aut conſorti, quam alteri extraneo. Nã in Prouerb. dicitur melius eſt vicinus iuxta, quam frater procul, licet quãdoque melius ſit habere fratrem præſentem, quam molẽ vicinũ & aliquando abſentia fratrum eſt pax domus, pręſentia uerò eſt diſſenſio mei, & tui, vt dixi in 1. p. Hoc equidem ius retractus fuit introductum pro pacanda vinẽdi ratione, ne durus extraneus detur pro vicino alicui inuito, vt ait Benedell. d. tracta. protomyſ. in rubr. ſub nu. 15. & iure retractus diſſenſiones ſubmouentur, & pax ſeruatur, & tenet eſſe etiam de iure Põtificio diuino, imperiali, ſtatutario, & conſuetudinario, vt per Marãt. in prac. diſput. 8. & ſi id debetur vicino quanto magis cõſanguineo Benedell. loc. mox cit. ui. infra ſub nu. 282. ver. inſuper.

* Nemo quippe tenetur inuitus recipere in communione quicquam, alioquin communio parturiet diſcordias, l. in re cõmuni. vbi Flor. ff. de ſer. Vrb. prę. not. in l. 2. ff. quan. & a quib. 4. par. & id non obſtante diſpoſitione teſtatoris, etiam quod quis ſtare in communione iurauerit. Marſ. ſingu. 9. Spec. de libelli concept. §. ad huius articuli, ver. ſed pone. nam reſpectu vinculi iuramẽti illud intelligitur, rebus ſtantib. de quo ſup. dixi ſub num. 240. Reſpectu verò diſpoſitionis teſtatoris ſi mandauit ſub pœna priuationis hæredibus ſuis, vt ſtẽt in communione, tunc qui erit cauſa ſeparationis ipſe priuabitur, c. damnum, de reg. iur. l. quod quis ſua culpa ſentit ſibi imputet. Sed ſi cauſa ab vtraque parte euenerit, & ſit legitima & forte aliũde, quam ab ipſis prouenerit, tũc iudicis arbitrio erit prouidere. plura enim ſunt negotia, quam vocabula, l. natura, ff. de præſc. verb. ſæpè naſcuntur difficultates ad quas ſi teſtator animaduertiſſet, nequaquam, ita diſpoſuiſſet, ideo id quod æquum eſt ſequimur, l. in omnibus quidem de reg. iur. nec præſumendum eſt teſtatorem voluiſſe poſt mortem, quòd in uita noluiſſet, & dummodo in contemptum teſtatoris hæredes non diſſentiant quia non eſſent priuandi maius eſt enim cõtemnere, quam non parere, vi. ſupra p. 2. ſub num 307. & id quod fit pro bono pacis non venit in conſequentiam, inf. nu. 282. ver. inſuper, & cum hæc res altiorem requirat indaginem, ui. interim Caualcan. De vſufr. mul. relic. ſub nu. 138. & Pereg. de fideicom. artic. 16. nu. 137. cum mult. ſeq. Bar. & alios, in l. 1. ff. quib. ut indig.

Verũtamen illi qui ſub aliena poteſtate ſunt, in communione velint, nolint morari tenentur, niſi in certis caſibus, præſertim quando ipſi, vel res ſuæ malè tractarentur, a tutoribus, vel curatoribus, & huiuſmodi, §. ſed maior, inſtit. de ijs qui ſũt ſui. vel alie. iur. & ex ſupra dicta cõcluſione quod nemo inuitus cogitur in ſocietate permanere, d. l. vlt. C. commu. diuidun. Decian. Reſp. 96. ſub nu. 8. vol. 2.

Hinc dico, quod ſi inter tres, vel quattuor homines ſocietas inita, & demũ finita ſit, morte, cõſenſu, vel diſſenſu, vel alterius cauſæ per quam ſocietas diſſoluitur. de quib. per ſcrib. in §. ſoluitur. inſti. de ſocieta. & in l. planè, la 2. ff. pro ſoc. cum ſimil. & Doc. in l. itẽ quæritur, §. Qui impleſo, ff. locat. & per Pet. de Vbal. trac. de duob. fratrib. par. 11. vbi latè, & præſuppoſito, quod factæ ſint partes in diuiſione, & calculi facti redditis hinc inde rationibus, quamuis pars vnius ex ſocijs vel mercium crediti, & debiti remanſerit penes alium ſocium, non per hoc dicitur continuata ſocietas. Nã continuatio eſt quid facti, & facta non præſumuntur niſi probẽtur, l. in bello. §. facto, ff. de capt. & poſtli. re verſ. cum concor. D. Menoch. de præſ. lib. 3. præſ. 57. in primæ Ioſeph. Ludo. co. concl. 12. verſi. & aſſerente continuatã, nec poteſt dici cõtinuatum, quod diſſolutum eſt. ar. l. decem, de verb. obl. & facit Maſcar. de probat. concluſ. 1316. nu 9.

Multo minus poteſt dici quod ſocietas inter hos duos fuerit renouatę, quia ad inducendam ſocietatis renouationem in requiritur conſenſus expreſſus vtriuſque leg. coiri, cum ſimil. ff. pro

Digitized by Google

ff.pro ſoc.§.1.inſtitut.eo. vel ſaltem conſenſus vtriuſque tacitus qui per actus exteriores percipi poſſit d.leg.plane la 2.pro ſoc. Ludouic.concluſ. 53.verſic.pluribus modis car.131. Rott.Genuæ. Deciſio.31.nume.2.Fulgoſ.in dict.§.qui impleto Salyc.in l.legem.C.locat. Anch.reg.942.nume.12.& 13.lib.1.Caualcan.Deciſ.44.ſub num.90.part.1.

Et quemadmodum ſocietas expreſſo, vel tacito conſenſu contrahitur,ita expreſſo vel tacito diſſenſu cognoſcitur quod non ſit (poſt diſſolutionem) renouata ad trad.per Bar.in l. Titium, aut Mœuium. §.altero.ff.de admi.tuto. Anchat.conſil.31.Soc.conſil.162. Menochi.de præſ. libr. 3. præſ.57.idem latiſſimè conſil.121.volum.2.Rot. Genuæ Deciſ.21.ſub nume.2. & in hoc caſu nó refert quod vnus tantum diſſentiat: nam contractus ab initio ſunt voluntarij. l.ſicut.C.de oblig. & in is quæ dependent ab vnius voluntate tantũ ipſius ſolus conſenſus aut diſſenſus ſufficit facit Decia.reſp.60.num.33.volum. 2.

Tacitus namque diſſenſus cognoſcitur quando mutatur forma ſocietatis, alium codicem in proprio componendo, ibique d. negociationis partitas,& titulum libri ſub ſuo nomine tantum inſcribendo,per ea quæ trad. Bar.& Bal.in l.ſi patruus.C.commu.vtriuſ.iudic.pulchrè Dec.conſ. 21.ſub nume. 6. verſi. Sed in quæſtione ſtrac.de Mercatur.p.2.nume.53.& 54. Barba. conſil. 10. colum.7.volum.4. Franc.Aret.conſi.52.videtur in princ.Rim.Senior.conſi.201. num.5.volum. 2.Decia.reſp.97.volum.2.Menochi.atteſtans de commu.conſi.12.num.16. volum. 1. & latius d. conſi.121.per tot.volum.2.Rot.Gen.Deciſi.71. num.4.Deciſ.96.in 1.Deciſio. 39.nu.6. Maſcar. de probat.concluſ.1315.ſub nume.5.& ſequent. 18.& 35.& partire nomine proprio in nouo codice ſcriptæ,manifeſtè diſſenſum aſſignant ad quas & ad libros negans ſocietatem ſe refert Decia. reſp.36.nume.36.volum.1. Item mutatur forma mutata Apotheca vel exercitio ſolito. Decia. Reſp.33. nume.26.volum. primo, & alij ſupra relati.

Præterea diſſenſus non reuocandi ſocietatem percipitur ex epiſtolis ſeu litteris adinuicem ſcriptis in quibus non fit ſuperſcriptio,pro ut tempore ſocietatis fiebat videlicet à M. N. compagni ſed intitulatio fit particulariter, & ſubſcriptio fit nomine proprio ſcribentis, & non ſociali, ad trad.per Decia.d.Reſp.60. nume. 28. volum. 2. Maſcar.d.concluſ.1315.ſub nume. 6. vbi plures allegat. trad. ſcrib. in leg. ſcripturas Codic. qui pot.in pignor.Menochi. & alij ſupra citati.

Et in tantum eſt verum quod ſocietas ex diſſenſu nequaquam intelligitur renouata, quod percipitur etiam nutu, & ſeu per capitis motionem, ab vtraque parte ſignificantem, non iuxta trad. a ſcrib. in Rubric. & leg. 1. ff. de verbor. obligat. ſic in ijs, quæ a libera noſtra voluntate dependent, dicendum eſt facit gloſſ. in ſimili in capit.cum tibi de teſta. quod quę à fortiore in terminis noſtris procedit quando quidem ſocietate ſemel diſſoluta, renouatio non præſumitur (licet portio ſocij vt dictum eſt) penes alium remanſerit, cum forma prima ſit mutata per d. Menochi.d.conſil.121.nume.73.& infra dicam nec ſola taciturnitas poſt diſſolutam ſocietatem arguit conſenſum.leg.Paulus.ff.rem rat.ha.trad. Menochi. d.præſ. 57. in primo libro 3. cum alijs ſupra relatis, Imo taciturnitas diſſenſum demonſtrat pulchrè Caſtrenſ.in conſil.73. nume.3. volum.2. Maſcar.concluſ.1316.num.2. Crauet.conſil.148.in fi.

Quanto magis ſi ex litteris familiaribus, aut alicuius negotij,diſſenſus appareat, nam in claris non eſt opus coniecturis leg. continuus. §. cum ita de verbor. obligat. leg. ille aut ille §.cum verbis de legat.3.& in propoſ. Pariſ.conſil.82.num. 26.volum.1.Rimin.Senio.conſi.201. nume.19. volum.2.Decia.de reſponſ.60. nume. 9. libro 2. Maſcar.d.concluſ.1316.num.2.& ſeq. vbi ſupra dictos allegat.

Et in dubio magis præſumitur diſſenſus quam conſenſus,quando mutatur ſolita forma ſocialis per ea quæ tradũt Meno.& Maſcar.mox adduct. d.concl.1316. nu.4. 5. & 6. vnde ſi poſt diſſolutã ſocietatem multis annis is qui prætendit ſocietatem eſſe renouatam tacuit,nec calcula, nec rationes reddi petierit, (vt ſolebat durante ſocietate de tempore in tempus inter ſocios fieri) non videtur dubitandum, quia ſocietas non poteſt dici renouata optimè Caſtrenſ.d.conſil.73. ſub nu. 4. vol.2. ſequitur D.Menoch.d.conſil. 121. nu.97. ver.ſexto non vol.2.quos etiam refert Maſcar.d. concl.1316.nu.16.& ſic not. hic vnam differẽtiã inter ſocietatem vniuerſalem & particularem.

Modo non obſtat dimiſſio illa capitalis penes alium ſocium quia non arguit renouationem,ſocietatis attenta mutatione,forma & inſcriptione librorum,& non communicatis lucris, & dãnis adinuicem licet vterque negocietur Pet.de Vbal. d.tract.p.3.num.19.immo facta negociatione in proprio, & non in communi facta ab illo penes quem d. portio reperitur. vt in terminis tradidit Menoch.in allegat. conſi.121.ſub num.73 96. & 97.vol.2. in fortioribus terminis Decia.dict.conſi.60.ſub nu.35.verſi. Quinto & num.37.vol.2. Caſtren.conſi.415.in 2.dubio volu. 2. & clarum eſt quod iure familiaritatis in cuſtodiam d. portio dimiſſa dici poteſt,vel in depoſito,aut alio modo ad alium finem citra ius,& nomen ſocietatis, quo fit vt excludatur pręſumptio ſocietatis,vt per Corn.conſi.251.nu.1. vol.4. Cæphal.conſi.247. nu.20.Decia.d.reſp.97.nu.34. vol.2. Alcia.præſ. 25.& de communi teſtatur Maſcar.d.concl.1315. nu.48.& facit Pet.de Vbal.d. trac.de duob.fratr. par.3.nu.20. non enim dicitur neceſſario hoc eſſe,quod ab hoc contingit abeſſe,l.non hoc.C.un. cognat.

Et ex hac ratione reſoluitur quoque alia obiectio de pecunijs ſpectantibus huic prætendenti renouatam fuiſſe ſocietatem ex actis a debitorib. ſocietatis, per hunc penes quem remanſit capitale illius: quia de eis ſanauit ſociale debitum quod in portione contingit illi pro quo ſoluit, quod citra ius & nomen ſociale fieri potuit, vt facit text. in l.ſocium qui in eo.ff.pro ſoc. Menoc. d.conſi. 121.nu.87.& in terminis ſub nu.105.ver.cætetũ, vbi ait contraria non procedere in iſto caſu, cum concurrit diſſenſus, tum tacitus,tum expreſſus,vt ſupradictum fuit, & quilibet in proprio ab inde infra negotiatus ſit,& tacuit per tantũ temporis.

Minuſque obſtat, quod ſocietate finita adhuc durare dicatur effectus ſocietatis donec exactum fuerit omne id quod ad ſocietatem pertinet, vt per Rot.Genuæ Deciſ.71. nu.7. & facit Petr. de Vbald.d.tract.par.3.ſub nu. 29. verſi.aut durante anno. & verſi. ſecundo caſu: quia tertium in caſu iſto non habere locum ſi poſt quam vnicuique aſſignata fuit portio, tàm mercium,quàm creditorum,& debitorum, nihil in commune exigendum remanſit facit Maſcar.d.concl.1316.nu.12.

Hinc quoque dicitur quod ſi duo fratres, poſſideant bona hæreditaria pro indiuiſo,& habitent ſimul, & negotia quilibet agat ſua, ſed lucra, & damna non communicent ad inuicem, ſocietas nequaquam contracta dicitur. l. itaque, ff pro Soc. Pett.de Vbal.d. tract. par. 3. nume. 19. & in fortioribus terminis Bald. conſi. 482. vol.5. Decia.d. Reſp.36.nu.38. vol. 1. Menoch. de præſ. libr.3.præſ.56.num. 20. idem d.conſi. 121. numero 103.vol.2.

At ſi fuiſſent ſocij omnium bonorum, & poſtea cum alijs ſocietatem alicuius mercantiæ contraxerint, hac poſtrema ſocietate ſoluta, & capitale, & debita, & credita diuiſa remanſerint penes unum ex dictis fratribus, & ambo tacuerint perſeuerantes in ſocietate uniuerſali, hoc in caſu confunditur iſta particularis, & dicitur rennuata. Quia à primordio tituli cõſideratur euentus, vt l. 1. C. de impo.lucr.deſcr.cũ ſimil.l.actio.§.morte ff. pro ſoc. Quælibet enim res de facili reuertitur ad primæuam naturam. leg.ſi uno.§. pactus.ff.de pact. Tiraq.de pœn. temp. cauſ. 51.nu. 18.ſecus ſi per antea uno fuiſſent ſocij vniuerſalium,ſed particularis mercantiæ, cuius ambo fratres cũ alijs poſtea inierit ſocietatem,ſecũdum eorum ratam, vt puta quilibet pro tot caratis,vel uncij, aut Florenis: nam hac diſſoluta ſocietate, quamuis duæ ſolummodo factæ fuerint partes in diuiſione aſſignando unam partem M. & N. fratribus,alteram partem. P. & Q. alijs ſocijs, nihilominus, nõ dicitur per huiuſmodi aſſignationem effectuum ſocialium, ſocietas continuata nec renouata inter M.& N. alio non apparente, quia à priuatione ad habitum non datur regreſſus. l.decem cum vulg. de verb.oblig. Decia.d.reſponſ 60.num.39. vol. 2. data ſcientia finis & diuiſionis ſocietatis t nam etſi quatuor partes erãt fiendæ, ſicuti intereſſe cuiuslibet ab initio fuerat expreſſum, nihilominus talis diuiſio non inducit inter hos M. & N. ſocietatem, ſed gratia facilioris diuiſionis in duas partes diuiſa ſocietas cenſetur.

Vnde etiam à fortiori ſi inter duos ſocietas per biennium contracta ſit, finito biennio dicitur ſine alia declaratione diſſoluta. l. actione. §.itẽ qui ſocietatem in tempus.ff.pro ſoc. Menoc.d.conſi. 121.nu.67. vol.2. Rot. Gen. Deciſ.14.nu.93. Deciſio.27.nu.6. & 7. quamuis adhuc poſſideant pro indiuiſo, dummodo quilibet negotietur in proprio & ſit mutata forma Menoch.d.conſ.121.nume 96.& 105.idem præſ.59. nu. 10. libr.3. Decia. reſp.60.nu.30. uol.2.

Nec poteſt argui is penes quem pars alterius pro indiuiſa manet,quia præſumitur,ſi uendidit, vel de pecunijs exactis emit aliquid, quod de ſua portione ſe præualuit. l.Neſennius.ff. de neg.geſt. Bal. in l.ſi vnus.§.ſi vnus. ff. pro ſoc. Alex.conſil. 136.nume. 10.volum.5. Decia.d. reſp. 60. nume. 36. & 39. volumin. 1. Dec. conſil. 442. nume. 37. Crauet.conſi. 20.num.ſecundo,& 3.& conſi. 252.nu.2. Pariſ.conſil.86.nu. 17. vol.1.& acquiris ſibi, Petr.de Vbal.part. 3.nu.36.verſ.aut iſte & in fi. fateſt quod ſit paratus portionem alteri reddere Menoc.præſ.56.nu.36.lib. 3.& d.conſi.121.nume. 23.volum.2.

264 Communio autem perſonarum, vel cauſæ multa operatio videtur, primo quia domus communis demoliri non debet ob delictum vnius. vt in quarta par. nume.318. & in hac.ſub nu.660. Secundo propter communionem malorum bonis non creditur, niſi in conuertendo ſit eorum communio. vt alias dixi. in materia hebræorum, alioquin cum bonis bonus eris, & cum peruerſis per veteris, vnde Salamo.in Prouerb.c.13. dicit. Qui cum ſapientibus graditur,ſapiens erit, amicus ſtultorum ſimilis erit,ſed ſi inter plures delinquentes ſit vnus clericus tunc ſi petat remitti ad ſuum iudicem eccleſiaſticum, cæteri quoque videntur remittendi, ſed extra ſpiritualia delicta, laici non remittuntur vt. Marſ.ſingu.180.ſub nu. 2. ſic iudex laicus communicat eccleſiaſtico, & econtra, ne continentia cauſę in totum diuidatur. Quarto communio operatur quod ſi unus ſit habilis alter non, tunc inhabilis gaudebit beneficio habilis. l.ſi communem. ff. quem. ſer. amitt. Quinto operatur quod ſi ſint plures fratres ſimul habitantes, quorum unus ſit exemptus ob immunitatem. 12. liberorum, cæteri fratres gaudent eodem beneficio donec manent in communione. Marſi. dicto ſingul. 180. numero tertio, hodie hoc non haberet locum, niſi ante immunitatem ij fratres ſimul ſocietatem omnium bonorum contraxerint, ſimulque habitauerint, vt infra nume. 396. Sexto ſi Iudæus ſtet in ſocietate alicuius negociationis,cum Chriſtiano gaudebit eadem immunitate, qua gaudent Chriſtiani circa tale negotium, Marſi.ſingu. 180. nume. quarto, ſecus in iuriſdictionalibus. vt in prima parte nume.43. Septimo ſi mulier communionem carnalem habuerit, cum clerico, ab Eccleſiaſtico iudicabitur. Marſi. dicto ſing. 180. nume. quinto, vt. Specul.titu. de iudic. §. ſequitur uidere. quicquid dicant contemptores eccleſiaſticæ iuriſdictionis, ipſi namque uiderint. Non eſt ſapientia: non eſt prudentia; non eſt conſilium contra dominum. Prouer.c.22.

265 In contractu etiam mutui æquitas locum habet, & omiſſa pro iure illa tritiſſima propoſitione, in qua dicitur mutuum dantes nihil inde ſperantes: Nam infra ſuis loco latè in materia cambiorum diuerſus ſum. Dico quod debitor de æquitate habet beneficium legis intra biennium deſcendens ab exceptione non numeratæ pecuniæ, l. in contractibus. cum concor. Cod. de non nume.pecu. & durante biennio debitor vigore contractus remanet naturaliter, & ciuiliter obligatus, efficaciter, poſt verò biennium remanet obligatus ciuiliter tantum, ad agendum per uim & rigorem ſententiæ, & authoritatem rei iudicatæ, leg. Iulianus verum debitorem, ff. de conditione indeb. l.actori. C. de rebus cred. Sed etiam de æquitate iuriſgentium oritur quoque naturalis obligatio ſecundum Barto.in dicta l. Iulianus.& per Gomes. varia. reſol.tit.de contract. mutui.cap.6. ſub nu.6.

266 Nam & ſi æquum ſit,obligationem potius diſſolui, quam conſeruari,vt in dubio, nihilominus æquius eſt vt qui mutuum accepit ſoluat, vel reſtituat,prout conſiderauit Dyn.in cap. locupletari. num. 11.de regu. iur. in 6.& Dec.in l.iure naturę, nume.4.& 5. ff. eo. vbi ait, a debitore poſt biennium poſſe probari pecuniam non fuiſſe receptã. Sed intra biennium transfertur onus probandi in eum qui dicit eſſe creditorem, poſt verò biẽnium hoc onus remanet ad ipſum excipientem. Hæc autem exceptio oritur ab illa æquitate per quam non permittitur aliquem locupletari cum aliena iactura. Bart. in l. planè.ff.de pet. hæred. Abb.in c. ex parte. il ſecondo de offic.deleg. Dec.d.c.l. iure naturę. nume.6.de reg. iur. quibus in locis habetur, quod ſtatutum nunquam intelligitur reijcere exceptiones huiuſmodi a dicta regula naſcentes.

Ad

Digitized by Google

Ad reg. locupletari. Nota quod ſoluens pro alio ignorante, habet actionem negotiorum geſtorum contra eum pro quo ſoluit, l. liber homo, l. ſoluendo, vbi gl. ff. de neg. geſt. l. ſolutionem, ff. de ſolut. ſecus ſi pro expreſsè prohibente ſoluerit, & ſic pro debitore inuito, quia æquum eſt actionem non dari, propter prohibitionem et factam, vt tenet Bar. contra Gugl. de Cun. in l. ſi Stychū, §. fi. in fi. ff. de nouat. & de leg. & hæc eſt vna de fallentijs ad reg. l. quoties, ff. de præſcr. verb. vbi æquitas ſuadet actionem dari ne quis cum aliena iactura locupletetur, l. nam hoc natura, ff. de cond. indeb. ſublimita hanc fallentiam non habere locum quando quis inuitum delinquentem liberaret à pœna corporali ſoluendo pecuniariam, vt dixi in prima par. ſub num. 153. ibi. Tertius poteſt, adde Ro. ſing. 74. Felyn. in cap. ſi quando, de offic. deleg. & is tertius poteſt eo inuito appellare. Bar. in l. non tantum, de appellat. & quid ſi debitor ipſe ſoluerit creditori creditoris, an ſit liberatus trad. Bar. in l. ſolutum, & ibi Bal. ff. de pign. act. & certe ſi creditum erat liquidum, & tempus ſolutionis inſteterit, & creditor creditoris ſit viuus, & debitum minime inficiari non poſſit, niſi cum manifeſta calumnia, vel cauillatione, tunc exiſtimo liberari hunc debitorem, ſecus ſi non obſtante liquidatione, & tempore ſolutionis, is debitor ageret aduerſus hæredes minores creditoris ſui pro quo ſoluiſſe dicitur, quia hæres iuſtam habere præſumitur ignorantiam facti defuncti, l. cum quis, de regul. iur. cum ſimil. & quod erat liquidum cum defuncto redditur illiquidum, contra hæredes, & ideo altiorem requirit indaginem, & niſi appareat pupillum effectum eſſe locupletiorem, ab eo exigi non poteſt. Bar. in l. cum bonis, ff. de Nouat. & delegat. l. pupillo. & l. qui ſic. ff. de ſolut. multò minus quando is, qui ſoluit, de alienis pecunijs ſoluit, & Dominus pecuniarum repeteret pecunias. Sed locupletari cum aliena iactura non dicitur, qui cum verè ſit creditor, ante diem agit, vel petit intereſſurium ob moram, quando illud debetur, vt infra dicam, Aſin. de execut. §. 3. q. 56. cum ibi per eum adduc.

Dico quod æquitas ſummopere locum habet in Gabella, quæ pro contractibus ſoluitur, licet rigor in exigendo gabellam ſine diſtinctione ſeruetur per ea quæ dixi ſupra ſub num. 155. & facit illud Euangel. Cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal, & quod eſt Cæſaris Cæſari, & quod eſt Dei Deo, Matth. cap. 22. & melius eſt ſoluere quam dare occaſionem ſcandalis, vt legitur de Domino Noſtro Ieſu Chriſto, cum eſſet Rex Regum, & Dominus Dominantium, quique cum egenus, & pauper viueret, Pſal. 69. Non tenebatur Matth. cap. 17. ſoluere drachmam, nec tributum: Drachma enim erat octaua pars unciæ conſtans ex tribus ſcrupulis, & 18. ſiliquis ſecundum Iſidor. & eſt gloſſ. in l. 2. C. de metallar. lib. 11. Sed Archidiac. 23. quæſtio. vlti. cap. tributum, dicit, quod Drachma erat nummus certæ quantitatis cum imagine Regis, & ita accipitur in Euangel. Matth. cap. 22. ibi afferte mihi numiſma, & cuius eſt hæc imago, & ſuperſcriptio, dicunt Cæſaris: ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari. Ex ijs colligo quod aliud erat ſoluere drachmam, aliud tributum, nihilominus ad auertenda ſcandala Dominus præcepit Petro, vt ſolueret drachmam, ſed quia nil habebat, dixit ei, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem qui primus aſcenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies ſtaterem, illum ſumens, da eis pro me, & te: Sed de iure communi quando Gabella eſt illicita licitè fraudari poteſt, Caualcan. Deciſio. 29. num. 14. par. 5. Cacheran. Deciſio. 31. num. 15. & 16. Bal. in authent. habita, C. ne fil. pro patr. Ferret. de Gabell. num. 160. vi. Nauar. Manual. Confeſſ. cap. 7. num. 200. cum ſeq.

Aequitas ea eſt, quod licet de vino, oleo, tritico, & huiuſmodi negotiatione ſit ſoluenda gabella, tamen intelligitur à venditoribus, non autem ab illis, qui in eorum prædijs fructus huiuſmodi recolligunt pro ſe, ſuaque familia, cap. eijciens, diſtinct. 88. Iaſ. in l. cætera, §. ſi quis ad opus, colum. 2. de leg. 1. Crauet. conſil. 6. num. 116. vbi in fortioribus terminis videtur inferre quod hæc non dicitur negociatio, ſed venditio, ad conuertendum pretium in ſuſtentationem ſuæ domus. Hinc infero ego quod illi Torculanoli qui aliquã portionem pro mercede ſuorum laborum recipiunt vini, vel olei ex Prælo, ſeu Torculari prouenientis, non debent ſoluere gabellam, quia eſt merces ſudorum ſuorum, & Dominus iuſſit poſt peccatum Adæ, vt homo in ſudore vultus ſui veſceretur pane ſuo, Geneſ. cap. 3. & 4. & eſt, ac ſi in ſuo prædio recollegiſſet, nec illud de loco ad locum exportando, ſi a torculari ad ſuam domum exportaret dicitur incidiſſe in commiſſum, etiam quod terga verterit verſus ciuitatem contra legem, quia ſi dict. lex non habet locum contra eos, qui in ſuis prædijs recolligunt fructus, idem in ijs torculatoribus, vel torculanolis, & ad hæc vi. omni. D. meum Petr. Caball. in ſuo Caſ. Crim. 14. numero 5. & de materia per eundem caſ. 129. numero 5. & de fraudantibus Annonam, pulchrè per Decian. de Delic. tom. 2. lib. 7. tit. de frau. vel onerant. Anno. cap. 21.

Aequitas quoque dictat ne de eodem contractu plures Gabella ſoluatur, alioqin omnia in gabellis paſſim conſummabuntur, Deci. conſil. 457. in cauſa Gabellæ, vbi pro dote, niſi ſemel ſoluenda eſt. Rim. conſil. 87. num. 14. vol. 1. Socin. conſil. 302. videbatur, Angel. in l. cum eiuſdem, ff. de ædil. edict. Nec eſt ſoluenda de contractu nullo. Bal. in l. ſi conſtante, C. de donat. an. nupt. Bal. in l. 2. C. de euict. Rom. conſil. 78. licet communi iure, vt inf. ſub numero 289. verſic. ſed reſtringendæ.

Nec ſoluitur de promiſſione de vẽdendo, quia illa non dicitur venditio, nec ſi in tali promiſſione dictum ſit de pretio, quoniam attenditur pretium contractum, nec ſoluto pro contractu ſolui debet pro diſtractu, Bal. in l. prima. quæſt. 2. C. de reſcin. vendit. & ſi gabella fuit ſoluta de vſufructu, non debet ſolui de acquiſitione proprietatis, nec è contra ſi fuit ſoluta de proprietate non debet ſolui de vſufructu poſtea acquiſito, Bar. in l. ſi proprietati, ff. de iur. dot. & ſtante ſtatuto debet ſaltem computari vna ſolutio cum altera, vt de duabus ſolutis vna ſolutio ſufficiens efficiatur, & non integrum de qualibet ſolutione percipiatur, ne ſolutiones vnius rei, contra eandem perſonam multiplicentur, per Dec. d. conſil. 457. facit Bal. in l. cum dotem, C. de iur. dot. Cætera vi. per Bertach. in ſuo amplo tracta. gabellar. & concludo, quod in hac materia gabellarum multa dicuntur, quæ ſunt in iure vera, ſed nequaquam obſeruata, tum propter quandam conſuetudinem, tùm propter varia ſtatuta, & diuerſos ordines, & vndique anguſtiæ, ſiue in Italia, ſiue in Hiſpania, ſiue in Gallia, vnde dici ſolet ſolatium eſt miſeris ſocios habere pœnarum, ſed ubi iuſtitia vaget

Digitized by Google

ge libenter Gabella ſolui debet: nam introitus Principum ſunt neruus bonæ iuſtitię, ac boni regiminis, ſine quibus nec ſeipſos, nec populum regere, atque gubernare valent, ſed nihil boni fieri poteſt ſine auxilio Diuino, quia niſi Dominus cuſtodierit Ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam, Pſalm. 126.

AEQVITAS IN FEVDIS. Cap. 6.

267 IN feudis, & feudalibus æquitas locum habet, Bal. de feud. tit. quæ fuit prima cauſa amitt. feu. cap. 1. §. porrò, verſic. iudex æquitatem, capit. 1. §. ſi infra, tit. de pac. iur. fir. Afflict. de feud. tit. de controuer. inueſtitut. cap. ſi quis, numero 17. & 18. Cæphal. conſil. 560. numero 21. volumine 4. & in feudis eſt inhærendum illi opinioni, quæ magis adhæret æquitati, vt ait ibi Afflict. dict. nu-
268 mero 18. Vnde licet fœminæ ad ſucceſſionem feudorum inhabiles factę ſint à conſtitutionibus feudorum, tamen id eſt contra ius commune, vt dicit Pariſ. conſil. 4. num. 1. & conſil. 21. num. 1. vol. 1. Nihilominus de æquitate diſpenſari ſolet, ad effectum, vt ipſę quoque ſuccedere in feudis valeant, cap. 1. & ibi glo. in ver. pacto tit. de Natur. ſucceſſ. feud. Io. Coennat. in conſ. ſuo feud. poſito inter conſ. feud. Diuerſor. & Alber. Bru. conſ. 4. num. 6. conſ. 5. vbi dicit quod
269 Fœmina in feudo non ſuccedit, niſi in tribus caſibus: primò quando eſt nominata in inueſtitura, ſecundo quando feudum redemit à Domino, tertio quando Dominus ei dedit propter ſeruitium Patris, Ro. conſil. 1. de prima habilitate, habetur vltra Io. de Coconat. per Bal. conſ. 310. vol. 1. conſil. 378. eo. vol. Raphael Fulgoſ. conſ. 4. poſt med. Bolog. conſil. 1. Curt. ſenio. conſil. 51. Dec. conſil. 390. num. 10. & conſil. 498. Pariſ. conſil. 22. num. 31. vo. 1. conſil. 23. num. 74. & per Io. Scaramp. conſ. feud. 108. num. 24. Maria. Soc. conſil. 65. num. 11. par. 1. Rip. conſil. 1. num. 74. vn. 1. Cæterum de alijs prædictis habilitatibus quibus fœminæ admittuntur ad feudum, vi. Cot. conſil. 239. num. 1. vo. 1. Dec. conſil. 208. num. 5. conſil. 424. Rut. conſil. 19. nu. 9. conſ. 25. num. 13. vo. 2.
270 Et quamuis de iure Conſtitutionum feudal. fœminæ excludantur à ſucceſſione feudorum, tamen non exiſtentibus maſculis, filia de æquitate ſuccedit in feudo paterno. Soc. Iunio. conſil. 65. num. 23. vo. 1. ſimiliter quando feudum fuit ſuis anteceſſoribus aſcendẽtibus conceſſum ob ſeruitium, fœminæ ſunt capaces cum poſſint, & ipſę ſeruire per ſubſtitutum, Alex. conſil. 30. vo. 1. conſil. 2. vo. 5. Curt. ſenio. conſil. 48. col. 7. Cuma. conſil. 99. & conſil. 164. Ro. conſil. 67. Grat. conſil. 3. vo. 1. vltra ſupra relatos.

Alij tenent quod in feudo exiguo fœmina ſuccedit. Sed in feudo materno hoc non habet dubium de æquitate ſcripta, ſecus de rigore legis. Afflict. de feud. tit. an matri ſucced. in benef. vxor. num. 6
271 An autem feudo ſemel effecto fœmineo, fœmina excludatur à maſculo? credo quod non ſi æquè vocentur ad feudum, ſed ſi primo vocetur maſculus, & eo deficiente fœmina, tunc res eſt clara, quia illa non ſuccedit dum exiſtat maſculus, vt per Gozad. conſil. 53. num. 14. & in emphyteuſi vt Caualca. deciſ. 1. & 2. pat. 4.

* Sed ſi vaſallus contra Dominum ſuum molitur, tunc æquitas conuertitur in rigorem, quia ſic poſtulat rigor in pœnam peccati ingratitudinis, Bal. in cap. 1. §. item, qui Dominum, & §. porrò, tit. quæ fuit prima cauſ. benef. amitt. & ideo feudum perdit ſi Dominum aſſalierit, vel vicum in quo eſt per vim ingreſſus fuerit, vel impias manus in Dominum iniecerit, vel duas graues, & inhoneſtas iniurias intulerit, vel vitæ eius, ferro, veneno, vel alio modo inſidiatus fuerit. & de alijs cauſis de quibus per Bal. in d. §. porrò, cum iuribus paſſim ibi per eum adduct. & ait æquitatem ſatis eſſe in declarando vaſallum amiſiſſe feudum.
272 * Et io tantum eſt vituperanda ingratitudo, quod ingratitudo Patris nocet filio in vita patris, & etiam poſt de rigore iuſtitiæ feudorum. Bal. in §. item, qui Dominum, & ibi Afflict. glo. 3. num. 6. ſimiliter ingratitudo filij nocet Patri. Io. Andr. add. ad Spec. tit. de feud. §. nunc dicamus, & iure diuino per ingratitudinem primi parentis omnes eius deſcendentes damnati fuere ad mortem, teſtis mihi Paul. ad Ro. cap. 5. Propterea ſicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors: & ità in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerunt. Sed æquitate Diuina per aduentum filij Dei, qui redemit nos in ſanguine ſuo, & per ſacramentum Baptiſmi nos renaſci fecit. Io. Euang. cap. 3.

Modò per ingratitudinem nedum perditur feudum, ſed reuocatur Donatio, vt l. 1. C. de reuoc. donat. perditur etiam legatum, l. Papinianus, §. meminiſſe, ff. de inoffic. teſtam. Perditur beneficium Eccleſiaſticum, cap. fin. extra, de poſtul. perditur amicitia. Cic. eo. lib. 1. perditur charitas, c. ſerpens, fit indignus omnium rer. tot. tit. ff. quib. vt indign. Nec in cœlo, nec in terra morari poteſt. Hinc Angelus Lucifer eiectus fuit de Paradiſo, & in inferorum perpetuò relegatus, & ingratitudo duas habet Ancillas, ſuperbiã, & inuidiã. Verum non omnis leuis ingratitudo facit quem eſſe indignum beneficio, ſed debet eſſe magna, & notabilis, vt per Afflict. tit. ex quib. cauſ. feu. amitt. c. 1. num. 24.

* Tandem Nota, quod vaſallus tenetur ad multa erga Dominum ſuum, vnde ſi habet modum tenetur ſuis ſumptibus facere. Nam regula eſt, quod obligatus ad aliquid faciendum tenetur id facere ſumptibus ſuis. Clar. §. feudum, quæſt. 21. verſ. 1. in fin. ſi non habet non tenetur, l. impoſſibilium, de reg. iur. Verum æquitas naturalis non patitur quod vaſallus debeat præponere ſalutem propriam, ſaluti Domini, abſit, per gloſſ. c. Primo, in fi. quibus modis feu. amitt. non obſtante gloſſ. in l. 1. §. eodem autem recto, ff. ad Syllanian. quæ contrarium tenet de ſeruo erga Dominum. tamen quoad vaſallum eſt communiter reprobata, vt teſtatur Clar. dict. §. feudum, quæſtio. 21. verſic. ſed quæro, qui in verſic. ſequen. dicit quod vaſallus tenetur nihilominus adiuuare Dominum contra proprium patrem, & filium, per text. §. fin. tit. hic finit. lex. & teſtatur de comm. opi. contra autem ſe ipſum nequaquam, tenet gloſſ. dict. §. fin. Iacob. in ſua inueſtit. in verb. & promiſerũt eidem, ſub nu. 13. quia vt ait Clar. prima charitas incipit à ſe ipſo: at hæc opi. magis de rigore quam de æquitate procedit.

AEQVI-

Digitized by Google

AEQVITAS IN CVRIA Mercantiæ. Cap. 7.

273 IN Curia Mercantiæ
æquitas locum habet,
cuius Tribunal quo
ad exequendum eſt ri-
goroſum. Soc. iunio.
conſil. 131. num. 234.
par. 3. idem in alijs
Curijs in quibus cau-
ſæ Mercantiæ agun-
tur. Nam vbi de bo-
na fide agitur non congruit de apicibus iuris di-
ſputare, vt ait Bal. conſil. 198. col. 2. lib. 1. idem in
conſil. 400. in libris Theſaurariæ, col. pen. lib. 5.
vbi in curia mercatorum ſolum de mera verita-
te, & conſuetudine Mercantiæ tractatur, & Ang.
in l. argentarius, ff. de eden. dicit quod in tribuna-
li Mercatorum non habet locum niſi veritas, &
æquitas, & in conſil. 216. Infert quod in curia
Mercatorum, vbi de bono & æquo proceditur
pœna peti non poteſt vltra id quod intereſt, &
prætermiſſis iuris ſolemnitatibus, ſolum bona
fides, veritas & æquitas, inter mercatores merè
ſeruatur, & in eorum Curijs. Ro. conſil. 94. verſ.
ijs, quæ narrantur hinc eſt, quod ſi alter ex ſocijs
274 vir probus male ſui, & ſocij res egit, & quan-
dam ſolemnitates, (quæ fieri ſolent magis ad
bene eſſe, quam quod neceſſariæ ſint pro ſubſtan
tia dati, & recepti) non ſeruauerit, non eſt inſiſten
dum contra eum, quoniam credendum, quod
nec ipſe perdere voluiſſet, multò magis, ſi is ſo-
cius egiſſet ſimul facta ſuorum nepotum ex filio
minorum, quoniam ſatis eſt quod facere potue-
rit, nec curatur, an per ſimplicem literam, vel pu-
blicum Inſtrumentum hoc fecerit, vel an ante
conſenſum, vel poſt præſtiterit, aut ratum habue
rit etiam per ſolam ſcientiam, quando ab initio
negotium vtiliter geſtum eſt. Dec. in l. ſemper,
qui non prohibet, ſub num. 2. de reg. iur. & ini-
tium cuiuſcunque rei ſpectandum eſt, l. Pompo-
nius, ff. de neg. geſt. Rot. Gen. deciſ. 56. vi. Dec. in
l. contractus, de reg. iur. & ſubſiſtente æquitate
non eſt dubium, quod ità iudicandum eſt. Dec.
d. l. ſemper, in fin. & ità pro Morbiolis Mantuæ
dixi ſupra, ſub num. 81. ſatis eſt, quod fecit pro
alijs ſimul quod pro ſe voluit, at ſi poſt factum,
res malè ſe habuit ictus fortunæ fuit, & ideo nõ
imputandum ſocio, l. quæ fortuitis, vbi glo. &
Doct. C. de pign. act. Sed & ſi damnum, §. 1. ff. de
pecul. & in dubio præſumitur fuiſſe diligens.
Soc. conſil. 149. num. 1. ver. tertio, lib. 1. Rot. Ge-
nuæ, deciſ. 76. num. 6. 7. 8. & 9. & in propoſito
æquitatis ſeruandæ in cauſis mercantiæ eadem
Rot. Genuæ, deciſ. 171. num. 7. & ideo pacta, &
conuentiones etiam oretenus, & ſine ſcriptis in-
ter ſocios ſunt ſeruanda, §. 1. Inſtitu. de oblig. quæ
ex conſenſu naſc. l. iuriſiurandi, §. Prætor ait, l. ſi
conuenerit, ff. pro ſoc. vt in ſimili dicitur contra
275 illos, qui ſatagunt retractare ſententiam, præ-
textu duntaxat, quia non fuerunt citati ad ſenten
tiam, licet ad omnes alios actus fuerint citati, &
cauſa in contradictorio pluties trita, & ventilata,
& ſciant nullum ius eis in meritis competere,
quoniam vbi nil aliud operari poteſt talis exce-
ptio non citati, nihil prodeſſe debet. Alex. in l.
non ſolum, §. morte, col. 15. ff. de nou. oper. nun-
tiat. in l. pupillum, ff. de re iud. Crauet. conſ. 179.
in cauſa appellationis, col. 2. verſic. 2. pulchrè Se-
baſtia. Vant. de nullit. tit. Qualiter ſenten. & pro-
ceſſ. qui dicunt. null. ſub nu. 107. 108. & 109. nam
etiam quod fuiſſet citatus ad ſententiam, nihilo-
minus reparare non poſſet quin contra ſe ſen-
tentiam haberet, & ideo friuolę exceptiones vn-
dique reijciuntur, vt per Doc. quos adduc. Vant.
loc. cit. & fruſtra contenditur de eo, quod non
releuat, l. non oportet, de leg. 2. l. ſucceſſores, vbi
Sal. C. ad leg. Falc.
276 Nec obſtat id quod alio in loco dicit Vant.
tit. de null. ex defec. cit. num. 10. quod ſententia
etiam in fauorem non citati eſt ipſo iure nulla,
vt per Bart. in tracta. ad reprimendum, in verb. fi-
gura, in fi. & per Bal. in l. ea quidem, col. 2. in fin.
C. quomodo, & quando Iudex, cum alijs ibi per
Vant. adduc. Quoniam hoc verum eſt quando is
in cuius fauorem ſententia lata fuit, nunquam
fuit citatus, nec vllo modo apparet partem ali-
quam feciſſe in iudicio, quia iudicium dicitur
* conſtare ex tribus, videlicet, Iudice, Actore, &
Reo, Doct. in Rubr. C. de iudic. Marant. de ord.
Iudic. prima parte, numero 4. & id in ciuilibus,
in criminalibus verò quandoque ſine accuſato-
re iudicium procedit, vt quando iudex ex officio
inquirit, cap. qualiter, & quando, il 2. de accuſa-
tion. quandoque ſine Reo, vt quando generali-
ter inquiritur ſuper notorio crimine, & ignora-
tur delinquens, Innocent. in cap. bonæ, de elect.
Marant. de ordin. iudic. par. 2. num. 2. & 3. vnde
ſententia eſt adeò nulla in ciuilibus deficiente a-
liqua ex tribus perſonis, quod reputatur, tan-
quam à priuata perſona emanata, vt per Vant.
loc. citat.
277 Redeundo ad Mercantiam in Alma Ciuita-
te Florentiæ adeſt Tribunal Mercantiæ clarum
per omnes partes tam Tranſalpinas, quàm Ci-
ſalpinas, vbi ſæpe etiam ab externis nationibus
mittuntur cauſæ decidendæ per viam recurſus,
interuenientibus multis nobilibus, & verſatis
mercatoribus, qui de more auditis ſeparatim,
& priuatim partium iuribus, pro certa die ſimul
conueniunt, & lautum prandium ſumunt, quod
(vt ingenue fatear) non æquiparatur hæc con-
gregatio ſynodalibus, ſed Diætis Theutonico-
rum, ſumptoque prandio inter ipſos ſuper me-
ritis tractatur, demum de bono & æquo litium
finis imponitur, abſque vlla ſpe appellationis,
vel recurſionis, & ipſis deſcendentibus iacta eſt
alea, & re vera eſt pulcher modus terminandi ſi-
ne expenſis cauſas lit. l. apertiſſimi, C. de iudic.
vi. inf. verſ. de mercatura.
278 Sed æquitatis eſt negotiari, & mercari, &
mercatura tribus ex cauſis principaliter fit, vel
propter publicam vtilitatem, vel propriam ſui,
& ſuæ familiæ exigentiam, vel ſociorum. tertia
fit lucri cauſa tantum, primæ duæ ſunt laudabi-
les, at hæc poſtrema dãnabilis in foro poli, Ariſt.
de primis duabus loquitur in 6. Politic. ſed ait,
quod fiant pio, & moderato pretio, non autem
rigoroſo. Hinc eſt quod res vendi poteſt aliquo
pluri, quam empta fuerit, ſecundum S. Thom.
2. 2. q. 77. ar. 4. vbi tres caſus ponit, & ad hæc vi.
Seraph. Caſ. Conſcien. 4. & 8. vbi de vendente ad
credentiam, & vi. ſupra num. 199. 248. & infra
vi. omnino Ludou. Carbo. tract. de Reſtitut.
omn. rer. quæſt. 52. per tot. vbi de emptione, &
venditione iuſta, vel iniuſta, & quid in foro fo-
ri, & in foro poli.
279 De mercatura autem, & mercantijs apprime
tractat

Digitized by Google

tractat Strac. in notabili ſuo tract. de Mercatur. præſertim in vlt. par. tit. Quomo. proc. vbi ait non licere in Curia Mercantiæ de apicibus iuris diſputare. num. 1. idem in tit. Quomo. cauen. ſit, num. 6. & 7. vbi ait Iudices Mercantiæ poſſe procedere, de ſimilibus ad ſimilia dummodo id faciant cum æquitate ſcripta, non autem captioſa, & ſi non in ſpecie, ſaltem in genere, vt videtur declarare Cagnol. d. l. in omnibus, num. 7. de reg. iur. dicens, aut æquitas, & ius deſcripti non reperiuntur in illo occurrenti caſu, & tunc attenditur æquitas naturalis iuſtitiæ, vt per Barbat. ibi adduct. verum quando inter hos Iudices breuis togæ, non interuenit quoque aliquis Iudex legalis, reor ne quandoque æquitas, non fiat iniquitas, & rigor ſeueritas, vel ſi fiat æquitas illa careat Dyphthongo. Poſtremò quando Mercator debitor forte de toto ſuo poſſe, & habere conuenitur debet ei relinqui tantum quantum ſibi ſufficit ne egeat ad vitam ſuam ſecundum dignitatem ſuam, ff. de re iud. l. cum ex cauſa. Lap. alleg. 101. num. 19. fallit quando malitioſè decoxit, c. damnum, de reg. iur. quod in dubio præſumitur, vt Strac. de Decoct. q. 1. fallitus ergo in dolo, & prædicta circumſcriptus ordinibus, & ſtatutis.

AEQVITAS IN VLTIMIS Voluntatibus. Cap. 8.

280 IN vltimis voluntatibus æquitas multum operatur tex. in auth. de Nupt. §. diſponat, Rol. à Vall. conſil. 6. num. 13. vo. 4. tex. in l. maximum vitium, C. de liber. præter. §. fin. Inſtitu. de hæred. quæ ab inteſta. def. naturalis namque æquitas abhorruit differentiam ſexus maſculini, & fœminini ad quod vi. Lap. alleg. 101. ſub num. 13. ibi aliquando ius fuit æquum abhorruit relinquere plus vni quam alteri filiorum, & abhorruit præponere propriæ ſoboli, ſobolem alienam Ill. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 5. tit. 11. num. 8. & 9. Nec præſumitur voluiſſe per odium exhæredare, ſed memorem ſuæ ſalutis fuiſſe, præſertim contritus, & confeſſus, idem lib. 6. tit. 10. num. 8. & 9. & quia hæc præſumptionis materia eſt multum ampla, ſemper in dubio eſt adhærendum illi præſumptioni cui fauet æquitas, vel pro qua æquitas eſt, & quæ eſt ſecundum ordinem charitatis, idem lib. 6. tit. 11. num. 5. & quæ ſapiunt æquitatem præſumuntur veridiora, & præualent. Menoch. de præſ. lib. 1. q. 9. num. 9. & alibi: quoniam veritas naturæ ſicut æquitas ſequendæ ſunt tanquam duę fontes virgines, l. cum ità legatum, de conditio. & demo. l. in ſumma, de aqua pluui. Lap. alleg. 91. num. 4.

281 Modò teſtatores ſolent in eorum vltimis voluntatibus apponere hanc clauſulam ſalua gradus prærogatiua, & tunc cum illa ſapiat ordinem charitatis, intelligunt æqualitatem procedere vna cum æquitate: vt per Doc. in auth. defuncto, C. ad Tertull. quæ clauſula excludit repræſentationem gradus, at non excludit repræſentationem à iure receptam, Pereg. de fideicom. Art. 71. num. 3. & antè art. 21. num. 20. & ſeq. vbi maximè ſi teſtator addiderit, ſalua gradus prærogatiua ſecundum ordinem iuris, ſed nihilominus intelligitur in terminis iuris communis de æquitate, circumſcripto ſtatuto, ex quo teſtator pręſumitur voluiſſe teſtari primo iuxta ſtatuta ſuæ patriæ, ſecundo ſecundum ius commune, Gemi. in cap. 1. num. 6. de reſc. Ill. Mantic. de coniect. lib. 4. tit. 9. num. 16. & de hac clauſula habes per Caualca. deciſ. 9. p. 2.

Et inter alia quo ad æquitatem, & æqualitatem ſeruandam attende, quod ſi vnus eſt inſtitutus in maiori portione non poteſt vti priuilegio remiſſæ ſolemnitatis contra alium in minori portione inſtitutum, nam hanc eſſe Deciſionem æquam, & naturalem ait Dec. conſil. 105. nu. 6. ſed talis exceptio competit tantum illis, qui minus habuerunt, iuxta materiam, l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſtam.

282 Hinc etiam, ſi teſtator hærede inſtituto fratre ſuo, aut ſorore, iuſſerit bona ſua mobilia, quibuſdam executoribus teſtamentarijs vendi, & pretium redigi in tot comperis Sancti Georgij Genuæ, vel in Montibus non vacabilibus Romæ, non intelligitur voluiſſe etiam cibaria vendi ad d. effectum: Nam Cibaria, Viueria, ſeu Graſcia, pro alimentis in domo Teſtatoris repertis, vt ſunt Vinum, Oleum, Triticum, Caſeus, Lardum, Oua, Mel, Ligna, Carbones, Palea, Fœnum, Blada, & huiuſmodi, non compræhenduntur in tali diſpoſitione, quamuis appellatione mobilium ea omnia veniant, l. 3. ff. de penu. leg. & pulchrè Fulgoſ. conſil. 116. qui propriè loquitur in Graſcia, & etiam pecuniæ veniunt appellatione mobilium, quæ perpetuò ibi non erant permanſuræ, Burſat. conſil. 246. num. 3. lib. 2. Tiraq. de Retract. conſangui. §. 1. gloſſ. 7. num. 103. Dec. conſil. 381. Boer. deciſ. 209. & ità obtinui Florentiæ anno 1604. à Clariſſ. Magiſtratu Senatus ad fauorem ſororis D. Io. Baptiſtæ Benada teſtatoris de Ftutzano, ſed olea & aqua recondita in Amphoris vendendi cauſa, dicit non venire tex. in l. 3. ff. de penu. leg. nec dolia, ſed Clariſſimus ille ordo, maxima æquitate motus, decretauit etiam de ijs ad commodum d. ſororis hæredis, qui caſus tanquam ſingularis eſt valdè not. & qui ſymbolum aperuit foris remanſit.

* Præterea cauſa teſtati facit ceſſare cauſam inteſtati, æquum eſt enim, vt voluntates teſtantium ſortiantur effectum, c. vltima voluntas, 13. q. 2. l. ſi teſtamentum, C. de teſtament. d. §. diſponat, in auth. de nupt. l. fin. C. de edic. Diui. Adna. tollen. cum concor. l. non aliter. de leg. 3. l. quoniam dignum, C. de teſtam. & illorum opinio eſt ſequenda, qui tenent pro cauſa teſtati. Corat. de com. op. tit. 9. libr. 11. caſ. 20. cum ibi per eum adduct. & infra dicam, verſic. item æquitas facit tex. in l. in teſtamentis, de reg. iur.

Et ideò ſi dubitetur an diſpoſitio valeat, vel non, aut nunquid teſtamentum factum ſit, ſemper inhærendum eſt illi opinioni, quæ fauet diſpoſitioni ſeu teſtamento, vt dicit glo. in l. 1. C. de ino ffic. teſtam.

* Et vbi rigor iuris non permittit quod in codicillis hæreditas directo, nec dari, nec adimi poteſt, l. 2. C. de codicillis, l. hæreditas, C. quib. vt indign. vbi Bat. Bal. & alij omnes Pariſ. conſil. 35. num. 5. lib. 2. Secus de æquitate, in teſtamento inter liberos Ro. comm. op. eſſe dicens, in conſil. 79. Iaſ. in l. hac conſultiſſima, §. ſi quis, nu. 4. C. de teſta. & Pariſ. d. conſil. 36. num. 6. & ſeq. l. Scæuola, ad Trebellia. tamen ſubſtitutus mortuo

tuo

Digitized by Google

tuo filio ante teſtatorem non gauderet hoc beneficio. Mantua ſing. 83. cum ibi per eum adduc. ſed in nepote filio ſubſtituto, eadem ratio militaret, l. illud, ad leg. Aquil.

De æquitate quoque Canonica aditio hæreditatis non requiritur, licet ſecus de iure ciuili. Cano. in c. 1. de teſta. Lapp. allegat. 91. vbi in materia Statuti Florentini conſuluit, ſub num. 4. ibi, ſed de ſimplicitate æquiſſima, & num. 5. dicit quod pietas non ſtat in nomine pietatis, ſed in ſubſtantia veritatis, & charitate ſubiectionis, l. cum hy. ff. de tranſac. §. ſed ſi perſonarum, §. ſi in annos, C. de medic. & valetu.

Inſuper iudex æquitate motus poteſt contra perniciosam teſtatoris diſpoſitionem in melius illam reformare, præſertim ad euictanda ſcandala, & rixas, ſine cuius remedio præſto orirentur, ſecundum Nat. conſi. 425. volu. 2. vbi in caſu quo teſtator mandauit vxori ſuæ morari in eadem domo, cum ſuo priuigno. ad quod faciunt quæ ſup. dixi, ſub num. 263. & 264. præſertim quæſtiones voluntatum tacitarum teſtatoris ſolent determinari ex naturali æquitate. Bal. conſi. 235. vol. 4. poterit etiam prouidere. circa modum datum a teſtatore, vel remiſſionem inuentarij reuocare, & cogere vt inuentarium fiat. ita æquitate ſuadente, & pro bono, & vtilitate pupilli. Bald. in l. cum tale, §. 1. ff. de condit. & demon. l. fi. C. de arbitr. tutel. Poteritque iudex ex æquitate, non autem de rigore iuris, aſſignare vnā rem pro quarta Trebellianica, vel Falcidia, vt per D. Menoc. de arb. caſ. 564. nu. 3. & ad prædicta Aſin. de execut. §. 3. cap. 129. Sed non poterit vllo modo alterare, vt qui eſt hæres non ſit hæres, vel cui totum relictum eſt illud totum nō habeat, abſit, ſed circa modum hæreditandi datum, ex cauſa iudex poterit prouidere, ut per Aſin. loc. cit.

Poſtremò pone quod teſtator, in ſuo teſtamento prohibuerit bonorum ſuorum alienationem, dico quod ſi hæres deliquerit talia bona non veniunt in confiſcatione bonorum, quando teſtator expreſſit per quamcunque alienationem ſiue neceſſariam ſiue voluntariam etiam in caſu delicti ut eſſe com. op. ſcrib. in l. filiusfamilias. §. Diui de legat. 1. ubi Alciat. Rip. & cęteri quos adducit Marciar. de fideicommiſſ. q. 47. Surd. Deciſ. 254. Sed oportet ut teſtator adijciat rationem finalem ob quam.

Teſtator prohibuit bona alienari, uidelicet, quia mens & intentio ſua fuit & eſt ut bona ſua perpetuo remaneant integra in domo ſua, & ad commodum ſuorum hæredum, & non aliter, vt Marc. d. q. 47. in fi. dicit. & D. Borg. Caualca. Deciſ. 6. nu. 45. Deciſ. 16. nu. 14. p. 3. Nā per talē declarationē excluditur illa præſumptio, ne in fraudē fiſci facta uideatur talis prohibitio. vi. Boſſ. de publ. Bono. in qua cōfiſcatione ordo eſt quod deſcribantur omnia in dubio, in inuentario, deinde illorum fit ex corporatio quę petitur fieri coram iudice fiſci. At viuente delinquente fiſcus gaudet vſufructu dictorum bonorum ſub fideicommiſſo relictorum, l. peto, §. prędium, ff. de leg. 2. Peregr. de iur. fiſ. lib. 5. titu. 1. De public. Bono. ſub nu. 101. 102. & 103. ęquitas enim ſuadet, vt diſpoſitiones vltimarum voluntatum uires habeant, & ſubſtineantur, d. §. diſponat in auth. de nupt. ſed rigor permittit, quod qui dedit cauſam edicto amittat vſumfructum, ca. damnum, cum ſimil. de reg. iur. vi. inf.

Quo verò ad gabellam vltimarum voluntatū ſciendum eſt quod gabella, quæ eſt res odioſa nō debet ſolui regulariter de vltimis voluntatibus, fi. C. de edict. Diui Adr. tollen. vbi Bal. not. quarto. Ex quo ſupremæ hominum voluntates ſunt fauorabiles, & in eis æquitas ſummopere ſeruanda eſt, vt ſupra dixi, nu. 280. & ſeq. latiſſimè. ſcrib. in Rubr. & l. 1. de teſta. eſt tex. in l. vel negare, ff. quemad. teſta. ape. & ideo ſtatutum quod fit in contrarium dicitur iniquum. verūtamen factum tenet Bertach. de gabell. 8. par.

Sed reſtringendum eſt ſtatutum, vt non ſoluatur gabella niſi pro illa parte quod reſtat vide legatario deducto grauamine, & ſumptibus Dyn. Bal. Ang. & alij in l. non amplius, de leg. 1. Soc. conſi. 76. viſa facti, par. 1. Hinc eſt quod ſi hæreditas, vel legatum nullum emolumentum afferant nulla gabella eſt ſoluenda, vt per doc. loc. ſupra citato in d. l. amplius, & in l. non dubium, ff. ad leg. Falc. Caſtr. in l. fi. §. in computatione. C. de iur. delib. & in auth. de nupt. §. ſi verò. Niſi aliter ſtatuto caueatur, quod ſi quis immiſcuerit ſe hæreditati, & infra 15. dies non repudiauerit; teneatur ad onera hæreditaria, vt Flor. in 2. vol. ſtatu. in rubr. 29. ſicuti diximus non eſſe ſoluendam gabellā de contractu nullo ſup. nu. 250. ver. æquitas quoque. Nec de ſententia nulla num. 239. verſi. Nota.

Nec gabella ſolui debet de legatis pijs, ar. l. non dubium, cum auth. ſimiliter, ff. ad leg. Falc. Sicut non deducitur Falcidia, §. ſi autem hęres, in auth. de eccleſ. l. cum dotem maritus, vbi Caſtr. & l. ſi ſeruus, ff. ad leg. Falc. Nec Trebellianic. Cyn. Barto. Bald. Ang. Salyc. & alij, in auth. ſimiliter, C. ad leg. Falcid. Nec deducitur cannnica portio gl. coapprobata, in c. 2. de ſepul. Franc. Aret. in l. 1. col. vlt. priuil. 16. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. & de ijs omnibus latiſſimè per Tiraqu. tract. De priuileg. piæ cauſæ, priuileg. 26. 27. & 28. qui tamen de gabella in legatis pijs nihil dicit facit d. l. fina. C. de edict. Diui Adria. tollen. ſimiliter nec ſoluitur pro legato facto pauperibus. Cano. in d. cap. 2. de ſepultu. quia legatū factum pauperi pro anima pium dicitur. ſicuti etiam quando quis pro exoneratione conſcientię aliquod legatum relinquit, locis eccleſiaſticis, vel pijs, aut pauperibus. Bal. in l. ſi ſeruo, ff. de hær. inſtitu. Bart. in l. 1. q. 4. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. ſed multa in iure ſubſtinentur, quæ de facto non ſeruantur, & ideo qui cauſam habet contra gabellarios, vel fiſcum duram cauſam agit, & aduerſarios habet nimium potentes, & ideo Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui non tenebatur ſoluere drachmam, tamen illam iuſſit ſolui à Petro pro ſe, & Petro ratione ſcandali auertendi, vt ait S. Matth. Euangel. c. 17.

Et ad ſupradicta vi. omnino D. Borg. Caualca. Deciſ. 14. par. 5. per tot. vbi arreſtatus in palatio, in domo, vel in alio loco ſub fideiuſſione dicitur propriè carceratus, & comprahenditur a ſtatuto actiuè, et paſſiuè de carcerato loquente, & latè per Farinac. d. q. 27. & 30.

AEQVITAS IN STATVTIS.
Cap. IX.

284 IN ſtatutis æquitas locum habet, d. leg. in omnibus quidem, ubi Doc. de reg. iur. Nam ratio naturalis eſt potiſſima in ſtatutorum diſpoſitione, & illorum interpretatione. Bal. in c. 1. colu. 14. de Pac. conſtan. & refert Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore, nu 362. ff. de vſucapio. Ratio enim naturalis ſapit æquitatem,

Digitized by Google

tem, & humanitatem, & eſt certa ratio, quæ in dubin pro lege ſcripta habetur, Angel. conſ.345. & ratio naturalis idem eſt quod iuſtitia naturalis, pœvalens rationibus coniecturalibus, Tiraquel. tract. cauſ. ceſſ. limit.1. num.86. Multumque operatur benigna, & æqua interpretatio quando diſpoſitio non eſt clara, & quando cauſa in ea non exprimitur, & quando laboratur ad emmodum filiorum, & proximiorum, Minorum, mulierum, & perſonarum miſerabilium, orphanorum, viduarum, & huiuſmodi: Nam tunc recurritur ad æquitatem inſurgentem à ratione naturali, & æquitas ſuadet ampliare, & reſtringere, mentem legis, & hominis, prout & ſicut ſubiecta materia pia, æqua, & fauorabilis poſtulat, Abb. in cap. ex publico, numero 8. de conſeruat. coniug.

285 Et quoad ſtatutorum interpretationem conſuetudo, & æquitas pari paſſu ambulant, l. cum de interpretatione, de leg. Sed æquitas tanquam fundamentum veræ interpretationis præfertur, Cæphal. 10 l. ſi ſocius, pro filia, ff. pro ſoc. Bal. in l. defunctus, col.2. ver. no. C. de ſuis, & legit. Cæphal. conſil. 412. num. 11. vol.3. & dicam infra.

286 Et ad tollendam contrarietatem ſtatutorum, & ad euitandam iniquitatem, & abſurditatem, æquitas permittit quod verba ſtatutorum potius impropriari debeant, l. præcipimus, in fin. C. de appellation. cap. cum expedIat, de electIon. in 6. l. vnica, vbi Doct. C. de inoffic. dot. Cagnol. in l. 1. num.25. de reg. iur. vbi dicit iniquum eſſe regulam non fallere, vbi æquitas ſuggerit, cap. intelleximus, vbi Abb. de iudic. l. nam abſurdum, de bon. damnat. Euerar. in ſua Centur. loc. ab abſurdo, idem in argum. à rat. leg. ampla. & vi. in hac 6. part. num.490. & Bart. in l. omnes populi, num.65. de iuſtit. & iure.

287 Præterea à proprietate verborum in ſtatutis receditur quando attenta illorum proprietate diſpoſitio nil valeret, & de verbo ſeruiret, Bonacoſſ. alios alleg. in ſuis quæſtio. crimin. in verſic. verba, & Damaſ. Reg. 110. quod & in vltimis voluntatibus, & in reſcriptis, ac priuilegijs locum habet, Abb. in cap. ad audientiam, num. 1. 2. not. de decim. Iaſ. in l. non dubium. colum. 10. C. de leg. ſed per rationem, ſeu mentem ſtatuti, ſeu teſtatoris dubiam, & incertam, verba clara nequaquam reſtringenda, neque ampliāda ſunt, l. non aliter, de legat. 1. l. proſpexit, ff. qui & à quibus, Lap. allegat. 101. ſub num. 9. & num. 15. antè verſic. & quod iſta.

288 Et inſuper illa interpretatio, quæ eſt magis æqua dicitur iuſtior, & magis amplectenda, Bal. in cap. cum olim, de conſuetu. maxime quæ Religioni Chriſtianæ magis conſona eſt, quæque impugnat quodammodo rigorem maxime Tyrannicum, quia illud non dicitur rigor iuris, Bart. in tracta. ad reprimen. in verb. non obſtat, col.3. Doct. in l. Gallus, §. ille caſus, de liber. & poſthum. Canon. in cap. ſtatutum, §. cum vero, de reſcript. vi. quæ in propoſ. dixi in pract. de teſt. par. 1. ſub num.47. lit. H.

289 Hinc eſt quod ſtatutum contra rigorem iuris introductum ſit in conſequentiam trahendum, l. quod contra, de leg. vnde bannitus poteſt iura ſua cedere, ſecundum Iac. de Aret. tracta. de ceſſ. iur. num. 40. & 41. Hinc eſt etiam quod ſi ſtatutum prohibeat opponi, et excipi, vel de nullitate dici, nihilominus, quando nullitas erit euidens, & patens rigor tollitur, & Iudex ex officio æquitatis non obſtante ſtatuto nullitatem admittere poteſt, vt iniquitas ſtatuti non præualeat iuſtitiæ naturali, Rom. conſil. 42. viſis, numero 5. & conſil. 244. pro euidentia, item in caſu non prouiſo à ſtatuto Iudex ex officio ſuggerente æquitate prouidere poteſt, Aſin. de execut. § 3. cap. 298. Et vbi ſtatutum, vel conſuetudo repugnarēt iuri Diuino, vel iuri naturali, vel etiam eſſet improbatum à iure non valerent, quia illud ſtatutum illa conſuetudo dicerentur irrationabilia, quæ corruptela vocatur, cap. vltim. ext. de conſuetu. ibi gloſ. & Doct. Lap. alleg. 101. ſub numero 13.

Eſt bene verum quod ex cauſa rigoroſa diſpoſitio attendenda eſt in certis caſibus in quibus ſi æquitas ſeruaretur homines inſolentiores fierēt. Nam homines peſtilentes diſſipant Ciuitatem, Salom. Prouerb. cap. 29. quo de re dixi quandoque patrem pro filio, & è contra teneri, vt in 4. p. num. 13. ex Clar. quæſtio. 86. & quod villa, ſeu vniuerſitas teneatur ad emendam damni, per Angel. conſil. 62. incip. Nobilis, & Crot. conſil. 152. numero 12. volumine 2. per tex. in cap. quoniam, ext. de lit. non conteſta. talis enim rigor toleratur, & ex cauſa Iudices quandoque imitantur iura municipalia, cum ſint in re præſenti, & ad eos ſpectet purgare prouinciam malis hominibus, l. congruit, cum concord. de offic. præſ. & ſi non deſint alij Scriben. male ſentire de hac practica dicētes à ſeculo auditum non fuiſſe, qui in futurum non ità dicent.

Tandem omittere nolo quod ſtatuta regulariter non ligant Clericos, cap. fin. de conſuetud. Bart. Bal. & alij in l. cunctos populos, C. de Summa Trinitate, & Fide Catholica, Canon. etiam in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, extra de conſtitution. pulchrè Lap. allegat. 101. numero 2. qui ſub numero 14. declarat id locum habere, quando ſcilicet ſtatuta prohibent bonum ſecus ſi prohibent malum, & illa, quæ arctant ad onera, ſiue in rem, ſiue in perſonam, quia (vt ipſe ait.) ſub num. 15. imperare, & vetare non poteſt fieri niſi quadam authoritate ſuperioritatis, quam non habent laici in Eccleſiaſticos. At ſtatuta generaliter præſtantia auxilium, & fauorem, ac priuilegium, tunc ab ijs non excluduntur clerici quamuis communis eſſet in contrarium, cum ſit rigoroſa per ea, quæ infra verſic. ſeq. dicam, & ad perſonas, & ad res Eccleſiaſticas porrigunt effectum ſuum, l. omnia priuilegia, de Epiſc. & Cleric. c. 2. extra, de conſuetu. quia conſulere, permittere, & priuilegium præſtare poteſt lex etiam non ſuppoſitis, l. 1. C. de emanc. lib. l. conuentionum, ff. de pac. cum alijs iurib. de quibus per Lap. d. alleg. 101. ſub num. 15. 24. 25. vbi declarat, & infert quod Eccleſiaſtici ſunt capaces ſucceſſionū, quando ſtatuta excludunt fœminas dotatas propter maſculos, vnde ſi extant Eccleſiaſtici non excluduntur, & declarat duo ſtatuta Flor. vnum de modo ſucceſſionis mulierum ab inteſtato, alterum qualiter reddatur ius Clericis, & dicit, quod ſtatutum excludens fœminas propter maſculos, non eſt factum ad finem propagandæ prolis, ideoque & Eccleſiaſtici ſunt admittendi, & quod ſi reſpicit dignitatem domus Clerici ſunt digniores laicorum, & per dignitates Eccleſiaſticas allegat exemplum familiæ Vrſinorum, & Corſinorum, de Florentia.

AEQVI.

Digitized by Google

AEQVITAS IN OPINIONE Hominum. Cap. X.

290 Item æquitas locum habet in
opinione hominum, quo-
niam in diuerſitate opinio-
num, illorum opinio eſt ſe-
quenda, quæ eſt benignior.
Abb. in cap. 2. extra, de con-
ſangui. ſpiritual. plures in
propoſ. Corr. allegat. d. ſuo tract. de commn. opi-
nio. tit. 6. inſpec. 1. nu. 85. & ait procedere etiam
ſi opinio rigoroſa eſſet magis communis. Ca-
ualca. deciſ. 25. nu. 15. deciſ. 44. nu. 34. p. 1. deciſ.
4. num. 34. p. 3. & intellige quando talis opinio
* actui permiſſiuo fauet ſicut in vltimis volunta-
tibus gratijs, priuilegijs, & in ijs, quæ à volunta-
291 te vnius tantum dependent: Nam in dubio di-
cendum eſt actum permiſſiuum (vti fauorabi-
liorem, quam actus prohibitiuus commod.) ma-
gis valere, quam perire, l. quoties, ff. de reb. dub.
& latè per D. Menoch. lib. 6. Præſ. 4. & vi. inf. in
prædicamento quantitatis, ſecus in actu à iure
prohibito, puta in delictis, & alijs, quæ ſunt de
genere prohibitorum: Nam potius excludere
debemus, vt dixi par. 2. nu. 175. At in contracti-
bus in dubio inclinare debemus, vt vtrique parti
ſuccurſum dici poſſit, l. adoptiuus, §. 1. de Adopt.
Menoch. de arbitr. Caſ. 199. idem de Præſum.
lib. 6. præſ. 9.

292 Item in diuerſitate opinionum, opinio, quę
habet regulam pro ſe, illa eſt ſequenda, l. 1. vbi
Dec. de reg. iur. Corrat. d. trac. com. op. tit. 6. in-
ſpec. 1. num. 86. vbi Alleg. Neuiz. in Sylua. Nup.
lib. 6. Niſi exceptio eſſet benignior regula, quia
ęquitas ſequitur regulam, regulariter ſi habet cau
ſam benigniorem, ſin minus ſequitur fallẽtiam,
regulæ, l. in ambiguis, de reg. iur. cum ſimil. & tã
dixi ſup. & id in tantum eſt verum, quod ſi ma-
gis comm. op. eſſet pro regula, & pro Fallentia cõ
mu. op. tantum, hæc præualeret, ſi magis æqua eſ
ſet, in iudicando per ea, quæ in verſ. præcedenti
dicta ſunt, & ità multos Duc. allegat Corrat. d.
trac. com. op. lib. 2. tit. 9. caſ. 4. verſ. contrarium,
293 quamuis ipſe Caſ. 19. ſub nu. 100. & ſeq. videtur
in ferre quod magis co. op. etiam rigoroſa ſit te-
nenda alleg. Alex. in l. cum prolatis, nu. 23. ff. de
re iud. ſed illa, quæ æquitatem ſapit præualet illã,
quæ eſt rigoroſa, licet pluribus fulciatur authori-
tatibus. Neuiz. conſ. 67. & idem Corrat. ſub nu.
104. non diſſentit, & vi. ſup. nu. 108. in fin. & à
num. 151. vſque ad num. 162. Sed ſi duæ eſſent
opiniones vna communis altera non, & com-
munis eſſet æqua, & altera magis æqua, tunc
communis eſſet attendenda, quia communis
præſumitur in dubio verior.

294 Item illa opinio eſt ſequenda, quæ eſt magis
fauorabilis Reipub. communi, & publico bono,
Matrimonio piæ cauſæ, libertati, teſtamento, do-
ti, & ijs ſimil. vt per eundem Corrat. Caſ. 20. nu.
104. & 110. vbi multos alleg. primo declarat non
habere locum, quando opinio fauorabilis, non
eſſet fundata in tex. ſed opinio contraria haberet
textum pro ſe, ſed Corſet. ſing. in ver. opinio ait,
quod non eſt tenenda opinio fundata in textu,
quando op. gloſſ. eſt æquior, & benignior. Petr.
Duen. reg. 6. gloſſ. opinio. in fin. num. 8. & ſic illa
op. eſt tenenda, quę eſt magis ęqua, & benignior,
ſiue habeat fundamentum in textu, ſiue in gloſſ.
Secundo declarat quando actus fauorabilis defi-
ceret in potentia, vel forma ſubſtantiali, vt puta ſi
diceretur matrimonium nõ eſſe legitimum, vel
teſtamẽtum carere voluntate. Neuiz. Syuã. Nup.
lib. 5. limit. 9. nu. 75.

Tertio declarat quãdo cauſa fauorabilis venit
incidenter, & non principaliter. Matheſ. trac. de
elec. ver. op. col. 2. verſ. prędicta autem intellige,
numero 6.

Quarto declarat quando com. op. eſſet melio-
ribus rationibus fulcita. Abb. in c. 2. ext. de cog.
ſpiri. at Corrat. ipſe nu. 116. vbi ſup. hanc 4. decla
rationem non firmat, & aduertit, ne prætextu fa-
uoris tertio iniuria fiat, c. ex tenore, cũ ſimil. ext.
295 de foro cõpet. Nam ęquitas non ſuffert iniuriã,
nec permittit quenquam iniuriam pati, eſt enim
iniuria quod de iure non fit, §. 1. Inſtit. de iniur. &
vbi non eſt ius ęquitas deficit, cum ipſa ſit cõſan
guinea iuris, vt dixi num. 31. & vi. Corrat. loc. cit.

* In hoc propoſ. dixi quod proles cenſetur legi-
tima, & ſuſcepta tempore quo communi opinio
ne matrimonium putabatur eſſe validum, quam
uis opinio co. non fuiſſet vera, c. 11. & c. ex teno-
re, qui fil. ſint legit. pulchrè Lap. allegat. 89. nu. 9.
* vbi infert, quod ſi quis commu. op. vti legatus
reputabatur, tunc facta ab eo vires habent Spec.
de legat. §. ſupereſt, verſ. Quid ergo ſi quis. Infer-
tur etiam quod vbi de validitate alicuius actus
quæritur, vel de qualitate perſonæ (quando aliud
in contrarium non conſtat) iudicandum eſt ſe-
cundum com. op. Quia com. op. quandoque
præfertur veritati, glo. ſing. in l. ſi quis, §. fin. ff. de
acq. hær. Iaſ. in l. certum, ff. ſi cert. pet.

* Et ſimiliter error communis facit ius l. Bar-
barius, ff. de offic. Præſid. cum ſimil. & ſecun-
dum hanc com. op. qui percuſſit hominem libe-
rum, qui com. op. reputabatur ſeruus excuſatur.
Lap. d. Alleg. 89.

* Et ille, qui celebrauit ignorans probabiliter, ſe
eſſe ſuſpenſum, non incidit in irregularitatem,
cap. Apoſtolicæ, de cler. ignorantia verò proba-
bilis eſt quando quis non erat in loco Interdi-
cti, ſed valdè abſens & nunquam ſiue iudicialiter,
ſiue extraiudicialiter deuenerit ad eius noti-
tiam, & hoc ſpectat ad conſcientiam ſuam, nec
opus habet allegatione. Quinimmo quando ali-
quid publicè factum eſt ignorantia non excuſat,
cap. cum in tua. Qui m. ats. acc. non poſſ. Caccha
ta. deciſ. 71. Maſcar. de probat. concl. 879. nu. 16.
& 22. & 23. nec excuſat dicere neſciebam quan
do quis ſcire debet, vt in pertinentibus ad cuſto-
diam, & diligentiam ſui officij, & ad ſalutem
animæ S. Thom. 1. 2. q. 76. & in ſum. in verb.
ignorantia, præſertim ſtante notorietate, & com
muni opinione. Nec poſſet excuſari prætextu
contrariæ perſuaſionis ſibi factæ ab alijs circa aſ-
ſertam nullitatem quandoquidem ab ipſo Pon-
tifice, eſt requirenda declaratio ſuper validita-
tẽ, vel inualiditate Interdicti, ab eo emanati,
& non ab alijs, eius eſt nolle, de regul. iur. gloſ.
in cap. ad hæc, de appell. Didac. in 2. par. Re-
lect. §. 2. ſub numero 4. & ſub numero 6. ver.
Hoc enim, tom. 1. facit tex. in l. Princeps, ff. de
leg. vi. ſup. num. 140.

* Pariter, qui clericum percuſſit quem probabi-
liter putabat eſſe laicum, ex quo nõ incedebat in
habitu laicale, & noctis tẽpore abſq; lumine, &
armatus vagabat per ciuitatem, vel ſi de die, erat
veſtitus, & armatus quaſi miles, vel repertus
fuit laruatus is non dicitur ex communi caſus,

H ch

c.ſi verò, 11.de ſent.excom.fortè ſecus eſſet, ſi nulla ex cauſa natum percuſſiſſet, cum præcauere debebat.

Ex hoc quoque infertur quod ſubditus non incidit in crimen læſæ Maieſta.aliquid committendo contra perſonam domini ſui,vel filij, aut vxoris,quando ignorauit illum eſſe dominum, vel illos eſſe filium,aut vxorem Domini ſui: Nã quotieſcunque ſit actus citra animum offendendi Dominum, vel committendi crimen læſæ Maieſta. tunc à tali crimine excuſatur, ſed non a delicto. Rui.conſi.2.vol.5.Dec.conſi.102.num.27.inter, conſi.cri.diuerſo.tom.2. Cæphal.conſi.75. nu.9. & ſequ.conſi.76.nu.78. Burſat.conſi.252.nu.37. vi.in pract.de teſt.par.1.nu.40.& vi.ſup.in prima par.nu.67.

Et crimen læſæ Maieſta. committitur quadragintaquinque modis, vt not. Baiar.ad Clar.§.læſæ Maieſta.ſub nu.2.& 25. vbi enumerat 31. Specialia.in d.crimine ad quæ vi.Mart.Laudenſ.tracta.de crim.læſ.Maieſta.& incert.Author.eo.tracta.per Decia. latiſſimè. de delict.tom.2. aliqua per Nic. Boer. tracta. de Seditioſ. & ferè omnes criminaliſtę, tam antiqui quam moderni.

Modo redeundo ad id quod diximus de communi opinione, illi qui habentur pro tali, & verè tales non ſunt, ſi talis opinio non ſit beſtialis accuſando aliquem, vt adulterum, vel quod ab eo iniuriã receperit, credere probabiliter ſuam vxorem,eſſe meretricem etiam quod nõ ſit, ſed quia contra voluntatem iuit ad ludos, & tripudia, & pernoctauit,vel putans rem habere cum meretrice, ſed rem habuit cum vxore ſua, vel offenſum fuiſſe ab vno noctis tempore, & fuit offenſus ab alio,tunc querela ceſſat,q.12.c.in lectum. De ſenten.excom.l.25.qui.ff.de acq.hær.ſimiliter de eo qui errore ductus putauit eſſe delictum quod, verè non erat,non tenetur,l.falſi.§. qui alieno,ff.de iniur.ſed non per hoc excuſatem a refectione expenſarum.per l.cum quem temerè. de iudic. non enim debet alteri per alterum iniqua cõditio inferri,nec alterius temeraria opinio nocere,l. conſulta.ff.quem.teſta.ordinen. l. naui ad leg. Rod. de iac. Nam.

Supradicta omnia de opinione,quando præferatur veritati,declaranda ſunt,quando opinio nõ eſt emendabilis, & non eſt bono publico perniciosa.8.diſtinct.c.ſi conſuetudinem, ſi autem opinio eſt ſingularis perſonæ, tunc non præiudicat veritati. niſi in vſucapione. te peteotes in l.ſi quis pro emptore.eo. titu. & in teſtamentis,ſi attenta veritate actus corrueret, tunc etiam opinio præfertur veritati,vt actus magis valeat, quam quod pereat. Bal.in l.vlt. C.commu.de legat. text.in l. quo loco. vbi glo.& Doct. ff. de hær. inſtitut. Illuſt. Mantic.de coniectu.vlt. volunt.lib.3. tit. 10. nu.1.& 2.

AEQVITAS IN PAENALibus. Cap. XI.

296 IN pœnalibus æquitas ſummopere exerceetur, quarum legum pœnarum octo ſunt genera ſecundum Tull.videlicet damnum, vincula, verbera,falſo,ignominia,exiliũ, mors,& ſeruitus, & iſtæ pœnę lõgiori tempore durant, quam peccatum perpetratum pro quo infliguntur. niſi fortè,alio S. Auguſt.de ciuit. Dei lib.21. cap.13.16. & 24. ſed Deus ſumma æquitas citra condignum punit, & vltra condignum præmiat. Quoniam ſunt multæ leges quæ iudicibus memoriæ mandant, vt in pęnis ſint miſericordes,& benigni, & quod in dubio ſemper benignior interpretatio ſummenda ſit l.ſi de interpretatione,l.abſentem,ff.de pœn.l. fauorabiliores,l. ſemper in pœnalibus, de regulis iuris,cap.in pœn.cap.odia.eodem titu.ſexto. Peregr.de iur.fiſc.libro quinto, titu. primo,ſub nume.16. ſed attento fine propter quem pœnæ ſunt inductæ,diſpoſitio pœnalis eſt fauorabilis.l.congruit. ff. de offic.præſi. Quoniam lex quæ malæfactores punit dicitur æqua,& ſancta l. ita vulneratus.ad leg.Aquil. Dec.in cap.quoniam contra, nume.25. de probat, & magis æquum eſt, vt mitiorem partem ſequamur, l. ſemper in dubijs, & d.l.ſemper in pœnalibus, c. in pœnis, cap. in obſcuris,de reg.iur. cum ſimil. aliud eſt enim punire,aliud punire,ſed mitius.

297 Et ideo appellatione pœnæ, in dubio intelligitur de pecuniaria, & non corporali, l. aliud, §. penult. de verborum ſignification. & appellatione pœnæ capitalis intelligitur de minima, vt dixi in 4.par.num.12.& 17. cum ſeq.eſt tex. in l.licet capitalis.de verborum ſignific.ad prædicta Abb. in capit.inter alia.nume.4.lit.e. de immu. eccle. vbi diſtinguit. per Barto. in l.hos accuſare, ff. de accuſat.

298 Aequitas enim non patitur, vt quis ab alio dãnificetur, ſed dulcore miſericordiæ, dum puniendus eſt,puniatur per d.iura.et in dubio melius eſt abſoluere,quam condemnare, l.abſentem, ff.de pœn.& magis eſt interpretari pœnam non habere locũ,l.ſi plures.& l.interpretatione,ff. de pœn. quodque maximè in pœna conuentionali procedit Dec.conſi.380 452.531.& 667.Caualca. Deciſ.22.nu. 78.p.5. Tiraq.de pœn.temper.per tot. ſed & in pœnis criminalibus, vbi perſona non ſit adeo facinoroſa, idem ſequimur, per l.in condemnatione perſonarum, quæ in id quod facere poſſunt damnantur:non totum,quod habent extorquendum eſt:ſed & ipſarum ratio habenda eſt ne egeant,vt de reg.iur.

299 Vnde ſi quis pluribus percuſſionibus aliquem affecerit intelligitur puniendus tantum pro duabus.tex.in l. Boues.§.hoc ſermone. de verborum ſignificat. niſi ſtatutum imponeret pœnam pro quolibet vulnere,quia iux. numerum vulnerum eſt puniendus. Bal.in l.fideicommiſſum,§. ſi quis decem, de leg.3. vbi ſi quis pro pluribus vulneribus fuerit querelatus,intelligitur tantum de duobus. facit tex.in l.falſa.in fin. ff.de conditione, & demonſt.

300 Si verò quis aliquem accuſauerit eo quod pluries,ac pluries ab eo vulneratus extiterit, tunc intelligitur tantum de quattuor vulnerib.ſecũdum Barto.in l.ſi gemina. vbi propriá materia, ff.arb. furt.cęſ.& dicit hoc communiter ſeruari. Ang.de malæf.in verb.plurib.Ro. conſi.301. ſed ſi in accuſatione diceretur, quod multas recepit percuſſiones,tunc verificantur in tribus. Barto. in l.1.§. hoc reſcriptum,ff.ad Sylla.Cæphal.conſi.225.nu. 43.nam multa dicuntur trias.vt dixi. in pract. de teſt. in 2.par.num.10. Bar.d.l.licet.de leg.1.& de multiplicatione pœnarum ſatis dixi in 4. par.ſub nu.79.cum ſeq.& nu. 150.& ſequ. At ſi diceretur multas, ac multas percuſſiones intelligeretur de ſex ad ſummum ratione prædicta.

301 Inſuper ſi quis una vice, aut in vna rixa plures

Digitized by Google

res iniurias *fecerit*, plura conuitia in aduerſariū, dicendo, puta Ruffiano, Infame, Beccocornuto æquitas excuſat hanc iram, & pro omnibus verbis iniurioſis, ſolū punitur pro vna iniuria, quia vnum verbum venit acceſſoriæ ad aliud ſecundum vulgarem intelligentium, ſecus in foro interiori quoniam de omni verbo otioſo rationem reddituri ſumus. Mat.c.3. Apoſt. 1. Cor.c. 15. ibi corrumpunt bonos mores colloquia praua, quod eſt notandum pro ſtatutis pœnam duplicantibus pro quolibet verbo iniurioſo. Bar. in conſ. 108. Put.trac.de Lud.§.ao pęna. Bonacoſſ.in ſuis quæſtio.crim. in verb.iniuria, ver. penul. vbi declarat, quod ſtatutum duplicans pęnam iuxta numerum iniuriarum intelligitur quando ex interuallo iniurians iniurauerit. Si verò diuerſa verba nō acceſſoria, nec conſequutiua, nec tendentia ad idem, vt fertur per diuerſa, ſed facientia diuerſam ſpeciem iniuriæ de per ſe, vt ladro, falſario, homicidiale, tunc etiam quod in vna rixa dicta ſint, nihilominus pœna multiplicabitur pro quolibet verbo, ſecus ſi ſtatutum diceret pro qualibet vice, & non pro quolibet verbo iniurioſo: Nam etiam quod in vna vice aliquis iniuriauerit diuerſis iniurijs numero, & ſpecie diuerſis, tunc pro vna iniuria punitur, vt diſtinguit. Bar. Phęnut. in ſuo tract. de momento, cap.20. Plac. Epit. Delict.c.1. nu.17. & alij, de quib. per Baiat. ad Clar. §. iniuria. nu.8.9.10.

Hinc dixi in 4. par. ſub num. 150. quod percutiens pluries in eodem loco, aut vulnerans, non tenetur: niſi pro vna percuſſione tantum, quando non appareat, quod vnum vulnus ſit maior altero, ſicuti ſi quis cæſim vulnus intulerit per tranſuerſum, & aliud per directum, quaſi per modum crucis, ſed etiam dixi quod pœna maior confundit minorem, nu. 148. p. 4. & ad hunc noſtrum propoſ. videtur quadrare Hipp. Aphoriſ. 46. dicentis, duobus doloribus ſimul eundem locum infeſtantibus, vehementer alterum obſcurat, vt. inf. nu. 657. & *669*.

302 Et ad regulam illam, quod ſermo ſimpliciter prolatus verificetur in vna vice tantum, de qua in d.l. Boues, §. hoc ſermone, de verb. ſig. vt. pulchrè per Soc. Reg. 21. in verb. actus, qui declarat habere locum in diſpoſitione permiſſiua, ſeu affirmatiua, ſecus in prohibitiua, ſeu negatiua, ſecū do declarat procedere in diſpoſitione hominis, ſecus in diſpoſitione legis tertio declarat non habere locum quando benignitas, vel æquitas aliter ſuadet, quarto declarat quando primus actus aſſumit effectum ſecundum intentionem loquentis, vbi ad omnes prędictas declarationes adducit paſſim iura, & authoritates. Sed latiſſimè per Tiraq. ſuper d.l. Boues, §. hoc ſermone, de verb. ſig. vbi magnam Repetitionem pro modo tractatus fecit, & nihil intactum relinquit ad propoſitum illius reg. materiam verè magnus Doctor fuit, & minor de quibuſdam legum Docturibus, qui damnant tantum virum, & audent vocare Tiraq. multa ſimul congerētem implicitè, pudeant ipſos (quæſo) & ſileant ij, & vt. Fely. in cap. fin. de tregua, & pac. ad regiam iſtam.

303 Rurſus in pęnalibus, quando quis armis vtitur ad defenſam, vt puta ſi quis ad defenſam ſclopū exonerat, ſed non officit nec lædit, tunc exoneratio ad defenſam, non cadit ſub pęna graui ſtatuti contra exonerantes ſclopum, quia æquitas ſuccurrit illis, qui ſe defendunt, l. vt vim, ff. de iuſt. & iur. l. 1. ff. de vi, & vi. ar. & hunc artic. luculenter explicat D. Caball. Caſ. Cri. 63. quod eſt not. ad ſtatutum Mantuæ. Rubr. de Homic. §. & intelligatur, vbi cauetur quod qui ſclopo vulnus intulit intelligatur animo deliberato, ergo ſi non lædit ceſſat diſpoſitio circa animum deliberatum, valet enim in ſtatutis arg. à contrario ſenſu, l. 1. §. huius rei, ff. de offic. eius vbi omnes ad quod per Soc. Reg. 46. vbi limitat, & declarat multis modis, facit etiam in materia proclamatum contra inclinantes, ſeu exonerantes ſclopum, licet non feriat, quod certa pœna puniatur.

304 Nam ſi quis prouocatus, & ad defenſam exonerat ſclopum, non tenetur pęna proclamatis, ſeu banni per ea, quæ trad. Plac. Epit. Delict. lib. 1. c. 1. ſub nu. 21. Ang. de malef. in verb. & dictus Titius defendendo, nu. 1. Afflict. deciſ. 206. nu 3. & 4. & Ang. loc. cit. vbi tractat, an liceat etiam defendere conſanguineos, vel caros amicos ad excuſandum à pœna ſtatuti, & tenet quod ſic. Bar. in l. prohibitum, C. de iur. fiſc. lib. 10. limitat niſi prouocatus nimium excedere prouocationē:
* Nam defenſio debet fieri cum moderatione inculpatæ tutelæ, vt dixi nu. 64. p. 2. & in pract. de teſt. p. 3. ſub nu. 251. Nec conuenit, minuſq; permittitur quod pro quid minimo ſclopus ad defenſam exoneretur impunè, abſit, vnde hoc caſu grauius exonerans ob exceſſum puniretur, ſaltem pęna extraordinaria, non autem ordinaria ſtatuti, vel proclamatis, aut pęna pacis ruptæ, ex quo dolus ceſſare dicitur in exonerante, cum taliter qualiter fuerit prouocatus, vt per eundem Ang. in d. verſ. & dictus Titius, nu. 17. vbi etiam Aug. vi. in 4. p. nu. 168. & in 5. p. nu. 275. & Bal. in l. vt vim, de iuſt. & iur. Baiar. ad Clar. q. 47. nu. 42.

305 At ſi quis videns inimicum ſuum contra ſe venire cum enſe, aut pugione nudo, & irruenter, tunc licitè exonerare poteſt pro ſui tuitione, & defenſione cum vir honoratus non debeat fugere ab inſultante, quia tunc nō dicitur temere exonerare ſclopum, ſed dicitur propulſator imminētis periculi dicitur facere cū moderamine inculpatæ tutelæ, vt pulchrè per Bolog. in d.l. vt vim, nu. 87. ff. de iuſt. & iur. & per Aug. ad Ang. in d. ver. & dictus Titius Plac. Epit. delic. lib. 1. c. 1. & facit Duen. in Reg. 191. qui nedum dicit id facere licere, pro defenſione perſonæ, ſed gratia honoris ſui tuendi, ac pro manutentione rerum ſuarū, & ſuorum quando ſcilicet aliter ſuccurri non poteſt, & periculum eſt in mora ad Clar. in §. homicidium. Fely. conſ. 50. nu. 13. & 14. Farinac. de Indic. & Tortur. q. 51. nu. 58. Petr. Caball. Caſ. Cri. 88. pulchrè Maſcar. de probat. concl. 1131. nu. 29.
206 vbi nu. 43. ait quod defenſio iſta neceſſaria dicatur ſtatim fieri debet, & in continenti poſt prouocationem. Nequaquam AFFECTATAE, & nu. 56. declarat quod habebit locum, dummodo, non poſſit dici facta ad vindictam, & non ad defenſam, & concluſ. 490. dicit quod conſtito de prouocatione. Quicquid factum erit, in dubio factum fuiſſe ad defenſam cenſetur, & quod, qui allegat exceſſum tenetur probare, & nu. 13. quod & neceſſitas, & iuſtus timor ipſum excuſant, vt ff. de offic. conſul. l. vnica, cum ibi not. & l. item, §. ſi quis, ff. com. Diui, & l. metum, ff. quod met. cauſ. l. 1. ff. de fer. vbi glo. fin. l. Cæſar. ff. de public. l. fin. §. ſi propter neceſſitatem eo. nt. cum mult. ſimil. adduct. per Iacob. de Beluiſ. in ſua pract. verſ. de mortuis in carceribus, ſub nu. 104. & 105. vbi infert ad bannitum, qui exiens e loco a quo bannitus eſt, & reperiens inimicos ſuos illum interficere, vel male tractare volentes, ſi ipſe redeat ad locum illum, vt ſe liberaret non dicitur facere contra præceptum, aut bannum, ſic de recipientibus bannitos per vim, & metum, quia

* inhumanis vis præciſa excuſat, vt per Couarru. in prior.par. Relict.§.3.ſub num.9.ver. Quarto, quod deſeruit ad multa,& Ia. de Beloiſ.loc.cit.in fert quoque ad excuſandum paſtores à damno dato quando eis inuitis animalia ſua comedunt Bladum, vt fit quando per viam ducendo ingrediuntur, in fundo alieno: niſi ipſe negligens fuerit,c.culpa, de reg. iur. modo ad rem, qui inimicum reprimit ſecundum caſum prædictum, & vi. Bonacoſſ.trac. de æquis, quæſt.6. 106.& 549.

307 Si quis inſequatur prouocantem fugientem, (vt de more Brauorum, qui irruunt repente contra incautum, at ſi irritus, ſe vertit contra eum, Braoſus ſtatim terga vertit, & fugit,) & is fugientem percutiat, aut vulneret, præſumitur ad vindictam,& non ad defenſam. Bar.in l.1.col.fi. ver. Moderamē,C.vn.vi. Dec.in d.l.vt vim, nu. 50.de iuſt.& iur. Maſcar.d.concluſ.490.num.13.

308 Et incontinenti factum dicitur, durante cauſa iuſti timoris, ſecundum quoſdam (licet ſteterit pluribus diebus) ſed in hoc ſtatur arbitrio iudicis. D.Menoc.de arb.Caſ.277.& 278. idem in addit.no.ad Caſ.356. num.47. dicens ob defenſionem neceſſariam excuſari filium à pœna parricidij, vi.in prac.de teſt.p.3.ſub nu.251. lit.C. &
* hinc not. quod ictus ſclopi non tangens perſonam,non rumpit pacem, vt tenet D. Pet.Cabal. Caſ. 63. quod eſt verum quando pœna conuentionalis eſt promiſſa expreſsè pro offenſa perſonali, idem de tregua, ſecus ſi pro bene uiuendo,
* quoniam non dicitur bene uiuere, qui fert ſclopum,& contra alium exonerat, minatur, & damnum dat, in rebus, ſi non in perſona, vel verbis iniurioſis ſaltem afficit, hocque omnes ſciunt, non eſt opus allegatione: verum enim vero, ſi ob graues inimicitias ferret ſclopum non prohibitus,& vel prouocatus, aut contra ſe inimicum videns venire inimicum ſuum, malo modo iuſtus timor illum etiam excuſaret à pœna de bene uiuen-
309 do. Quoniam timor violentiæ inferendæ infert iuſtum metum. Alex.conſ.98.in princ.vo.3. Grammat.vot.10.num.2.& ſeq. Bertazol. conſ. Cri.427.nu.11.lib.2.idem in conſ.159. nu.5.lib. 1.dixi p.3. nu.210 & 211. nec opus eſt diſcutere hoc in caſu an ſit talis timor, qui cadere poſſit in conſtantem virum, de quo late per Couarru. in 4.decret.2.par.2.par.c.3.§.4.& facit Plot. in Repet.l.ſi quando nu.705. Boſſ.de Inquiſitio.num. 118.& viſus armorum iuſtum metum affert. Maſcar.concluſ.1416. nu.22. & vbi auditur rumor Peſtis citò fugiendum iuſtus enim timor eſt. Maſcar.concl.20.nu.2.& 3. ideoque quis excuſatur, à pœna ſi non ſiſtat idem de Incendio, quoniam non dicitur fugere, nec contemnere, ſeu contrauenire, qui fugit periculũ imminens, per ſupradicta, quia vbi eadem ratio, ibi idẽ ius, l.illud,ad leg. Aquil. Ideo dixi excuſatos fuiſſe homines priuatos currentes ad Palatium, vbi ignis minabatur ruinam, & fumus necabat pauperes incarceratos, quos rupto oſtio fugere ab incen-
* dio fecerunt: nam de bono opere quis non eſt lapidandus, l. Gracchus, C.de adult. Io.c.8. Quando autem metus dicatur iuſtus trad. Menoch. de arb.caſ.caſ.135.& 139. Burſat.cõſ.330.nu.66. vi. Add.ad Clar.q.60. nu.57.58.& ſeq. vbi plura in materia metus, vel iuſti timor, & tot.tit.de is, qui vi metusve cau. fiunt. Sed non in totum excuſabitur aliquali pœna arbitraria punitur. Tiraq.de pœn.temp.cauſ.36. Menoch.de arb.Caſ.354. Bertazol.conſ.171.vo.1.conſ.266.vo.2.idem in conſ. 88.& 89.vbi adden. tradit quia dicatur prouocator.& Menoc.in conſ.41.Bero.conſ.173.vo.3.

310 Et in tantum operatur æquitas in pœnalibus, quod factum illicitum, vel prohibitum, in dubio iudicandum eſt, quod potius caſu, quam data opera fuerit ſecutum, vt alias dixi in 4.p. ſub nu. 162. Sic cenſendum in dubio de homicidio, niſi præcedens inimicitia grauis, & mala qualitas occiſoris aliter ſuaderent, cum quidam ſint adeo peruerſi, vt ferè per capillos trahunt homines contra ſe ad præcipitium,& vt ferus aper, ad occidendũ. At ceſſantibus inimicitia,& prouocatione, nullo modo iudicandum eſſe in dubio factum fuiſſe data opera, vel appenſate, ſed per hoc homicida impunis non euadet, imo condemnabitur quamuis alter pro altero occidatur. Couarr. in ſuis Reſol.in verb. Alma mater, de ſen.excom. §.10. nu. 14.& ſeq.condemnabitur etiam, quod ob factum homicidium ſequeretur aliqua publica vtilitas, vt p.2.ſub nu.315.vt de illo (dante exemplum,) qui dum portabat litteras proditorias contra patriam, fuit in itinere occiſus, non dicta de cauſa, quia attenditur quod principaliter factum eſt, vt occideret hominem, & non quod in conſequē-
* tiam venit, l.fi.ff.de hær. inſtit. cum ſimil. Nam animus,& intentio diſtinguunt maleficia, l.1.§. Diuus Adrianus, ff.de ſicar. l. 1. C. eo. cum alijs in propoſ. trad. à Marſ.conſ.25.no.6. & conſ.26. nu.8. Grammat. conſ.68. in princ. Sed in dubio proniores ſemper eſſe debemus ad abſoluẽdum, quam ad condemnandum, ſic æquitas docet, in l.abſentem rom concor.de pœn.dicam infra, ſub nu.576.& in caſu incertitudinis potius ſequi debet abſolutio. Clar.§. fi.q.60. ver. uidi ego, & in §.homicidium, ver.alius eſt caſus. Menoc.de arb. caſ.363.quod procedere ait reſpectu intereſſe partis non autem fiſci, vt nu. 18. cum iuribus per eũ adduc.& dixi ſup. ſub nu.225. Hinc eſt ſi partes ſub pœna fiſco applicanda cauerint de ſeſe non offendendo,& vnus ex pluribus offenderit,& ignoretur nihilominus ſi inſolitum promiſerint, condemnari debent, propter clauſulam in ſolidum, ſed ſolutione vnius alij liberantur de æquitate ſecus de rigore, vt in l. inter fideiuſſores, ff. eo. & pulchrè per Bar.in Auth. hoc ita, ſub nu.5. C. de duob.reis, quod not.& de importantia, d.clauſulæ in ſolidum, vi.bonum tex.in l.non recte, C.de fideiuſſ.et mãdator.& in d.auth.hoc ità, de duob. reis, vbi Bar. Spec.tit.de empt.& vendit.§. 1. ver. item not.& in §.ex huiuſmodi, vbi gl. Inſtitu. de duob.reis, vi. Gomeſ.var.reſol.co.11.nu.14 & 15. & nn.quod plures debitores principales eadẽ de cauſa ſimpliciter accepti non intelliguntur in ſolidum, l.reos, §.cũ in tabulis, ff.de duob. Reis. Secus in pluribus fideiuſſoribus, l. non recte, vbi Bar. C. eo. vbi hoc limitat niſi fideiuſſores in ſe principaliter ſuſceperint obligationem.

Aliud quoque exemplum tradi poteſt de milite, qui ſpreto præcepto Ducis Belli, & niſi ſpreuiſſet malum notabile publico obueniſſet, quamuis ob hanc inobedientiam reportauerit victoriam, quam fortè parendo non reportaſſet, nihilominus puniendus per tex.in l.deſertorem, §. in Bello, ff.de re milit.& Tiraq.de pœn. temp. cauſ. 52.nu.1.2.3. & per tot. vbi felix exitus, aut proſper euentus non excuſat, qui contrafacit, & delinquit Abb.in c.nouit, de Iudic. Ro.conſ.3 in.per tex.l.3.§.in Bello, ff. de re milit. hoc & alios caſus adducit Couarru. in 2. par. ſuarum Relect. tit. de homicid. numero 4. car. 742. & in Hiſpania Concilium ſtatus ferè animaduertiſſe fertur in D. Ioan. Auſtriacum ob cuius virilitatem, & animi Magnitudinem inſignem illam victoriam contra Turcas adeptus fuit auxilio

xilio Dei, de qua in 1. part. ſub num. 58. memoriam feci, ſed ſi intentio principalis eſſet attendenda, vt ſupra is miles eſſet valdè excuſandus ſi non in contemptum, ſed occaſione natus fecerit, & victoriam reportauit. Datur enim officium, & non diſcretio, & multa contingere poſ-
* ſunt, ex quibus Sanctius eſt mutare propoſitum in melius. l. nonnunquam. ff. de collat. Bono. Cagnol. in l. nemo num. 5. de reg. iur. & mea opinio de æquitate procedit contraria vero de rigore militiæ.

Ex hac ſoluendæ ſunt duæ quæſtiones. Prima quibus liceat mutare propoſitum in melius. Secunda quomodo intelligatur illud ſatis in ore omnium, quod de duobus malis minus ſit eligendum, de quo in le. quoties nihil de reg. iur. & per tex. & glo. 2. diſtin. 13. c. Nerui. §. eſt tandem, & tex. & glo. 1. diſtin. 14. Quod ait.

Quoad primam regulariter omnibus competit mutare propoſitum in melius, vt per ſcrib. in d. l. nemo. de reg. iur. & d. l. nonnunquam. ff. de collat. Bono. Sed declara in ijs quæ dependēt ab eius mera, & libera voluntate, & poteſtate. leg. in re mandata. C. manda. auten. de nupt. §. diſponat. hinc dicimus quod voluntas hominis eſt, ambulatoria vſque ad mortem. l. 4. de adim. leg. l. cum hic ſtatus. §. ait oratio. ff. de donat. inter vir. & vxor. & in tantum hoc eſt verum quod nō liceat teſtatori ligare ſibi voluntatem, & legem ſibi imponere a qua non valeat diſcedere. leg. ſi quis in princ. teſta. de leg. 3. vbi Bart. Hinc etiam dixi quod proprium principis eſt legē in melius condere & ſanctius eſt emendare vt alias dixi in 5. par. ſub num. 60. c. veritatis vbi Abb. de dol. & contumac. Hinc de peccatoribus conuerſis dicit Sacr. Scriptura gaudium eſt in cęlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.... & emendare eſt Angelicum.

At in perſonis quę alienæ poteſtati ſubijciūtur non licet mandata tranſgredi. le. diligenter cum concor. ff. manda. & Paul. ſubditi obbedite præpoſitis veſtris non tantum bonis ſed etiam diſcolis. Ro. 13. & alibi, & de obedientia filiorum erga parentes latè dixi in prima part. nu. 183. lit. g. car. 50. vbi dixi non dari actionem inter patrē, & filios ei, licet filius ei furatur aliquid ſed peccat: nā qui ſubtrahit aliquid à patre ſuo, & à matre, & dicit hoc non eſſe peccatum, particeps homicidæ eſt Salamo. Prouer. c. 28. & obediētia viri in vxorem nu. 182. & de obedientia Domini in ſeruū. nu. 182. & de obedientia magiſtri in diſcipulum. nu. 185. eandē obedientia militis in ducem ibid. nu. 278. & paulò ante in hac 6. par. ſed de obedientia filij ſpiritualis in confeſſorem patrem ſuum ſpiritualem dicitur, quod in tantum obligamur, quod ſi aliquando iubent & præcipiunt, vt abſtineamus ab agendo aliquid quod bonum eſt, tenemur obedire, quia vel propter fragilitatem, vel propter ſuperbiam, vel propter alium finem ſolēt nos reprimere, vel coercere, quorum finis tendit ad ſalutem & de hoc conſulere Sacr. Theolog. & præſertim. S. Io. Climacum in ſuis ſermonibus melius eſt enim obedire, quam ſanctificari in ſpiritualibus, at in negocijs ex cauſa licet mutare propoſitum, quam res vtilior agitur. leg. à procuratore. Codic. manda. leg. quæ propter neceſſitatem de regul. iur. at in ijs quæ reſpiciunt cuſtodiam, Bellum, & huiuſmodi, non eſt de rigore belli diſcedendum à mandatis Ducis. vt ſupra hinc dicitur liga Aſinum vbi herus mandat, & relinque ibi.

* Quo ad ſecundam rationem breuiter vbi aliter euadere quis non poteſt, de duobus malis minus eſt eligendum Cagnol. de l. quoties ſub nu. 4. vbi plura exempla de reg. iur. per d. iura. vbi gl. in c. quod ait 14. Diſtinct. vbi tractat an liceat peccare venialiter, vt effugiat peccatum mortale, & dat etiam ibi exemplum de Loth, qui obtulit proprias filias illis infamibus, ne violarent pudicitiam ſuorum hoſpitum, quos poſtea cognouit eſſe Angelos cœli, ipſe non opinor ex malo aliquod bonum ſortiri poſſe & ideo Paul. Apoſt. in c. 1. ad Rom. non eſſe facienda mala vt ueniant bona Tiraq. de pęn. temp. cauſ. 52. nume. 8. ubi plura & alias ipſe dixi quod ſi in humanis ius pręciſa excuſat, & in diuinis nequaquam me remitto Sacr. Theolog. & gl. in d. c. Quod ait in ver. periculoſiſſimè 14. Diſtin. ex ſententia Sancti Auguſtini tenet non debere fieri veniale, vt euitetur mortale, & quod minus malum de duobus eligi debet, oē fieri poſſit limitat in vna & eadem perſona, non autem in diuerſis vt ibi. in princip. in verb. verum 14. Diſtinct. plura alia iura adducit Dec. d. l. quoties mihi ubi etiam Cagnol. num. 3. & 4. de reg. iur. & ſcias quod eſt differentia inter peccatum & delictum ſecundum Aug. ex libr. ſuper Leuit. q. 20. pſ. 36. vbi ait. Fortaſſis peccatum eſt perpetratio mali, delictū uero deſertio boni.

27 Et ex ijs. Qui per iram, uel latam culpam ſine
* dolo delinquunt, de æquitate excuſantur. l. aut facta. §. cauſ. ff. de pęn. l. lege Cornelia. C. de ſicar. Tiraq. de pęn. temp. cauſ. 14. ſimiliter quādo per ignorantiam non ſupinam, nec craſſam, ſed ſimplicitate, & ruſticitate delinquunt excuſantur. l. 1. de leg. Tiraq. vbi ſup. cauſ. 11. ſic in minore qui poſt delictum factus eſt maior: nam puniri non poteſt uti maior. l. infans ubi Hypp. de Marſ. ff. de ſicar. Tiraq. cauſ. 7. & 8. ui. in practic. de teſt. par. 1. nu. 23.

* Attētoque fine ob quem quis agit delictum iudicatur maius, aut minus: nam ſi quis pro ſalute amici tuenda deliquit, certum eſt quod intentio eſt iuuandi & non delinquendi, ideoque minus punitur Tiraq. ubi ſupra cauſ. 24. nu. 4. Qua de re ſi non dolo, nec ex induſtria delinquitur nō eſt locus pęnę extraordinariē, ſed extraordinarie & mitiori, ita æquitate ſcripta ſuadente Tiraq. cauſ. 13. nu. 1. & ſeq. & ui. infr. num. 455. uerſ. Hinc eſt, & uſque ad Hyppocrat. in Aphoriſ. 17. hæc ratio naturalis pęnæ traxit, qui dicit condonandum eſſe aliquid tempori, ætati, & conſuetudini, addo & fragilitati, unde illud legimus humanū ideſt propter fragilitatem.

* Verumtamen homo qui appenſate, & dedita opera deliquit iuſta ſtatera, pondere graui puniendus eſt, præſertim quando etiam ſcelere in corpus humanum delictum patrauit, quando quidem caro humana non eſt caro Beluina, cum homo ad imagine & ſimilitudinem Dei factus ſit, ad imaginem Dei, in naturalibus, & ad ſimilitudinem in gratuitis, ſecundum Theolog. ut in compen. Sacr. Theolog. c. 62. heu heu, homo tantis laboribus nutritus, à tantis periculis præſeruatus, tot impenſis, & ſumptibus educatus quod tam facilime, occidatur, mutiletur aut ſcelere vulneretur, natura ipſa abhorret Deus non patitur, & humana iuſtitia rigore ſuo prouidebit. Iacob. de Beluiſ. in ſua pract. tit. quotuplex ſunt cauſæ ſub nu. 236. cit. ſi. vi. ſup. ſub nu. 128.

* Quid dicendum de eo, qui ſe ipſum occidit, tunc diſtinguendum eſt de mente omnium Criminaliſtarum, aut deliquit, & metu pœnæ ſe oc-

Digitized by Google

cidit, & tunc ſi pœna erat capitalis bona illius applicantur fiſco etiam, quod nondum eſſet accuſatus, dixi in 4. par. num. 136. & 138. intellige in caſu quo memoria defuncti damnari poteſt s niſi hæres innocentiam probet. Iacob. de Beluiſ. d. ſua prac. eo. tit. de ijs, qui ſe occid. ſub num. 112. per l. fi. ff. de Bo. damnat. ſi verò tędio vitæ ſe occidit, vel alia de cauſa, tunc ceſſat publicatio bonorum, vt l. 3. ff. eo.

Si vero delictum erat capitalis pœnæ dignum ob quod memoria non eſt damnanda, tūc ſi ante accuſationem metu pœnæ ſe occidit bona nō publicantur, ſecus ſi poſt accuſationem. In alijs autem delictis minime capitalibus bona nullo modo publicantur, vt per Doc. in l. 2. C. qui teſta. fac. poſſ. l. penul. ff. de Bo. eor. qui ſib. mor. conſci. & ad hæc per Peregr. de iur. fiſc. lib. 4. tit. 4. per tot. vbi num. 2. dicit, quod in dubio non * præſumitur metu pœnæ ſe interfeciſſe. Dec. conſil. 438. Pariſ. conſil. 155. in 4. & ideo ad fiſcum ſpectat probare l. 3. §. de iſto, ff. de Bo. eorum, qui ſibi mor. conſciuer.

* Sed quando metu pœnæ quis ſibi mortem conſciuit tunc dicitur illius corpus pœnæ effectus, cap. 1. de pęnit. & remiſſ. qua de re furca ſuſpendendus, & venenum aſſumens, & cum eo moriens, adhuc illud Cadauer ſuſpendi poteſt, vt tenet Bal. d. l. 2. ff. de Bo. eor. Petr. verò, & Cyn. contrarium tenet hoc eſſet arbitrarium, vt tenet Iacob. de Beluiſ. d. prac. loc. mox cit. ſed contra mortuum inſænire, eſt dira executio.

* Item nota, quod carcerato mortuo in carceribus reperto, ſi ignoretur à quo, & quomodo præſumptio eſt contra cuſtodem carceris tex. in l. fi. ff. de cuſto. Reor. glo. ſing. in l. cum ità legatur, §. ſpecies, de leg. 1. per quæ iura Afflict. dicit obtinuiſſe de facto, de feud. tit. de pac. iura. fir. nu. 33. & Alciat. Reg. 3. præſ. 15. nu. 4. Caroc. loc. in 2. par. tit. de caſ. & pericul. nu. 11. vbi cuſtos, & alij ratione officij tenentur probare non culpam, & vi. Foll. Farinac. Caball. & alios hanc quæſt. trac. loc. cit. Petr. Picher. de iur. ſiſten. & man. iniect. cap. 28. num. 3.

* Cæterum quo ad rigorem in pœnalibus, & ipſe ex cauſa ſuum locum habet, vt in omnibus delictis exceptuatis de quibus ſup. in 1. p. ſub nu. 54. & nu. 65. idem in perſonis facinoroſis, & ſolitis delinquere: Nam contra conſuetudinarios delinquentes, qui profitentur in delinquendo, pietas eſt eſſe crudelem, dixi ſup. nu. 15. & in 3. p. nu. 33. & 35. & nu. 57. & 132. p. 4. & inf. nu. 670. qua de re extremis morbis extrema remedia ſunt adhibēda, vt per Hipp. Aphor. 6. quamuis in Aphor. 17. dicat aliquid condemnandum eſſe conſuetudini, ſed non dicimus, non delinquenti per conſuetudinem, vnde in ſacr. paginis legitur ſuper quarto non me conuertam, & in Reſurrectione Lazari Quatriduani, D. N. Ieſus Chriſtus ingemuit, infremuit, ſpiritu, lachrymatus eſt, quid vltra, voce magna exclamauit. Io. cap. 11. ſignificans difficultatem quam maximam in conuertendo, et in parcendo peccatori conſuetudinario, licet Lazarus eſſet vir Sanctus, immo à proprijs agnatis, & notis abhorritus fuit, ſorores enim dixerunt, iam fœter quatriduanus eſt, quaſi dicerent, nil plus valet; non eſt dare remedium, iam fęter: actum eſt.

* Hic obiter quæro an liceat occidere peccatores, & ſecundum præceptum Decalogi, non licet, ità ſentit Sotus: contra autem S. Tho. ſentit: nam videmus quotidie peccatores, ſeu delinquētes occidi, ſed via iuſtitię puniri, non autem priuatim, vt de blaſphemis, furibus, homicidis, licet hodie in blaſphemos pœna mortis non ſeruetur, vt dixi par. 4. num. 19. & ſeq. & in Exod. cap. 22. dicitur maleficos non patieris viuere, & Dauid Pſal. 100. in matutino interficiebam omnes peccatores terræ, quamuis aliū ſenſum hęc habeant. Priuatis verò nunquam licet, & ſi ad neceſſariā defenſam id faciant, vt quando aliter è manibus inimicorum, viui euadere non poſſunt, tunc excuſandi, de hac conſulere Nauarr. Confeſſ. c. 15. num. 4. & Seraph. caſ. conſc. 36. & 38. S. Tho. & alios Sacr. Theol. hoc vnum eſt quod Dominus Noſter Ieſus Chriſtus, noluit euelli zizaniā, ne forte colligentes zizaniā eradicaret ſimul triticū, & quæ ſequuntur mandauit expectari vſq; ad tēpus iudicij, vt Matt. c. 13. vnde hoc ſpectat ad iuſtitiam publicam, non autem priuatam: malus aut ideo viuit, vt corrigatur, aut per eum bonus exerceatur, S. Aug. ex tract. ſuper Pſ. lect. 4. in 2. Noctur. hebd. Sanctæ.

* Permittit etiā Deus quandoq; propter ſcelera populi Tyrannos regnare ſuper terrā, & Salom. Prouer. c. 28. propter peccata terræ multi Principes: nam Iudicia Dei abyſſus multa. Iob. c. 34. & refert Bart. in trac. de Regimin. Ciuitat. in fi. & in Eccleſ. cap. 10. & 1. Reg. cap. 2. & 4. Reg. c. 17. ſic Deus permittit Reſpublicas ſub vno Duce Regi, quando Reſpublicantes abutuntur poteſtate, & libertate, qui in rebus gubernandis nedum noluerunt leges ſequi, ſed ſuam maluerunt libidinem effrenatè nutriri, vt refert Dionyſ. Alicarnaſſ. lib. 5. Antiquita. Rom. & Ariſt. prudenter dixit, entia nolunt malè gubernari, pluralitas parit confuſionem, ergo vnus Princeps vbi non eſt gubernator, populus corruet, Salomon. Prouer. c. 11. ſed addit, ſalus autem vbi multa conſilia: nam caput cum membris ſuis conſultat, & membrum caput reſpiciunt, atque tuētur, ſi vero aliquod ex eis calcitret abſcinditur tanquam membrum putridum. In multitudine populi dignitas Regis, & in paucitate plebis, ignominia Principis. Prou. c. 14. vbi quoque ait, quod acceptus eſt regi miniſter intelligēs: iracundiam eius inutilis ſubſtinebit, qua de re oportet ſuperioribus obedire, & reuerentiam præſtare omnis: namque Poteſtas à Deo eſt, & qui poteſtati reſiſtit ordinationi Dei reſiſtit. Paul. ad Ro. cap. 23. Quia Domini eſt terra, & plenitudo eius. Pſ. 23. ſed intellige ſanè. Quod Deus permiſit has terrenas poteſtates propter peccatum, & ſic cum hac diſtinctione, quia ſi non fuiſſet peccatum, non fuiſſet lex. lex ergo propter peccatū, Apoſt. ad Ro. cap. 5. & 17. & S. Tho. in 3. par. q. 49. artic. 2. ait. Nonne propter peccatum homo ſub poteſtate Tyrannidis Diaboli poſitus eſt, & tamen Diabolus non fuit occiſus, ſed tanquam miniſter Diuinæ Iuſtitiæ, in ſui, & aliorum Reproborum damnationem, perpetuo in inferno cruciabitur. Matth. cap. 25. ibi in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius.

* Et Bat. in trac. de Tyran. col. 6. cit. fi. & col. 7. cit. prin. recenſet quod à Summis Pontificibus, & Imperatoribus toleratos fuiſſe ex cauſa fuiſſe quoſdam Tyrannos, quos etiam in ſumma authoritate, & dignitate conſtituerunt, vt hac lenitate, ad ſtuges bonas illi reuerterentur, vel ſi hac via non redirent ſub obedientia caperetur lepus (vt fertur) cum plauſtro. Nam vt Bartol. ibi ait, ità factum fuiſſe, à Clement. VII. Pontific. de D. Tadeo. Bonon. & à Carol. Imperator. qui conſti-

Digitized by Google

conſtituerunt duos Tyrannos Vicarios, Pontifex Bononiæ, Imperator. in Lombardia, ſic facere ait Principem quando ipſe videt, quod quandoque vnus Tyrannus non poteſt deponi ſine magno exterminio eorum qui ſunt ſub Tyráno propter bonum eorum ipſum Tyrannum facit Vicariũ, vt ex hoc ille Tyrannus minus timeat, & minus populum grauet, & interim caſus occurret, per quem ſuadente iuſtitia ſine populi detrimento deponetur Tyrannus, & hoc Bart. tribus rationibus corroborauit, primo ſicut diligens nauta, curat ſaluare nauem ei commiſſam, tempore Naufragij proijcit viliora, & ſaluat pretioſiora. l. qui leuandæ. ff. ad le. Rhod. de iac. 2. ſicut etiam paterfam. diligens & prudens circa res ſuas. l. vt certo. ff. commo. 3. Sic facit Dominus iuſtus, & benignus eum Tyranno vel rebelle: nam pertranſit, quia ſimulare loco prudentia eſt, & loco exterminij eligit viam amoris, & beneuolentiæ, & facit eum Vicarium, vt poſſit ea quæ ſunt magna, & ardua reformare, vt de Phyſico, quando videt vnam infirmitatem, quæ non poteſt ſine magno periculo perſonæ curari, tunc curat ſuſtentare naturam infirmi, vt valeat adhibere medicamenta valida, & opportuna alioquin natura debilia fruſtratoria eſſent. Addo ipſe exemplum ſupra dictũ de Zizania, vt eradicando quod malum eſt, ſimul nõ eradicetur bonum, ſinite itaque creſcere, vſq; ad meſſem & in tempore meſſis dicam meſſoribus, colligite primum Zizania, & alligate eam in faſciculis ad comburendum: triticum autem cõgregate in horreo meo quod non eſt dicendum de vulpeculis, quæ ſunt auferendæ in totum, & à principio, ne lupi fiant, vt ait Salamo. ergo principijs obſtã. alioquin natura prona ad malum, in habitum conuerſa difficillimè mutatur, vt de delinquentibus conſuetudinarijs dicitur, ſupra ac de tot laboribus, & lachrimis, & clamoribus quibus D. Ieſus Chriſtus reſuſcitauit Lazarum quatriduanum & fętentem. At ſi ſtatim prouidere non iuuat, ſi poſtea benignitas Geminina Viperarum non mulcet, ſi beneficia non proſunt, ſi labores, ſi lachrimæ & clamores non proſunt, tunc extremis morbis extrema remedia vi. omnino infra ſub nu. 650. verſi. Hinc pro ſaluandis.

Nec vnquam laudabile penes me erit, quod Tyrannus occidatur, vt infra dicam, quamuis Seraph. Caſ. conſc. 42. videtur tenere, quod cuicunque priuato licitum ſit occidere Tyrannum ijs quattuor concurrentibus. Primo quando nõ ſuccedit in Regno, nec fuit electus, ſed Tyrannizauit paulatim Regnum, & Ditionem. Secundo quando non poteſt per ſuperiorem prouideri, aut prouidere non curat. Tertio quando Tyránia eſt in vniuerſum, & nõ ſuper re particulari. Quarto quando euidenter intuitu boni publici, & non priuati odij, fieret: vi. ſupra p. 2. nu. 69. & Seraph. d. caſ. 42. alleg. S. Thom. 2. 2. q. 64. ar. 3. & melius art. penul. at deficientibus ijs ſupra dictis nullo modo licebit. & cauetur in Concil. Conſtantienſi. ſeſſ. 15.

Et nota quod occidere aliquem pluribus modis contingit vno modo directè, altero modo indirectè, & per accidens. Item dupliciter idẽ fieri teſt, vno modo ea diuina reuelatione, & Imperio altero vero ex mera voluntate humana. Primo modo quando innocentes occidi diuino iuſſu in ſcripturis legitur. Secundo modo non licet ſine iuſſu Dei directè, & ex propria intentione in Bello inſto occidere, innocentem, Exod. cap. 25. Deuter. 25. Tertio quando indirectè, & ex accidenti in Bello iuſto non eſſe peccatũ, hæc apud Carbo. de reſtit. omn. rer. q. 62. me autem remitto in totum Sacr. patrib. & determinationi S. M. Eccleſ. nam vbi cauſa ſpiritualis, examinatur ita fieri debet.

Verum quo ad defendendum res ſibi neceſſarias à manibus furum, ſi fur occidatur, occiſor excuſatur, vt de colono qui licitè poteſt furẽ fructuum telo ſe defendentem occidere per text. le. itaque ad leg. Aquil. & ita tenet Caroc. trac. locat. p. 2. nu. 8. Multo magis excuſatus veniret, qui pro tuitione honoris & pudicitiæ ſuæ incideret in tale delictum, maximè quãdo aliter, vel aliunde defendi non poſſet. S. Tho. 2. 2. q. 64. ar. 4. quamuis Apoſt. ad Ro. c. 12. dicat. Non vos met ipſos defendentes chariſſimi, ſed loquitur contra obloquentes, & detractores, non autem contra pudicitiam facto attentantes, & monet ne cauſa odij, aut vindictæ quis ſe defendat, quo verò ad neceſſariam defenſam non vt tenet Seraph. Caſ. Conſcient. 39. de qua neceſſaria defenſione locutus ſum. in 2. par. num. 57. 64. 209. & in pract. de teſt. p. 3. nu. 251. & alibi. De Tyranno mox ſupra dictum fuit, & ſyntagm. iur. libr. 6. c. 20.

Sed ille verò Tyrannus dicitur, qui bannita pęnitus ęquitate, iniquitatem in omni re amplexus eſt. Quam in Rempublicam introduxit, & qui Tyrannica mandat in feſta corpori, & animæ, magnaſque moleſtias inferentia, vitioſas actiones, & voluptates, quę naſcuntur ex affectibus, vt apud Philonem Hebræum legitur. 2. libr. allegoriarũ. Bart. tract. de Tiran. & ſyntagm. iur. lib. 6. c. 20. vbi pro & contra, ſed non eſt malum in ciuitate quod non faciat dominus, ſi id ex cœlo intellige permiſſiuè propter ſcelus populi mei percuſſi eum, ſi de Domino temporali, quando caput dolet omnia membra languent.

Nunquid in delictis pœnitentiæ locus ſit, & regulariter (dico) quod re integra admittitur pœnitentia, vt per Doct. in l. ſi inſulam, de verb. oblig. l. qui ea mente. ff. de fur. & l. qui falſum, ff. de falſ. l. hoc edicto, §. ſi quis alienauerit, vbi glo. ff. de alie. iudic. mut. & admittitur in delictis nominatis, & innominatis, ordinarijs, & extraordinarijs. Bal. in tit. quæ ſit prima cauſ. amitt. feu. §. porrò. colum. 3. propè fi. Decia. de pœnis. in crim. læſæ Maieſta. lib. 7. c. 40. tom. 2. car. 133. vbi in d. crimine d. Reg. fallit. Bal. in auth. habita. col. vlt. C. ne fil. pro patr. Barto. in l. ſi quis non dicam, C. de epiſc. & cleric. Decia. loc. cit. quodque procedit in foro fori, ſecus in foro poli.

Fallit ſecundo in crimine hæreſis, niſi ſtatim, & in continenti ſponte ſe correxerit, c. ad abolendam. de hęret. glo. in c. damnatus. de ſum. Trinita. Anan. in ca. excommunicauimus. il primo de hæret. Boer. Deciſ. 341. & 343. ubi alios allegat. Decia. d. tract. tom. 1. libr. 5. tit. de defenſio. Reor. cap. 37. num. 44. Paul. Ghirlan. de hæret. q. 5. nu. 1. & 2. quamuis non deſit pati aliquam pœnitentiam ſecretò, vt per eundem Decia. d. lib. quinto, titu. de pœniten. hæret. cap. 54. nu. 34. & 35. Clar. §. Hæreſis, verſicu. ſed quæro. Boſſ. eodem titulo, num. 46.

Fallit tertio in cauſa ſimoniæ. S. Anton. in ſua ſumm. tit. 1. c. 5. §. 10. col. 1. verſic. item ſi pro recept. Illuſtr. Card. Caieta. in eius ſumm. in verb. ſimonia, col. 5. verſic. ex eo autem. Decia. tom. primo, lib. 5. tit. Quib. in cauſ. ſimo. non contrahit, ca. 84. ſub nume. 27. & intellige. quando iam aliquid receptum fuiſſet, at ſi ſolum fuiſſet mentalis, tunc peracta pęnitentia videretur dicendum.

Nauar.

Nauar.confeſſ. cap.23.nume.111.verſicu. Pœna ſimoniaci.

Fallit quarto contra falſo ſcienter data opera accuſantes, quoniam, licet antequam nomen rei ſit receptum inter reos, deſiſtat, non prodeſt pœnitere maximè in delictis exceptuatis, vt de hære ſi Clar.§.fin.q.60.verſi. fin quandoque vbi refert Cynum habuiſſe in facto. per l.fin. vbi Aret. nu. 3.C.de accuſ.

Fallit quinto in Barataria. Bal.in l.generaliter, §.ſi igitur, ff. de calum. nam barataria in quid minimo committitur, & inter cauſas capitales enumeratur B l.in l.furti, §.pactum, ff.de infam. Caſtald de ſyndic.c.ſeq. nu.67. Put.eo.tract. in uerſi. Barattaria, ca.1. ſub nume.4. Iaſ.de act.§.quadrupli.nu.81.

Fallit ſexto quando quis deliquit in facto permanenti, vt in vulnere, vel percuſſionibus: Nam facta pro infectis haberi non poſſunt, l. non dubium, C. de leg. ſecus in ijs quorum veſtigia non remanent, & poteſt adhiberi remedium, vt in furto reſtituto, ante accuſationem. Bald. in l.ſub tracta. C.de fur. Fulgoſ.in l.ſcire, §.1. de verb.oblig. vi.omnino Menoch.de recup. poſſ. remed.9.ſub nume.149. vbi veriorem dicit, ſimiliter ſi iniuria erit verbalis, poterit contraria proteſtatione reuocari, & tolli. Clar.§.iniuria, verſi.fin. licet contrarium, videatur teneri in practica. Sed in hoc vi. quæ dixi in 2.par. ſub nu.259.& Docto.in l.quod calore, vbi Dec.nu.9.de reg.iur. Luc.de Pen. in l. omnes. de Decur.lib. 10. Plot.in l.ſi quando, nu. 271.cum ſeq. & Salyc. in l.ſi non conuitij.col.2. C. de in iur. vbi optimè diſtinguit. cuius diſtinctio demulſit aures Senatus Mediol. vt refert Boſ. in tit.de in iur.ſub nume.22.tenens quod aliqualem pœnam is non effugiet. ſed teneo quod erit in arbitrio iudicis, qui ceſſante cauſa ſcandali leuiter admodum ſe ferre deberet, facit quod dixi. in 4 par.ſub num.236. & in puncto per Plot.conſi.131.nu.17. Bertazol.conſi.307.vol.2.

Qui Bertazol.in raptore mulieris qui extra domum illam rapuit, ſed ſtatim pœnitentia ductus, intactam in domum ſuam citò repoſuit idem vt ſupra tenet. per Doct.in l.ſi quis non dicam.cum glo.C.de epiſcop. & cleric. & dixi par.quarta, ſub nume. 92.

Idem quoque ſentit.in exportante bladum cõtra deuetum: Nam ſi in itinere, antequam ad locum deueti perueniret, is pœnituit, & reportauit bladum in loco, vbi habuerat excuſatur. ad trad. per Rip.tractat.de remed.ad Vberta. conſeruan. num.75. relatum a Menoch. de arbitr. dicto caſ. 360.num.11.

Idem in prohibitæ executione, vbi uiolentia permanens non interuenerit: quia ſi ille, qui prohibuit, mox pœnitentia ductus, executoribus patens aditum exequendi præſtitit, dum executio durior, non fuerit effecta, ſiue in rem, ſiue in perſonam, excuſatur, vi. in 2. pari. vbi de reſiſtentia, & ibi hæc quæſtio ſatis examinata fuit Doct. in d.l. ſi quis. C.de epiſc.& cler.

At in ſimplici inſultu, ſi inſultans ſtatim debitam ſatisfactionem inſultato dederit, animumque pœnitendi ei oſtenderit, tunc excuſabitur, licet Bal.in d.l.ſi quis. in 4.opp. C.de ſacr.ſanct.eccleſ.teneat contrarium, ſed Menoch.a quo allegatur. de arb.iud.d.caſ.360.ſub nu.13. æquitatis partem ſequitur & opinio Bal.locum haberet quando inſultans aliquod ſignum pœnitentiæ non oſtenderit, verum & in arbitrio iudicis erit conſiderare qualitatem perſonarum, & iniuriæ aequa occaſione natus ſit: quia temerarij ſunt reprimẽdi.

Fallit ſexto in apoſtaſia. l.qui ſanctam. C. de apoſtat. Menoch. d.caſ.360.num.12. Boer.d.Deciſ.341.ſub nu.1.

Fallit ſeptimo quando pœna eſt impoſita ipſo iure & facto, gloſſ.in clem.ne in agro, §.vero. de ſtat.monach. Bal.in auth. habita.col.vlt. C.ne fil. pro patr. Bal.& alij, in d.l. ſi quis non dicam, C. de epiſc.& cler.

Octauo fallit in omnibus caſibus. in quibus punitur affectus, quamuis non ſequatur effectus de quibus partim dixi ſup.cæterum pulchrè explicat omnes D.Menoch. d.caſ.360. vbi enumerat crimen læſæ Maieſta. raptus virginum. intellige, vt ſup. homicidij data opera, aſſaſſinij, Veneficij, adulterij: ſodomiæ, vel cum brutis, crimen ſaccularíorum. Parricidij: falſæ monetæ: infantem neccare: vxoricidij, in rebus Domini perſuaſionis prauæ; ſeditionis; ac aliorum quam plurium delictorum atrociſſimorum, vſque ad nume.34.& per Soc.Reg.31.in ver.conatus, & Menoc.in not.addit.ad d.caſ.364. vbi & ipſe quoque condolet de amico, & compatre ſui D. Deciano. ex quo in tract.crim.libr.9. cap.28. ſub nume.4. non commemorat ipſum D. Menochium authorem, et ipſe poſſem de alio dicere oderunt me gratis: nam qui reddit mala pro bonis non recedet malum de domo ſua Prouerb.17.porrò honor eſt honorantis, vt in propoſ.dicit Euerar. in procur. ſuæ Centu. ſed forte excuſandi prætextu obliuionis, vel manuenſium omiſſionis, At quid dicendum quidve cogitandum de illis, qui cum non ſint apti edere typis, alienos labores, iam bis decem typis editos, & penes magna tribunalia, vt Romæ, Napoli, Mediolani. Genuæ, & alibi paſſim approbatos, tum in Hiſpania, tum in Gallia, quàm in Germania, nedum in Italia, nihilominus, illi abortent ſcripta talium authorum, quorum non merentur eſſe diſcipuli, & cum liuorem per eorum ſcripta oſtendere nequeunt, ſaltem ore tenus profitentur bannire libros aliorum nedum penes ſe, ſed ab eorum ſtudio, & a fide aliorum Doctorum auertere, & alij quoque repetiuntur, qui ob aliquod latens odium, malunt litem ſuam facere, quam in iudicando ſequi ueritatem ſcriptam in libris digniſſimorum authorum nimirum: quia ubi ſuperbia, ibi contumelia, ubi autẽ eſt humilitas, ibi & ſapientia. Prouer.c.11. & qui euitat diſcere, incidet in mala. Prouer.17. & contra huiuſmodi iudices facit Apoſt.ad Rom. ca. 1. Qui cum iuſtitiam Dei cognouiſſent, non intellexerunt: quoniam qui talia agũt digni ſunt morte: non ſolum qui faciunt ea, ſed etiam qui conſentiunt facientibus, hæc ſunt uerba Apoſto. heu miſceri, an ignorantes quod maios eſt quod amittunt, quàm qood acquirunt apud Deum, & homines quibus dici poteſt, ſi illis non creditis, credite ſaltem doctrinis eorum, an neſeitis fratres, quod ignorare nobis non licet dotem veſtram, vt ait Hoſt.in prin. ſuæ ſum. an ſanguinis, & nobilitatis veſtræ obliuiſcimini, & ſi caretis naturali nobilitate, cur acquiſitam reſpuitis, porrò, nec rure, nec à ruralibus talia fierent, nonne æſtis, & uos homines, cur inhumani, non timetis Deum, cur detractores, nonne facti ſitis ad ſimilitudinẽ Dei, cur naribus aduncis, cur labijs reuolutis, cur auribus quaſſatis, & tandem cur de proximo ueſtro muſſitatis reſipiſcite chariſſimi, & nolite indignari fratribus, & patribus ueſtris omnis enim qui iraſcitur fratri ſuo homicida eſt. unde Salomo. in Prouerb. c.3. Remoue à te os prauum, &

detra-

Digitized by Google

detrahentia labia ſint procul à te. Oculi tui recta uideant, & palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos. Dirige ſemitam pedibus tuis, & omnes viæ tuæ ſtabilientur. alioquin, eadem quippe mēſura qua menſi fueriſtis, menſurabimini, vel remittetur vobis. Luc. cap. 6. Nunquid poteſt cęcus cęcum ducere: nonne ambo in foueam cadunt, non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum, & Euangel. concludit. Perfectus autem omnis erit, ſi ſit ſicut magiſter eius, Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ in oculo tuo eſt, nō conſideras, aut quomodo potes dicere fratri tuo. Frater ſine eijciam feſtucam de oculo tuo: ipſe in oculo tuo trabem nō vides, hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo: & tunc perſpicies, vt educas feſtucam de oculo fratris tui. ſic apud S. Luc. Euang. cap. 6. & quod vni dico omnibus huiuſmodi dico charitas Dei, & dilectio proximi ſit ſemper nobiſcum. Amen.

Nunc redeundo ad octauam fallentiam circa affectus punitionem, declara quod affectus de conſuetudine non punitur, ſi pęnituit, nō autem ſi quis in executionem poni nequiuit: nam ceſſante pœnitentia ceſſat indulgentia. c. cum ceſſante, de app. & eſt gl. in c. item ſi fidelis, vbi Afflict. nu. 30. de feud. tit. quib. mo. feu. amitt. per le. qui falſam. ff. de falſ. & per glo. in c. 1. §. ſed & qui delator. tit. Quæ ſit cau. benef. amitt. vbi etiam Bal.

* Et cum de æquitate in pœnalibus ſit ſermo noſter, quid in prætorijs ſtipulationibus? & in eis dixi locum habere æquitatem, ſi non in totum ſaltem in parte & adduxi exemplum, de illo qui fuit è carcere relaxatus, & ei domus propria aſſignata fuit pro carcere, ſub fideiuſſore de non diſcedendo donec, vel ſine licentia &c. Qui ſi ſuo marte diſcedit & redijt, non incurrit in pœnam promiſſam vt in 2. par. num. 240. & in hac ſupra nu. 99. in fi. quia æquitas non patitur, ut ſi quis id non fecerit in contemptum nec fiſco aliquid deperit, nec alteri quod rigor prætoriæ ſtipulationis locum habeat vt ibi dixi. Nam ſi fideiuſſio fuit data pro cautanda perſona tunc, ſi perſona adſit, non eſt locus pœnæ Farinac. titu. de carcer. & carcera. q. 30. ſub nu. 71. vbi rationabili quadā æquitate intuenti, hoc procedere ait. per Ro. conſil. 193. poſt nu. 1. Oſaſc. Deciſ. 70. nu. 13. & ſequ. ſecus ſi fuiſſet in domo arreſtatus cauſa ſcandali euitandi, quia in duobus contraueniſſe dicitur, primò contra ſtipulationem prætoriam & præceptum iudicis ſecundo quia per eum non ſtetit quo minus ſcandala oriri non poſſent. Hinc dixi quod confitenti delictum pars pęnæ remittatur, niſi delictum fuerit geminatum ſub nu. 202. ver. redeundo. p. 3. & vi. p. 1. ſub nu. 152. p. 5. nu. 275. facit tex. in §. ex hoc vere iubemus in auth. nulli Iudic. coll. 9. e. ſi quis iratus fuerit in ver. iterare. 2. q. 3. idem quando quis ex Clementia Principis eſſet excarcerandus, quia ſi bis fuit carceratus nō gaudet tali gratia ut in l. 3. vbi Doct. C. de epiſ. audi. attenta enim cauſa finali pro qua fuit arreſtatus non poteſt, is excuſari in totum, & ideo cum fiſco poſſet deueniri ad aliquam compoſitionem in hoc caſu, remiſſo rigore, & ſuadente æquitate Farinac. d. q. 30. nu. 77. vbi inclinat in hanc partem & ita extimo locum habere op. tenentium contrarium at in primo caſu nullo modo pœna promiſſa loco habere deberet.

Et ijs diebus irriſus ſum de quodam notario, qui neſcit calles neque terminos, auſus eſt dicere quod areſtatus in domo pro carcere ei ſub fideiuſ-

* ſore aſſignata, non dicatur in carceribus, ſtante ſtatuto quod nullus malefactor audiatur niſi ſit carceratus: nā ſatis in carceratus eſſe dicitur, qui eſt in domo vel alio loco detentus de ordine iudicis pulchrè Maſcar. de probat. concluſ. 280. num. 4. Ang. in l. 1. C. de priuat. carcer. & in leg. qui in carcerem. ff. quod met. cau. Ang. de malef. in ver. Qui Iudex num. 14. & alios quam plures, in propoſ. alleg. Farinac. de carcer. q. 27. num. 11. q. 30. nu. 51. & 52. Nam non ſolum quis dicitur in carceribus quando moratur ſub claue detentus, ſed etiam quando ſine claue ſtat in certo loco à quo diſcedere non valet ſine licentia, & maxime ſub cautione Caualcan. Deciſin. 14. nu. 1. 4. & 5. part. 5. quem vi. etiam in Deciſ. 28. ea. 5. part. vbi quid circa fugam.

Tandem in pęnis ubi lex figit pedem, non debemus, ulterius quærere Cagnol. in d. l. in pœnalibus. cir. fi. de reg. iur. at licet pœna eadem plecti debent omnes qui inter fuerunt dolosè homicidio ut l. 1. ad leg. Cornel. de ſicar. nihilominus ſi multi fuerint, ſolent duo uel tres tantum morti tradi, cęteri uerò ad perpetuos triremes. l. aut facta ubi Doc. ff. de pæn. Clar. qu. 60. dixi in 4. part. ſub num. 154. unde S. Aug. Sen. Melius enim eſt ut pereat unus quam ut pereat unitas, & æquitas & rigor in refectione damnorum, ſunt adeo cōcōrdes, quod abſolutus à pœna non intelligitur à damnis dixi ſupra nu. 287. & 288. par. 4. & pulchre per Surd. Dec. 261. maxime conſtito de calumnia accuſantis per l. 3. C. de abolit. In dubio tamen reus eſt abſoluendus. l. non puto. ff. de iur. fiſc. Crauet. conſi. 6. num. 28. Bertazol. conſi. 166. nu. 49. & ſemel abſolutus amplius moleſtari non debet. c. de ijs accuſat. Dec in l. nunquam actiones nu. 5. de reg. iur. idem in conſi. 227. Sed quia hæc altiorem requirit indaginem, remitto ad ea quæ ſupra dixi par. 4. ſub nu. 275. cum mult. ſeq.

AEQVITAS IN RESCRIptis. Cap. XII.

311 IN reſcriptis etiam ęquitas locum habet: nam ſi aliquid alicui commiſſum ſit, in dubio intelligitur ſecundum ęquitatem, qua mediante iudex, vel delegatus regulari debet, vt not. Bal. in l. ædem. ver. ſed quod pro vno nummo. in fi. C. locat. refert Dec. in l. in omnibus quidem, ſub nu. 4. Nec per quæcunque reſcripta, nunquam iuri tertij derogatum cenſetur, l. 2. §. ſi quis a Principe, & §. meritò, ff. ne quid in loc. public. Bart. Iaſ. & alij. in l. fi. vbi glo. C. ſi contr. ius vel vtil. public. etiam ſi motu proprio. Reſcribatur. Rot. Rom. Deciſ. 445. in antiq.

Quinimo ſemper ſubanditur, hæc clauſula ſaluo iure tertij. idem Bal. in l. 1. C. de conſti. princ. & in l. monumenta, C. de leg. Bart. in l. dotalem,
312 ff. de teſtam. milit. & quando aliquid cōceſſum appatet in præiudiciū tertij, præſumitur per obreptionem, & quod Princeps fuerit circumuentus, vel propter importunitatem conceſſerit. Barto. in proœm. digeſtorum §. omnem, col. 2. & in fi. ver. Item quæri glo. quid de reſcripto. & glo. in cap. 1. in ver. noſcatur. de conſtitu. in 6. vi. in hoc propoſ. ſupra par. 1. ſub num. 246. & quæ infra ſequuntur in dubio tamen reſcriptum præſumitur iuſtū.
* Bal. poſt Cyn. in l. reſcripta. C. de prec. Imper. of
313 fer. Riaz. reg. 72. vnde qui vult impugnare reſcriptum.

Digitized by Google

ſcriptum. tenetur incumbentia facere, l. qui accuſare. C. de eden. & intellige quod ſi impugnatur de falſitate, tunc impetrans tenetur docere de veritate. At ſi impugnatur de veri taciturnitate, tūc ipſe impugnans probare debet. vt per Io. And. in c. 1. de lit. conteſt. quem cū alijs adducit. Dec. in c. porrecta. ſub nu. 12. de confir. vtil. vel inutil. & ita intelligendus eſt. D. Borgn. frater meus. in Deciſ. 37. ſub nume. 37. p. 2. & not. quod licet impugnare circa verba, & mentem reſcribentis, nō autem circa voluntatem, vt inf. dicam, & potius impugnari permittitur tāquam falſum, quam quod princeps ius alicui tertio tollere voluerit. Meno. de præſc. libr. 2. præſ. 9. nume. 7. & ſi verba reſcripti non conueniant æquitati, poſſunt impropriari contra propriam eorum naturam. Menoch. vbi ſup. nu. 3.

Hic obiter quæro de eo, quod ſæpè, non ab re, in controuerſiam venit: nam quandoque Princeps in fine precum reſcribit. *non altro*, & pars adhuc alias preces porrexit in quibus aliquam aliam rationem in primis precibus, non deductam deduxit ex qua Princeps mādauit informari parte citata (vt moris eſt) qua in formatione audita, Princeps reſcripſit, *ſe ne rimette a gli ordini*. Quod reſcriptum ſæpè interpretatum fuit eſſe, ac ſi princeps reſcripſiſſet *non altro*. & ſic de negatorium, veruntamen, ſuper hac re quid ſentiam mihi videtur memoria recolere id quod alias dixi ſub nu. 59. & 60. in quinta par. ad quem locum te remitto, nunc in propoſito dico, quod ubi agitur de mera iuſtitia, & appareat de iniuſtitia proueniente contra ordines, ut puta contra caſum legis aut ſtatuti, tale reſcriptum, uidelicet ſe ne rimette a gli ordini, non ſeruit de vento, imo operatur reſtitutionem aduerſus ſententiam, factum, aut reſcriptum contra ordines obtentum, quia ſi primo quia ſi ratio, ſeu cauſa allegata in nouiſſ. precibus, non fuiſſet digna cōſiderationem, princeps, non reſcripſiſſet, *informaſi citata la parte*, ſed reiecisset, poſtquam iam reiecit, *con non altro*. adeo quod princeps fruſtratoria remedia non introducat, ar. l. quæ bis idem. de ſtip. l. hæc ſtipulatio. §. Diuis, ff. vt legat. cauſa. & in prœm. inſtitu. imo quòd iubet, & vetat id ſumma rationem facit. & ſi quid perperam factum eſſe cognoſcit ad ordines, & tramites iuris reducere ſolet, atque annullat, & emendat, c. veritatis. de dol. & contu. dixi ſup. in prima par. ſub nume. 246. Quod eo magis procedit, quando hoc reſcriptum, *ſe ne rimette a gli ordini*, eſt conforme ordinibus, & legibus, ac ſtatutis cum quibus princeps præſumitur velle ſe conformare, & talis præſumitur fuiſſe mens principis qualis diſpoſitio legis, l. digna vox. C. de leg. & præſumitur reſcribere pro ut iuris niſi addiderit clauſulam derogatoriam. glo. in auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt. de ijs ſup. in d. 1. par. ſub num. 248. & ſi quandoque aliter reſcribat, vt puta *non altro*, per quod videatur iniuſtum, tamen nō eſt de mente principis id facere, ſed malè informantis, ab quo præſumitur circumuentus, vt d. nu. 246. & ideo non importat dictum reſcriptū, *ſe ne rimette a gli ordini*, ac ſi dixiſſet, *non altro*, imo iniquitatem ſaperet, quæ procul eſt a bono, & iuſto principe, præſertim quando ageretur de præiudicio tertij Cano. in c. ad aures. vbi Rip. nu. 45. de reſcr. ad hoc Caualca. alios allegans. Deciſ. 41. num. 53. 54. & ſeq. 1. Quinimo quando eſſent duo ſtatuta, vel duo reſcripta, tunc illud eſt attendendum per quod res reducitur ad viam iuris, maximè quando non agitur de mera gratia, ſed de mera iuſtitia. & attenditur id quod eſt ſecundum ius, & iuſtitiam, & non contra ius, & iniuſtitiam, Cor. conſi. 119. circa primum. col. 5. libr. 2. & conſi. 48. Quoniam libr. 3. & nullus de hoc dubitat. Secus eſſet ſi in reſcripto princeps diceret, *mi rimetto a gli ordini gia dame, ò da noi dati*, nam tunc videretur ſe conformare, cum præcedente reſcripto. *Non altro*, idem quando ageretur de mera gratia quam prima vice princeps denegaſſet, & ſecunda vice, reſcriberet, *ſe ne rimette a gli ordini*, quoniam idem eſſet, ac ſi dixiſſet *non altro*, & hæc ſub correctione dicta ſint.

314 Nam reſcriptum contra æquitatem, & contra ius naturale non ualet glo. in l. fi. Cod. ſi contr. ius uel vtil. pub. & ibi Doct. ſi uerò conceditur cōtra ius gentium, uel ciuile ualet, quando cum cauſa æqua & iuſta in eo expreſſa Princeps reſcribit Bar. in l. 1. col. ult. uerſ. Sed an poſſit. ff. de conſtit. princip. Rot. Ro. Deciſ. 356. Sed oportet vt in eo adſit quoque clauſula non obſtante Bal. d. l. fi. C. ſi contr. ius vel vtil. publ. idem in d. l. reſcripta. de præc. Imper. offer.

315 Hinc prudentes conſiliarij in reſcriptis derogatorijs, & gratijs apponere ſolent clauſulas de plenitudine poteſtatis, ex certa ſcientia, motu proprio, & contrarijs non obſtantibus, quibus derogamus, & in terminandis cauſis grauibus, & periculoſis, ſolēt apponere, & imponere perpetuum ſilentium, & pœnam contradicenti, ſeu contra facienti Reſcripto & eo magis quando illud eſt derogatorium ſtatutorum, aut priuilegiorum, vel vltimæ voluntatis, & quando plura obſtarent, tunc non ſufficit ponere clauſulam generalem uidelicet. Non obſtante. Sed poni debent clauſulæ ſpeciales eſt derogatoriæ vnicuique obſtantium per l. ſi non lex Aelia. ff. de hær. inſtit. Bald. in l. 1. C. de fur. Iaſ. in l. beneficium ſub nume. 31. verſi. Quinto de conſtitu. princ. quibus in locis habetur quod mentio fieri debet omnium illarum rerum quæ obſtant ad hoc ut reſcripta ſemper firma maneant ne argui poſſent non fuiſſe cogitatum propterea poſſet apponi alia clauſula ſiue cogitatum, ſiue non cogitatum vel tam ſuper cogitatis, vel quam ſuper non cogitatis, at ſi gratia, aut priuilegium, non reſpiciant intereſſe tertij ſed ſolum bonam volūtatem, & liberalitatem Principis, tūc tat eſt motus proprius. De qua per Rot. Ro. Deciſ. 27. alias 332. nu. 4. in antiq. & Deciſi. 29. alias 489. eo. Lapp. alleg. 7. nu. 9. vbi dicit quod motus proprius facit extendere gratiam ad id quod alias non comprehenderetur ſine motu proprio: & ibi multa alia, circa clauſulam iſtam, motu proprio: & non nulla alia ſtatim dicam.

316 Cæterum ad tollendum vitium ſubreptionis vel obreptionis, & ad euitandum circuitus circa preces in quibus agitur de intereſſe tertij. Princeps, vel Senatuſconſultum ſolet antequam deliberet, ſe prius informare citata parte per l. de uno quoque. ff. de re iud. quod minimè omittendum circa reſcripta iuris, & ad lites; nam etſi talia reſcripta ſint ſecundum ius, nihilominus pars cōtra quam reſcriptum impetratur, ſi non fuiſſet citata, grauari & conqueri poſſet, niſi motu proprio conceſſio fieret, vel reſcriberetur, de cuius clauſulæ ui, vltra ea quæ mox ſupra dixi ipſa tollit qualitates extrinſecas, non autem intrinſecus. Celſ. Vgo. tract. clauſ. De reſcript. vt puta, non aufert curam beneficij, nec lædit ius tertij nec ampliat gratiam, ſecundum Vgo. ſecus ſecundum Lap. d. alleg. 7. nu. 9. Sed plus efficaciæ habet gratia cum motu proprio, quam ſine eo, nec motus proprius indu-

Digitized by Google

inducit diſpenſationem irregularitatis, nel alte-
rius inhabilitatis Rot. Ro. Deciſ. 114. licet in
Nou. & Deciſ. 445. motus proprius in antiq. &
de multiplicibus effectibus huius clauſulæ motu
proprio vide D. Menoch. de arb. caſ. 201. 202. vbi
latiſſimè per tot. qui ait tollere vitium ſubreptio
nis, non autem inhabilitatis, nec falſitatis, nec
vitium intruſionis, & pulchrè per Bertazol. in
criminal. conſi. 478. lit. g. vol. 2. car. 278.

317 Veruntamen non requiritur citatio, nec alia
informatio (ſcilicet parte citata) quando Prin-
ceps, ſine ea fuiſſet rationabiliter motu proprio
conceſſurus, quod ſupplicatum eſt, pro ut fieri ſo-
let in reſcriptis præſertim merè gratiæ. Diſpenſa-
tionis, priuilegij, & quando abbreuiatur modus li
tigandi, concediturque tempus, & ſimilia, ex qui
bus, nihil deperit parti aduerſæ, c. quod ob gratiā
cum concor. de reg. iur. in 6. & ad hunc propoſ. vi
de omnino quæ dixi ſupra in 5. par. ſub nu. 59. lit.
B. & C.

* *Secus in ſententia quæ ſine citatione*, etiam in
fauorem partis abſentis, non tenet in ciuilibus,
quia citatio peremptoria habet vim ſtipulatio-
nis ſecundum Bar. in l. eam quam. C. quomo. &
quan. Iudex, & hoc de rigore, ſecus de æquitate
quando proceditur ſola facti veritate attenta &
extraordinariè, quia tunc ſententia tenet. l. quod
fauore de leg. l. properandum. ff. de iudic. Alexan.
conſi. 114. nu. 3. & 4. vol. 6. maxime quando non
affertur alia ratio, niſi quia non fuit citatus per
Vent. tit. Qualiter ſenten. nu. 107. Et dictū Vant.
in tit. de null. ex defect. cit. nu. 10. procedit, quan-
do nunquam qui ſententiam obtinuit fuiſſet cita
tus, nec partem aliquā in iudicio feciſſet ut alias
de hac redixi. Sed ſi ſtatutum daret formam citā-
di, & annullādi actum tunc omnino citatio eſt
neceſſaria per ea quæ dixi ſup. nu. 135. cum multi
ſeq. & infra ſub nu. 500.

318 Et ſciendum eſt quod qui ignoranter ſuppli-
cando aliquid narrat non narrandum, de æquita-
te excuſatur cap. gratia de reſcrip. ex quo caret do-
lo ignorantia vt inquit ibi Io. Andr. in ver. ignorā-
tia nec vitiatur reſcriptum quando in precibus
eſt aliquod patens mendacium quoniam præſu-
mitur per errorē dictum l. 1. ff. de iur. & fac. igno.
maximè quando non obſtante illo verbo men-
dacij, adhuc reſcriptum fuiſſet concedendum: nā
* vti fruſtatorium non attenditur illud quod men
daciter dictum eſt, & ſuperflua ſunt reſecanda
Spec. de teſt. §. iam de interrogatorijs, col. 1. ver.
habita & ſuperfluitas, non vitiat vt colum. 7. ver.
& nota & in propoſ. Car. in clem. ſi Romanus
in fi. de præben.

319 Et reſcriptum dicitur ſubreptitium ex narra-
tione eius quod non eſt, & obreptitiū ex tacitur-
nitate eius quod eſt, vt in c. ſuper literis de reſcr.
vnde per ſubreptionem aut obreptionem reſcri-
ptum vitiatur, l. ſed ſi hac §. patronum cum gloſ.
in vero per obreptionem. ff. de in ius voc. & ni. in
pract. de teſt. par. 1. in princ. Sed in gratioſis, quan
do taciturnitas, at per ignorantiam excuſatur vt
320 ſupra à punitione mendacij, vel taciturnitatis,
de qua in c. ſi quis Imper. & tit. de prec. Imper. of
fer. Sed reſcriptum vitiatur Lapp. allegat. 89. nu-
me. 3. intellige cum temperamento de quo ſupra
ſcilicet, quando expreſſio impediret, vel eſſet no-
citura.

321 *Si autem in precibus plures cauſæ narratę fue*
rint quarū aliquæ falſæ aliquæ verè ſunt, eſt pōde
randum in hac ſtatera rigoris, & æquitatis, ſuper
quibus Papa, aut Princeps motus fuerit, ad re-
ſcribendum, quoniam ſi ſuper veris reſcriptum
erit fundatum in mente reſcribentis, illud vale-
bit ſecus, ſi ſuper falſo, quia reſcribens cogitauit
id quod falſo narratum comperitur, fuiſſe verum
l. ſæpè. de ver. ſig. c. 2. de reſcr. Lapp. allegat. 23. nu
me. 6. in fi. vi. infra ſub nu. 477.

Hinc cuidam religioſo reſponſum dedi mecū
ſequentem caſum conferenti, & eſt quod ſi quis
narrauit D. Papæ quod ſupplicans copulam car-
nalem contraxerit, cum affine, & ideo diſpenſa-
tionem petijt. Papa vero ad euitanda ſcādala mo
tus conceſſerit vt in matrimonium coniungi va
leant, dummodo non copulauerint animo & in-
tentione obtinendi diſpenſationem, vel dummo
do ignoranter narratum ſit copulam expleuiſſe
(licet non expleuerint intus clauſtra) vt mihi
narratum fuit, dixi diſpenſationem ualere, quo-
niam ſat eſſe videtur quod in rei veritate copulā
expleuerint ſed an intus, aut foris vuluæ, non fuit
cōſideratum in reſcripto. Vnde Papa motus fuit
(vt creditur) ad euitanda ſcandala, & ea cōditio-
ne, dummodo iſti rem carnalem ſimul non ha-
buerint, cum hac principali intentione intra ſe ſe
dicentes, agamus, quia Papa nos diſpenſabit, at ſi
principalis intentio fuit explendi libidinem (vt
veriſimile eſt) & ſecundario contrahendi matri-
monium, ſpe obtinendi diſpenſationem, Di-
ſpenſatio obtinet, Salua ſemper determinatio-
ne Sacro Theologorum, & motus fui: nam
ſi de quo magis ineſſe videtur & ineſt, ergo de
quo minus c. cui licet vbi Deci. & Cagnol. & fa-
cit text. in l. ſolemus. §. latrunculator. ff. de iudic.
de reg. iur. in 6. de hoc dixi ſupra in 4. par. nu. 411.
& 412. conceſſa fuit diſpenſatio ob copulam ſecu
tam, multo magis conceſſiſſet eam ſi copula non
fuiſſet ſecuta: nam duo reſpicit diſpenſatio. 1. cir-
ca affinitatem ſecundo circa copulam & ideo di-
xit ad euitanda ſcandala. Et oſculum palam quo
ad ſcandalum, maius eſt ſimplici fornicatione oc
culta. vnde dici ſolet, ſi non caſtè, ſaltem cautè ra-
* tione ſcandali euitandi vt dixi in 4. par. nu. 94. &
239. & in propoſ. vi. in pract. de teſt. p. 3. nu. 187.
cum ſequ. Qua de re ſi plus in precibus narratum
ſit, quam factum extitit, dummodo ad finem ob-
tinendi diſpenſationem, non fuerit illud plus nar
ratum, diſpenſatio tenet, fauore matrimonij ad
ea quæ ſupra dixi nu. 264. & ſi is ſcrupulum pec-
cati) propter tale plus in precibus dictum haber,
extimo quod confitendo ſacerdoti, & dicendo ſuā
culpam abſolutionem obtinebit. At ſi is expo-
ſuit minus quam factum ſit, veputa narrando o-
ſculum, & tacendo copulam, non tamen ad finē
obtinendi diſpenſationem, nihilominus diſpen-
ſatio tenet, ut quia ad euitanda ſcandala dicatur
conceſſa, ut colligitur ex Couarru. varia. reſolut
§. 10. nu. 12. 13. 14 par. 2. tom. 1. facit in ar. d. au-
then. multo magis. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. Nam
ſi de quo magis ineſſe videtur, & ineſt, ergo de
quo minus, c. cum in cunctis. vbi glo. de elect. di
xi ſup. in 4. par. ſub nume 411. & 412. & ſi copula
intus non fuit expleta ſat eſt deuentum fuiſſe ad
aliquem actum proximum: nam plus, & minus
non faciunt differre ſpecie, quando ſubeſt eadem
ratio in materia gratioſa, & per quam ſcandalis
obuiam itur. Dec. in l. cui debet. ſub num. 6. ver.
ſed vt dixi. de reg. iur. glo. in c. quia & ibi Dec. de
322 præben. tenens † quod diſpenſatio trahitur ad
acceſſoria maximè fauore animę. idem Dec. in c.
at ſi clerici, nu. 97. de iudic. Dyn. in c. cui. de regu.
iur. in 6. Couarru. uaria. reſolut. par. 2. §. 10. num.
6. tom. 1.

Quinimo

Digitized by Google

* Quinimmo per ſolum oſculum libidinoſum daretur occaſio magna ſcandali, ad hoc in prse. de teſt. p. 3. nu. 187. cum ſeq. & ſic diſpenſatio tenet per ſupra dicta.

Nec obſtare videtur quod ait Fely. in c. quod ſuper ijs ſub nu. 2. de fid. inſtru. Quoniam iſta nõ dicitur falſa cauſa, quia verè inter iſtos affines contactus libidinoſus interuenit, at quod copula intus, vel extra clauſtrum virginale expleta fuerit, in hoc (quo ad diſpenſationem euitandi ſcandali cauſa) parum refert. Nam (quod maius eſt) cum diſpenſator præſuppoſuerit, quod effectiuæ (prout narratum eſt) iſti rem carnalem ſimul habuerint nedum propter ſcandali cauſam, ſed & propter ſtuprum diſpenſaſſe dicendum videtur.

323 Quod ſtuprum non fit per ſolum contractũ extra virginale clauſtrum, ſed quando virginalis integritas corrumpitur. c. lex illa 36. q. 1. S. Th. 2. 2. q. 154. nu. 6. Mando. conſ. 71. nu. 1. vol. 1. Rim. iunio. exempla trad. in conſil. 199. nu. 25. vol. 2. Barat. ad Clar. §. ſtuprum cir. princ. Menoc. de arbit. caſ. 294. vbi latè.

324 Hinc eſt quod diſpenſatio ſuper caſu ficto, in quo reſultat idẽ effectus, quod in caſu vero, quo ad id de quo quæritur, tenet de æquitateque extenditur de caſu vero ad caſum fictum vt in leg. Gall. §. & quid ſi tãtũ. ff. de lib. & poſth. pulcbrè Euerar. in ſua Centur. loc. ab æqu. poll. verſ. ſed ſi quæratur lit. B. C. D. & Conarru. loc. ſupra cit.

Alius caſus inde accidit, quod dum ſperaretur, ab impetrante obtinere diſpenſationem, hac ſpe, non expectans eam habere is copulam expleuit, tanquam ſponſus, iam ab utraque parte fide matrimoniali præſtita, poſt quam copulam diſpenſatio præſentata fuit, & reſpondi reſcriptum vires
325 habuiſſe quoniam attenditur tempus datæ, nõ autem præſentationis, in huiuſmodi caſibus vt per Abb. in c. dilectus ſub nu. 7. & ſeq. de præben. vbi magiſtraliter diſtinguit, & ratio eſt quia actus copulæ non dicitur factus in tempore prohibito, cum iam per Pontificem fuerat diſpenſatũ, licet ſponſus id tempore copulæ ignorauerit ſed ſperauit obtinere ar. l. quod ſponſæ. C. de donat. ante nupt. & maxime cum hac credulitate actus carnalis factus fuerit intuitu matrimonij. le. ſi is qui in aliena. ver. nemo enim de acq. rer. do. l. verũ. ff. de fur. nec pro ualiditate matrimonij aliud requirebatur, niſi talis diſpenſatio, & cauſa matrimonij dicitur pia, & fauorabilis, ut dixi ſupra nu. 267. merito per copulam ante receptã diſpenſationem reſcriptum non fuit irritum ad quod
326 facit Dec. in c. at ſi clerici. §. de adulteriis num. 96. & 97. de Iudic. & ideo latè interpretanda benigna Papæ diſpenſatio fauore matrimonij Deci. ibi. d. c. at ſi clerici nu. 169. vbi alleg. Calder. cõſil. 1. de conſangui. & alij.

Eſt tamen verum quod iſtæ ſponſus, nimis feſtinanter ad expletionem copulæ deuenit, & pec eſſe dicitur, cum ante tempus ſolemnitatum requiſitarum copulauerit, ſed confitendo peccata, & dicendo ſuam culpam abſolutionem à R. Confeſſore obtinere potuit, & de hac re conſulere. Theolog. præſertim Nauar. manual. confeſſ. cap. 16. itm. Quib. mo. coniug. pecent. & c. 12. vbi cir. diſpenſationem. Quibus me tamen remitto.

Hoc vnum volo in ſumma aduertere, quod quicquid ſit quo ad mentem, & voluntatẽ Principis iux. §. ſed quod Principi Inſti. de iur. nat. gen. & ciuil. le. digna vox. ff. de leg. Nam dici ſolet de Deo & de Principe nihil veruntamen qui ad Conſulentes Principem ipſi aduertant bene vt ſint proniores, ad gratias cõcedendum, quam ad denegandum, & ſcriptores ſub cõſiliatijs, nil ſuo marte reſcribere poſſunt nec debent, ſed illud tantum & non plus neque minus, quam à DD. Conſiliarijs eis paſſim iniũgitur, alioquin vti temerarij redargui poſſent: nam qui nõ facit quod facere debet, videtur facere aduerſus ea quæ non facit, & qui facit quod facere non debet, non videtur facere, quod facere iuſſus eſt vt d. l. qui non facit de reg. iur. l. non quicquid. §. Iudex. ff. de Iudic. Quia de re quilibet incumbere debet officio ſuo, & in ſuo proprio loco ſtare, & non exire alioquin ei accidere poſſet, quod de temerario Aſcenſore refertur, qui dũ in ephippio ſeu ſella æquitaret, à generoſo æquo tutè ferebatur, at poſtquam in cluna hoc eſt in cruppa ſaltare uoluit, ab æquo calcitrando in terram proiectus remanſit & malæ ſe habuit: nam æquus verus, non eſt æquus ligneus, cuius natura, ſi eſt generoſa, eſt etiam ferox igitur caue. & vi. Bonacoſſ. de æquis. in princip. vbi multa de natura, & vitijs, breuiter tradidit.

AEQVITAS IN SPIRITVAlibus. Cap. XIII.

327 IN ſpiritualibus, quam maximè æquitas locũ habet, vt in beneficijs, & huiuſmodi: Nã non eſt nimis ſubtilizãdum circa eorum conceſſiones, ca. ingenij. de elec. ſubtilizatio enim nimia ſcinditur, & deſeruit potius ad augẽdam ſcrupoloſitatem, ad diſcrimen, & ad imburſationem curiæ, quam aliter. Ioan. And. ibi in d. cap. ingenij. poſt Hoſt. in c. dudum. eod. tit. de elec. in 6. vbi ait quod profeſſores iuris canonici, non debent curare multum de apicibus iuris, nec in ſimilibus valde laborare, l. ſi fideiuſſor, §. quædam fortius, ff. manda. c. 1. de dol. & contumac. c. ſæpè. de reſtitu. ſpol. & vbi agitur de fauore animæ benigna extenſio. & æquitatis interpretatio locum habent, vt per Aret. in ca. at ſi clerici, §. de adulterijs, col. 3. & Dec. ibi nu. 97. & 98. hinc eſt quod & ſi eccleſia conſtituerit ne quiſquam poſt alicuius criminis pœnitentiam clericatum accipiat, vel ad clericatum redeat, vel in clericatu maneat, non deſperatione indulgentiæ, ſed rigore factum eſt diſciplinæ, ne multi ſi ad hos honores admitterentur, fictam pœnitentiam facerent, rigor ergo eccleſię hoc conſtituit, vt humilitas in talibus pœnitentibus ſeruaretur, & uera pęnitentia eſſet, quæ non ſpe honoris, ſed tãtum veniæ à Deo impetrandæ. Quando vero eccleſia cognoſcit, magnam vtilitatem animarum, in admittendo tales pœnitentes ad honores eccleſiaſticos, tunc demittit hunc rigorem, ne aliquando ex tali rigore fierent ſciſſuræ, & magnæ ſtrages in populis. ut 23. q. 4. cap. ipſa pietas. vi. quæ in propoſito dixi ſupra ſub nu. 310. verſ. & Bar. in tract. & nu. 650. in fin. S. Aug. ex libr. Epiſtol.

Tandem in omnibus caſibus pijs, & fauorabilibus æquitas locum habet. Afflict. de feud. tit. de prohib. feu. alienat. in c. vt autem. Grammat. conſi. 18. in ciuil. Soc. iun. conſi. 138. vol. 3. Sed aduertè quod qui non intrat per oſtium dicitur fur, & latro Io. in Euang. cap. 10. & in hoc æquitas cedit rigori

Digitized by Google

rigori ex quo hoc dictum prolatum fuit ab ipſa æquitate,& veritate.

Hinc eſt quod ille qui per feneſtras alienas domus ingreditur,& egreditur,furandi animo præſumitur facere, ſi res in d. domo furatæ fuerint, aut præſumitur delinquens, de illo delicto inibi de recenti patrato,§.interdum inſtitut. de oblig. quæ ex delic.naſc. Blanc.de Indit. nume. 428. & quamuis nullum delictum factum fuerit in d. domo,in qua quis per ſcalam ligneam,aut funis de nocte pro ingrediendo, aut egrediendo inibi repertus fuerit, pœna vltimi ſupplitij puniendus eſſet ſecundum Bald.in leg. fin.de rer. diuiſ. quæ tamen opinio nimium crudelis viſa fuit, licet Neapoli executa fuit,vt recenſet Grammat. Deciſ.36.qui illam op.conatur defendere & Florentiæ dum vigebant factiones, quodam adoleſcente reperto noctis tempore cum ſcala ſerica prope domum Amaſiæ contrariæ factionis, vt honorē puellæ illeſum conſeruaret, faſſus fuit ibidem cauſa occidendi Dominum d. domus vti contrarium factioni ſuæ acceſſiſſe, & mane damnatus in amputatione capitis fuit, & dum in loco attentati delicti iuſtitia erat exequenda, puella è domo egreſſa eſt ſtatim fugiendo, ad illum adoleſcentem & acceſſit, quem lachrimis amplexa eſt dicens,nequaquam morimrus es,quia veritatem non dixiſti, ſed mei cauſa acceſſiſti, & ſuſpenſa executione,& re melius audita, ambò in matrimonium coniuncti fuere.hinc inde conſentientibus parentibus & cognatis,& ex illa hora factiones ille ceſſauerunt, & pax perēnis inita fuit,adeo quod ſupra dicta concluſio fallit cauſa amoris. omnis enim culpa facillime tollit,& omnis excuſatio tollitur, quando cauſa in amorem reijcitur Clar.§.fi.q.68.verſic. aſcendens, quem ſequitur Baiar.ibi.num.11. & apud Poetam noſtrum Arioſt.hoc quoque vulgari ſermone canitur. At in hoc multum verſatur arbitrium æqui iudicis qui penſatis hinc inde qualitatib. rectum iudicium faciet Menoc.de arb.iud. caſ.360. nu. 95.& vi. Farinac.de delict.& pęn.q.20. nu. 145. Bonifac.de furt.§.eſt ſub nu.52.

Veruntamen ſi ad feneſtras monaſterij repertus de nocte quis fuerit, pœnam vltimi ſupplicij minime euitabit iuxt.op.Bal.de qua ſupra in l.fi. ff.de rer.diuiſio.idem ſi ad Palatium Principis, vel Epiſcopi: nam ſunt priuilegiata valdè, & eſt cauendum à delinquendo in eis ſub metu grauiſſimarum pœnarum vt dixi in prima parte ſub nume.96. 198.idem ſi ex cauſa inimicitiæ capitalis ad vindictam quis conatum feciſſet ingrediendi cum ſcalis per ea quæ dixi,in 4.par.ſob num.196. nam in atrociſſimis conatus punitur quando ad aliquem actum proximum deuentum fuit,ut ibi. idem ſi cum ſcalis quis muros ciuitatis tranſcendere conatus fuerit præſertim noctis tempore: nā hoc factum dicitur hoſtiles,& abominabile vt d. l.fi.ff.de rer.diuiſ.Bart.de Capua.ſing.in ver. lex iſta per l.1.ff.de fur.& declara, vt per Clar. d. qu. 68.verſ.muros ciuitatis Decſ. 232.tenens id procedere in muris proprij Domini,ſed doct.diſtinguunt an in tempore pacis, aut belli hoc factum ſit vt per Menochi. de arb. caſ.483.& Clar. mox adduct. Tempore enim Belli rigor ſeruatur, ſed tempore pacis æquitas præualet Luc.de pæn.in l. penul.col.fi. C.de colo.& illyric.libr. 10. Cæpb. conſi.75.nu.9.Burſat.conſil.152.nu. 37. volum. 2. Addit.ad Bertazol.conſi. 35.qui tenet quod trāſcendens muros ciuitatis, non animo violandi, mittius punitur,nec pœna *capitis* puniendus eſſe qui foueas ſeu vallū ciuitatis tranſcenderet quando ciuitas non muris ſed vallo circundata eſt, ut eſſe caſum ſingularem in l. deſertorem. §. nec nō de re milit.trad.Cæpol.de ſeruitu.præd.vrba.tit. de ſcal.ſub num.9.vbi allegat Corn.conſi.76. incip.præſens. vol.3. & ibi tradit quod ciuitas non poteſt alienare muros quibus munita eſt, nec in eis ſuper ædificare licitū eſſe niſi iuſſu Principis.

Sed in materia ciuili æquitas ſuadet, vt vicino liceat in muro communi ſcalam apponere,quando parieti non eſt damnoſum, etiam quod vicinus ægreferat per l. fiſtulas vbi glo. §.fi.ff. de ſer. vrb. & etiam licet ſuper ſolo publico quādo quis vult,propè murum ſuum ædificare, & ſcalam facere,& hoc quatenus ſuus porticus,vel ſuum ſtillicidium domus ſuæ protendit,quoniam circum ſcriptis ſtatutis, vel inueterata conſuetudine id fieri poſſe & licere dicit Cæpol. loc. ſupra citato Rubr.de ſcalis ſub nume. ſexto & 7. & ibi idem tenet ſuper ſolo vicini quatenus ſtillicidium noſtrum protendit ſuper dicto ſolo per text. leg.in fin.ff. de ſer. vrb. præd. Sed re vera quilibet ſolum ſuum in pace poſſidere deberet, ſicuti ſpiritualiter S. Paul.dicit ad Epheſ. capitulo quinto quod quilibet poſſideat vas ſuum in ſanctificatione. Sed in propoſito noſtro quid ſi quis fugiat ob delictum, aut ob graue debitum cum ſcalis ſub numer. 158. verſic. & ille qui eſt atteſtatus.

* Præterea qui non intrat per oſtium fur & latro etiam dicitur,vt illi qui ad officia & dignitates indigni pretio,& pecunia admittuntur: nam vt alias dixi qui emunt officia(circunſcriptis motibus regionis) habent contra ſe præſumptionem, videlicet quod per fas,& nefas multoplus lucrari cupiant vt in 5. part. nume. 147.& qui ad digitates aſcendunt aliter,quam ob merita, præſumptio eſt quod minus prudenter illam dignitatem agant,quod experientia oſtendit, ad faciunt quæ dixi in prima par.ſub nu. 42.verſ.ideo iux.1. impreſſ.

328 * Similiter illi qui curāt ſpiritualiter infirmos ſpirituales,vel etiam corporales,ſi alio modo,uel alia via medicinam præbeant,quàm canonicam, errant valdè,nam canonicè medere debent,alioquin languores augent & tenentur de imperitia. l.illicitas.§.ſicuti vbi Bart.ff. de offic.præſi.l. qua actione vbi Bar.& Flor.ff.ad l. Aquil.Spec.in tit. de ſalar.§.fi.verſ.Languet.idem in ti.de Magiſtr.

* Et Medicus tria ſcire debet circa infirmitatem. 1.à quo ſit cauſata, 2. in quo ſtatu reperitur ęger. 3.præuidere futurum euentum vt per Car. in ca. ad aures de æta.& qualit.& trad. Rip.de remed. contra. Peſt. nu. ... At illi qui per incantationes medicant non medicant canonice, & non intrāt per oſtium,ideo fures,& latrones,vt in l. 1.§.Medicos.ff.de var.& extraor.cogn.& l.Medicos vbi gloſſ. ff.eod.talia enim ſunt de genere prohibitorum vt tot. titu. de frigid. & maleficiat in decret. & Nauar. Confeſſ. capit. decimoprimo per tot. Aſt caueant Medici ſpirituales à ſimonia, quoniam non eſt per oſtium ſed per feneſtras ingredi,ſed ſubtus canales Sulphureos. Nauarr. capit. 23. nume,99. vbi luculenter de ſimoniacis tractat idem de peccatis Medicorum capit.25.nume.60.& cap.26. num.112.ibi de peccatis clericorum quo ad beneficia obtinenda & num.141. de peccatis Prædicatorum, & qualiter in prædicatione ſe habere debeant, tàm circa modum

Google

quàm circa doctriuam, & alia omnino neceſſaria, ac de rebus fugiendis, & expetendis ab eis ſi dabitur mihi tempus, videbis me non eſſe purum doctorem.

Ad ſupradictam verò regulam quod qui non intrat per oſtium, dicitur fur & latro, limitat limito illam primo tempore belli iuſti, nam nedum per feneſtras, verum etiam per antros & cauernas, minis, & contrà minis ingredi, & egredi licet, argum. leg. 1. de vi & vi. armat. 2. fallit quando ſeruus vel ancilla clauem perdiderit quia per feneſtram licitum eſt ingredi & egredi per c. quæ propter de reg. ius. in 6. facit Bart. in l. omnes populi ſub num. 55. de iuſt. & iur. 3. fallit cauſas extinguendi incendium & ſaluandi res, & perſonas, quia & per feneſtras & per tectum, & omni modo licitum eſt ingredi, & egredi. Sed ſi eo tempore ſub prætextu extinguendi ignem aliquid ſurripiat, abſcondat, aut furatus ſit, reſtituere omnino debet, intra annum alioquin tenebitur in quadruplum, intra annũ in ſimplum. & criminaliter tanquam fur & latro conueniri poterit l. in eum & ibi Bald. C. de fur. Spec. in titu. de raptor. vbi plura in hac contingentia facti, & ſi pro parte vicini aliquid factum erit ad effectũ damni euitandi principaliter, & in conſequentiã damnum afferat vicino ſuo, in cuius domo eſt * incendium, is excuſabitur, quoniam metus incendij dicitur iuſtus metus Specul. tit. de depoſ. §. 2. in fin. Salyc. in leg. qui fortuitis. Cod. de pig. actio. & ideo vicinus iuſtam habet cauſam ferendi aquam in ſuam domum, quando ignis combusit, domum alterius vicini, & ſatis in ore vulgi ita dici ſolet, nec prætextu vicinitatis, vel amicitiæ tenetur de iure humano propria bona exponere periculis pro adiuuando vicino, vel amico caué. Hinc Pericles Athenienſis ſcriptum relin* quit amicis vſque ad aras, quem in propoſ. refert Tiraq. de pęn. temp. cauſ. 22. ſub nume. 88. & nume. 87. refert Cic. dictum libr. de amicit. Si qua fortuna acciderit, vt minus iuſtè amicorum voluntates adiuuandę ſint, in quibus eorum, aut caput, aut fama agatur, declinandum eſt de via modo, ne ſumma turpitudo ſequatur, eſt enim quatenus amicitiæ venia dari poſſit, verum ipſe Tullius Cicer. melius cogitandi ab hac ſententia diſceſſit, nullam enim, ait, eſſe excuſationem peccati, ſi amici cauſa peccaueris, hancque primam in amicitia legem ſanciuerat, vt neque rogemus res turpes, neque faciamus rogati hæc ille vnde ſequitur illud, ab amicis honeſta petamus. At charitate chriſtiana pro ſalute amici, & proximi, rẽ & vitam exponere debemus, animam vero Deo ſeruandam Paul. 2. Corint. cap. 11. ad Galat. cap. 5. ad Roman. capit. 13. & qui pro Deo perdiderit animam ſuam in hoc ſæculo inueniet eam in Paradiſo ſecundum Luc. cap. 9. & Tiraquel. loc. cit. cauſ. 23. nume. 4. recenſet dictum Heſiod. quod quemadmodum, ex bonis probiſque vicinis multa nobis commoda, & oblectamenta proueniunt non ſecus atque conſanguineis, & amicis, ſic & ab improbis multa quotidie incommoda, aut detrimenta oriuntur. Et ſi latenter nocere non valet patenter domum noſtram fumo obcœcam quod tamen tempore nuptiarum tollerandum eſt per Angel. & Caſtrenſ. in l. quædam liberos. ff. de ſer. vrb. præd. refert Cæpol. eod. titu. de Camino nu. 6. ſi modo fuerit vnus, ex inuitatis pro ut vrbanitas ac ciuilis conuerſatio expoſcit, vt tenet Tiraq. loc. cit. cauſ. 22. nume. 75. glo. ſi denunciationem in fi. C. de nuptijs. At ſunt profectò quidam amici qui verbis alium amicum vocant, & eſſe (aiũt) vnum de familia & domo ſua, ſed tempore lætitiæ amicus eſt de domo ſicut Propholum hoc eſt battiportat quod ſtat de foris, in oſtio donec domus.

Et ſcias quod vbi non eſt rigor correctio diſciplinæ clericorum vitam, honeſtas, & religio diſſipantur vt per Domin. de Sancto Geminiano poſt ſua conſt. in quodã ſermone ad clerum circ. princ. Nam peccata clericorum & aliarum perſonarum in dignitate conſtitutarum ſunt maiora quanto enim quis eſt præſtantior alijs, tanto magis excellentios, & honeſtior eſſe debet vt in authent. de defenſor. ciuit. §. ſi vero quædam col. 3. Nauar. confeſſ. cap. 23. num. 607. vſque ad num. 151. & in puncto per Seraph. Caſ. conſcien. 107. vbi peccata grauiora eſſe in Religioſis tribus modis ait, primo quando ſunt contra tria vota, vt de peccato luxuriæ contra caſtitatem, furti contra paupertatem, & inobedientiæ, contra obedientiam ſecundo ſi in contemptum diuinæ bonitatis peccent, nam ingratitudo eorum magis aggrauat tertio quando ſcandala obueniunt eorum culpa, nam ipſi appellantur ſal ſapientiæ, & lucerna ſuper candelabrum ab Euangel. Matth. c. 5. & S. Auguſt. ad Hipponens ait ex quo Dei ſeruire cœpi, quomodo difficile ſum expertus meliores quam qui in monaſterijs profecerunt, ita non ſum expertus peccatores, quã qui in monaſterijs ceciderunt. Et Seraphyn. caſ. 29. tractat qui nam maius peccatum facit Adam, an Eua.

* Attamen propter infirmitatem carnis, & imbecillitatem ſpiritus non ſunt excluſi à diuina miſericordia ſi pœnitentia ducti, reſipiſcant, non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores exceptis peccantibus in Spiritum Sanctum Marc. 10. Luc. 12. Et omnis qui dixerit verbum in filium hominis remittetur illi ſi autem in Spiritũ ſanctum blaſphemauerit non remittetur ei vt. Nauar. loc. * cit. Qui ſunt nobiles ſi delinquant id prouenit a peccatis eorum, ſi ignobiles, à praua eorum natura delinquunt.

Verum indiſcretæ mortificationes ſunt damnatæ pulchrè Eſaias c. 507. quando ſunt impedimento curæ, & officio debito tam in laicis, quam in Eccleſiaſticis vt per Seraph. caſ. conſcient. 27. Nam moderata durant, & medium tenuere beati nu. 76. in authent. de conſul. cit. princ. & officium & diſcretio pare paſſu ambulant vt p. 1. nume. 127. p. 5. nume. 37. & ſic æquitas reſpuit ſummum rigorem.

Similiter circa ieiunium quia ſi quis ſit infirmus, imbecillis, minor, ſenex, lactans, viator, operarius, & huiuſmodi ij omnes excuſãtur de æquitate canonica, vt per Nauar. & Seraph tit. de ieiunio, & caſ. 44. ac omnes alios ſummiſtas, & in diebus. Quadrageſimalibus toties quoties quis ſine licentia comedit oua, caſeum, & carnem toties peccat mortaliter vnde ſi decem vices in vna die comedat vetita facit 10. peccata mortalia, ſi vero edat non vetita, tunc rũpere dicitur ieiuniũ ſed non committit niſi vnum peccatum, quamvis pluries in vna die edat, dummodo id non faciet in contemptum, vt ibi bibere autem non rumpit ieiunium niſi immoderatæ id fiat Sanct. Thom. 2. 2. quæſtio. 14. artic. primo & in ſum. in verb. ieiunium vbi plura occurrentia in materia ieiunij explicantur. Proxima prædictis eſt tractatio nunquid, illi qui concubinam, tenet toties

pec-

Digitized by Google

peccat quoties conſenſit peccato, cum ea uel animo delectat. illam habere, quæ'eſt delectatio moroſa apud Theolog. & dicitur, quod ſic non tamen continuo peccat: nam non ſemper habet (ut fertur) animum in patinis, ſed quandoque aliquid boni facit. eſt bene verum quod manet cõtinuo in peccato mortali, & quod aliũde animum vertat, donec illam pœnitus non dimiſerit vi. Nauarr. confeſſ. cap. tertio nume. 15. capitu. 16. nume. decimo, Seraph. Caſ. conſcient. 46. vbi examinat caſum de eo qui rem inuito Domino tenet.

In æquitate, & benignitate Dei permittitur, quod quis poſſit ſecundum præſentem iuſtitiam, non tantum pro ſuis culpis circa pœnas temporarias, quæ reſiduæ ſunt, vt ait Couarru. & remiſſis peccatis de condigno, & rigore iuſtitiæ ſatisfacere ſecundum Thom. 1. 2. quæſt. 114. articu. 6. Pau. 2. ad Cor. c. 5. & Apocaly. cap. 14. quos allegat Couarru. in prior. par. relect. §. 4. ſubnume. ſexto, ſed etiam eodem iure quis poteſt pro alienis ſupplere, modo qui ſupplet, & illi qui ſupplet ſint in gratia Dei ſecundum Thom. & alios. in quarta ſentent. diſtin. 15. Apoſtol. 1. ad Cor. c. 8. vbi ait ex qualitate in præſenti tempore veſtra abundantia illorum, ſcilicet pauperum miniſtrorum Chriſti inopiam ſuppleat, vt & illorum abũdantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum, abundant namque Corinthij temporalibus bonis, ægeni verò erant in ſpiritualibus è diuerſo miniſtri Chriſti ſpiritualibus abundabant egentes terrenis.

Adhoc vi. authoritates quas allegat Couarr. loco citato, & me remitto determinationi S. Matris Eccleſiæ ſuffragari enim poſſumus alter alteri in gratia Dei ideoque alter alterius onera portare debemus, & in eccleſia quę eſt communio fidelium communicare adinuicem debemus, ſed qui poteſt facere de ſe, & ex ſe, non expectat ſupplicationem alterius: nam dum tempus habemus operemur bonum, & qui poteſt benefacere pro ſe, & pro alijs dupliciter facit, & qui vult viuere ſibi, alteri quoque viuet, vt ait Seneca relatus a Bald. in l. liberti. num. 7. C. de oper. liber. eſt enim maximum charitatis exercitium.

AEQVITAS IN IVRE, POSTliminij. Cap. XIII.

329 IN iure poſtliminij æquitas locum habet, & retrodatione, & reſtitutione, & huiuſmodi in quibus cadit fictio l. denique, ff. ex quibus cau. maior. Barto. in repet. l. ſi is qui pro emptore. in tertio oppoſ. & ibi Saler. ſub nume. 41. ff. de vſucap. Rot. Bono. Deciſ. 47. nume. 21. At æquitas naturalis non
330 patitur fictionem eius quod eſſe non poteſt. Afflict. de feu. titu. de natur. ſucceden. in rubr. num. decimonono, & aliquando fictio ſine æquitate ſtare poteſt, Quoniam poſita æquitate, non ſequitur neceſſario, quod ſit poſita fictio, vt declarat Maphe. loco cit. vbi plura exempla affert, vt puta de vſucapione, in peculiaribus, in teſtamento apud hoſtes, & in reſtitutione deportati, qui toto poſſe defendit op. Barto. in dicta l. is qui pro emptore. in ſecundo, & tertio oppoſ. & in indulgentia, & reſtitutione Principi Decia. de delict. tomo primo, lib. tertio, de abolit. cart. 119. numero 47.
332 circa reg. illam, an conceſſo uno, utique cenſeatur conceſſum reliquum. dicens quod ſi quis per indulgentiam eſt liberatus à pœna confiſcationis bonorum, & ſi remiſſa eſt pœna relegationis, tamen actiones non intelliguntur reſtitutæ ex cauſa bonorum publicatorum: nam iura, & actiones appellatione bonorum per extenſionem veniunt, & non propriè, & verè, l. Bonorum, de verborum ſignificationibus, & quod indulgentia conceſſa filio deportato, illum patriæ poteſtati, non reſtituit. Similiter nec ſeruus in metallum damnatus, & reſtitutus, amplius in poteſtatem Domini, non reincidit, & ad hæc vi. Sfor. Odd. tracta. de reſtitut. in integrum quæſtio. 93. 94. per tot.

333 Hinc ad triremes damnati, vt Galeoti Chriſtiani noſtri temporis, ſi ab hoſtibus capiantur, & ruſus à triremibus Chriſtianis recapiuntur. per l. in Bello. §. deportatum de capt. & poſtlim. reuer. remanent liberi pœnitus, hoc ſumma benignitate, & æquitate ſuadente, amoto rigore. Quoniam a priuatione ad habitum non datur regreſſus fauore libertatis, l. qui res. §. aream. ff. de ſolut. l. poſt diem. de leg. commiſſor. ſecus in reb. vt inf. nu. 384.

* Et ſicut licet eximere iniuſtè captum quando via iudicis, eſſet periculoſa, periculumque eſſet in mora, vt latè in ſecunda parte, & hic adde Anan. conſil. 94. in addi. Ludou. Bolog. vbi quomodo quis iuſtè, vel iniuſtè captus dicatur, ita etiam capere captum ab hoſtibus fidei, licitum eſt, rapina, vi, vel alio modo non ſic de rebus tenet Sanct. Thom. ſecunda, ſecundæ, quæſt. 66. articu. octauo, & refert Seraph. caſ. conſcien. trigeſimaquinta, & ratio aſſignatur: quia agitur de periculo animæ, dum fidelis apud infideles moratur, vnde cum anima ſit præferenda cunctis rebus. l. ſancimus. §. pen. Cod. de ſacr. ſanct. eccleſ. & continuo patitur. Merito eſt coadiuuanda, & fauendum eſt ei. non ſic de rebus contingit, vi. Couarru. variar. reſolut. titu. de conſuetu. §. vndecimo, numero ſexto, & infra ſub nume. 384. verſicu. Hinc. Similiter Hebræus factus Chriſtianus non debet fauore religionis puniri de delictis per eum commiſſis dum erat Iudæus, ut pulchrè per D. Petr. Cabal. caſ. crim. 113. & 140. ſumm. Ang. in ver. Iudæus.

Ruſus Pater deportatus impetrata indulgentia non recuperat patriam poteſtatem in filium, & quamuis reſcriptum benignum ſit, per quod tollitur pœna criminalis, tamen non intelligitur eſſe remiſſum intereſſe, partis vel ius tertij, vt ſupra nume. 313. & dixi in 4. par. vbi de pœnarum compoſitionibus multa dixi.

334 Nec per remiſſionem pęnæ ſtaturariæ ob delictum, non intelligitur remiſſa illa pœna, ſeu ſatisfactio debita parti ob maculam honoris, & famæ, vel infamiæ, per ſupradicta hinc dicitur honorem meum nemini dabo, & malèdictus, qui negligit famam ſuam. & facit text. in leg. in repræhendenda. Cod. de inſtitu. & ſubſtitution. & quam difficilis ſit hæc reſtitutio conſulere Sacr. Theolog. prædicta adeo vera ſunt, vt niſi de iis expreſsè in reſcripto, ſententia, vel in alijs conceſſionibus dictum ſit, non intelliguntur venire, vel compræhendi, niſi æquitate ſcripta ſuadente. vi. Grammat. conſil. quinquageſimooctauo, nume. decimo, qui vult quod hæc ita ſiot beni-

gnè interpretanda, videlicet, Indulgentia, reſcripium & gratia Dec. dict. leg. in omnibus quidem de reg. iur. vbi in priuilegijs, beneficijs, & diſpenſationibus Principum, dicit latam fieri debere interpretationem, tum ex verborum proprietate (quamuis verſetur in materia ſtricta vel odioſa) tum ex humanitate, & benignitate, ac æquitate, quando iuri tertij præiudicium non auſertur ad trad. per ſcrib. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum. Dec. & Cagnol. in l. in condemnatione. §. 1. de reg. iur.

Et quando id quod non eſt expreſſum eſt ſeparatum ab expreſſo, vel maius expreſſo vt per ſupradictos Doct. & vi. Anch. & Felin. in cap. cum M. col. 9. cir. princ. de conſtitu. Dy. & ibi Addit. in c. acceſſorium de reg. iur. in 6. & Iaſ. in l. beneficium num. 31. & 32. ff. de conſtitut. princip. Alber. Bru. tract. de augmento concluſ. 9. nume. 1. cum ſequen. & in concluſ. 13. quem omnino vide & Sforz. Od. De reſtitu. in integr. pat. 2. qoeſt. 93. & 94. vbi infert in hoc ad multa, & quotieſcunque aliquid conceditur ſemper intelliguntur conceſſa ea omnia ſine qoibus conceſſio redderetur vana & nulla vt lege ſecunda. ff. de iuriſdictio. omn. iudic. & ibi circa iuriſdictionem, quæ in ipſa veniunt, aut intelliguntur conceſſa. leg. ſi iter. ff. de ſeruitu. iii. general. vbi circa ſeruitutem, quæ duo de ſe ſunt stricti iuris ſcrib. in Rubr. eo. tit.

Et nota eſt quod in qualibet conceſſionem, nunquam admittenda ſunt ea quæ repugnant æquitati: nam æquom & iniquum ſimul ſtare non poſſunt vt aliàs dixi, & Machrob. libro ſeptimo capitul. quarto in ſaturnal. ſegregat æquitatem & inæquitatem tanquam oppoſita & Cicer. libro primo offic. ſimiliter hæc dicit. Quid dubites, ſit æquum vel iniquum, & alibi de quibus per Tiraquel. de retract. conſanguin. §. 35. gloſ. prima nume. ſexto cir. fin. Sed in materia exorbitanti, & odioſa conceſſo eo quod eſt maius non cenſetur conceſſum quod eſt minus: nam ſi licet occidere bannitum, tamen non licet eum torqueri, nec in carcerem detineri priuato, Mantua. ſing. 289. ratio eſt quia in exorbitantibus non fit extenſio. vt dixi in quarta parte ſub nume. 478. maxime in caſu iſto in quo ſolom conſideratur vnica ratio, vt exſtirpentur tales ſcelesti funditus, & ideo bene ac diligenter ſunt ponderanda verba ſtatuti, aut banni, & in pœnis imponendis fictiones non attenduntur nec pro, nec contra, ſed ipſa veritas. Bologn. conſil. 33. nume. decimoquinto & decimoſexto.

337 Hactenus vidimus qualiter æquitas, in multis locis maximè locum habet, nec omnia explicari potuerunt, nam eſſet nimis prolixum opus, nimis magnum volumen, ſatis eſt quod ex deductis non deducta decidi facillimè poterunt. iux. tex. l. Papianus. de minor.

Nunc de rigore pariter dicendum eſt, quippe qui in multis quoque locum habet, ſicut omne directum, habet poſt ſe obliquum, & ſicuti directum eſt fauorabilius obliquo. leg. fin. vbi Bal. Codic. qui manu. non poſſ. ita æquitas & fauorabilior rigore. dict. leg. in omnibos cum mult. ſimil. de regul. iur. leg. ſi tibi pecuniam in fin. ff. ſi cert. pet. leg. ſi tibi. ff. de donat. & ſatis ſupra declaratum eſt, tamen directum facilius obliquatur quam econtra, leg. Scæuola. ad Trebellian. leg. verbis vbi glo. & leg. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & ſic hodiernis tẽporibus contingit ob dotitiam cordis hominum circa æquitatem. Multa enim per obliquum conceduntur & fiunt, quæ directo non fiunt, nec per directum conceduntur. vt l. 1. ff. de autho. tuto.

Rigor igitur locum habet quando pro eo vertitur publica, vtilitas, commune bonum, & malo exemplo ſuccurritur, vt iam dictum fuit ſub num... & in prima part. ſub nume. 62. 67. & ſequen. & in tertia parte ſub nume. 113. & in ſecunda par. ſub nume. 304. & p. quarta ſub num. 85. & ſequen. Iudex ergo rigoroſus eſſe debet pro publica vtilitate, ſed iuſtus, fortis, & patiens, qui iraſci non debet, ſed zelo iuſtitiæ fretus moueri debet. Pſalm. 7. alioquin, ira parturit iniuſtitiam, concipit dolorem, & parit iniquitatem eo. Pſalm. 7.

Secundo vbi ageretur de Religione erga Deum, & ſimul de pietate erga homines magis eſt pro rigore iudicandum, quia zelus domus meę comedit me, pſ.... & cauſa Religionis ſemper eſt anteponenda cauſæ ſtatus vt alias dixi, & latius infra dicam.

DE PRAEDICAMENTO, quantitatis.

388 IN prædicamento quantitatis ſtatera noſtra locum habet: nam ſecundum Ariſtot. maximè proprium quantitatis eſt, æquale, vel inæquale dici, vt ait quoque Titelm. ſuper Dialect. libr. 2. eodem prædicamento capit. 32. de quibus æqualitatibus, vel inæqualitatibus loquar in tertio prædicamento qualitatis.

339 Modò ſic ſpeculatiue dico quod omnia in pondere, numero, & menſura conſiſtunt vt in Leuitic. capit. 19. lit. g. & in Deuter. capit. 25. lit. d. dixi ſupra in princ. huius 6. par. & in poudere, numero, & menſura æquitas locum habet iux. d. l. in omnibus quidem de regul. iur. verum ſecundum legales terminos qui omne dicit nollom excludit vt not. glo. in l. à procuratore C. manda. l. 2. C de hær. inſtitu. cum ſimil. ideoque in verbis,
340 & operibus hæc tria ſupra dicta eſſe debent, ſine quibus æquitas locum non habet in verbis, & operibus, quia iuſtum & æquum in eis eſſe oportet Hipp. de Marſ. ſing. 680. incip. dicit vulgare prouerbium. Cauendum eſſe ne in quantitate in ſint iniquitas, periculum, & inordinatus modos cum melius ſit pauca cautè & ęquè agere,
341 quàm multis intereſſe periculis, in authent. de tabellio. cir. med. colum. quarta felix, quem faciunt aliena pericula cautum, nam experientia docet, quod in multiloqoio non deeſt peccatum propter ſuper abundantiã verborum ex quibus à prouocatis ad iram ſæpè ſuper dorſum vel faciẽ loquacis reſponſio ſeribitur baculo, aut ferro, & ſæpè iactantia, ſuperbia, propria exiſtimatio, & murmur ſunt in arua, & in multitudine negociorum præcipitanter expeditorum ſæpè ius iuſtitia, & æqoitas periclitantur, & partes læſionem probabiliter pationtor, quando non ponderentur numerentur, & menſurentur quoniã quod nõ eſt ponde-

Digitized by Google

ponderatum dicitur iniuſtum, Quia de re ſtatera æquitatis ſit in uerbis ne officias, ſed prius co-
343 gites, quàm loquaris, nimis enim feſtinatum. non poteſt dici æquè bene ponderatum: Amad. de ſyndic. nume. 144. vbi inuehit contra iudices qui malunt expedire feſtinanter, quam lente ſed prudenter porrò præcipitatio eſt nouerca omnium malorum, omnia ruit, omnia confundit, omnia diſſipat, & quo ad Principem perniciosiſſima res eſt nimia credulitas, ex quo eſt
344 mater præcipitationis, oportet enim omnia ſano eſt maturo conſilio deliberare, alioquin iuſtus pro peccatore ſæpe pœnitentiam, agit, nec pœnitentia, iam factum tollitur. leg. in bello. §. factæ. ff. de capt. & poſt lim. reuerſ. aduertat ergo Princeps. ne feſtinanter omnia credat, nec omnibus vt ait Iuriſconſ. in leg. fio. in princ. Codic. de accuſat. ſed omnia ſuauiter diſponere debet libramine Iuſtitiæ & æquitatis, ita & taliter, quod dici poſſit, iuſſio tua, vel virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt pſalm. 28.

345 Nec aliquis ſit tam audax, aut temerarius, qui attentet coram Principe mendacia dicere, alioquin indignationem eius incurrit. tot. titu. Codic. de præc Imper. offer. & de in 1. par. num. 259. & ſequen. Pett. Caball. in ſuis bene digeſtis caſibus crimin. caſ. 30. & is mendax precator & carebit impetratis, vt ibi, & in cæteris veris non credetur ei, Bologn. conſil. tertio nume. 80. dixi in tertia par. nume. 87. & 174. At ſi quis ſuapte natura bonorum morum per incuriam, mendacium dixerit nihilominus excuſandus erit quia in eo non præſumitur dolus gloſſ. in capit. ſuper literis de reſcr. niſi multiplicauerit in mendacijs quia reiteratio delicti arguit dolum vide in quarta parte ſub nume. 110. Veruntamen non deſunt multi audaces & temerarij nequaquam ponderantes, neque menſurantes verba antequam ex ore eorum prodeant, imo reor decipi ab illis qui decipientum moderatores eſſe deberent, at econtra valde perniciosum ac præiudiciale eſt impedire ſubditos ne alloquãtur Principem, ne illi veritatem dicant, & inconuenientia pateſiant, heu prodolor, quoniam quiſquis aquam ad ſuum molendinum ſatagit ducere, & ſubditi ſæpè rupto capite, vel vacuo marſupio manent in conſulto Principe, & vndique anguſtiæ.

346 Et illa conſilia verè amplectenda ſunt, quæ quæſt. quinta, nec in ponderata prudenter, & quę chriſtianæ religioni magis fauent, at illa quæ calliditati, & aſtutiæ adhærent, reſpuenda ſunt, nam ex illis iuſtum, & æquum, ex iſtis malum euentum, vt no. in l. 1. ff. de ventr. inſpic. l. iuſtitia. ff. de iuſt. & iur. religioſæque fiunt, quæ religioni adhærent. l. rationis, l. non epiſtolis. l. non nudis. C. de probat. & in propoſ. vi. quæ dixi ſupra ſub nume. 213. in fi.

347 Prudentiæ eſt in conſilio in rebus exhibendis bona, & mala diſcernere, & omnia quæ in humana vita deligenda, fugiendaque ſunt præſentibus bonis omnibus honeſtè uti, benè conſueſcere, opportunitates percallere, ſermones, & opera ſagaciter vti rerum omnium vtilium habere experientiam, & memoriam: Nam.

348 Religio eſt diuinæ naturæ cultum, & cerimonias offeri, animos componit, mores oſtendit, & vnum tantum finem amplectitur iuſtè, ac piæ viuẽdi, cui opponitur ſuperſtitio, & Dei neglectus, de hac materia religionis infra latius dicam ſub nume 499.

349 At ne credas quod aſtutia de ſe mala ſit, imo appellatur virtus naturalis iudicis expurgati, & cauti, aſtutia enim eſt vis mentis, qua rebus induſtrijs cautum captatur cõſilium, acutè diſpicitur, atque iudicatur, quid bonum, quid malum, quid vtile, quid incommodum ſit, ſed tunc verſutiæ nomen aſſumit, cum in malum ſe ſe contulerit, hæc apud Georg. a Vall. plac. de rebus expeten. & fug. libro 41. cap. 1.

350 Iudices ſummopere verba ponderare debent, tam in proferendo de more, quàm in ſcriptis redigendo, ne cum rubore, ſe retractare valeant iuxta cap. miramur. 60. diſtin. neſcit enim uox emiſſa reuerti. & melius eſt peccare in tempore, quam in ſententia, & melius eſt iura intacta ſeruari, quam poſt cauſam vulneratam remedium quærere. vt not. in l. fin. C. quibus cau. reſtitu. & l. prima, C. vnicuique lic. nihilominus, ſanctius mutare propoſitum in melius. l. nonnunquam, ff. de collat. bonor. cum ſimil. quia angelicum eſt emẽdare quod humana fragilitate erratum reperitur, ſed id verum re adhuc integra tempore congruo, durante iuriſdictione, & inſtantia adhuc vigente.

351 Non minus ſunt dicta teſtium ponderanda, & diligenter examinanda ab ipſo iudice, qui trutinam iuſtitiæ in manibus ſuis tenet. l. tu ſcire magis debes, quæ eſt 3. de teſt. cap. iudicantem tertio quæſt. quinta, nec in manibus actuarij trutina ſtare debet vt aduerti in pract. de teſt. parte quinta, nume. 3.

352 Et diuinis ſcripturis admonemur vti nedum iuſtis verbis, & rectè, ac prudenter loqui, vt 50. diſtinctin. capitu. ponderet. Nam iuſta ab iniuſtis impetrare non licet. Iuſta autem ab iniuſtis petere, incipientia eſt. Plaut. in Amph. ſed & factis & operibus ſimul. Vnde prohibitum eſt falſis vti ponderibus, & menſuris, & talia penes ſe tenens efficitur reus pœnæ. vt Geneſ. capitu. decimonono, & Deuterono. capitu. vigeſimoquinto, ibi non habebis in ſacculo diuerſa pondera, maius, & minus, nec erit in domo tua modius maior, & minor, pondus habebis iuſtum, & verum, & modius æqualis, & verus erit tibi. & pondus iniquitatis in manu Chanaam abhominabilis. Chanaam enim fuit vir iniquus, & doloſus, qui à Deo maledictus fuit. Geneſ. dicto capit. decimonono. vnde a viro iniquo, & doloſo liberet nos Deus. pſalm. quadrageſimoſecundo. Heu heu quot Chanaam, quot quantique mercatores, & artifices, Iudices, Aduocati, Procuratores, iniquam ſtateram in manibus ſuis tenentes, & falſis ponderibus, & menſuris utentes, & dicentes, diues effectus ſum, inueni idolum mihi omnes labores mei non inuenient mihi iniquitatem, quam peccaui. Oſeæ. capitu. duodecimo, lit. b. & c. huiuſmodi eo quod leuius eſt pro ſe, & grauius pro alio vtuntur, & grauiter puniendi. vigeſimaquarta diſtinct. non afferamus, & ſcriptura pro-
353 hibet, non ſolum vti, uerum etiam, nec teneri licet non utantur: nam nocere poſſunt, argu. autheor. ſi uerò. C. de inſtru. cautel. & fid. nec aliquid boni parere poſſunt, & ſunt de genere prohibitorum. toto titu. ff. ſi menſor. falſ. mod. dixer. ſecus de armis: quia licet uſus earum ſit prohibitus. in C. ut armor. uſus lib. decimo, & in authen. de armis, tamen domi retineri poſſunt, intellige de armis ordinarijs, non autem de piſtolis, ſtilettis, & huiuſmodi, diabolicis inſtrumentis, alia uerò teneri poſſunt pro tuitione domus, & patriæ ſuæ.

Digitized by Google

354 Et de iure ciuili qui falſis ponderibus & men
ſuris vtuntur, vel illa alijs accommodant, tenen
tur tanquam falſarij, vti fures, & doloſi punien-
di ſunt. l. in arbitrio. vbi glo. ff. de dol. mal. & not.
in l. annonam. ff. de extraor. crim. & pœna legis
Cor. de falſis eſt, publicatio bonorum cum depor
tatione, Abb. in cap. 2. num. 1. de empt. & vendi.
355 legiturque apud Romanos de numa Pompilio
qui dedit populo aſſes ligneos, & ſcorteos, mox
pondus æris numero librarum tantum ſignato,
ne, ſcilicet vlla fraus poſſet nummis variandis
adhiberi. Quod numus primum a ſaturno in la-
tio percuſſiſſe tudem æneum, quo populus Ro-
manus mox vſus eſt, vſque ad Pyrri Regis tem-
pora, inde argentum cęptum eſt ſignari, verum
poſt victoriam de chartagine habitam percuſſit
aureum numum. hæc apud Hiero. per bo. in ſuo
tract. Ouiliat. libr. 23. de iuſtitia, ſic apud Prætia-
num ſeruari, ait Decia. valdè Hiſtriographus. in
dicto ſuo trac. de delict. tom. 2. lib. 7. tit. de atroc.
& ſing. crim. falſ. monet. nu. 1.
356 Et noſtris temporibus ad euitandum prauum
vſus numorum, & monetarum adulterinatum fa
ctum eſt Romæ vt cudantur numi eris duntaxat,
tanti ponderis dicti æris valoris quadrantis, & vt
pro vno quadrante impendantur, æquitas enim
amat inæqualium res ad æqualitatem, & ſecuri-
tatem redigere, Hinc facit quod ait Bal. in l. liber
ti liberiqque. col. 1. ſub nu. 4. in fi. C. de bo. libert.
vbi de ruſtico, qui audacter dicit tantum valere
357 denarium ſuum, quantum valet denarius Re-
gis, ſed mehercule decipitur, quia Rex cum vno
aureo emit duplum, pauper verò dimidium. &
ideo dici ſolet, la libra del pouero non vale tanto
quanto quella del riccho, hor de tondentibus, fa-
bricantibus, vel expendentibus falſam monetam
latè ſcripſit D. Decia. loc. ſupra cit. ad quem me
pro nunc remitto.
357 Sed quo ad annonam illi verè dicuntur de
fraudare annonam, qui falſis ponderibus, & men
ſuris vtuntur, idem Decia. tit. de fraud. annon. li-
br. 7. tit. 22. nu. 20. & ſeq. eſt tit. C. de anno. & tri-
but. cum plur. alijs tt. ſeq. lib. 10. & exportantes
contra decretum non ſoluentes gabellam dicun-
tur fraudatores annonæ ex quo prohibitiones ex-
trahendi fiunt ob vbertatem conſeruandam, vt
per Clar. §. fin. q. 82. iur. ſtatutum ſeptimo, & frau
dant fiſcum, vt ſupra dixi ſub nu. 155. ver. & no-
ta, & ij qui curam annonæ habēt arctare poſſunt
ad vendendum tantam quantitatem pro tali pre-
359 tio, pro vt æquum eſſe videtur ob bonum publi
cum, vt inquit Decia. loc. cit. & dixi ſup. ſub nu.
255. verſi. quo ad ſecundam.
360 Quantitas autem debita ex pacto & conuen-
tione redacta ad pondus, numerum, & menſu-
ram, tunc an ſit tota aut diminuta refertur ad pō
dus, vel ad numerum, aut ad menſuram, qua de
re iuſtis ponderibus, calculis, & menſuris vtēdum
eſt, S. Thom. 1. 2. qu. 90. art. 1. & in adagio dicitur
361 peſa, & miſura, giuſto, & caro vendi, pro hoc fa
cit illud pacto conueniſti mecum, dummodo læ-
ſio non ſit in pretio, videmus enim quod ſi pre-
tium, rei venditæ erit minus, aut plus dimidia
iuſti & veri pretij quod reſcinditur contractus. l.
2. C. de reſcin. ven. & qualiter, hæc læſio in re vel
362 pretio ſit intelligenda, vltra alios in d. l. 2. vt. pul
chrè per Gomes. var. reſol. tit. de empt. & vendit.
ſub nu. 2. vbi apprimè loquitur, æquitas enim nō
patitur vt quis locupletetur cum aliena iactura
c. locupletari, & l. non debet. de reg. iur. & ideo
ius diuinum non admittit, vt contrahentes ſe de-
cipiant etiam ipſa dimidiam iuſti pretij quod in
foro conſcientiæ non habet dubium, ut luculen-
ter explicat Iodoc. Damhouder. tract. de ſubaſta.
c. 5. ſub nu. 25. 26. 27. & ſeq.
363 Nec æquitas permittit quod ſi res ſemel uni
uerè vendita fuerit quod alteri vendatur, leg. qui
duobus, ff. de falſ. Bar. in l. ſi quis. §. ſed & ſi. de pi
gnor. minuſque licit ei emere rem, quam ſcit alte
ri venditam fuiſſe. Clar. §. falſum. verſ. vendens.
vbi addit. nu. 228. limitans tribus modis. Porc. in
ſuis comm. concluſ. Reg. 40. Fabia. de emptio. &
* vend. in 2. q. princ. ſicuti æquitas non patitur rem
obligari duobus, alioquin rigor ijs caſibus ſuccur
rit. l. 3. ff. de cri. ſtellio. & pęnam criminis ſtellio-
natus, qui taliter obligat, incurrit.
364 Prætcrea ſi quis ſcienter vnam rem pro alia,
vtputa miſcendo, uel ſub dolis artibus conflans
auricalcum pro auro uendendo tenetur eadem
pœna l. 3. de cri. ſtellio. & per D. Petr. Caball. caſ.
cri. 177. num. 5. & alias de hac re locutus ſum, ſed
ſi quis ignoranter emerit ſimilia, & bona fide uen
diderit, tunc mala fides authoris nequaquam ei
nocere non debet. ut ſup. nu. 199.
365 Pœna autem falſæ menſuræ, & falſi menſoris
habetur in d. l. 1. C. ſi menſor. falſ. mod. dixer. Ab-
bas in ca. menſuræ. de emptio. & uenditio. dicens
quod triginta diebus in pane, & aqua ieiunare de-
bet, ut tenet Hoſt. in ſum. de pœnit. & Barto. in l.
modios. C. de ſuſceptor. & Archa. libr. 10. & in l.
arbitrio, de dol. & ait de iure ciuili pœnam fuiſſe.
20. aureorum, iux. l. 2. ff. ad leg. Iul. de anno. & fal
ſi menſores, aut relegantur, aut deportantur, l. an-
nonam, ff. de extraor. crim. Decia. d. titu. de frau.
aut onerat. anno. libr. 7. nume. 47. & ſequentib.
tom. 2.
366 Verum ne quis valeat prætendere ignoran-
tia communis vſus obſeruat, quod pondera, &
menſura iuſta in publicis locis affixa ſint, inibi-
que cętera priuatorum pondera & menſuræ iu-
ſtificentur, quod etiam not. Ang. in auth. de col-
lat. §. ſin autem collat. 9. & Eutropius ait quod
367 Fidonatagellus pondera, & menſuras reperit,
* de quo meminit Bertach. in verb. menſura, equi
dem omnium rerum menſura eſt æquitas quæ
amat vt inæqualia ad æqualitatem redigantur, &
æqualitas cum menſura communi conueniat ut
per Hieron. per bo. d. tract. Ouill. libr. 23. de iu-
ſtitia.
368 Et non ſolum menſurantur res mobiles, ve-
rum etiam immobiles pro quibus eligūtur agri
menſores publici. de quibus in d. le. 1. C. ſi men-
ſor. falſ. mod. dix. & multum differt vendere rem
369 ad corpus, vel ad menſuram, vt dixi nu. 277. pri
mò caſu venditor non cogitur tradere tot iugera,
quot inſtrumentum dicit, quando pretium eſt
vnicum tantum ſuper tota re, & non conſtitutū
ad rationem tanti pro qualibet cancella, vel iuge-
re, cultra, vel pertica, ita docet Bart. in l. Iulianus.
§. ſi Titius. ff. de act. empt. cum alijs de quibus la
te dixi ſupra ſub nu. 235. verſ. Præterea qui vendi
dit, & verſ. Præterea multum differt emere rem
ad corpus, vel ad menſuram & ibi per tot multa
tradidi, in materia venditionis, & enormis læſio-
370 nis, & de Alluuione, & augmento. & diminu-
tione per Georg. Vall. d. tract. de reb. expeten. &
fug. lib. 13. & 14. Et nedum conſiſtit in pondere
& menſura, ſed & in numero, vt æquitas locū ha
beat: nam exceſſus in numero non vitiat, ſed de-
ficientia. l. non ſunt liberi. ff. de ſtat. ho. l. teſtamē
tum. C. qui teſta. fac. poſſ. & in propoſ. Signorol.
conſi. 17. vbi infert ad multa, & quando defectus
eſt

Digitized by Google

371 eſt in numero duæ inſurgunt regulæ, vna quod
in maiori ſumma io ſit minor. iux.l. 3. §. ſi qois
plus.ff.de alimen.& cib. leg. & in l. 1. §. ſi ſtipu-
lanti. ff. de verbor.obligat.vbi Iaſ.ampliat quat-
tuor modis, & limitat ſeptem modis colum. 3.
& vide Caualcan.Deciſio. 20. nume. 18. & De-
ciſ. 46. nume. 175. part. 1. vbi in depoſitione te-
ſtium, & in numero dixi, in prac. de teſt. par.2.
372 num.146.& 197. Altera Regula eſt, quod vtile
per inutile non vitiatur de æquitate in indiui-
duis de quo per Caball.milleloq. 162. par. prima
& milleloq.240.dixi io 3.part. nume. 304. & in
prac.de teſt.nu.87.par.1. & nu. 68. part.3.& per
Caualca.Deciſ.13.oum.36.cum mult.ſeq.par.2.
vbi in contractibus à iure permiſſis, ſi adſit ali-
quis defectus, dummodo mens non ſit in totum
deprauata vtile per inutile non vitiatur, quia in
373 modico nulla ferè ratio haberi ſolet. l. elegan-
ter. §.ult. ff. de dol.& modicum non habetur in
conſideratione vbi non agitur de graui præiudi-
cio,& proceditur ſecundum æquitatem. Cotier.
tract. de pater.reg.& de minimis adduct.à Caual
ca.Deciſ.22.nu.37.par.2. At ſecundum rigorem
caue,quia modicum conſideratur, vnde quia de-
ficit in vno oumo tenetur luere in corpus, ſic per
Tiraq. de retrac.conueor.§.4.glo.6. num.28. ta-
men æquitas temperat quia de modico non cu-
rat prætor arg. leg. ſi fideiuſſor. §. quid tamen. ff.
manda.cap.Imperialem vbi Afflict.de feud.alie.
per Feder.

374 Hinc dixi in 2. par. quod modica carceratio
non dicitur carceratio, & quod modica tortura
non dicitur tortura in 3.par.nom. 197. & modi-
ca ſciſſura non dicitur vulnus in 4.par.num.151.
maxime quando non eſt opus medico Caualca.
Deciſ.22.nu.36.p. 2. & modica mora non dici-
tur mora in 5.par.nu.257.& per Tiraq.latiſſimè
in tract.de iudic.in reb.exiguis.nu.21.Menoch.
caſ.553.centur.6. de arb. & quando contumacia
eſt modica, vtique pœna modica eſſe debet. l. re-
ſpiciendum & l. ſancimus de pœn. text.in c. ex li-
teris de conſtitor. vbi Felio. ampliat dupliciter.
& duobus quoque modis limitat pulchrè Bar. io
* l. ſi adulterium. ff.de adulter. At modicum faci-
limè excuſatur, niſi ex qualitatibus aggrauetur,
prout conſideratum fuit in prima par. num.197.
ſicuti exiguum furtum noo eſt punibile quando
ex vrgenti neceſſitate fit c. ſi quis propter neceſſi-
tatem de furt. & modicom furari permiſſum eſt
vt in Deuteron.cap.23.& 24.de vuis,& ſpicis tri-
tici alienis auferri poſſe & in nouo teſtamento
ob neceſſitatem,& noo aliter id quoqoe permit-
titur Luc. Euangel. capit. 6. & ſic in foro con-
ſcientiæ Nauar. Manual.confeſſ.capit. 17.nume.
3.vbi allegat Caietan.2.2.quæſtio.66.art.6.dum-
modo animo lucrandi id non fiat vt ibi nec ad
alium finem niſi vt ſiue neceſſitatis ſuccurrat ne
375 fame pereat. Sed ſi ad pinguiorem fortunam
deuenit, tunc reſtituere tenetur, num.55. Sed de
iure commu. paruum furtum puta vnius Aoſe-
ris, vel vnius Gallinæ, non habetur in conſide-
ratione quando fit propter neceſſitatem nequa-
quam affectatam, l.naturalem, §. gallinatum, ff.
de acq.rer.domi.Cæpol.de ſeruit.ruſtic.pred.tit.
de Meſſe, & vindemia cap.20. Marſ. ſing. 378.
Bertazol.conſil.198. oum. 1. & ibi Addit. quam
neceſſitatem (in arbitrio iudicis iudicare;pendet
Caſſa.in Conſuetu.Burg.car.187.addit. ad Clar.
§.furtum,num.96 97. & ſeq.& erit conſideran-
da qualitas perſonæ cui furtum, quamuis vnius
gallinæ) factum fuerit: nam Aous pauperrima,
quæ de ouis venditis vitam ſuam ſuſtentabat,
magnum damnum reciperet, quia auferendo
ab ea Gallinam, auferentur alimenta, & daretur
cauſa morti illius, & is fur eſſet io culpa, l. vel
necare, de alim. & cib. leg. vltra quod eſt pro ea
tex.in §. Gallinarum, inſtitu.de rer.diuiſ. licet il-
376 le tex. procedat quaodo quis animo lucrandi
furatus ſit gallinam, vt declarat Tiraq.d.trac. de
Iudic.in Reb. exiguis factis. num.114.& Boni-
fac. trac. de fur. enim ibi per eum adduc. in §.
quod iure naturali, num.44.& animo lucrandi,
num. 18. & ſeq. & num. 98. vbi infert quod res
aliena ioco ſurrepta, impunè ſurripi poteſt, per
tex.l. illud relatum, §.ſanè, in fin.ff.de iniur. & li-
bell.famoſ.& adducit quædam poeticè dicta. In
377 dubio tamen præſumitur quem potius habuiſ-
ſe animum lucrandi, quàm aliter, l.1. C. ad leg.
Cor. de ſicar. ex quo dicitur dare operam rei illi-
citæ, rem alterius eo inuito auferendo, §.1. & 2.
Inſtitu. de oblig. quæ ex malef. naſc. & l.1. ff. de
fur. Bonifac. vbi ſup.num.13. verum erit in arbi-
trio Iudicis totum penſare, & quod dictum eſt
circa animum lucrandi etiam quid minimum
fur non euadet pœnam, etiam quod vnicum
ouum auferat, ſi malitioſè,& doloſè fecerit: nam
conſideratur quo animo, & quibus modis ab-
ſtulerit, per glo.in d.§. Gallinatum, & per Boni-
facium, de fur.d.§. aoimo lucrandi, num.18. &
ſeq. & 102. & in tantum hoc eſt verum, quod
non excuſaretur etiam ſi ob tale factum aliquid
boni Reip. in conſequentiam venire, vt puta ſi
fur in arca in qua furatus eſt, literas in damnum
Reip.repeteriſſet. Ancha. ca.1. de conſtitu. & Be-
oedic.in c. Raynutius, de teſta. verum in practi-
ca aliter ſeruatur, quoniam etiam Marioliſ ali-
quid condonandum ob inſigne ſeruitium fa-
ctum (licet obiter) patriæ ſuæ, arg. l. ad beſtias, ff.
de pœn.& per ea, quæ Bonifac.d.§. animo lucran-
di, num.24.dicit,& vi. Petr. Caball. Caſ.Cri. 18.
& 19. Farinac.de Indit.& tortur.q.37. num.116.
* Præterea quando quis paruum, aut modicum
furatus ſit, ex quo magnum ſurripere nequiuit,
vt ait Bonifac. loc. cit. quia per eum non ſtetit,
deditque vt ſupra operam rei illicitæ tenetur pœ-
na furti. Similiter quando cum modico furto
concurreret violatio pacis, §. quinque ſolidos, de
pac.tenen.in vſ.feudo. Ang.de malef.in verb. &
veſtem cœleſtem, vbi quoque Arim. & Doc. in
auth.ſed nouo iure,& ibi Cæpol. num.11.12. &
88. C. de ſer. fug. quam auth. hodie in furibus
non ſeruari de conſuetudine teſtatur. Gand. tit.
de fur.nom.10. relat.à Bonifac. in d. trac. de fur.
§. Quod iure naturali, num.22.
378 Inſuper licet Domino à manibus furis rem
furatam eripere, l. creditores, §. Dominus, ff. de
fur.l.rem mihi in princ.ff.commo. Hoc ſanè in-
tellige quando ſine ſcandalo, vel in facto ipſo,
vel quando iudicis copia haberi oon poteſt, vel
quaodo periculum eſt in mora, l. in condemna-
* tione,§. vnicuique, de reg. ior. & quid ſi quis ha-
bens animum furandi certam rem, & vadit, ſed
antiquam furet, Dominus rem illam furi donet,
& fur neſciat rem illoc ſibi fuiſſe donatam, &
furet eam: Nunquid is pœna furti ſit puniendus?
Equidem iſte eſt caſus pulcherrimus & nouus,
ac ſingularis, & reſolutiuè puniri non debet, vt
tenet Lapp. Allegat. 71. num.1. quod verum eſt
in foro fori, quia in re propria furtum non po-
teſt committi, iuxta illius definitionem, de qua in
l.1.ff.de fur.& io §.furtum. Inſtitu.de oblig. quæ
ex quaſ delict. naſc. ſecus in foro poli, quoniam
nam

Digitized by Google

iam mœchatus fuit in corde ſuo furandi rem alterius, contra præceptum legis Diuinæ, vt in Decalog. præcept. 6. & 11.

Infertur quoque quod Clericus non eſt irregularis ſi generaliter fuerit interrogatus, quid de furibus, & latronibus, homicidiarijs, & huiuſmodi ſceleſtibus fieri debet, & ipſe generaliter reſpondet quod tales ſuſpendi debent, vel decapitari, quia clericus per hanc reſponſionem non dicitur habuiſſe animum verſus certam, & determinatam perſonam, ſic tenet Iacob. de Belloviſ. in eius prac. in Rubr. Quotuplic. ſint cauſæ, num. 201. Hic applicari poſſet vnus caſus conſcientiæ, & eſt quod ſi alicui petatur an mulieres pulchrè placeant hominibus, vel an placeat diuitem eſſe, non propterea reſpondens, aut interrogans mœchari dicuntur, nec rem alterius optare, quia hæc ſunt amica naturæ, & ſunt res indifferentes, quę ſecundum applicationem animi ſunt licitę, aut illicitę, bonę, vel malę, at ſi ad certæ mulieris pulchritudinem quis animum appulerit, vel ad certam rem alterius, tunc mœchatus erit in corde ſuo, & peccatum feciſſe dicitur, contra præcept. 6. 9. & 11. ad hoc vt. S. Thom. 2. 2. q. 154. Nauar. & alios ſuper dictis 10. præceptis, cum alijs ſummistis. Quibus me remitto.

Et in materia irregularitatis circa animum furandi vt, quæ ſup. dixi in 4. par. ſub num. 196. veruntamen, etiam quod quis præter intentionem proximum occideret, dum dabat operam operi illicitè non excuſabitur à pœna, & ab irregularitate, ſecus, ſi dabat operam rei licitę, quia hoc in caſu etiam quod diligentiam non adhibuerit ne mors ſequeretur, nihilominus non efficitur irregularis glo. not. in c. continebatur, de homic. pulchrè Couarr. var. reſol. de irregular. §. 4. in princ. par. 2. & limitatur, l. ſi putator, ad legem Aquil. niſi dixerit, & acclamauerit cauè, cauè. & qui rei naturali iure illicitè operam præſtat adiuuando, faciendo, vel conſiliando, tenetur omnino, iàm iure Diuino. Paul. Apoſt. ad Rom. c. 1. ſed etiam iure humano, vt. inf. ſub num. 601. verſic. veruntamen, & quot modis irregularitatem incurratur vt. in propoſ. Seraph. Caſ. Conſc. 43. & ex prædictis collige, quod animus & intentio propoſitum, ac opera, diſtinguunt maleficia, l. 1. de ſicar. l. 1. C. eo. Marſ. conſ. 25. & conſ. 116. Grammat. conſil. 68.

379 Hinc eſſet de repræſalijs tractandum de quibus lariſſimè per Bar. in ſuo tract. de repræſal. & memini in materia furti. Bonifac. d. tract. de fur. §. animo lucri faciendi, ſub num. 40. & aliqua tetigi ſupra in 1. par. ſed pro nunc tum Bonifac. dicam quod repræſalia eſt facultas à Principe ſuperiorem non recognoſcente, ſubditis cauſa cognita conceſſa, aduerſus exteros quoſdam ad magnas res repetendas, quæ tempore pacis vi publica ab exteris illis ablatæ fuerunt, nec Principis prædatoris ſuperiorem non habentis iuſtitia ſuffragante res ſuas conſequi poſſunt, vbi in practica idem Bonifac. vnumquodque iſtorum verbo-
380 rum, Verum vt experientia docet, repræſaliæ ſolent permitti hodie quando inter vtramque Communitatem diuerſorum Dominorum ſuperiores non habentium, de finibus diſceptatur, & beſtiæ domeſticæ retinentur, ac huiuſmodi cæteca animalia, & ſegetes metuntur alienæ fęnum, ac alia iuris ſui poſſeſſioniſve conſeruandi cauſa,
381 At non decet pro facto priuatorum regulariter concedere repræſalias, cum illa via ordinaria dirimenda ſit coram Iudicibus quando illorum copia haberi poteſt, & periculum non eſt in mora, & ſi Iudices & Beroarij non ſunt in vno loco, ſat eſt quod ſint alio ad quos recurri poſſit, itaque ex cauſa vrgenti conceditur arreſtatio quæ eſt retentio ſine manus iniectione: ſecus capere, vt per Cardin. Clement. 1. poſt gloſ. de Hæret. vt. Petr. Pecch. tract. de inſ. reſten. & manuum iniect. qui per 23. capitula materiam arreſti explicat, & vt. Io. Iacob. de Canibus in ſuo tracta. de repræſal. in Rubr. ſub num. 60. qui dicit quod etiam priuatis, & ex cauſa priuata concedendas eſſe repræſa-
382 lias, & plures ſunt caſus: primus eſt quando Iudex non vult, nec permittit iuſtam ſententiam alterius Iudicis exequi: ſecundus caſus quando negat arbitros concedere, nec ipſe vult ſummatim iudicare in cauſis pupillorum, viduarum, & huiuſmodi perſonarum: tertius caſus eſt, quando copia Iudicis non habetur, neque datur timenti potentiam Aduerſarij: quartus caſus quando contra ſententiam notoriè iniquam, petitur prouideri, & nullo remedio prouidetur, ſiue à Iudice, ſiue à Domino. 5. quando forenſibus non ſuccurritur contra ſtatutum iniquum: ſextus caſus quando læſus eſt deſtitutus omni alio remedio, quia ſi proprio marte rem, aut perſonam capiat impu-
383 nè facit: intellige ſanè, vt in 2. par. ſub num. 6. Sed non licet capienti pertranſire cum capto per alienam iuriſdictionem, quicquid ſit in fauorem iuſtitiæ contra malefactores, ſicuti non licet magiſtro militum milites per alienam prouinciam mittere per tranſitum, ſine paſſus conceſſione. In Authent. vt Iudic. ſine quoq. ſuffrag. §. interdicimus, niſi iuriſdictio per quam ſit tranſitus, ſit illius Principis qui repręſalias conceſſit, vt in propoſ. dixi in 2. par. num. 41. & de prędictis habes iura, & authoritates adductas à Iacob. de Canibus loc. cit.

384 Et Repręſalię non ſunt concedendę ſecundum Ioan. Iacobus de Canibus in dict. ſuo tract. in 35. caſibus. 1. quando pro iuſtitia poteſt haberi recurſus ad 2. quando conceduntur à Iudicibus, vel ab alijs Magiſtratibus non habentibus merum, & mixtum imperium. 3. quando forma non ſeruatur, in concedendo repręſalias. 4. quando non conſtat de iniuſtitia, vel de denegata iuſtitia. 5. contra illos qui non ſunt ſubditi naturales illius, qui iuſtitiam denegauit, 6. contra bannitos capitaliter à ſua patria, 7. contra rebelles, 8. non ſunt concedendæ Aduenis, qui non ſunt ſub protectione illius ciuitatis de qua fit lamentatio, 9. quando petens repręſalias, non erat ciuis tunc temporis denegatæ ſibi iuſtitiæ, 10. contra confęderatos, 11. quando petens eſſet, & ipſe aſperus executor, 12. pro debito ciuili tantum ex chirographo non vero, vel ex ſententia non iuſta, 13. in die feriata in honorem Dei, niſi periculum eſſet in mora, quia tunc concedi poſſunt etiam temporibus prohibitis detinendi, vel arreſtandi debitores, quibus falliis datur facultas eundi, & ambulandi ſine timore capturæ, vt Florentiæ in Octaua Natalis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, Paſcatis, & Sancti Io. Baptiſtæ, & Genuæ certis diebus, & Mediolano, ità vtitur, ſed quando ſubeſt probabilis timor ſcandali, non ſunt in die feſto concedendæ. Matth. cap. 26. ibi non in die feſto ne fortè tumultus fieret in populo, 14. quando per conceſſionem fieret iniuria ciui concedentis, 15. nequaquam contra clericos, nec contra bona Eccleſiaſtica, cauè, 16. Dominus recognoſcens ſuperiorem non poteſt repręſalias concedere, 18. quando quis eſt paratus ſatisfacere, vel

do-

doccte de bona iuſtitia, 19. quando petens repel-
litur ob renunciationem in ſpecie factam in con
tractu de Repræſalijs, 20. contra ſcholares, &
alios qui pro ciuibus habentur, 21. quando ex
ſtatuto quis eſſet ciuis, vel ex conuentione, vt
ſunt Fiuxauenſes, qui ob capitula inita cum ci-
uitate Florentiæ ſunt habiti, vt patet anno 1477.
in Reformationum Archiuio. 22. contra contu-
maces, 23. contra Iudices, qui iniuſtitiam mini-
mè fecerunt in illa ciuitate, à qua Repræſaliæ pe
tuntur, 24. contra mulieres, 25. contra priuilegia
tos, & habentes ſaluumconductum, 26. contra le
gatos & Ambaſciatores, 27. contra euntes ad nú-
dinas. 28. nec contra peregrinos, 29. nec contra
Naufragatos. Hinc ſcias quod naui capta ab ho-
ſtibus, ſi termino 24. horarum, non fuerit à Do-
mino recuperata, ſed poſt dictum ſpatium, ab
alijs à manibus hoſtium fueret capta, tunc illa
Nauis non erit reſtituenda illi, qui erat Domi-
nus, ſed fiet capientis, tex. in §. penul. Inſtitu. de
rer. diuiſ. l. ſi quis, §. differentia, vbi glo. Bar. &
alij, ff. de acq. poſſ. Doct. in l. in Bello, ff. de capt.
& poſtlim. reuerſ. vi. ſup. ſub num. 333. & 334.
vi. conſolatum maris, 30. nec contra impuberes
minores, & huiuſmodi non ſui iuris, 31. nec con-
tra prædictorum minorum bona, 32. Nec contra
bona aliena pro alimentis deſeruientia, 33. ne-
quaquam conceduntur illi, qui prius tentauerat
ſuo marte proprijs manibus ſibi ius dicere, vel
quando aliquis caperet illum cui ciuitas denega-
uit facere iuſtitiam, 34. tandem repreſaliæ non
conceduntur pro rebus paruis, & modicæ impor-
tantiæ, nec paſſim ad illas concedendas eſt eun-
dum, quia eſt occaſio maxima deueniendi ad ar-
ma, & ſi parti concedantur eſt valdè periculo-
ſum, & ſemper obijci poteſt non fuiſſe iuſtè ca-
ptum, ſed quando quis dicatur iuſtè captus trad.
Bolog. ad Anna. conſil. 94. ſingulorum verò præ-
narratorum caſuum iura, & authoritates paſſim
traduntur à d. Io. Iacob. de Canib. in d. ſuo trac.
de repræſal. ad quem me remitto.

Hic obiter quæro an liceat homini iuſto, iu-
bente ſuo Principe bellare, & arma ſuſcipere, ad
quod S. Aug. reſpondet in libro contra Fauſtum
lib. 22. cap. 75. ſic dicens. Intereſt enim quibus
cauſis, quibuſque authoritatibus homines geren
da bella ſuſcipiant, ordo tamẽ ille naturalis mor-
talium paci accommodatus, hoc poſcit, vt ſuſci-
piendi belli authoritas, atque conſilium, penes
Principem ſit, exequendi autem iuſſa bellica mi
niſterium milites debeant paci ſalutique com-
muni: bellum autem quod gerendum, Deo au-
thore ſuſcipitur rectè ſuſcipi, dubitare fas non
eſt, vel ad terrendam, vel ad ſubiugandam morta
lium ſuperbiam. Quando ne illud quidem quod
humana cupiditate geritur: Non ſolum incorru-
ptibili Deo, ſed nec Sanctis eius obeſſe aliquid
poteſt, quibus potius ad exercendam patientiam,
& ad humiliandam animam, etiam prodeſſe in-
uenitur. Neque enim habet in eos vllam pote-
ſtatem quiſquam, niſi cui data fuerit deſuper.
Non eſt enim poteſtas niſi à Deo, ſiue iubente,
ſiue ſinente. Paul. Ro. cap. 13. Cum ergo vir iu-
ſtus ſi forte ſub rege homine etiam ſacrilego mi-
litet, rectè poſſit illo iubente bellare, ciuicæ pa-
cis ordinem ſeruans, cui quod iubetur, vel non
eſſe contra Dei præceptum certum eſt, vel vtrum
ſit, certum non eſt, ità vt fortaſſe reum Regem
faciat iniquitas imperandi, innocentem autem
militem oſtendat ordo ſeruiendi.

385 Et ad materiam modici redeundo dico, quod
modica læſio non habetur in conſideratione, ſi-
ue reſpectu iudicis, & arbitri, ſiue reſpectu partis,
ſiue in rem, ſiue in perſonam: Nam pro defen-
ſione rerum ſuarum honoris, dignitatis, cogna-
torum, & ſui ipſius, permittitur defenſio cum
moderamine, vt ſupra, & quamuis copia iudicis
haberi poſſit, tamen modica percuſſio eſt licita.
Abb. in c. ſignificaſti, de homic. & in contracti-
bus, modica læſio non habetur in conſideratio-
ne. Doc. in l. 2. C. de reſcin. vendit. niſi modicum
præiudicium contractui afferret. Doc. in l. ſcio, ff.
de in integr. reſtitu. & in l. quoniam in prioribus,
C. de inoffic. teſtam. & de hac materia iam ſatis
dixi ſupra, num. 255. verſic. Modò vltra iam di-
cta, & in remiſſione mercedis ibidem plura dixi
ſub num. 254. & modica res non attenditur, l. ſi
quis conductor, ff. locat. nec vitiat contractum,
neque actionem, minus exceptionem parit, l. ha-
bitatores, & l. in rebus, §. poſſunt, de donat. inter
vir. & vxor. l. ſi quidem, §. ſi quis, ff. de ven. in-
386 ſpic. & Dominus pro modica ſerui percuſſio-
ne non agit. §. ſeruis. Inſtitu. de iniur. & diſpoſi-
tio teſtatoris non rumpitur pro modica fraude,
c. requiſiſti extra, de teſta. Nec pro modico debi-
to quis eſt carcerandus: nec pro modico quis ca-
uere cogitur, cap. per veſtras extra, de donat. poſt
mort. Nec pro parua iniuria quis notatur infa-
mia, c. cum te extra, de re iudic. ſicuti pro modica
ingratitudine non reuocatur donatio. l. fin. C. de
387 reuoc. donat. & ſi quid modicum Iudex læſe-
rit, vel arbiter non poſſunt redargui. Bar. in l.
* Pomponius, ff. de arbit. & ſi quis aliquid mo-
dicum hæreditatis habeas, vt puta interulam,
non dicitur per hoc immiſſus hæreditati, Nat.
conſil. 448. num. 19. licet Aſin. in l. ſcriptus hæ-
res, num. 49. ff. de Relig. & ſumpt. fun. contra-
rium teneat pro ſtatuto Florentino, lib. 2. Rubr.
29 & vi. Mago. Rot. Luc. deciſ. 10.

388 Et officialis nequaquam ſindicari debet ſi iu-
ra vel ſtatuta in leuibus non obſeruauerit Tiraq.
d. tract. de Iudic. in reb. exiguis nu. 13. ex Bal. in l.
quamuis. ff. de condit. & demonſtr. ſicuti non eſt
pro quid minimo tanquam ſuſpectus à iudican-
do remouendus dixi in 3. par. ſub num. 312. cum
389 ſeq. Et modicus error in calculis, vel in redden
dis rationibus tutelæ, non obeſt Tiraq. d. trac. nu
me. 16. niſi hic minimus error eſſet ad inſtar lapi
duli illius, qui totam ſtatuam Nabuchodonoſor
deſtruxit: Nec tutor modicam pecuniam depone
re tenetur l. ità autem, ff. de admi. tut.

390 Et modica contrarietas in teſte non nocet,
cap. 2. cum gloſ. ext. de teſt. tamen ſi falſum dolo
dixerit etiam in modico nocet, Bal. in cap. cùm
adeo, de reſcript. Tiraq. dict. tracta. num. 144. Nec
munus modicum iudicibus prohibitum eſt, gloſ.
in cap. non licet, 11. quæſt. 3. nec ſimoniam indu-
cit, cap. & ſi quæſtiones, ext. de ſimon. Tiraquell.
391 num. 91. & modica caſtigatio non eſt interdi-
cta Magiſtratibus, l. Magiſtratibus, ff. de iuriſdict.
omnium iudic. idem Magiſtris in Diſcipulos, l.
item quæritur, §. Iulianus, ff. locat. l. ſed etſi, §. fin.
ad leg. Aquil. ſimiliter viro in vxorem, Authent.
vt lic. Matr. & Auiæ, §. ſi quis autem, & ſi Prin-
* ceps mandet aliquid fieri in præiudicium alterius
intelligitur de modico, non autem de magno,
Cæphal. conſil. 342. num. 73. libr. 3.

Quibus autem caſibus modicum noceat, trad.
Tiraq. dict. tract. ſub num. 91. & ait quod iſta ma-
teria eſt Brocardica, & per quaſdam diſtinctio-
392 nes conatur illam declarare, quas per te beni-
gne Lector videre poteris, ipſe dico quod quo-
tieſcun-

Digitized by Google

tieſeunque modicum non nocet, aut prodeſt ſem
per ab æquitate procedit, at quando nocet ſem-
per procedit à rigore: vnde ſi nocumentum non
eſt cõtra Rempublicam, aut commune bonum,
vel contra caſus pios, & ſuapte natura fauorabi-
les, nec per illud alteratur forma expreſſe tradita
à ſtatutis, vel à diſpoſitione legitima hominis,
tunc nuſquam modicum nocet: ſecus ſi ius com-
mune alteretur, ſeu contra fiat prædictis, quo-
393 niam ſtatuta ſunt ſtrictè interpretanda, vt per
Scrib. in l. omnes populi, de iuſtitia & iure, l. cun-
ctos populos, C. de Summa Trinitate, & Fide Ca
tholica, ſuntque obſeruanda, vt dixi ſupra cit. for
mam à iure traditam, ſub num.... verum mi-
tius agitur cum lege, quam cum homine, l. Cel-
ſus, de arb. Bar. in l. amplius. ff. rem rat. hab. alio-
quin modicum, non nocet, ſi dolo caret. Modici
394 enim nulla fere ratio haberi poteſt, l. eleganter,
§. vlt. ff. de dol. Tiraq. dict. tracta. de Iudic. in reb.
exiguis factis, num. 58. vel niſi eadem ratio mili-
taret tàm in modico, quàm in magno, vt per Ti-
raquel. ibidem num. 163. & maximè ſi conceſſo
modico ſequeretur inconueniens: nam dato vno
inconuenienti ſequũtur plura, l. nam abſurdum,
* cum ſimil. de leg. Et hac prærogatiua, quam mo-
395 dicum in rebus pręſtat, deducitur quod qui non
poteſt moram facere in certo loco ei prohibito
cum armis, ſi ibi ſiſtat aliquantulum, puta dum
mingit, aut requiem modicam capiat, non dici-
tur incidiſſe in commiſſum, ſicuti etiam excuſa-
tur ſi ibi in loco morari prohibito ſateinam, aut
plauſtrum reaptet, vel equo ferrum immittere fa
ciat, vel mula arreſtetur, multò minus, ſi ipſe per-
tranſeundo ingrediatur ſacellum pro dicendo A-
ue Mariam, vel orando, Bertazol. conſil. 174. vo-
lum. 1. ſed in ſacello, & ędibus Deo, & Sanctis di-
catis, poteſt morari tantum quantumlibet impu-
nè, quia non comprehenduntur ſub tali ſtatuto,
vi. Menoch. de recuper. poſſeſſio. remed. 15. num.
34. & faciunt quæ dixi in 1. par. ſub numero 90.
cum mult. ſeq.

396 Et modicus dolor non dicitur dolor, vt de
phlebotomia, quæ licet doleat parum per, tamen
ſanat, & marioli in tortura ſubſtinent dolorem,
quia dicunt melius eſt flere ſemel, quam flere
ſemper, & melius eſt vt litigantes, aut rei fleant,
quàm Iudex, quod tenè menti tu Iudex qui vel
muneribus, vel nimia timiditate placatis, relaxan
do, non relaxandos, & abſoluendo condemnan-
dos, & quandoque melius eſt negare vnum reme
dium, quàm malum introducere vſum, nimirum
ſic quoſdam audiui dicentes. quod permittatur
quandoque iudaizare, ſed qui etiam in modico
iudaizant, ſimiles fiant illis, abſit à nobis tantus
error, quia nec fundatur in rigore iuris, multò
minus in æquitate, & qui ſeuerè ſe geſſerit ſeuerè
patietur, l. 1. ff. quod quiſque iur. nam ſuper qui-
bus delictis carentibus dolo, non eſt ſeuerè pro-
cedendum.

397 Hinc eſt, quod in pœnis non attenditur lex
Platonis, de qua in lege 12. tabul. vbi æquè puni-
ri iuſſerat furem Reipublicæ tàm modici, quàm
magni: Nam hodie ęquitas non patitur hanc pę-
nam indiſcretam, vt in l. ſancimus, & l. reſpicien
dum, cum ſimil. de pęn. ad hæc per Decia. de de-
lict. tom. 2. tit. de pœn. peculat. num. 8. lib. 8. ita-
que concludo, quod iudicium, & diſcretio pari
paſſu ambulant, vt dixi num. 127. p. 2. & nu. 120.
p. 3. ideoque in ijs multum tribuendum eſſe ar-
bitrio iuſti, & æqui iudicis, qui attenta qualitate
negotij, & perſonæ examinabit quando modi-
cum nocet, & quando non, iux. l. ſed etſi, vbi glo.
398 ff. de iudic. l. legitimos, ff. de leg. tut. omnis nã-
que Iudex tenetur ſtateram æquitatis, & rigoris
geſtare, vt in vtroque veritatem penſet, & miſe-
ricordiam, 45. diſt. omnis pro vt aduerti, in princ.
huius 6. par. & concludo contra dictum Caroli
Magni, quod ſi in modico nemo magnus, tamen
in lege Dei, qui in modico eſt fidelis ſuper multa
conſtituitur, & hæc modica ſuper modico pro
nunc ſufficiant.

399 Nunc redeundo vnde digreſſus ſum ſub num.
370. vbi dictum fuit, quod æquitas in numero
locum habet, ſic in num. 12. liberorum, quia Pa-
ter tot filiorum efficitur immunis ab oneribus
ordinarijs tex. cum glo. in l. ſi quis, C. de Decu-
rio. lib. 10. l. ſemper, ff. de Iure Immu. quod verſi
eſt circumſcriptis ſtatutis, ſed quod talis immu-
nitas ſit de iure poſitiuo teneo, quod non per d. l.
ſi quis Decurio. & per l. 1. C. de immu. nemi.
conceden. lib. 10. adeò quod à iudice nequaquam
concedi poteſt, quoniam eſt de reſeruatis Princi-
pi ſoli, Boſſ. in tit. de Prin. num. 133. adeò, quod
nec etiam ſi vices Principis Iudex haberet, illam
minimè concedere poſſet, ſub pœna flãmæ ignis,
vt dicit tex. in d. l. 1. C. de immuni. nemi. conce-
den. lib. 10. & non prodeſt, l. 1. C. de cenſib. l. in
fraudem, C. de anno. tribut. l. immunitati, C. de
agr. & cenſit eo. lib. 10 & vi. Theſaur. decit. 267.
400 At ſi talis Immunitas fuerit obtenta à Princi-
pe, tunc tantum valet, quantum ſonat. ar. l. quic-
quid aſtringendæ, de ver. oblig. & durat nedum
in vita Patris, ſed donec filij ſtent in Commu-
nione omnium bonorum, & ſub eodem tecto,
niſi vnus, vel duo iuerint negotiari in aliqua ci-
uitate, ſatis eſt quod in Patria non poſſunt ha-
bitare ſeparati, ſed debent ſimul in eadem do-
mo manere, & hoc caſu donec aliquis eorum
ſuperſtes erit, immunitate patris ſui gaudebit,
& Mulieres nuptæ in vita patris non rumpunt
immunitatem, ſecus ſi poſt vitam Patris nu-
bautur.

401 Et dum quæritur an quis immunitate gaude-
re debeat ſi eſt in poſſeſſione ſoluendi, pendente
lite ſoluere tenetur Boſſ. d. tit. de Princ. & priuil.
eius num. 148. poſſet tamen ſoluere, cum prote-
ſtatione repetendi, & ſic citra præiudicium iu-
rium ſuorum, vt per Boſſ. num. 167.

402 Sed quoad immunitatem per pactum, & con
uentionem conceſſam, & non per ſimplicem
priuilegium, vt eſt immunitas conceſſa Docto-
ribus, Medicis, & Notarijs Fiuzani anno 1547.
vt debeant tanquam ciues Florentini tractari,
& quod poſſint aduocare, mederi, & procurare
in Ciuitate Florentiæ ſoluta tantum dimidia ma
triculæ, non intelligitur talis immunitas, per
alios nouos ordines generales poſtea edictos, de
ſoluendo quandam taxam ſingulis annis pro ap
probatione ſingulo anno fienda, quoniam quod
ſemel per contractum placuit amplius diſplice-
re non debet. Bat. Bal. Alex. & alij, in l. quod ſe-
mel, de Decret. ab ord. facien. Soc. Reg. 285. ver.
403 Quarto fallit: Nam contractus ab initio ſunt
voluntatis ex poſt facto neceſſitatis, l. ſicut, C. de
act. & oblig. Damaſ. Reg. 105. & ideò tales ordi-
nes partem non citatam, non afficiunt, l. de vno
404 quoque, ff. de re iud. Cæphal. conſil. 302. num.
150. lib. 3. minuſque præſumitur reuocata talis
pactuita conceſſio, quia nullum verbum in no-
uo ordine generali fit de hac ſpeciali conceſſio-
ne, c. generi, de reg. iur. in 6. Nec in eo adeſt clau-
ſula expreſsè derogatoria. Alex. conſil. 215. par. 2.
Cæ-

Digitized by Google

Cæphal.conſil.58.num.82.lib.1.conſil.342.nu.
47.& 70.conſil.369. conſil.302.num.68. libr.3.
Bar.in l.priuilegium,in fin.C.de Sacroſanct. Ec-
cleſ. Bal. in l. qui ſe patris, C. vnde liber. vbi
in fortioribus terminis, eſt bene verum, quod
405 quando priuilegium ex gratia conceſſum eſt,
& non in vim contractus, & curſu tempo-
ris redderetur iniquum, tunc cauſa cognita
reuocari poſſet. Boſſ.dicto tit. de Princip. & priu.
eius num. 165. Cæphal.conſi.451. nu. 99. & 333.
lib.4. Sed quando per reuocationem ius iniquum
ſequeretur, ſicut eueniret in tollendo priuilegio
licito,iuſto,& patrono,fruſtatoria eſt perſcrutatio,
an per temporis ſpatium, vel ob aliud generali-
ter editum,tale priuilegium ademptum ſit: nam
non eſt credendum, mentem principis fuiſſe
velle ſine legitima cauſa contrauenire facto, &
406 pacto ſuo, imo talis eſſe mens præſumitur qua-
lis de iure eſſe debet. Cæphal. conſi.311. nu.13.
lib.3.& vi.in 1.par.ſub num. 144. & 149.165.&
169.& 247.& in 3.par.nu.238.& in 2.par. num.
32. Et priuilegium per viam contractus,non po-
teſt reuocari etiam ſi inceperit eſſe damnoſum
concedenti. Cæphal. conſi. 449. nu 64.libr.4. &
eo nſi.342.nu.9. libr.3. dicens quod nec etiam de
plenitudine poteſtatis hoc facere poteſt,num.53.
Qua de re Doctores Fiuizani ſemel approbati,&
ſoluta dimidia matriculæ cogi non debent ad ſol
uendum ſingulo anno aliam taxam pro eorum
annuali approbatione, ſed ſat eſt quod teneantur
ſingulo anno approbari contra id quod ſupra fir-
matum eſt, alioquin duplici grauamine contra
eorum priuilegium conuentionale aggrauaren-
tur,primo in tot vicibus approbatione, ſecundo
in noua taxa ſoluenda, quod de iure non licet. l.
naui. C.ad le. Rhod.de iac.& prædicta opinio eſt
vera in iure,ſed de facto periculoſa.

Quæritur nunquid probibitus aduocare,poſſit
allegare in ſcriptis, vel conſulere in Camera, &
Breuiter ac reſolutiuè loquendo,aut quis eſt pro-
hibitus,tanquam indignus, & ſic ob demeritum,
& infamiam propriam, vel alterius, aut propter
aliud quod non infamat,vt puta propter reueren-
tiam Domini, vel proprer dignitatem, & reſpe-
ctum officij, vt ſi quis ſit iudex. vel propter aliam
occupationem,vt ſi eſt Doctor legēs ad effectum
vt melius vacare valeat curę legendi, & officio
ſuo, Primo caſu tantum aduocare prohibetur,
quamnium durat cauſa prohibitionis. vnde ſi cau-
ſa eſt temporalis finito tempore prohibitio ceſ-
ſat, ſi verò eſt perpetua vtique perpetuo prohibi-
tio durat. Hæc colliguntur a text.glo. & ſcrib.in
l.1.ff.de poſtul.& l.1. & fi. C.eo.vbi Cyn.Barto.
Alex.& alij.de quib.infra Specu.de aduocat.§.1.
ſub nu. 33. Azo. de poſtul.in fi. Azo. in ſum. ff.
de poſtulan.dat.plures alias diſtinctiones. Secun-
do caſu diſtinguendum eſt aut prohibitio eſt fa-
cta reſpectu dignitatis, & decoris officij, vel vt
magis oneri iniuncto quis incumbere valeat, &
pro vtroque caſu infra plures adducentur caſus ex
quibus iuridica reſolutio dabitur, præmittendo
generaliter quilibet poſtulare poteſt qui non pro
hibetur Spec.de aduoc.reſ.1.nu.5.

Caſus primus erit quod quando reſpectu digni
tatis,& officij quis prohibetur poſtulare, & aduo
care,tunc non poterit coram iudice in contradi-
ctorio comparere: Nam aduocere eſt alienũ pan
dere deſiderium coram iudice,l.1.§. Aduocatos.
vbi Bartol.not.4.ff.de uar. & extraor.cogn.& eſt
tex.in l.1.ff.de poſtul. indecens quippe eſſet incõ
tradcitorio officialem, vel iudicem comparere,
vbi iurgia,& contemptus,ac ſcandala de facili ori
ri ſolent,a malè partium digeſto pectore. plus eſt
enim comparere foro, quam domi conſulere. l.
moris.§.& non vnquam. ff.de pęn.vltra quod co
ram iudice aduocati ſtare debent vt vulgæ dicitur
in piedi,& iudex ſedere l.honorati. vbi glo.expo
nit. Aduocati. C.de offic.ciuil.iudic.l.quiſquis.in
fi.C.de poſtulan.ibi glo. ſtandi. quamuis hodie re
ceſſit ab aula rigor iſtius moris. & iudex ordina-
rius generalem,& vniuerſalem iuriſdictionẽ ha-
bens nullo modo, nec foro, nec domi aduocare
poteſt. per tex.not.& valde rigoroſum.in l.fin.C.
de aſſeſſor. Nam vltra prædictas rationes reſpe-
ctu decoris repugnat etiam quia in omnes poteſt
ius dicere,ſi non ſemper in actu,ſaltem in poten-
tia. quo caſu conſiderãdum eſt, quod euenire poſ
ſet.l.quod debetur, ff.de pact. & nemo debet eſſe
iudex.& aduocatus.l. qui iuriſdictioni. ff.de iuriſ
di.omn.iud.tex.& Doc.in l.1.ubi glo. in verb.di
gnitatis,ff.de poſtulan.& duobus Dominis ſerui
re eodem tempore non poſſumus.l. naturaliter.
C.de epiſcop.& cler.21.q.1.cap. Apoſtolorum. &
cap.placuit.nec duas habere curas. arg.l.eum qui.
C.de adult.

Secundus hinc oritur ſecundus caſus quod qui
habet curam,& officium publicum, non poteſt
aduocare,vel poſtulare, ne publicam pro priuato
deſerat curam per l.3.C.de Primipil. c Bonæ.ex-
tra de poſtulan.cum ſimil.& ideo Felyn. in rubr.
de fide inſtrum. nu. 2. ait quod ideo Doctoribus
legentibus prohibitum eſt aduocare, vt melius
ſtudijs & lectionibus vacare poſſint. & hæc cau-
ſa militat, tàm in aduocando domi,quam coram
iudice. quo caſu nullo modo aduocare poteſt. nã
vbi eadem, ratio ibi idem ius.leg.illud,ff.ad leg.
Aquil.

Sed circumſcripto ſtatuto,videtur de iure non
eſſe prohibitum Doctori legenti conſulere in ca-
mera,ut tenet Angel.in d.l.1.§.poſtulare,ff.de po
ſtulan.& eum ſequitur Anan.in rubr.de Magiſt.
num.23. & à conſuetudine hoc eſt approbatum,
vt experientia quondie docet.

Tertius caſus, quòd in Iudice non habente
vniuerſalem Iuriſdictionem, ſed tantummodo
ſpecialẽ, & reſtrictam ad certam qualitatem cau-
ſarum,& perſonarum prima facie videbatur di-
cendum idem de eo (cum ſit Iudex ordinarius)
quod dictum fuit ſupra de Iudice habente vni-
uerſalem, & generalem Iuriſdictionem, per d.l.
fin.C.de Aſſeſſor. & alia iura ſupra adducta: Nã
qualitas non recipit magis neque minus ſecun-
dum. Porph.in decem prædicam. & ità eſt Iudex
ordinarius minor, quam maior, licet poteſtas
non ſit eadem, vnde idem ius eſſe debet de parte
quo ad partem, quod eſt de toto quo ad totum,
l.in toto,de reg.iur. equidem in promiſcuis acti-
bus non ſunt turbanda officia,l.Conſulta Diua-
lia, ff. de teſta. & indecens eſſe videtur quod
vnus Iudex compareat coram alio pro aduocan-
do, & debeat ipſe, vt ſup. dixi ſtare, & Iudex ſe-
dere, equidem non omne quod licet honeſtum
eſt,vulg.l.non omne,de reg.iur.ideò cauendum.

Veruntamen hic caſus dupliciter limitari po-
teſt 1. non eſſe probibitũ conſulere, & allegare
pro alijs cauſis, & perſonis non comprehenſis,
nec actu,nec potentia ſuæ Iuriſdictioni, ea ratio-
ne,quia limitata iuriſdictio, limitatum producit
effectũ,l.in agris,ff.de acq. re.do. Hinc eſt, quod
illi, qui in patria ſua magiſtratum publicum ſu-
ſcipiunt,& in eo ſunt Iudices,nihilominus, quia
non habent iuriſdictionem vniuerſalem poſſunt
ad-

Digitized by Google

aduocare, vt l. 2. & 3. C. de ijs, qui ſpont. muner. ſubeunt, lib. 10. facit Bal. in l. qui neceſſario, C. de Aduoc. diuerſo. Iudic. & præſertim quando tempus ſuperabundat, quodque experientia docet, & inf. magis conſolidabitur, & propterea iuraque animaduertunt quem non poſſe eſſe Iudicem, & aduocatum, intelligũtur inter eaſdem perſonas, & eodem tempore, vnde bene dicitur diſtingue tempora, & perſonas, & concordabis ſcripturas. Hinc Abb. conſil. 76. vol. 2. dicit, quod ſi poteſtas eſt prohibitus cognoſcere de certis commiſſis ante ſex menſes tum poterit de alijs delictis cognoſcere, vt eum refert Alber. Brun. in 3. vol. ſtatu. in verb. delictum verſic. ſi ex forma ſtatuti, ſed erroneæ allegatur Abb. in d. conſ. & ſic conſulere ſibi honorique ſuo, & alijs non ſuppoſitis ſuæ iuriſdictioni, & inf. caſ. 4. & in Ciuitate Mantuæ ſunt electi quidam Aduocati, ad ius reddendum circa horam nonæ, & in veſperis inter certam qualitatem perſonarum, & cauſarum merè ciuilium, & tamen præter illas horas, & præter illas cauſas, & perſonas aduocationem exercent, quod maius eſt quam in camera conſulere, & allegare in ſcriptis, & ſi licet recipere literas, & reſpondere circa res familiares, & alia, quæ in dies occurrunt, cur non licebit in camera conſulere, & informationes iuris facere, & ad iudicem tranſmittere.

Secundo limitari poteſt quando ſalarium eſſet adeò tenue, vt Iudex ſine alio vix viuere poſſet cum ſua familia, & ideò pro ſubſtinenda etiã eius decore non intelliguntur denegata eſſe illa officia ex quibus parantur vitæ ſubſidia, nec de facili ſunt interdicendæ viæ ex quibus quis honeſtè, & virtuoſe victum, & veſtitum quærere poteſt, vt Not. in propoſ. Saly. in l. ſi quis, C. de Aduoc. diuerſo. iud. Hinc dixi, quod imminente neceſſitate, & tenuitate ſalarij Iudex poteſt aliquid recipere à ſponte dantibus, vt in tract. de Brach. Reg. p. 5. ſub num. 39. Qua de re concludendum eſt hunc Iudicem ceſſante cauſa impedimẽti eius curæ, & perſonarum, & ſublato ſcrupulo Decoris ſui officij (cum in Camera, & non in contradictorio conſulat & alleget, videtur permiſſum allegare, & conſulere in Camera, cap. cum ceſſante, de appellatione, & infra clarius demonſtrabitur.

Quartus caſus eſt: Nam prohibitus aduocare, nõ intelligitur prohibitus allegationes & iurium Inſtructiones tranſmittere ad Iudicem, ad trad. per Bar. in l. Paulus, ff. de legat. idem in l. 1. ff. de poſtul. ibique Doct. in §. poſtulare, vbi Alex. ait, quod inſtruere non eſt aduocare, idem Caſtrenſ. num. 7. Alciat. conſil. 9. verſic. 6. & quod poſſit allegare tenet Alber. de Roſat. 1. par. ſtatu. q. 162. Iaſ. in l. 1. num. 11. ff. de verb. oblig. Ro. ſing. 264. Aſin. prac. §. 24. cap. 8. Carpa. ſuper Statu. Mediol. in Ciuil. cap. 60. verſic. coram, & c. 63. lit. A. Abb. in Rub. de poſtul. Dec. in l. fœminæ, nu. 10. & 11. de reg. iur. Alber. de Roſat. 1. p. ſtatu. q. 176.

Qui Doct. omnes tenent ſine vllo ſcrupulo, quod prohibitus aduocare non intelligitur prohibitus conſulere in Camera. Ang. in d. §. poſtulare, quem refert, & ſequitur Ana. d. Rubr. de Magiſtr. vbi refert Butr. dicentem, quod ſi aduocatus alicuius ſolum ſibi in Camera conſuluit, ſed non vadit ad palatium ad aduocandum, quod ille non dicitur aduocare, nec proprius aduocatus, adeo quod ſi ſe abſentat Iudex non tenetur ſuperſedere propter abſentiam Aduocati, ſi ſtatutum mandaret expectari.

Quintus caſus eſt, quod ſi ſtatutum prohibet poſtulare, nihilominus Aduocatus poterit ire ad Iudicem, & viſitare illum, & ab eo verbotenus aliquid gratioſè petere, vt per Rip. in l. ſtipulatio, num. 57. de verb. oblig. & quamuis Ana. in d. Rubr. de Magiſtr. ſub num. 23. dicat, quod ſi ſtatutum prohibet loqui vtique intelligitur etiam ſcribere, cum paria ſint ſcribere, vel loqui, vt l. miles ad ſororem, ff. de leg. 2. & per alia iura ibi per eum adduct. nihilominus cum non agatur de hæreſi, vel cum perſona excommunicata, ſed fiat actus honorabilis, & loqui, & ſcribere non videtur prohibitum, dummodo abſtineat à poſtulando publicæ, ne detur materia contemptus: Nam ſi non caſtè, ſaltem cautè, & vt. Cæpol. d. cautel. 156. num. 2. & Bar. in l. 1. ff. de legat. dicentem, quod ſi ſtatutum puniat loquentem cum bannito non comprehendit eum, qui mittit Nuntium vel Epiſtolam, ſed cum ore ad os.

Sextus caſus eſt, quoniam ſi ſtatutum prohibet Doctorem, vel alium aduocare, non per hoc intelligitur prohibere ab Aduocando pro Republica, vt l. 1. ff. de poſtulan. l. 2. C. eo. Sed contra Remp. nec contra Dominum ſuum nõ licet aduocare Abb. c. 3. nu. 3. de poſtul. Niſi pro ſua cauſa quamuis dici ſolet in cauſa propria aduocatum quære, & aduocati dicuntur defendere Rẽp. ſicut miles armatæ militię, l. Aduocati, C. de Aduo. diuer. iud. Abb. in c. 1. ſub num. 4. de poſtulare.

Septimus caſus ſimilis ſupradicto eſt quando prohibitus aduocare ſcriberet, & allegaret in fauorem diſpoſitionis ſtatutorum, & ordinum Patrię ſuę, vel Domini ſui, cõtra Impugnatores, qui allegarent illorum inualiditatem, quia eſſet defendere bonum publicum ob quod facta eſſe dicuntur ſtatuta, l. omnes populi, de iuſt. & iur. l. cunctos populos, C. de ſum. Tri. & fid. Cat. & ibi Bar. & alij, & vbi verſatur bonum publicum quilibet admittitur, §. oportet enim, in auth. de non alien. & illius cauſa receditur à reg. iuris, ac etiam à ſtatuto, l. vtilitatem, ff. de confir. tut. ſpec. de Inſtru. edit. §. inſtrumentum, & allegaui ſup. in 1. par. ſub num. 123.

Octauus caſus eſt pro patria aduocare poteſt, l. qui neceſſario patriæ, C. de Aduoc. diuerſo. iud. Nã quilibet tenetur totis oeruis patriam defendere, iux. illud Cato. pugna pro Patria, & Bar. in l. 1. §. fi. ff. de iuſt. & iur. c. cum timore, & c. & ſi nulla neceſſitas, 23. q. 8. Namq; prius Patriæ quam nobis naſcimur, vt l. 1. ff. de ventr. inſpic. & ideò primò ſuccurrendum Patrię, quàm parẽtibus, ſpec. d. tit. de aduoc. §. 1. num. 18. 27. 28. & 29. & ibi add. vbi tamen ait, quod primo parentibus, ſecundo Patriæ ſequitur Abb. c. 3. de poſtul. Mod. in l. vt vim, ff. de iuſt. & iur. Et aduocati appellantur defenſores, & milites legales, vt in auth. de ijs qui alie. no. inter ver. defenſor. l. aduocati, C. de aduoc. diuerſo. iud. Bal. in l. 1. §. cum oportet, pe. col. ver. tertio genere, C. de bo. quæ lib. At contra patriam non licet aduocare niſi in cauſa propria filiorum, vel parentum ſuorum, ac pupillorum quorum curam aut tutelã aduocatus gerit, ſpec. d. §. 1. ſub nu. 27. quamuis videtur etiam poſſe cõtra cauſa conſulere veruntamen multa fieri de iure poſſunt, ſed de honeſtate abſtinendum eſt, vbi per eundem, num. 28.

Hinc eſt, quod licet aduocatus, qui fuit in cauſa principali poſſit contra eundẽ aduocare in cauſa appellationis nihilominus de honeſtate abſtinere debet poſtquã ſecreta nouit in cauſa principali, & alijs honeſtis cauſis, vt per ſpec. d. § 1. ſub nu. 16.

Digitized by Google

nu.16.& §. nunc tractemus.verſ.quid ergo Baiar. ad Clar.q.72.nu.17. vbi admonet aduocatus abſtinere. Io. And in c.fin.de teſt.lib.6.& dixi in 5. par.ſub nu.254. in addit.ſed aduocatus qui fuit in cauſa principali non cogitur eſſe in cauſa appellationis.l.inuitus.C.de proc. Bart. in l.qui proprin. §.nē quæro. in fi. ff.eo. Hinc etiam dicitur quod non decet vaſſallum aduocare contra dominum, niſi pro ſe & ſuis,l.1. § fin. ff.de poſtul. Spec.d.§. 1.nu.30. Sed debet petere veniam de honeſtate.

Nonus caſus eſt quando vnus iudex in iure nō in facto dubitans requirit alium iudicem,ſeu aduocatū,vt dicat quid in hac re ſentiat in iure. quia licitè,& impunè poteſt ei de iure reſpondere. per tex.in l.proximè.ff.de ijs quæ in teſta.delen.et ibi Bar.nu.2.& Anna.in dicto tit.de magiſtr. nu.27. vbi ait quod iudex poteſt habere collationē cum aduocatis non ut eis credere cogatur,ſed ut eorum votum explorer,& iudex ſibi ipſi conſular.

Decimus caſus erit quia prohibitus aduocare apud præſidem non intelligitur prohiberi poſtulare apud præſidis legatum. vt d.l.moris. verſi.poteſt.ff.de pœn.ſed non è contra. Plac. Epit. delict. c.6.nu.27.& vi.inf.

Vndecimus caſus eſt quando ſtatutum prohibet ne quis loquatur,cum bannito. tamen aduocatus poterit conſulere pro eo. Arno. Cōment.44. nu.191.quem allegat Bonacoſſ.ſuper ſtatu. crim. in ver.bannitus.ver.ſtante ſtatuto.vbi dicit quod mittere nuntiū,ad Epiſtolā oō intelligitur prohibitū, licet prohibeatur auxilium præſtare bānito. dixi ſup.caſ.5.in fi.& vi,quę inf.dicā ver.3.quæro.

Duodecimus caſus, non cenſetur prohibitum aduocare pro pauperibus, & alijs perſonis,gratis, l.prouidendum.§.1. C.de poſtul.Rom.in l. 2. in prin.de verb. oblig. immo cogi poſſet ſecundum Fely.in c.1.num.2.& 3.de offic.iudic. & per Menoc.de arb. caſ.369. & inter miſerabiles perſonas enumerantur pupilli,viduæ honeſtę, orphani,depreſſi,& deſolati. Specu.d.§.1.nu.7.& nume.13. & ſeq. Alber.de Roſat.1. par.ſtat.q.4. De quibus ſacra ſcriptura dicit, cū deſtitutus fueris iacta cor tuū in Domino & ipſe te enutriet.& ſi aduocatus accipiat a pauperrimo aliquid peccat.S.Th.2.2.q. 71.et mortaliter.ſecundū Sylue.arg.c.paſce.86.di. de quo me remitto Sacr. Theologiæ profeſſorib.

Decimustertius caſus quod non obſtante ſtatuto, quis poterit aduocare pro ſe ſuiſque ſanguine coniunctis ſaltem vſque ad quartum gradum, ut d.l.1.§.fi.ff.de poſtulan.l.petitionem.C.de aduocat.diuerſo.iudic. Marſ.ſing.210.Spec. d.§.1. nu. 30.& 31.vbi in fortioribus terminis,ait quod vaſallus aduocando contra dominum pro ſe & ſuis non perdit feudum,c.fi.ext. de poſtul. & demum adeo uerum eſt quod pro ſuis quis aduocando nō incidit in pœnam ſtatuti prohibitorij,quod ſi iurauerit defendere aliquem contra omnem hominem,ſemper intelligitur eſſe exceptuata propria perſona promittentis, & ſuorum conſanguineorum vſq; ad quartum gradum, Tiraq.de pęn.temperan. ſub nu.79. & ratio eſt,quia ea quę ſunt cōtra ordinem Naturę,& charitatis,nunquā in dubio cenſentur comprehenſa in iuramēto,nec ea quę ſunt contra bonos mores,Caualca. deciſ.38. nu.15.p.2. vltra alios in Rubr.de iureiur. ſimiliter qui promiſit accommodare turrim cōtra omnes nō intelligitur cōtra ſe ipſum, nec contra cōiunctos ſuos etiā ex linea tranſuerſali, Crot. in l. frater à fratre,num.16.ff.de condict.indeb.refert Bertaz.conſil. crim. 100.num.23.lib.1.

At re vera Aduocatorum munus eſt digniſſimū,ſed valdè periculoſiſſimū,Syina. Nupt.lib.6. nu.13. & 14. vbi ait quod melius eſt habere bonum Aduocatum, quā malum Iudicem, qui ab Aduocato prudenti,& bono illuminari edoceri, & dirigi poterit in viā veritatis, Fulgoſ.in l.quod ſi nolit,§.ſi mancipia,ff.de ędilit.edic. Hinc Dauid rogabat Dominū, vt illū liberaret à viro iniquo,& doloſo,Pſal.41.Nilq;peius in Iudice quā obſtinatè loqui ar.tex.48.diſt.quod autē,& ſi neſcit diſtinguere neſcit ſoluere, & ſi indiſtinctè vult intelligere neceſſe eſt vt confusè,& ex abrupto iudicet,atq; iubeat, Caualca.decif.29.nu.39. par.2. Nam per diſtinctiones tolluntur omnes amaritudines. Sed Iudices, & Aduocati vtentes legibus, & conſcientia, prout debent meliorem vitam ducunt quam Fratres Pręedicatores,ſecundum Arno.ſing.23.incip.ſæpè audiui.

Sed vltra prædicta quæro primò, An quis poſſit aduocare in cauſa hæreſis, & reſolutiuè dico regulariter quod non, cap. ſi aduerſus, de hæret. vbi Ioan.Andr. Franc.Pizzimbo. tracta.de Lamijs, ſub num. 77. Sed quando non eſt clarum, an verè quis ſit hæreticus, vel an imputatio ſapiat hæreſim, tunc poteſt imputatus defendi ab Aduocato, Afflict.ſuper Conſtitut. Regn. 1. par. num.43.quem refert etiam Clar.§.hæreſis, verſ. & vlterius, Felyn.in d.cap.ſi aduerſus,& Oldra. conſ. 210. vbi ait defendiſſe quendam Nobilem ea quo obiecta non ſapiebant hæreſim manifeſtam. Item quando hæreticus non eſſet relapſus, poſſet pro eo aduocare, vt reſipiſcat, & ad Fidem Catholicam rediret. Sed de conſuetudine à Reuerendiſſimis Epiſcopis,& à Patribus Inquiſitoribus ſolet concedi licentia patrocinantibus pro ſimilibus perſonis, At aduertant Aduocati, vt ſint bene fundati in Sacra Scriptura Catholica, ne fortè & ipſi decipiantur, vt admonet Carret. tracta.ſuo de hæret. ſub num.19. & ij habita licentia iurare ſolent ad Sancta Dei Euangelia, ſe iuſtis, & approbatis ab Eccleſia Catholica vti defenſionibus, vt per Baiar. ad Clar. in d. §. hæreſis,verſic. vlterius,num.22.vbi adducit Decia. tract.crim.tom.1.lib.5. cap.37. & idem in Procuratore,& teſtibus, Doct.in l.rem non nouam, C.de Iudic.& l.5 ff.de poſtulan.& in l.quiſquis, C.eodem, Afflict.& Regnicol.ſuper Conſtitut. Regn.tit.de præſtan.facta.ab Aduoc.

Secundò Quæro an in crimine læſæ Maieſta. quis aduocare poſſit,& dicitur quod non, etiam ſi eſſet pro patre,aut filio,cap.filius,de pœn.lib.6. Afflict.de feud.tit.quę ſint regalia, num.23. vbi dicit eſſe ſpeciale in hoc crimine quod filius accuſando patrem, non poteſt tanquam ingratus reputari contra tex. in §.cauſas, in Auth. vt cum de appellat.cognoſc. eſt verum quod Chriſtiani Principes nemini negare ſolent aduocationē, & defenſionem,quia competūt de iure naturali, & Diuino,vt dixi in 1.par. nu.201.207.208.& ſeq. Nell.de bann. 2.p. 1.temp. nu.2. & alibi nu.62.

Tertiò quęro nunquid poſſit aduocare pro bānito,& de iure cōmu.non eſt prohibitū,quia aduocatio tendit ad publicam vtilitatē,vt per Gād. in Rubr.de bannit. verſ.itē pone per tex.in l.ſeruum quoque,§ publice,ff.de procur. Ponzimbi. d.tract.de Lamijs. nu. 78. At Florentię extat lex Ducal.edita anno 1567. die 20. Octobris in qua traduntur multi caſus in quibus ſupplicare nō licet,pręſertim pro bannitis,verum tamē eos defendere,antequam bannū tranſeat in rem iudicatā,

K videtur

aduocare, vt l. 1. & 3. C. de ijs, qui ſpont. muner. ſubeunt, lib. 10. facit Bal. in l. qui neceſſario, C. de Aduoc. diuerſo. Iudic. & præſertim quando tempus ſuperabundat, quodque experientia docet, & inf. magis conſolidabitur, & propterea iuraque animaduertunt quem non poſſe eſſe Iudicem, & aduocatum, intelliguntur inter eaſdem perſonas, & eodem tempore, vnde bene dicitur diſtingue tempora, & perſonas, & concordabis ſcripturas. Hinc Abb. conſil. 76. vol. 2. dicit, quod ſi poteſtas eſt prohibitus cognoſcere de certis commiſſis ante ſex menſes tum poterit de alijs delictis cognoſcere, vt eum refert Alber. Brun. in 3. vol. ſtatu. in verb. delictum verſic. ſi ex forma ſtatuti, ſed erroneæ allegatur Abb. in d. conſ. & ſic conſulere ſibi honorique ſuo, & alijs non ſuppoſitis ſuæ iuriſdictioni, & inf. caſ. 4. & in Ciuitate Mantuæ ſunt electi quidam Aduocati, ad ius reddendum circa horam nonæ, & in veſperis inter certam qualitatem perſonarum, & cauſarum merè ciuilium, & tamen præter illas horas, & præter illas cauſas, & perſonas aduocationem exercent, quod maius eſt quam in camera conſulere, & allegare in ſcriptis, & ſi licet recipere literas, & reſpondere circa res familiares, & alia, quæ in dies occurrunt, cur non licebit in camera conſulere, & informationes iuris facere, & ad iudicem tranſmittere.

Secundo limitari poteſt quando ſalarium eſſet adeò tenue, vt Iudex ſine alio vix viuere poſſet cum ſua familia, & ideò pro ſubſtinenda etiã eius decore non intelliguntur denegata eſſe illa officia ex quibus parantur vitæ ſubſidia, nec de facili ſunt interdicendæ viæ ex quibus quis honeſtè, & virtuoſe victum, & veſtitum quærere poteſt, vt Not. in propoſ. Saly. in l. ſi quis, C. de Aduoc. diuerſo. iud. Hinc dixi, quod imminente neceſſitate, & tenuitate ſalarij Iudex poteſt aliquid recipere à ſponte dantibus, vt in tract. de Brach. Reg. p. 5. ſub num. 39. Qua de re concludendum eſt hunc Iudicem ceſſante cauſa impedimẽti eius curæ, & perſonarum, & ſublato ſcrupulo Decoris ſui officij (cum in Camera, & non in contradictorio conſulat & alleget, videtur permiſſum allegare, & conſulere in Camera, cap. cum ceſſante, de appellatione, & infra clarius demonſtrabitur.

Quartus caſus eſt: Nam prohibitus aduocare, nõ intelligitur prohibitus allegationes & iurium Inſtructiones tranſmittere ad Iudicem, ad trad. per Bar. in l. Paulus, ff. de legat. idem in l. 1. ff. de poſtul. ibique Doct. in §. poſtulare, vbi Alex. ait, quod inſtruere non eſt aduocare, idem Caſtrenſ. num. 7. Alciat. conſil. 9. verſic. 6. & quod poſſit allegare tenet Alber. de Roſat. 1. par. ſtatu. q. 162. Iaſ. in l. 1. num. 11. ff. de verb. oblig. Ro. ſing. 264. Aſin. prac. §. 24. cap. 8. Carpa. ſuper Statu. Mediol. in Ciuil. cap. 60. verſic. coram, & c. 63. lit. A. Abb. in Rub. de poſtul. Dec. in l. fœminæ, nu. 10. & 11. de reg. iur. Albet. de Roſat. 1. p. ſtatu. q. 176.

Qui Doct. omnes tenent ſine vllo ſcrupulo, quod prohibitus aduocare non intelligitur prohibitus conſulere in Camera. Ang. in d. §. poſtulare, quem refert, & ſequitur Ana. d. Rubr. de Magiſtr. vbi refert Butr. dicentem, quod ſi aduocatus alicuius ſolum ſibi in Camera conſuluit, ſed non vadit ad palatium ad aduocandum, quod ille non dicitur aduocare, nec proprius aduocatus, adeo quod ſi ſe abſentat Iudex non tenetur ſuperſedere propter abſentiam Aduocati, ſi ſtatutum mandaret expectari.

Quintus caſus eſt, quod ſi ſtatutum prohibet poſtulare, nihilominus Aduocatus poterit ire ad Iudicem, & viſitare illum, & ab eo verbotenus aliquid gratioſè petere, vt per Rip. in l. ſtipulatio, num. 57. de verb. oblig. & quamuis Ana. in d. Rubr. de Magiſtr. ſub num. 23. dicat, quod ſi ſtatutum prohibet loqui vtique intelligitur etiam ſcribere, cum paria ſint ſcribere, vel loqui, vt l. miles ad ſororem, ff. de leg. 2. & per alia iura ibi per eum adduct. nihilominus cum non agatur de hæreſi, vel cum perſona excommunicata, ſed fiat actus honorabilis, & loqui, & ſcribere non videtur prohibitum, dummodo abſtineat à poſtulando publicè, ne detur materia contemptus: Nam ſi non caſtè, ſaltem cautè, & vi. Cæpol. d. cautel. 156. num. 2. & Bat. in l. 1. ff. de legat. dicentem, quod ſi ſtatutum puniat loquentem cum bannito non comprehendit eum, qui mittit Nuntium vel Epiſtolam, ſed cum ore ad os.

Sextus caſus eſt, quoniam ſi ſtatutum prohibet Doctorem, vel alium aduocare, non per hoc intelligitur prohibere ab Aduocando pro Republica, vt l. 1. ff. de poſtulan. l. 2. C. eo. Sed contra Remp. nec contra Dominum ſuum nõ licet aduocare Abb. c. 3. nu. 3. de poſtul. Niſi pro ſua cauſa quamuis dici ſolet in cauſa propria aduocatum quęre, & aduocati dicuntur defendere Rẽp. ſicut miles armatę militię, l. Aduocati, C. de Aduo. diuer. iud. Abb. in c. 1. ſub num. 4. de poſtulare.

Septimus caſus ſimilis ſupradicto eſt quando prohibitus aduocare ſcriberet, & allegaret in fauorem diſpoſitionis ſtatutorum, & ordinum Patrię ſuę, vel Domini ſui, cõtra Impugnatores, qui allegarent illorum inualiditatem, quia eſſet defendere bonum publicum ob quod facta eſſe dicuntur ſtatuta, l. omnes populi, de iuſt. & iur. l. cunctos populos, C. de ſum. Tri. & fid. Cat. & ibi Bat. & alij, & vbi verſatur bonum publicum quilibet admittitur, §. oportet enim, in auth. de non alien. & illius cauſa receditur à reg. iuris, ac etiam à ſtatuto, l. vtilitatem, ff. de confir. tut. ſpec. de Inſtru. edit. §. inſtrumentum, & allegaui ſup. in 1. par. ſub num. 123.

Octauus caſus eſt pro patria aduocare poteſt, l. qui neceſſario patriæ, C. de Aduoc. diuerſo. iud. Nã quilibet tenetur totis neruis patriam defendere, iux. illud Cato. pugna pro Patria, & Bat. in l. 1. §. fi. ff. de iuſt. & iur. c. cum timore, & c. & ſi nulla neceſſitas, 23. q. 8. Namq; prius Patriæ quam nobis naſcimur, vt l. 1. ff. de ventr. inſpic. & ideò primò ſuccurrendum Patrię, quàm parẽtibus, ſpec. d. tit. de aduoc. §. 1. num. 18. 27. 28. & 29. & ibi add. vbi tamen ait, quod primo parentibus, ſecundo Patriæ ſequitur Abb. c. 3. de poſtul. Mod. in l. vt vim, ff. de iuſt. & iur. Et aduocati appellantur defenſores, & milites legales, vt in auth. de ijs qui alie. no. inter ver. defenſor. l. aduocati, C. de aduoc. diuerſo. iud. Bal. in l. 1. §. cum oportet, pe. col. ver. tertio genere, C. de bo. quæ lib. At contra patriam non licet aduocare niſi in cauſa propria filiorum, vel parentum ſuorum, ac pupillorum quorum curam aut tutelã aduocatus gerit, ſpec. d. §. 1. ſub nu. 27. quamuis videtur etiam poſſe cõtra cauſa conſulere verumtamen multa fieri de iure poſſunt, ſed de honeſtate abſtinendum eſt, vbi per eundem, num. 28.

Hinc eſt, quod licet aduocatus, qui fuit in cauſa principali poſſit contra eundẽ aduocare in cauſa appellationis nihilominus de honeſtate abſtinere debet poſtquã ſecreta nouit in cauſa principali, & alijs honeſtis cauſis, vt per ſpec. d. § 1. ſub nu. 16.

Digitized by Google

nu.16.& §.nunc tractemus.verſ.quid ergo Baiar. ad Clar.q.72.nu.17. vbi admonet aduocatus abſtinere. Io. And.in c.fin.de teſt.lib.6.& dixi in 5. par.ſub nu.254. in addit.ſed aduocatus qui fuit in cauſa principali non cogitur eſſe in cauſa appellationis,l.inuitus.C.de proc. Bart. in l.qui proprio. §.ne quæro. in fi. ff.eo. Hinc etiam dicitur quod non decet vaſſallum aduocare contra dominum, niſi pro ſe & ſuis,l.1. § fin. ff.de poſtul. Spec.d.§. 1.nu.30. Sed debet petere veniam de honeſtate.

Nonus caſus eſt quando vnus iudex in iure nõ in facto dubitans requirit alium iudicem,ſeu aduocatũ,vt dicat quid in hac re ſentiat in iure. quia licitè,& impunè poteſt ei de iure reſpondere. per tex.in l.proximè.ff.de ijs quæ in teſta.delen.c. ibi Bar.nu.2.& Anna.in dicto tit. de magiſtr. nu.27. vbi ait quod iudex poteſt habere collationẽ cum aduocatis non ut eis credere cogatur,ſed ut eorum votum exploret,& iudex ſibi ipſi conſulat.

Decimus caſus erit quia prohibitus aduocare apud præſidem non intelligitur prohiberi poſtulare apud præſidis legatum. vt d.l.moris. verſi.poteſt.ff.de pœn.ſed non è contra. Plac. Epit. delict. c.6.nu.27.& vi.inf.

Vndecimus caſus eſt quando ſtatutum prohibet ne quis loquatur,cum bannito. tamen aduocatus poterit conſulere pro eo. Arno.Cõment.44. nu.191.quem allegat Bonacoſſ.ſuper ſtatu. crim. in ver.bannitus.ver.ſtante ſtatuto.vbi dicit quod mittere nuntiũ,ad Epiſtolã nõ intelligitur prohibitũ,licet prohibeatur auxilium præſtare bãnito. dixi ſup.caſ.5.in fi.& vi.quę inf.dicã ver.3.quæro.

Duodecimus caſus, non cenſetur prohibitum aduocare pro pauperibus, & alijs perſonis,gratis, l.prouidendum.§.1. C.de poſtul.Rom.in l. 2. in prin.de verb. oblig. immo cogi poſſet ſecundum Fely.in c.1.num.2.& 3.de offic.iudic. & per Menoc.de arb. caſ.369. & inter miſerabiles perſonas enumerantur pupilli,viduæ honeſtę,orphani,depreſſi,& deſolati. Specu.d.§. 1.nu.7. & nume.13. & ſeq. Alber. de Roſat.1. par.ſtat.q.4. De quibus ſacra ſcriptura dicit, cũ deſtitutus fueris iacta ſuper cor tuũ in Domino & ipſe te enutriet.& ſi aduocatus accipiat a pauperrimo aliquid peccat.S.Th.2.2.q. 71.ẽt mortaliter.ſecundũ Sylue.arg.c.paſce.86.di. de quo me remitto Sacr. Theologiæ profeſſorib.

Decimustertius caſus quod non obſtante ſtatuto, quis poterit aduocare pro ſe ſuiſque ſanguine coniunctis ſaltem vſque ad quartum gradum, ut d.l.1.§.fi.ff.de poſtulan.l.petitionem. C. de aduocat.diuerſo.iudic. Marſ.ſing.210.Spec. d.§. 1. nu. 30.& 31.vbi in fortioribus terminis,ait quod vaſallus aduocando contra dominum pro ſe & ſuis non perdit feudum,c.fi.ext. de poſtul. & demum adeo uerum eſt quod pro ſuis quis aduocando nõ incidit in pœnam ſtatuti prohibitorij,quod ſi iurauerit defendere aliquem contra omnem hominem,ſemper intelligitur eſſe exceptuata propria perſona promittentis, & ſuorum conſanguineorum vſq; ad quartum gradum,Tiraq.de pęn.temperan. ſub nu.79. & ratio eſt,quia ea quę ſunt cõtra ordinem Naturę,& charitatis,nunquã in dubio cenſentur comprehenſa in iuramẽto,nec ea quę ſunt contra bonos mores,Caualca. deciſ.38. nu.15.p.2. vltra alios in Rubr.de iureiur. ſimiliter qui promiſit accommodare turrim cõtra omnes nõ intelligitur cõtra ſe ipſum, nec contra cõiunctos ſuos etiã ex linea tranſuerſali, Crot. in l. frater à fratre,num. 16.ff. de condict.indeb.refert Bertaz.conſil. crim. 100.num.23. lib.1.

At re vera Aduocatorum munus eſt digniſſimũ,ſed valdè periculoſiſſimũ.Sylua.Nupt.lib.6. nu. 13. & 14. vbi ait quod melius eſt habere bonum Aduocatum, quã malum Iudicem, qui ab Aduocato prudenti,& bono illuminari edoceri, & dirigi poterit in viã veritatis, Fulgoſ. in l.quod ſi nolit,§.ſi mancipia,ff.de ędilit.edic. Hinc Dauid rogabat Dominũ, vt illũ liberaret à viro iniquo, & doloſo,Pſal.41.Nilq; peius in Iudice quã obſtinatè loqui ar.tex.48.diſt.quod antẽ,& ſi neſcit diſtinguere neſcit ſoluere, & ſi indiſtinctè vult intelligere neceſſe eſt vt confusè,& ex abrupto iudicet,atq; iubeat, Caualca.deciſ.29.nu.39. par.2. Nam per diſtinctiones tolluntur omnes amaritudines. Sed Iudices, & Aduocati vtentes legibus, & conſcientia, prout debent meliorem vitam ducunt quam Fratres Prędicatores,ſecundum Arno.ſing.23.incip.ſæpè audiui.

Sed vltra prædicta quæro primò, An quis poſſit aduocare in cauſa hæreſis, & reſolutiuè dico regulariter quod non, cap. ſi aduerſus, de hæret. vbi Ioan.Andr. Franc.Pizzimbo. tracta.de Lamijs, ſub num. 77. Sed quando non eſt clarum, an verè quis ſit hæreticus, vel an imputatio ſapiat hæreſim, tunc poteſt imputatus defendi ab Aduocato, Afflict.ſuper Conſtitut. Regn. 1. par. num.43.quem refert etiam Clar.§ hæreſis, verſ. & vlterius, Felyn.in d.cap.ſi aduerſus,& Oldra. conſ.210. vbi ait defendiſſe quendam Nobilem ex quo obiecta non ſapiebant hæreſim manifeſtam. Item quando hæreticus non eſſet relapſus, poſſet pro eo aduocare, vt reſipiſcat, & ad Fidem Catholicam rediret. Sed de conſuetudine à Reuerendiſſimis Epiſcopis,& à Patribus Inquiſitoribus ſolet concedi licentia patrocinantibus pro ſimilibus perſonis, At aduertant Aduocati, vt ſint bene fundati in Sacra Scriptura Catholica, ne fortè & ipſi decipiantur, vt admonet Carrer. tracta.ſuo de hæret. ſub num. 19. & ij habita licentia iurare ſolent ad Sancta Dei Euangelia, ſe iuſtis, & approbatis ab Eccleſia Catholica vti defenſionibus, vt per Baiar. ad Clar. in d. §. hæreſis,verſic.vlterius,num.22.vbi adducit Decia. tract.crim.tom.1.lib.5. cap.37. & idem in Procuratore,& teſtibus,Doct.in l.rem non nouam, C.de Iudic.& l.5 ff.de poſtulan.& in l.quiſquis, C.eodem, Afflict.& Regnicol.ſuper Conſtitut. Regn.tit.de præſtan.ſacra.ab Aduoc.

Secundò Quæro an in crimine læſæ Maieſta. quis aduocare poſſit,& dicitur quod non, etiam ſi eſſet pro patre,aut filio,cap.filius,de pœn.lib.6. Afflict.de feud.tit.quę ſint regalia, num.23. vbi dicit eſſe ſpeciale in hoc crimine quod filius accuſando patrem, non poteſt tanquam ingratus reputari.contra tex. in §.cauſas, in Auth.vt cum de appellat.cognoſc. eſt verum quod Chriſtiani Principes nemini negare ſolent aduocationẽ, & defenſionem,quia competũt de iure naturali, & Diuino,vt dixi in 1.par. nu.202.207.208.& ſeq. Nell.de bann. 2.p. 1.temp. nu.2. & alibi nu.62.

Tertiò quęro nunquid poſſit aduocare pro bãnito,& de iure cõmu.non eſt prohibitũ,quia aduocatio tendit ad publicam vtilitatẽ,vt per Gãd. in Rubr.de bannit. verſ.item pone per tex.in l.ſeruum quoque,§ publice,ff.de procur. Ponzimbi. d.tract.de Lamijs. nu. 78. At Florentię extat lex Ducal.edita anno 1567. die 10. Octobris in qua traduntur multi caſus in quibus ſupplicare nõ licet,pręter tum pro bannitis,veruntamẽ eos defendere,antequam bannũ tranſierit in rem iudicatã,

Digitized by Google

videtur per hanc legem non eſſe prohibitum. vi quæ dixi.in 3.par.ſub nu.225. in add.vbi adduxi legem dominorum octo de balia contra contumaces.anni 1551. 15. Decembris. declaratam anno 1559.die 7.Settembris.ſed vi.Nell. de bannit. 3. parte ſecundo temp. ſub numero 27. vbi ait nec poſtulare, nec teſtificari poſſe pro bannito.

Sed quid ſtante ſtatuto prohibente auxilium præſtari bannito, & reuera poſt bannum in rem iudicatam tranſactum non poteſt aduocatus pro eo poſtulare: alioquin diceretur ei auxiliari. Bart. in l.quiſquis.C.ad leg.Iul.Maieſt. hanc q.tractat Nello.de bann.3.p.2.temp.nu.26.verſic. Vigeſimo ſexto.vbi diſtinguit quem vi.& Ang. de malæf.in verb.& Andream Marci Lanificem,nu 6. verſi.ſcias,qui recitat diſtinctionem Bar.in l.infuri.§.ope.ff. de fur. omiſſa alia contraria opinione de qua inf.& dicit quod ſi ſtatutum prohibet ſimpliciter auxilium bannito late eſt interpretãdum de omni auxilio, & ſic & de auxilio aduocati, & procuratoris. Si vero ſtatutum prohibet auxiliũ reſpectu certi actus,tunc aduocare, & procurare, licet pro eo, vt per ſuperiorem rebanniatur per viam gratiæ, aut dicendo de nullitate banni per viam iuſtitiæ ideo non intelligitur prohibitum. Foller.pract.crim.in verb.banniantur. ſub num. 19.& quamuis Ang.ibi d.verſi.& Andræam.ſub num.9 dicit Bar.eſſe ſibi contrarium.in l. poſt legatum.§ ſunt qui putant.ff.de ijs quib. vt indign. & adducit iura pro vtraque parte, tandem reſidet cum opere prima Bartn.d.§.ope.& eam tenet, & ſequatur Alber.de Roſat.in 4.par.ſtatu.qu 22.& quidem talis opinio eſt verior,& æquior. Porimbo.d.tract.de Lam.nu.78. qui non videtur referre fideliter Oldr.d.conſil. 210. & dat repugnantiam in facto inter Oldr. d.conſi.210. & Albert. de Roſat. loc. mox allegat. & tandem Foller. in prac.crim.d.verſi. banniantur ſub nu.19 diſtinguit,aut non eſt interdicta aduocatio pro alia cauſa, quam pro banno,& pro ea poſtulare poteſt,ſed pro bãno nequaquam, ipſe vero aliter diſtinguo, aut bannitus eſt in banno confirmatus,aut adhuc comparere poteſt, ſeu ad nouas defenſiones fuit admiſſus iuxta practicam de qua per Boſſ.in ti.de liter.princ.admitt.ad no.defen.& per Clar.queſt. 94.verſi.eſt etiam:nam primo caſu qui pro eo poſtularet in pœnam ſtatuti incideret tanquam auxiliator,in ſecundo vero caſu non per l. Gracchus C.ad leg. Iul.de adult.

Verumtamen quia Clar.in q.32. verſic.tu ſcis. ait quod bannitus pro vno delicto,poterit iterum banniri pro alio delicto,ſi ſecundum delictũ non ſit capitale, & pœna ſit pecuniaria, extimo quod poſtulans pro eo citato ad comparendum ex cauſa huius ſecundi delicti non incurrat illam pœnam de auxilio, per ea quæ dixi ſub nume. 288. & 289. parte quinta, vbi in pecuniarijs non eſt prohibita defenſio per procuratorem, niſi perſonaliter principalis compareret teneatur,ſed etiam teneo quod (circumſcripto ſtatuto) poſſet appellari, ex quo vbi agitur de pœna pecuniaria, & quis legitimè comparere dicitur comparendo per procuratorem, iuxta vulg.reg. Qui per alium facit. & quidem contra ius commune cogere, & velle vt compareat perſonaliter, & ſic diceretur grauatus,& ideo appellari poſſet. toto titulo de appellat. niſi dicamus quod tàm in iſto, quàm in primo caſu videretur prohibitum pro bannito poſtulare,cum ſit imputandum ei,qui ob eius delicta poſuit ſe in hac neceſſitate comparendi, ut l.ſi fideiuſſor §.pen. ff.qui ſatiſda. cogan. l.ſecunda §.ſi quis. ff. ſi quis cautio. Sed eſt arbitrarium iudici, vel citari facere delinquentem pro ſecundo delicto ubi pœna peconiaria venit, vt perſonale compareat,vel ſi fiſcus velit ſibi profiteri cõportat per procuratorem, & det cautionem de iudicatum ſoluendo, vi.in quinta part. ſub numero 199.& ſequent. vbi quædam exempla tradidi ad hunc propoſitum ,& qualiter ac quando audientia non ſit deneganda bannito tractat plenius cartar.tracta.ſuo de executio.ſentent. capt. bannito, capitulo primo, numero 110. cum pluribus ſequentib.

Nunquid autem clericus poſſit poſtulare pro quibus & quando. vi Spec.in dicto tit.de aduoc. §.primo,per tot. ubi etiam in excommunicato,& Abb.cap.primo,per tot.de poſtulam. & c. ſecundo,& tertio eo.vbi de ijs quæ ob quandam conuenientiam,& vrbanitatem debent abſtinere ab aduocando primo contra illum a quo aduocatus receperat beneficia. Secundo vaſallus contra Dominum ut ſupra tertio cõtra ciuitatem a qua,quis eſt ſalariatus; quarto contra valde amicos quinto contra coniunctas perſonas, & in paritate potius pro coniuncta perſona contra amicum, quam è contra ſexto contra patriam, ſed potius pro parte contra patriam, qua è contra de ijs omnibus per Abb. dicto capitulo tertio, de poſtulan. ſed propter neceſſitatem, & ad defenſam etiam in criminali poſſet aduocare ne fame pereat, vt per Abbas dicto capitulo primo, ſub numero ſecundo.

Item an expediat allegare multos authores, & multa iura.& clarum etiam quod vbi multitudo ibi confuſio ſecundum Ariſtot.in tertio Ethico. & melius pauca,& vtilia dicere, quã multis inutilibus aures hominum prægrauare. leg. ſecunda §.ſi quis autem Codic.de vet.iur.enucl. & in authent.de tabell.§.primo collat. 4. & ſic multi loquio non deeſt peccatum Apoſtol. & multitudo non ſeruat modum;& nihil rectè agit ſecundum Bartol.in tracta.de ſchiſm.colum.quinta,& multitudo ſpernitur in authent. de reſeru. cir.fin. & facit in adagio,gaudent breuitatem moderni no. glo.in leg.prima. ff.quod met.cau. eſt tex.in leg. ampliorem. §.in refuratorijs Codic. de appellat. & veritas in paucis conſiſtit vid.in Oldo. conſilio 24. & Cæpol.de vſuc.pro emptio. num. octauo. In contrarium dicitur quod plus ſapiunt duo quam vnus, & plus vident oculi quam oculus ad hæc Tiraquell.de pœn.temp. cauſ. 51. nume. 63. & ſequen. Hinc dicitur quod allegationes per plures factæ & approbatæ in dubio ſunt potios tenendæ; nam vbi eſt multorum doctorum allegatio, non poteſt eſſe quin inter tantos ſit aliquid bono, iuxt.not. in leg. prima.ff.de teſt.& ita propoſ. Iacob. de Beluiſ.in ſua pract. tit. Quo triplic.ſunt cauſæ ſub nume. 178. in fin.& ſi forte allegaretur text. gloſ. vel doctor qui non ſint recepti allegans excuſatur, ſicuti quando multiplicate negociorum vel in aduertentia Tipographorum in aliquo libro diceretur, quod non eſt, etiam illud allegaretur, eſt excuſandus dom oſtendit locum à quo deducit gloſ. in leg. fin. Codic. de falſi. idem ſi legem correctam allegaret leg. vnica C.de not.C.confir.& de ijs per Iac. de Beluiſ.loc. citat.ſub num. 182.vltra quod non vnus omnia ſcire poteſt, & ſi id credat valde decipitur,& irridetur,ſaltem latenter, ne irritẽtur Cabrones,

brones,

Digitized by Google

brones, ſed omnes ſimul cuncta ſciunt, & etiam quia multi ſunt docti qui non habent multos libros, & dum multi authores allegantur, vix fieri poteſt, quod inter tantos non habeant aliquem de allegatis, & poſtquam, teſtibus & gloſis relictis confugitur hodie ad authoritates ei (ſi hanc corruptelam damnauerim) tamen hoc tempus iſtos mores poſtulat, ſed præcauendum magis eſt à proponendo falſas concluſiones, & falſos terminos, quam, ab allegando authores erroneæ, & Doctorum authoritates pluribus modis allegati poſſunt, primo in puncto, ſecundo in terminis, tertio in argumento, quod pluribus ac varijs modis contingere, poteſt quarto per inductioné, ſeu per illationem, quinto in propoſito quarto pro fauendo Doctori amico ſuo: nam vno ex ſupra dictis modis Doctor à Doctore honorari poteſt, quod ſi cum duobus verbis non facit, quid ſperãdo de factis & qui indignantur de opere proximi ſciant quod opus indignantis non erit minus laudabile, vltra quod animi nobiles eſt reciproca gratitudo, & per contrarium alieni honoris ſuppreſſio inuidentiam ſapit. Nec eſt aliquid dictũ quod prius non fuerit dictum, & ad hęc vide quę dixi in 4. par. ſub num. 148. & 250. & in 5. par. nu. 127. & 274. tamen ſunt excuſati Authores ſi alios quos non habent, non allegant, & ad hanc ſupra dictum propoſitum in quæſn Euerar. in procem. ſuæ Centur. qui pulchrè loquitur, & ipſe cum Virgil. ver. concludo ſit inquiens.

Sic vos non vobis nidificatis aues:
Sic vos non vobis vellera infertis oues:
Sic vos non vobis millificatis apes.
Sic vos non vobis fertis aratro boues.

* Veruntamen aduocati, et procuratores cauſam iniuſtam patrocinare caueant, poſtquam cognouerint iniuſtam eſſe, ne dici poſſit improbare præbes auxilium? vt in Paralipom. c. 10. & iram Dei præuocas. iux. dictum Apoſtol. ad Roman. cap. 1. at prius inueſtigandum eſt de proprijs meritis cauſæ, vt comperta veritate demum fiat reſolutio an cauſa ſit patrocinanda, vel reſpuenda: nam ſi à principio videbitur iuſta, & ex poſt facto detegatur iniuſta, tunc excuſabuntur ſecundum Sanc. Thom. 2. 2. q. 21. art. 3. & 2 2. q. 62. artic. 7. latè Seraph. Caſ. conſcien. 6. Nauar. Manual. confeſſ. c. 25. nu. 28.

An autem pacta cum clientulis iniri poſſint dixi de pacto quotæ litis in quarta part. ſub num. 239.

* Nunc quo ad conſcientiam dico quod a moto fine lucri ſemper viro egenti permittitur ſuis ſuccurrere neceſſitatibus c. quę propter neceſſitatem de reg. iur. non de re, ne ſuper ea de qua lis eſt, ne fortè per fas & nefas patrocinetur, ſed de pecunijs & rebus proprijs quæ nõ ſunt in lite litigatorijs. S. Paul. qui militat ſuis ſtipendijs vnquam. 1. Corint. & Dominus ordinauit ijs qui Euangelium annunciant de Euangelio viuere, & qui altari ſeruit, de altari viuere debet, ſed hoc profecto verum eſt quando vere altari propter Deum, & nõ propter ſe ipſos ſeruiunt vnde in prædicando, in diuina celebrando, in peccata audiendo, & ſacramenta adminiſtrando dignos eſt operarius mercede ſua Matth. & Luc. c. 10. & S. Thom. 2. 2. qu. 100. Concil. Trident. ſeſſ. 5. capit. primo & ſecundo Seraph. caſ. 14. & capit. 20. qui vide. Sed quiſquis onus ſuum portabit, qua de re vnus ſedere, alter vero totum laborem & pondus diei & æſtus ferre non decet, nec licet per ſubſtitutum ſeruire iuxta leg. viam veritatis. ff. locat. cum ſit electa induſtria perſonæ, de hac re vide quod dixi parte prima nume. 263. & in ſecunda parte ſub nume. 265. in tertia part. ſub nume. 263. parte quinta nume. 79. Niſi à ſuperiori fuerit diſpenſatum.

407 Redeundo ad propoſitam materiam circa æquitatem quæ in numero conſiſtit, adhuc dico quod etiam locum habet circa nume. teſtium, vt plenè dixi in pract. de teſt. part. ſecunda vbi dictum fuit quod ſtatutum æquitatem, ſapit per quod minor numerus teſtium ſit ſufficiẽs, quam ſit de iure communi per Bart. in leg. de quib. col. 11. num. 28. de leg. Iaſ. in l. cunctos populos Cod. de ſum. Trin. & fid. cat. Aſin. in practic. §. 19. capit. 38.

408 Et circa numerum Doctorum in faciendo communem, vel magis communem ſcias quod illa opinio quæ eſt iuſta & æquale præualet, nec vinci poterit ſubtilioribus rationibus maiori numero doctorum, Corrat. d. ſuo. tract. com. op. in princ. num. 22. in ſpect. prima nu. 85. & dixi ſupr. num. 294.

* Et in propoſito huius prædicamenti aliqua libenter dicerem in materia Aſis, quæ cum ſit de ſe nimium prolixa, remitto ad Bud. qui amplum de Aſſe tractatum fecit, & ad Geor. Vallen. Plac. d. tract. de Reb. expeten. & fug. qui luculenter explicauit.

409 Et in quantitate animantia viuunt nequaquam excedentia, ſed ad ſaturitatem tantum, edunt, bibunt, & dormiunt, quantum ſufficit quodlibet iuxta naturam propriæ ſpeciei, vltra vero non, at pro pudor humor ſolus etiam quod ſit rationale animal, inſatiabilis eſt, quique compoſitus eſt diuerſorum humorum, à ſimplicitate & puritate adeò alienus eſt, nimirum ſi animi paſſionibus animi & corporis ſit ſubiectus, ut aiunt Ariſtot. Plat. Epicur. & alij, & ipſe homo nam quæ corruptibilis eſt, nunquam in eodem ſtatu manens, Iob. capit. 14. nec vnquam ſatiabitur niſi, demum quando apparebit gloria Dei. Paul. Apoſt. ideo homo quantus qualis eſſe debet finem hac reſpiciat.

* Poſtremò in hoc prædicamento quantitatis ſcias quod ratione multitudinis æquitas non patitur, vt rigor pœnæ æqualiter exerceatur in omnes, eſt enim materia leg. aut facta. §. fio. ff. de pœn. tetigi in quarta parte nume. 82. & 153. & id ab æquitate non ſcripta prouenit, vt à ſola clementia Principis, Mart. Laudent. de Princ. concluſ. 112. quem alleg. Boſſ. titu. de Remed. ex ſola element. princip. ſub nume. quinquageſimoſecundo Clar. §. fin. quæſtio. 60. verſicu. allegatur, vbi adducit Angel. in leg. is qui opera. ff. de furt. & latè per Tiraquel. de pœn. temper. cauſ. quadrageſimoſeptimo dicentem, cum multorum ſtrages iacet detrahendum eſſe ſeueritati, per capit. conſtituerunt in fin. 50. diſtinctio. & per alia inta allegata ibi à Tiraquell. at ſi eſſemus in aſſaſſinis, & atrocioribus delictis tunc ad expurgandam prouinciam, ob hac infectatione peſſima farinellorum, non eſſet habenda ratio multitudinis per leg. congruit. de offic. præſ. & vide Tiraquell. vbi ſupr. nume. 137. Sed in alijs caſibus, & perſonis, pœna corporalis ob multitudinem, conuerti ſolet * & in pecuniariam, & vbi totius exerci-

Digitized by Google

tus deliquit neceſſaria eſt venia. numero quin-
to, & in delicto ciuitatis ſunt puniendi tantum-
modo Authores, reliquis verò indulgendum
num. 6. licet aliter ſequatur. Quoniam quicquid
delirant Reges plectuntur Archiui. & vbi imi-
neret ſcandalum in puniendo multitudinem, ſi-
mulare loco prudentia eſt, num. 14. & de toto
cętu, ſeu Conuentu vnius Religionis. Tiraq. ait,
quod & ſi parcitur eis pro pœna corporali, non
tamen à pœna Diuini iudicij, vt num. 11. & 15.
& de hac materia vi. Doc. in l. quoniam multa
facinora, C. ad leg. Iul. de vi. public. & Luc. de
Pen. in l. ſiue, C. de exact. & execut. lib. 12. &
Bar. & alij in d. l. aut facta, ff. de pęn. in quantis
* autem multitudo conſiſtat dixi ſub numero 82.
& 153. par. 4. & per Menoch. de arb. in no. addit.
Caſ. 598. centu. 6.

De vniuerſitate, vel Collegio delinquentibus
Tiraq. numero 6. ait quod ſi ſomno campanæ
congregatis gentibus, acclamando, ac concitan-
do, vt fertur populum ad tumorem, all'arme, al-
l'arme, amazza, amazza, fuora, fuora, talis vox
ſeditionem inducit, vt ait incertus Author. trac.
de ſeditioſ. tunc collegium, aut vniuerſitas di-
cuntur delinquere, & in hoc pœna acerba erit ab
authoribus ſentienda, alijs vero tanquam aui-
bus volantibus indulgendum erit, vt tenet Me-
noch. d. caſ. numero 598. numero 13. & ſeq. cen-
tur. 6 vbi dicit quod Collegium, & vniuerſitas
dicuntur corpus inanimatum, & fictum, quo fit
* quod dolo carere dicatur, & ſic non erit punibi-
le, niſi in caſu læſæ Maieſtatis, in quo nomen
quoque rei abo'etur, & domus demoliuntur, &
Ciuitas ad Aratrum damnatur, vt dixi in 4. par.
ſub numero 518. & trad. Baiar. ad Clar. quæſt. 60.
numero tot. qui refert, quod ſcripſit Ioſeph. de
Bell. Iudaic. lib. quinto, dicens quod animad-
uerſio in ſingulos vſque ad factum procedere
debeat in multitudinem verbotenus: illa vſque
ad pœnam: iſta vſque ad correctionem, &
quod hæc fuerunt verba Titij Imperatoris in
obſidione Hieruſalem. Luc. de Pen. in l. ſiue
ex Prætoriano, C. de exact. lib. 10. & Clar. quæ-
* ſtio. 77. verſic. item Ciuitas, dicens quod Ciui-
tas committens contra Epiſcopum ſuum, vt
percutiatur, vel vi capiatur, aut banniatur eſt in-
terdicta clem. ſi quis ſuadente, de pęn. idem ſi ab
aliquo in loco Epiſcopus detineatur inuitus à
Domino illius Ciuitatis, vel à Republica alle-
gat Tort. inter conſil. Anto. de Butr. conſil. vl-
tim. & dicit, quod iſta eſt comm. op. & quod
ceſſante detentione interdictum ceſſat, & de-
occidente Epiſcopo trad. Card. Flor. in clem.
prima, §. ciuitas, & adduc. ad Clar. d. quæſtio 77.
numero 29. cum ſequent. vbi de ſtatuentibus
contra libertatem Eccleſiaſticam, & hæc ſpe-
cialitas quod ob multitudinem delinquentium
locus ſit indulgentiæ, procedit de æquitate
quadam non ſcripta. At indulgere obſexum,
ætatem, ignorantiam, ſurorem, ebrietatem,
iram, prouocationem, & huiuſmodi oritur ab
æquitate ſcripta, vt aliàs dixi, & ex traditis à Ti-
raquell. d. tract. de pœn. temper. per tot. Sed, vt
ciuitas dicatur hæc requiruntur. Vbi rex, vbi
Curia, vbi Miniſtri, vbi Plebs inuenitur, ibi
Ciuitas. Auguſt. Pſalm. 9.

DE PRAEDICAMENTO *Qualitatis*. 3.

410 Qualitas ſecundum Phi
loſoph. eſt ſecundum
quales quidam dicun-
tur, vt refert Titelma.
in Dialect. ſuper hoc
prędicamento. cap. 41.
Nos autem ſecundum
legales terminos dici-
mus quod qualitas eſt,
quæ ſine ſubiecto ſtare
non poteſt, l. 4. §. fin. vbi not. ff. de act. empt. adeo
quod Bal. in l. ea, quæ ſub num. 7. C. de condict.
indeb. ait, quod qualitas reperitur in omni præ-
dicamento, & quod omnia prædicamenta ſuam
411 qualitatē habent, & ibi dat exempla, tradita à
Bar. in l. aut facta, §. qualitatem, ff. de pœn. vbi
vi. Hinc dicitur, quod illud, quod non eſt, nul-
las qualitates habet, vt l. prima, ff. de hær. in-
ſtitu. & quod intentionem agentis cognoſci-
mus à qualitate actus geſti, l. non codicillum,
C. de teſta. ſtateramque noſtram æquitatis, &
rigoris maximum locum habere in prædica-
412 mento qualitatis, & quiſquis tali ſe effectu
præſtare debet qualis ſermone ſe offert, l. pe-
nult. ff. de condit. Inſtitu. Qua de re ex verbis ve-
rè naturaliter, & moraliter obligamur, vt per
Doct. in Rubr. & tot. tit. de verbor. obligat. ſed
facta ſunt potiora verbis, l. de pupillo, §. memi-
niſſe, de oper. nou. nuntiat. vnde in prouerbio
vulgariter dici ſolet. Buone parole, e cattiui
fatti ingannano i ſauij, e li matti, ſed ſimulare
loco prudentia eſt, dum ſapit patientiam fer-
re, non autem vindictam differre, ad hæc vi.
Pſalm. 117.
413 Circa facta præſtanda æquitas non patitur,
patitur quis ad impoſſibilia teneatur, vulg. iur.
nec ad id, quod eſt contra bonos mores, vt in l.
ſtipulatio hoc modo concepta, de verb. ob. nec pa
titur, vt in præiudicium filiorum noſtrorum om
nia noſtra donare poſſimus, alioquin donatio
retractatur eſt nota materia, l. ſi vnquam, vbi la-
tiſſime. Plot. & Tiraq. C. de reuoc. donat. Nec de
414 Rebus noſtris poſſumus, ità obligari, aut diſpo-
nere, quin iura circa nos, & noſtram volunta-
tem, ac res noſtras, locum non habeant, trita l.
non aliter, de leg. 3. ratio eſt, quoniam æquitas ſi-
mul & honeſtas minimè patiuntur, vt contra iu
ra diſponamus, turpe lucrum quæramus, aut tur-
piter agamus, vt eſſet ſi turpem perſonam quis
hæredem inſtitueret: nam obſtat diſpoſitio, l. in
hæredem, ff. de calum. l. videamus, ff. quod met.
cau. & d. l. ſtipulatio hoc modo, ubi Bar. & alij,
de ver. ob. quapropter frater agit querela inoffi-
cioſi contra teſtamentum fratris in quo turpis
perſona fuerit inſtituta, l. fratres, vbi Doc. C. de
inoffic. teſtam. niſi fratris agenti obſtaret ingra-
titudo magna: nam excluderetur, vt tenent Doc.
in d. l. fratres.

* Abhorrenturque ſpurij, qui ſunt magis odioſi,
quam naturales; quoniam ſpurij penitus repel-
luntur à ſucceſſione, nec ſunt nominandi natu-
rales, vt dicit tex. in auth. ex complexu, C. de in-
ceſt. nupt. & in §. fin. in auth. quomo. nat. effic.
leg. & 35. quæſt. 7. cap. primo, pulchrè Dec. con-
ſil. 433. numero 15. & 16. idem in conſil. 305.
per

Digitized by Google

per tot. vbi nec patri, nec matri ſuccedere poſſunt, ſed miſerationis gratia poteſt capere tantum quantum pro alēdia eis neceſſitas poſtulat, auth. licet, C. de natal. liber. Clar. §. teſtamētum, q. 31. verſ. ſed quid, Dec. conſil. 576. num. 1. & 2. vbi de æquitate Canonica quando is natus modum non habet aliunde viuendi, ſoluuntur alimenta, cap. cum haberet, de eo qui dux. in matr. quam pol. Doc. in l. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius, ff. de liber. cognoſcen. & ſeruatur etiam in foro ſæculari, vt dicit Abb. in d. cap. cum haberet, quem ſequitur Dec. in conſil. 310. num. 3. ratio denegandi ſucceſſionem eſt, vt auferatur hoc nefandus coitus.

* Sed an ſpurij Matri ſuccedere valeant diſtinguendum eſt, quod ſi ſpurius ex coitu non damnabili natus eſt matri ſuccedit non illuſtri, l. ſi qua illuſtris, C. ad Orphic. vbi gloſſ. Craſſ. de vlt. volunt. §. ſucceſſio ab inteſtato, q. 20. nu. 4. & qualiter ſpurij ſuccedere, vel non ſuccedere valeant, vi. Caualca. deciſ. 10. per tot. p. 3. & quo ad alimenta vi. quæ ſupra dixi, in hac 6. par. ſub num. 118. vbi dixi alimenta etiam deberi ſpurijs filijs ſpuriorum.

416 Præterea iudicium habet ſuam qualitatem: nam ſiue efficax ſit, ſiue non, talis erit illius executio de ſtricto rigore iuris, at de æquitate ſubſtineri poterit, ſi vitium nullitatis non erit in qualitate ſubſtantiæ, vt multis modis ſaluandi iuriſdictionem, proceſſum, acta, & ſententias docet Vant. de nullit. tit. Qualiter ſenten. & proceſſ. Qui dic null. defen. ſeu repara. poſſ. & ſic quale erit iudicium, talis erit executio regulariter.

417 Item qualis pater talis filius, adeò quòd filij naturaliter hæreditant morbos parentum, vt de Podagroſis, & leproſis ac quibuſdam affectibus, qui à ventre ſuſcipiuntur ob corruptionem ſanguinis, vt ſcripſit. Georg. vall. d. trac. de reb. expeten. & fug. lib. 26. ſed ſummopere quo ad mores filij ſequuntur parentes vnde Poeta noſter filiam ſimilem eſſe matri dicit, niſi citò filij exeant ſub eorum poteſtate, & ab alij honeſtè educantur, & prudenter gubernentur, quodque non habet opus allegatione, quia experientia quotidie oſtendit hoc.

418 Cæterum quo ad debitum filiorum erga parentes dictum fuit in prima par. ſub num. 283. dicimus. Quod primo Deo, ſecundo Parentibus, tertio Patriæ obnoxij ſumus, & ijs duobus propter Deum, & tu Deo præter omnia, dicebat S. Thom. de Aquin. & de tali obligatione tractat Iuriſconſ. in l. 1. ff. de ventr. in poſſeſſ. mitt. & Cic. ad Marc. Eni. in 2. libr. Epiſt. famil. anteponit amorem Patriæ, parentum amori, & eſt tex. in l. qui habebat, ff. de leg. 3. & In paritate potius eſt parendum patriæ, quam parentibus, l. poſtliminium, §. filius, de capt. & poſtlimi. reuerſ. & Pāph. apud Terent. in Hecyr. actu. 3. ſcen. 4. dicit parenti potius, quam amori, obſequi oportet, & dicunt filium poſſe impunè occidere Pa-* trem propter ſalutem Patriæ, l. minimè, ff. de relig. & ſumpt. fun. Etenim omnis peregrinatio obſcura, & ſordida eſt ijs quorum induſtria in Patria poteſt eſſe Illuſtris, & Ciuis eſt, qui patriam ſuam diligit ac bonos mores, & omnes patriotas ſaluos, & incolumes deſiderat, quod eſt not. contra abnegantes propriam patriam, & inuidentes patriotas, qui patriam illuſtrant verum ad inuicem patriotam æquales amore quam uis inæquales morum eſſe debent, cum naturale vinculum Patriæ extet quo mutua ſibi officia præſtare teneantur, ità omnes homines ſibi inuicem, ſi non tanto, tamen aliquo certè naturæ debito obſtricti ſunt, leges namque æquitate ſuadente naturali voluerunt nos alieno occurrere delicto, atque hoc quemlibet obſequium præſtare debere, vt per l. lege Cornelia ad leg. Cor. l. Creditore, ad leg. Iul. de publ. iudic. & in cap. quanto, de ſentent. excommu. Quanto magis erga ſuæ patriæ viros benemeritos, pudeant ergo Inuidentes, quorum cupiditas, & ignorantia deuinctos tenent, animos, Careant ſucceſſibus, qui malis moribus eorum animi, & naturæ vilitatem turpiſſimè aſſociant. Sed & quo ad obedientiam filiorum certum eſt, quod in adoleſcentili ætate, omnia rebus, quæ ad affectum amoris attinent poſtponi, extat pulcherrimum dictum vulc. qui cum ægrè induceretur ad ligandum Prometheum, iuſſus à Ioue Patre tandem id facit dicens, negligenter agere ſermones patris graue eſt, vt refert Exhil. in princ. Tragediæ Promethe. ligat. & hinc Vlp. in l. 1. ff. de obſeq. libertorum grauem pœnam indicit arbitrio Iudicis, filijs qui patrem & Matrem (quos venerari oportet) contumelia affecerint, idem in l. liberto. eo. tit. alioquin qualia parentibus feceris, talia à tuis liberis expectes, tot. tit. ff. quod quiſque iur.

419 Parentes autem tenentur alere, & educare filios, vt dixi in prima part. ſub numero 283. & filiabus dotem conſtituere iuxt. qualitatem patrimonij, l. qui liberos, ff. de rit. nupt. l. obligamur, vbi Doctor. de action. & obligat. alioquin agent querela de inofficioſa dote, vt C. de inoffic. dot. æquitas enim ſcripta docet, vt filiæ decenter dotentur. Campeg. Bal. Nouell. & alij, de dot. & Priuil. eius, & de hac re ſatis dixi ſupra in d. prima par. loc. cit.

420 Tandem qualia quiſque fuit talis eſſe præſumitur, vt alias dixi in materia extenſionis in quarta par. ſub numero 434. & in tertia par. ſub nu. 260. & dixi qualitatem pœnæ iudicari à qualitate delicti, per Soc. conſil. 157. par. 2. & quod qualitas Rubri facit interpretari nigrum, vt trad. Doctor. in Rubric. & l. fin. ff. de hær. inſtitu. & in Rubr. ff. ſolut. matrimon. & à qualitate præfatij mens legiſlatoris declaratur, ſecundum l. Imperatores, ff. de in diem adiect. & dixi in quarta par. ſub numero 43.

421 vbi caſum incontingentia facti narraui, cum ſequent. & à primordio tituli qualitas materiæ ſequentis cognoſcitur, l. vnica, in fin. C. de impo. lucr. deſcript. libr. decimo, & facit text. in l. prima, §. fin. de orig. iur. & in l. item, ff. de pact.

422 Verum, quia qualitas in æqualitate conuertitur, & iuſtitiæ effectus eſt, omnia ad æqualitatem ordinare ideò dicendum eſt in quibus æqualitas conſiſtit, de qua re copioſè tractat Lactan. lib. 6. Diui. iuſti. cap. 15. quem refert Tiraq. de retract. conſangui. §. 35. gloſſ. 1. num. 13. Afflict. ſuper 3. feud. tit. quæ ſit prima cauſa, §. ſed quia. num. 4. car. 179. vbi multa bona in hoc propoſ. ſub num. 5. & omni iure æqualitas eſt valdè deſiderabilis.

423 Iamque primo non erat diſtinctio libertinorum, & ſeruorum, omnes enim naturaliter liberi naſcebantur, & omnia communia erant, tot. tit. de iur. nat. gent. & ciui. & tit. de ijs, qui ſunt ſui, vel alie. iur. & trad. Doc. in Rubr. de acq. rer. dom.

424 At antiquo tempore vigebat illa lex talionis

Google

rigoroſa ſine vlla diſtinctione, quoniam accuſator eandem pœnam patiebatur, ſi non iuſtificabat accuſationem ſuam paſſurus erat accuſatus accuſatione probata, unde dens pro dente, oculus pro oculo, membrum pro membro dabantur, & de in Exod.cap.21. & accuſator tenebatur ſe ſubſcribere ad pœnam talionis. vt l. ſi. C.de accuſat. & per multa iura, quæ adducit Pet. Duen.reg.27. in verb.accuſans, quam in deſuetudinē abijſſe dicit, imo Pretorij iuris æquitate, & clementia fuit reuocata, vt teſtatur Aulus Gell.lib.19.noct. Atticar. vltra quod propter illud antiquum rigorem, multi accuſare renuebant, & delicta ſæpenumero impunita remanebant. contra l. ita vulneratus. Ad leg. Aquil. ſed contra teſtes qui doloſè mentiuntur, & ſunt cauſa quod Innocens quandoque pœna capitali puniatur, adhuc pœna talionis viget. vt dicit Duen.d. Regu.27. Sed eſt in arbitrio iudicis ſupremi, ijs caſibus, ſeruare rigorem propter magnam criminum atrocitatem: Nam contra ſceleſtos homines æquitas dat manus rigori, & ideo lex talionis non fuit in totum ſublata, & hic vi. quæ dixi in prima par. numero 8.& ſeq.

425 Et quia dixi quod in illa ætate prima omnia erant communia, nedum res, ſed vſque ad vxores & filios, & quæcumque alia quæ ſub nomine fortunæ appellabantur, hæc quidem erant adeo communia, ſicut lux ſolis communis eſt omnibus, tā iuſtis, quàm iniuſtis, quod procedit à prouidentia & benignitate Dei.

426 At euenit quod in ſecunda ætate ſucceſſerit illud ius valdè pernicioſiſſimum, videlicet mei, & tui, quod ius ob omnium hominum auiditatem, et propter grauem eorum malitiam, ac religionis neglectum, cauſa fuit omnium malorum: Nam hoc meum, & tuum dicuntur illa duæ cornua illius magnæ beſtiæ proiectæ deorſum, deſcendentis de terra de qua Io. in Apocal. dixit capit. 12. in cœlo lucifer quod ſolius Dei eſt, ſuum quoque eſſe præſumpſit audacter dicere, & proiectus ſemen tanti mali in terra ſeminauit, hinc iuſtitia læditur, homines altercantur, ciuitates deſolantur, factiones oriuntur, & regna aduerſus Regna commouentur, religio ſperonitur, & diabolica ratio ſtatus in hæreſim ſæpe incidere prudentes facit.

427 Sed pro dolor quod peius eſt, quaſi pro Deo colitur ratio ſtatus, hinc lucifer in Paradiſo terreſtri ſuaſit Adæ, & Euæ, eritis ſicut dij, nequaquā moriemini, et factum eſt quod nedum ipſi, ſed cęteri omnes in mortem inciderunt, & omni beneficio priuati remāſerunt nudi in digeſtibus folijs vt cooperiri poſſent, & nucis quibus porci manducant, ut ſaturari valerent, quorum exemplum erit medicina aliorum. nūc dico quod illud quod per antea erat commune, ijs omnibus ęrumnis factum fuit nullius. vt ait Plato libr.5. reſponſ.de quo tractat Guglieł.de Rouel.d.ſuo tract.de iuſt. & iur. lib.2.c.1. tom.1.

428 Et multoties videmus quod inter duos litigantes tertius gaudet, nimirum ſi opus fuit & eſt authoritate Bracchij Regij. quamuis dicatur, quicquid delirant Reges plectuntur Achiui. verum in ſtatera æquitatis, & rigoris talia deliramenta minimè penſantur, nec in ea ratio ſtatus ponderari valet, eſt enim tam grauis, quantum eſt diabolus in inferno.

429 Et omnia in illa ætate mei, & tui, gubernabantur propria ceruice, caliditate, ac arbitrio ſine lege, & ſine ratione, ſed ad ſolum nutum, ſiue bonum, ſiue malū propriè paſſionis, occulto odio, & intereſſe ſimultate pleno, ideo, vt dixi, ſunt ciuitates deſtructæ, populi diſperſi, & reſpublicæ factæ ſunt ſub Rege tributariæ, & ſubmiſſæ iuſto Dei iudicio ſub uirga ferrea, & exinde authoritas attulit arbitrium magnum, & amplum ſuper æquo, & iuſto, modo rigoroſè, modo clementer illud exercendo prout & ſicut occaſio dabat, tàm pro bono publico quàm priuato, l. ſecunda, de origin. iur.

430 Deinde legibus adinuentis, ut homines ius ſuum tuerentur, & obtinerent omni promptiori remedio omnibus ſolemnitatibus, & apicibus iuris deſpretis, ſed ſola facti veritate inſpecta procedebatur, vt & procedi poteſt. Bologn. d.tract. de

431 leg. iur. & æquita. c. 10. per tot. Ex ijs nulla melior via pro gubernanda Rep. reperiri potuit quā res ad ęqualitatem reducere, ac æquitatem ſeruare, non ut olim in certis rebus, ſed in omnibus, et cum libramine ſtateræ iuſtæ, cum diſtinctione rerum, & perſonarum, cum religionis intuitu, & bonorum morum obſeruantia, & præcipuè ad

432 laudem Dei, Vnde pro æqualitate iſta ſeruanda, dici ſolet tantum mihi, quantum tibi, vt l. inter pares. ff. de teſt. & ideo niſi quis a pluribus cōuincatur, vel numerus teſtium ſit maior pro una parte, quam pro alia, & melioribus fulciatur rationibus condemnari non poterit, ſed abſolui. per reg. ſemper in dubijs, cum ſimil. de regu. iur. quia in dubio ſemper promiores eſſe debemus, magis ad abſoluendum, quam ad condemnandum, & de hac materia dixi ſup. in 3. & 4. par.

Et ſi pares hinc inde erunt Doctores prævalebunt qui melioribus fulgebunt rationibus æquitate muniti ſicuti, & in cōflictu teſtium dictum fuit. in pract. de teſt. p.2. num. 180. & ſeq. & nota quantum refert eſſe filium Doctoris, & non fabri lignarij, aut Cerdonis: quoniam in paritate præfertur filius Doctoris, pro quo magis præſumitur iur. not. per Bal. in tit. 2. C. de aduoc. diuerſo iudic. l. 1. vbi multa ad fauore Doctoris filij alterius Doctoris, ſed hodie Aſinus habēs caudam farina tinctam exiſtimat ſe eſſe molendinarium, non aduertens ad caput ſuum quod eſt aſininum, & Tiraq. de pœn. temp. in cauſ. 51. ſub nu. 63. dicit quid nemo ſolus ſatis ſapit, nec vnus cuncta diſpicit, ex Ariſt. lib. 3. Politic. ca. 12. dixi ſup nu. 111. non facilè eſſe vnum diſcernere, & integrum eſſe iudicium, quod multorum ſententijs comprobatur, c. extra conſcientiam 64. diſtinct. & iurum eſt dictum plus vident oculi, quam oculus, & plus duo quam unus ſolus. Quia de re Deciſiones Rhotæ Romanæ cæteris alijs præſtantiores, & firmiores, nec opus habent alia iuſtificationes quia cenſentur iuſtificatæ in ſemetipſum Caball. conſ. Deciſ. 61. nu. 7. & aliæ Deciſiones Rotæ plurium ſunt meliores, & vendiores, quam conſilium deciſiuum vnius, & conſilia deciſiua meliora conſilijs non deciſiuis, & melius eſt conſilium non deciſiuum, quam opinio Doctoris legentis, per ea quæ trad. Cagnol. in l. nemo mutare, ſub nu. 9. de reg. iur. qui ſub nu. 6. recitat. Aret. dicenē quod in hac legali philoſophia, qui confidunt in memoria, & intellectu ſuo, ſæpè grauiter erant, prout omnes noſtri maiores prædeceſſores errarunt, & errant niſi qui gratia Spiritus Sancti in viam veritatis diriguntur, iux. Illud in 3. Reg. Ecce dedi tibi cor ſapiens, & intelligens: nā quæ ſcimus minima pars eorum ſunt, vt dicunt Philoſophi, quæ ignoramus, hæc ille tandem ictas quod conſilium notabilis Doctoris excuſat victum ab expenſis, modo cum ſcientia ſit uitæ integre-

Digitized by Google

tegritas. Tiraq. de pœn. temp. cauſ. 51. oume. 108.
ſicuti voa bona opinio alicuius doctoris celeber-
rimi excuſat iudicem, ut in puncto dixi in 5. par.
434 ſub num. 56. & 16. hanc æqualitatem, par in pa
rem non habet Imperium. l. nam & magiſtrati-
bus, & l. Imperium. de iuriſdic. omn. iud. l. ille a
quo §. tempeſtiuum ad Trebellia. §. innotuit, &
§. quamuis. de ...... ſed ſemper veneta oda ſene-
435 ctus, & ſemper prudeotior præferendus eſt, ma
xime maiorem habens experientiam, & etiam il
le qui præuenit, vt dixi in 1. part. ſub nu. 87. cum
ſeq. & in 4. par. ou. 144. Decia. de delict. tom. 1. li-
bro 4. cap. 20. & 21. Grammat. Deciſ. 30. vode di
citur quod aſinus iodignatur quando per compa
rem appræhenditur ſic no. glo. in l. hæres. ff. de ac
436 quir. hær. ſed homo docilis & rationalis mini-
me indignatur: nec iur. ſapiens gloriatur: Nam
enim qui ſe comendat, ſed quem Deus comēdat
ille probatus eſt.

Equidem qui ad modum dilatant fimbrias
indignantur ſe ipſos oon cognoſcentes indigna-
tionem Dei incurrant. Mundus quippe magnus
eſt, nec io vno ſolo tota eſt reſtricta ſcientia & fa-
uor cœli, vni factus mulus alijs fieri poteſt.

Ex ſupra dictis infertur quod ſi ſuperior ſenten
tiā tulit per quam aliquem banniuit, etiam a loco
inferiori, inferior ſaluum conductum bannito
concedere non poteſt Doct. in l. pennl. §. ſæpe. ff.
de aqua pluu. arc. Bar. in l. 1. in fi. ff. a quib. appel.
non lic. & c. 21. diſtinct. quod facit pro limitatio
ne ad ea quæ dixi, ſub nu. 309. ſecundum primā
impreſſ. in 2. part. & ſecundum impreſſ. Mema-
nic. ſub nu. 314. quoniam regulariter ſaluus con-
ductus non poteſt fieri niſi à Priocipe vel ab eius
locum tenente Bar. Bal. not. in l. conuentionum
in 2. opp. ff. de pac. & alios quos alleg. addit ad
Abb. io c. ex parte nu. 5. lit. d. de appellat. ubi di-
cit quod vtique iotelligitur cōceſſus vt poſſit mit
tere nuntium ſuum, & habens ſaluum conductū
libere, & ſecure eundi intelligitur, & redeundi
per Bar. & Bal. loc. cit. & in authen. habita. C. ne
fil. pro patr. & de rigore non debet ſeruari ſaluus
conductus ei qui in loco ſalui conductus, delin-
quit. l. auxilium de minor. glo. 1. in auth. de mao
da. princ. in §. oeque & dixi ſupra d. part. 2. ſub ou
me. citat. & hoc non obſtante iuramēto, & ideo
vnus qui habens ſaluum conductum, expendit
monetam falſam fuit Paduæ ſuſpenſus, vt ait
Add. ad Abb. in d. c. ex parte num. 5. lit. d. in fin.
de appellat, & nota quod ad duplicem effectum
ſaluus conductus datur primo ne exequatur inte
rim contra eum ſententia aut ne ob debitum ca-
piatur, & hoc modo prodeſt, ſed ſi fit ſaluus con-
ductus, propter metum inimicitiarum, & fari-
nellorum aut capellatorum, tunc non eſt fiden-
dum, immo ſtultus diceretur qui tali ſaluo con-
ductum fidit. c. accedens il 2. vt lit. non conteſt.
vbi Abb. Felin. in c. cum R. ſub num. 1. & 2. De
offec. & pot. Iudic. deleg. & hoc excuſatur reus
ſi nolit venire Barto. in leg. is qui reus. ff. de pu-
blic. iudic.

Hinc opportune quæro an in curia, ſeu io foro
hoc eſt io loco iudicij, nos diceremus in palatio
communis vbi ius redditur quis capi poſſit, hunc
articularia à nemine tactum fuiſſet reperi in
meis libris niſi a Pur. de ſyndic. in verb. captura.
c. 6. vbi tex. per eum alleg. nihil per eum, & vide-
tur quod noo: nam locus iudicij debet eſſe patens
& tutus tam io ingrediendo quam in egrediēdo,
& non ſolum partibus aduocatis, & procuratori-
bus, verum etiam ipſi iudici d. c. ex parte vbi Ab-
bas de appellat. c. ſtatuimus de offic. deleg. libr. 6.
Felin. in d. c. cum R. ſub nume. 1. de appellat. idē
in c. accedens il 2. vt lit. non conteſt. c. cum olim.
in princ. de teſta. Qua de re ſi quis alium vocaue-
rit ad iudicium & ibi curauit eum in carcerem
conijci facere antequam diſcedat non poteſt face
re, quia locus tunc non dicitur tutus. Pariſ. conſil.
28. ou. 6. vol. 4. Et ſi non licet quem in domo pro
pria capere ex quo domus vnicuique tutiſſimum
refugium eſſe debet, vt in l. plerique vbi Bar. Bal.
Iaſ. & alij. ff. de in ius voc. quanto minus, in præ-
torio, in Eccleſia, cuius immunitas a Deo data,
nullis priocipium conſtitutionibos nullis legis
lationibus, conuelli aut leuari poteſt c. Eccleſia
Sanctæ Mariæ de conſt. Aufre. Deciſ. 422. Turre
Crema. ad c. ſacrilegium 10. qu. 4. & mille alios,
immo nullus Chriſtianus vere Catholicus ab
hac op. diſſentit Petr. Pecb. de iur. ſiſten. & manū
iniect. c. 6. ſub num. 1. & Iaco. de Car. in ſuo trac.
de repræſal. in 2. par. ſub nume. 7. ait quid contra
hanc libertatem eccleſiaſticam, non valere, non
ſolum ſtatura & conſuetudines, ſed nec contra
priuilegia conceſſa a Deo, & Pontificibus ac Im
peratoribus eccleſijs. & earū perſonis, ſed etiam
ſi ſint contra ius commune loquens de ipſis ec-
cleſijs & earum perſonis, & in alijs locis qui gau
dent immunitate vt dixi in prima parr. numero
95. 98. 102. p. 1. & nu. 16. ac alibi p. 2. Nec ſchola-
ris in ſcholi capi poteſt. Rebuff. de priuil. ſcholar.
c. 10a. Et ſi non licet capere debitorem in diebus
feriatis, & in nundinis vel temporibus meſſiura,
& vendimiarum vt ait vltra alios Petr. Pech. d.
tract. de iure ſiſten. & manuum iniec. c. 7. vbi la-
tens, alios allegans ſic capi non poterit in Palatio
iudicis quoniam valet arg. de loco ad tempus, &
econtra ut per Euerat. in ſua Centur. loc. 40. lit.
D. & hoc non ſolum credo verum eſſe de iure in
debitore priuati, ſed etiam in delinquente ante-
quam ſit condemnatus, vbi pœna pecunaria tan
tum veniet condemnandus, ſecundum ea que ſu
pra dixi in 2. par. ſub nu. 7. & 23. & in 4. part. ſub
nu. 265. & 345. quibus in locis tradidi limitatio-
nes quas vide poſt condemnationem pecuniariā
priuilegium domus propriæ de quo in d. le. pleri-
que. ff. de in ius vocan. non habet locum ut per
Bal. & Iaſ. ibi quos refert & ſequitur Petr. Pech.
d. tract. c. 6. ſub nu. 4. uerſ. poo. ſed in debitore ſu
ſpecto vere de fuga idem dicendum eſt, quoniam
capi poteſt etiam diebus feriatis Pecch. mox alle
gat. cap. 2. cir. princ. Caccialup. latè in tract. de de-
bitor. ſuſpect. de ſug. quæſt. 7. Bal. de Peruſ. tract.
de carcer. cap. 1. ſub nu. 7. & omnes hanc opinio-
nem tenent in le. 1. C. de ſer. ſug. Poteritque capi
in loco in congruo, vel alias de iure prohibito,
ſecundum Iaſ. in leg. ſi vinum ſi cer. pet. ai refert
Euerar. d. loc. 40. lit. E. ſed caue in Eccleſia, & lo-
cis ſacris, niſi de licentia ſuperioris id fiat, quam
dare non ſolent pro debitis priuatis, ſed dumta-
xat pro grauiſſimis delictis, de quibus latè dixi in
prima par. d. num. 95. 98. 102. & in 2. par. nu. 16.
31. & alibi. Verum quia cauſarum ciuilium non
eſt proprie materia noſtra, ideo conſulto admit-
to ſed quid ad criminalitatē conſuetudo obſeruat
quid ad capturam pro quocunque delicto deueni
ri poteſt, etiam vbi ingeritur pœna pecuniaria, ut
latè dixi in d. par. 2. per tot. ſed nunquam conſule
rem iudici cuiuſcunque dignitatis, ut quod in Pa
latio vbi reſidet in conſpectu ſuo, dum pars inibi
reperitur, quod iubeat manus iniectionem in reū
ſiue pro magna, ſiue pro minima, ſiue pro magna
cauſa, quoniam inde ſolent mali euentus obue-
nire, &

rigoroſa ſine vlla diſtinctione, quoniam accuſator eandem pœnam patiebatur, ſi non iuſtificabat accuſationem ſuam paſſusus erat accuſatus accuſatione probata, unde dens pro dente, oculus pro oculo, membrum pro membro dabantur, & de in Exod.cap.21. & accuſator tenebatur ſe ſubſcribere ad pœnam talionis. vt l. ſi. C.de accuſat. & per multa iura, quæ adducit Pet. Duen.reg.27. in verb.accuſans, quam in deſuetudinē abijſſe dicit, imo Pretorij iuris æquitate, & clementia fuit reuocata, vt teſtatur aulus Gell.lib.19.noct. Atticar. vltra quod propter illud antiquum rigorem, multi accuſare renuebant, & delicta ſæpenumero impunita remanebant. contra l. ita vulneratus. Ad leg. Aquil. ſed contra teſtes qui doloſè mentiuntur, & ſunt cauſa quod Innocens quandoque pœna capitali puniatur, adhuc pœna talionis viget. vt dicit Duen.d. Regu.27. Sed eſt in arbitrio iudicis ſupremi, ijs caſibus, ſeruare rigorem propter magnam criminum atrocitatem: Nam contra ſceleſtos homines æquitas dat manus rigori, & ideo lex talionis non fuit in totum ſublata, & hic vi. quæ dixi in prima par. numero 8.& ſeq.

425 Et quia dixi quod in illa ætate prima omnia erant communia, nedum res, ſed vſque ad vxores & filios, & quæcumque alia quæ ſub nomine fortunæ appellabantur, hæc quidem erant adeo communia, ſicut lux ſolis communis eſt omnibus, tā iuſtis, quàm iniuſtis, quod procedit à prouidentia & benignitate Dei.

426 At euenit quod in ſecunda ætate ſucceſſerit illud ius valdè pernicioſiſſimum, videlicet mei, & tui, quod ius ob nimiam hominum auiditatem, et propter grauem eorum malitiam, ac religionis neglectum, cauſa fuit omnium malorum: Nam hoc meum, & tuum dicuntur illa duæ cornua illius magnæ beſtiæ proiectæ deorſum, deſcendentis de terra de qua Io. in Apocal. dixit capit. 12. in cœlo lucifer quod ſolius Dei eſt, ſuum quoque eſſe præſumpſit audacter dicere, & proiectus ſemen tanti mali in terra ſeminauit, hinc iuſtitia læditur, homines altercantur, ciuitates deſolantur, factiones oriuntur, & regna aduerſus Regna commouentur, religio ſpernitur, & diabolica ratio ſtatus in hæreſim ſæpe incidere prudentes facit.

427 Sed pro dolor quod peius eſt, quaſi pro Deo colitur ratio ſtatus, hinc lucifer in Paradiſo terreſtri ſuaſit Adæ, & Euæ, eritis ſicut dij, nequaquā moriemini, et factum eſt quod nedum ipſi, ſed cæteri omnes in mortem inciderunt, & omni beneficio priuati remāſerunt nudi in digeſtibus folijs vt cooperiri poſſent, & nucis quibus porci manducant, ut ſaturari valerent, quorum exemplum etiā medicina aliorum. nūc dico quod illud quod per antea erat commune, ijs omnibus ærumnis factum fuit nullius. vt ait Plato libr.5. reſponſ. de quo tractat Guglie l. de Rouel.d.ſuo tract. de iuſt. & iur. lib.2.c.1. tom. 1.

428 Et multoties videmus quod inter duos litigantes tertius gaudet, nimirum ſi opus fuit & eſt authoritate Bracchij Regij. quamuis dicatur, quicquid delirant Reges plectuntur Achiui. verum in ſtatera æquitatis, & rigoris talia deliramenta minimè penſantur, nec in ea ratio ſtatus ponderari valet, eſt enim tam grauis, quantum eſt diabolus in inferno.

429 Et omnia in illa ætate mei, & tui, gubernabantur propria ceruice, caliditate, ac arbitrio ſine lege, & ſine ratione, ſed ad ſolum nutum, ſiue bonum, ſiue malū propriè paſſionis, occulto odio, & intereſſe ſimultate pleno, ideo, vt dixi, ſunt ciuitates deſtructæ, populi diſperſi, & reſpublicæ factæ ſunt ſub Rege tributariæ, & ſubmiſſæ iuſto Dei iudicio ſub uirga ferrea, & exinde authoritas attulit arbitrium magnum, & amplum ſuper æquo, & iuſto, modo rigoroſè, modo clementer illud exercendo pront & ſicut occaſio dabat, tàm pro bono publico quàm priuato, l. ſecunda, de origin. iur.

430 Deinde legibus adinuentis, ut homines ius ſuum tuerentur, & obtinerent omni promptiori remedio omnibus ſolemnitatibus, & apicibus iuris deſpretis, ſed ſola facti veritate inſpecta procedebatur, vt & præcedi poteſt. Bologn. d.tract. de
431 leg.iur. & æquita.c. 10. per tot. Ex ijs nulla melior via pro gubernanda Rep. reperiri potuit quā res ad æqualitatem reducere, ac æquitatem ſeruare, non ut olim in certis rebus, ſed in omnibus, et cum libramine ſtateræ iuſtæ, cum diſtinctione rerum, & perſonarum, cum religionis intuitu, & bonorum morum obſeruantia, & præcipuè ad
432 laudem Dei, Vnde pro æqualitate iſta ſeruanda, dici ſolet tantum mihi, quantum tibi, vt l. inter pares. ff. de teſt. & ideo niſi quis a pluribus cōuincatur, vel numerus teſtium ſit maior pro una parte, quam pro alia, & melioribus fulciatur rationibus condemnari non poterit, ſed abſolui. per reg. ſemper in dubijs, cum ſimil. de regu. iur. quia in dubio ſemper proniores eſſe debemus, magis ad abſoluendum, quam ad condemnandum, & de hac materia dixi ſup. in 3. & 4. par.

Et ſi pares hinc inde erunt Doctores præualebunt qui melioribus fulgebunt rationibus æquitate munitis ſicuti, & in cōflictu teſtium dictum fuit. in pract. de teſt. p. 2. num. 180. & ſeq. & nota quantum refert eſſe filium Doctoris, & non fabri lignarij, aut Cerdonis: quoniam in paritate præfertur filius Doctoris, pro quo magis præſumitur iur. not. per Bal. in tit. 2. C. de aduoc. diuerſo iudic. l. 1. vbi multa ad fauore Doctoris filij alterius Doctoris, ſed hodie Aſinus habēs caudam farina tinctam exiſtimat ſe eſſe molendinarium, non aduertens ad caput ſuum quod eſt aſininum, & Tiraq. de pœn. temp. in cauſ. 51. ſub nu. 63. dicit quid nemo ſolus ſatis ſapit, nec vnus cuncta diſpicit, ex Ariſt. lib. 3. Polit. ca. 12. dixi ſup nu. 111. non facilè eſſe vnum diſcernere, & integrum eſſe iudicium, quod multorum ſententijs comprobatur, c. extra conſcientiam 63. diſtinct. & tutum eſt dictum plus vident oculi, quam oculus, & plus duo quam unus ſolus. Qua de re Deciſiones Rhotæ Romanæ cæteris alijs præſtantiores, & firmiores, nec opus habent alia iuſtificationes quia cenſentur iuſtificatæ in ſemetipſum Caball. cunti. Decii. 61. nu. 7. & aliæ Deciſiones Rotæ plurium ſunt meliores, & validiores, quam conſilium deciſiuum vnius, & conſilia deciſiua meliora conſilijs non deciſiuis, & melius eſt conſilium non deciſiuum, quam opinio Doctoris legentis, per ea quæ trad. Cagnol. in l. nemo mutare, ſub nu. 9. de reg. iur. qui ſub nu. 6. recitat. Aretinum dicentē quod in hac legali philoſophia, qui confidunt in memoria, & intellectu ſuo, ſæpè grauiter errant, prout omnes noſtri maiores prædeceſſores errarunt, & errant niſi qui gratia Spiritus Sancti in viam veritatis diriguntur, iux. illud in 3. Reg. Ecce dedi tibi cor ſapiens, & intelligens: nā quæ ſcimus minima pars eorum ſunt, vt dicunt Philoſophi, quæ ignoramus, hæc ille tandem ſcias quod conſilium notabilis Doctoris excuſat victum ab expenſis, modo cum ſcientia ſit uitæ integri-

regri-

Digitized by Google

tegritas. Tiraq. de pœn. temp. cauſ. 51. nume. 108.
ſicuti vna bona opinio alicuius doctoris celeber-
rimi excuſat iudicem, ut in puncto dixi in 5. par.
434 ſub num. 56. & 16. hanc æqualitatem, par in pa
rem non habet Imperium. l. nam & magiſtrati-
bus, & l. Imperium. de iuriſdic. omn. iud. l. ille a
quo §. tempeſtiuum ad Trebellia. §. innotuit, &
§. quamuis. de...... ſed ſemper veneranda ſene-
435 ctus, & ſemper prudentior præferendus eſt, ma
xime maiorem habens experientiam, & etiam il
le qui præuanit, vt dixi in 1. part. ſub nu. 87. cum
ſeq. & in 4. par. nu. 244. Decia. de delict. tom. 1. li-
bro 4. cap. 20. & 25. Grammat. Deciſ. 30. vnde di
citur quod aſinus indignatur quando per compa
rem appræhenditur ſic no. glo. in l. hæres. ff. de ac
436 quir. hær. ſed homo docilis & rationalis minime
me indignatur: nec iur. ſapiens gloriatur: Nam
enim qui ſe comendat, ſed quem Deus comēdat
ille probatus eſt.

Equidem qui ad modum dilatant fimbrias
indignantur ſeipſos non cognoſcentes indigna-
tionem Dei incurrant. Mundus quippe magnus
eſt, nec in vno ſolo tota eſt reſtricta ſcientia & fa-
uor cœli, vnl factus mulus alijs fieri poteſt.

Ex ſupra dictis infertur quod ſi ſuperior ſenten
tiā tulit per quam aliquem banniuit, etiam a loco
inferiori, inferior ſaluum conductum bannito
concedere non poteſt Doct. in l. penul. §. ſæpe. ff.
de aqua pluu. arc. Bar. in l. 1. in fi. ff. a quib. appel.
non lic. & c. 21. diſtinct. quod facit pro limitatio
ne ad ea quæ dixi, ſub nu. 309. ſecundum primā
impreſſ. in 2. part. & ſecundum impreſſ. Mema-
nic. ſub nu. 314. quoniam regulariter ſaluus con-
ductus non poteſt fieri niſi à Principe vel ab eius
locum tenente Bar. Bal. not. in l. conuentionum
in 2. opp. ff. de pac. & alios quos alleg. addit ad
Abb. in c. ex parte nu. 5. lit. d. de appellat. ubi di-
cit quod vuque intelligitur cōceſſus vt poſſit mit
tere nuntium ſuum, & habens ſaluum conductū
libere, & ſecure eundi intelligitur, & redeundi
per Bar. & Bal. loc. cit. & in authen. habita. C. ne
fil. pro patr. & de rigore non debet ſeruari ſaluus
conductus ei qui in loco ſalui conductus, delin-
quit. l. auxilium de minor. glo. 1. in auth. de man
da. princ. in §. neque & dixi ſupra d. part. 2. ſub nu
me. citat. & hoc non obſtante iuramēto, & ideo
vnus qui habens ſaluum conductum, expendit
monetam falſam fuit Paduæ ſuſpenſus, vt ait
Add. ad Abb. in d. c. ex parte num. 5. lit. d. in fin.
de appellat, & nota quod ad duplicem effectum
ſaluus conductus datur primo ne exequatur inte
rim contra eum ſententia aut ne ob debitum ca-
piatur, & hoc modo prodeſt, ſed ſi ſit ſaluus con-
ductus, propter metum inimicitiarum, & ſari-
nellorum aut capellatorum, tunc non eſt fiden-
dum, immo ſtultus diceretur qui tali ſaluo con-
ductum fidit. c. accedens il 2. vt lit. non conteſt.
vbi Abb. Felin. in c. cum R. ſub num. 1. & 2. De
offic. & pot. Iudic. deleg. & hoc excuſatur reus
ſi nolit venire Barto. in leg. is qui reus. ff. de pu-
blic. iudic.

Hinc opportune quæro an in curia, ſeu in foro
hoc eſt in loco iudicij, nos diceremus in palatio
communis vbi ius redditur quis capi poſſit, hunc
articularia à nemine tactum fuiſſet reperi in
meis libris niſi a Pu. de ſyndic. in verb. captura.
c. 6. vbi tex. per eum alleg. nihil per eum, & vide-
tur quod non: nam locus iudicij debet eſſe patens
& tutus tam in ingrediendo quam in egrediēdo,
& non ſolum partibus aduocatis. & procuratori-
bus, verum etiam ipſi iudici d. c. ex parte vbi Ab-
bas de appellat. c. ſtatuimus de offic. deleg. libr. 6.
Felin. in d. c. cum R. ſub nume. 1. de appellat. idē
in c. accedens il 2. vt lit. non conteſt. c. cum olim.
in princ. de teſta. Qua de re ſi quis alium vocaue-
rit ad iudicium & ibi curauit eum in carcerem
conijci facere antequam diſcedat non poteſt face
re, quia locus tunc non dicitur tutus. Pariſ. conſil.
28. nu. 6. vol. 4. Et ſi non licet quem in domo pro
pria capere ex quo domus vnicuique tutiſſimum
refugium eſſe debet, vt in l. plerique vbi Bar. Bal.
Iaſ. & alij. ff. de in ius voc. quanto minus, in præ-
torio, in Eccleſia, cuius immunitas a Deo data,
nullis principum conſtitutionibus nullis legis
lationibus, conuelli aut leuari poteſt c. Eccleſia
Sanctæ Mariæ de conſt. Aufre. Deciſ. 422. Turre
Crema. ad c. ſacrilegium 10. qu. 4. & mille alios,
immo nullus Chriſtianus vere Catholicus ab
hac op. diſſenrit Petr. Pech. de iur. ſiſten. & manū
iniect. c. 6. ſub num. 1. & Iaco. de Car. in ſuo trac.
de repræſal. in 2. par. ſub nume. 7. ait quid contra
hanc libertatem eccleſiaſticam, non valere, non
ſolum ſtatuta & conſuetudines, ſed nec contra
priuilegia conceſſa a Deo, & Pontificibus ac Im
peratoribus eccleſijs. & earū perſonis, ſed etiam
ſi ſiot contra ius commune loquens de ipſis ec-
cleſijs & earum perſonis, & in alijs locis qui gau
dent immunitate vt dixi in prima parr. numero
95. 98. 102. p. 1. & nu. 16. ac alibi p. 2. Nec ſchola-
ris in ſcholis capi poteſt. Rebuff. de priuil. ſcholar.
c. 102. Et ſi non licet capere debitorem in diebus
feriatis, & in nundinis vel temporibus meſſium,
& vendimiarum vt ait vltra alios Petr. Pech. d.
tract. de iure ſiſten. & manuum iniec. c. 7. vbi la-
tens, alios allegans ſic capi non poterit in Palatio
iudicis quoniam valet arg. de loco ad tempus, &
econtra ut per Euerar. in ſua Centur. loc. 40. lit.
D. & hoc non ſolum credo verum eſſe de iure in
debitore priuati, ſed etiam in delinquente ante-
quam ſit condemnatus, vbi pœna pecuniaria tan
tum veniet condemnandus, ſecundum ea que ſu
pra dixi in 2. par. ſub nu. 7. & 23. & in 4 part. ſub
nu. 265. & 345. quibus in locis tradidi limitatio-
nes quas vide poſt condemnationem pecuniariā
priuilegium domus propriæ de quo in d. le. pleri-
que. ff. de in ius vocan. non habet locum ut per
Bal. & Iaſ. ibi quos refert & ſequitur Petr. Pech.
d. tract. c. 6. ſub nu. 4. verſ. pon. ſed in debitore ſu
ſpecto vere de fug. idem dicendum eſt, quoniam
capi poteſt etiam diebus feriatis Pech. mox alle
gat. cap. 2. cir. princ. Caccialup. latè in tract. de de-
bitor. ſuſpect. de fug. quæſt. 7. Bal. de Peruſ. tract.
de carcer. cap. 1. ſub nu. 7. & omnes hanc opinio-
nem tenent in le. 1. C. de ſer. fug. Poteritque capi
in loco in congruo, vel alias de iure prohibito,
ſecundum Iaſ. in leg. ſi vinum ſi cer. pet. at refert
Euerar. d. loc. 40. lit. E. ſed caue in Eccleſia, & lo-
cis ſacris, niſi de licentia ſuperioris id fiat, quam
dare non ſolent pro debitis priuatis, ſed dumta-
xat pro grauiſſimis delictis, de quibus latè dixi in
prima par. d. num. 95. 98. 102. & in 2. par. nu. 16.
31. & alibi. Verum quia cauſarum ciuilium non
eſt propriè materia noſtra, ideo conſulto admit-
to ſed quid ad criminalitatē conſuetudo obſeruat
quid ad capturam pro quocunque delicto deueni
ri poteſt, etiam vbi ingeritur pœna pecuniaria, ut
latè dixi in d. par. 2. per tot. ſed nunquam conſule
rem iudici cuiuſcunque dignitatis, ut quod in Pa
latio vbi reſidet in conſpectu ſuo, dum pars inibi
repetitur, quod iubeat manus iniectionem in reū
ſiue pro magna, ſiue pro minima, ſiue pro magna
cauſa, quoniam inde ſolent mali euentus obue-
nire, &

Digitized by Google

nire,& caueat ne ipſe ſe intromittat, vt aduerti ſo
pr.nu.45.cum ſeq.d.p.2 quoniam facta pro infe-
ctis haberi non poſſunt.l.patre furioſo.ff.de capt.
& poſth.reuer. & ille qui dum putat eſſe tutus, &
ſecurus coram iudice,& in palatio,dum ſentit,&
videt,circundari & ligari a ſatellitibus ex impro-
uiſo cerebrum eleuat a ſuo loco, & licet non re-
maneat in totum excuſatus, quam vim pati de-
bet a Iuſtitia vt in l. 3. vbi bona glo. ibi. ſed quid
ſi a poteſtate,& iniuſte.ff. de iuſt. & iur.& pro ut
dixi in dic.2.part. circa reſiſtentiam factam iudi-
ci. ſub nume. nihilominus excuſatur in totum a
crimine læſæ Maieſta. ſed de delicto facto in præ
ſentia iudicis.& in palatio,non loquor modo,ſed
vi.in prima par.ſub nume.84.& 202.207.223.&
229. Item ſi iudex æqualis iuſſu ſententiam ban-
ni,cum licentia ſuperioris,alter iudex æqualis nō
potuit dare ſaluum conductum, quia per talem li
centiam ſententia iudicatur, ac ſi eſſet a ſuperio-
rem lata,Bart.in l.2.fi.ff.de opt.legat idem in ſua
quæſt.incip.Lucanę ciuitatis.Felyn.in c. cum ac-
ceſſiſſent,col.4.de conſtitu. Item ſi index æqualis
faciat bannum, propter quod extendatur ultra
territorium ſuum,alter æqualis iudex poterit con
cedere ſaluum conductum, pro tali banno,vt l.fi
na.ff.de iuriſd.omn.iud. Blanc.in ſua prac.prædi-
cta trad.in dicto verſi. datis defenſionibus. num.
40.41.& ſeq.quæ ſunt notanda in illis ciuitatibus
vt Mediolano vbi ſunt plures, & diuerſi iudices
æquales,& in ciuitate Florentiæ,vbi ſunt tot Ma
giſtratus Et de hac paritate multæ regulæ tradun
tur, quæ ſunt ſuper æquitate fundatę, iure circa
modum procedendi,vt in l.Non licet actori eum
concur.de reg.iur.& dixi in par.3.num.246.& in
440 pract.de teſt.p.3.nu.181. & ſi alicui conceſſum
ſit ius iniquum, pariter eodē iure aduerſarius vti
poterit. Odoft.in l.nulla ſub nu.3.ff.de leg & te-
ſtituto uni conceſſa, & appellatio, & alia huiuſ-
modi cenſentur communia,tam impetrāti quam
aduerſario. vt dicam in prędicamento relationis,
& in prædic. paſſio. & actio.

441 In hoc propoſito ſcias quod in pari turpitudi
ne melior eſt cauſa poſſidentis,ita dicit Bal.in ru-
br.C.de fid.inſtru.col.15.verſi.incidenter etiam
quæritur Titius produxit. Iaſ.in §. bonęfidei.nu.
81.inſtitu.de actio. Vnde ſi actor produxit inſtru-
mentum mutui falſum & reus exhibuerit aliud
442 inſtrumentum ſolutionis falſum ſtante ſtatuto,
quod committens falſum perdat cauſam, hoc in
caſu actor,& non reus cauſam perdere debet.Ba-
iar.ad Clar.§.falſum nu. 284. ſed pœnam crimi-
nalem vterque pro ſuo facto ſentiet. & reus quo-
que cauſam perderet, ſi illud in cauſa reconuen-
tionis produxiſſet.quia ubi eadem ratio,ibi idem
ius l.illud.ff.ad leg.Aquil.

443 Quo vero ad modum iudicandi iudices ſerua
re debent æqualitatem c. in iudicijs. vbi Dyn.de
reg.iur.in 6.& hic no.quod ſufficit,quod æquali-
tas ab initio ſeruata ſit inter ſucceſſores, & diui-
dentes,quamuis tractu temporis inæqualitas fiat,
vel æqualitas ad inæqualitatem reducatur,quia fa
ctum legitima non tollitur Soc.iunio.conſi.115.
& conſi.119.nu.28.Bern.conſi.108.in fi.Rol.con
ſi.51.lib.4 Aymon.conſi.102.nume.2. & quo ad
contractus ſatis ſup.dixi nu.240.cum ſequen. qui
claudicare non debent dic.l.cum quæritur.ff.de
admi.tut.l.nam abſurdum, ff.de bon. libertor.&
pro ſeruanda æqualitate.

444 Si eſt permiſſum uni decipere,vtique licere de
bet & alteri,l.in cauſæ.la prima.§.penul.ff.de mi
nor.dixi ſupra,nu.148. & 224. Diaz.Reg.151. &
in pœnis æqualitas, cum æquitate ſeruanda eſt:
quia pœna eſt cōmenſuranda delicto.l. ſancimus.
ff.de pœn.quod & plures diximus,& facit tex.in
l.comparatio.§.ſi ff.de re iudic.

445 Trutina verò iuſtitiæ ſi declinat,id magis con-
gruit in fauorem æquitatis quam rigoris, d. l. in
omnibus quidem. ſi verò agatur in puniendo de-
linquentes,qui adinuicem deliquerunt, tunc fiat
compenſatio: nam paris delicta mutua compen-
ſatione tolluntur,vt l.viro atque uxori.ſi.ff.ſolut.
matrim.in quo propoſito plura dixi. nu.398.par.
4 & in verb. reconuentin. & in verb. exceptio.
hæc regula ab æqualitate deſcendit,iuxt. illud par
pari refertο. & ex paritate multæ aliæ regulę præ-
cedunt: nam ſicuti par gradus & affectio in teſte
446 tollit ſuſpicionem,ut dixi in pract. de teſt.parte
4.nu.25. ita paritas eadem remouet ſuſpicionem
contra iudicem,ar.l.nō ſolum.§.marito. ff.de rit.
nupt. & propter æqualitatem ubi militat eadem
ratio,ibi idem ius.vulg.l.illud ad leg.Aquil. cum
parium eadem natura, idem iudicium eſſe debet,
l.ſi ſocer.in ſi.ſolut.matr.ideo cauendum a circon
ſtantijs, quę poſſunt æqualitatem remouere,& in
æqualitatem inducere, & in hoc prudentia iudi-
cis ſummopere verſatur.ſunt enim quidam exiſti
mantes ire per uias planas, & niſi oculatæ pedi-
bus animaduertant in foueam cadunt. Hor ſicu-
ti parium eſt eadem natura,ita parium eſt eadem
potentia.l.1.§.veteres. de acq. poſſ.& l.ſi reus. de
duobus reis. hinc dicitur quod par in parem non
habet Imperium l.ille a quo. §.tempeſtiuum. ad
Trebell.c.innotuit. §.quamuis.de elect.vnde in-
ter iudices ſæpè diſcordiæ oriuntur,quia inter pa-
res inuidia,& ſemper inter illos oritur contentio
iuriſdictionis,& quæritur de præuentione.de qua
locutus ſum ſup.par.4.nu.379.

447 Præterea parta ſunt dicere hæc lex procedit
de æquitate, & illa de rigore, & eſt ac ſi dicere-
mus hæc lex corrigit illam glo.in l.cotem ferro,
§.ſi vbi Bar.ff.de publie. idem in l. ex hac col. 2.
de donat. vtilitas ea eſt quia in qualibet diſpoſi-
tione vbi æquitas militat, rigor ceſſat d.l. in om-
nibus quidem, & iudex ſequendo rigorem, vbi
æquitatem ſequi deberet, iniquitatem faceret,
quoniam licet omnis lex (quantumcunque du-
ra) ſit ſeruanda.l.proſpexit.ff.qui & a quib.nihi-
lominus ſubintelligitur,dummodo abſit iniqui-
tas, vt declarant ibi Doct. æquitati enim iniqui-
tas repugnat.

448 Hæc tandem materia parium & æqualium,
eſt valdè diffuſa, & aliquantiſper brocardica, ni-
hilominus quia omnis diſciplinæ progreſſus à
generalibus incipit, ideo ſine generalibus regulis
& præceptis non poteſt ad deciſionem particula-
rium deueniri.§. ijs igitur inſtitut. de iuſt. & iur.
& ita Porph.docuit in ſuis prędicabilibus in cap.
de ſpecie & indiuiduis,& Ariſt.in Topic. & in
6.Metaph & Iuriſconſul.in l.1.de orig.iur. Nec
quidquam in legali philoſophia comprehēditur,
quod non conſtet huiuſmodi regulis, & præce-
ptis legalibus, ex quibus eliciuntur, ampliatio-
nes,& limitatione,& cauſam deciſiones, & ſine
quibus,nullus doctor, nullusve iudex rectè iudi-
care, vel conſulere nequit, nec diſcernere valet
quid iuſtius,quidve æquius ſit.

449 Poſtremò natura ipſa nos docet æqualitatem
ſeruare & qui eam non ſeruant, intus ſunt malè
& inæqualiter compoſiti,ar.§.pauonum. Inſtitu.
de rer.diuiſ. & requiritur nedum in negocijs fo-
rãcis,& alijs de quibus ſupra, ſed etiam in agibi
libus mundi præſertim vt benefacientibus benefa-
faciamus

Digitized by Google

faciamus,& natura ipſa nos docet vt alteri faciamua qnod pro nobis ipſis fieri vellemus, & hoc eſt maximum Dei præceptum.

450 Hinc ad defenſam ſcripſi qnod multa fieri poſſunt & licent dummodo fiant cum moderamine in culpatæ tutelæ. vt ſupr. num. 304. 305.& 306. ſunt iuta trita & nota, in l. vt vim de iuſt. & iur. l. vim vi. de vi. publ.& etiã manu armata quã do aliter defendere noa, reſque noſtras non ualemus vt in 4. pat. nu. 57.& 64. ad quæ adde Felyn. conſil. 50. num. 13.& 14.& in pract. de teſt. par. 3. num. 251. 252. 253. cum ſeq.& quo ad conſeruandum honorem, & bonam famam nemo negligens eſſe debet. Et ijs omnibus, dummodo contra præcepta Dei, nos meipſos non defendamus.

451 Ruſus in legibus, & ſtatutis æqualitas ſummopere ſeruanda eſt, quia æqualitas ſæpè pro æquitate accipitur vt ait Nat. conſi. 514. nu. 5. vol. 3. & Iudex miniſter legis primo in ſe ſecundo in alios æqualis eſſe debet. cap. in iudicijs vbi Dy. de reg. iur. in 6. Qui non debet alijs illam imponere legem ipſe ſeruare neglexerit. c. pro illorum de præben. in 6. l. antepe. ff. de adminiſt. tutor. & tot. titu. Quod quiſque iur. alioquin ipſe patietur quod alij inæqualiter ſeruauit Bal. conſi. 79. nu. 3. vol. 2. & ex hoc patet quam ſit plus quam neceſſarium ſuperioribus bonum exemplum, pro edocendis inferioribus, qui continere debent ſe ipſos, vt alij ſe contineant, alioquin contemnẽtur, & patieotur. l. nulli. C. ne Sanct. Bapt.

452 Secundo quo ad ſubditoa æqualitas eſt diligẽda, omnes enim ęqualiter legibus,& ſuperiorum ordinibus obtemperate debent, l. de pretio. ff. de public. §. coosiderem nain auth. de nopt. Nihilominus qui neſcit diſtinguere, neſcit ſoluere: nam pet diſtinctiones tolluntur omnes amaritudines & concordantur ſcripturæ,& Doctori diſtingoẽti magis credendum eſt Lanfranc. in c. quoniam contra e. 12. num. 44. in fi.& nume. 45. de probat. quia qui diſtinguit dicitur adhærere magia veritati Cauale. Deciſ. 15. num. 2. p. 1. Ange. conſil. 376. col. 2. & certum eſt quod diſtinctio ſapit naturã
453 æquitatis, quæ non omnia, nec omnes eodem modo iudicat, ſed diſtinguit inter caſum, & caſum, perſonam, & perſonam, & penetrat vſque ad viuum, & rigor manet in corticæ, æquitas in medulla litera occidit æqnitas viuificat. & ſic etiã interiora hominum penetrat, & punit doloſè factum, quod per incuriam excuſat. & in pœnis tantum ſtatutarijs & non delicti qualibet excuſatio leuis, & leuiſſima de æquitate excuſat, in pœnis verò delictorum naturaliter, vel à communiter accidentibus prohibitorum, rigor locum habet qui non admittit tam facillime excuſationes leues vi. in 4. par. ſub nu. 461. cum ſeq. ratio eſt quia in ijs quæ propriè delicta ſunt, præſumitur dolus, ſecus in illis quę de ſui natura non ſunt delicta vt eſt delictum de non delicto l. 1. C. de ſicar. l. non cõuitij. C. de iniur. Bal. conſi. 79. ſub nu. 3. vol. 2.

454 Et rigor legia contra lacerantes ſcripturam publicam punit eos pœna falſi. Curt. Sen. conſil. 56. in fi. Crauet. conſi. 6. Felin. in c. accepimus vbi etiam Abb. de fid. inſtru. Maſcar. de probat. concluſ. 962. in tantum quod minor non reſtituitur ſecundum Deci. conſi. 521. nu. 17.& 18. Menoc. de recup. poſſ. Rem. 9. nume. 43. Nihilominus æqnitas diſtioguendo excuſat, ruſticum, & mulierem, ergo à cootrario ſenſu non excuſat nobiles, & mercatores cauſidicos,& procuratores, niſi irãter fiat Maſcat. loc. cit. tenens contra Dec. in minore nã ignorantia, ruſticitas,& imbecillitas cerebri, ac ebrietas iræ excuſant. Clar. §. fi. q. 60. facit Menoc. conſi. 48. nu. 19. cum ſeq. vol... quod eo magis procedit, quando lacerans non habet intereſſe in tali ſcriptura lacerata, vt tenent ſupra dicti doct. vnde non licet ſocio librum rationum lacerare, quamuis ſit promptus rationem reddere, quia ſine libris male reddi poſſunt & tenetur pœna extraordinaria tanquam temerarius Ancha. conſi. 173. num. 6. & ſi conſtiterit id doloſè egiſſe, tunc etiam pœna falſi puneretur Bal. in ca. peruenit il 1. de teſt. cog. latè Maſcar. de proba. cõcl. 962. Bar. in l. ſi quis id. ff. de iuriſd. omn. iud. addit. ad Clar. §. falſum nu. 212. cum plur. ſeq.& hic noia quod qualitas perſonæ in delictorum punitione attenditur, quod in delictia particularibus procedit, ſecus in delictis communibus, vt dixi. De primo habetur exemplum in milite arma vẽdente, vel pagam furante: nam eſt magis puniendus ille, quam alter non miles, & quia arma magis congruunt diuitibus,& nobilibus, qnam plebeis & ruſticis quibus ligones, & manara magis adaptantur, ideo plus puniendi nobiles erunt, quam plebei. cæterum in delictia communibus magis puniuntur plebei, vt pulchrè explicat Iacob. de Beluiſ. in ſua pract. rubr. Quotuplex ſint cauſæ. num. 202. & ſeq. ſicuti plus puniendua eſt qui in officio ſuo deliquit, qnam alter, nam cui plus committitur, plus exigitur. leg. fin. ff. de offi. præſ. & nobilea ſi indignè aliquid faciunt id non procedit à praua natura, quia ſunt natura nobiles & ſanguine delicati, ſed euenit propter peccata eorum à quibus obcæcati, nimirum ſi delirant & delinquunt, vt de Rege Salomone ignobiles autem ob ſanguinem rudum & vilem ferme à praua eorum natura peccant, et delinquunt, vt illi qui ſunt malè educati, in mala ſanguinis qualitate vt de Iuda proditore.

455 Et pro æqualitate ſeruanda, fit relatio legis ad legem. l. Gallus vbi Doc. in §.& quid ſi tantũ. ff. de liber.& poſthum.& leges legibus,& iura iuribus ſunt concordanda. §. quibus in 1. conſtitut. C.& l. voica. C. de inoffic. dot. & eodem modo Doctorum opinionea ſunt reconciliandæ Aſin. §. 3. capit. 34. num. 2. & qui aliter facit dicitur vir malæ qualitatis cum æqualitatem ſpernat, ut ille qui ſe ſapientiorem æqualium præſtat, & odium concipit contra ſe, ſed quilibet abundat in ſenſu ſuo vt dixi io pract. de teſt. par. 1. nume. 47. vbi tradidi exemplum de moribus dignis Doctorũ Genuenſium, & propter æqualitatem, & non propter inæqnalitatem prædicta omnia fieri debent vnde ſi ſequeretur inæqualitas, relatio legis, concordia iurium, reconciliatio opinionum finem ſuum nequaquam ſortirentur.

456 Et propter hanc æqualitatem lex corrigens intelligitur ſecundum terminos legis correctæ. §. fi. in auth. C. de fil. ante dot. inſtru. nat. qua de re ſi ex correctione inſurgeret inæqualitas correctio pro non facta habetur ideoque lex corrigens in actore, vtique intelligitur corrigere in Reo. Euerar. Centur. arg. a correlat. loc. 76. lit. F.& legis
* correctin quando reducit ad ius antiquum legẽ correctam dicitur fauorabilis & æqua, ac ualdè extenſibilis glo. in c. ſtatutum de prębeo. Alexan. Iaſ. Rip.& alij, quos adducit Menoch. conſi. 187. nu. 15. vol. 2. quod deſeruit pro limitatione ad 4. par. ſub num. 105.& 516.

457 Pariterque lex interpretans intelligitur ſecundum naturam legis interpretatæ ſi lex interpretata æquitatem ſapit. l. nihil & ibi Bar.& alij de coniungen. cum emancip. liber.& d. auth. de fil. ante

dot. in-

Digitized by Google

dot.inſtru.nat.ibi quod abſurdum & capit. & ſi enim æqualium eſt idem iudicium. leg.illud.ff.ad leg. Aquil. ita per æqualitatem amicitia conſeruatur, quamuis ſupra dixerim inter pares inuidia hoc prouenit quia ille qui æqualis eſt, amat inæqualitatem, & propter hanc inæqualitatem, ſæpè videmus quod affinitates parum durant in pace, duramque digeſtionem in ventri ulo habent, vnde in prima par. ſub num.282 lit. D. dixi ſi vis nubere nube pari, & fiat æqualitas gradus dote iux.auth.de æqual. dot. alioquin res malè ſe habebunt: Nam ſi maior ducit minorem cũ magna dote, hæc eſt inæqualitas, quando quidem ſi ius eſt dos, non autem matrimonium. malè profectò inæquales veniunt ad aratra iuuenci, & per rationem æqualitatis ſeruandæ, & inæqualitatis fugiendæ conferuntur, quæ alias non eſſent conferenda, l.pen.§.fin.ff.de collat.bon. Bar.in l.1.§. nec Caſtrenſe.col.penul.ff.eo.Crauet.conſi.125. nu.7.ita in dote trad.Surd.conſi.219.no.13. Bal. conſi.37.nume.5. volum.2. per l.illud, Cod.de coll t.

Ideo ad propoſitum ne pertrãſeamus id quod multoties diſputari contingit circa prioritatem, & poſterioritatem, ſciendum eſt quod æquitas non patitur regulariter, quod verborum prioritas aut poſterioritas attendatur in eadem ſcriptura eodem contextu confecta, ad effectum quod vna pars ſubſiſtat altera non, ſed vult vtranque effectum & locum habere, & ad hoc allegatur Spec. in titu. de lit. conteſta. §. 2. verſ. ſed pone peto a te. nu. 22. vbi dicit quod licet clauſula de teſtium receptionem procedat clauſula quantum de iure potentis tamen intelligitur ſuo loco, licet proponatur ſimiliter dicit idem procedere in reſponſione rei conuenti a quo petuntur decem, qui reſpondens credo quid nihil debet, & ſi debeo volo reſtituere, quod tunc non vitiatur reſpõſio nec magis valet ſi primo vel poſt facta ſit, quoniam verborum prioritas, aut poſterioritas non attenditur capitu. nihil extra de verborum ſignificationibus, ſic præpoſteratio concluſionis ad narrationem non vitiat libellum Felyn. in cap. qualiter, & quando de accuſat. ſic quando ordo non eſt de ſubſtantia inſtrumenti, ſed ex ſimplici conſenſu, non attenditur neque vitiat Bald. in l. ambiguitates & in l. præpoſteri. C. de teſt. Hinc etiam dicitur quod ordo ſcripturæ non impedit cauſam iuris, ac voluntatis c. cum pater §. fidei tuæ de legat. 2. & ideo dixi quod æquitas ſuadet, vt id actũ & tractatum eſſe dicitur, per quod vtrique parti promiſum eſt vt ſupra dixi nume. 276. & per Menochi. de præſumpt. libro ſexto præſ. 9. & præſ. decimoſecundo.

Et in propoſito quando in eodem inſtrumento venditionis, venditor prius a traditione incepit cum clauſulis conſtituti, & licentiæ datæ apprehendi poſſeſſionem, ac alijs dominij tranſlationem importantibus, & mox dicit quod ſibi reſeruat rei dominium vſque ad integram pretij ſolutionem & conſecutionem, tunc non dicitur per hoc inualida talis dominij reſeruatio quoniam quæ inconuenienti fiunt ineſſe cenſentur leg. lecta. vbi Cagnol. & alij. ff. ſi cert. pet. Neguſant. in tracta. de pignor. quarta part. ſub nume. 35. verſi. ſed inſurgit quamuis contrarium tenet, vbi in verſic. ſed nihilominus, attamen eius opinionem pro falſa habuit ſe Senatum Mantuæ teſtatur Suid. Deciſio. 157. ipſe dixiſſem illam procedere de rigore, & hanc de æquitate, & pro hac allegatur. l. contractus. C. de fide inſtrumen. Bec. in conſil. 92. per tot. Afflict. deciſ. 338.

Digitized by Google

Magon. deciſ.91.nume.octauo, & deciſ.92. nume.duodecimo, Luc. Deciſ. 157. & Deciſ. 322. num.66.& conſi.217.nume.6.vbi in fortioribus terminis vnde in ijs, quæ ſimul fiunt non datur prius,nec poſterius,l.quidam teſtamento. de pecul.legat.& quando in eodem inſtrumento fiunt plures contractus, illi quoque cenſentur pro uno, & vnus intelligitur factus reſpectu alterius. vt per Surd.d.Deciſ.157.nume.6.& per Bec. d.conſilio 92. nume. 6. & actus immediatè facti cenſentur inuicem correſpectiue.l. ſi venum. §. fin. de priui. cred.l.lecta. ver.dicebam. ſi certum petatur, & eiuſdem iuris, & rationis habentur Bal. in repet. l.petens. colum. penul. C. de pact. facit Benint. Rot. Bono. Deciſ.28. vbi emptor pro rata pretij non ſoluti de æquitate non facit fructus ſuos niſi pretium cum effectu prius oblatum fuerit. Doctor.in l.fiſtulas. §. qui fundam. ff.de contrahen. emptio.men.l.fin.de fun.dot. l. Iulianus. offerri dictæ act.empt.ſecus ſi nobiliter. Petr.Gher.ſingul.92. Bart.in l.fin. ff.de diſtract. pign. Batto.in l.acceptam.C.de vſur.tamen in mobilibus ſufficit legitimè oblatio verbalis. l.dos. dat. vbi Bald. de donat.an.nupt. Nec ſib intrat illa regula quod a priuatione ad habitum non datur regreſſus. l. decem. de verborum oblig. quia procedit in actu perfecto,& non conditionali, & compoſito. vt in caſu noſtro. Euerrar. in ſua centuria. loc. a priuat.ad habitum loc.cit. ſecundo, & in propoſ.vi. Peregr.de fideicom. ar.octauo,nume. decimooctauo, vbi an relictum videatur præcedere, vel grauamen.

Et dato quod venditor per traditionem, & alias clauſulas, diceretur tranſtuliſſe dominium in emptorem nihilominus, & emptor demum aſſentiens reſeruationi retentionis dominij factæ per venditorem videtur, & ipſæ quodãmodo renunciaſſe tale tranſlationi dominij ex clauſulis finalibus inſtrumentis, ibi & prædicta omnia partes ipſæ dixerunt eſſe vera, & promiſerunt attendere, & obſeruare iurantes &c. Nam clauſula generalis in fine inſtrumenti abſolute,poſita refertur ad omnia præcedentia. Barto.in l.prima,in princip. C.de liber.præter. Vgo. Celſ. tract. clauſ.general. in princ. & Doctor. in l. talis ſcriptura.§.fina.vbi Doctor.de leg. primo, maximè ſtante clauſula pro quibus omnibus obſeruandis &c. Doctor. in leg.ſi quis ex argentarijs.§. ſi initium. Cod. de eden. & iuramentum in fine & pro abſolutione contentorum inſtrumento appoſitum dat robur, & validitatem omnibus in contractu narratis. Caualca. Deciſ 9.nume.26.& 28.& Deciſ.43. nume. 18.part. prima,cuius effectus tranſit ad hæredes,ut dicta Deciſ.9.nume. 19. Beron. conſi.150. nume.9.& tenentur ad obſeruantiam præcisè. niſi ex aliqua iuxta cauſa tanquam tutius ageret aduerſus inſtrumentum. Ioan. Guter. in reper.leg. nemo poteſt, nume.386. & ſequ.dict. leg.prima, & ſi tanquam hæres non haberet opus abſolutione a uinculo iuramẽti. quia ipſe non iurauit Guido Pap. Deciſ.224.

Et res penitus omni difficultate careret,quo ad prioritatem, & poſterioritatem, ſi in initio inſtrumenti adeſſet clauſula ſaluis infra ſcriptis: nam ad omnia ſequentia refertur, l. ſi quis ex argentarijs.§. ſi initium.ubi Docto. C.de eden. Barto.& Docto.in l. talis ſcriptura.§.fi.de leg. 1.& in d.l.1. C.de liber.præte. Bar.in l. verbia ciuilib §.hæc verba.ff.de vulg.& pupil. Caualca. Deciſ.17.nu. 28. p.3.hęc enim verba ſaluis infra ſcriptis declaratur animus contrahentium, & modificantur ſequentia.l.3.§.pen.de lib. agnoſ.l.pen. de aqua quot.& æſti. & datur intelligi quod ſi venditor reſeruauit ſibi dominium donec pretium ſolutum fuerit.ita quoque conuentum,& tractatum fuerit inter partes per ea quæ trad. Iaſ.in l. ſi quis cum aliter ſub num.3.ff.de verb.obligation.& eſt text.in l.item quia.§. fin. ff.de pact. vbi dicta in præfationibus cenſentur repetita in concluſione pulchrè Vital. a Camba.tracta.clauſ. 2. clauſ.Quæ in præfationibus ex præcedentibus & ſequentibus media declarantur Caualca. Deciſio.27.nume.41.part. 2. vt de in principio ineſt clauſula ſaluis infraſcriptis, & in fine reſeruatio dominij in medio autem venditio & traditio cum clauſulis dominij tranſlatiuis recipiunt declarationem, videlicet demum ſoluto pretio. Et ſi notarius in ijs quæ ad officium ſuum ſpectant, vt extendere pacta & dictare inſtrumentum, errauit ponendo id quod præcedere debeat, in inferiori loco nocere non debet. leg. ſi librarius de regul. iuris. l. Imperator.de ſtat. ho. Iaſ.in leg. errore ſcribentis. Cod. de teſta.vbi etiam Bald.& Bar.& alij in leg.quoties.§. ſed ſi non in corpore. ff.de hæred. inſtitut. pulchrè Vital. d.tract. Clauſ. in clauſ. De errore notarij num.primo & quarto car.201.vbi quando plus dictum quam ſcriptum, qua de re præpoſteratio notarij non debet officere parti §.item ſi quis inſtit. de inutil. ſtip. quoniam magis ſpectatur ordo intellectus, quam verborum Bald. in l. vlt.nume.14. Codic. de hær. inſt ...it. Mant. de coniect. vlt. volunt. libr. ſexto tit. 13. num. 12.car.136.vt contra ueritatem & repugnantiam euitemus. l.ſcripturæ. C. de fid. inſtr.l. vbi repugnantia,de reg.iur.

Sed ad cognoſcendum in dubio quid prius, quidve poſterius factum ſit,attenditur ordo ſcripturæ. leg. ſi vnus.§. pactus ff. de pact. leg. pacta nouiſſima.Cod.de pact.dummodo ordo non repugnet ordini intellectus leg.2.§. prius.ff. de vulgar.& pupillar. Peregr.de fideicommiſſi artic. 8. ſub num. 58.

Qua de re ſi in protocollo repetiantur duo inſtrumenta eadem die confecta ab eodem notario ijſdem de cauſis tunc illud quod prius regiſtratum reperitur, prius confectum eſſe cenſetur per dict leg.quoties.ff.de hær. inſtitut. Bar.in l.1. nume.18. Cod.de no.Codic.fac. Iaſ.in conſil. 61. nom.2.lib.1. Felin. in c.inter monaſterium nume.5. de re iudic.in capit. paſtoralis in fin. de reſer. Menochi.de præſ.lib.6. præſ. 4.nu.7.& præſ. 7.nu.5.& 11.

Item facit reg. vulg. Quod qui prior eſt tempore potior ſit in iure capit. qui prior.vbi Dy. de regul. iur. & in pignore, & hypotheca late Neguſant.de pign. & hypot.2.membr.5.par.per totex.in l.ſi fundum eum concor. C.qui pot.in pign. Felyn. in c.ſi. de tregua. & pace,ſimiliter dicitur qui prior appellat prius agit. l. qui prior. de ...iud. & in hoc propoſ.vi. quæ dixi in verb. reconuentio.& in verb.accuſatus accuſantem, ſic in vltimis voluntatibus, qui priori loco eſt inſtitutus,& prius nominatus, præſumitur magis dilectus,& ad eum maior charitas teſtatoris d.l.quoties.ff.de vſufru.latè Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.7.tit.7.nu.3. Peregr.de fideicommiſſ.ar.7.nume.7.ar.8.nu. 18.ar.18.nume.4. Eſt verum quod inter duo teſtamenta prius tollitus per poſterius §.ſed & poſteriore Inſt.quib. mo. teſta.infir.l.pacta nouiſſima.C.de pact.eum ſimil. & ideo ordo ſcripturæ in hoc attenditur, ſed fortioribus coniecturis tollitur.

Et in

500 Et in iudicijs quiſquis citandus eſt, ſaltē ad
domum propriè habitationis, vt in l. de vnoquo-
que, ff. de re iudic. & ſi erit abſens, & incertus
citabitur ad valuas prętorij, & ad loca ſolita, vt
eſt praxis vbique ſeruari, & ſi erit vagabundus
ad locum delicti, & vbi reperiri poteſt dummo-
do citatio fiat intra limites iudicis citari facien-
tis, iuxta gloſſam. l..... abſens de iudicijs de iudi-
ce, & dixi in tertia parte numero 97. Socin. iun.
24. & 120. & extra iuriſdictionem iudex poterit
citari facere per literas ſubſidiales, & de huiuſmo
di citationibus. vi. Sebaſt. Vant. de nullit. ex de-
fect. cita. vbi modum, formam locum, & tem-
pus citandi varij modis, & cauſis per bene docet,
aduertendo vt in citatione ſeruetur forma ſolita,
ſiue inducta a ſtatuto, ſiue a ſtylo curiæ recepto:
alioquin citatio pro non facta habebitur, vt leg.
prima, §. penultim. ff. quorum leg. vide ſupra, per
Vant in tit. quo. aliter ſenten. & proceſſ. & capit.
501 vbi numero 113. dicit quibus caſibus citatio
non eſt neceſſaria, & licet citationis forma omit-
tatur (quæ de ſtylo non erat omittenda) ſi nihil
aliud quæratur niſi quod quis non fuerit citatus
ad audiendā ſententiam eo modo quo debuerat,
nec per eam legitimè factam, ſententia alio mo
do erat proferenda, quam prolata ſit, tenet ma-
xime in tribunali principis, & multo magis Sum
mi Pontificis cuius monitio deſeruit pro citatio-
ne. Matth. cap. decimooctauo, & ita vſus Ro-
manæ curiæ ſe habet, quamuis in notorijs fruſta-
toria videatur eſſe citatio Abbas in capitu. Paro-
chianus. nume. ſecundo, de ſenten. excommun.
& cap. peruenit al primo, nume. quinto, de appel-
lat. Felyn. in capit. eos. de immunit. eccleſ. idem
in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, nume. 108. de con
ſtitu. qui loquuntur in materia excommunicatio-
nis, & etiam procedere poteſt coram inferiori a
Papa, vel a Principe, vbi cauſa ageretur coram
iudice quando ille ſola facti, veritate inſpecta iu-
dicandi authoritatem habet, pulchre. Vant. eo-
dem tit. qualiter. ſent. & proceſſ. & c. nume. 106.
& 107. niſi ſtatuto expreſsè caueatur quod ſi quis
perſonaliter non fuerit ad ſententiam citatus, ſen
tentia ſit nulla: nam non ſufficit citare ad do-
mum, niſi conſtito de abſentia, vel quod citandus
latitet, vt per Vant. toto titu. de nullit. ex defect.
citat.

502 Similiter ratione loci dicitur quod ubi eſt cæ-
ptum iudicium ibi & finem habere debet l. ubi.
ff. de iud. & vbi quis agere poſſ. non intelligas de
iudice ordinario, vel delegato, aut arbitro qui
non habent certum locum maiorum, ſed de a-
lijs, vt declarat. Barto. in dicta l. vbi cæptum. ſub
nume. primo. & in l. prima, nume. ſeptimo, & o-
ctauo, ff. de iudic. & limitat tripliciter, vt ſi de vo
luntate partium, aliter fieret, vel propter neceſſi-
tatem, vtputa ſi neceſſe eſſet quod mitteretur ci-
tatio ad aliquam perſonam ægregiam, l. ad perſo-
nas. de iureiuran. vel ad abſentem, aut ad alium
iuſte, vel legitimè venire impeditum, vt l. gene-
raliter. C. de iureiur.

Verum & ſi pro perfectionem, & proceſſus
(licet ex cauſa prædicta) aliquid facere extra locū
tribunalis contigerit, nihilominus finis iudi-
cij, prout eſt ſententia locum habere debet in lo-
co vbi ius redditur, & iudicium principium ha-
buit, & Bat. in dict. l. vbi quoad neceſſitatem ius
dicendi in alio loco aliud exemplum tradit ſub
nume. tertio, verſic. item Reg. dicens quod ſi iu-
dicium eſt cœptum coram poteſtate cuius officiū
interim ſit ſublatum. quod poterit corā capitaneo
503 perfici. & quod non dicitur cęptum coram
vno iudice per citationem niſi citatus compa-
ruerit, alioquin actor poteſt coram alio iudice
agere circumſcripta tali citatione tanquam neglē
cta. Ex ijs colligitur quam æquum & iuſtum ſit,
ne quis trahatur extra forum ſuum tot. tit. de for.
504 compet. & antequam auocentur cauſæ ab uno
iudice ad alium & bene ſtatera rigoris, & æquita
tis penſandum ex quo partium impenſæ nimiū
augentur, quando qui de iudici ordinario non
ſoluitur ſalarium, & partes & teſtes morantur
in loco, & ſine expenſa vel ſaltem modica iudi-
cium perfici poteſt: at quando coram delega-
ris, ad quos cauſa ab ordinario auocata, & re-
miſſa eſt, ſæpe in longinquis partibus expedit
ire ſoluere ſalarium, & facere expenſas intol-
lerabiles de qua re vide quę dixi in quinta parte
ſub nume. 59. lit. B. vltra quod fit iniuria iudici
ordinario qui tamen ſi oſtendit ſe negligentem,
& quod ſit partialis, auidus vel ignarus, ſibi im-
505 putet, capit. damnum de regul. iur. Hinc quæ-
to numquid iudici delegato in locum ordinarij
(cui non debetur ſalarium) an ipſi delegato
ſalarium debeatur, & videtur quod non ex quo
iudex ſubſtitutus, vel ſubrogatus ſapit eandem
naturam iudicis, in cuius locum eſt ſubrogatus.
capit. acceſſorium de regul. iur. dixi in tertia par-
te nume. 289. Credo quod ſi ad inſtantiam par-
tis ſit ſubrogatus, quod pars impetrans tenentur
ſatisfacere per leg. ſecundum naturam de regul.
iur. vel ſi a principio cauſa fuerit delegata, &
nondum cępta coram ordinario, quoniam om-
nis labor optat præmium, vt in propoſ. dicit
Hipp. de Marſ. ſing. 693. Spec. in proœmio ver.
hoc ergo & in titu. de ſalar. §. primo vbi diſtin-
guit & in fine reſoluit, quod qui non habet aliud
beneficium officium ei non debet eſſe damno-
ſum & ibi ſub nume. quarto tenetur memoriā,
vt exigatur vel ſaltem deponatur ſalarium ante
ſententiam, alioquin ceſſante dolore, ceſſat uo-
luntas, erga bene factorem unde dici ſolet, acci-
506 pe dum dolor eſt quod ſalarium debetur, & ſi
partes inter ſe trāſegerint, cum per iudicem non
ſteterit ſententiam proferre vt leg. fin. vbi Do-
ctor. Codic. de condictio. ob cau. Bat. in leg. pri-
ma. §. Diuus. ff. de var. & extraord. cogn. Bald.
in leg. prima Codic. de ſuffrag. Hipp. d. ſing.
693. Dixi in 4. par num. 221. 222. & 223.

507 Quod ſi iudici ordinario, detur tertia vel
quarta pars pœnæ an ſi cauſa eam cæpta fuerit, ab
eo abdicata, & alteri delegata, an dicta tertia vel
quarta pars debeatur iudici delegato. Duo ſunt
conſideranda primum, an d. 3. vel 4. pars ſit con-
ceſſa iudici ordinario ob modicitatem ſalarij ge-
neraliter in omnibus cauſis, vel de certis dumta-
xat cauſis, non obſtante ſalario ſecundum. An
detur de omnibus condemnationibus illa pars
iudici, vt in multis locis in quibus iudex non ha-
bet ſalarium ordinarium primo caſu idem iudi-
candum eſt de dicta portione, quam de ſalario,
quia deſeruit loco ſalarij iudicis qui eſt forenſis,
& non poſſet ſe & ſuam familiam cum tam mo-
dico ſalario gubernare, ideoque delegatus ſi eſt
incola, & habitator loci in quo eſt cauſa delegata
& non forenſis, non debet habere illam tertiam
vel quartam partem per rationem quam adducit
Spec. tit. de ſalar. §. 1. ſub nu. 3. alioquin ſi eſt cau-
ſa delegationis, oportet ire ext. locum habitatio-
nis ſuæ habebit ſumptus, non autem dictā tertiā
vel quartam partē quia nemo cogitur ſuis ſtipen
dijs militare. 28. q. 1. c. iā nūc. in fi. & ext. de preſc.

Digitized by Google

c.ex officij Spec.dic.§.1. ante nume.1.verum in hoc ſeruanda eſt conſuetudo hoc vnum eſt quod illa tertia vel quarta pars cōceſſa dicitur in ſubuentionem ſalarij & intuitu perſonæ iudicis, & ob regimen eius officij, ſi vero ſalarium ordinarium & congruum,& 3.vol.4. pars detur reſpectu certarum cauſarum,tunc quia rem ſeu certam cauſam tantum reſpiciunt,& delegatus nil aliud habeat tunc vel d.4.pars debet ei dari, uel mercedē condignam laboribus ipſum conſequi. & ratio differentiæ eſt etiā quia in diplomate iudicis ordinarij dici ſolet, quod elegit eum cum ſalario conſueto ac ſolitis emolumentis,& oneribus & meribus ſecus quando cauſa delegatur, quia dicitur delegamus tibi cauſam cum omnibus,annexis conexis, emergentibus, & dependentibus, ſed de ſalario & de emolumentis nihil. Bene verum eſt quod ſi ſportulæ paſſum a partibus ſoluantur,pro examinibus, ordinationibus viſione ſcripturarum, relaxationibus, & alijs huiuſmodi pro pedatico, pro luminarijs & candeli, ac pro ſigillo tūc delegatus proculdubio ſportulas recipit, quia danitur hæc pro laboribus & operibus perſonæ vt ait Put.de ſyndic.in verſ. ſalarium alioquin cum labor eſt in damno mortalis creſcit egeſtas vt no, etiam in leg.fin.vbi gloſſ.C.de ſportul.de quibus habetur in §. ſportularum in authentica.de ſacr. ſanct.epiſc.& ſecundum fori conſuetudinē ſportulæ præſtantur cap. cum ab omni. de vi. & honeſta.cler.quæ conſuetudo eſt vt dixi attendenda Euerar.in ſua Centur.loc.ab vſitato Saly.vel con ſuet.lit.c.car.199.ſed iure cautū non reperi quod 3.vel 4.pars condemnationum danda iudici ordinario debeat utique dari iudici delegato & ſub rogato in certa cauſa in eius locum: nam ſubrogatio iſto in caſu non reſpicit ſalarium ſed authoritatem per ea quæ trad. in leg. ſi cum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut.vi. in c. 1.ſub nume. 162. vi. omnino Put. vbi ſupra qui facit ad multa in materia ſalarij.

509 Quinam locus ſit attendendus circa delictorum punitionem,ſæpius dixi ſup.in 1.& 2.p.& an locus originis,aut domicilij, vel delicti ſit attendendus latè Maria.Soc. Rubr. de for.compet. & eo.tit.Boſſ.& Clar.& ibi Add.q.39.nume.10.& ſeq.ſat eſt quod in procedendo attenditur ſtylus, & ſeruantur ſtatuta illius loci in quo iudicium agitur ſed in iudicando attendūtur iura loci contractus vel delicti vt ſupr.dixi & in 4.part.nu.59. & ratio eſt quia locus litigantium diſtinguere facit inter contractus & delicta, vnde in contractibus in diuidendo attenditur locus contractus, & in delictis locus delicti, & ſi agatur ratione vi attenditur locus vbi res ſita eſt, ſi ratione perſonarum,locus vbi adeſt perſona, vt ex Decia. conſi. 11.nume. 187.libro primo hæc recolligit Addit. ad Mago.Rot.Luc. Deciſ.70. lit.b. vi. Cano. in c.primo.De confuetu. & latè Maria. in c.poſtulaſti de for. compet. ſic in executione ſententiæ attenditur ſtatutū loci vbi fit executio. Barto. in l, cunctas populos.quæſt.1.vbi Iaſ. cap. ſum.trinit. & in leg.à Diuo pio.de re iud.Aſin.practic.§.32. capit.69.

510 In loco fiunt conſpirationes vniones, & conuenticulæ, quo caſu ibi forum huiuſmodi perſonæ ſortiuntur Marian.in capit. poſtulaſti de for. compet.ad hæc vi.quæ ſupra dixi in 4.par.ſub nume. 135.& tantum punitur illæ qui congregat quantum congregati per reg. de qua d. par.4.nume.145.ſed Iacobus de Beluiſ.in ſua prac.Rubr. quotuplices ſint cauſæ ſub nume. 226. diſtinguit,aut congregari ad malum debent puniri maiori pœna, ſi ipſi feciſſent per ſe, quam congregans, & tunc debent puniri ſua pœna non congregantis. allegat. l. ſi quis uxori in princip.& l. qui ſeruo. §. item placuit.ff.de fur.aut congregati debent puniri minori pœna,quam congregantis, & tunc puniuntur pœna congregantis,non ſua l.ſecunda,ff.de pœn.l.2.§.ſi quis. ff. de ui bono. rapt.ſed pœna ordinaria locum non habet niſi in vtroque dolus interuenerit,vt ſæpius dictum fuit num.171. cum ſequ.par.4. vnde qui domum ignoranter accommodauerat, in qua fuit factus tractatus,non tenetur pœna ordinaria num. 164. ea. par. & titulus. ff.de iur. & fac. ignorant. ſuper æquitate fundatus eſt. at ſi ſciens fuerit mali tenetur,l. Iulia.de vi.public.ut in l.fin.C.ad leg. Iulia.de vi.pub. vel priuat. vt per Boſſ.tit.de vnio.& colligat.& per Bart. in l.ſi quis illicitum. Cod. de col. illyc.hę et ſimiles illicitè congregationes ſunt de genere prohibitorum. Put.de ſynde.in ver. iudices ad ſyndicatum,cap.3.nimirum ſi fuere puniuntur. Qui ſi fiat delictum in crim.læſæ Maiedic idem in domo conducta. ignorante excuſat. æquitas tamen ſuadet quod in dubio ſummenda eſt benignior interpreta tio.l.ſemper in dubijs. de reg. iur. cum ſimil. vnde ſi dubitetur, an ratione loci quis ſit bene, vel male captus,debemus dicere malæ captum, ut in priſtinam libertatem captus redigatur,l.quoties. de reg. iur. Niſi atrocitas delicti, & mala qualitas delinquentis aliud ſuadere videretur: nam magis congruit Reipub. delicta puniri. l.congruit. de offic. præſi. & l. ita vulneratus. ad leg.Aquil. intantum quod ſtatuta circa delictorum præſcriptionem ſunt ſtrictiſſime interpretanda ſecundum eaque dixi. in 4.par, ſub nume.99.vi. Balb.de præſcrip.4.par.4. quæſt. ſecunda, vi. infra in ſeq. prædic. ſub nume. 552. & 553.

511 Et tamē hominum diſtinctiones apud Deum locum non habent ex quo ipſe ſit omnia, & non eſt acceptator perſonarum, & eſt ubique per potentiam,ſapientiam, & bonitatem, & Dei filius eſt in Patre,& pater in filio, & filius eſt ſplendor patris,& figura ſubſtantiæ patris, portans omnia verbo ueritatis ſuæ, purgationem faciens, ſedet a dexteram maieſtatis in excelſis. Paul.ad Hebr.c. ..... Ad filium autem,thronus tuus Deus in ſeculum ſæculi, virga æquitatis,virga regni tui, dilexiſti iuſtitiam,& odiſti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis, præ participibus tuis. Paul.vbi ſup.& filius Dei in ſtatuta crucis appēſus redemptionem expirando compleuit. Iuſtitiam, & miſericordiam fauorabiliter oſculari fecit clauo pedibus affixis, vnde vexilla regis cantat Sancta Mater Eccleſia.

DE PRAEDICAMENTO. Quando. 6.

512 FRaternizat prædicamentum, Quando cum prædicamento vbi,& de hoc ait Phil. Quando eſt quod ex adiacentia temporis in re tēporali derelinquitur ubi Titelma.in Dialect.c. 55.ita ſentire videtur. Manifeſtum eſt enim, ſicut res locata certam quandam habitudinem,ad tempus ipſam menſurans. Nos autem aliquantis per ſpeculatiuè diſcurremus ſub

ſub hoc prædicamento, & dicamus quod tempus eſt menſuræ motus primi mobilis: qui motus eſt vniformis, & continuus, vt dicit Ariſt. in 8. Phyſic. tamen partes in ipſa contemplatione diſtinguimus, & aſſignamus, videlicet. In præſens, præteritum, & futurum, vt ait gloſſ. in verb. ſua ſubſtantia, §. quod ſi frumentum. Inſtitu. de rer. diuiſ. Per quam diſtinctionem multa reconciliantur iura, vt per Spec. in tit. de expen. §. 4. col. 3. ver. in ſumma, & nos dicere ſolemus omnia bona in tempore ſuo. Qua de re frigus, nix, & grando in Hyeme bona hæc ſunt, ſecus in æſtate, ſi vero temporum qualitates alterentur, & præpoſterentur, cauſantur peſtilentiæ, terræmotus & fames, ex tat Hippocr. Aphoriſ. 1. commentar. 3. Mutationes enim, & inuentiones, ac nouitates, alterationem vt plurimum cauſare ſolent, Manuel. commentar. 2. ſuper Aphoriſ. 11. vbi omni mutationem periculoſam, qua de re cauendum, ab inducenda nouitate, & alteratione ſtatus à mutatione legum, & morum, quoniam authores rerum nouarum, vt plurimum ſumpro die 11. & quandoque ipſi luunt pœnas, & in Gallia ſunt officinæ æquitatis ne quid nouum fiat, veruntamen non negatur, quin ea, quæ de nouo emergunt non egeant nouo auxilio, l. de ætate, de inter. act. &
514 quamuis tempus ne diuidatur, tamen non inducit neq; tollit obligationem, l. obligationum, §. ferè, de ver. oblig. hinc vſucapione, & præſcriptione alias ſupra diximus, quod ſi contraria æquitati, quæ vult vt nullus per tempus ius ſuum amittat operatur tempus quaſi imaginariè, & ob commoditatem quam recipit creditor a debito-
515 re ſi cito debitum conſequatur, vt dici ſolet quod qui cito dat bis dat, no. in §. non ſolum Inſtitu. de fideiuſſor. & qui tardius ſoluit, minus ſoluit, §. tempore Inſtitu. de act. hæc inquam quo ad commodum recipientis, non autem ſoluentis,
516 niſi propter damnum moræ, l. mora, de reg. iur. Quæ mora de rigore iuris vnicuique præiudiciū allatura eſt creditori, qui ſi debito tempore fuiſſet ſatisfactus, poſſet ſe præualere, & coadiuuari de ſuo opportuno debitori, qui ob retardatam ſolutionem ad intereſſe teneretur, iux. l. mora, ff. de
517 vſur. Creditores patiuntur damnum emergens & lucrum ceſſans, ſi ſint negociatores, ſeu Mercatores, ſed aliud eſt damnum pati, aliud lucrum non facere, vt l. Proculus, de Damn. infec. Dec. in l. in eo, de reg. iur. Ideo factum eſt, quod in curia mercatorum, hæc conſiderari poſſint, & de ijs ratio habeatur ſecundum Cagnol. in l. quatenus, de reg. iur. & per Doct. in l. inſulam, §. vſuras, ff. ſolut. matr. Caualca. latiſſimè deciſ. 1. 2. & 3. in prima par. ſed de bono, & æquo in dicta curia agendum eſt, non autem de rigore, vt alias dixi, *perche chi tutto vuole tutto perde.*

Modò ſi tempus non auget, neque tollit obligationem cur eſt, quod per interuallum tempo-
518 ris patitur aliquid dari. Certe ex hoc colligimus quod vſuræ ſunt prohibitæ, & ſunt contra naturalem æquitatem, contra legem diuinam nō fœnerabis, & contra legem humanam Ludou. Carbo. de reſtitu. omn. rer. quæſt. 56. poſt princ. & non poſſunt in ſtatera noſtra iuſta, & æqua trutina ponderari. Clar. in §. vſuræ. Lup. eo. trac. Qua de re ſi decem mutuo dediſti, non debes niſi decem repetere, quia quæ quod vltra ſortem accipitur vſura dicitur, 14. quæſt. 3. & ſic non ſolum accipiendo pecuniam pro pecunia, ſed omne quod æſtimabile eſt, & vendi poteſt. Carbo. loc.
519 max. citat. Iuris enim diuini præceptum dicit. Mutuum dantes nihil inde ſperantes. Deus, qui prohibuit Adæ ne de pomo ederet, prohibuit vſuras in veteri, & nouo teſtamento ext. de vſur. c. ſuper eo, cur verò ita inſſerit noſtrum non eſt ſcire ſtat pro ratione voluntas, ſed & quod Principi. Inſtitut. de iur. nat. gen. & ciui. & Notarius ſciens contractum eſſe vſurarium, & illicitum peccat moraliter Nauarr. Manual. Confeſſ. capit. 25. numero 52. Seraph. Caſ. Conſcient. 7. & ratio eſt, quia in ſuſcipiendo officium, ſcribæ iurauit, non rogare inſtrumenta illicita, & prohibita, vnde dicunt prædicti Doctor. quod nedū efficitur periurus, ſed eſt infamis, et ad hoc nō aduertunt illi Notarij, qui continuè conficiunt inſtrumenta ſuper mutuo illicito, de quorum lucris non gaudebit tertius hæres, & ſic in iure Diuino diſpenſari nō poteſt, niſi ex cauſa per Summum Pontificem ex quo tenet locum Dei, vt inquit Abb. in cap. non eſt, num. 4. & 5. de vot. & vot. redempt. quomodo valebit contractus mutui inter priuatos de recipiendo vſuras vltra ſortem. 2. Equidem nulla eſt admittenda excuſano, quod licitè accipi poſſit tantum pro centenario, pro mutuatis pecunijs ſub prętextu prouiſionum (vt fertur inter mercatores) vel pro remiſſa pecuniarū de vno loco ad alium ſub prætextu quod debitor ex pecunijs alterius paratis releuatur ab expenſis itinerum, à periculo amittendi eas, vel ob incurſum latronum nautarum cauponum, & ſtabulariorum, de quibus lex diffidit, tot. tit. ff. naut. caupo. ſtab. vel ob temporis interuallum in quo pecunia mutuantis ſoliti negotiari mortua ſtare non deberet, & ijs ſimilibus nugis. Nam reſpondetur quod negotiationes ſunt mutuæ, & ſi vnus hodie dat mihi, cras do illi, & legi Diuinæ contrauenire non debemus, vt ſupra, quia dicitur, Mutuum dantes nihil inde ſperantes, Spec. de vſur. ver. ſed pone, Cor. conſil. 44. lit. N. vol. 2. & qui ſoluere facit pecunias pro alio non expendit, niſi in ſolutione Epiſtolę, ſeu literarum tranſmiſſarum quod eſt quid minimum, ſed cauſa lucri iuſtus ſudor, & labor eſſe debent, vt non otiū, bene edere, melius bibere, & dormire. Quoniam ob Adæ peccatum Dominus Deus mandauit, & iuſſit Adæ in perſona omnium, & dixit, In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, Cap. Deus omnipotens, & in Geneſ. cap. 3.

Hæc autem reg. prohibitiua aliquid recipiendi declarationem recipit: Primo, quia ſi principalis intentio mutuantis ſit mutuo dare, vt lucrum faciat, & ſecundario ſit mutuo dare, tunc eſt prohibitum aliquid pro mutuo accipere, quia mutuum dantes, nihil inde ſperantes, attenditur enim quod principaliter fit, non autem quod in conſequentiam venit, ar. l. fin. ff. de hæred. inſtituen. l. in conditionibus, ff. de condit. l. 1. ff. de author. tuto. Sed ſi finis mutuantis ſit duntaxat bona mutuandi voluntas, & non præmium, ſi ſponte à recipiente mutuo, aliquid detur mutuanti, tunc videtur licitè recipi poſſe, ſecundum Sanctū Thom. de malo. quæſt. 13. ar. vlt. & 2. 2. quęſt. 78. ar. 2. cum alijs quos allegat Seraph. Caſ. conſc. 64. ſic apud Nauarr. Confeſſ. cap. 17. num. 206. vbi an mutuanti licitum ſit ſperare lucrum ſaltē amicitiæ, vel alicuius ſeruitij, & tenet quod ſic.

Secundò declaratur non habere locum, quando mutuans pœnitiut, vt per Nauarr. ibidem. Tertiò ratione lucri ceſſantis (vt in mercatore) & damni emergentis, Nauarr. ibidem. contra ſentiente Sot. vi. inſ. verſic. 6. & Canalca. deciſio. 26. par. 2. Quarto quando illud quod pro mutuo accipitur,

cipitur, non eſt extimabile, neque venale, ſecundum Carbo. loc. citat. verſic. ſecunda concluſio. Quintò ſi quis ſine ſpe mutuauit, & debitor ob gratitudinem aliquid largitus eſt ei, Carbo. vbi ſupra, verſic. tertia. Similiter ſi recipiat damnum poſtea (præter ſpem) ſibi reſarcitum, ver. quinta concluſio. Sextò quando quis non vult mutuo dare, ſed rogatus coactè mutuat, quia is ratione lucri ceſſantis, & damni emergentis, poteſt aliquid percipere, ſi mutuans eſt, negotiator, & non habeat alias pecunias, ex quo lucro labores, expenſæ, (vltra pericula) ſunt detrahenda, & lucrum certum eſſe debet, & non fictum, & mens recipientis ſit tantum pro damno, & non pro lucro, & quod antè tempus recipiatur, nec fiat pactum quod non teneatur mutuare gratis, & quod ſine ſcandalo fiat, verſic. ſexta concluſio, hæc omnia habentur ab Adriano, Corrado, Sylueſtro, Caietano, Medina, Nauarro, & Couarruuia. Septimò paciſci poteſt inter mutuantem, & recipientem hoc modo, videlicet, do tibi centum vſque ad decem annos, quod ſi interim alter noſtrum moriatur iſta tranſeant ad hæredes, ſi verò ambo ſuperuixerimus, tu mihi debeas (poſt decem annos) reddere centum quinquaginta, & hoc licitum eſſe ait Carbo. loc. cit. verſic. duodecima concluſio, & eſt à lege Pontificia permiſſum.

Sic de introitibus ad vitam, quia poteſt dare centum, & recipere decem, vndecim, & duodecim, iuxta tempus, & ætatem eius qui mutuat, vel illius ſuper cuius vita mutuatur, quod quotidie Romæ, Neapoli, & alibi fieri ſolet, quoniam incertitudo vitæ, (quæ breuis eſſe poteſt) hoc permittitur, vt ibi. Octauò ſi poſt tempus lapſum reſtituendi mutuum, dans egeat pecunijs, quas cum rehabere non poſſit, ad cambium accipit illas, vel alio modo, tunc qui mutuum accepit interpellatus a Creditore, ad reſtituendum, ſi non reſtituat, de æquitate tenetur ad damna per creditorem paſſa ob moram reſtituere recuſantis. Carbo. vbi ſupra verſ. decimaquinta concluſio. Nono huic conuenit, quod poteſt mutuans condonare aliquid de pecunijs mutuatis accipienti ſi mutuum reſtituatur ei antequam tempus præfixum reſtitutioni aduenerit Corrad. de vſur. q. 66. concluſ. 1. & ex ijs plures caſus excitantur.

Primo gener cui dos a ſocero promiſſa fuit, & ager in pignus datus, poteſt tuta conſcientia percipere fructus, donec dos ſoluatur, & non imputat in ſortem, Inno. in cap. ſalubriter, de vſur. Conſtan. Roger. trac. de dot. artic. 16. vbi alios allegat, & limitat quando ſocer eſſet in mora, nu. 5. tamen pretio, vt dentur quinque pro centenario pro oneribus matrimonialium ſubſtentatione, valet, vt ibi nu. 7. Caualca. plura allegans, deciſ. 22. p. 4. idem deciſ. 35. nu. 20. 23. 25. par. 1. Rimi. iunio. conſil. 177. nu. 27. vol. 2. Alciat. tom. 2. reſponſ. 8. nu. 10. libi. 1. Crauet. conſ. 940. nu. 6. & 7. Ioſeph. Ludo. Rot. Luc. deciſ. 21. D. Lup. de Sancto Gemi. vir cautus, & amicus meus tract. de vſur. commu. 1. § 6. nu. 182.

Secundo vidua quoque penſionem recipere ab hæredibus viri ante annum luctus poterit, antequam dos ei reſtituatur, & multò magis poſt annum. Carbo. vbi ſupra verſ. ex quibus, vbi dicit quod ſolent dari decem pro centenario, at meherclè nimis fauet viduis, quæ tantum alimentari modeſtè debent, ſi non habet ante tempus vnde viuere poſſint, at poſt tempus alimēta taxantur arbitrio Iudicis quandiu hæres mariti differt reſtituere dotem. Imol. & alij, in l. diuortio, ff. ſolut. matr. Conſtan. Roger. plures allegās, d. trac. verſ. 15. ſub nu. 4. 5. 6. 7. & 8. cum ſeq. dicens, quod in vidua ceſſat diſpoſitio cap. ſalubriter, de vſur. ſed Caualca. deciſ. 8. nu. 33. cum ſeq. & num. 55. par. 3. dicit, quod intereſſe debetur à die litis motæ, quem omnino vide.

Tertio quæro an mutuans poſſit pro ſui cautione pignus recipere, dic quod ſic, quando mutuare non tenebatur, vt per Carb. d. cap. 59. verſ. octaua concluſio, vbi limitat niſi mutuatarius ſine dicta re commodè viuere non poſſet. Deutero. c. 24. ſed mutuans non poteſt vti d. pignore, nec fructus percipere niſi computentur in ſortem, vbi Carbo. affirmat hanc eſſe com. doctr. & hoc non eſt in dubium reuocandum.

Quarto legatarius non poteſt recipere fructus legati dum legatum ei non ſoluitur, quando illud habere, & conſequi poteſt, ſecus ſi hæres ſit conſtitutus in mora poſt die qua dicitur cedere legatum, iux. l. 1. & 2. C. de vſur. rei legat. l. in minorum, ff. in quib. cauſ. in integr. reſtitu. eſt neceſſ. l. ſi ex legati cauſa, ff. de ver. oblig. Papienſ. in for. libell. pro legat. rei ſing. gloſſ. ſimul cum fructibus Carbo. d. c. 56. verſ. decima concluſio.

Quinto, qui frumentum mutuat recepturus tantundem certo tempore, vel pretium quod tunc valebat licitum eſſe, ſecus ſi ea mente detur ſperans tunc plus valere quando reſtituetur. Carbo. d. c. 56. ver. decimatertia verum, quia hoc à fortuna pendere videtur (poſſet enim vilioris pretij fieri) in hoc attenditur ad ea, quæ magis frequentius accidunt, l. nam ad ea, ff. de leg. vt. Couarr. var. reſol. lib. 3. cap. 3. num. 6. vbi permutare nouum frumentum cum veteri æquiualenti licitum eſt, ſimiliter circa pecuniam reddēdam in eadem qualitate currēti, & viſuali, ità reddi debet, vt ibi, & vi. Caualca. deciſ. 16. ſub num. 41. cum plur. ſeq. p. 2. dicentem, quod reſpectu bonitatis intrinſecæ monetæ, quod extrinſecum conſiſtit in materia monetæ, & dicit quod attenditur valor tempore contractus, ſi verò attendatur bonitas monetæ extrinſeca, vt eſt augumentum, & diminutio valoris monetarum, quia aureus modo valet plus, modò minus, tunc tempus ſolutionis attendi debet, & non contractus, vt per Doct. in l. cum quid, in l. vinũ, in l. cum te, ff. ſi cert. pet.

Veruntamen ſi detur aureus pro recipiendo aureo, (dummodo non ſit dictum, do tibi aureum ſex libratum, vt mihi reſtituas aureum ſex libratum) quia hoc in caſu pactum ſeruandum eſt, at ſi ſimpliciter datus ſit aureus pro recipiendo auro, tunc, ſiue valor tempore ſolutionis ſit auctus, ſiue diminutus, hoc cedit damno, aut cōmodo illius qui recipit, & ad hæc vi. Caualca. qui magiſtraliter in hac propoſito loquitur, in d. deciſio. 16. vbi omnes allegat part. 2. Qua de re aduertendum eſt, an pretium rerum venditarum ad credentiam ſit in tot libris determinatum, quia libra non recipit augmentum, neque diminutionem ſemper eadem eſt, ſic eadem ſoluenda erit, ſi verò pretium ſit in tot aureis determinatũ, tunc tot aurei ſolui debent, quia ſicut periculum, & commodum rei venditæ cedit emptori, tot. titul. de pericul. & commod. rei vendi. ſic augmentum, & diminutio aurei cedere debet commodo, vel incommodo venditoris, vt Contractorum ſit eadem diſciplina, gloſ. & Doct. in l. 1. C. de fur. & vt in correlatiuis diſpoſitum in vno cenſeatur diſpoſitum in alio, l. fin. ff. de accept. l. fin. in princip. C. de indic. vidu. toll. & vt æqualitas ſeruetur inter contrahentes, vt latius dixi

ſupra,

Digitized by Google

ſupra, num. 449. & alibi, quicquid alij dicant, qui tenent quod quando aureus eſt appreciatus, puta in libris ſex, & ex tempore efficiatur librarum, vt puta ſeptem, quod iſta libra debeat diuidi inter debitorem, & creditorem, per tex. in Authent. de conſul. cit. princip. arg. §. cum ex aliena materia, Inſtitut. de rerum diuiſio. facit Caualca. deciſio. 11. num. 52. par. 2.

Quid ſi pactum ſit quod reddantur cētum aurei in auro, & non in minori numero, nec in alia moneta ad rationem librarum ſex pro auro, Dico quod hæc poſtrema taxatio, contradicit pacto præcedenti, quo caſu tanquam contradictoria eſt ſuperflua reijci debet: nam duo contraria in vno met pacto, vel in vna oratione ſimul ſtare non poſſunt, l. mutuis, ff. pro ſuc. l. 1. C. de fur. & tanquam repugnantia non ſunt attendenda, l. vbi repugnantia, de regul. iur. nec valet dicere quod neutrum valere debet, vt in d. reg. quia procedit quando vnum ſine alio ſtare non poteſt, ſecus in caſu iſto, vi. Iaſ. in l. 1. in princip. col. 2. ff. ne quis eum qui in ius voc. Doct. in l. ſi idem, cum eodem, de iuriſdict. omn. iud.

* Hinc eſt quod quando concurrunt duæ virtutes paris potentiæ, tantum iuris habet vna ad reſtituendum, quantum altera ad obtinendum, Bal. in l. Sabinus, C. commu. diuid. & ideò attendendum eſt id quod in Regione in qua caſus iſte euenit, frequentari ſolet, l. ſemper in ſtipulationibus, de regulis iuris, vbi Dec. & Cagnol. & illud præcipuè quod inter mercatores ſeruatur.

Sextò quæro, an quis vendens poſſeſſionem domus ſuæ, & retinens dominium penes ſe, donec pretium ſoluatur poſſit interim aliquid percipere, vt puta ad rationem quinque pro centenario, & Carbo. loc. cit. d. quæſt. 56. verſic. decimaſeptima concluſio, tenet quod licitè percipitur, ſi periculum rei venditæ non pertinet ad emptorem, quo fit quod quando emptores habent promiſſionem de euictione, periculum ad eos non ſpectat, l. 1. C de euict. Caballin. tract. de euictio. §. 3. quæſt. 6. & eſt tex. pro hac quæſt. in l. curabit, & l. fructus. C. de act. empt. l. Iulianus, §. ex vendito, ff. eod. Nam vti re, & pretio ſimul non licet emptori, l. 2. C. de vſur. Rot. Genuæ, deciſio. 194. num. 1. & ſeq. & inter. Mago. deciſ. 92. numeru 15. & 16. Gabriel. comm. concluſio. tit. de empt. & vendit. concluſio. 4. num. 24. & 25. & hoc paſſim ſeruatur. Quinimmo vſuras pro pretio non ſoluto emptor cogitur præſtare venditori, Doct. in d. l. curabit, C. de act. empt. Couarru. variar. reſolut. lib. 3. cap. 4. nu. 2. & ab omnibus eſt co. receptum.

Cætera verò circa cenſus, & cambia realia, aut ſicca, vltra alios, reperies breuiter diſcuſſum à Seraph. in dict. caſ. conſcient. & duos Tractatus deinde fecit in hac materia, vnum de cenſibus, alterum de cambijs, & multa per Ludou. Carbo. in dict. tract. de reſtitut. omn. rer. q. 58. & 59.

521 Sed mihi videtur dicendum quod qui dat aliquid ſponte, non coactus, quia ſic ſibi placuit, animi gratioſitatem oſtendere, & qui recipit præter ſpem hanc gratitudinem agnoſcens, recipit quod ſibi datur, cum ex vtraque parte mens minime corrupta ſit, licitè datur, & licitè recipitur, Seraph. d. caſ. 64. ver. quinto, vbi limitat, niſi recipiens eſſet ignarus, quod dans minus libenter et ... recipiens excuſatus eſt, & econtra qui dat ... ignarus, an recipiens ſit cupidus, ad hæc vi. Caiet. & S. Thom. 2. 2. q. 78. ar. 1.

* Verum in hac materia mutui, dico quod ſi tempus à Deo nobis datum eſt ſine precio, cur illud vendere volumus, hoc ſanè facere non debemus, vt per Ro. conſil. 500. plures alias rationes adducens, ex quibus accipere non licet quidquam pro mutuo, cum vſuræ ſint prohibitæ, nec reſpectu commoditatis factæ, nec reſpectu temporis quo quis illa commoditate mutui fruitur, & in tantum eſt verum quod tempus vendi non debet, quod etiam quæ vendi licitè poſſunt, non poſſunt vendi tempore feriato in honorem Dei, ſub pœna peccati, cap. 1. ex. de for. niſi neceſſitate cogente, Nauarr. Confeſſ. cap. 13. num. 6. Seraph. caſ. 10. Hinc quam malè faciunt ſcandaloſè vendentes carnes appenſas palam, & publicè, tempore Quadrageſimali, notum eſt ſi ſaltem clauſis oſtijs egentibus venderentur ſcandalum ceſſaret, & nos Chriſtianorum non eſſet ab infidelibus derisus.

522 Nunc de illo pacto tàm præiudiciali inter cre-
* ditorem, & debitorem, quod ſi tempore certo, non erit debitum ſolutum creditori liceat ad cambium recipere, & ad recambium, de hoc pacto tractat Caualca. deciſ. 2. ſub nu. 22. p. 2. & non poſſe fieri niſi inter mercatores ſolitos negotiari, & admonito debitore in mora conſtituto paſſim, toties quoties, neceſſitate vrgente, & ibidem Caualca. num. 26. tractat quando cam-
* bium dicatur ſiccum, verum de hac re Theologi ſunt conſulendi, tamē dicitur cambium ſiccum, quando pretium ſub periculo verſatur, & pro periculo aliquid accipitur, & quando re vera realiter, & cum effectu feriæ cambij non interuenerunt, ſed fingitur interueniſſe: Nam ſi hæc in facto verè interueniſſent, equidem cambium reale diceretur. Rot. Genuæ, deciſ. 37 ſub num. 11. pro quibus (an) intereſſe non deberi, vi. Nauarr. Manual. Confeſſ. præcept. 7. cap. 17. nu. 283. & 396. Seraph. in Caſ. Conſcien. & dict. trac. de cambio, vbi docet quomodo cambia ſint licita, & quando illicita, & quid de miniſtris cambiorum, quem omnino vide: nam quicquid Legiſtæ dicant in materia cambiorum, veritas eſt, quod potius conſulendi ſunt Theologi, de quibus per Ludouic. Carbo. d. ſuo tractat. de reſtitut. omn. rer. cap. 53. & 54.

523 Item cambium ſiccum dicitur quando quis eget pecunia Florentiæ, & inibi mercatorem reperit a quo pecuniam accipit, ſub nomine cambij, & debitor, qui pecuniam accipit, promittit ſoluere quinque pro centenario, vel tantum, quantum intereſſe tunc decurret, & non ſoluit, ſed creditor fingit, quod in feria recepit cambium ab alio, vt ſolutionem conſequeretur, facitque debitorem quoque teneri ad illud intereſſe fictum, cum re vera paſſus non fuit. Alio modo cambiū ſiccum dicitur, quando inter creditorem, & debitorem fingitur, quod mutuans pecunias faciet ſoluere illas recipienti mutuum, in tali feria, in qua ad intereſſe cambij currentis debitor ſe obligat, ſed licet in rei veritate creditor mutuauit, & debitor mutuum accepit nihilominus, ambo finxerunt, quod mutuum non fuerit factum, ſed fiendum tempore futuræ feriæ, adcò quod venditur hoc modo tantum tempus, & pro tempore intereſſe fictum ſoluitur, & conſequenter cambium non eſt reale, merito prohibitum, & omni iure improbiſſimum eſt, vt per Doc. quos allegat Carbo. loc. cit.

* Vnde Ariſt. ratione naturali motus, in primo Politic. dicit, quod vſuraria acquiſitio pecuniarum eſt maxime præter naturam, ità S. Thom. 2.

2. q.

Digitized by Google

2.q.18 ar.primo, ſed dubium in materia vſura-
rum facit licitum, quod alias eſſet illicitum, cap.
fin.,cum gloſſ. de vſur. in 6. & ad prædicta vltra
alios vt Nauar. Manual.Confeſſ.cap.17. ſub nu-
524 me. 283. vbi ait, quod cambium de loco ad lo-
cum eſt licitum cum lucro, non autem de tem-
pore ad tempus, nec inter perſonas non haben-
tes animum cambiandi, nec pecuniam, & quod
in cambijs poteſt aliquid accipi ratione lucri ceſ
ſantis.& damni emergentis,ſi tunc mora ceſſet,
& multa alia dicit omnino videnda, & latè per
Sum. Angel.in ver.vſura,per tot.ſat eſt,quod vſu
ræ ſint omni iure prohibitæ, & ſunt de genere
prohibitorum etiam naturaliter, vt per Ariſt.
loc. cit. in primo Politic. Clar. in §. vſura, ver.
ſciendum eſt autem, & per Baiat. ibi ſub nu.11.
vbi ait vſuras eſſe prohibitas, decem & nouem
rationibus quas ponit Maria. Soc. in Rubr. de
vſur.& ſub num.19.alleg.Rodulph.tract.de vſur.
in 3.par.vbi loquitur an cambia ſint ſemper pro
hibita,& per Alphonſ.Guerer.tit. de vſur. c. 67.

Et ex ijs notabilis practica deſumitur, quod,
qui intereſſe,vel cambia prætendit,debet in arti-
culis ponere, & in libello, quod ille, qui lucrum
petit,erat ſolitus negotiari,& lucrari,et debet pro
bari, alias non obtineret, vt per Alex. in l. diuor-
tio,in princ.col.7.& l.inſulam,§.vſuras,col.2. ff.
ſolut.matr.Soc.ſenio.conſ.179.lib.2.Afflict.de-
ciſ.20.alios refert Rebuff.in Repet.l.vnicæ,glo.
fin.num.25.C.de cenſ.quę pro eo,quod intereſt.
Marcell.Cala.tract.de mod.artic.num.164. cum
plur.ſeq.

525 Et pecuniæ montis pietatis, an de eis ibi poſi-
tis aliquid accipi poſſit pro ſalario officialium? di
citur quod ſic ſecundum Alphonſ. Guer. tit. de
vſur.cap.67. Bertazol. conſil. Cri.2. vol.2. idem
tenet Nauar.d.c.17. nu.283. Anto. Corſet. inter
conſ.cri.diuerſo.conſil.25. At de prouentibus,&
meritis percipiendis ab eo, qui pecunias ſuper d.
Monte tenet, ſi non vis errare ſerua Bullas ſum-
morum Pontificum, Concilij, & ſynodalia ap-
probata, & conſuetudinem approbatam, ad hoc
vt. Oldr. conſil. 107. num.7. Cæpol. de ſimulat.
contrac.in princ.nu.4.& 5. Nauar. poſt D. An-
to. Archiep. Flor. & alios, in conſil. 20. per tot.
lib.5.de vſur. Dec.conſil.12.nu.82.Ludo. Car-
bo.d.tract.de reſtitu.omn.ter. cap. 55. vbi refert
opiniones ab vtraque parte, & tenet contra Ga-
ieta.& Sotum,& fauet monti pietatis,hoc vnum
ſcio, quod pecunia depoſitata in tuto, non facit
pecuniam ergo ſterilis, & ſic ſine lucro. Cauſa
mali tanti eſt nimia cupiditas.

526 Similiter tempus pro tempore, poni non po-
teſt, niſi ex neceſſitate, ſecundum Bal. in l. fin.
col.5.verſ.tertio permitto,nu.15.C.de codicil.vt
ſi quis domum conduxerit, & penſionem ſolue-
rit, ſed facto locatoris re locata vti nequierit, lo-
cator non poteſt inuito conductore velle, quod
conductor vtatur totidem alio tempore re con-
ducta pro tempore quo vti non valuit, ſed tene-
tur reſtituere mercedem Bar. in l.ſi vno anno, §.
527 cum quidam, ff. locat. bene verum eſt, quod
tempus ablatum reſtitui poteſt de iure ciuili, vt
in l. ſi ità ſtipulatus, cum gloſſ. de verb. oblig.&
tot.tit.C.de tempo.in integr.reſtitu. tàm minor,
quàm maior, & hoc in gratiam petentis, ſed tem
pus ſemel ſuppletum, iterum non ſuppletur. Ti-
raq.in l.boues,§.hoc ſermone, de ver. ſign. hinc
dixi ſup. ſub nu. 208. non dari regulariter reſti-
tutionem reſtitutionis præſertim aduerſus rem
iudicatam. Gloſſ.tit.de reſtitu,co.ut.tex.in l.1. &
fin.C.ſi ſæp.reſtitu.poſtul.fue. vbi gloſſ. Cyn. &
Bart.l. interdum,ff.de minor. Sfor.Od. de reſtit.
q.16.art.8.& 9. vt.ſup. num.208. ſicuti non de-
bet concedi reuiſio reuiſionis,alioquin procede-
retur in infinitum, & quando quis aduerſus rem
iudicatam reſtituitur, primo non debet reſtitui
niſi prius de iniuſtitia euidenti breui manu oſten
dat,vt palpari quodammodo poſſit. Il torto fat-
to,ò riceuuto, l. nam, & poſtea, §. minor, ff. de
iur.iuran. l.verum,§.ſciendum, vbi Bar. & alij,
ff.de minor.ſecundo, non debet reſtitui niſi prius
refectis expenſis, per reg. cap. locupletari, de
reg.iur.in 6.Caualca.d.deciſ.14.num.35.p. 1. &
per tot.illam deciſ.

528 Poſtremò de tempore dicitur, quod, qui non
ſeruat tempora ſtatuta induciæ duplicantur, §.
hodie autem. Inſtitu.de except. vnde ſi quis ante
tempus petierit debitum tunc ſi habebat duos
menſes ad ſoluendum,duplicatur tempus,& fiũt
quatuor menſes. Item ſi data eſt audientia ſigna-
ta illa ſeruanda eſt omnino,& punctualiter, alio
quin ille cui datur licitè indignatur contra iudi-
cem, vel alium, qui tempora non ſeruauit. Item
de æquitate dies termini non computatur regu-
lariter in termino,not.in l. 1. vbi gloſſ. & Bar. ff.
ſi quis cautio. Car. in clem.1. de appellat. vt. inf.
num. 531. & 534. & ideo totus debitori conce-
ditur, §. omnis, Inſtitu. de verb. oblig. ſicut di-
ctum fuit quod dies citationis tota cedit citato,
p. 2. nu.79. & non currit tempus niſi a die datæ
copiæ, Caualca.deciſ.21.nu.79 par.1.

Quid ſi nullum tempus datum ſit ad ſoluen-
dum, tunc ęquitas ſuadet quod ſi creditor eſt per-
ſona pia,& fauorabilis, vt ſunt, pupilli, & viduæ,
ac huiuſmodi, tempus coarctari debet, ſi verò de-
bitor, tempus dilatari debet: nam ob pauperta-
tem aliquid indulgendum eſt, Par. de Put. con-
ſil.121. num.41. Grat. Reſp. 121. num.4. lib.1.
Anchar. Rheg. quæſt.2. nu.5. multos allegans, at
ſi creditor, & debitor ambo ſint conditionis pa-
s modicum tempus non nocet, Anchar. quæ-
ſtio. 16. numero 16. & in dubio Iudex æquita-
tem, & non rigorem amplecti debet, l.1. in fin.
vbi Bald. C.de iure deliberan. Caualca. Deciſio.
10.numero 8.par.1.

529 In pœnalibus pariter æquitas habet locum
circa tempus: nam vult quod illud inſpiciatur
quod minus damnoſum ſit partibus, vnde ſi ven-
dens rem forenſi, incurrit pœnam ex quo con-
tra prohibitionem facit, & antè traditionem rei
venditæ efficiatur Ciuis, attenditur tempus tra-
ditionis,& non venditionis, vt euitetur pœna,
Bal.in l.1.ff.depoſi.idem in conſil.314.volum.3.
Caſtrenſ.conſil.286.par.2. quemadmodum Ga-
bella non debetur circunſcripto ſtatuto, niſi de-
mum ſecuta traditione, vt ait Tiraqu.de retract.
conſanguin.§.1.gloſ.2.numero 46. Hinc eſt quod
pactum de vendendo non eſt venditio, vt ſupra,
& Gabella non ſoluitur de ſententia, & contra-
ctu nullo, Caballin. Milleloq.108. Alexand.con-
ſil.59. num.1.& 9.volum.4. Cranet.conſil.4.nu-
mero 22. lib. 1. verum eſt in hoc aduertendum,
quoniam ſi ſtatutum dixerit quod de quolibet
contractu ſoluatur Gabella, ſtatim Gabella de-
betur contractu inito, niſi contractus ſit nulli-
ter factus, vt ſupra, nec expectatur tempus tradi-
tionis, at ſi ſtatutum dixerit quod de re vendita
ſoluatur Gabella, tunc attenditur tempus tradi-
tionis, vt per Doct. ſupra relat.

530 Et not. quod in ijs quæ ſunt inducta ad rigo-
rem iuris, tempus etiam Ruſticis currit, mulie-
ribus,

Digitized by Google

tibus, minoribus, & huiuſmodi, l. fin. C. de iur. & fact. ignor. not. gloſ. quęſtio.4.§.vlti. Guglielm. de Cuneo in l. ſi quis ex argentarijs, §.fin. cum l.ſequen. ff.de eden. Bars.in l.1.§.nunciatio, col.vlti.ff.de oper.nou. nunciatio. Bal.in l.1.C.de iure deliberan. Dec.in cap.paſtoralis,colum.8.de except.idem conſil.184 num.11. Quibus in locis Doct. dicunt quod prætextu ignorantiæ nun ſuccurritur plus minoribus, & alijs quibus ſpecialiter prouiſum reperitur, quia ignoranti in ijs quæ ſunt inducta ad conſeruandum iuris rigorem, non ſuccurritur, Alexand. conſil. 14 num. 1. vol.2 cum ibi per eum adduct.

531 Et in hoc propoſito ſcias quod tempus, aut eſt datum à lege, vel ab homine, vt puta ſtatutum mandat notitiam dari, vt in Retractu, & alijs occurrentijs, tunc tempus non currit ignoranti, tex. in cap.1. tit.quom. temp.mil. in vſ.feudo. Alex. dict.conſil. 14.numero 5. volum.2. Tiraq.de Retract. conſanguin. gloſ. . . & non ſuffien ſcientia habita aliunde, quam per notificationem iuxta diſpoſitionem ſtatuti fiendam, Caualca. deciſio.20.numero 50. & ſequ. part. 1. Caſſa. Conſuetud. Burg.Rubr.10 §.5.etc.fin. ſtante autem impedimento per quod Actus fieri nequit formiter iux.ſtatuti formam, tunc per æquipollens (ratione impedimenti) æquitas ſuadet, vt poſſit adimpleri, not.in l.mulier, in princip.de arb.tex. in l.mater, vbi gloſ. C. de inſtitut. & ſubſtitutio. Nam lex in caſu impotentiæ non determinat, & ſic ęquitas ſupplet, quia in ſtatutis hoc in caſu æquipollens non excluditur, Bal. in l.nemini, C.de Aduoc. diuerſo. Iudic. pręſertim quando per ęquipollens idem ſequitur effectus, Euerar. in ſua Centur.loc.26. ab ęquipoll.lit. F.

532 At ſi tempus datū ſit à lege ſine requiſitione, & facto hominis ſecus eſt, Bal.in l.quamdiu, vbi Alexand. Iaſ. & alij, C.qui admitt.& magiſtraliter, ac diſtinctè ibi docet, & loquitur more ſuo, quod ſi dies, & pœna pręfixi ſint à lege, tunc mora purgari non poteſt, vt eſt gloſ. not. & ordi. in cap.mora, de regulis iuris, in 6. & in cap. licet, de Decim. pręſertim ſi pœna eſt impoſita ipſo iure: nam hęc clauſula ſapit rigorem, l. is cui, ff.de legat.2. Bal. in l.inſulam, quęſt. 10.ff.de verb.oblig. vbi omnes Scribent. ſed modica mora excuſat, vt dixi ſupra.

533 Aduerte quod ſi tempus erit datum à die tali, quod illud non dicitur currere, niſi poſt illam diem per regul. ſupradictam, numero 528. quod dies termini non computatur in termino, vt non in l.1. vbi gloſ.& Bart.ac alij, ff.ſi quis cautio, clement.ſicut, de appellatio. dixi in 4.par.num.194. Item, quia illa dictio, a, excluſionem importat, vt pulchrè per Alex.conſil.42.ſub num.5. vol.3. facit tex, in l.ratio, §.ſi venditorem, & ibi glo. in ver.ab initio, de act.empt.& etiam, quia æquitas ſuperat rigorem.

534 Tempus verò continuum per quod etiam dies feriati, & non feriati currunt etiam ignoranti. Caualca.deciſ.17.num.23.p.1. Dama. Reg. 68. ſed fallit in ætate minore, in patria poteſtate, & in alijs quæ poſſunt præſcriptionem impedire, vt ibi.

Et in contingentia facti hic quæro, Fiuizanenſium appellationes deuoluuntur ad tres Auditores Rotæ Florentiæ, vel ad iudicem primarum appellationum illius ciuitatis iuxta capitulationes initas inter Florentinos, & Fiuizanenſes, & quotidie obtinentur a Iudicibus prædictis (vt de more literæ citatoriæ, & inhibitoriales iudici à quo, vt in fine dictarum literarum, vbi enumerantur dies iuridici, quibus Iudex à quo debeat citare partem contra quam appellatum fuit, vt iuxta ſtylum Flor. citatio tempore legitimo fiat, ſi occurrat quod dies, qui Florentiæ non ſunt feriati, reperiuntur feriati Fiuizano, an citatio valebit, dic quod ſic, primo quia feriæ loci Iudicij attenduntur, vbi cauſ. principaliter agitur, & in procedendo attenditur conſuetudo, ſtylus, & mos loci Iudicij. Maria.in cap.poſtulaſti, art.20. & 21. de for. compet. & faciunt, quæ dixi in 4. par.ſub num. 125. & ſub num.509. in hac par. ſecundo, quia Iudex à quo in hoc caſu eſt merus executor nudi facti pro vt eſt citatio, & tenetur exequi, nec vlterius quærere debet, ar. l. diligenter, §. ſi iter. ff. manda. cum ſimil. Nam etſi iniunctum ſit Iudici à quo, vt in partibus per vnum ex ſuis nuntijs citari faciat. N. tamen eſt ac ſi dictus nuntius eſſet miſſus à Iudice ad quem, & tanquam nuntius communis Florentiæ reputatur, l.ſi per alium, ff. ne quis eum, qui in ius voc. vi. ex. l.ſi quis id, §. pen. ff. de iuriſd.omn. iudic. l.1. ff. de eo per quem fac. erit, & facit Aſin. in prac. §.7.cap.3.

Sed pone, quod Fiuizanenſis teneatur comparere in ciuitate Florentiæ intra decem dies continuos poſt appellationem, & eum in tempore Florentiæ aduenerit, inibi quaſdam ferias ſeruari reperit, & ſic intra decem dies audiri nequiuit, adeò quod impeditus ex eo, quia ob ferias nequiuit audire, nec legitimæ comparere ad ſe præſentandum coram Iudice appellationis, an poſtea tranſactis ferijs adhuc locus ſit ſuæ comparitioni, & dicitur, quod ſic, dummodo prima die iuridica ſequenti immediatè poſt dictas ferias ſe legitimè præſentet, & compareat coram Iudice appellationis, Caualca. deciſ. 17. num. 24. & 25. par. 1. Bar. in l. 2. num. 4. C. de tempor. ad appellan. & ea ratione ſuperius allegata, quia in loco iudicij attenditur ſtylus eiuſdem loci. Verum, quia aliquis fortè dicet, quomodo attendendus eſt locus iudicij ſi antequam iudicium inciperetur Florentiæ, iam terminus 10. dierum fluxerat. Reſpondetur, quod tempus impedito non currit, quando impedimentum oritur ex facto Iudicis impediti recipere literas dimiſſoriales, ſeu Apoſtolos, & libellum appellantis, ob ferias in quibus ius non redditur, l.1. §. fin. ff. de diuer. & tempor. præſcr. l. 1. §. dies, ff. quemadmo. appellat. ſit l. milites, §. ſexaginta, ff. de adult.

535 Et in pœnis delictorum quodnam tempus attendendum ſit, dixi ſupra, ſub num.122. 123. 124. & ſeq. par. 4. & vbi de modico præiudicio agitur tempus impedito non currit. Tiraquell. de Iudic. in reb. exigu. num.69. & operatur longitudo temporis, quod diutina carceratio habeatur pro parte pœnæ, l. qui diutino, ff. de pœn. Tiraq. de pœn. temper. cauſ. 41. num. 3. vbi pœna carceris, cum pœna exilij eſt compenſanda, vt dixi in 2. par. & de carceratione intellige verum eſſe, ſi diu poſt condemnationem Reus in carceribus moraretur, vt per Doct. ad d.l. qui diutino, pulchrè exquiſitiſſimus vir D. Caball. Caſ. Cri. 142. num. 1. & 2.

Item quando de delicto antiquo quęritur, non conſuetudinario, tunc pœna minuitur. Bar. ibi. d. l. ſi diutino, & Tiraq. vbi ſup. etiam cauſ. 42. num. 14. & Cic. ait, quod nullus eſt dolor, quem non lōginquitas temporis minuat, atque molliat.

536 Et diutina ſolutio de æquitate non inducit obli-

obligationem in futurum, l. ſi certis annis, C. de pact. niſi quis titulum alleget, & ſolutionem probet per decem annos, l. eum de in rem verſo, ff. de viur. ſed fauore piæ cauſæ ſolutio per triennium ſufficit, tex. in l. 1. C. de fideicom. & per Bar. & alios quos adducit Tiraq. de priuil. piæ cauſæ, priuileg 60.

537 Tandem conſuetudo tàm longo tempore inducta non eſt obſeruanda, ſi ſit contra ius diuinũ aut contra naturalem, æquitatẽ. c. vlt. de conſuet. vbi Abb. & Tiraq. de pen. temp. cauſ. 42. nu. 15. qui in tract. de præſcr. §. 1. ſub num. 85. multa exempla recenſet, quæ ob temporis longam conſuetudinem cauſantur, vt ſupra num. 49.

538 Et dicit quod tempus non ſolum tollit ius, ac dominium alterius, & alia plurima damna, & incommoda affert, ſed cætera omnia abſumit, deuorat, & deſtruit, atque commutat, & alio diuertit, ſic apud Bal. in cap. inter dilectos, de fid. inſtrum. & apud Ouid.

„ *Tempus edax rerum, tuque inuidioſa vetuſtas,*
„ *Omnia deſtruis, vitiataque dentibus æui,*
„ *Paulatim lenta conſumitis omnia morte.*

Vnde omnia tempus habet, & omnia bona in tempore ſuo. Nix in hyeme, calor ingens in æſtate, & ſi tempus affert incommoda, vtique affert commoda, vnde verſ.

„ *Multa ferunt anni venientes commoda ſecum;*
„ *Multaque recedentes adimunt.*

Quibus autem caſibus conſuetudo vincat legem habetur per Iacob. de Beluiſ. in ſua prac. in Rub. de pœna capitali ſub num. 14. dicens, quod quando conſuetudo eſt ſpecialis, legem vincit, quando ſcilicet non eſt contraria iuri naturali, vel contra regulas iuris, vel contra ius fiſcale, vel contra ius gentium, vel niſi ius alterius abſorbeat, in totum, vel niſi ſpecialiter, vel nominatim à iure prohibita fuerit, vt in auth. nauigia, C. de fur. Doc. trad. in l. de quibus, de leg. cap. 1. extra, de conſuetu. & talis conſuetudo habet tres virtutes, imutandi, interpretandi, & corrigendi, vt in l. fi. C. quæ ſit long. conſuetu. & hic vnum à S. Aug. dictum ponere volo, quod in his rebus de quibus nil certi ſtatuit ſcriptura diuina. Mos populi Dei, vel inſtituta maiorum pro lege tenenda ſunt, vt ex libr. Epiſt. 86.

DE PRAEDICAMENTO *Actionis.* 7.

539 HOc actionis prædicamentum eſt valdè latum, & ſpatioſum, à quo omnes actus humani geruntur, dependentes, à poteſtate, & voluntate propria, & alterius, qui vltra voluntatem agentis, non operantur, l. non omnis, ff. ſi cert. petat. l. ſi idem ſeruus, de leg. 2. & l. ſi minor, de ſer. expor. cap. ſi eo tempore, de Reſcr.

540 Quia perficere in facto conſiſtit, non autem in facto fieri, vel in facto imperfecto, ar. l. eius qui, § pen. ff. eo. ideoque in dubio ſemper interpretare debemus actum magis valere, quàm perire, l. cum pater, §. filius, de leg. 2. dummodo non ſit de genere prohibitorum, aut contra æquitatem, l. non dubium, C. de leg. Nam actus quantumcunque pius, & fauorabilis, in alterius præiudicium principaliter factus ſubſtineri non debet. Inſtitu. quib. manu. non lic. in princ. & ad ſubſtinendum actum, ſemper in dubio interpretandum eſſe, quod actus ſit factus eo modo quo debuit, congruis loco, & tempore, licitis, Bar. & Doct. in l. non ſolum, §. ſed, & probare, de no. op. nuntiat.

542 Actio autem ſecundum Phil. eſt id ſecũdum quam agere dicimur, in id quod ſubijcitur, ut per Titelma. in Dialect. eo. prædicamento actio. & eſt illa operatio, qua aliquid intra, vel extra agimus, aut operamur. primò namque mente concipimus quid agendum, deinde corpore exequimur
* hic dicitur quod primum eſt in intentione, vlti-
543 mum eſt in operatione, ex eo quia omne agens agit propter finem. l. ſi is qui. ff. de acq. rer. do. leg. verum de fur. vnde ſi finis eſt laudabilis agens bene agere dicitur, in patiente bene diſpoſito, not. in l. 1. C. de her. inſtitut. l. in omnibus de actio & oblig. & ſi aliter ſequeretur æquitas tanquam benigna mater ſuccurret, parcendo condonando, indulgendo, & remittendo. l. in ſumma. §. item Va-
544 rus. de aqua plu. arcen. Vnde ſi quis dans operã rei licitæ in illicitum incidat non eſt cum rigore puniendus (abſit) attento principio licito, Bart. in l. ex plagijs. §. Tabernatius ad leg. Aquil. Boer. Deciſ. 237. num. 3. cir. fi. dixi in 4. par. num. 123. & 124. attenditurque id quod minus nocet, leg. quod ait, §. lex ait. ff. de adult. Nam licet iuſtum ſit inhærere rigori, tamen iuſtius eſt æquitatem amplecti. leg. ſi filius qui patri. ff. de vulgar. & pupill. is enim qui contra animum deliquit dulcore miſericordiæ ſubleuandus eſt. l. aut facta. ff. de pæn.

545 Equidem, æquitas naturali ratione nos admonet ad bene, recteque agendum, & benefaciẽtibus benefaciendum. l. 1. ff. de iuſt. & iur. & maxime vti creaturas ad recognoſcendum creatorẽ, & verè creatorem confitendum, quod in eo viuimus, mouemur, & ſumus vt ait Apoſt. ac ad bene operandum, imitando vti membra caput noſtrũ
546 quod Chriſtus cuius omnis actio eſt noſtri inſtructio. c. Deus omnipotens 1. q. 1. & c. ſignificaſti de elect. quæcunque enim ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt & hanc æquitatem maiori dulcore miſericordiæ nos Chriſtiani recipere, poterimus per Ieſum Chriſtum filium Dei plenum gratiæ, & veritatis, Io. cap. 1. Qui in primo aduentus æquus humanus & benignus apparuit, vt ſaluaret nos, & in ſecundo aduentu, cum venerit in maieſtate ſua in rigore omnes iudicabit in fremitu conculcabis terram, & in furore obſtupefacies gentes. p. 5. Cantic. Abachuc. quinimmo iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate ſua, Pſ. 95. & Pſ. 97. iudicabit orbem terrarum in iuſtitia, & populos in æquitate adeo quod æquitatem ipſa ſumma æquitas, ſem-
547 per præ oculis habet, ille profectò à natura ſapiẽs æditus, eſt, qui ad colendam iuſtitiam accurit, actus ſuos omnes perpendit, nihil dicit, facitque niſi prius aliis ſpectet modeſtia, puretque cunctaq; inique dicta, vel facta ſunt ad metrum & iudiciũ iuſtitiæ reuerſura.

548 Modo ſecundum terminos legales agimus in rem aut in perſonam, pro conſequendo id quod nobis aliquo pacto debetur, ſiue ex mera liberalitate, ſiue ex vtraque parte, ſiue ad antidora, vt per Docto. in Rubr. & l. 1. de verb. oblig. & leg. ſi quando. C. de reuoc. donat. & quemadmodum

apud

apud legiſtas actio ex obligatione maire ſua oritur. vt per Iaſ. vltra alios ſuper. inſtitut. de actio. in prin. ita apud logicos argumentum parit rem
549 de qua tractatur. vt ibi. Verum propoſiti noſtri non eſt, hic de actionibus, & obligationibus tractare, ſed de æquitate, & rigore, quam ſi ad aliquid daudum vel faciendum obligamur, rigor aſſociat, atque adiuuat, vt quàm primum exequatur (ſi iuſtum ſit) vtputa in alimentis præſtandis, in legatis pijs ſoluendis, in dotibus exigendis, & mercede præſertim diuturna, ſatisfacienda, huiuſmodi perſonis, & cauſis de quibus loquitur glo. cum Bal. in l. vnica. C. quan. Imper. inter pupill. & vidu. &c. Felyn. in c. ſi diligenti. extra de foro compet. & quæ celeri expeditione opus habent citò expediri æquitas iubet auth. niſi breuiores. C. de iudic.

550 Et in propoſito huius prædicamenti dicitur quod quotieſcunque id quod prodeſt, eſt benignius eo quod nocet, attenditur quod prodeſt. l. ſi pupillus. ff. ad leg. Falc. Alciat. de præſ. Reg. 1. præſ. 30. nume. 6 in dubio etenim attenditur id quod prodeſt, & fauorabilius eſt l. non intelligitur. §. ſi quis palam, vbi Barto. ff. de iur. fiſc. quod verè procedit quando actus ad duo trahi poteſt, videlicet ad nocumentum, & ad vtilitatem, ſecus quando duo certa, & determinata concurrent, quorum vnum prodeſt, & alterū nocet, Alber. in l. in pari cauſa. de regul. iur. Tiraqu. de retract. conuent. § 30. glo. prima, nume. 27. cum ſequentib.

* Ex hoc elicitur an & quando ſit magis fauendum reo, quam actori, vel fiſco. & in dubio ſemper eſt fauendū reo, & non actori, nec fiſco. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. pulchrè D. Menoch. de arb. iud. q. 80. in no. Addit. at ſecus in pari cauſa, quia differt quod cauſa ſit paris, vel quod ſit dubia. vt per Doct. in d. l. in pari cauſa. Peregr. de iure fiſc. lib 6. de pign. & hypoth. nu. 23. eſt materia l. non puto. ff. co. maximè quando vterque tractat de lucro captando, vt contra fraudantem gabellam. idem Pereg. de iur. fiſc. lib. 6. de iur. de pign. & hypot. nu. 23.

551 Hinc Menoch. loc. mox cit. tractat an in iudicio quaſi publico Procurator poſſit interuenire pro reo? & videtur quod ſic attentis circunſtantijs. vt Anton. Rubeus in tract. de Procurat. vbi æquitas ſuadet non eſt dubium, & vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta, ſi actor intentat vnam cauſam, & probet de alia, non ſuccumbit. immo obtinere debet in eo circa quod ipſe probauit, ſcilicet in ciuilibus. Bal. & Ang. in l. ſi. C. de Annal. excep. ſecus in criminalibus, quando ſimul non agitur ad intereſſe, vel ad emendam damni, quod fieri poſſe, vt per Clar. & ibi add. §. 1. q. 1. verſi 3. & dixi in 1. par. ſub nu. 49. verſicu. cauſa verò mixta, & in 5. par. ſub nu. 104. & 240.

552 Vnde agens ad duo, & probans de vno, æquitas præſtat quod in eo quod probauit, obtineat, & quod vtile per inutile in ſeparatis non vitietur, l. ſed ſi decem. de conſtitu. l. 1. § penul. de verbor. obl. de hac reg. dixi par. 3. nu. 304. & ſi quis

* intentat duo remedia vtputa reintegrandæ, & retinendæ, id facere poteſt per ſubordinatam conditionem. Iaſ. l. in prouinciali. nu. 9. ff. de oper. nou. nunciat. Menoc. de recuperan. poſſ. remed. 17 nu 13.

Nec iudicium per hoc claudicare dicetur. c. in iudicijs. de reg. iur. Marſ. conſi. 58 circa dubitationem, nu. 15. quia tunc claudicat quando non procedit ſecundum ius, vel quando pro parte conceditur quod in totum concedendum omnino erat, vel quando pro parte denegatur, quod in totum denegandum erat, & iuſtitia non manet æqua lance, & iudex non eſt rectus, ſed claudicat in iudicio ſuo, & ſic actori non eſt concedēdum quod reo non permittitur. l. non debet. vbi Dec. & Cagnol. de reg. iur. qui plures limitationes tradunt, & ipſe dixi in pract. de teſt. par. 3. nu. 181. hinc Marſ. d. conſil. 58. ait, quod ſi permittitur bannit. capto purgare contumaciam, & docere

* innocentiam ſuam, pari modo permittitur parti, vel fiſco oſtendere fuiſſe culpabilem. vt æqualitas ſeruetur.

553 Priuilegiatus etiam hac ratione nō gaudet beneficio priuilegij contra æquè priuilegiatū. auth. item ſi vicem. C. de ſacr. ſanct. eccl. Bart. in l ſed milites. de excu. tutor. Dec. in auth. quas actiones. C. de ſacr. ſanct. eccl. vbi Bal. nu. 1. Adducēs rationem, quia Peregr. de iur. fiſc. tit. 3. lib. 7. nu. 24. Cum priuilegiatus contendat cum æquè priuilegiato, illa priuilegia confunduntur, & iure cōmuni ſtatur, d. l. ſed ſi milites. §. 1. Iaſ. in §. rurſus. nu. 25. de actio. Peregr. de iur. fiſc. lib. 7. tit. 3. nu. 24. & ex hoc aliud inſurgit, quod ſi Iudæus hēat

* aliquod priuilegium, non debet adeò ipſi patrocinari cōtra Chriſtianos, quin & Chriſtiano nō licet & vti contra Iudæos. Marſ. d. conſi. 58. ſub nu. 15. dixi in 1. par. ſub nu. 43. & 44.

554 Itaque eccleſia contra eccleſiam non præſcribit, cum lōgi tēporis præſcriptio odioſa ſit. Balb. de præſc. in 2. p. nu. 1. ſecus, ait, de vſucapionib. quæ ſecūdum eum ſunt fauorabiles, idenq; vna eccleſia poteſt æquè vtiliter, & fauorabiliter permutari alteri eccleſię. d. auth. item ſi inuicem. C. de ſacr. ſan. eccl. & ſi eccleſia habeat iuriſdictionem temporalem, debet in temporalibus procedere, & iudicare ſecundum iura ciuilia. c. fin. extra de præſcr. & in auth. de epiſc. & cler. §. ſi verò. collat. 9. Iac. de Beluiſ. in ſua prac. rubr. quotuplex ſint cauſæ, nu. 195.

555 Et ex hac ſupradicta regula pauper non tenetur alere pauperem. Bal. in l. præſes C. de ſeruitu. Cor. Benincaſ. trac. de pauper. q. 9. Spec. 10. & alibi. quod aliàs dixi in materia carceratorum in 2. par. & facit pro omnibus illis, qui tenentur alimenta præſtare, quoniā qui pro ſe ipſo eget, egeno non tenetur ſuccurrere, & minor non vtitur
556 priuilegio contra minorem, l. pen. & fin. ff. de minor. & alias iudicatum fuit donationem non valere factam à viro minore 25. annorum, erga vxorem ſuam minorem, contra hæredes minoris, vt refert Caualc. Dec. 30. nu. 17 & 37. par. 1.

557 Similiter clericus contra laicum ex cauſ. laicali agendo non gaudet priuilegio clericatus, niſi laicus eodem priuilegio per quandam reflexionem vti valeat, contra clericum: vnde clericus ſiue agendo, ſiue reconueniendo laicum in pertinentibus foro laicali, eſt obnoxius iuribus, & ſtatutis laicalibus Curt. Senio. tractat. de conſuetu. lect. 8. num. 59 & ſeq. Afin. tract. de execut. §. primo, cap. 78. plura in hoc propoſ. adducit Caualcan. Deciſ. 10. num. 10. & 11. par. 5. facit. D. Farinac. De delict. tit. de Inquiſit. q. 8. nume. 97. cum mult. ſeq.

* Idem de fiſco qui ſuccedens priuato, vtitur iure priuati, l. cum quidam. § fi. ff. de viur. & regulariter fiſcus vbi expreſsè non reperitur priuilegiatus, vtitur iure priuati, l. licē. ff de con penſ. l. cum vitioſè. ff. de pignor. l. de contractu. C. de reſcin. vend. l. iuſtas C. de iur. fiſc. l. bt. decimo, Couar. varia. reſol. lib. 1. c. 16. Peregr. de iur. fiſc.

lib.6.tit.1.& titu. de ijs quæ ſpec.ad ord.nu.44.
& alibi& in dubio pronunciandum eſſe contra
fiſcũ quod non ſit priuilegiatus dicit D. Caball.
prædicta tuia,& alias rationes adducens.caſ.cri.
59.num.20.21.& ſeq. vi.ſup.num.550.& in du
bio pronuntiandum eſt contra fiſcum,ſecus au-
tem in pari probatione.l.nõ puto. ff.de iur. fiſc.
Peregr.co.titu.libr.7.tit.de ijs quæ ſpect.ad ord.
nu.48.& 44.& tit.ſequ.de ſenten.aduer.fiſc.nu.
13.& ante libr.6.tit.de pign.& hypot.num. 23.
& fiſcus poteſt etiam non vocatus aſſiſtere liti
inter priuatos vertenti coram iudice non ſuo,
multò magis coram ſuo iudice pro ſuo intereſſe
& petere, vt prouideatur indẽnitati ſuæ, Franc.
Deciſi.117.ſub nu.2.verſ.& nouiſſimè.Capic.
Deciſ.197.num.2.Bar.in leg.cum eorum.C.de
ſenten. Caball. caſ.crim.168.num.8.& 9.vſque
ad fin.

558 Idem dicitur de pupillo ſuccedẽte in locum
non pupilli ſed maioris,quia iure maioris,& nõ
pupilli, vti debet. l. ſi in certa. C.de non nume-
ra.pecu.hinc eſt quod qui in locum alterius ſuc
cedit eiuſdem iuris& poteſtatis eſſe cenſetur.l.ſi
donante.§.ſponſus.ff.de don.inter vir. & vxor.
& in hac materia vi. Iacob.de Aret.tract.ſuo de
ceſſ. iur.& act.num.49.qui cõtrarietates ſoluit.
* Idem de pluribus creditoribus dicitur, de quib.
æquè priuilegiatis ad inuicem contendentibus
idem ſtatuendum eſt.l.dabimus.§.fi.ff.de priui.
* credit. At ęquitas ſuadet,nec corpora debitorum
mortuorum ad inſtantiam creditorũ pro pigno
re inſepulta remaneant dixi in 2. par.ſub nume.
3.adde Lancellot.de Prætor.§.3.titu. de captur.
ſub nu.13.Petr.Pech.Ziriac.tract.de iur. ſiſten.
manum.iniect. cap.5. nu. 17.& contra credito-
res talia violantes inuehit valdè & illos inhuma
nos,& barbaros vocat:porrò contra æquitatem,
naturalem & pietatem Chriſtianam eſt corpora
inſepulta manere l. 1.& ibi Doct. ff. de ſepulcr.
violat.& creditores ſepulturam debitorum im-
pedientes amittunt debitum,& perdũt creditũ,
l.cũ ſicut.C de ſepulchr.violat. vbi Doct.Boer.
Deciſ.287.Rip.tract. de Peſt. De remed.prę
ſernat.nu.101.Couar.var.reſolut.lib.2.c. 10.nu.1.
Reip. n. intereſt, & viuos incolumes conſerua-
re,& mortuos inſepultos non remanere Bal. in
l.fi. C.de neg. geſt. alioquin prohibens ſepeliri
* mortuos, peccat mortaliter. vt in operibus mi-
ſericordiæ cauetur: & parochus qui ſine merce-
de non vult ſepelire peccat, ſe ipſe agere poteſt
contra hæredes ſecundum S.Tho.2.2.q.86. art.
1.Seraph.caſ.conſc.caſ.96. Attamen vſurarij nõ
ſunt in loco ſacro ſepeliendi,cap.quamquam,de
vſur. nec illi qui mortui ſunt notoriè in peccato
mortali cap.non exiſtemus. cum ſimil.13.q.2.
nullo modo illi qui deuiant à fide Catholica
Chriſtiana vti infideles c.cum in partib.de ver.
ſig.c.eccleſiam,de conſecratio. Diſtinct.3.c. ſanè
præferitur.24.q.2.c.ſi Epiſcopus. de hæret.& plu
ra alia habentur in ſyntag.iur.lib.2.c.13.nume.
10.& de ijs per Nauar. Manual.confeſſ. c.25.nu
me.95.c.20.nu.27.vi.quæ dixi in 2.par. ſub nu.
377.par.4.vbi qualiter pro Anotomia cadauera
ſint concedenda.

559 Inter debitores qui Bulletinũ habent,ne poſ-
* ſint capi,vel arreſtari pro debito ad inſtantiã ſuo
rum creditorum,ille Bulletinus,ſeu ſopratiene,
alias moratorius,ſeu ſaluus conductus non pro-
bat quando ab alio conuenitur habente aliũ Bul
letinum,quoniam debitur priuilegiatus non vti
tur priuilegio contra alium debitorem ęquè pri-
uilegiatum, ſed alter alterum conuenire poteſt.
Hip.ſing. 681. At ſicuti ij bulletinum habentes
non valent ab alijs conueniri,ita æquũ eſt quod
nec ipſi alios non habentes bulletinum conue-
nire poſſint, Afflict. Deciſ.66.& Deciſ.378.Ca-
ualcan. Deciſ.30.nu.34.par.1.vbi nume.36.ait,
quod quando pia cauſa eſt inſtituta,grauatus nõ
* detrahit Falcidiam neque Trebellianicam de le
gatis & fideicommiſſis ad pias cauſas; & eſſe cõ.
opin.teſtatur Bertran.conſi.152.num.9.vol. 1.
Tiraq.tract. piæ cauſæ priuil. 16. Verum ſi cõfra
ternitas inſtituta fuerit diſciplinatorum, grana-
tus poterit detrahere has quartas. Corn. conſil.
307.in fin.libr.4. Pariſ.conſi.50.nume. 28.libr.
2. ſequitur Menoch.de recup.poſſeſs. Rem. 15.
nume.34.vbi pro vtraque parte materiam hanc
tractat.
* Et ex hac differentia inter piam cauſam & cõ
fraternitates,quæri poteſt circa iuriſdictionem,
an Epiſcopus valeat viſitare confraternitates,&
videtur quod ſic ex quo rendẽt circa ſpiritualia,
ſecus in ijs quæ ſapiunt temporalia:de hac tract.
Pote.concluſ.6.& 17.lib.5.Caualca. Deciſi.28.
ſub nu.44.cum ſeq. par.1. vbi dicit quod & Epi
ſcopo & iudici laico hæc loca viſitare licet,vnus
in ſpiritualibus, alter in temporalibus circa in-
ternitus,& alleg.Innoc.in c.Romana Eccleſia,de
cenſ.Tiraq tractat.piæ cauſæ d.priuil.150. tenet
quod cognitio legatorum pertineat ad forum
Principis laici, ipſe verò me remitto fundamen
tis & priuilegijs quibus tales confraternitates
vtuntur, & ſacris conſtitutionibus.

560 Priuilegijs verò miſerationis cauſa cõceſſis
priuilegiatus renuntiare non poteſt alioquin re
nuntiatio tanquam contra bonos mores facta
non tenet glo.in l.1.vbi Bal. C.quan.imper. in-
ter pupill.& vidu.cognoſc. Fel. in c.ſi diligenti.
num. 16.de for:comper.Barba. conſil. 64.col.3.
vol.4. Aſin. de execut.§.9.cap.335.num.18.Nec
poſſet Senis renuntiari beneficijs ſtatutorum, ſi-
ue publicis ſiue priuatis, quoniam ità prohibi-
tum eſt à ſtatuto c. 259.

561 Ad ſupradictam reg. qua priuilegiatus non
vtitur ſuo priuilegio contra priuilegiatum Doc.
omnes præſertim Bar.Bald.& alij in d.authent.
quas actiones C. de ſacr. ſanct. eccleſ. plures de-
clarationes adducunt inter quas reſtringunt ha-
bere locum tantummodo in indiuiduis,& circa
idem, ſecus ſi vnus in genere, alter in ſpecie ſit
priuilegiatus, nec quando vnus tractat de dam-
no, alter de lucris vel quando vnus habet priui-
legium potentius altero,vel quia cauſa ob quam
vni conceſſum fuit priuilegium ſit fauorabilior
alterius,vt d.leg.verum,§. fi. cum leg.ſequen.de
minor. & dict.leg.vnica Cod. quan. Imper. in-
ter pupill. & vidu. at de hoc vltimo dubito,
quia ſi placuit concedenti ità dare priuilegium
benemerenti,ſicut,non benemerenti, & motus
ſit magis ex vna cauſa quam ex alia,quam iniu-
riam facit alteri exemplum habemus de patre
vel Domino, qui tantam mercedem dedit illi
qui vnam horam tantum operatus eſt,quantum
illis, qui totum pondus diei, & æſtus operati
ſunt, de quo in Euangel.... non ſic in iure no-
ſtro dicitur de eo qui maius priuilegium habet:
nam in concurſu magis priuilegiatus præfer-
tur minus priuilegiato,Cyn. Bartol. & Doctor.
d.authent.quas actiones Cod. de ſacr. ſanct. ec-
cleſ. Peregr.de iur. fiſc.libr. 6.tit.ſexto ſub nu-
me.33.

562 Ex ijs nota quod æquitas non procedit ex
abrupto,

Digitized by Google

abrupto, & ex propria ceruice non ſomitur, ſed prudenter quærit, & perquirit, cauſam propter quam, & non quieſcit niſi reperto fundamento, vt ſciat diſtinguere, & poſtea reſoluere, quæ faciunt ad propoſitum earum, quæ dicta ſunt ſupra in prædicamento qualitatis, nec vnquam reperies æquitatem adaptari; vt fiat quod fieri non debet, nec licet, d. l. cum quidam, §. pupillo, ff. de vſur. l. ſi pupilli, ff. de neg. geſt.

563 Adhuc dico, quod ſicuti conceſſio facta vni ex litigantibus, ſi eſt fauorabilis, puta circa reſtitutionem in integrum, dilationes, prorogationes ex officio, terminorum reſtaurationem, ijs & huiuſmodi caſibus, dubium non eſt, quin fauor non ſit etiam communis alteri parti. Doc. not. in l. prætendæ, C. de tempor. in integr. reſtitu. & in l. fin. C. de lit. & fruct. expenſ. Caſtr. conſil. 233. volumine ſecundo. Bertazol. conſil. 144. numero 13. meri. libr. 1. vi. ſupr. numero 444. hoc verum eſt, quando fauor poteſt patrocinari alteri Marſ. ſing. 189. at fauor dilationis conceſſæ debitori, non eſt dubium, quod nocet creditori, & ideo aduertendum eſt, ne præiudicium tertij verſetur in gratijs fiendis reis, & alijs, quia eſſet inordinata charitas, & prouiſio vnius eſſet diſtructio alterius, nec ante condemnationem gratia fieri deberet, quoniam vt alias dixi gratia immatura producit labruſcas ſic medicina, non poteſt bene operari niſi in toto corpore, prius exquiſitè purgato, vt ait Hippocr. in Aphoriſ. & infra num. 576.

Ex ſupradictis quando id conceſſum eſt vni, vtique commune eſſe debet alteri, deducitur, quod appellatio ſit vnum corpus, & vnus ſpiritus inter appellantem, & appellatum, & ſic eſt communis, tàm appellato, quàm appellanti. Lancell. de atenta. appell. pen. c. 12. ampliat. 12. vnde ſi vtraque pars appellat reſpectiuè, & vna pars pro ſui parte appellationem minime proſecuta fuerit, vel forte appellatio ſui culpa remanſit deſerta, tunc virtute adhæſionis appellationi factæ per aduerſarium, à iudice cognoſci poteſt, de iure huius, non obſtante negligentia ſua, virtute adhæſionis facti appellationi aduerſatij.

564 Ex quo adhæſio appellationi nil aliud eſt, quá effectum pro ſe conſequi, vi alterius appellationis, vt trad. Oldr. conſil. 290. nam ſicuti, qui adhæret Deo vnus ſpiritus fit cum eo, cap. firmiter extra, de ſumm. Trin. & fid. Cat. ſic videtur quaſi dicendum de adhærente appellationi, quia fit vnus ſpiritus cum ea, & Oldr. d. conſil. 290.

565 aliud pulchrum dicit, quod illi, qui venit alio iure, quàm quod amiſit, non nocet, quod perdit, ſed prodeſt quod habet, l. prima. §. ſi filius, ff. de bo. quæ liber. in fin. Doc. in l. ampliorem, §. in refutatorijs. C. de appellat. in puncto Mago. Rot. Luca. deciſ. 26. nu. 34. & 35. Bal. ad Spec. de appellat. in primis addit. col. pen. ver. ſed pone petij a te. 10. Alex. conſil. 183. in cauſa, nu. 4. libr. 6. facit reg. de qua ſup. num. 372.

566 Et aduerte, quod vbi proceditur de bono, & æquo non refert ſi fiat adhæſio appellationi etiã poſt decem dies latæ ſententiæ à qua appellatum eſt, dummodo fiat ante concluſum in cauſa, vt conſuetudo obſeruat, nec obſtat adductum à Mago. in contrarium, d. deciſ. 9. nu. 29. quia procedit in tertio comparente ad commodũ proceſſus pro ſuo intereſſe, & nõ pro appellato, & ſic ex diuerſis nõ bene infertur, l. Papinianus, §. exuli, de minor.

567 Et clauſula de bono, & æquo circa ordinatoria proceſſus, & omiſſionem ſolemnitatum, & apices ioris diſpenſat, vt per Caualca. deciſ. 12. nu. 59. & ſeq. & deciſ. 10. nu. 35. deciſ. 19. nu. 33. p. 1. Decia. cõſ. 51. nu. 91. & ſeq. vol. 2. Ferrar. Garg. Patroc. 83. nu. 9. Non ſic de clauſula ſola facti veritate attenta. Aquenſ. in l. 1. ff. de offic. Aſſeſſor. Pariſ. conſ. 131. nu. 14. vol. 1. Rot. Genuę, deciſ. 6. nu. 20. quia ſi non eſt ſimul adiecta clauſula non obſtante tunc non dicitur receſſum à forma ordinaria procedendi, de qua alias ſupra dixi, num. 143. cir. fi. & non obſtante ſtatuto, quando Princeps committit procedi cum dictis clauſulis, dato quod alias appellatio prohibita ſit, tamen æquitate concomitante adhuc appellari poteſt. Caualca. deciſ. 10. num. 8. par. 1.

568 Similiter in agendo in iudicio, mora de ęquitate purgari permittitur, quando ius alterius partis, ſecundum iuſtitiam nõ redditur deterius, nõ aũt ſecundum ius acquiſitum propter alterius negligentiã. Bar. & alij, l. inſulam, in 2. opp. ff. de ver. obl. Maſc. de probat. cõcl. 133. nu. 12. cum ſeq. & intantum eſt verũ, quod ſi ſtatutũ dicit, quod in certis cauſis ſeruetur rigor, tamẽ nõ excludit purgationem morę, quę purgatio prouenit ab ęquitate, rigorq; ei cedit. Alex. in l. ſi poſt ties, in princ. ff. ſi quis cautio. Alb. Bru. in 3. p. ſtatu. in verb. mora, vbi per contrarium dicit, quod ſi ſtatuto caueretur, quod rigor non ſeruetur, tamẽ mora purgari non poteſt, quaſi velit quod tàm de rigore, quàm de æquitate eſſe, qđ mora purgetur. alleg. Ang. & Alex. in d. l. ſi inſulã, col. 1. ff. de ver. ob. nihilominus ęquitas pręualebit, & efficiet cũ rigor, vt mora poſſit purgari, dũmodo non ſit notoriè affectata, ar. §. tria onera tutelarũ. Inſtitu. de excuſ. tuto.

Hinc oritur illa ęquitatis regula, vt quæ incontinenti fiunt, cenſeantur ineſſe de qua in l. lecta. & ibi ſcrib. §. dicebam, ff. ſi cert. pet. & l. petens, C. de pact. ad quam reg. vt. Tiraq. in Repet. l. Boues, §. hoc ſermone, nu. 99. de ver. ſign. vbi dicit, quod ſi ſtatutum remittat partem pęnæ confitenti delictum, quod ſi quis primo negauit, & ſtatim reuerſus confeſſus eſt, gaudebit beneficio ſtatuti, dummodo negatio adhuc in ſcriptis non fuerit redacta, vt ipſe Tiraq. declarat, de retrac. conuẽt. §. 1. glo. 5. ſub num. 14. & procedit non ſolum, ſi tunc non ſit redacta in ſcriptis, ſed ſi per diem, vt aliud tempus non fuerit, adhuc ſcripta, quia ſæpenumero Iudices ſolens monere reos negantes, vt prius bene cogitent, & aduertant, vt veritatem dicant, poſtquam tàm conſtanter videntur velle negare veritatem, & cum tali monitione remittunt reos in loco ſeparato, vt cogitent, & ſe melius ſe reſoluans dicere veritatem, adeò quod ſi reus iterum conſtitutus etiam ex interuallo fateatur, talis confeſſio illi prodeſt quo ad ſtatutũ remittens aliquam pœnam confitenti, per iura, quæ adducit Tiraq. copioſè d. retrac. conuent. §. 1. glo. 5. ſub nu. 14. & per glo. in c. olim, de cenſ.

136 Bal. in l. 1. verſ. & interdum not. col. C. de fer. & ad hanc reg. & dato, quod per ſtatutum non concederetur aliqua remiſſio confitenti delictum nihilominus, æquitas ſuadet, vt ſponte confitenti delictum aliqualiter pœna remittatur, l. 3. in fi. ff. de alte. iud. mut. cauſ. fac. & l. 1. C. de ijs, qui ſedi. lib. 10. & in auth. vt lic. mat. & auię. §. ſi quis col 9. l. ſed ex cauſa, ff. de min. §. a. C. de plus pet. l. prima, ff. de iureiurand. l. cum qui, C. de non num. pecun. authent. contra, qui propriam, C. ad leg. Iul. Mateſt. l. ſed ſi lege, ff. de pet. hær. §. pe. Caball. Caſ. Cri. 200. nu. 26 niſi atrocitas delicti, aut mala qualitas perſonæ, aut ſtatutum obſtent, nã rigor ſeruandus eſt, l. proſpexit, ff. qui. et a quib.

Digitized by Google

quę in continenti fiunt. collige ex. Tiraq. loc. mox
alleg. primo, quod pactum factum paulò antè, vel
poſt, dicitur ineſſe in inſtrumento, per gl. & Doc.
in l. bonæ fidei, & l. petens, C. de pac. Tiraq. d. gl.
nu. 1. ſecundo collige, quod factum antè, vel poſt
in continenti In ipſo facto cenſentur. Bar. in l. 1.
de ver. ob. & hoc ad multa deſeruit præſertim
circa delicta reiterata, vel perſata, tertio collige,
quod iurans de calumnia ante litem conteſta-
tam, licet cautum ſit, quod in principio litis iure
tur, tamen dicitur ſatis opportunè iuraſſe, iurádo
ante litis conteſtationem, per glo. in ver. narra-
tionem, C. de iura. calu. multaſque alias illatio-
nes ad d. reg. trad. Tiraq. d. §. 1. quas per te videre
poteris ſunt enim pulchrę, & practicabiles, hinc
* iudex de æquitate admittere debet reſponſionem
qualificatam ad euitandam ponentis calum-
niam Aſin. pract. §. 19. cap. 21. numero 3. Alciat.
l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, num. 26. de verb. ob. cum
alijs per eum adduct. ad quæ vi. quod dixi, in
tertia par. ſub num. 168. & adde deciſ. Genuæ,
95. num. 3. vbi ait, quod pendet ab arbitrio Iudi-
cis an confeſſio ſit pro parte acceptanda, & pro
parte non, per l. Publia, §. fin. ff. depoſ. maxime
quando confeſſio eſt diuiſibilis, idem deciſ. 122.
num. 5. & deciſ. 60. num. 4. & ſi concurrant ali-
quæ præſumptiones ex quibus acceptari, vel re-
ſpui videatur, ad Dom. Fului. Pacia. vir ſummæ
laudis, & mihi amiciſſimus ſympathiam quan-
dam circa bilem, & ingenuitatem metum ha-
bens in ſuo libr. de probat. libr. 1. cap. 25. per tot.
& Bald. in materia librorum, in conſil. 79. volu-
mine ſecundo, & idem Pacia. conſil. 98. num. 19.
Farinac. de Reo confeſſ. & conuict. quæſt. 71.
ſub numero 151.

569 Item lata ſententia per errorem, adhuc retra-
* ctari poteſt ità requirente æquitate, non obſtante
diſpoſitione, l. Iudex poſtquam, ff. de re iud. vbi
Alex. & alij. Et Genuæ eſt mos quidem laudabi-
lis, imo ſtatutum libr. 3. in ciuil. cap. 2. quo datur
facultas ſyndicatoribus, officialibus ruptorum,
ſeu fallitorum, Auditoribus Rotæ, Conſulibus
Rationum, ac delegatis, meliorandi ſententias
tam latas, intra octo dies à die latæ ſententiæ, vn-
de qui ſententiam non habuit in totum fauora-
bilem ſolet comparere coram Iudice, qui ſenten
tiam tulit, & petere ſententiam meliorari, & iu-
dex tunc emendat, aut ſupplet, addit, vel minuit.
Sed Florentiæ loco d. melioratione Iudices fa-
* ciunt motiua, quæ ſecundum co. op. dicũtur pars
570 ſententiæ, vt tenet Soc. iunio. conſ. 181. nu. 79.
vol. 2. Caualca. in General. Repertor. ſuarum de-
ciſ. in 5. p. in verb. Iudicis motiua, & ratio mihi
videtur eſſe, quia à ſtatuto limitatur certum tem
pus poſt latam ſententiam intra quod Iudices te-
nentur tranſmittere motiua vna cum ſententijs
in Archiuio Proconſulis, & tenet Hiero. deciſ.
54. nu. 1. in quibus motiuis multoties adſunt quę
dam ſubſtantiales declarationes, quibus attentis
ſententis re vera meliorationem recipit ſine qui-
bus aliter eſſet intelligenda verum de ijs motiuis
non ſemper eſt fidendum, quoniam tot capita
tot motiua, tot capita tot ſententiæ, vt etiam col-
ligitur dictum hoc ex l. Cornelia Pia, ff. de tur.
patio. pulchrè Papienſ. in for. appellat. à ſenten.
diffi. gloſſ. in paſſibus, etenim reperiuntur ſæpè
motiua vnius Rotæ contraria alteri, nimirum,
quia Auditores Rotæ coram ipſis multitudo cau
ſarum pluit, & non valent tàm anguſto tem-
pore, motiua ad amuſſim oſtendere, & tranſ-
mittere, dum alijs cauſis illos incumbere neceſ-
ſario oportet, & ad effugiendam pœnam indi-
ctam ob moram tranſmittendi motiua, ſequi-
* tur illud dictum quod nimis properè factum,
non poteſt dici bene ponderatum, & illi qui cir-
ca motiua fimbrias valdè dilatant, ſæpè incurrũt
in aliud dictum, quod in multiloquio non deeſt
peccatum, ſed ſi more Veneti. iuxta ſuas breues
admodum deciſiones, motiua fierent, & vt mo-
ris eſt Rot. Rom. equidem laboribus & impen-
ſis parcerent, & tempus non conterrerent, verum
tamen quilibet abundat in ſenſu ſuo hoc vnum
eſt quod veritas in paucis conſiſtit. Amicus So-
crates, amicus Plato, ſed magis amica veritas. A.
Gell. & illi qui dilatant filaterias cum ſua prolixi
tate, quandoque autumant alios ignorare termi-
nos, qui præſupponendi ſunt, & tanquam magi-
* ſtros ſe præſtant, vi. Aret. conſi. 7. & conſil. 101.
571 & conſi. 104. Soc. conſi. nu. 1. lib. 1. & prolixitas
ſapientibus eſt inimica vt eleganter apud Aret.
conſi. 11. in princ. & conſ. 71. Vnde Iabertus, cum
quis longiori oratione vtitur, ait, quo mihi, ipſo
paruis magna facis ſacrificia, nam quorum tri
ſat fuerit tantum tibi dicendum eſt teſte Plutar.
in Apophtegm. Laco. & vi. omnino Rebuff. in te
per. leg. vnic. in 6. not. nume. 3. Codic. de ſenten.
quæ pro eo quod intereſt. qua de re, quanto bre-
uiora ſunt motiua, tanto prudentiora, & magis
placent, & delectant ad inſtar reſponſorum pru-
dentum, ſed cauendum ne dum breuitati labo-
ratur, obſcuritati locus non ſit, & aduertant au-
ditores, & alij iudices, ut ſi libenter audiant,
* non ſint prolixitate pleni, nam audientia verbo-
ſa eſt, inutilis, & le chiacbiare non fanno fari-
na, & cæteri qui audientiam deſiderant ſtanto
foris expectantes, vt alter exeat, maledicunt iudi-
cem & partem murmurant, & calcitrant licet
inanes contra ſtimulum & ideò audito facto, &
comperta veritate quę verborum adminicula nõ
expoſuit. l. 1. C. ſi minor. ab hære. ſi abſtinuc. fiat
tus, & vincat honeſtum.

572 Verum quattuor modis opprimitur veritas
timore, odio, cupiditate, & amore capit. quat-
tuor vndecimo quæſtio. tertio, vi. in propoſ.
in pract. de teſt. part. prima cir. princip. At me-
lius eſt peccare in tempore quam in ſententia vt
alias dixi in quarta parte nume. 203. & 284. & in
quinta parte nume. 199. dummodo iudex non ef
ficiat ſe caput opinionis, quia nil peius homine
pertinaci, ſed an attendatur magis veritas quam
opinio. vi. ſupra nume. 62. 99. in fin. verſi. Non
ſic & nume. 292. 266. 408. & 455. & Damaſcen.
* Reg. Cano. 125. & an attendatur magis vſus lo-
quendi teſtatoris, eius conſuetudo & opinio,
quam veritas, dicitur quod ſic, quando verba
ſunt dubia, vel diſpoſitio durat, & hoc ad effe-
ctum ne actus pereat. Illuſtriſs. Mantic. de con-
iect. libr. tertio titu. decimo Caualcan. facit De-
ciſio. 41. nume. octauo part. 5. & Decian. conſil.
tertio nume. tertio volum. 1. Secus quando di-
ſpoſitio eſt clara nec deuiat à iure commu. Cæ-
phal. conſil. 199. nume. 7. 8. & 9. libro ſecundo
quod eſt notandum contra cauillantes, verba,
ſenſum, & mentem claram teſtatoris in teſta-
mentis, aut in codicillis ſcriptum & extenſam,
confugientes ad probandum vſum loquendi te-
ſtatoris aliter ſe habuiſſe, volentes vt clara di-
ſpoſitio declaretur, ab vſu, & quod vſus de-
claretur per diſpoſitionem, heu quot quot Ba-
lordi.

573 At quia ſupra dixi quod obligatio eſt ma-
ter actionis, nunc dico quod obligationes,
ſunt

ſunt ſtricti iuris, l. quicquid aſtringendæ, de ver. ob. ſed exceptiones ab æquitate proueniunt, & ſunt magis fauorabiles, quàm actiones Tiraq. de retract. conſangui. §.35. glo.1. num. 5. dummodo exceptiones ſint legitimæ: nam quæ ſunt friuolæ, aut calumnioſæ, vel impertinentes ſunt baſtardæ, & reſpuendæ, ac reijciendæ. Porrò circuitus ſunt euitandi, & nil aliud ſunt, quàm incommoditatis, & damni, ar. clem. auditor, de Reſcr. & præcidenda eſt occaſio litigandi, cap. finem, de dolo, & contumac. cap. vt litigantes, de offic. ord. lib. 6. Rot. Ro. nt. de rer. permut. deciſ. 1. alias 23. Mago. Rot. Luc. deciſ. 18. numero 2. auth. niſi breuiores, C. de ſan. ex peric. recit. pro dolor hac tempeſtate, qua lites fiunt immortales. Pacta de quota lites permittuntur, quid plura Monopolia fiunt.

574 Rurſus prædicta clauſula de bono, & æquo, ſola facti veritate inſpecta, & pro vi, & ſicut placuerit partibus auditis, ſemel, vel pluries, in ſcriptis, vel oretenus. Hæc habet maiorem vim in procedendo, et decidendo omnium aliarum clauſularum, & hac clauſula vtuntur Domini Conſeruatores legum Florentiæ in cauſis pauperum, & miſerabilium perſonarum. Hinc conſului, quod mulier vidua petens coram d. Magiſtratu bona quædam a viro ſuo alienata, ſi de voluntate mulieris apparet, quod fuerint alienata, nihilominus cum ſit paupercula anus, non impeditur, quominus conſequi non poſſit, ſaltem pretium bonorum alienatorum, ante ſententiam petitum (quamuis in libello nil de pretio dictum ſit) ſat eſt, quod ſaltem oretenus partibus præſentibus de pretio actum ſit, & pluries in contradictorio iudicio diſcuſſum, cum liquido conſtiterit pretium non habuiſſe, licet maritus in inſtrumento alienationis faſſus fuerit, quod d. eius vxor partem pretij receperit, ad quod facit Marſ. ſing. 271. Natt. conſil. 617. Afflict. deciſ. 95. numero 8. Caualca. deciſ. 19. numero 18. cum ſeq. par. 1. & deciſ. 20. numero 19. cum ſeq. ea. par. Surd. conſil. 12. numero 74. volumine 1.

575 vbi limitat tex. l. qui habebat, ff. de Inſtitu. act. non habere locum quando agitur coram Magiſtratu, qui vi ſupradictæ clauſulæ poteſt tanquam Princeps iudicare, & ſic agens ex vna cauſa, & proſequens ex alia obtinere debet, vt iam dixi numero 551. & 552. & per Surd. mox cit. conſil. 12. numero 74. & 75. vbi multorum authoritates allegat.

576 Præterea dixi, quod mulier, quæ egit mediante perſona ſui procuratoris, qui non petijt nomine ipſius mulieris illam ad cautelam abſolui à vinculo iuramenti ab ea præſtiti in inſtrumento mandati ad vendendum, nihilominus hæc paupera vetula non poteſt nec debet reijci, cum ſit mulier, & ignara horum terminorum, l. error, C. de iur. & fac. ignor. Doc. in l. ſi quis maior, vbi Iaſ. numero 2. C. de tranſact. l. qui in ius, §. nemo videtur, vbi Dec. numero ſecundo, de reg. iur. Clar. §. periurium, verſ. excuſari, periurium enim non caret dolo. Bal. in authent. niſi rogati, C. ad Trebell. qui dolus abeſt in perſona ignara, & quando procurator exceſſit fines mandati: nam in exceſſu non intelligitur quidquam cum iuramento promiſſum ſecundum ea, quæ trad. Doct. in l. iuriſgentium, §. fin. ff. de pac. & in l. quicquid aſtringendæ, de ver. obl. ergo ceſſante iuramento, ceſſat periurium, c. cum ceſſante de appellat. in propoſ. Bal. in l. fin. ff. qui ſatiſda. & Surd. conſil. 27. vol. 1.

Et quando eſſemus in caſu abſolutionis, quam neceſſario obtineri oporteret, tunc fauore abſolutionis, obtineri poſſet etiam pendente iudicio, quia ſexus mulieris, & ignorantia excuſaret à mora, d. l. error, C. de iur. & fac. ignor. Doc. d. l. ſi quis maior, C. de tranſact. præſertim quando cauſa agitur coram Magiſtratu, qui etiam oretenus partibus auditis iudicare poteſt virtute ſupradictæ clauſulæ. eſt enim cauſa abſolutionis valdè fauorabilis, ar. l. abſentem, cum concor. de pœn. & l. ſi quis ex famoſa, ff. de ſolut. & liberat. & vi. in 4. par. numero 274. & in 5. par. numero 278. & 285. Couarru. var. reſolut. lib. 2. cap. 10. circ. princ. & nume. 3. vbi quando per indulgentiam Principis quis fuit abſolutus, ſed vt alias dixi abſolutio, indulgentia, aut gratia Principis ante ſententiam indigeſtionem parit in ſtomaco offenſi ſub nu. 563. & temeritatem in mente, & ore gratiam conſequentis, nimirũ, quia gratia ante ſententiam dicitur immatura, & fructus acerbos parit, & dentes obſtupeſcunt ob murmur, & malum exemplum, & facilitas parcendi, incentiuum præbet peccandi, & conſiliarij, & alij, qui cauſas graues obtruncant, & præcipitant ſub prætextu alicuius boni, mutilant brachia, & neruum iuſtitiæ, inde ſpaſmum oritur, corpuſq; moritur, & caput cum membris corruit; vi. ad hunc propoſitum, in 4. par. num. 235. 237. 314.

Et in propoſito abſolutionis ſecuræ in ſententia lata cum clauſula rebus ſtãtibus. Not. quod talis clauſula euaneſcit lapſo biennio, adeò quod abſolutus hac conditione, poſt biennium remanet penitus abſolutus, & clauſula, nihil amplius operatur, Couarr. var. reſol. d. lib. 2. cap. 10. nu. 2. qui per tot. illud cap. pulcherrimè explicat, quando ex officio, aut per inquiſitionem quis fuit proceſſatus, & abſolutus hac clauſula, quia nõ probatum: Nam idem importare videtur dicere abſoluo, quia non probatum, quantum eſt dicere abſoluo rebus ſtantibus, vtraque enim important conditionem, vt in 4. par. ſub nu. 278. Vnde ſi per deſiſtentiam partis, re amplius non integra factam, Reus abſoluitur, deſiſtens non effugit expenſas, & quando deſiſtentia proſit, vel non vi. l. 1. 2. 3. C. de abolit. vbi in crimine læſæ Maieſta. oppugnat, aut proditionis patriæ, peculatus, & ſacramentis deſertis non prodeſt, nec quando calumnia eſt manifeſta, nec quando querelatus paſſus eſt iam aliquid ob querelam vi. Bald. in l. quicunque, column. fin. numero 28. C. de ſeru. fug. vbi diſtinguit, & latè dixi par. 3. numero 283. & in quinta par. ſub numero 48. & aduerte, quod ſi actor fuerit a Reo reconuentus, & poſt d. reconuentionem deſiſtat, tamen non obſtante tali deſiſtentia, Reus adhuc inſiſtere poterit, quod procedatur ad vlteriora quo ad ſuam reconuentionem, ſecus ſi actor deſtiterit antè reconuentionem, ita tenens Salycet. in l. & conſequenter, columna tertia, verſic. Quæro ſeptimo, C. de ſentent. & interlocutor. quia per deſiſtentiam actoris (hoc in caſu) Iuriſdictio ſopita eſt, & ſic extendi non poteſt, pulchrè Bald. d. l. quicunque, column. fin. ſub numero 28. C. de ſeru. fugit. & ibi ſi poſt falſam accuſationem, adhuc accuſator conetur producere falſos teſtes, tantò fortius punitur, quamuis poſtea deſiſtat, ſed pro ſola accuſatione tenetur tantum ad ratam ex l. remedia.

577 Redeundo ad cauſam ſupradictæ vetulæ, dixi quoque, quod coram tali Magiſtratu, qui vti Princeps poteſt iudicare, & ſi mulier ege-

tit ad annullandum contractum tamen peten-
do deinde io progreſſu cauſæ pretium non di-
citur periura, ex quo non iurauit in inſtrumen-
to mandati ipſam voluiſſe ratam habere confeſ-
ſionem viri d. nomine, de pretio rei vxoriæ ven-
ditæ ab ipſa recepto. quia non dedit tale manda-
tum d. eius viro, & requirebatur ſpeciale ad confi
tendum, ſed vir tamè confeſſus fuerat quod vxor
ſua partem. d. pretij receperat, quòd non conſtat,
578 & mandatum eſt ſtricti iuris, & diligenter cu-
ſtodiri debet, maximè ad euitandum damnum
mulierum, & fines mandati ſuot diligenter custo
diendi, l. diligenter. ff. manda. l. a procuratore. vbi
* Bald. C. eo. & qui haber mandatum ſimpliciter
ad vendendum. non poteſt habere fidem de pre-
tio, l. cum vendente. vbi glo. & Barto. C. de cauſ.
fiſc. & illud ad confitendum non extenditur ne-
dum per ſe nec pro ſuo principali. l. 1. §. mutuam.
vbi omoes. ff. ſi quis in frau. patro. Barto. in l. a. §.
vltim. ff. ſi cert. pet. vbi Alex. & Caſtrenſ. coοſil.
409. oum. 2. vol. 1. & ſi procurator habuit maoda
tum ad confitendum ipſum pretium recepiſſe, ta
men non extenditur ad confitendum quod ſuus
priocipalis illud receperit. multum enim differt,
& quomodo quis poteſt confiteri habuiſſe pre-
tium futuræ venditionis cum pretium dicatur in
eſſe venditioni, & ſine venditione pretium non
erat in rerum natura. arg. l. eius qui. §. 1. ff. ſi cert.
pet. reperio bene quod procurator ſine mandato
poteſt reuocare confeſſionem domini Bal. in l. er
ror. C. de iur. & fac. ignor. refert Tiraqu. de pœn.
temp. in præfat. nume. 30. & valet niſi principalis
cootradicat. l. ratihabitio. de regul. iur. & forma
mandati noo ſeruata in non concernentibus fa-
uorem publicum, vel commune bonum, actus
eſt ipſo iure nullus. l. Iulianus. ff. ad exhib. l. cum
hyp. §. ſi prætor. ff. de tranſact. Doc. in d. l. diligen-
ter, ff. manda. & dict. l. a procuratore. C. eo. Vnde
in ijs quæ extra maodatum fiunt, nulla ratio ha-
benda eſt, nec principalis incurrit periurium agé-
do aduerſus ea quæ procurator contra expreſſa in
mandato fecit, Bald. in l. fin. verſi. Quarto poteſt
ff. qui ſatiſda. cog. Surd. conſi. 27. nume. decimo,
11. 12. volum. primo, & per ſupradicta ſub nu-
me. 576.

580 Cæterum cum judicium conſtet ex tribus per-
ſonis, videlicet iudice, actore, & reo, & nemo ſi-
ne accuſatore damnandus ſit regulariter. Gand.
in tit. quę ſit accuſatio, in princ. glo. in l. 2. §. ſi pu-
blico, in verſ. ſine accuſatore, ff. de adult. vbi Bar.
Clar. §. fi. q. 3. ver. debes autem ſcire, & Farinac.
de ioquiſit. q. 1. num. 7. vbi plures tradit limita-
tiones, & facit illud Euangel. vbi ſunt qui te accu
ſant, nemo Domine: neque ego te condemnabo.
Ioan. cap. 8. ſic nemo accuſare tenetur inuitus. l.
prima. C. vt nemo inuit. quodque limitatur io
deputatis ad denuntiandum. malæficia pro bono
publico. vt ſunque explicat Seraph. in caſ. 9. item
niſi quis accuſaret ius publicum læderetur, dum-
modo per teſtes accuſatio iuſtificetur. alioquin
non accuſans peccaret. Nauar. confeſſ. cap. 25. nu
me. 32. at ſine probationibus in foro poli agi mi-
nimè poteſt. & iudex ergo poteſt cogere aliquem
ad accuſandum in crimine homicidij. ſecundum
Bart. in l. omnium. ff. de proc. vi. Doct. in l. ſi quis
homicidij. C. de accuſat. & Angel. de malæfi. in
verb. nec non ad quærelam, Item fallit in hærede
qui ſub pœna priuationis cogitur vendicare via
iuris neceſſe defuncti, l. prima, C. de ijs quibus, vt
indign. Soc. reg. 7. Sed iudex hodie poteſt ex offi-
cio inquirere, vt ſeruatur. quod nedum rigorem,

ſed æquitatem ſapit, ne delicta remaneant impu-
nita. l. ita vulneratus. ad leg. Aquil. l. congrui. ff.
de offic. præſ. & ſic vides quod in hac generali cō-
ſuetudine æquitas locum habet, per quam in quo
cunque caſu poteſt ex officio procedi. teſte Clar.
d. §. fin. q. 1. ver. ſed certè. dixi in prima part. nu.
153. 128. & quod æquius eſt eligendum eſt, c. iu-
* rauit. 23. q. 3. melius enim erat ſine accuſatore in
demnitati perſonarum, & rerum prouidere, quā
ob deficientiam accuſatoris delicta remanere im
punita per es quæ dixi in 1. par. num. 119. & 121.
& io 4. par. nu. 238. & ſeq. Nam ſicut bono repe-
ritur melius, ſic æquo æquius, nu. 36. æquū enim
videbatur eſſe quod nemo ſine accuſatore dam-
naretur, ſed æquius viſum fuit quod etiam ſine ac
cuſatore, ſed ex officio delicta non remaneant im
punita, bene verum eſt quod facienda eſt diſtin-
ctio inter cauſam, & cauſam, ſicut inter lepram,
& lepram, vt dixi in 4. par. num. 54. & alibi. Sed
vbi cadit dolus omnes æqualiter ſunt puniendi,
* dolus quippe qui nemini patrocinare debet. l. pri
ma, ff. de dol. l. ex dolo. C. eo. & propterea agentes
& patientes pari pœna puniuntur. cap. quanto. de
ſenten. excommu. dixi in 4. par. nume. 165. intelli
gendo de ijs qui cooperando conſentiaot, ſecus ſi
negligendo, vel omittendo conſentiant, quia mi-
tius puniendi ſunt. tex. in l. placet. ubi Io. de Plat.
in 3. not. de excuſat. munet. lib. 10. & trad. pro no
ta Abb. in dicto cap. quando. per glo. prima, & ita
Tiraq. de pœn. temperan. cauſ. 44. nu. 51. vbi plu-
rib. exemplis oſtendit, quātum ſit peius delinque
te in committendo, quàm in omittendo.

581 Inſurgitque ab æquitate quod in actibus de ſe
malis, & qui ſunt de genere prohibitorum, ſi vo-
luntas non conſentit, agentes excuſantur, quia
ſublata voluntate de medio, omnes actus huma-
ni ſunt in differentes, vt not. Bal. in l. fœdiſſimam
* C. de adult. Nam in ijs quæ ab animo dependent
attenditur voluntas. l. non etiam. §. 1. vbi Bal. Ale
xan. & alij, ff. ſolut. mat. In alijs autem ab effectu
voluntas iudicatur. l. non codicillum, ff. de teſta.
tamen in fatuis, pupillis, ignaris, ebrijs, dormien
tibus, iracundis ſupra modum a natura, vexatis a
ſpiritibus in mundis, & alienæ poteſtati ſubiectis,
ac perſonis arctatis, & coactis, voluntas non præ-
ſumitur. l. ſed & ſi. §. 1. ff. ad leg. Aquil. vbi Doct.
* quamuis coacta voluntas dicitur voluntas, & ef-
fectum voluntatis operatur, l. prima, §. ſi metu. ff.
quod met cauſ. tamen talis coacta voluntas de æ-
quitate eſt excuſabilis. toto tit. ff. ſi per vim vel a-
lio mo. niſi coarctatio ſit affectata: nam ſæpè v-
num in mente aliud in ore geritur, & quis fingit,
vt mulieres, vim pati, quæ ſibi cara eſt. in ſum-
ma attenditur exitus & non uoluntas, etiam exi-
tus acta probat. l. diuus. ad leg. Cor. de Sicar. vt in
alijs perſonis præter nominata ſupra, in quibus
talis præſumitur voluntas, qualis ſortitur effe-
ctus, Bald. dicta l. fœdiſſimam. C. de adul. Quin-
imo in ijs qui ſunt maiores, & non ignari, præſer-
tim in facto proprio, in dubio attenditur factū, &
non voluntas maximè quando non datur opera
rei licitè l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi quis inſulam. ff. ad
leg. Aquil. l. qui ſaccum. ff. de fur. in facto quidem
* proprio ignorantia non præſumitur. l. ſi. ff. pro ſuo
c. ab excommunicato de reſcr. in 6. ſoc. Reg. 219.
item quia in ſciente, vel ſcire debente dolus præſu
mitur Bal. in l. quicunque in princ. C. de ſer. fug.
Bar. in l. dolum. C. de dol. quod facit pro limitat.
l. merito. ff. pro ſoc. at poteſt contrarium probari,
nempe quod factum fuerit ſine dolo aut quod
aut plus deliquitum ſit, quam animus dictabat,

& hoc

& hoc probato pœna ordinaria ceſſabit. & ſuper
erit locus pœnæ extraordinariæ, non tamen leui,
ſecus in facto alieno vt de mandante dixi in 3.
par.num.178. & ſeq.non in proprio facto pœna
debet eſſe multo grauior quam in alieno niſi iux-
ta prouocationē factum ſit. Sed quando datur ope
ra rei licitæ tunc dic vt infr.nu.588.
Hinc Diuus Ioan.Chryſoſtomus Homi.25.in
Epiſt.ad Rom. in mor.exhorta. ait, nō putemus
nos excuſationem habituros, ſi quando delictorū
ſocios inuenerimus: nam iſtud ſupplicium magis
augebit, quando quidem & ſerpens magis puni-
tus eſt, quam mulier, quemadmodum & mulier
plus quam vir. Geneſ.c.3. & Iezabel maiores pœ
nas dedit, quàm Achab Vineæ raptor, ipſa quoq;
vniuerſum iſtud negocium texuerat, regique lap-
ſus occaſionem dederat, igitur & tu quoque ſi re-
liquis perditionis cauſa fueris grauiora patieris,
quam qui per te ſubuerſi ſunt, nequis enim pecca-
re tantum in ſe perditionis habet, quantum quod
reliqui ad peccandum inducuntur, o verba vere
digna oris aurei tanti Doctoris ex quibus colli-
gitur quod magis peccat qui alium peccare facit,
quam qui in ſe ſolus peccat: nam duo peccata cō-
mittuntur in primo caſu in ſe, & in alium, ſed
qui ſolus peccat, ſolum peccatum facit.
586 Et quamuis voluntas ſit difficilis probatio-
nis vt ſenſui patet, & trad. Menoc.de arb.Caſ.116.
nu.18.tamen ſi conſtiterit de voluntate ex coniec-
cturis, tunc æquitas vult quod magis attendatur
voluntas, quam factum, animus enim & propoſi
tum diſtinguunt maleficia.d.l. Diuus.ff.de ſicar.
l.illud §.1.ff.de iniur.l.qui iniuriæ. ff.de fur. pul-
chrè Maſcar.de probat.concl.1163.nu.82.& 132.
vbi ait quod exceſſus carens animo vlciſcendi nō
587 rumpit pacem, nec adulteriū, vel raptus puellæ
quia id magis amori, & libidini aſcribi debet vt
co.eſſe op.teſtatur Mar. Mantu.conſil.169. Alex.
conſi.123.vol 2.& conſi.115.vol.4 Bar. & alij in
l. aut facta. ff. de pœn. animique diſſimulatione
tollitur accuſatio adulterij Bal.d.l.quicunque nu
me.23.C.de ſer.fug.& vide in 1.par.ſub nu.272.vi.
iuſti,nu. 691.
588 Et pro regula ſcias quod quando datur opera
rei licitæ, tunc attenditur id quod prodeſt, & non
illud quod nocet, ſed quando datur opera rei illi-
citæ, tunc attenditur id quod nocet vel etiam no-
cere poteſt, cum per eum non ſtetit. ar. leg.3.§.ſi
quis palam.ff.de iur. fiſc. facit Iaſ.in l.ſi mater.C.
de inoffi. teſta.
Hinc eſt de teſte, qui incautus aliquid depoſuit
ſine dolo excuſandus eſt à pœna falſi.c.2.de apo-
ſta.dixi in 5.part.num.42.tamen ipſe non excu-
ſarem, ſi teſtis ſpontè venerit ad teſtificandum,
nam dicitur ſuſpectus.c.2.§.in criminali.4.qu.3.
dixi in pract.de teſt.par.3.num.72.& eſt valde te
merarius qui ſe ingerit vbi non debet reg.qui fa-
cit quod non debet, & nemo conſequitur præ-
miū ſuæ iniquitatis cum qua alteri nocuit. l.non
debet de reg.iur.facit glo.cum Bar.in l.ſiue hære-
ditaria.ff.de neg.geſt. Car.clem.1.§.ſi quis de ſtat.
monaco, verum quia temeritas culpæ aſcribitur,
non autem dolo.l. Iulianus.§. item qui furem cū
glo.de act.empt. Bar.in l.ſi alterius.C.ſi minor.ſe
maior.dix.minus hunc punirem temerarium ad
hoc facit Add.ad Bertaz.conſil.cri.212.lit.a. ver.
Rurſus cir.ſi. vbi dicit æquitati conſonum eſſe, vt
huiuſmodi temerarij puniantur, & temeritatem
eſſe in illo qui inconſultè, & ſtulte agit & loqui-
tur, Salom. Prouer. Menoc.conſi.145.nu.9.equi-
dem ſola temeritas eſt punibilis, ſed mitiori pœna
præſertim ſi preueniat a debili ingenio quia tunc
dicitur eſſe ſpecies imprudentiæ ſecūdum S. Th.
2.2.q.35.artic.25. vnde facillimè ab ijs reportabia
malos mores, actus indiſcretos verba impertinen
tia, ſuſpitiones, ac temeraria iudicia oriuntur, &
in credendo, & loquendo nullus ferè ab hac labe
in totum mundus reperitur namque multi ſunt
infirmi, & imbecilles & dormiunt multi quod ſi
nos met ipſos vtique iudicaremus, non vtique iu
dicaremur Apoſt.ad Ro.c.2. in excuſabilis es ho-
mo omnis qui iudicat, in quo enim iudicas alte-
rum te ipſum condemnas, eadem agis quæ iudi-
cas, & cap.14.dicit, alius credit ſe manducare om
nia, is qui manducat non manducantē, non ſper-
nat, & paulo poſt idē Apoſt.concludit quod vnus
quiſque in ſuo ſenſu abundat, & hæc inter alia de
iudicijs temerarijs ſcripſit.
Qua de re redeundo ad teſtem dico quod ille
qui ſpontè ſe ingerit, & temerè falſum dixit, om-
nino puniendus erit; nam hæc ſpontanea teſtifica
tio illum corruptum eſſe ſignificat, d.c.2.§.in cri-
minali.4.q.3. Hinc Hippocr.in Aphoriſ.5. facit
dum dicit quod ſpontaneæ laſſitudines morbos
pronuntiat & circa propoſitum inueſtigandæ ve
ritatis vi. Maſcar.de probat. concluſ.1163. num.
128.& ſeq.
589 Propoſitum malum conſideratur in actione
ſiue bona ſiue mala, & iudicatur ac occaſione, &
principio facti exemplum habetur de illo qui la-
pidem proijciendo contra canem percuſſit quen
dam cafu tranſeuntem in pulſu, ex quo ictu per-
cuſſus obijt, & non fuit de homicidio punitus,
vt recenſet Sigonrol. conſi.27. & vi. quæ dixi in
4.par.nu.54.& 187.cum ſeq. Hic aliud nota quod
verberare canes non licet minusque licet proij-
cere lapidem contra canem, niſi ex cauſa, vt quia
latret, & momordit tot. tit.de in iur.nec expectan
dum eſt vt prius mordeat, vel damnum, tibi in
perſona aut rebus det, vt in ſegetibus & vineis: nā
poteſt quouis modo eijci præſertim dum vuæ &
ſegetes ſunt maturæ Doc.in l.prima.ff.ſi Quadru
pes pauper. feciſſ.dic.& in l. ſi quæcunque ad leg.
Aquil.& tot.titu. ſi ex noxal.cauſ.& ff.de noxal.
act.quin eſt omnibus vtile tuere bona & nos à ca
nibus.l.1.§.2.ff.de ijs qui deiec.vel effud.ijs cauſis
non occurrentibus, non licet canes verberari, nec
590 vulnerari.l.hij enim.ff.de ædil.edict. vbi Doc.
quia ſunt inter animalia noſtra domeſtica, at ca-
nis non irritus ſi eſt de illis, qui feri ſunt, & mor
dent, non datur pro noxa, ſi iuxta naturalem ſuā
ferocitatem momorderit nam parcitur vitio na-
turali.l.fluminum.§. vitium. ff. de damn.infect.
Bologn.de leg.iur.& æquit.c.21.num.14.per text.
l.1.§.& generaliter.ff.ſi quadr. pauper.aduerten-
591 do quod ſi quis contra canem ſe uertat dum ope
ram rei illicitæ dat, vt quia fur, vel de nocte ſca-
las ad feneſtram vel in viridario ad furandum fru
ctus, vel aggrediendo Dominum canis, tunc is
etiam de malo contra canem patrato tenetur, ſe-
cus ſi dediſſet operam rei licitæ, & vi. quod hæc
quodammodo regulantur pro ut ſi offenderetur
homo, vt in hoc propoſ.dixi in 4.par.num.54.ſe-
cundum op.Clar.in §. homicidium verſ. dicunt,
& ſupra nu.300.verſ.at homicidium & per Co-
uarr.var.reſol.tit.de ſenten.excommun.§.10.nu.
16.par.2.& nu.502.
592 Et de illo qui poſuit ſpinam ſubtus caudam
æqui trad. Bonacoſſ.tract.de æquo quæſt.282. &
q.283.qui tenetur ad emendam damni, & de por
co mordente æquum, a quo porcus calce occi-
ſus fuit, dicit nullam oriri actionem quæſt.284.&
ſimili-

Digitized by Google

ſimiliter ibi de cane mordente equum qui calcitrando porcum vicini occidit, & dicit quod Dominus tenetur ijs caſibus actione de pauperie & q.285. de eo qui leniter equum palpauit calcitroſum cum manu ſuper coſtis, vt blandè fieri ſolet & tunc equus calcitrans occidit porcum, vnde qui palpando ſciebat equum calcitroſum, & ibi porcum viderit, is non caret aliquali culpa & tenetur ad damnum per leg.1.§.at ſi equum. ff. ſi quadr. paup. fec. l.qui occidit ad leg. Aquil. Verũ diſtinguere oportet, an is palpans in coſtis equum ſit maniſcalcus, aut cozzonus, vel famulus, qui non tenerentur cum darent operam arti ſuæ: nã qui facit quod ad illius artem & officium ſpectat, pœnam non meretur.l. culpa de reg.iur.l. Gracchus.ff.ad leg.Iul.de adult. facit l. ſemel.C. de re milit.lib.12.ſed adoleſcens qui ab adoleſcentia in gum non incepit ſufferre,effectus capriciosus, &
594 ſcapigliatus, ſi canem vel equum irritat, non caret culpa. Bonacoſſ. quęſt.282.vbi de muſca ſtimulante equum, à quo damnum datum eſt,quia actio noxalis,& actio de pauperie ceſſant, idem ſi lupus equum momordit, & q.287. trad.de cane lambente equum qui porcum calce occidit, & tenet Dominũ equi teneri per l.fi. ff.ſi quadr. paup.ſed miror,quia canes lambere ſolent, & equus prouocatus fuit, & dicit Pſ. 32. Nolite fieri ſicut equus,& mulus quibus non eſt intellectus, & lambere non eſt mordere & tex.d.l.fi.ff.ſi quadrup. pau. procedit eo quia mulio tenebat mulũ per capiſtrum,& poterat præcauere, quod ſi non fecit imputãdum eſt eius culpa.l.adigere in princip. vbi glo.ff.de iur.patro.vt in 3.par. num.177. & 180.arg.l.dolo caret.ff.de reg.iur. Secus ſi repente & ex improuiſo id euenerit vt. glo.in l.4.§.hęc editio.in ver.ſine culpa in fi.ff.naut. caupo.& ibi Bar.& Bal.in l.1.§.fi.in verb.plerunque.C.ad le. Corn.de ſicar. vbi ſunt multi caſus ſine culpa occurrentes glo.& Bart.ac alij in l eum ita legatur. §. ſpecies de leg. 2. facit Burſat. conſil. 53. vide Boſſ.tit.de remiſſ. mer. vbi de caſu improuiſo.

Quando autẽ culpa videatur præcedere caſum ſupra num.54.Bart. in l.non exigimus. §. ſi non propter vbi Bal. ff.ſi quis caut. plura iura adducit Caroc.tract.locat. tit. de cas. & peric.& in tit. de dolo,& lata culpa.& Decia.de delict.tom.1.libr. 1.Rubr.de culpa niſi enim culpa fuerit ad caſum ordinata,qui caſus euenerit non afficit culpoſum D. Petr. Caball.caſ.crim.79.num.3.& ſcias quod in criminalibus pœnis corporalibus culpa lata non æquiparatur dolo in le. Corneli.a.ff.de ſicar. vbi Bar. Ang.in l.reſpiciendum.§.delinquunt. ff. de pœn.dixi in 5.part. nu. 180.pulchrè D. Caball. cal.31.nu. 12.verum ſi fuerit ordinata ad caſum, qui euenit,non effugiet pœnam corporalem.

Cæterum quo ad animalia bruta ſi ipſa nocuerint dabuntur pro noxa, niſi Dominum emendauerit damnum tot.tit.ſi quadr.paup.& de Noxal. act. Bolog.de leg.iur.& æquitat.num.14.& dixi in 4. part.

595 Et de illis qui capere volebant bannitos, & domo igne ac enſo pro ingrediendo,combuſſerũt vnum qui non erat bannitus trad. Bero.conſ.197. num.9.vol.3.Nam ijs & ſimilibus caſibus attenditur intentio principalis text. l.non omnis. ff. ſi cer.pet. vnde ſi in dicta domo certo ſciebant eſſe bannitos facinoroſos,eſſent excuſandi,ſtante ſtatuto quo permittitur capi poſſe bannitos impunè vt patitur huiuſmodi ſtatuta vigens contra hos peſtiferos homines: nam ſi alia uia ſuccurri non poſſit,ferro & igne eijciẽdi ſunt, porrò extremis morbis,extrema remedia, at non ſic de exulæ, & confinatis extra prouinciam, quia non ſunt diffidati à iure, quare ſi quis volens capere vel occidere bannitos,credens eſſe in domo, in qua verè non erant, & aliquem non bannitum occiderit non erit impunis, quando quidẽ tenebatur prius certiorari, nimia enim credulitas aſcribitur culpæ Ro.conſi.423.nu. 12. & an & quando credulitas excuſat trad. Gabr.co.concluſ. titu.d. maleſ. lib. 7.concl 8.nu.8.vbi tenet quod temeraria credulitas excuſet à dolo Angel.in l.plagij in ver.iuſtus vbi Doct.C. ad leg. Flau.de Plag. Soc.iunior conſi.38.vol.2.idem Gabr. concluſ.prædicta nu-
596 me.56.vbi ait quomodo excuſetur ille qui fide digno credidit de quo not.in leg. Titio fundus in ver.actiones.ff.de cond.& dem.& ſub nu 55.infert, quod cuſtos carcerum qui nobilem carceratum arctè non detinuit ſi è carceribus fugerit, cuſtos excuſatur, Ang.in l.ſi à bonæfidei verſ. item hic eſt caſus.ff. de rei vendi.eo magis ſi Dominus oſtendit ſe facilem ad condonandum pœnã reo carcerato,quoniam in hoc verſatur prudentia iudicum,& aliorum,in ob ſecundãdo mentẽ Principis ſui, hinc illud tàm vulgare adaptatur, liga l'aſino doue vuole il patrone, & poi ſe fuge ſuo danno, alij aliter vulgarizant. guida il patrone doue vuole l'aſino & laſcialo andare. Hoc euenit quando Dominus a conſiliarijs regitur in totum,& decipitur oſtendunt enim velle, & iuſtitia ſuum ſortiatur effectum deinde venditur ſaltem à ſeruitoribus, eorum qui edunt bladum, & equus lignum rodit ipſi incraſſantur, & Dominus ſit macer & gracilis, & quibus non eſt denegatum videre ſecreta & ſcripturas ſupra menſa ſilentianj,aut conſiliarij, qui fingunt non videre quos vident, fingunt velle,quod nolunt,& nolle, quod vellent,in ore habent verba amphybologica, & aquam ad eorum molendinum paulatim diſcurrere faciunt, & interim Princeps eorum vti idolum argenteum & aureum, non loquitur, niſi à Spiritus nequitiæ flatus inſuffletur, & ſemper idem eſt de quo in pſal. manus habent & non palpabunt, pedes habent & non ambulabunt, oculos habent,& non videbunt aures habent,& non audient, os habent,& non loquentur, & nõ clamabunt in gutturæ ſuo, ſimiles fiant illis, qui faciunt ea, & omnes ſimul qui credunt in eis, quod pace bonorum dictum ſit verum ſi Dominus mandat in cauſa ardua & atroci æquitate Iudex non errabit,at ſi in cauſa leui iubet procedi rigoroſe tunc iudex iniuſtè ſe gereret, & ideo minus malum eſſet deſerere officium.

597 Infertur etiam ad dictum teſtis,quod non vitiatur ſi dicat certo ſcire, ex eo quia dici audierit a viro fide digno, Gabr.d.concl.8.num.58.& 65. de malæfi.libro 7. & infert ibi ad cuſtodem arcis qui virum fide dignum ſubrogauit, & is ſubrogatus arcem prodidit. vt nume.62. nam ſubrogans excuſatur ſecundum eum. ſed hoc fortè verum ſi cuſtos valde infirmus, vel alijs negotijs ſui Principis tunc detentus, & occupatus,alium in ſui locum ſubſtituerit de uoluntate domini. Dec.in l. quæ propter neceſſitatem,num.2.de reg.iu.& Gabr.vbi ſupra, vltra alios adducit. Iaſ.in le. ſi pecuniam §.ſed ſi accepit. ff. de condi. cau.dat. Cot.in verb.nobilitas. Boer. Deciſ.27.num.9. niſi electa fuerit induſtria perſonæ, quia non poteſt alium loco ſui ſubſtituere, vt de hac re dixi. in 1.par. ſub nume.268.269.270. & ſeq. ſed re vera excuſatio quæ fundatur ſuper credulitate ſummopere eget auxilio æquitatis,& arbitrio. Infertur quoque ad

teg.

reg. quod qui per alium facit per ſeipſum facere
videtur. leg. ſi per alium, ff. ne quis eum qui in ius
voc. cum ſimil. Nam etiam quod quis eligens cre
didit fide digno tamen teneetur, ſi poſtea appareat
de mala electione. Menoc. de arb. q. 65. num. 10.
11. & 12. Fely. in c. Petrus. col. 2. de homic. Bal. in
l. mancipia. nu. 3. C. de ſer. fug. dixi. in 5. part. nu.
254. vnde qui elegit factorem exactorem, vel aliū
coadiutorem ipſe tenetur tot. tit. de elect. l. ita au-
tem. §. geſſiſſe, ff. de admi. tut. l. Imperat. ff. ad mu-
nicip. l. 1. C. de peric. nominator. libr. 11. & vi. de
credulitate habenda viro digno Tiraqu. de pœn.
temp. can. 51. ou. 156. vbi pulchrè loquitur.
598 Concludamus ergo ſyluam hanc in hoc prædi
camento & dicamus æquitatem eſſe aduocatam
hominum bonæ, rectæque intentionis, agētium,
in foro, & extra forum & ipſa patrocinatur illis,
qui caſu, & non dedita opera, ſed per quandam te
nuem laſciuiam aliquid in cautè commiſſerint,
vel omiſſerint imprudenter, & Iſa. Prophet. ad æ-
quitatem animaduertens, ait diſcite bene facere,
& quærite iudicium, nec cupias velle fieri iudex
599 niſi valeas irrumpere iniquitatem, S. Gregor.
Homi. 3. ſuper Ezech. & qui erga ſe ipſum iuſtus
eſt, vix erga alios reperitur iniuſtus, & qui contra
ſe ipſum rigoroſus eſt, contra alios æquè rigoro-
ſus erit. ſicut filius Dei ſolus in ſe innocentiſſi-
mum rigoroſus fuit, quia pro nobis pati voluit,
vt miſericordiam conſequamur per illum, in tan
tum quod pro patiendo pro nobis miracula fecit,
cum diuinitate caro coniuncta fuit, vt Theolog.
inquiunt per vnionem hypoſtaticam pariterque
miracula fecit ne nos pateremur, cum pati debe
bamus propter ſcelera noſtra, & propter inobediē
tiam parentum noſtrorum, & ideo iuſtus iudex
nulla habita acceptione perſonarum, ut in Euan
gel. Matth. c. 22. debet prius in ſe, deinde in ſuppo
ſitos probare debet rigorem, & æquitatem.
600 Aduocati verò qui iuſti, & prudentes ſunt, iu
ſtum ac prudens patrocinium præſtant, fulgebūt
tanquam ſtellæ fundamenti. vt in c. fi. de mag. &
labores manuum ſuarum manducabunt, & bene
illis erit, & filij ſicut nouellæ oliuarum in circui-
tu menſæ ſuæ erunt, & ſuper illos gaudebunt, a-
lioquin de malè quęſitis non gaudebit tertius hæ
res. Verum de Excell. D. Ioanne Ventura Patri-
cio Florentino, viro integerimo Patre D. Petri
Iuriſc. celeber. ac tot filiorum, aduocato clariſſi-
mo, memini ſecundo, & Dei ſummè timorato,
cum tota eius familia, dicere poſſem, ni amicitia
magna ſuſpectum me redderet, Ecce ſic benedice
tur homo qui timet Dominum, Pſal. 127. At per
contrarium malè patrocinatores appellantur ca-
nes curiarum, & deuoratores ciuium, ac excorti-
catores pauperum, ſic dicit de eis. Guil. Rouell. ſæ
pè alleg. tract. de iuſt. & iniuſt. lib. 3. c. 4. num. 10.
& in fine vel celebrum amittūt, vel pauperes mo
riuntur mole debitorum grauati teſtantur, & in-
famia, & vituperiom pro hæreditate in ſui me-
moriam, relinquunt, facit Deus, vt illuminet cor
da omnium, & miſereatur noſtri.

DE PRAEDICAMENTO *Paſsio.* 8.

602 ACtio, & Paſſio ſecundum Philop. ſunt
correllatiua ad inuicem in 6. Topic.
Ariſtot. ait, quod in difinitione vnius
correlatiui, ſemper poni debet reliquū
& ſecundū legiſtas diſpoſitum in vno correlati-
uorū, cenſetur diſpoſitū in altero, l. fi. ff. de accep.
l. fi. in prin. C. de indict. vidui. toll. de hoc per Fel.
in prooem. Gregor. in ver. Gregorius. nu. 3. cum
mult. ſeq. ubi declarat, limitat, & exemplificat, &
603 ibi nu. 4. dicit, quod quando correlatiua unifor-
miter ſe habent reſpectu pęnæ, diſpoſitum in uno
correlatiuorum, extenditur ad alterum, quoniam
ſubeſt eadem ratio, Bar. in l. 1. C. de Cupreſſ. libro
12. idem in correctorijs. per d. l. fi. C. de indic. vid.
toll. vt exempli gratia eſto, quod ſit prohibitum
vendere carnem, vtique prohibitum eſt emere, &
alia plura dicit Fel. in iſto propoſ. loc. cit. in dicto
prooem. Gregor.
604 Vnde in hoc prædicamento eſt tanta ſympat.
in agere & pati, ad inuicem, quod omne agens, be
ne agit in patiente bene diſpoſito. ſecundum Ti-
telma. in eodem prædicamento. cap. 53. & ſecun-
dum Iuriſconſul. in l. 1. C. de hær. inſtitu. l. in om
nibus. de act. & ob. l. ſi ego. ff. ſi cer. pet. Sed quan-
doque naturaliter quis in ſeipſo agit, & patitur,
quemadmodum in ſumptione cibi, & potus, &
in ſomnijs, laboribus, & vigilijs, & in coniunctio
ne maris, & fœminæ, At maximè homo tum in
corpore, tum in mente patitur, dum ob contra-
ria ſibi cruciatur, quemadmodum corpus nequit
605 non condoleri, cum illi volnus infligitur, ita a-
nimus ſæpè angitur, quoties aliquid fit deuium a
iuſto, & æquo, ac honeſto, vt per Bolog. d. tract. de
leg. iur. & æquita. c. 3. nu. 27. dicant inuidi quan-
tum ſerpens in corde eorum ſerpit, & lacerat pri-
mum ſe ipſum, deinde proximum, dicant vindi-
catiui, qui dum vindictæ finem videre attendunt,
angariantur, anguſtianturque valde timentes ne
ſequatur malum quod deſiderant, ſpiritus enim
triſtis deſiccat oſſa. dicant malefici qui proprij ſce
606 leris a conſcientia continuè uexantur, vnde de
peccato dicitur. Pſal. & peccatum contra me eſt
ſemper, & vermis eorum non morietur Euang.
Mar. c. 13. Sed bona conſcientia innocentes ala-
cres facit, vnde a conuentu malignantium non ti
ment, quia conſcientia bona mille teſtes. Bolog.
d. c. 3. num. 34. & 35. & conſcientia ſine ſcientia
inſpicienda eſt at ſcientia, ſine conſcientia diabo-
lica eſt Bal. in l. hac lege. C. de ſenten. exper. recit.
Rip. in rubr. de conſtitu. nu. 55.
607 Præterea æquum eſt quod omnes illi qui ſub
aliena poteſtate ſunt, obediant præpoſitis paren-
tibus, & dominis, ac alijs de quibus locutus ſum,
in prima par. ſub nu. 332. vbi de ſuperioribus, ac
alijs liberum arbitrium habentibus erga alios, &
iſtud iugum obedientiæ bonum eſt ab adoleſcen
tia ſufferre, & illud pati cum timore, eſt pati ſua-
uiter, in patienter bene diſpoſito. facit inſtitu. de
patr. pot. & Salom. in Prouerb. & de ijs qui ſunt
608 ſui. vel alie. iur. Quemadmodum ſuperiores, &
omnes alij qui iubere poſſunt alijs, dum iubent,
& laborant circa iuſtitiam adminiſtrandam, &
rem publicam gubernandam, patiuntur bellicos
ſudores, & vigilias, vt ait Imper. in prooe. inſtitu.
§. 2. Quinimo eſt inter bruta datur agere, & pati
in ſe & in alios, & datur ſuperioritas, & obedien-
tia, & quadem æquitate naturali alter alteri mo-
uetur ad benefaciendum. inſtitu. de iur. nat. gent.
& ciui. §. primo, quandoque hominum mores ex-
cedendo ut de Leone, & cane multa recenſent exē
pla Plin. & Valer. Max.
609 Aequitas quoque circa politica, & moralia a-
git & patitur, quoad commune bonum in politi-
cis, & quo ad proprium eſſe in moralibus, ni quis
quis æquo libramine ſe perpendat primo, ſecun-
do perpendat alios tertio perpendatur. ſic Bolog.
d. tract.

d. tract. de l. iuſ. & æquit. c. 8. nu. 14. & homo pro
homine, vel cõtra hominẽ agit & patitur, ſiue in
perſonã, ſiue in rem ſiue in honorem. In iudicio
vel extra iudiciũ naturaliter, ciuiliter aut crimina
liter, vel mixte iuxta tertios de quibus locutus in
5. par. ſub num. 282. ſecundum primam impreſ-
ſionem. In perſonam æquitas ſuadet, naturaliter,
vt pareamus patriæ, & parentibus alteri faciamus
quod ab alijs nos deſideramus, & quod non fa-
ciamus alijs, quod pro nobis non vellemus, de
hoc alias dictum eſt. Ciuiliter ne aliquem conue
niamus niſi quatenus facere poſſit. amoto dolo
eius Doct. in l. non debet. ff. de dol. mal. & in rẽ
610 patitur, onus tigni immittendi, ſtillicidia reci-
piendi aditum præſtandi, & alias quam plures
ſeruitutes de quibus ſupra & in iure traditæ ſunt
multæ actiones rei vendicandæ quas enarrare nõ
eſſet dare finem vnde dicimus vendicamus in rẽ,
& condicimur in perſonam tot. titu. de actio. &
oblig. & de æquitate a moto antiquo rigore actio
perſonalis & hypotecaria hodie ſimul cumulari
poſſunt, vt ſi peto Titium cõdemnari in centum
ex cauſa depoſiti, & domum mihi ex ea cauſa
obligatam relaxari glo. in leg. nemo. §. quoties de
reg. iur. Pap. in for. libell. in act. Hypot. glo. ex me
611 moratis col. 3. verſ. Rurſum Caualcan. Deciſ.
3. nu. 20. p. 1. Nam hodie actiones in iudicio pro-
ponuntur ne detur materia diſputandi & lites in
longum protrahendi an actio fuerit formiter in
tentata, ſed ſat eſt quod narretur taliter qualiter
id quod dari, vel fieri aut relaxari petitur cũ clau-
ſula omni meliori modo, &c. ideſt omni meliori
modo uia forma, & iure, quibus melius de iure
fieri poteſt. Pap. vbi ſupra in actione hypotecaria
glo. ac reſtituere in fi. & licet ſolum concludatur
in perſonali, tamen ſtante narratione in hypote-
caria concluſio cenſetur facta etiam ſuper omni-
bus narratis propter clauſulam ſuper quibus om
nibus Iaſ. in §. omnium inſtitu. de act. Caualc. d.
Deciſ. 3. nu. 21. p. 1.
612 Hinc eſt quod ad euitandum actio datur ex
æquitate illi cum quo nullum negocium eſt l. cũ
fundus. §. ſeruum tuum imprudens vbi Bart. &
Dec. ff. ſi ſer. pet. exemplum eſt quando quis pro-
miſit ſe obligaturum, vel venditurum, vel pecu-
niam crediturum, quod poteſt cogi. vt ibi. ſed
Dec. impugnat num. 7. & declarat quod circuitus
ſunt euitandi in caſibus a iure expreſſis, vel habet
locum vbi circuitus ſit inutilis, ſecus ſi aliqua ſit
vtilitas Car. in Clem. auditor. 14. q. Hinc etiam
dicitur datur actio ex æquitate contra aliquem
ne locupletetur cum aliena iactura. l. ſi quis man-
cipijs. §. fi. de inſtitu. cum ſimil. Deci. d. §. ſeruum
* tuum imprudens nu. 6. & 7. vbi dicit hanc actio-
nem dari in ſubſidium, quando alia actio ſine
promiſſione facta non ſit & caſus eſt quia Domi
nus agebat contra venditorem ſerui, & venditor
habebat actionem contra bonæ fidei poſſeſſorem
vt circuitus euitentur, & Bald. in dict. §. ſeruum
tuum imprudens, colum. ſecunda ver. opponitur
* declarat quod circuitus ſunt euitandi, quando
quis venit mediate contra alium ſcilicet ex alte-
rius perſona, quia tunc circuitus euitare non poſ-
ſunt, ſecus ſi immediate ex iure ſuo, & dat exẽplũ,
quod Dominus qui ex perſona procuratoris age-
re vellet immediatè non admittitur ſine ceſſio-
ne. l. poſſeſſio. §. fi de acq. poſſ. & hæc dixi tanquã
non deuia a materia noſtra æquitatis, & a natura
613 prædicamenti actionis criminaliter quod non
addamus afflictionẽ afflicto. l. naui. ff. ad l. Rho.
de iact. dixi in 3. par. nu. 245. & ſeq. & ibi quod al
teri per alterum iniquam conditionem minime
inferendam eſſe. l. afferri. de reg. iur. cum ſimil. &
ad hũc propoſ. Pet. de Vbal. trac. de duob. fratrib.
1. nu. 5. p. plures caſus trad. quando factum unius
614 ex ſocijs in communione viuentibus; nocet al-
teri, idem in 8. p. q. 21. num. 24. trad. quando unus
ex eis committit malæficium, an alter ſocius qui
non delinquit teneatur ad expenſas, vel ad pœnã
pecuniariam, & dicit quod non, niſi forte ex cau-
615 ſa ſocietatis, & pro ſocietate id euenerit. & nu.
25. trad. de filio qui in vita patris delinquit, & paſ
ſus eſt multas condemnationes, & expenſas, & di
cit debere compenſare, cum ſua portione, vt mi-
nus habeat, de hæreditate, quam alij fratres qui
non deliquerunt quando ſuccedunt ab inteſta-
to. tex. in l. & poto §. ſed ſi dolus. ff. famil. hercîſc.
ſecus ſi in teſtamento Pater inſtituerit æqualiter
filios, & nihil dixerit de expenſis, & condemna-
tionibus iam paſſis ob malæficium filij: quoniã
videtur donaſſe, l. procula. ff. de probat. l. omni-
modo. C. de inoff. teſta. & l. fi. C. de reuoc. donat.
& quia in contrarium adducit tex. in l. tres fratres
ff. de pact. ipſe diſtinguendo dicit, aut filius tem-
pore delicti erat emancipatus, & non tenetur cõ-
penſare, ut non erat, & tenetur, per rationes & iu
ra ibi adducta, & vi. Caual. Deciſ. 11. nu. 55. verſi.
& condemnationes. & alleg. Fabia. de mont. in
auth. nouiſſima. nu. 77. C. de inoff. teſta. Bal. con-
ſi. 363. vol. 3. Sebaſtia. med. de compenſat. par. 1.
Bertran. conſi. 203. nu. 6. & 7. vol. 3. Gabr. conſi-
616 lio 109. nu. 10. & an & quando Pater teneatur
pro delicto filij, & filius pro delicto patris ſolue-
re de ſuo peculio luculenter tractat Farinac. de
delict. & pœn. q. 24. per tot. Verum quia pater po-
teſt obire inteſtatus, cautela erit, vt filius qui delin
quit & pro quo pater ſoluit pœnam, curet quieta-
tionem fieri a patre. Nam poſtea in diuiſione hæ
reditatis fratres non imputabunt talẽ ſolutionem
pœnæ in portione ſua.
617 Demum in cauſis mixtis æquitas locum ha-
bet, vt illa pars ſequatur, quæ benignior eſt. l. beni
gnius de re iud. & quod ſi quis ſit abſolutus a pœ
na principali utique intelligatur abſolutus, ab in-
tereſſe partis per l. cum principalis de reg. iur. ver
ſi. Bertazol. Nat. Rimin. iunio. & alios quos in
propoſ. adduxi in 4. p. ſub nu. 288. vbi dixi quan-
do hoc verum ſit.
618 Et quemadmodum apud dialecticos paſſio-
nes ſuſcipiunt magis atque minus non omnes,
ſed illæ quæ habent qualitates concomitantes in-
tentionem, & remiſſionem ſuſcipientes, ſic intel-
ligendum, eſt mandantem teneri pro exceſſu mã-
datarij in ipſo facto mandato interueniente, &
factum concomitante, ſecus de exceſſu extra fa-
ctum, quæ no. ad ea quæ dixi ſup. nu. .... hoc eo-
dem prædicamento. & in 3. p. nu. 178. & 179. &
208. & in 4. p. nu. 187.
619 Et quia ſubiecta materia æquitatis patitur, ut
ſemper Deum in corde habeamus, & cum nemo
apud eum præſumatur iuſtus ut dixi nu. ..... &
qui ſubiacet ſub prædicamento paſſionis, & ten-
tationis ſciat quod hic maxima fruitur miſericor
dia Dei, qui rigore aliquali tribulationem ſuos in
hoc mundo caſtigare videtur vt in alio perpetua
lætitia fruatur: fidelis namque eſt Deus qui non
ſinit nos tentari ſupra id quod ferre poſſumus, ut
in tentatione faciat prouentum, & ſi oportuit pa
ti Chriſtum intrare in gloriam ſuam, quanto ma-
gis nos pati debemus, ſi in gloriã alienam introi-
re cupimus. Qua de re ſi quandoque hunc quaſi
rigorem, hanc quaſi ſeueritatẽ iuſtitiæ Dei conſi-
deremus,

Digitized by Google

deremus, in doloribus, & tribulationibus no-
ſtris valde ſperandum timendum ve erit, in vno
æquitas, & miſericordia Dei glorificatur, in
alio Iuſtitia ſua oſtenditur. Qua de re requiem
ſperamus in hac tribulatione temporali ſine
qua timeamus æternam.

DE PRÆDICAMENTO *Situs* IX.

620 IN prædicamentn ſitus ſtate-
ra Rigoris, & ęquitatis locũ
habet, quod nos pro loco ae
eipimus incipiendo à cor-
pore, quod ex membris cõ-
ſtare dicitur omnium vi-
uenrium: improprie vero
Brutorum, diuerſorumq́ue membrorum, quod
libet ſuo officio fungitur, quorum Dux eſt cor
tanquam in medio exercitus ab alijs membris
circũdatus. ſed Caput principatum tenet mem-
brorum: Bracchia vero iuſto libramine à lateri-
bus manent, & pedes ſubſtinent pondus diei, et
ęſtus omniaq́ue quæque membra mirando or-
dine proprium ſitum habent, cum prudentiſſi-
ma natura ni fruſtra egerit. Primo namque
621 Deũ capite colimus, dum detecto capite, nos
inclinantes potentiã Dei confitemur, & iũctis
manibus ad ſidera eleuatis ſapientiam ſuam ad-
miramur, Deinde genibus flexi Iuſtitiam, &
miſericordiam ſuam manifeſtamus, & percu-
tiendo pectora noſtra Dei immenſam bonitatẽ
recognoſcimus, & quoties aliquid Boni agimus
vel dicimus toties Deum Creatorẽ cæli, & ter-
ræ confitemur, à quo cuncta bona procedunt,
Matt. cap. 25. inter alia Donum Dei eſt intelli-
gere ſcripturas, Luc. cap. 24. ſed quoties à pec-
catis vincimur toties Deum negamus ca. exti-
manr. 11. quæſt. 3. Membra quoque à capite fo-
mentum, decorem, & formã recipiunt, quini-
mo hominis appellatione, & animę, immorta-
lis virtutes, & potentiæ eſt, quod intellectus, vo
luntas, & memoria in capite hominis ſedere,
ſeu ſitum habere dicuntur ac pulchritudinis di-
uinæ effigies, l. ſi quis in metallum. C. de pęn. &
ad efficiendum locum religioſum maioris po-
tentiæ ſolum eſt caput homini ſecundum leges
ciuiles, quam cætera corporis membra. l. in di-
uerſis, De relig. & ſemp. fu. Boer. aut. mag. conſ.
num. 18. & 19.

Hae ſtatera quaſi arbores vti videntur. Nam
radices in infimo loco truncum nutriunt, inde
ramos ex quibus benigne producũtur, fructus,
qua de re fructus arboris tui pendentes in meo
de æquitate mei non ſunt ſed Domini fundi in
quo Arbor radices egit. §. ſi Titius alienam plã-
622 tam. Inſtitu. de rer. diuiſ. & poteſt me inuito
per tres dies recolligere, dummodo damnum
nihil non afferat. Caualca. Deciſ. 32. nume. 46.
par. 2. & poſſet contra me impedientẽ agere
actione interdicti de glande legenda, & ad exhi
bendum, vt dicit Caualca. per tex. l. Iulianus. §.
glans. ff. ad exhibẽdum, & per Cæpol. abeo al-
leg. de ſeruitut. Ruſt. prę. d. tito. de ſemi. planta.
colum. 2. in princ. verſ. ſed circa plantas. nu. 3.
& alibi verum propter vmbram, quam patior
in meo fundo æquitas cõcedit mihi, vt poſſum
quoque colligere fructus pendentes in meo, &
etiam ramos abſcindere ne mihi officiãt. l. 1.
arb. cędend. l. 1. C. de interd. qui tex. vult, quod de
æquitate competat cõdictio ex illa lege. l. 1. niſi
fuerit præſcriptũ ius non incidendi per 30. aut
40. annos, ſciente, & patiente domino. l. 1. ff. de
glan. legen. Caualca. d. Deciſ. 32. num. 47. par. 2.
Radices autem excidere non poſſum propria au-
thoritate, ſed Iudicis licentia. Cæpol. de ſer. vrb.
præd. titu. de Arbor. num. 4. & ſequen. At vicini
ſub vrbani granaroli ex Portam S. Thomę Ge-
nuæ ante domum noſtram iure fabam gręcam
exiſtentem in platea publica cędere potuerunt
vſque ad radices ex quo arbor erat communis,
& minabatur vetuſtate ruinam, licet platea pul
chrior reddebatur. Quid ſi arbor aquæ, vel ven-
ti impetu cum terra, è mea ripa ceciderit ſu-
per fundum tuum, ibique fructus faciat, cuius
erunt à die iure acceſſionis erunt fundi tui. §. ſi
Titius, Inſtit. de rer. diuiſ. vide Mantu ſingu-
lar. 237.

De fructibus autem iuriſdictionalibus alias
dixi in 4. part. illos ſpectare ad dominum feu
di poſſeſſorem tempore delicti commiſſi, & nõ
ſententiæ vnde ſi ſint duo fratres, qui pro diuiſo
poſſident feudum, vt puta in terra S. Nazzadij,
quia vnus poſſidet vno biennio alter alio bien-
nio, tunc circumſcriptis eorum conuentioni-
bus fructus, condemnationum pecuniarum de
iure ſpectant ad te dominum poſſeſſorẽ tempo-
re commiſſi delicti. ſecundum Bal. in l. vlt. ff. de
iuriſd. omnium iudi. vbi alij ſcrib. & pulche Ti-
raq. de retrac. conuentio. §. 5. glo. 4. num. 18. 19.
vbi in emptore, & vẽditore, & huiuſmodi alio
quin ſequeretur, quod quis recolligeret, quod
non ſeminauit, & ad hunc propoſitum vide
quæ dixi in 4. par. ſub num. 213. vbi plura ac-
cumulaui, ſed in contrarium videretur dicendũ
eſſe. Nam fiſcus non acquirit aliquod ius in
pœnis pecuniarijs niſi poſt ſententiam condẽ-
natoriam. l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pecul. l. eius
qui, ff. de iure fiſc. l. ſi qua pęna. ff. de verb. ſigni-
fica. Bar. in l. auffertur. §. fiſcus, ff. de iure fiſc. idẽ
in l. ſi in fraudem eod. tit. vbi ait quod ante ſen
tentiam pœna non dicitur debita iure obliga-
tionis, Bald. in l. aduerſus. C. de fur. peregr. de
iure fiſc. ita tenet per hęc iura, lib. 6. titu. de pign.
& hypo. Boſſ. eod. titu. nu. 31. Neguſant. de pi-
gnor. & hypot. 2. p. 4. membr. ſub num. 115. ver.
tamen: nec obſtaret ſtatutum ſi fiſco ius hypo-
thecę concederetur ad die commiſſi delicti, vt
Senis, Florẽtiæ, & alibi, & prout habui in facto
in Ciuitate Senatum, in qua Delegatus ſum à
Sereniſſimo magno Duce Etrurię domino
meo in quadam cauſa valde grauiſſima; Quo-
niam per hoc creditores habentes expreſſam
hypothecam etiam poſt delictum non exclu-
derẽtur à fiſco, dummodo fuerint in bona fide,
& ſi aliter diceremus ſtatutum eſſet vinculum
iniquitatis contra bonum publicum, ex quo per
tale ſtatum aufferetur comercium, & talia ſta-
tuta valere non debent, vt Peregr. loc. cit. & Ia-
cob. de Aren. in l. meminiſſe. C. ad leg. Iul. ma-
ieſta. vbi Dyn. & Angel. qui dicunt acquirẽtem
bona fide fore tutum etiam in alienatione fa-
cta ab eo, qui crimen maieſtatis commiſit. ſing.
in tract. de crim. læſ. maieſt. in titu. de pæn. q. 24.
& vide Angel. & Cyn. apud Alberic. in dicta l.
meminiſſe, ne contrahentes bona fide indebite
damna patiantur. Crot. in cap. vt animarum.
num. 10. de conſtit. in 6.

623 At homo præclara quadam conditione ge-
neratus à Deo ſupremo, vt Cic. primo, de leg.

& qui

Digitized by Google

& qui rationis eſt particeps, vt ait idem Cic. in 3. de leg. cauſas rerum videt, vt in 2. de natur. hortus eſt ad contemplandum, & mirandum Deum rectus, & celſus conſtitutus eſt, vt Dei cognitione Cælum intuens capere poſſit vnde verſus. Ouid. 4. Meth.

Pronaq; cũ ſpectent animalia cætera terram.
Os homini ſublime dedit Cælumque tueri
Iuſſit & erectos ad ſidera tollere vultus.

Verum cum Bruta terra circumſpiciunt, & ſemper incuruata manent, ijs homo aſſimilari magis voluit peccando, quam virtuosè, & christianè viuendo.

Quæ Bruta cum ab antris, & cauernis exeunt aberrantes per arua venatoribus, & laqueis ſubiecta ſunt. §. feræ Beſtiæ inſti. de Rer. Diuiſ. ſimiliter Homo à Dęmonio illaqueatur. At ſi domeſtica Bruta ſiant non erunt capientium, niſi animum redeundi haber. deſierint. §. Pauonum, inſti. eo. idem de homine reſpictē se: foueas autē facere in ſuo minus in alieno nō licere pro illis capiendis, ſi viatoribus incautis, & Animãlibus domeſticis nocere poſſint, alio qui damnum paſſus agere poteſt interdicto, quod in publico factum eſt. l. ſi alius. §. pe. ff. quod vi aut clam. & etiã poteſt agere l. Aquil. l. qui foueam. ff. ad leg. Aquil. 61. gl. nu § 1 an. Cæpol. de ſer. vrb. præd. tit. de fouea. cap 80. numero 2.

624 In Cælo empyreo Deus creauit naturam angelicam quam ſuper Cęlo miro ordine collocauit. S. Thom. Sunt autem nouem Angelorum, ordines, ſiue tres Hierarchiæ, quarum quælibet ternos continet ordines: ſunt ergo tres ordine ſuperiores, tres medij, & tres inferiores, vperiores ſunt Seraphini Cherubini Throni. Medij Dominationes, Principatus, & Poteſtates: Inferiores, virtutes Archangeli, & Angeli, quæ
625 ſcripta ſunt à B. Dionyſio de cæleſti Hierarchia, li. 1. cap. 4. & ex ijs omnibus excelſior erat Lucifer. Paul. ad Epheſios, qui nõ contentus de ſitu, & loco ac dignitate ſua, poſtea quam creatus eſt, eminentiam ſuæ naturæ, & profunditatem ſcientiæ ſuæ, propendens in ſuum Creato-
626 rem ſuperbiuit, ſic ait S. Iſidorus, & dixit ſedem dam in aquilone, & ſimilis ero altiſſimo. Iſa. c. 14. at Michael Archangelus Angelorum princeps videns Luciferum peccantem nimis, ſuis ſecũ ac ſimplis ſocijs dixit. Quis ſicut Deus noſter qui in altis habitat, & humilia reſpicit in Cælo, & in terra. Pſ. 113. & cum eo & ſodalibus ſuis prælia multa commiſit, ac de Cælo Empyreo eiecit Luciferum cum illi adhærẽtibus, virtute, & potentia Dei factum eſt prælium magnum in Cælo, Michael, & Angeli eius præliabantur cum dracone, & Draco pugnabat, & Angeli eius, & non præualuerunt, neque locus inuẽtus eſt eorum amplius in Cælo. Io. in Apoc. cap. 12. ex ijs addiſcere poſſumus, quam iuſtum æquũ ac vtile ſit, vt quiſquis maneat in vocatio
627 ne ſua, ſed heu miſeri, nemo ſua ſorte cõtẽtus, Horat. ad Mę cenat. Deus itaq; primum Creator
628 ineffabilis in Cęlo Empyreo ſedẽs in Throno maieſtatis ſuæ continuè adoratur, vbi manſiones multæ ſunt. Ioan Euang. cap. 13. & 14. quas delere miſericordiæ ſuæ pro miſsis, & iuſtificatis filiis Dei poſt huius mundi incolatum parare ait: quęque iam vſque à conſtitutione mundi à Deo prælectis ſuis paratę ſunt, & ibi eſt ve
629 rus ſitus a quo anima noſtra a Deo in nobis creata eſt, qui dum in hunc mundum peregrinamur, nunquam ſiſtere poterimus, niſi poſt quã ad ſitum vnde exijt, ueniemus, vt de aqua quę e mari profluẽs ad mare redijt: & ſicuti natura lapidis eſt & non firmari, niſi reperto loci ſuo centro. vnde Apoſtol. ſatiabor cum apparuerit gloria tua, Nam impoſſibile eſt dum extra ſitum noſtrum aberramus, quod quietam vitam ducere valeamus, & erimus ſicut Auis tranſmigrans de nido ſuo, ſic vir qui derelinquit locum ſuum Salom. prouerb. c. 27. quod eſt notandum contra vxoratos concubinarios contra Iudices & alios officiales, & quoſcunque alios inſtabiles, & volubiles, nam aliena quærens propria perdit.
630 Sub Cęlo ſunt Sol Luna, & Stellæ cum planetis, omnia a ſole lumen recipientia ſplendorem emicant: cum autem officio ſuo funguntur æquè res bene ſe habent; alioquin ſi præpoſterentur ſit ecclypſis generantur cometæ indicantes ſigna, & prodigia magna. Luc. lege Cic. de Nat. de Virgil. in 1. Georg. verſ.

Nec dici toties artem Cometæ, & in tranſitu domini noſtri Ieſu Chriſti Dyon. Areopag. magnus Aſtrolog. videns tam ingẽtẽ ecclypſim cõtra naturam pauens & admiraoret dixit. Aut Deus, aut Natura vim patitur, aut machina mũdi deſtruitur, & tempore finalis Iudicij legitur apud Mat. Euang. ca. 24. & alios Euang. quod ſol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuũ & Stellæ cadent de Cęlo & c. Eſaia. c. 13. Eze-
631 ch. cap. 32. quia de re cum extra locum & ſitũ ſuum res exeunt, malus initur effectus, & ob Aeris intemperiem, & quattor temporum videlicet hyemis veris æſtatis, & Autũni pręposterationem generãtur, grando nix glacies, tonitrua, & terræmota.
632 Et ita pẽ a malignitate conſtellationum malorum, & immondorum ſpiritum ad perniciem hominum, hæc mala ex Aere prodeunt, ſed oratione 69. exorciſmis, & ſonno Campanæ, gratia Dei aonihilantur & incolumes reddimus: hinc nemo tenetur ſtare ſub malo aere. gl. & Doct. in ca. ſi vero extra de iniur. Cępol. de ſer. vrb. præd. tit. de aere c. u. 1. vbi ſi feit, quod propter bonum aerem fundus magis ęſtimatur. nimirum quia ibi maior numerus habitantium. alias fundi bonitas, vt plurium ſub aere malo vt in maritia Petraſanctæ & alibi fallit in deportatis.
633 Aues vero in Aere ſitum ſuum habent, nec refert, quod auis in Arbore nidum faciat, vel ſuper ramis ſiſtere ſolet. Nam nihilominus dicitur eſſe in aere, vt tenet Cępolla. de ſeru. Ruſtic. pręd. tit. de aere c. 43. num. 9. de quibus ſupra in prædicamento vbi. At quam cito obeant piſces extra ſitum maris non expedit probare, et de cæteris animantibus, quæ in terra & ſuper terram ſitum habent ſuperius dictum eſt, ſub terra in ſepulchris oſſa hominum ſpeculari oportet in inferioribus partibus eſt Purgatorium propè locum inferni, ibi quæ detentas animas fidelium ſuffragijs potiſſimum vero acceptabili ſacrifi. in altaris iuuari. Conc. Trid. ſeſſ. 25. dec. de purgat. inibique æquitas maximè reperitur,
634 in Inferno autem nulla eſt redemptio, nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Tib. & ſummus rigor exercetur, præter hunc inferni locum in omnibus alijs ſtatera rigoris, & æquitatis locum habet, eo modo quo iuſtam diuinam iuſtitiam

iuſtitia tũ humana permittit. Vnde in nomine Ieſus oẽ genu flectatur cæleſtiũ terreſtriũ & infernorum, & omnis lingua confiteatur; quia dominus Ieſus eſt in gloria Dei patris, qui iuſtus iudex in terris iudicabit, in inferno condemnabit, & in cœlo electis beatitudinem dabit.

635 In Eccleſia Chriſtiana Catholica Romana Summus Pontifex ſedem Apoſtolicam tenet in ſitu Romæ, vnde Ber. lib. 2. de conſider. ad Eugen. ſic ait, ſacerdos magnus, Pontifex maximus Princeps Epiſcoporum, hæres Apoſtolorũ, Primatu Abel. Gubernatu Noe, Patriarchatu Abraam, ordine Melchiſedech, dignitate Aarõ, authoritate Moiſes, iudicatu Samuel, poteſtate Petrus, vnctione Chriſtus. Illum rogantes præ omnibus quoniam ipſius ſolius eſt reprehẽdere, corrigere, ſtatuere, diſponere, ſoluere, ligare loco illius qui ipſum ædificauit, & nulli alij quod ſuũ eſt plenum, ſed ipſi ſoli dedit. clem. paſto. de ſen. diciturque Petrus caput mundi, & tanquam Vicarius Chriſti in terris, cuius eccleſiæ duo limina ſunt, Petrus, & Paulus Apoſtoli, ad quæ cæteri Epiſcopi tenentur accedere iuxta morẽ ſolitũ & tempus ſtatutum a Summo Põtifice, & ſunt beati duo Apoſtoli, duæ columnæ poſt illum lapidem angularem Ieſum Chriſtum, Matt. c. 26. de hac re etiam late tractat Raynal. con. trac. de indagat. iur. li. 3. c. vlt. n. 2. & 3. & Roma dicitur
636 communis patria. l. Roma. ff. ad munci. Doc. in l. 2. ff. de iudi. Barto. in l. ſed reprobari. §. ſi. de excuſat. tut. quãuis Neu. de Neap. in d. lect. Bar. teneat contrarium quod imo communis patria ſit ſedes Imperij, Alexander in l. hæres. §. pen. de iud. ſed non eſt inconueniens, ꝙ utraque reſpectiuè ſit communis patria, nihilominus communis opinio eſt quod Roma, tam noua quam vetus, ſit cõmunis patria. Bal. in rub. C. quæ cuſ. non poſſ. in c. ſi. & dictus in c. meminimus de appellat. vnde quilibet poteſt conueniri Romæ ſi ibi repertatur. Doct. in d. l. Romæ. & in l. 2. §. oẽs. de iud. & hoc tam ciuiliter quam perſonaliter niſi ſolutio alibi deſtinata fuerit, Deci. in d. c. meminimus. vbi etiam Bal. de appellat. Ang. Alex. & alij in l. qui Roma de verb. obl. In Romana Eccleſia ſemper Apoſtolicæ cathedræ viguit principatus, & ſunt verba formalia. Aug. Epiſt. 162.

Roma quoq; eſt caput religionis Chriſtianæ, quæ mirum in modum eſt fauorabilis, l. 1. & per totum. C. de ſum. trin. & fid. cath. vbi Bar. Fabe. & alij ad quam omnis rationalis homo oculos habere debet: nam religio & timor Dei ſolus eſt qui cuſtodit hominum inter ſe ſocietatem, Lactan. de ira Dei c. 12. & ante omnia religio. Mer. Treme. in Aſclisp. vnde cauſa religionis eſt excepruata ab omni promiſſione, quouis modo facta cuius obſeruantia contra religionem tenderet, in cæteris promiſſa ſunt attendenda. l. 1. & 2. C. de pact. ſed in ijs, quę ſunt contra religionem Chriſtianam (quia eſt cauſa Dei) & contra Deũ nemini parendum Hoſt. in ſum. de maior. & obe. q. 7. & 8. & in iuſtis, & illicitis promiſſionib. non eſt aliqua obli. l. 2. ff. quod met. cau. & Apoſto. ad Corin. c. 1. non eſt mentitus non implens in quòd promiſit; quoniam in malis fides reſcindenda eſt. 22. q. 4. non ſemper. & peius eſt implere illicitũ promiſſum quam peiurare vt de Herode, & eius filia ſaltatrice, qui propter iuſiurandũ infælix dedit illi caput Ioan. Bapt. in diſco, qui Herodes ideo perdidit animã & regnũ 13. diſt. duo & ſic ſi cũ iuramẽto aliquid promiſſum ſit ſemper hoc exceptuatur videlicet, dummodo nõ ſit contra religionem Chriſtianam & contra Deum: nam iuramentum non eſt ſeruandũ ubi vertitur interitus animæ, c. veniẽs, & c. Quintauallis extr. de iur. iuran. Rayn. in ſum. de iuran. ſiue generaliter ſiue ſpecialiter quis iurauit, ſemper intelligitur dummodo non ſit contra honorem Dei & Chriſtianę Religionis, vt per Alber. multa allegantem in verbo iurare, & Cano. in c. vnuſquiſq; q. 4. In promiſſis plus eſt illud quod ſubintelligitur quam quod exprimitur, c. Beatus 22. q. 2. & c. anteceſſor. 11. q. 3. & Summus Pontifex in ſuis iubileis ſolet reſeruare ſaltem hos caſus binos videlicet caſtitatis & religionis, & Ariſtot. & Polit. Primum eſt curatio rerum diuinarum & Plin. 14. inſti. ait Religione uita conſtat, & idẽ c. 18. nihil eſſe in rebus humanis Religione præſtantius, eamque ſumma vi oportere defendi. Quid plura, etiam apud Romanos (quamuis tunc temporis Gentiles) ſcriptum reperitur, quod propter reuerentiam eorum Religionis (licet falſę) nemini fauebant, & illam eſſe propriã ſtatus cauſam aſſerebant, quando de Religione agebatur quam cæteris omnibus præferebant ut habetur in Martyrologijs. Quinimmo in poteſtate ſacerdotum fuiſſe apud Romanos, omnia diuina & humana, Feſt. ver. ordo.

Sed Imperatores Chriſtiani multa tribuerunt priuilegia & immunitates, clericis intuitu, & fauore eccleſiæ & Religionis Chriſtianæ not. Barto l. non pluris nu. 2. C. de ſac. ſan. eccl. qua de re non poſſunt vllo modo auferri, quia Dei ſunt Bar. & alij Doc. in l. 1. C. de ſac. ſanc. ecc. Etenim libertas, & immunitas eccleſiaſtica ſunt de iure diuino, tot. tit. de imm. eccl. tu es Petrus. & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meã, cui portę inferi non pręualebunt Luc. c. 22. & per Remig. eo. trac. c. 1. verſ. ſecundo præſuppono, & qui uos ſpernit me ſpernit Euang. & eijcit ementes & uẽdẽtes, quia domus orationis eſt. Matt. 21. Luc. 19. Io. Euang. .. & de ea quoque per Fel. in c. nouit. de iudic. & in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtit. Io. de Turr. Cremat. in c. deuotiſſimã. 12. q. 2. & ità Dominus & eccleſiam & perſonas eccleſiaſticas conſtituit, ſeparauitque à laicis, & ſęcularibus negotijs auferre, iſta hinc ut in Euãg. apud Io. eſt tex. in c. ſacerdotibus 11. q. 3. c. futura 12. q. 1. & apud Plautium quis eſt homo tanta confidentia, qui ſacerdotem, violare audeat & de ueneratione Sacerdotij Caſſ. li. 10. epiſ. 14. Germo. lib. 2. Sozzom. lib. 1. c. 25.

Quibus autem remedijs ſuccurrendũ ſit trad. Fel. in d. c. eccleſia S. Marię ſub nu. 107. de cõſti. Anc. conſi. 155. ſub nu. 7. at in quibus libertas eccleſiaſtica conſiſtat habes apud Lap. in pulchra alleg. 92. Pro tuenda Chriſtiana Religione, libertate, & immunitate eccleſiaſtica licitum eſt clericis, & alijs Religioſis effectiuè pugnare, & tũc illorum irregularitas eſt ſine peccato, & licitũ eſt tàm diebus feſtiuis, quàm alijs diebus præliari ſecundum Seraph. in caſ. conſc. 21. legitur tamẽ in vita S. Tho. de Cantuaria archiepiſcopo zelãtiſſimi, quod dum ſedebat in ſede cathedrali tẽpli ſui, accedẽtibus ſacrilegis ſicariis, parata defenſione aduerſus eos a ſuis presbyteris, & ianuis clauſis, ne tã bonus paſtor offenderetur, ipſe ſanctus ad ſuos ait, nequaquam conuenire eccleſiã Dei, ad inſtar arcis tueri armis, ſed effuſione ſanguinis propter amorem Dei, & ità ipſe ſanctus in ſe ſtatim probauit ſententiam ſuam.

146 Verum quando excommunicationes, inter-

dicta,& prædicta remedia non ſufficiant, pro v-
tilitate Reip. Chriſtianæ Pontifices cruciatam
compoſuerunt tanquam caſtra, & viri religioſi
armis non verterunt terga, hoſtibus,& tandem
quantum religio ſit amplectẽda, nemo eſt qui i-
gnorat, & parentibus licere filios apud approba
tos religioſos educari in fide, & bonis moribus,
& ſi religioſi eſſe velint libenter permittant,
quia ſeruire Deo regnare eſt, ſed qui filias ha-
bent aduertant, ne per vim & introitu maſcu-
lorum ingredi faciant illas in monaſterium cau
ſa euitandi dotationem, quia peccant. Seraphin.
caſ.conſc. 70. Sicut peccant parentes ægreferen-
tes filios ingredi in aliquam religionem, quo-
niam indignationem Dei incurrunt.

637 Eccleſia ergo habet ſuas immunitates, contra
quam nemo audeat attentare quidquam ſub pœ
na excommunicationis, & interdicti; nam vt
ait Remig.de immun.eccle.2. præpoſ. eſt vt di-
ctum eſt conſtituta, & approbata a iure diuino,
vbi in propoſ. multa iura,& authoritates allegat.
Lap. tract de liber.eccleſ.q.11.& latè Igne. in l.
1.ad Sylla.& proceſſit,ac præconizata de iure ca
nonico.cap.inter alia.c.penul.& tot.titu. de im-
mu.eccl. & eſt acceptata, & comprobata à iure
communi vt l.2.& l. præſenti,ff. de ijs qui ad ec
cl.confug. & apud Romanos antiquitus obſer-
uata,vt per Remig.vbi ſupra nu.8.& 9.

638 Et locus ille appellabatur Aſylum, qui e-
rat in ciuitate Romæ,de quo meminit Caſſa. in
conſuetu. Burg.fol.56.col.4. verſic.16 ad quem
locum confugientes ſine ſummo piaculo auelli
non poterant. Quod Aſylum primum Athæ-
nis,deinde Romulus Romæ conſtituit inter ca
pitolium, & Palatium in Sacro Luco, quod
quercetum dicitur,vt per Virg.lib.8.

639 Hinc Lucum quem Romulus Acer aſylum
retulit Calep.eo.verb.aſylum. & ad conſeruan-
dam immunitatem eccleſiaſticam rigor, & æ-
quitas ſimul armantur a dextris, atque ſiniſtris:
nam quid gloriæ eſſet Chriſtianis, ſi talis immu
nitas deluderetur? certè cicatricibus in fronte
tanquam infidi ſignarentur: vnde inter barba-
ras nationes digito oſtenderentur, & qua im-
munitate infideles non gaudent, nec gaudere de
640 bent, niſi in conuertendo,c.qui ſincera.45. di-
ſtinct.tex.& glo.in l.1.C.de ijs qui ad eccleſ.con
fug. Remig.de immu.eccleſ.de Iudæo, Pagano,
Hæretico,& Apoſtata. Fallent.18.num.1.& 2.
Nam fruſtra legis auxilium implorat, qui in le-
gem committit,l.auxilium.ff.de minor.c.bonæ
in princ.de elect. Remig.vbi ſupra. nu.2. in fin.
qui de mente Soc.iuni.ait quod hæc opinio con
tra infideles eſt magis æqua; attamen magis tol
lerandi ſunt ritus Iudæorum, quam aliorum in-
fidelium(licet Iudæi ſint peiores) quia cum Iu
dæis olim præfigurabatur veritas à primordio fi
dei,quam tenemus nos,prouenit hoc bonum,ꝙ
quaſi in figura teſtimonium fidei noſtræ, quam
credimus,& ab hoſtibus habemus, quod in alijs
infidelibus non contingit. vt dicit S.Thom.2.2.
q.10.ar.11.relat.à Gundiſla.tract. de hæret. q.5.
in fin.Seraph.caſ.conſc.65. & ij traditores Iudæi
ſignum Sanctæ Crucis deturpantes, & alias ſan-
ctorum imagines, ſeuerè puniendi ſunt, Ancha.
conſi.15.ſpiritualis iudex,quem alleg. Pau.Ghir
lan.de ſortileg.verſi.vndecimo permiſſo,nume.
19.ipſe truncare facerem manus,brachia,pedes,
& omne aliud membrum,quo vtuntur in ijs ob
ſcœnis,& atrociſſimis delictis. latè per Decia.de
delic.lib.5.tom.1.tit.de Iudęis. hinc etiam dici-
tur de Chriſtianis,qui delinquunt in eccleſia: nā
non gaudent illius immunitate.tex.in c.fi.de im
munit.eccleſ. Remig.eo.tract.fallent.3.nu.1.te-
641 ſtatur hanc eſſe com. opin.& Iudæus nullo æ-
quitatis priuilegio gaudere debet, imo immuni-
tas,olim conceſſa,fuit reuocata l.fi.10. C.de Iu
dæis,ſed ubiq; ſummo rigore tractandi ſunt, An
char.Reg.q.27.p.2. Rol.conſi.35. nu.18. vol.2.
Farin.de carcer.q.28. nu.68.in fin. Decia. de Iu
dæis.ca.13.tom.1. & de ſitu cymiterij, domibus
Epiſcoporum,& alijs in propoſ.dixi ſupra 1.p.&
2.loc.mox alleg. vt. Remig.in verb.cymiterium
car.mihi 45.& in verb. clauſtrum car.75.& per
fugiente ad corpus Chriſti.car.92. & de obuian-
te Cardinalem.car.95.& de fugiente ad ſtatuam
Principis.car.108. Iudæi velint nolint ſunt ſerui
& ſchiaui Chriſtianorum,& tollerantur, ut reſi-
piſcant,& fidem Chriſtianam amplectantur.do
nec ſperatur. Abb.c.ſincera.45.diſt.dixi in 1.par
te num.49.ſed aduertendendum ne nimia fami
liaritas faciat iudaizare. vi. Marſ.conſi. 58. nu.
15.& ſup.nu.216.

642 Sed poſtquã in materia ſitus. attingimus nos
hic immunitatẽ eccleſiaſticã, hic curioſè quęro,
an illæ, qui in eccleſijs pro audiendis conciona-
torib.& prædictis eunt, iure valeant immittere,
ſeu ponere, ſuper ſcamnis, aut ſedilib. in eccleſia,
ad eorũ vſum ſitis, chirothecam, ſudariolũ, libe
riolũ, chartam cum lapide, vel aliud ſignũ, ita ut
alteri non liceat ibi ſedere, ſtante pręuentione fa
cta ab altero eũ talis ſigni immiſſione, ut Genuę
& Florentiæ potiſſimũ uti ſolet. Et circũſcripta
conſuetudine iſta valde abuſiua, arbitror nõ poſ
ſe de iure ſubſiſtere: nam, ſi ſedilia, ſcamna, &
ijs ſimilia, poſita ſint in Eccleſia, ibi perpetuo
643 manſura, & loco ſacro dedicato non ſunt
amplius Domini, qui ea poſuerunt, uel im-
mitti fecit: Nam Deo, & ſacris locis, ſemel di-
catum, in nullius bonis eſt, c.ad hæc, de Relig.&
domibus c.ſemel, de reg.iur. etenim ęquum non
eſt repoſcere, quę iam dono dedimus, quemad-
modum eſt Eccleſia ipſa §. nullius, & §. res ſacræ
inſtit.de rer.diuiſ.l.ſancimus. C.de ſac.ſanc.eccl.
Quia de re nullus poteſt aliquo iure priuari, uti
in rebus in eccleſia ſitis.

644 Quoniam per huiuſmodi modum fictũ, ius,
nec poſſeſſio acquiritur in eccleſia, nec in rebus
Eccleſiæ d. l.ſancimus, qui modus fictus poſſidẽ
di eſt contra æquitatem naturalem inuentus, ut
per Sebaſt.in repet.l.ſi is, qui pro emptore n.130.
de uſucap.& ꝙ nõ poteſt in ueritate iuris effectũ
habere, minus perfectionem idẽ Sebaſt.nu.153.

645 Et qui Eccleſiæ ſedel ia ſemel deſtinauit, dici-
tur ſe priuaſſe illorum poſſeſſione, vt dixi: & poſ-
ſeſſio ſemel extincta nõ poteſt amplius integra-
ri, niſi nouo interueniente contractu, l. Pompo-
nius, & ibi Doct.§. Quæſitum, de acqui, poſ. Se-
baſt.d.l.ſi is qui pro emptore. nu. 28. & in mate-
ria fictionis vi. eundem omnino ibi ſub nu. 79.

646 Præterea poſſeſſio dicitur a pedum poſitione,
tex.& gl.& Doc. in l.poſſeſſio appellata. ff.de ac
quir.rer.dom. Alij loco dixere, poſſeſſio i.podi-
cis poſitio,(quod magis propoſitæ rei quadraret)
quamuis intelligãt de poſſeſſione immobiliũ; ut
ibi Iaſ.n.2.& quod mobiliũ poſſeſſio acquiratur
manib. verũ eſt quod & animo, & corpore opus
eſt, vt ibi Iaſ.n.4. & cũ eo omnes ſcrib. Nec offi-
cit, quod per traditionẽ, uel retentionẽ clauiũ re-
tineatur poſſeſſio beneficij eccleſiaſtici. Can. in
c.fin.de cau. poſſeſ.& propiꝫ tangit Iaſ.ubi ſup.
nume. 92. Nam aliud eſt; quia claues ideo datæ
ſunt,

Digitized by Google

ſunt, vt quis poſſideat, & in practica ſeruatur.

647 Secus, quoad ſolam ſignaturã, per quã poſſeſſio beneficij non acquiritur ſecundũ Menoc. de adipiſ. poſſ. remed. 6. nu. 37. ſit ergo eſt, q; locus ſedilium ſit præoccupantis corpore, & non per fictionem, quamuis antiquo tẽpore Chriſtiani in Eccleſia ſiſtendo, & non ſedẽdo ſtabant, & audiebant concionatores. Ex hoc apparet, quã malè ſit hodie proprijs ſedib. occupare Eccleſiam.

648 Quæ eſt mater tam pauperis, quam diuitis, tã nobilium, quam ignobiliũ, et omnes ęquè Chriſti fideles amplectitur cuius caput eſt Chriſtus ipſe, ſaluator corporis eius. Apoſt. Eph. c. 2. c. 4. cap. 5. & eſtis in illo repleti, qui eſt caput omnis principatus, & poteſtatis. ad Coloſ. c. 2. vbi intelligendum eſt quoque de eius Vicarijs; ſed laici non habent authoritatem talia in Eccleſia Dei faciendi per præoccupationem. §. 2. inſti. de vſucap. nam quę Deo dicata ſunt, in nullius bonis ſunt §. ſacræ, & §. ſanctæ. inſtit. de rer. diuiſ.

Hinc ex hac locorum præoccupatione plures rixæ, & contentiones ortæ ſunt, & vulnera, & quandoque homicidia, ſolum religioſorum, & officialium, in dignitate conſtitutorum eſt ſede-
649 re in eccleſijs: ſecundum ordinem, quẽ deſcribit Boer. trac. de auth. mag. conſi. nu. 120. & ante nu. 104. tractat, qualis eſſe debet Cathedra regis, quam dicit debere eſſe quadiſorẽ, & dicit in anteriori parte depingendos eſſe duos iuuenes, per quos amor, & labor deſignantur, & in poſteriori duas puellas, pro quibus cura, & vigilia intelliguntur a latere iuuenem attentum, pauca ſerentem, ſubditum ſignificantẽ, ab altero vero, virum fugientis effigiem repræſentãtem, quia rex inſufflatores fugere debet, & illorum verbis nõ adhibere fidem, quamuis hodie parum fide dignis credatur.

650 Cum enim rex, aut Princeps iuſtus ſederit ſuper ſedem, non aduerſabitur ſibi quicquam malignũ, hæc ille. Et quia dixi, quod ſæpè ortè ſunt diſſentiones, inter præoccupantes loca in eccleſijs, concionatoris audiẽdi cauſa, ſi ſanguis fiat in ea, an eccleſia conſecrata dicatur polluta, & conſequenter interdictam. Dic, quod ſic, ſi per vim, & ſanguis non ſit in modica quãtitate aſperſus. Secundo eccleſia polluta manet, quãdo in ea cadit ſemen humanam quouis modo voluntariè fiat, ſed ſi in ſomno ſequatur inter virũ, & vxorem, nõ inter alios etiam in ſomno ſic. ex. de eo, qui cogn. conſang. vx. ſuę. c. fraternitatis. Tertio eccleſia remanet polluta, quando quis in ea occiſus remanet violẽter armis, vel veneno, vel alio modo illicitò, quamuis ſanguinem corpus non emittat, vt in c. vel alta de cõſec. eccl. vbi Cano. & ijs caſib. eccleſiæ ingreſſus eſt interdictus, & qui ſcienter in ea celebrat fit irregularis no. in c. is qui de ſen. excom. lib. 6. & epiſcopus poteſt reconciliare eam, re benedicendo iuxta morem, & ſacros canones. Seraph. caſ. conſc. 49. & nedũ eccleſia dicitur vno ex ſupradictis modis polluta, ſed poluitur etiam, vt in oppreſſis cõtingit. 32. q. 5. c. illæ. quę aliquando ſine corporis coinquinatione poluta remanet, vt de eo, qui deſiderat vxorem alterius, aut mæchari. c. nec ſolo 33. q. 5. itẽ dicitur panis pollutus ab eo qui falſam doctrinã ſeminat, & bonam malę diſpergit in populo. 49. diſtin. c. fi. & polluitur corpora de ſepulchris, vt meis dieb. accidit Piſis, vbi quidam canonicus exhumauit corpus cuiuſdã nobilis defunctę, vt poluerer, rem cum cadaueri ipſo habẽre, & cum Dei iudicio ad iuſtitiæ notitiam tamen ſolus venerit ſepulchris violatos, et corporis polutor luit pœnas, & omnis pollutio attenta ſua cauſa, vt ebrietas, mala conuerſatio, & vana locutio, ac peſſima cogitatio eſt damnoſa, ſicut & moroſa, ſiue vigilando, ſiue dormiendo, vt 4. diſt. 4. teſtamentum. quæ non ab infirmitate, aut a ſuperfluitate naturæ prouenit, ſi mens non conſentit non eſt damnabilis, nec etiam ſi poſt factum mẽs aſſentit libenter, non in moroſitate, ſed quia pro valetudine, & exoneratione, ac allentamẽto naturæ. De Sacramento Euchariſtiæ li. 3. q. 75. & pollutio, quæ incipit in ſomno, & terminatur in vigilia non accedente delectatione non eſt peccatum. Tho. 4. q. diſtin. & ratio aſſignatur: nam quantum ad rationem meriti, & de meriti iudicatur principium, quod habuit in dormiendo, et non finis, qui eſt in vigilando, qui nam dormit non dicitur habere voluntatem, verũ quandoq; attenderetur finis, & non principium: nam ſi pollutio cauſaretur à crapula in ſomnijs, & dum a ſomno excitatur ſtatim petito debito ab vxore expletur libido, tunc quis non peccat, attento fine, quoniam matrimonium ad duplicem finem factum eſt, primo pro habenda prole, ſecundo pro explenda libidine licitò modo, vt tenẽt omnes ſummiſtæ, bene dixi, quod in delictis, & captura attenditur principium, ſi ideſt licitum, & finis illicitus, vel attenditur finis, ſi eſt licitus, & principium illicitum, p. 2. nu. 30. & p. 3. nu. 162. & 163. vbi quod æquitati magis congruit, virgo autem virginitatem amittit, ſi opera, & cogitatũ rei illicitam, ſe polluendo etiam ſomnijs, non ſecus ac ſi polluta fuit ab alio, ſed ſine conſenſu nõ amittitur virginitas, vt ſum. con. li. 3. tit. 3. de Bigam. q. 32. & in ſum. Ang. in verb. pollutio. etiã ſi nocte præcedente quis pollutus ſit, ex illicita cauſa præcedente non debet, neque celebrare, neque aſſumere ſacram Euchariſtiã, licet in mane confiteatur ob reuerentiam, niſi ex neceſſitate. S. Tho. 4. diſt. c. 9. at ſiti non ex cauſa præcedẽte uitioſa pollutio oriatur, in qua nec conſenſus, nec moroſitas acciderit, laudatur ſe abſtinere ſaltem per horas 24. non tamen peccat quis celebrando, ſeque communicãdo. vt pulchrè per Albertum in ſuo Dictionar. in verb. communicare, verſi. verum pollutio, & Couar. quoque, & de his apud Nauar. confeſſ. cap. 3. nu. 15. cap. 18. nume. 6. & 41.

651 Quo verò ad ciuilia æquũ eſt, vt quis maneat intra ſuos limites uix. l. 1. de termin. mot. hinc facta fuit lex agraria de qua ſupra locutus ſum nu. . . . . Nec licet ædificare in ſuo, vt vicino officiat, & inter ipſum, & vicinum debitum ſpatium relinquat. l. fin. ff. fin. reg. de hac re per Docto. in l. Altcris. C. de ſeruit. pulchrè., Menoc. de arbit. caſ 156. & 157. Cæpol. de ſetu. Vrb. præd. in tit. de Pariete. per tot. & in titu. de Macer. in prin. ubi murum ſine calce, ait, quem poſſe ædificare propè ſundum vicini nullo ſpatio relicto in medio; ſed iure ſeruitutis acquiſitæ poteſt etiam murum cum calce propè domum uicini ædificare, ſi ad ſui utilitatem principaliter, & non ad æmulationem vicini ædificet, vt per Menoch. loco cit.

652 Dicitur autem ad æmulationem vicini fieri, primo, quando ſibi non prodeſt, & alteri nocet, 2. quando ſibi prodeſt aliquatenus, ſed nõ eſt neceſſariũ, vel fit ad bene eſſe, 3. ſi ſibi plus noceret quã prodeſſet. et cũ fit calore irat ũdię. 5. quando vtilitas eſſet valde deformis, 6. quando locus, vel ſitus non eſſet aptus, neq; congruus pro tali ædi

ficio, cum vtiliori, & congruētiori modo alibi
653 fieri poſſet, 7. nec caminum quis ſibi de nouo poteſt facere, ſi non eſt neceſſarium, ſi fumus vaporetur aduerſus domum vicini, quam reddat ferè inhabitabilem, De ijs, & alijs cõiecturis vi. Cæpol. de ſeruit. Vrb. præd. c. 29. & ſeq. Menoc. qui multos allegat de præſump. lib. 6. præſ. 29. & Doc. in d. l. altius. C. de ſeruit. tit. general.

654 Hic caderet materia, an Dominus poſſit ædificare murum altũ, vel turrim, fortalitia, & hmõi ad æmulationem alterius Domini, verum quia hæc materia eſt tractata paſſim ab omnib. in d. l. altius, & Doc. in l. opera de operis. publ. Bar. in l. quæcunque. C. de fun. limit. lib. 11. Meno. caſ. 156. & 157. Cæpol. d. trac. tit. de ſol. ſeu area. nu. 7. ideo libenter relinquo.

655 Tandem debitor poteſt conueniri, vbi habet rem ſitam, & ratione rei ſitæ iudex illius loci dicetur competens. Rimi. iun. conſi. 353. nu. 162. vol. 4. & Rim. ſen. conſi. 713. vol. 4. Decia. conſi. 118. n. 4. & n. 20. vol. 3. Caual. Deciſ. 31. n. 16. p. 1.

656 In delictis ſitus ſpectandus eſt, vt dixi in prædicamento vbi, nedum reſpectu iuriſdictionis, verum etiam ratione loci aggrauantis delictum, vt in 4 par. nu. 59. 85. 96. 125. & alibi. Decia. de delic. tom. 1. lib. 4. c. 26. nu. 4. & in 3. par. de loco priui. nu. 296. & ſeq. Boſſ. in tit. de iniu. n. 5. & in fi.

657 Cõſiderandus quoque eſt ſitus corporis offenſi, num in pulſu, in cerebro, in ventre, & num offenſiones ſint lethales; nam magis aggrauant, & nũ punctim, vel cæſim, & num vulnus ſupra vulnus, ſup. nu. 301, quem locum omnino vide, & vi. in 4. p. in addit. ad nu. 152. Dixi de illis, qui data opera, faciem ad Dei imaginem factã deturpant, cicatrizant, vel ſtercorizant, contra quos rigor omnino ſeruandus eſt. l. ſi quis in metallũ. vbi gl. & Doc. de pœn. Boſſ. tit. de homic. ſub nu. 41. & 42. Foller. prac. de forma capitulorum, nu. 16. Bonacoſ. q. crimin. in verb. cicatrix. quæ no. pro ſtatuto Floren. lib. 3. rub. 118 & 119. vbi de pœna ſtudioſè percutientis manibus vacuis, vel vulnerantis. & cicatricem facientis; an illud aduerbium ſtudioſè accipiatur pro diligẽtia quadam adhibita ad illud faciendum, vnde Teren. Hea. tenentem telam ſtudioſè ipſam offendimus; & ſic data opera, & nõ in pura rixa, vel caſu, at quãto in pura rixa, & non data opera id ſequeretur, tunc æquitas ſeruetur, & rigor ceſſat.

658 Hinc eſt quod ob puram rixam, ſi quis condẽnatus fuerit pro vulnere, & non pro cicatrice, ſententia retractari non poteſt. Bar. in l. ſenatus. ff. de accuſat. vi. in 4. part. ſub nu. 284. & ſub nu. 203. in addit. & nume. 199. & in pract. de teſt. in verb. ſententia. in ciuilibus.

659 Sed in delictis duntaxat ſtatuarijs, quæ proprie delicta non ſunt, vt puta, ne quis mingat in tali via, prope talem murum, ne quis vadat de nocte abſque lumine, ne quis in plateis, vel in tali via, putrida proijciat, & talia, quæ de ſe nõ ſunt delicta, ſed ob prohibitionẽ ſtatuti fit de non delicto, tunc æquitas ſeruanda eſt, & rigor nonquam haberet locum, niſi quis in contemptum ſtatuti talia faceret. vi. in hoc propoſ. in 4. par. nu. 459 460. & ſeq. alias, quæ propter neceſſitatem fieri contingunt pœnã non merentur vulg. iur. & beneficii illa regula, quæ pleruq; æquiparat, aliquod factum non eſſe, & de recenti factum, vt colligitur. in hoc propoſ. ex l. 1. §. 1. verb. Cæterũ. ff. de his, qui deiec. vel effud. vbi qui aliquid effudit in via, quæ de recenti in vſum venit, non debet de æquitate puniri, tanquam ſi adhuc conſtituta non eſſet, de qua reg. per Fel. in c. eam te, in 9. col. ext. de reſcr. Cou. memor. in ver. veſtib. verſ. 2. contrarium dicitur, quando eſt ſtatutũ aliquod bannum extraordinarium, ſi quis contrafaciat per ſupradicta.

660 Dixi quoque domos demoliri propter atrocitatem delicti, vt nu. 318. in 4. par. quod procedit quando delictum Remp. tangit, ſecus ſi delictum ſit priuatum, & ciuitates funditus deſtructæ, & condemnatæ, vt fertur ad aratrum, & ad deſolationem, ob crimen rebellionis, vt per affl. ſuper 3. feu. vt de capital. Corrad. ver. & cæterũ nu. 13. 14. & 15. car. 247. Luc. de Pen. in l. 3. C. de execut. lib. 12.

661 Et poſt deſolationem, ſi ciuitas fuerit reſtituta, non amplius recuperat amiſſa priuilegia, ſed appellatur noua ciuitas, vt dicunt præfacti Docto. quia à Priuatione ad habitum non datur regreſſus. l. decem de verb. oblig. & quid ſi eccleſia fuerit deſtructa, an efficiatur ſitus profanus; magis communis eſt, quod non, niſi iuſſu Põtificis fuerit prophanata Hoſt. in ſum. de eccl. ędific. in fi. Dy. in reg. ſemel Deo. de reg. iur. in 6. tex. glo. & Doc. in l. eden. ff. de contrah. empt. Hanc. q. latè pro vtraq; parte trac. Remeg. de immunit. eccl. in verb. Eccleſia deſtructa per totũ. & quo ad reg. noſtrã vi. Euerar. in eius centur. loc. 60. a priuat. ad habet. in fin. vbi adducit quodã ſimile.

662 Si ædificium fiat iuxta litus maris, litus efficitur ædificantis id intelligitur quoad vſum fructũ nam quoad proprietatem ſitus remanet Domini, cuius eſt mare. § literum. inſtit. de rer. diuiſ. & ædificium cedit ſolo. §. ex diuerſo. eo. tit. & dicit Euerar. quod deſtructo illo ædificio remanet publicus, l. in tantum. ff. de rer. diuiſ. iterũ diſputitas eſt in ratione, quia hoc non fit ratione delicti, ſed quia quælibet res de facili reuertitur ad primæuam naturam, vt. quæ in ſeq. prædicamẽto dicam. §. Pauonum de rer. diuiſ. & licet in litore maris licitum ſit ædificare, vt ait Bal. in rub. de rer. diui. col. 4. & l. quæ de litore de acq. re. do. id verũ eſt, dummodo vſus publicus non impediatur. l. in litore. ff. ne quid in locis pub. & quãdo nemo ſentit damnum. l. 2. § aduerſus. eo. tit.

663 Et cum vſus maris ſit publicus, licitũ eſt cuilibet piſcari gemmas, & coralia accipere, quæ fiũt occupantis. §. item lapilli. inſt. de rer. diuiſ. ſecus eſt de reb. naufragatis, vel quæ & eorum reb. in mare ceciderunt, quia capere non licet ſub pœna furti l. 1. & 2. ff. de incẽd. ruin. & naufr. & in auth. nauigia, vbi Doc. C. de furt. Cæpol. de ſerui. ruſtic. præd. de litore maris ſub nu. 3. & 4. niſi haberentur pro derelictis, quia tunc occupantis fiunt. §. fi. inſt. de rer. diuiſ S. Tho. nu. 2. q. 6. ar. ....S. Seraph. caſ. 12. reliqua videndæ ſunt in prædicamẽto ſupra relato, quæ vi. & publico vſui deſtinata ſunt Theatra, ſtadia, forum, curia, baſilica, viæ, publicæ, balnea publica, Piſcinæ, aquęductus, fontes, campi publici, ut olim martius, fana, porticus, & his ſimilia, Paſcua, nemora, & ijs ſimilia, agri vectigales, & nõ uectigales ut l. 3. & tot. tit. de oper. pub. & tot. tit. de rer. diuiſ. Et ut de rebus naufragatis aliqua pauca dicam, quamuis materia ſit ampla & profunda, & nodoſa, ut ait Veronen. de ſer. tot. de fornac. & iurare. tractat. 10. opinion. 85. quos refert Carroc. de locat. mul. de incend. ruin. & naufr. ſcire oportet quod damnum eſt illius, qui in ſe ſuſcepit periculum. eſt materia, l. in reb. ff. commoda, l. quæ fortuitis. eum materia. C. de pign. act. ſed ſi expreſſè nauis aſſecurata non fuerit, nõ tenetur Do

minus

Digitized by Google

mlous nauis de naufragio, quod præcauere nequiuit. Soc.conſ.124. vol.4 Iaſ. qui dicit eſſe magis com.opi.in conſi.107.vol.1. Alex.conſ.108. vol. 3.quoniam periculoſa. & inceria eſt nauigatio.l.ciuitas.C.de offic.rector prouinc. Bal.conſi.395.pro domino arnaldo col. fi.ideo caue. Nã aſſecuratio nauis in omnem caſum fortuitũ vltra quod de conſuetudine valet Petr.ſanc. de aſſecur.par. 3. nõ facit contractum eſſe in licitum vt per Bal.conſi.3 c2.nu.2. & 2.vol.5. quẽ refert & ſequitur in hoc propoſito dictus Pet. ſanctor. Luſitã. mox allegat.tract.de aſſecurat. expenſio. nu 6.7 8.& in fine par. c. Caſt.l.in naui nuphel li.ff.loc.Sal.in l.quæ fortuitis. C.de pigno.actio. affl:ct.deciſ.389 Ro'. Genuæ deciſ.25.nu 1.vbi hanc aſſecurationem valere dicit.

Nauta verò officium ſuum diligenter facere debet,& ſeruare modum in nauigando tenetur, quo caſu de eo quod poſtea aduerſa fortuna euenerit non tenebitur ſi fecerit, quod diligens & prudens nauta feciſſet. Stract.de nauta et nauib. & nauig.par.3.nu.4.niſi culpa præceſſerit caſum ita ad caſum ordinata,§.item hiſcui inſtit.quib. mod.re contrah.obl.Bat.in l.ſi vt certò.§. interdum,ff.commo. Panor. in cap. quia diuerſitatẽ, col.fi de conceſſ.præb. Petrus ſanct.de aſſecurat. par.4.ſub nu.37.Caro.Incat.tit.de caſib.& peric. n.8.& 9.& dixi ſup.nu.55.vide Boſſ.tit. de plur. violent.& tit.de temill. merced.

Qua de re qui ratione offici tenetur debet probare damnum ſua culpa ſecutum non fuiſſe. Barto.in l.ſi quis ex argentarijs.ff. de eden. Carroc. d.tit.nu.10 & 11.& iud. Comeſ.tit.de locato & conduc.nu.22.vſque ad finem, & nauta teneretur,nedum in nauigando,quando modum non ſeruauit,vt ſupra,ſed etiam ſi nec vi ventorum, nec tempeſtate maris in vada ſeum ſcopulum vrtauerit,vt per Strac.in 3.par.nu. 33. ſecus ſi ui ventorum,& tempeſtate impulſus fuerit idem ſi in nauim pyraticam inciderit a qua naulium captum fuerit dummodo nauta totum poſſe fecerit prout quilibet diligentior feciſſe euadendi effugiendi a piratis. Strac. vbi ſup.nu.50. ad quẽ me tecum remitto, & ad Petr. ſanct. d. tract. de aſſecurat.expenſio.per totum.

Et quoad emẽdam damni extat amplus tractatus quem appellant il Conſilato di mare, vbi hæc omnia ſupra dicta cũ omnibus ferè occurrentibus diffusè tractantur, & de captis in mari cuius præda eſſe debeat ibidem habetur in cap. 273. & ipſe aliqua dixi ſupra in 1. par. ſub num. 278. & conſuetudo obſeruat, vt de præda fiant tres partes vna pro ſcaffa,ſeu triremi,vel naui ſecunda pro Capitaneo,ſeu duce,& nautis. Tertia pro eo ſub cuius vexillo nauigatur,vtputa ſub vexillo Papæ,aut Regis,vel magni Ducis Etrurię.

Homo præ cæteris eſt mutabilior ſicut Luna, & nunquam eodem ſtatu permaner nimirum ſi altet alterius officium gerese, & alterum ſuperare præſumit ſic inquietum eſt cor noſtrum, ſed accidit quod ille ſua ſorte non eſt contentus, nec intra limites ſuę vocationis ſtat, certè citò, aut tardè cadit,vt de illo aſſenſore, qui dũ in ſella ſedens æquitabat feliciter ab æquo ducebatur, at non contentus ſaltans in cluna cognouit differẽtiam inter æquum verum, & æquum fictum ligneum: nam æquus aliàs generoſus ægrè ferens in cluna aſcẽſorem illum proiecit in terram,& calcitrando malè tractauit, & parum illum pro ſuis ſtimulus, qua de re imputandum eſt aſcenſori,& non æquo.

DE PRAEDICAMENTO Habitus. X.

664 HAbitus apud Philoſ.accipitur pro quadam corporis habitudines ſiue quia frequẽter, vel tardè procedit, in rebus agendis, vel quia habitum in bona,aut ad malum conuertit, vnde Poeta Lyricus.

Natura inclina al male è viene a farſi
L'habito poi difficile a mutarſi.

Vel quia quoſdam geſtus homo de more facit vtputa curuus, vel nimiũ properè ambular, vel ſemper in ore aliquod verbum turpè vitioſum non bene ſonans habet,vt ſunt de motæ maledicentes, vel quia ſemper eodẽ induitur veſtimento quod eſt laudabile,vt de Venetis ſecus de Genuenſibus,qui quotidie, ſolent diuerſos veſtitus mutare, & aſſumunt mores,quod veſtitu externorum,& de hoc prædicamento. Titelm. in ſua dialect. c.57.

665 Hinc ab habitu et corporis pulchritudine animi pulchritudo indicatur & è contra a turpitudine faciei. & corporis malos mores animi peruerſi quandoq; cognoſcuntur. & de hoc in propoſito idem in 3. p.nu.84.& ſeeuti.licet quo ad malam phyſiognomiã nõ poſſit ſumi indiciũ indubitatum: quoniam eſſet facere iudicium aſtrologiæ iudiciarię,quod eſt prohibitũ, nihilominus iura ſe adaperant ad ea quæ frequentius accidũt, l.nam ad ea.ff.de legib.

666 Et in brutis animantibus a quoque habitus conſideratur in quadrupib.& volatilibus quę ire & redire ſolent,atq;uolare,& reuolare, tex.in §. pauonum inſti.de rer.diuiſ. vbi animalia domeſticha, vel quaſi propter hunc habitum nequaquam capientium fiunt,quamuis feræ beſtię ſint d.§.in fine,& inter animantia eſt quædam æquitas, & naturalis iuſtitia per quam obediunt & edunt ad ſaturitatem, & non vltra, & arte quan-
667 doque loquũtur vt de philomena Papagallo, merulo,& huiuſmodi, & faciant quoſdã geſtus humanos,vt de ſcimia Cane, & ſimilib.de quibus per Bolog.d.trac.de leg.iur.& æquit. li. 1.c. 4.nu.26.& c.6.nu.8. Nimirum quia animantia ab initio creata fuerunt vt ad nutum hominis obedirent Gen.c.1.ſed poſt præuaricatione Adę & Euæ ipſa animantia ſe rebellarunt ab homine, hinc eſt quod morderet calcitrauer,& fugiũt. verum Leones quandoque hominum clementiores fuerunt, & corpora ſanctorum ſepellierũt & in amphiteatro coram ſanctio martyribus genuflexi lingerunt vlcera,& oſculati ſunt manus & pedes coram. Daniel c.1.ita tulit pura ſanctorum innocentia, & ita permiſſit Deus vt cognoſceretur a tyrannis quantũ magna eſſet protectio diuina ſeruorum ſuorum fidelium.

669 In homine autem dixi duplicem eſſe habitũ nempe ad bonum, vel ad malum vnde poſt dictam trãſgreſſionẽ primorum parentum noſtrorum,natura prona effecta eſt ad malum, ſi ergo vir bonus eſt.non eſt dubium quod ſecũ fert æquitatem,& beneuolentiã aliorum cui patrocinantur, cũ comitãtes omnes greſſus ſuos procul a rigore excuſationem in tranſgreſſionib.oĩno meretur,vt dixi in prac.ieſt.in 5.p.nu.319. & viro integerrimo in omnib.partibus eius nil mali adhærere poteſt ſicuti corporis ſano medicina non datur quare Hippocrates in aphoriſm. 20

dicebat. quæ iudicantur & iudicata ſunt, Integrè neque nou ıte aliquid ſiue medicamentis ſiue aliter irritando ſed ſincere, & in Euang. bene valenti non eſt opus medico, & qui bonus eſt in modico, bonus erit maiore, Luc. c. 16. & econtra, qui malus eſt in modico & in maiore iniquus erit vt accidit de illis delinquente ſolitis contra quos facere videtur illud D. Auguſt. ex libr. 8. confeſſ. c. 5. ibi. Nam ex voluntate peruerſa fit libido, & dum ſeruitur libidini fit conſuetudo, & dum non reſiſtitur conſuetudini fit neceſſitas, & ſic tali catena ligatus difficile ſoluitur. & cõtra quos pęnas augeri dixi in 3. par. ſub num. 33. & 93. ideoque ad pęnas inconſuetas recurrendum eſt iuxta aliam Hipp. aphoriſ. 50. quæ ex longo tempore conſueta ſunt oportet ad inſueta permutari: nam contraria contrarijs curantur, & contrariorũ eadem eſt diſciplina Gloſſ. & Doct. in Rubr. de acquirenda poſſeſſione.

670 Sin autem homo malus ſit ſentiet rigorem illum vbique concomitantem quo ad forum fori, & forum poli & illius mala qualitas auget contra ipſum pęnam, vt in 3. par. num. 97. & in 4. par. num. 85. cum mult. ſeq. ſed clementia & æquitate diuina malus aut ideo viuit vt corrigatur, aut ideo viuit vt per eum bonus exerceatur S. Auguſt. ſuper Pſal. hebdomadæ ſanctæ fer. 4. lect. 3.

671 Hinc animum noſtrum quadam naturali indole & beneuolentia inductum alienis gaudijs vel cruciatibus veſtiri dicimus ob caſus proſperos vel aduerſos, alioquin magis ferinũ quá humanum eſſe iudicamur, vnde Terent. Chremes. cum ei fuiſſet a Medemo obiectum quod aliena curaret & quæ ad ſe nihil attinerent: reſpondens ille homo (inquit) ſum & Cicer. dicebat nil humani a me alienum eſſe puto: quod quamuis iudices præ oculis habere debeãt nullus eſt, qui hoc ſummopere non laudet, nil eis vendicet odium, nil amor, timorve aut cupiditas quæ eſt cauſa mali tanti.

672 Corpus vero humanum veſtitur habitu corruptionis donec induat incorruptionẽ & mortale hoc induat immortalitatem quam nos fideles Chriſti certo credimus Apoſt. ad Rom. c. 4. & Ephe. c. 1. poſt quam Chriſtus caput noſter reſurrexit, & nos reſurgemus: nã ſicuti viua eſt radix, ita arbores florent, & germinant, caput viuum, membra viua, vnde certò omnes reſurgemus, ſed non omnes immutabimur Apoſtol. 1. ad Cor. & hoc opus, hic labor eſt, iuſti enim fulgebunt, & æternaliter gaudebunt, mali vero in æternum cruciabuntur iuſto Dei iudicio, Apoſt. ad Corin. c. 4. Pet. Apoſt. epiſt. 1. facit quoque Rainal. Corſ. trac. de indagat. iur. c. 21. n. 2.

At dum corpus in humanis regitur varijs induitur habitibus, ne dũ circa ea quæ illud ęgrũ reddũt imbecille, ac tabidum, à nimio cibo, potu, & ex inordinato modo viuendi, dum ſoli appetitui ſatisfacit, ſed circa malos mores, quo fit vt quanto plus corpora non pura nutries, tanto magis lędes, Hippoc. Aphor. 10. & quãto plus, lenis vitioſos habitu, eo magis, cor eorum indurat, vt de Pharaone legitur. ſed habitus iſte malus oppugnatur cõtrariaturq; circa ſpiritualia, & periculoſum ac difficile eſt malo habituato, ſpiritualia poſſidere, & ideò tex. in c. nemo, de pœnit. diſt. dicitur ſero pęnitentibus, veniam ſiue pęnitentiam dare poſſumus, ſecuritatem autẽ date non poſſumus. Nunquid dico damnabitur: ſed non dico liberabitur. Vis ergo à dubio liberari? vis quod eſt incertum euadere? age pęnitentiã dum ſanus es, quia pęnitentiam egiſti eo tempore quo peccare potuiſti. Si verò vis agere pęnitentiam, quando iam peccare nõ potes, peccata te demiſerunt, non tu illa. Hæc S. Aug. ſuper c. 2. diſtinct. 7. de pęnit. relata ab Auffrer. Capell. Toloſ. Deciſ. 296. ibique Add. & memorare de binis verſ. circa moralia, quæ retuli in

* princ. huius prædicamenti, & ne egrediamur in iure noſtro quid de pęnitẽtia dicitur, ſcias quod pęnitentia publica, quæ ex diſpoſitione iuris fieri debet, non poteſt commutari in priuatam vt not. Anto. in c. 1. de pœnit. & remiſſ. & per Cano. in c. accuſaſti in fi. de accuſat. niſi ex cauſa id fiat, qua de re ſummus Pontifex poteſt iubere vt pęnitẽtia, quæ alias publicè fienda erat, quod fiat priuatim. At quod ſacerdos qui confitenti pęnitentiam iniunxit, an ex poſt facto poſſit il-

* lam mutare, cũ iam functus ſit officio ſuo, me remitto determinationi Sanctæ Matris Eccleſiæ licet glo. videatur tenere quod ſic in c. quod ſuper, in verb. petens de vot. quam Panor. videtur ſequi, & adducit text. in c. presbyter. 72. diſt. ſed contra eam tenet Tiraq. de pęn. temp. cauſ. 1. num. 28.

673 Et cum variæ ſint hominum conditiones, idèo ęquitas ſuadet, ne pauper & vilis induat ſerico, vt diues & nobilis. l. ſed ſi quis. §. ſuffic. ff. de vſufr. no. gl. in c. quia nonnulli. de cler. non reſi. Boer. de aut. mag. conſ. nu. 29. & ibi addentes c. vbi officiales aſſiſtentes a latere Principis ipſi ſoli vti poſſunt veſtibus auratis. l. 1. C. de veſti. Olde. libr. 11. ſic Florentiæ prætor veſte aurea vtitur & in hoc propoſito Bart. in le. vnica. C. de honorator. vehicularijs lib. 11. dicit cõceſſum eſſe uiris in dignitate conſtitutis vti Carrucis per vrbem ſi velint & ex hoc in argumentũ ait quod Doctores non coguntur ſemper geſtare inſignia doctoratus, nihilominus attenditur cõſuetudo loci: nam alias dixi quod in moralibus attenditur mos loci & religionis l. ſemper de reg. iur. vnde dicitur cum fueris Romæ Romano viuito more: hinc quis ſtant in domibus Principum moribus veſtiuntur vt in Euangel. Matt. c. 11. at a communiter accidentibus Doctores vtuntur veſtibus talaribus, vt per Specul. in tit. de aduoc. §. 2. in princ. & in proceſſionibus & in auditorijs & coram magiſtratibus Doctores debent comparere cum veſt. (vt fertur) nuptiali: vnde merito fuit reprehenſus quidam Doctor cum pater meus a clariſſimis Senatoribus Florentiæ ex quo comparuit in illo Clariſſimo magiſtratu abſque veſte quam ciuile appellant fortaſſe ſub nomine prætextæ apud Romanos & re vera eſt deplorandus abuſus: nã olim & ciues & tali dum electi erant ad aliquẽ magiſtratum ſolebant indui tali veſte ciuili & dum vigebat magiſtratus diu per vrbem Florẽtiæ ita induti incedebant, & ibant: hodie vero quaſi pudent vix induunt ciuili dum ſedent in audientia magiſtratus & indignantur ferre illã veſtem quæ dignitatem repræſentat, & ad hũc propoſitum carmina iſta receuſet. Boniſac. tracta. de fur. §. eſt ſub nu. 53.

„ *Vir bene veſtitus, pro ueſtibus eſſe peritus,*
„ *Creditur a mille, quamuis idiota ſit ille.*
„ *Si caret veſte, nec ſit veſtitus honeſte,*
Nullius eſt laudis, quamuis ſciat omne quod audis.

Cre-

Digitized by Google

Crepidaſque portare ſolebant, ſed ne eorũ ve
ſtigia in puluere, aut niue impreſſa cognoſcãtur
hodie ferunt zoccholos quos omnes alij portãt.
vnde de Cacco legitur.

Et gradiens imma uertit veſtigia cauda.

674 Et rigor vetat, & punit illum qui cum ſit pri
uatus induit ſe veſtibus perſonæ publicæ, ſi frau-
dandi animo non ioco, ſed in contemptum id
faciat. 8. q 4. c. nonne. & in 5. par. nu. 79. c. 63. &
per Bal. in l. nõ dubium, nu. 18. de leg. eſt verũ q̃
facta a ſeruo gerente togam, & officium prætor-
ris valent quandiu in officio tolleratur. l. Barba.
de offic. præto. & ſententia tenet (quamuis in ſer
uientem reincidat. l. 2. ff. de ſent. & interloc. quę
lex eſt canonizata in 3. qu. 6. §. verò. teſtatur in
propoſ. Lap. alleg. 89. nu. 12. c. 13.

675 Et laicus excuſatur ab excommunicatione, ſi
in capiendo percutiat clericum incedentem in
habitu laicali: nam talis quiſquam præſumitur
qualis eſt habitus inuentus cuius induitur, ca. ſi
iudex laicus. de ſent. excom. in 6. Bal. in l. direct.
C. de manu. teſta. Alex. in l. item. §. ſi quis de in-
iur. Euerat. in ſua cent. in loc. a veriſimili, et ve
ſtis mutata a clerico iniuriam contra eum impu
nem facit quo ad clericatum. glo. in l. ſi ignorãs
in verbo contemnit. ff. locat. l. itẽ apud vbi Bar.
§. ſi quis virginem, de iniurijs. Spe. eo. tit. in prin
676 cipio, & qui alienis induitur veſtibus citò ſpo-
liatur. Hebræi verò qui ſignum Hebręorum pu
blicè non portant cum rigore puniendi ſunt tã-
quam fraudatores per tex. in c. nõnulli. de Iudæ.
Paul. Ghir. de pęn. omnifar. coitus, nu. 12. verſi.
12. quarto. Decia. de delict. tom. 1. li. 5. c. 12. nu.
16. & ibi quoque de Apoſtatis multa ſcripſit.

677 Differunt tamen ornamenta ab indumentis
corporis, quoniam appellatione ornamẽtorum
cõtinentur ſceptra, corona regalis, Torques, an-
nulli, Monilia, & quæ ad Epiſcopum pertinent
vt mitræ paſtoralis palliũ, & alia multa de qui-
bus in ceremoniali Pontificibus. At ornamenta
animæ ſunt virtutes Theologicæ, & Cardinales
omnibus notæ, vt fides, ſpes, charitas, iuſtitia, tẽ-
perantia, fortitudo, prudentia, ſed omniũ huma
narum virtutum excelſior eſt ſanctitas vitæ quã
* Ariſto. vocat Heroicam virtutem, cui proxima
eſt deuotio erga Deũ, & veneratio, ac ſanctorũ
memoria, & vt recenſet Gregor. Vall. Placen. de
reb. experen. & fug. lib. 41. c. 1. multæ ſunt virtu-
tes quæ bonos quoque mores ornant, prout reli
gio, quæ diuinæ naturæ cultum, & cerimonias
offert, & cætera de religione ſupra dicta ſunt ſub
nu. 636. Item pietas per quam ſanguine coniun-
ctis, patriæque beneuolis, à principibus officiũ,
ac debitus tribuitur cultus. tertio gratia in qua a-
micitiarum, & officiorum alterius memoria, &
alterius remunerandi voluntas continetur. quar
to obſeruantia per quam homines antecedẽtes,
& claros cultu aliquo, & honore dignãtur. quin
to veritas per quam immutata ea quæ ſunt, aut
ante fuerunt, aut futura dicuntur. ſexto modeſtia
ſeu, vt vulgo dicitur, diſcretio, per quam pudor
honeſtus claram, & ſtabilem comparat authori
tatẽ, qua grata omnibus ſe præbet. Septimo ma-
gnanimitas ob quam fælicitatem, & infęlicita-
tem, honorem, & dedecus, commoda, & incom-
moda, animus accõmodatus æquè ferrè poteſt,
omnia tribuit fortunæ, de qua ſiue proſpera, ſiue
aduerſa, non condolet, ſed leuiter fert, qui fert li
benter. Octauo magnificentia, quæ eſt rerũ ma-
gnarum, & excelſarum cum animi ampla quan-
dam, & ſplendida propoſitione agitatio, atq; exu
berans adminiſtratio. Nono patientia, quæ eſt
honeſtatis cauſa rerum arduarum, ac difficiliũ
voluntaria, ac diuturna perpeſſio. Decimo pro-
bitas, quę eſt prudens Bonitas mentis, & motus
menſura. Vndecimo manſuetudo, quæ eſt ver-
borum ſuauitas, lenitatem mentis oſtendit, mo-
rumque facilitas adhærens voluntati aliorũ in
bono, nequaquam in malo. Duodecimo huma-
nitas quæ eſt animi iuuandi, & compatiendi er-
ga omnes. Decimotertio humilitas, quæ eſt ani
mi (vbi expediat) honeſtumque ſit, verbis, & a-
ctibus ſe præbere mitem, & obedientem. Deci-
moquarto trãquillitas, quę eſt animi quies. Deci
moquinto liberalitas, quæ eſt delectatio propria
impendendi, donandi, & elargiendi, vbi laus, et
decor poſtulant, vbi beneficium fit recipienti,
& auxiliatur vbi expedit. Decimoſexto munifi-
centia, quæ ſe æquè gratum præbere ſciuit. Deci
moſeptimo beneficentia, quæ eſt remuneratrix,
vt benefacientibus bene faciamus memores gra
titudinis. Decimooctauo grauitas, quæ eſt mo-
rum, & verborum, ac geſtorum perpenſio. Deci
monono verecundia, quę eſt virtus innata odẽdi in
ſe, & in alijs mala. Vigeſimo vrbanitas, quæ eſt
lepor, vultu, geſtu, et verbis, ac facete inceſcendũ.
Vigeſimoprimo continentia, quæ turpibus ani-
mi ſeſe non immergit. Vigeſimoſecundo elemẽ
tia, quæ eſt virtus qua animi ad iram accenſi co
mitate retinentur, clementiæ eſt mediocriores
reprehenſiones, & mediocria tollerare cõuitia,
& reſplendens in tenebroſis, & nõ in claris, nec
confeſtim ad vlciſcẽdum proruere, nec in iram
eueſtigio irritari, nec ob ingratitudinem viriari.
Vigeſimotertio pudor eſt abhorrere, quod nõ de
cet. Vigeſimoquarto caſtitas, quæ ab omni libi-
dine aliena eſt mẽte, & corpore. Vigeſimoquin-
to pudicitia, eſt per quam ab omni illicita, et tur
pi venere mens libera eſt. Vigeſimoſexto hone-
ſtas, quæ eſt habitus mentis per quem ad virtutẽ
capeſcendam religioſo amore animi promoue-
tur. Vigeſimoſeptimo moderatio eſt auriga ap-
petitus. Vigeſimooctauo taciturnitas eſt virtus
nunquam ſatis laudata. Vigeſimonono puritas
mentis innocentia eſt, quæ nullo animi vitio al
ligatur, & eſt ſoror ſinceritatia, quæ non patitur
vitioſos, & eſt valdè zelãs crediti ſui. Trigeſimo
bonitas tandem eſt habitus quo nil mali fit, nec
dicitur, aut cogitatur, ſed alterationem patitur à
malis exemplis, ijs omnibus virtutibus contra-
riari paupertas videtur, vnde verſ.

Non è virtù, che pouertà non guaſti.

Sed magis aut minus ſuſcipitur qualis, qualis
alteratio. vnde Salamo. valdè de diuitijs, & pau-
pertate timens rogabat, nec diuitias, nec pauper
tatem des mihi, ſed tantum neceſſaria victũ &
veſtitum tribuas mihi.

680 At prædictarum virtutum ſingula ſuum cõ-
trarium habent, quas non expedit recenſere, ne
puritas, atque probitas & integritas, malũ quod
ignorant, non audiant, neque diſcant, neue turpi
bus incautè immiſceantur, ſi quis autem curio-
ſus ſit, recurrat ad Georg. Vall. loc. reci. vbi de
Politia tractatque ad Remp. benè gubernandũ,
quæ ad ęconomiam ad domum, & familiam
rectè educandam, quæ ad Ethicam ſcilicet ad re
gendos nos ipſos attinent, ſed Paul. Apoſto. nos
meliorem Philoſophiam edocet, videlicet ſo-
brietatem erga nos, iuſtitiam erga proximum,
& quod primum eſt, pietatem, & obſequi er-
ga Deum.

681 Modo in hoc prædicamento dici ſolet, quod
habitus

Digitized by Google

habitus monachum non facit vt in auth. de Monac. §. 1. clem. 1. de ſtat. monac. & not. Abb. in c. porrectum nu. 1 & 4 de Reg. & tranſact. ad relig. vbi ait quod profeſſio, & non habitus facit monachum, vnde habitus non dicitur eſſe de ſubſtantialibus monachatus, ſed de accidentalibus, & de hoc plura ſcripſi p. 1. ſub nu. 90. & per modum differentiæ habitus inter Religioſum, & laicum, inter bonos, & malos, ac inter matronas pudicas, & meretrices Laidas, & ſecundum vnius cuiuſque conditionem, l. item apud Labeonem. §. ſi quis virgines. ff. de iniur. Iacob. de Beluiſ. in ſua prac. Rubr. de iniur. nu. 17. & hac de cauſa ſtatuta fiunt contra rumpentes habitum clerici in contemptum quia excómunicantur, quanto magis tangendo violenter perſonam cap. ſi quis ſuadente diabolo. 17. q. 4. Clar §. fi. q. 77. verſ. percutiens. & ſcias quod ſi quis virginem indutam veſte meretricali violauerit, non poteſt accuſari d. l. apud Labeonem. §. ſi quis virginem de iniur. Felyn. cóſ. 15. nu 3.

682 Habitus clericalis operatur vt dú quæritur an capi poſſit, in dubio capi non debet. ſi habitum ferrat clericalem. & tonſuram, Clar. q. 36. verſ. dixi Soc. Senio. conſi. 122. nu. 3. vol. 1. vbi habitus facit præſumere quem eſſe, qualis eſt habitus. c. ſi verò il 2. nu 3. & 6. de ſenten. excom. ibi Abb. Qui verò habitum dimittit, perdit priuilegia, & quia quotidiana eſt hæc materia, vi. inf. ſub nu. 691. cir. fi.

683 Scias quod quinque requiruntur ad effectū euitandi excommunicationem. Primò quod clericus vti laicus incedat in habitu merè laicali. Secundò quod ingerat ſe enormibus. Tertiò quod aliquādiu perſeuerauerit in ijs laicalibus. Quartò quod in habitu laicali deprehendatur. Quintò quod fuerit monitus, & quod poſt monitionem fuerit incorrigibilis de ijs per Decia. tract. delict. tom. primo libro quinto de Apoſtat. capitu. 73. nume. 22. Tamen clericus iuſta

684 de cauſa habitum dimittens ex æquitate excuſatur, vt quando per loca periculoſa tranſire fugiendo è manibus hæreticorum incognitus, vel ad alium bonum finem, vt per Decia. vbi ſup. c. 75. nu. 3 & ſi clericus habitum poſt delictū reaſſumat, priuilegium recuperat, clericatus, vt per Marſ. ſing 48 nu. 2. vi. Cæpol. caut. 2. num. 8 & Ferrat. caut. 23. & idem in clerico coniugato tenet Clar. qui com. op. dicit in § fi. q. 36. verſ. ſed hic quæro vbi plura alleg. vbi ceſſante fraude id verum aſſerit vi. in 1. par. nu 80. & ad iudicandum an clericus incedat in habitu & tonſura attenditur mos & veſtitus illius regionis, idem Clar. d. q. 36. ver. Dixi clericum vbi per tot. illā q. tractat apprimè de habitu clericali, & dicit, quod & ſi ſecundum magis co. op. cognitio an aliquis ſit clericus vel ne pertineat ad iudicem eccleſiaſticum nihilominus ſi dubitetur ſuper habitu, an habitus ſit clericalis vel ne, hæc cognitio ſpectat ad iudicem laicum alleg. ità iudicatum teſte Guid. Pap. Deciſ. 138. & conſi. 110. nu. 2. faciunt quæ ſupra dixi in 1. part. ſub nu. 90. & ſerua Concil. Tridē. ſeſſ. 23. c. 6. quod allegat D. Menoc. lib. 6. præſum. 76. ſub nu. 38. & vi. in propoſ. quæ dixi in 2. par. nu. 125.

684 Et nota quod veſtes ſacræ, vel religioſæ, quāuis conſumptę, non decet ad vſum prophanum conuerti, ſicut nephas eſt mulierum veſtes, vel virorū veſtimenta conuerti in veſtes ſacras poſt quam ſeruierunt vſui humano, Abb. in cap. ad hæc nu. 4. & 5. de Relig. domib. Hinc quam minus laudabile faciant qui tabernacula ſeu Baldachinum ſuper Altari vel in proceſſionibus portandum, faciunt de veſtibus, vel alijs veſtimentis vſui prophano, & prophanatis. ad quod vid. Remig. de immu. Diſtinct. 2. & Dyn. in cap. ſemel Deo dicatum de reg. iur. in 6. & qui in hoc propoſ. dixi in Prædicamento ſitus.

Sed quid de habitu peregrinorum, dico quod habitus iſtæ gaudere facit priuilegio hoſpitalitatis, vt cauetur in operibus miſericordiæ, at illi qui ſine ſacculo, è pera incedunt, non gaudēt peregrinorum priuilegio. Bar. in auth. omnes C. commu. de ſucceſſ. ſic Iacob. de Canis ſentit in ſuo tract. de repræſal. ſub nu. 44. verſ. fallit vigeſimonono, ſecus in clericis, qui & ſi non incedant in habitu, & tonſura, nihilominus nō perdunt priuilegium fori, eccleſiaſtici docto quod ſint clerici. c. perpendimus cum alijs ſimil. extra de ſent. excomm. quia conſideratur carecter ordinum infixus in anima, & ideo bene aduertant iudices laici quoniam hæc ratio ponit falſem ad radices laici enim nō poſſunt habere iuriſdictionem in animo ſed Pontifex & ceteri eccleſiaſticis habentes auctoritate à ſummo Pōtifice, & iudex ſpiritualis & eccleſiaſticus eccleſiaſticorum eſt iudex competens, & vt alias dixi ratione adiuncti maius dignum trahit ad ſe minus dignum vt nu. 234. par. 1. & ſic non refert quod circa corpus & non circa animam dicatur procedi a laicis cōtra clericos quia propter vnionē charecterum in anima, & corpore exiſtentium laici non ſunt iudices competētes, & diſputare de hoc inter Chriſtianos eſt res deuia a fide & bonis moribus Chriſtianorum eſt tex. in c. ſolitæ de maior. & obe. c. nos 2. q. 7. S. Tho. 2 2 q 99. nu. 3. cum infinitis locis non negatur tamen quin clerici capi non poſſint a laicis in illis caſibus de quibus dixi nu. 94 par. 1. nu. 125. 530. 131. part. 2 nam ibi ſin amittunt priuilegiū fori, tamen amittunt priuilegium. c. ſi quis ſuadente diabolo 17 q. 4. Marſ. ſing. 383. Cæterum quo ad peregrinos portantes ſacculum è peras hoſpitium ei denegari non poteſt Bal. in auth. omnes C. commu. de ſucceſſ. & ſunt de foro eccleſiaſtico, Spec. in tit. de compet. iudic. addit. §. 1. nu 38 quo ad res quod contractus, & quo ad iniurias Innoc. in c. ſign. de offic. delegati & expedit habere fidem authenticam quod vere ſint peregrini quando quidem multi mali peregrini ficto modo qui vagantur non propter deuotionem vel vt furētur vel tanquam ſicarij vel propter laſciuiam peregrinantur vt de illo prodigo de quo apud Luc. c. 15. legitur qui peregrè profectus eſt in regionem longinquam diſſipauitque ſubſtātiam ſuam viuendo luxurioſè & ſimiles magis vagabundi quam peregrini appellari debent de quibus vagabundis iam locutus ſum ſupra par. 3. nu. 97. & pulchrè Bonifac. de fur. §. eſt nu. 56. in fine qui nullo priuilegio gaudent ſed vbique detineri & puniri poſſunt afflict. in tit. quæ ſint regal. & etiam dixi dicta par. 3. ſub nu. 135. facit tot. tit. C. de mēdic. val. & quandoque vt dixi ſunt exploratores a quib. cauendum eſt quoniam trito dicitur adagio habitus monachum non facit.

685 Præterea habitus modeſtus animi et corporis venuſtatem oſtendit & qualitas veſtium arguit excellentiam l. ſed & ſi quid §. ſuffic. ff. de vſufr. vnde qui in proceſſionibus præire volunt veſtē dignitati congrua habere debēt, vt inquit Boer. tract. de aut. magn. conſil. ſub nu. 29. c. 42. & facit

cit

Digitized by Google

cit illud biantis prouerbiũ. Magiſtratus Virum oſtendit.& toga & prætexta oſtendunt Magiſtratum ſicut Florentiæ de veſte quæ appellata ciuili & vulgari ſermone in Luc.de quo tam dixi cſt caueat qui in principio lupi in medio vulpes in calce oues ſe oſtendunt Bolog. tract. de leg. iure & æquit.c.9.in fine & quantum optimo iudicio ſiant contra tales abus pragmaticæ ad reprimendum huius luſus tam immenſas ;expenſas circa modum qualitatem, & ornamentum veſtitus noſcere poteſt at ſi non detur opera vt obſeruentur pragmaticę res quidem perniitioſa.eſt melius enim eſſet relaxare habenas quam chamo debili & freno fragili indomitũ retinere æquũ quonia pro mulieribus illud facit dictum. Nitimur in uentum & leges non debent eſſe ludibio nec per quemquam irrideri le. ſi prætor de iudic. §.1.& ibi glo. in auth. de æqual. dot. & pro hoc factus eſt tit.de cenſor.

686 In hoc propoſito habitus teſtator legatus orẽ vſufructuariam donec in habitu vidualis ſteterit quæro quid importet hoc legatum hæc eſt materia leg.vlt.C.de indic.vi. tollen. vbi omnes doctores & Bal.in l.decreto.nu. 1. C.ex quib.cauſ. infam.in reg. videtur velle quod vidua non dicitur ex actis exterioribus lugendo maritum, & veſtes lugubres & nigra ferendo,nec viduitas cõſiſtit propriè in lachrimis nec in habitu ſed in cõtinentia.nam vt inquit Paul.2.ad Corint,cap.7. quod ſi ſe non continere nubãt, melius eſt enim nubere, quam vri, & cui vult nubat tantum in Domino. Beatior autem erit ſi ſic permanſerit ſecundum meum cõſilium, & non per hoc debet ſtare gaudens, & in delitijs, namque verè vidua eſt,& deſolata,ſperet in Deum, & inſtet obſecrationibus,& orationibus,nocte ac die: nam quæ in delitijs eſt, viuens mortua eſt, Paul.1. Timot. c.5.& quod illa vidua non dicitur ſeruare uitam viduitem quæ habitum nigrum non gerit dicit Alex.in l. mulieres §.cum proponeretur nu. 52. ad Trebel.& ità communis vſus ſe habet, ut per Illuſt. Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib. 11.titu. 19.nu. 26.vbi dicit credere Alex.ſcriptoris uitio eſſe corruptum ſed opinor quod vidua ſi non lugerit,per hoc non careat legato vſufructus, quia & ſi annus primus mortis viri appelletur annus luctus, tamen lugere, & non lugere eſt res a natura proueniens ſatis eſt lugere corde eſt bene verum quod ſi infra annum luctus nubat,tenetur deſtricto iure reſtituere veſtes lugubres,& alias qu[illegible] à viro habuit hæredibus Bal. in conſi. 478.vol.5.Campeg.de dot.in 2. par.q 56.qui licet de veſtibus præcioſis loquatur, tamen etiã de alijs dicendum eſt ſecundum Didac.var.reſol.2. par.cap 3.num.10 niſi eſſet vidua iuuenis & pulchra,nam ad euadendum pericula optimæ conſuleretur ei ſi nuberet, & non deberet cogi reſtituere,niſi veſtes duntaxat præcioſas, ità ſuadente æquitate. Modò ſi vir ei legauit vſumfructum & iniunxit vt veſtes lugubres ferrat,& nolit certè legatum perdit.l.fœminæ & l.hac editali,C.de ſecun.nupt.& vi.Caualca. Deciſ.1. nu.62.& Deciſ.46.par.3. ſi autem non ferat, veſtes lugubres ſignum indicat nubendi,vel delitijs fruendi Philip. Ethic.lib.7.& ſenis placet quod viduæ duę ſint conditione aliquæ velle & ſuper veſte lugubri tegunt etiam totum caput, aliæ non, & hoc vt ſciant homines,quia adhuc nubere cupiãt,ſed nunquam licuit mulieribus hab'tum virilem induere.S.Thom.2.2.q.169.& prohibetur Deutero. cap.22.niſi vt ſupra de religioſis dictum eſt, per accidens id fiat ex aliqua vrgenti neceſſitate pro aliquo bono,vnde ille quę in carniprivio,& choreis,incedunt in habitu virili ſignum in honeſtatis oſtendunt, eſt enim abuſus quo meretrices malo ſuo facta viuntur, vt infra ſub nu.ſeq.verſ. reliqua.

688 Et aduerte quod conditio appoſita mulieri ne nubat non videntur reiecta (tanquam cõtraria contra bonos mores) in muliere quæ iam ſemel nupta fuit ſecus in ea quæ adhuc innupta nõ fuerit Emanuel.à Coſt.in repet.§.ſi arbitratu. limit. vlt.Soarez.recept.ſenten.in verb. nuptiæ Craſſ. de vlt.volunt.§.legatum.q.50 nu.4.

Et ſi legata fuerit habitatio vxori ſuæ à viro, donec vidua ſteterit in domo ipſius, & nihil de alimentis dixerit,tamen tacite illa quoq; ſimul cum habitatione relicta eſſe intelliguntur. l. ſed ſi hoc in ſi.ff.de condit.& demon. Bald.in l.vlt. col.penult.C.de indic. vid. toll. Cremens.ſing. 65.Crott.memor. in verb. habitatione vbi cõtra Alex.tenet,in conſil.72.viſo proceſſu lib.5.& cũ eo Bolog.conſ.48.& contra d. Alex.conſil.tenet quoque Illuſtr. Mantic.de coniect.vlt.volunt.li. 6.tit.11.nu.19.& hæc opin. eſt magis æqua quod verum ſi vxor non habet tantum, quantum ſufficere poſſit ad veſcendum,& ad alia alimento, iuxta conditionem eius perſonæ,& vit finem habuerit relinquendi habitationem,propter neceſſitatem,tunc etiam alimẽta debentur, ut per ſupradictos Doct.inter quos hoc in caſu non diſcrepat Alex.

Reliqua verò in materia veſtitus & ornatus uideri poſſunt in ſum. Ang.in uer.ornatus.& tàdem æquum eſt quod ueſtes mulierum ſine mu libres,& ueſtimenta uirorum, uirilia, laicorum laicalia,& clericorum clericale,unde mulier incedens, in habitu meretricali perdit legatum ſi eſt uidua,ſi nupta perdit pudorem & punitur ſi uirgo in monaſterium retruditur, quamuis circunſcriptis ſtatutis mulieres poſſunt in habitu meretricum reperte impunè offendi,ſecundũ gl. in l.ſi ignorans.ff.locat. l.item apud Labeonẽ §. ſi quis uirginem, ff. de iniur. uerum tamen caue in ciuitate Florentiæ quia fortaſſe nomen huius mulieris deſcriptum reperietur apud officium, quod appellatur honeſtatis, ſuper cauſis hatum diſoneſtatum mulierum nam ſunt turæ.

Præterea mulieres quæ fuſcis utũtur rubeo,& aquis ſtillantibus,impudicitię ſignũ oſtendere ſecundum Terent.dum moliuntur,dum comuntur annus eſt, contra quas mulieres S. Cyprian. in lib.de habitu virginum,& ait quod manus Deo auferunt quando illud quod ille formauit reformare contendunt & S.Th 2 2.q.16 ar.2.& certè niſi communis abuſus eſſet iſte mulierum ferè omnium,non excuſarentur, vt Genuæ ubi ut ipię appareant ſemel vna die pulchrè,cæteris diebus hebdomadæ non curant uideri turpes cum illis ſuis paſtis,& impaſtis, quàuis hodie mos iſte apud nobiles recreſcit ab aula,& memini audiuiſſe in partibus Lombardiæ quod mulieres quę nimium fucis utuntur, & aqua ſolimati faciem lauant, ac ornamentis ſuperfluis in uia ſe oſtendunt, ſint tanquam apothecæ aperte in quibus ingredi tranſeuntes inuitant ad emendum merces ſuæ apothecæ, ſecus eſt de alijs mulieribus quæ ut uiro ſuo placeãt id faciunt,at quæ eſt hęc, & laudabimus eam ut ſtet in ijs puris terminis, res quidem periculoſa eſt.

At quo ad pulchritudinem capillorum, ſicut eſt naturale ornamentum in mulieribus & glo-

ria.2.

gia.2.Cor.cap.11. quoniam capilli pro velami-
ne dati ſunt quibus S. Magdalena pedes Domi-
ni tergebat, mox corpus ſuum, vt cognouit igno
miniam peccati Luc.c.7. Paul. Timo.c.2. ita ecō
tra valdè ignominioſum, aiunt eſſe viris vti ca-
pillis longis, & in tantum quod digito oſtēdi poſ
ſunt. ſicut de meretricibus dictum eſt, & Medio-
lani eſt expreſſa prohibitio tondendi capillos vi-
ris ut aliàs dixi ſed vbi de more regionis ęquali-
ter ſolent ab omnibus viris capilli ferre oblongi,
conſuetudo & mos excuſant, & quo ad mulieres
S. Paul. ait quod mulieres ornantes ſe nō in tor-
tis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veſte prę
cioſa, ſed quod decet mulieres promittentes pie-
tatem per opera bona, & de illis tandem ait. Fal-
lax gratia, & vana eſt pulchritudo mulier timēs
Deum ipſa laudabitur, & de hoc per Seraph. caſ.
conſc.26.

689 Quo verò ad habitū, ſi conuertere velimus,
nomen in verbum, æquitas ſuadet, nobis non li-
cere alienū habere, nec poſſidere, inuito Domi-
no, & iniuſtè, nec noſtrum ſine facto noſtro ab
alijs haberi nec poſſideri ſunt de hoc reg. vulg.
Habemusque ius in ſpe, aut in potentia, in actu
& effectu, quod procedit ex varijs contractibus
inter viuos vel ex varijs diſpoſitionibus vltima-
rum voluntatum, de primo, ſcrib. in Rub. de uer
bor. oblig. & de ſecundo, in Rubr. de teſta. Sed
quotieſcunque obligatio interpretanda eſt, ſem-
per ad illud quod eſt minus obligatorium refer-
tur, l. quicquid adſtringendæ de ver. obl. & ſunt
multa iura in cano. vt in c. ſemper de reg. iur. &
not. glo. in c. quanto vbi Abb. de iur. iur. & id fit
æquitate ſuadente. At in vltimis voluntatibus il-
læ vti fauorabiles plenius interpretandæ ſunt la-
tè D. Mantic. de coniect. vlt. volunt. cir. princ.
ſimon. de Prat. de interpret. vlt. volūt. in pręfat.

Et in interpretanda excommunicatione ſtri-
ctè eundum eſt c. pe. & ibi Cano. de excom. niſi
facti ſpecies ſit clara, vel niſi proprietas verborū
aliud ſignificet Doctr. Bar. in l. ſi is qui ducētum
in princ. de reb. dub. Iaſ. in l. ſi ità ſcriptum de l.
3. & Cagnol. in d. l. ſemper in obſcuris nu. 5. dicit
quod in interpretatione obligationis, primò vo-
691 luntas hominis inſpicitur 2. veriſimilitudo 3.
proprietas verborum 4. conſuetudo regionis. po-
ſtremò recurritur ad diſpoſitionem d. l. ſemper
per quam id quod minimum eſt ſequimur, & eſt
veriſimile, quod quis voluerit minus ſe obligare
quam fieri poſſet, niſi ex circunſtantijs, vt puta af
fectionis, ſanguinis, & charitatis, æquitas aliter
ſuadere videatur alias voluntas hominis talis eſſe
præſumitur, qualis de iure eſſe debet, Bal. in l. 1.
in 5. col. C. de ſac. ſanc. eccl. & veriſimilitudo in
rebus dubijs quantæ ſit importantiæ, trad. Euer.
in arg. à veriſimili & Marſ. ſing. 344. nu. 5. vbi ſi
teſtis veriſimilia depoſuit parte non citata tenet
cum id penes viros graues depoſuerit, quia ſola
facti veritate attenta iudicare valent, & multum
veriſimilitudo operatur ad coniecturandam mē
tem teſtatoris dubiam, non autem claram & iu-
ridicam, gloſ. communis in l. tale pactum. C. de
pac. Et inter illos 12. effectus, quos ponit Euerar.
loc. mox cit. vbi in ſtatutis & mente ſtatuentium
ac verbis interpretandis, nulla res melior quam
ipſa veriſimilitudo, & poſtremò ad excuſandum
laicum capientem clericum, & illum forte uerbe
rātem in habitu laicali incedentem per tex. in c.
ſi iudex laicus de ſent. excom. lib. 6. & vi. ſupr. nu.
682. cum plur. ſeq.

692 Nūc ad regulam illam, quod à priuatione ad
habitum non detur regreſſus ſecundum Philoſ.
& nos habemus tex. & gl. ac Doc. in l. decem de
verb. obl. tex. in §. quod autem: vbi Aret. Inſtitu.
Dec. diminut. l. homo liber. ff. de ſtat. homi. de
iure ſupranaturali fallit, quia licet corpus ſemel
moriatur, tamen reſurgere oportet in nouiſſimo
die Iob. tamen de æquitate in iure noſtro datur
regreſſus cum proceſſum fuerit de facto fieri, ut
effectus iuris ſequatur, §. fi. Inſtit. de ingenu. im-
mo quæ de facto facta ſunt contrario Imperio re
693 uocantur Bald. in d. l. tale pactum. §. qui prouo-
cauit col. 8. ff. de pact. quæ reuocatio fieri poteſt,
etiam parte non citata, Bertazol. conſil. cri. 330.
nu. 1. lib. 2. & quando poſſeſſio ſine ordine iudi
ciario, ſed de facto vni data eſſet, ſine ordine ex
de facto ab eo auferri poteſt Pariſ. de Put. de ſin
dic. in ver. capitula c. 2. quamuis teneat contrariū
Soc. Iun. conſi. 32. incip. ex ijs par. 1. ſed ſubſiſtē-
te iuriſdictione, & facto notorio apparente cum
nō ſit timor ſcādali hæc op. contra ſoc. eſt ęquior
& ad euitandum circuitus magis expedita, ma-
ximè in reuocando ſi ſaluentur (vt debet) iura
vtriuſque partis, & quoad capturam de facto fa-
ctam, & de facto reuocandam trad. Put. de ſyn-
dic. loc. cit. per l. fi. §. nullo. ff. de lib. exhibē. Bart.
latè in ſua diſput. incip. lapus fuit captus, & latiſ
ſimè dixi in 2. part. huius tract. Et quamuis facta
pro infectis haberi non poſſint l. non dubium.
C. de leg. l. quod ſi minor. §. reſtitutio. ff. de mi-
nor. tamen reſtractari poteſt ſaltem vt faciens te-
neatur ad intereſſe. Doc. ibidem.

694 Nec valet dicere quod facta tenent ut in l. pa
tre furioſo. ff. de ijs qui ſunt ſui, vel alie. iur. quo-
niam ſi prohibitio habeat perpetuā cauſam pro
hibitiu vt in d. l. non dubium C. de leg. facta nō
tenent vt declarat Damaſce. Reg. Cano. 101. &
Reg. 109. niſi factum ſaperet cauſam piam, vel
publicam, aut ſuaptè natura fauorabilem, nam
hoc in caſu, quod rigor negat æquitas concedit,
vt in c. fi. extr. de matr. contrac. contr. interdic. ec
cleſ. & ad d. l. patre furioſo de ijs qui ſunt ſui uel
alie. iur. vi. Iaſ. latè materiam explicantem. ſecū-
do quando primus ſtatus non fuerit omnino ex
tinctus, ſed uelatus tantum, tunc à priuatione ad
habitum datur regreſſus, vt ſup. nu. 662. de litore
maris ſuper quod ædificatum, nam deſtructo ędi
ficio litus remanet publicū, ità quoque per l. in
tantum. ff. de rer. diuiſ. Euerar. d. loc à priuat. ad
habit. cit. fi. poſſet tertio dari exemplum de iure
poſtliminij, ſed quia eſt materia valdè quotidia-
na, volo recenſere quædam exempla relata ab
695 eodem Euerar. loc. cit. mox cit. Primum quan
do quis eſt bānitus aut excommunicatus, ſi ſim-
pliciter non negat relenat agentem ab onere pro
bandi, at ſi dixerit ſe abſolutum fuiſſe, vel re ban
nitum, tunc ſuſcipit in ſe onus probandi hanc
qualitatem.

696 Secundum ſi quis ſimpliciter petat abſolui,
niſi petierit abſolui cum hac conditione. ad cau
telam videtur fateri ſe eſſe excommunicatum,
tertium quod ubi nun eſt habitus, uel ubi eſſe
non poteſt, ibi non cadit priuatio, qua de re quis
non dicitur dare vel amittere quod non habet,
quod facit contra illos qui ſperant aliquod, ſi nō
habent condoleri ſolent. ſed melius, ſi ſtatutum
mandat, ut delinquenti manus amputetur, & de
linquens non habeat niſi unam manum tātum,
pęna in aliam pœnam commutari debet ut tenēt
Bal. & Caſtr. in auth. ſed nouo iure. C. de ſer. fug.
Similiter ſi quis duas manus habens, unam ari-
dam, alteram bonam arida eſt amputanda, quæ
omnia

omnia de æquitate ſic fieri debere ſuadentur prę terquam contra falſificantes ſcripturas per Fed. in vſ.feud. Qua membrum, manus delinquit,
697 & illud mei puniendum iux.l. ſancimus.ff. de pęn. immanitas quoque tāti criminis hoc expoſuit, vt tenent omnes doc.adduc.ab Euerat. verū ſi quis excęcauerit alterum, non eſt ei lumē oculi tollendum, quia pœna talionis ceſſat hodie, nec habet locum niſi in falſarijs, pulchrè Couarru.var.reſol.lib.2.c.5.

698 Item ſcias, quod quotieſcunq; ſtatutum mandat aliquem priuari tali re, puta manu, vel Dominio, aut poſſeſſione, ſemper requiritur ſententia, alioqnin pœna priuationis locum non habebit, glo.in ver. viuere §. 1.in auth.de inceſt.nupt. collat.3.not.glo.in l.in criminali. C.de iuriſdic. omn.iudic.l.iubemus nulli.§. œconomus: C. de ſacr.ſanc.eccl.in verb.priuetur.l. ſi quis in tantā C. vn. vi. vbi ſi ſtatutum loquatur per verbum futuri temporis, tunc pęna non incurritur ipſo iure, ſed requiritur ſententia idem per verbum infinitiui temporis.l.5.§.ſtipulatio.de verb.obl. ſecus ſi verbum præteriti temporis, quia importat Canon.latæ ſententię, c.cum infirmitas, extra de pęn.& remiſſ.not.glo.in l.amiſſione. §. deficiunt.ff.de cap.dimi.tamen requiritur declaratoria, non autem condemnatoria, Bal. Ang.& Anchar.& alij citati a Fel.in c.de quarta nu.38.col. 10.de præſc.Surd. Deciſ. 26.nu.28 & 29. Itē falli ſi dicatur careat omnino tali iure, vel tali re, quia etiam ſine ſententia quis pœnam incurſus dicitur ſecundum l.prouidendum. C.de Aduoc. diuerſ.iudic. Item quando priuatiuo verbo additum eſt aliquod verbum importans Canonē latæ ſententię, vt ſi dicetur priuatus intelligatur,
699 ſtatim priuetur, vel omnimodo, aut omnibus modis, eo ipſo, ipſo iure, ipſo facto, de vi quorum verborum trad.ſcrib.in l. ſi pœnam vbi gl. ff.dep.l.l.decernimus, vbi glo.in verb.funditus. C.de ſac.ſanc.eccl.l.commiſſa.ff.de publ.& alibi per Vital. trac.clauſ.& ſtatutorum Alber. in dictionar.eo.verb.priuatio. & eſt maxima utili-
700 tas ſcire, quando ſtatim adhuc non lata ſententia quis intelligatur incurſus in pœnam: nam fructus poſt delictum & ante ſententiam ſequūtur pœnam, glo.quam admirabilem vocat Bald. in verb.in vere in auth. de inceſt.nupt. Doct.in l.ex diuerſo § 1.ff. de rei vendic. Ang.in auth.de inceſt.nupt.§.1.col.2.Fel.in c. Rodulphus ſub nume.70. ext.de reſcr. ſecus quo ad bona quæ non debentur, niſi per ſenten. Car.in elemen.conſtitutionem.§ cæterum.extr.de elect. Perεg.de iur. fiſc.lib.5.tit.1.nume.174. Surd.d. Deciſ. 26.nume.21.

Quæ ſequuntur in gratiā ſtudioſæ legum ius iuuentutis, de legum tum origine, tum præſtantia & neceſſitate ſubijcere hoc loco placuit.

Quis primus inter mortales inuenerit, inſtitueritque leges, non eadem omnium eſt opinio. Hebræi hunc Moyſen fuiſſe volunt, Athenienſes Cecropa, Argiui Phoroneum, a cuius nomine forum non minus commodè acceptum reor, quàm ob eam rem ita nominatum, quòd eò liſes controuerſiæque ferantur. Cretenſes Minoa atque Rhadamantium: Lacedæmonij Lycurgū, Aegyptij Mercurium Nili filium, cui Vulcanus ſucceſſit in regnum: Perſæ verò Zoroaſtren: nā Latini, qui in legibus ferendis iuniores extiterunt, eo cæteris hominibus in hoc doctrinæ genere mirificè omnibus præſtiterunt. Quod autem ad Moyſen attinet, huic alij legum latorem (vt Philo Iudæus eſt locupletiſſimus teſtis) alij ſactarum legum interpretem prodiderunt, claruitque eadē tempeſtate apud ſuos, qua Cecrops apud Athenienſes: Quos Cecropidas ab ipſius conditoris & legum latoris nomine, appellatos eſſe conſtat, & id quidem annis a mundi creatione tribus millibus ſexcentis quinquaginta. Et Phoroneus, qui Inacho natus, regnauit Argis ſecundus, annos circiter trecentos: Poſtea legibus Argiuos ac iudicijs muniſſe: nam Rhadamantum, ac ipſius fratrem, qui Ganimædem rapuit. Europa & Aſterio natos fuiſſe, longè his tribus poſteriores conſtat: Lycurgum verò, quas leges Lacedæmonijs tradidit, a Cretenſibus accepiſſe. At Zoroaſtres rex Bactrianorū qui primus omnium magicam illuſionem reperit, quibus fuerit temporibus, ea ratione patet, quod aduerſus eum ninus rex Aſſyriorum dimicauit, & ne ſim narrando prolixior, neminem inter legum latores inuenio, quem modo antiquitate Mercurio comparem: Hunc alijs omnibus legum latoribus quàm longiſſimè ſuperiorem reperio, ideirco Ioue Maiaque natum poetæ cecinere, quod & mentis acumine viguerit, & prudentiſſimus fuerit. Mercurium enim auditorem fuiſſe aiunt eloquentiæ, quæ ex intellectu gignitur, & prudētia: eundemque & palæſtræ, & lyræ, & præſtigiorum peritiam primum tradidiſſe. Sūt etiam qui hanc laudem legum ferendarum dent Aeaco Achillis auo, cuius filium Peleum cum Argonautis aduerſus Colchos nauigantem oſtendit Orpheus. Quam plurimos pręterea legimus, qui Cererem omnium primam extitiſſe arbitrentur ferendæ legis authorem, quod eo argumento refelli poteſt, quod Cererem fuiſſe conſtat annis ab initio mundi tribus millibus ſeptingentis octoginta. Sed qui omnem illam ſuperiorem antiquitatem legalis ſapientiæ gloria ſuperarit, Solona fuiſſe concedunt, qui antiquatis omnibus Draconis legibus, præter eas quas de cæde tuliſſet, ipſe leges Athenienſibus dedit, quas ob eam rationem axes nominauit; quoniam in ligneis axibus ſcriptæ eſſent. Et floruit quidem Solon inter ſeptem Græciæ ſapientes Olympiade quadrageſimaſeptima, vel, vt alij perhibent, quinquageſimaſexta, Piſiſtrato Athenis regnante. Huius autem vnius Philoſophi leges adeo apud omne penè hominum genus illuſtres, atque præclarę ſunt habitæ, vt ne Romanos quidem puduerit poſt exactos reges, easque leges omneis penitus ſublatas, quæ prius ab ipſo vſque Romulo latæ fuerant, Athenas mittere legatos decem, qui inclytas leges Solonis peterent, quibus Romana Reſpubl. fundaretur, his in decem eburneas tabulas præſcriptis, in vrbem que allatis, & & pro Roſtris ad apertiorem volentium perceptionē poſitis: Præterea duæ poſtea tabulæ Hermodoro Epheſio authore, in annum proximū ex publica poteſtate adiectæ ſunt: quoniam ad tantæ ciuitatis imperium pluribus legibus eſſet opus. & ita leges duodecim tabularum appellatæ. Deinde ſecutum eſt ius ciuile, legis actiones, ius Aelianū, plebiſcita, quæ poſtea lege Hortenſia, pro legibus habita, obſeruataque ſunt. Poſt hæc ius id additum eſt neceſſariò, quod Senatuſconſultum nominatus: deinceps adiecta opportunè ſunt Edicta Prætorum a quorum honore, ius eſt appellatum Honorarium, Ad poſtremū autem, principe conſtituto acceptove, illud eſt ius introductum, quod ab unius principis volūtate manans. Principale vocatū eſt. Quid enim

fin-

ſingillatim memorem, aut de Publicis, aut de Priuatorum legibus, quæ priuilegia dicuntur? Quid de conſularibus & Tribunitijs? quid de Satyra? quid de iure militari? quid de iure Quiritium? quid de conſtitutionibus? quid de prudentum Reſponſis? Nulla eſt prorſus, neque legis, neque æquitatis, neque iuris pars, quam Romani, aut legumlatores aut Iureconſulti intactã, indiſcuſſamque reliquerint. Non enim in tot Coruncanis, Brutis, Scæuolis, Paulis, Iauolenis, Pomponijs, Trebatijs, Tullijs, atque alijs propè infinitis, vnum aut Lycurgum, aut Solona inuenias. Quam enim gentem vnquam in vniuerſo terrarum orbe excelluiſſe meminerimus, quæ cum in omnis laude virtutis, tum maximè in ſplendore Iuſtitiæ cum Romanorum Imperio comparari queat? Hæc autem non natura, ſed diſciplina primum acquiritur, & ea quidem diſciplina: quam nobis legum & iuris ciuilis ſcientia ſubminiſtrat. Hæc ſanè ea eſt iuſtitia, quam ait Euripides, Heſpero atque Lucifero magis eſſe mirabilem: Hæc, inquam, vna virtus ita cunctis virtutibus antecellit, vt qui eam adeptus ſit, ſolus bonitatis cognomentum adeptus exiſtimetur. Hi legum inuenteres.

Hos itaque fructus ex hac ſylua variarũ lectionum, qualeſcunque erunt, animo gratanter accipite, ex opuſculoque æquitatis, & rigoris rectum iudicium facite iuxt. text. 7. q. 1. §. cum ergo verſic. formati, de ſent. & re iudic. vobisque ampla licentia ab authore datur addendi, & corrigendi ipſique finem faciendi, & dicendi ad laudẽ omnipotẽtis Dei, ac Glorioſiſsimę Virginis Matris Mariæ, quibus laus, honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

FINIS.

FRAGMENTORVM, QVAE A MANIBVS, AMANVENSIVM.

Ceciderant, vtilis recollectio ne pereant.

De dignitate, & authoritate, ac ſignificatione manus Regiæ.

FRAGMENTVM PRIMVM.

IN prima par. ſub num. 7. adde. Manuſque poteſtatem eccleſiaſticã ſignificat, vt quando ſacerdos impoſita manu ſuper caput penitẽtis, & confeſſi; illũ authoritate, qua fungitur, abſoluit, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen. 26. q. 7. c. Sacerdos pœnitentiam. & Concil. Carthag. 4. num. 8. vnde S. Io. Cryſoſtom. ait, propterea Rex ſubmittit ſe manui ſacerdotis, & manus impoſitio eſt multiplex. 1. q. 1. cap. 74. & ibi glo. impoſitio, ſẽpe in ſacramentis, & alijs ſpiritualibus ſubminiſtrandis, à Sacerdotibus qui Reges appellãtur; vnde dicitur Regale Sacerdotium, & Sacerdotes Chriſti cenſentur; Regum, & Principũ Patres, & magiſtri. 96. diſtin. Quis dubitet. Et dicuntur legati Chriſti. vnde illorum iniuria ad Chriſtum pertinet, Specu. in tit. de leg. §. 1. cir. princ. & S. Simeon Sacerdos magnus, in vlnas ſuas recepit Ieſum Chriſtum, quia manus ſuæ mundæ erant ab omni immunditia, & Spiritus ſanctus erat cum illo. Luc. Euang. c. 11. & re vera ſacerdotes qui eundem in ſacrificio Miſſæ præ manibus tenent, tales eſſe oportet, & reges genibus flexis adorare pedes Chriſti debent, vt Matt. ca. 11. & in reuerentiam Sacerdotum, Seraficus Franciſcus, de Aſſiſio Pater Sanctus dicere ſolebat, quod ſi obuiam Sacerdotem, & Angelum haberet, & videret, prius Sacerdotem reuerenter coleret, deinde Angelum; A manu Sacerdotij recipiuntur benedictiones, vt de S. Simeone qui benedixit Ieſum, & Mariam, & benedixit Luc. d. c. 11. & qui duabus quidem manibus amplexus eſt Ieſum diuinam, & humanam naturam in ſe habentem, & Chriſtus in manus Patris ſui, animam ſuam, recommendauit Luc. c. 22.

Sed quo ad temporalia, & poteſtas & Imperium merum, & ſummum pro manu Regia à Põpeio dicta ſunt, l. 2. in 1. §. Quo ad Magiſtratus de orig. iur. le. 1. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. & pro plena poteſtate manus Domini dicebatur, vnde ſerui, & liberi ſub manu, & poteſtate Dominorum ſunt, & à manu eorum de poteſtate exeunt, & manumittuntur, Inſtitut. de libert. & l. manumiſſiones. ff. de iuſt. & de hac infra dicam, ſub num. 283. Car. 48. lit. N. cũ ſeq. vbi liberi per emancipationem, inſtitut. quibus modis, Par. po. ſol. Serui per manumiſſionem, & talis authoritas manumittendi competit Dominis, nec non epiſcopis: nõ autem Abbatibus intellige regulariter, niſi cum authoritate Epiſcopi c. 1. extra quę fiunt à Prælat. ſin. conſenſ. cap. Epiſcopi enim habere merum Imperium, & gladij poteſtatem quam ſignificat Baculus Paſtoralis, vt per Geminia. poſt ſua. cõſ. in quodam ſermone ad clerum col. 2. poſt med. & eſt loco virgæ Moyſis, & Aronis Exod. c. 4. c. diſciplina 45. diſti. eſt Epiſcopus vnctus, vt infideles trahat ad fidem. glo. in cap. 1. §. fin. in fi. de ſacr. vnct. & fit manumiſſio per ſcripturã, vel per actum coram competẽti iudice, vel in teſtamento l. cum maritus. §. mulier. ff. de pact. dot. & dicam loc. cit.

Hinc dextera manu, & vota, & iuramenta ſolemniter fiunt, propter eorum obſeruãtiam, & ita manu forti iuramẽta facta dicuntur. c. licet. ext. de vot. & vot. redemp. & opus eſt tactu ſcripturæ cum dextera, de hoc tactu dixi p. 3. ſub nu. 53. & Mutius Romanus maluit dexterã ſuã combuſti, quàm patriam prodere, & manus manum præſtringens, eſt ſignum fidei datæ, atque vnionis, & concordię; gl. in c. fundamenta. §. tu es Petrus ſuper verſ. dexteras, de elect. in 6. no. gl. vlt. in c. 1. de ſponſ. duorum. refert Maſcar. de probar. concl. 93. nu. 24. ſed manum aut digitum latenter ſtringens mulieri, pręſumitur cauſa libidinis, & eſt punibile. ſecundum leg. Salicam. ti. 23. de manu mulier. nõ ſtring. §. Syntag. iur. com. 2. lib. 36. c. 12. nu. 16. & Iaſ. trad. trad. quot modis manus authoritatiuè accipiatur in l. à Diuo Pio. §. ſed ſi emptore nu. 1. ff. de re iud.

Manum conferre apud Iuriſconſultos dicebantur litigantes, cũ in agrum, aut in aliam rem de qua lis erat profecti præſente prætore, rem illam litigioſam manu apprehendebant, iuſq; ſuum in re præſenti vindicabant; hic dicitur expedite iudices iri in rem præſentem. Poſtea verò prorogatis Italiæ finibus, prætoribuſq; in alijs negotijs occupatis placuit, vt litigantes ſine prætore in agrum proficiſcerentur, glebamque inde in ius ad prætorem deferrent, & in eo tanquam in toto agro vindicarent, aduerſariũque ex iure manu conferta ad prætorẽ vocare.

Sed per manus regiæ iniectionẽ, poſſeſſio nõ tollitur, ſed tuetur, ac conſeruatur ei, cui de iure dum contenditur ſuper illam, competit, Fel. in c. illud colum. 11. de præſcrip. Henric. Boic. c. examinata, de iudic. Gomeſ. in Reg. Canc. de Annal. poſſeſ. q. 96.

De ijs quæ præſcribi non poſſunt.

FRAGMEN. II.

IN 1. par. ſub nume. 11. car. 6. adde, libero arbitrio nequaquam præſcribi, ait glo. in l. vnica. C. de Annal. except. nec præſcribitur iuri reuerentiali. Gomeſ. §. Pœnales. Inſtit. de act. nec iuri declarandi voluntatem, niſi mille annis, Rebuff. in l. quod iuſſit, num. 67. de reg. iur. Porc. concluſ. 37. libr. 3. & hic in materia beneplaciti quantum duret vi. infra in ea parte iſta nu. 245. in fi. nu. 247. p. 2. nu. 31. par. 4.

Qui munere iudicaturæ criminalis fungi non poſſunt.

FRAGMEN. III.

IN 1. par. ſub nu. 42. car. 9. inter alios qui ſunt incapaces iudicandi, videlicet ſunt excõmunicati, mente capti, Surdi, Muti, Cęci, Minores 18. ann. furioſi, & ſimiles. ij enim ipſo iure repelluntur à munere iudicandi, quod regulariter intelligendum eſt, quoniam iudicare eſt æquũ ab iniquo ſeparare, l. 1. ff. de iuſt. & iur. quod non poteſt facere iudicio carens. oportet enim videre, quo colore, qua trepidatione reus, aut teſtis reſpondeat, & ſimiliter audire, ideirco cõuenit primo iudicãtem habere organa bene diſpoſita ad audiendum, loquendum, & videndum, intelligendum, & reminiſcendũ: ſecundo oportet quod nedum reſpectu ſenſuum, ſed perſonæ, ſit habilis iudex, & non prohibitus, vt de excõmunicatis, & Iudæis, ac huiuſmodi de quib. omnibus penes Vant. de nullit. ex defec. iuriſd. ſub nu. 132. cum plur. ſeq. car. 106.

De Iudæis & qualiter ſint tolerandi, vel non.

FRAGMEN. IV.

IN 1. par. ſub nu. 44. car. 9. in conuertendo tolerantur Iudæi, & hac intentione cũ eis conuerſari licet c. de Iudęis 45. diſt. c. ad fidẽ. 23. q. 5. Alphonſ. Aluarez. de Pot. Ro. Pontific. & c. 32. ſub nu. 16. verſ. concedimus, eſt tex. in c. ſæpè 27. q. 1. l. quicunq;. C. de Iudæ. Farinac. de car. & carce. q. 19. nu. 48. alioquin conuerſari cũ infidelibus, auxiliare eis, vel cum eis commerciũ habere directè, vel per indirectum non licet, ut latè dicã infr. Fragm. 25. & in ciuitatibus, vbi ſunt tolerati, loco ciuium ſæpè Iudæi habẽtur, vt per Men. de arb. iud. caſ. 490. nu. 12. D. Caball. caſ. 4. nu. 1. ideò qui eos offendit tanquam ſub ſaluo conductu offendit eos, vt per eundem Menoch. caſ. 336. nu. 4. & ſecundum leges, & ſtatuta loci in quo Iudæi habitãt paſſiuè, in ciuilibus, & criminalibus, Alex. conſ. 99. viſa inquiſitione vol. 6. & ſum. Deciſ. 123. & ſtatutum de offendente ciuem comprehendit quoque Iudæum Bal. in l. 3. §. hæc verba, de neg. geſt. plures accumulat Decia. Tom. 2. delict. lib. 5. tit. de delict. Chriſtia. cõtra Iudæos c. 14. nu. 9. & c. 16. in princ. vbi cõtra occidentes Iudæos eſt tex. in c. 5. clericus qui pagan. numer. 50. diſtinct. leg. nullus nunquam. C. de Iudæ. leg. Chriſtianis. Cod. de Pagan.

FRAGMEN. V.

IN 1. par. ſub nu. 49. ver. 2. propter appellationẽ car. 10. ſcias quod etiam de iure cõmuni appellari non licet in cauſis criminalib. quando ſcilicet agitur de quibuſdam delictis, puta de homicidio, veneficio, adulterio, & de maleficio quod vim publicam ſapiat, raptus falſæ monetę, & ſimilium, vt l. 1. C. de rapt. virg. l. 1. C. de falſ. monet. l. 2. C. quor. appellat non recip. Doc. cõmu. ibi, & ita per Bonacoſſ. com. op. tom. 4. ti. de iudic. c. 21. in 1. vbi ampliat, & limitat, & vi. in 4. par. ſub nu. 307. lit. E. & appellatio vnius tam in ciuilibus, quam in criminalibus etiam correis prodeſt Auguſt. ad Ang. de malefac. in uerb. præſente Caio, nu. 33. Clar. q. 94. verſ. quęro nunquid & à quorum ſententijs non licet appellari dixi in 5. par. ſub nu. 250. per tot.

Statutum criminale quale ſit, et quale ſit ſtatutum ciuile.

FRAGMEN. VI.

IN ea 1. par. ſub d. nu. 49. verſ. Quarto propter modum, car. 10. Nota quod ſi ſtatutũ criminale eſt poſitum in volumine ſtatutorũ ciuilium, illud ſtatutum dicitur ciuile, ſi verò ciuile eſt poſitum in volu. ſtatutorum criminaliũ, dicitur criminale, tenet Cæpol. conſ. 12. nu. 1. Ceph. conſi. 168. nu. 69. vol. 2. An autẽ ſtatutũ loquens de cauſis ciuilibus habeat locũ in criminalibus, vel econtra, et quid in mixtis trad. Doc. in l. cum mulier. ff. ſol. mat. Euerar. latè in ſua Centur. in arg. à ciuilibus ad criminalia. loc. 77. & plura adducit Aſin. in ſua pract. §. 1. c. 4. per tot.

Procurator in criminalibus quando admittitur & quando non.

FRAGMEN. VII.

IN ea 1. par. & d. num. 49. car. 10. verſ. ſeptimò Procurator in criminalibus nõ admittitur, nec etiam ad petẽdam reſtitutionem in integrum aduerſus ſententiam in cauſa capitali latã, Hip. ſing. 221. nu. 1. per tex. l. pen. §. publici, de public. iudic. tamẽ Procurator quoque in criminalib. admittitur etiam quod cauſa ſit capitalis, exceptis ijs tribus caſibus (de iure commu. circũſcriptis ſtatutis) videlicet quando lis cũ procuratore non conteſtetur, nec quando de tortura inquiſiti agatur, nec quando ſententia eſt ferenda contra principalem inquiſitum, D. Menoc. de arbit. iud. q. 80. nu. 64. Mago. Rot. Luc. Deciſ. 94.

At Iaſ. in l. Gallus. §. forſitan ſub nu. 9. ff. de liber. & poſth. in hoc articulo quãdo Procurator interuenire poſſit vel non etiam in ciuilibus de mente Bar. in l. omnes. C. de ijs quæ venia. ætat. impetr. diſtinguendo ſic ait, quod actus aliquando requirit pręſentiam perſonę principalis ad cognitionẽ cauſæ, vt de minore, quando veniã ætatis vult impetrare, & oportet præſentiã ſuã videre iux. l. minor. 25. annis ex aſpectu. ff. de minor. Aliquando requiritur præſentia perſonæ non ad co-

ad cognitionem cauſæ ſed ad illius executionem, vt ait, in criminalibus in quibus ingeritur pœna corporalis, & tunc opus eſt præſentia rei, vt in eius perſona fiat executio. l.penul. §.ad crimen.ff. de pub.iudic.vt in d.verſi.ſeptimo. ſed Iaſ.parcat mihi (quia ni fallor) melius dicere potuiſſet tradendo inſtantiam quando eſt electa induſtria perſonæ, ad aliquid exequẽdum, quia per procuratorem,nec per ſubſtitutum reſpectiuè, ſeruire poteſt. vt dicam in hac prima par.nume.269. & in 2.par. nu.263. & in 3.par.nume.73. vnde poſt hoc diſtinctio Iaſon loco cit.bene quadrat, ſi diſtinguiſſet rurſum, aliqnando opus eſt pręſentia,ad cognitionem, & ad executionem, vt in cauſis criminalibus in quibus omnino eſt opus præſentia rei,vt interrogari poſſit dum cauſa cognoſcitur,& intueri iudice,quo vultu quo colore,qua trepidatione reſpondeat, vt ſupra Frag. 3. & vt torqueri poſſit vbi expedit, ad eruendam veritatem ſecundum ea quæ latè dixi in 3. par.quæ adhiberi poteſt nedũ vbi agitur de pœna corporali,ſed etiã vbi veniret pœna pecuniaria, ſecundum diſtin. quam adduxi ibi.ſub nu.165.& num.260.lit.A. Sed Iaſ.in d.§ forſan.ſequitur dicens.Aliquando non requiritur præſentia perſonæ principalis nec ad cognitionem nec ad executionem,vt in caſu legitimationis, & huiuſmodi, & tunc ſtante impedimento poteſt actus fieri in abſentia perſonæ,& ſic per procuratorem & vi. etiã infra ſub nu....lit.T.car, 49.

Hic cadebat materia quæ fuit trãſpoſita ſub Fragm.14.in fi.& ideò recurre ibi.

Incidens criminali quando retardat iudicium ciuile, et coram quo ſit cognoſcendum.

FRAGMEN. VIII.

IN 1.par.ſub nu.52.verſ.Præterea car. 11.Adde,id Lancellot.tract.2.de Prætor.in titu.de falſarijs ſub nu.34.vbi declarat quod tũc cognitio ſuper incidenti criminali faciat ſuſpendere cauſam ciuilem,ſi accuſatio falſi ſimul contra principalem, & teſtem ab eo productum inſtituatur, ſecus ſi contra teſtem tantum de per ſe,vt per Bal.in l.fi.in fi.C.de fid. inſtrum. Et in hoc propoſito ſcias quod teſtis qui coram vno iudice falſum depoſuit, poteſt accuſari nedum coram eodem iudice, verum etiam coram alio iudice,vt per Boſſ.in tit.de falſ.ſub num.107.& ipſo tetigi in prac.de teſt.p.3.n.60. & per Roll. à vall.conſi.12.nu.12.vol.2.qui reſpondet omnibus contrarijs & ità tenet Afflict.Deciſi.219. licet erranter allegatus à Rol. d. conſil. 12.ſub nu.21.non ſic à D.Farinac.de teſt. q.67. nu.31. qui omnes cõcordat etiam tenet quod vterq; iudex poſſit cognoſcere, & vtriuſque ſententiã tenere,& ipſe miratus ſum de Doctore nõ modicè extimationis, qui declarauit dictum Boſſ. ſequacium locum habere,quo ad punitionem, non autem quo ad cognitionem, immemor reg.quod qui vult conſequens, videtur & velle omne antecedens ei neceſſarium,de qua in leg. illud.ff.de acquir.hæred.leg. apud antiquos.C. de furt.& Florentiæ practicatur quod teſtes de falſo arguuntur coram DD.octo de Balia, & ſi examen factum ſit coram Rotta,vel alijs Magiſtratibus talem authoritatem non habentibus in criminalibus, verum quando examen teſtiũ committitur per literas in ſubſidium alicui iudici coram quo falſum teſtis dicit,cognitio falſi ſpectat ad iudicem committentẽ examen per ea quæ trad.Cano.in cap.1.de cri.falſ.& veriorem hanc eſſe opinionem dicit Papienſ. in for. iurament.teſt.glo.falſitate cir.fi.Farinac.d.tracta.de teſt.quæſt.67.nu.33.vbi tenet quod tam à iudice committente examen, quàm à iudice cui commiſſum fuit procedi poſſit, intellige,niſi iudex qui commiſſit, examen remittat, vel iudex cui commiſſit remittat ad committentem. & iudex coram quo depoſuit imprudens eſſet remittere teſtem, & deinde velle procedere. Poteſtque teſtes falſus accuſari de falſo à quolibet de populo Lancellot.d.tractat.de prætor. eo.titu. de falſar.nu.36.& ante nu.34.vbi trad. 12.ſpecialia in hoc crimine falſi.

De peccato, & delicto, ac de earum differentijs.

FRAGMEN. IX.

IN 1.par.ſub nu.55.col.2.ver. Præterea delictum.car.12.Nota quod eſt differẽtia inter delictum,& peccatum,vt optimè diſtinguit Diuus Aug.ſuper Leuitic. quæſt.20. ſic dicens. Fortaſſis peccatum eſt perpetratio mali delictum autem deſertio boni, vt quemadmodum in laudabili vita, aliud eſt declinare à malo, aliud facere bonum,vt Prophet.nos ad moner, cum dicit declina à malo, & fac bonum, ita in damnabili aliud ſit declinare à bono,aliud facere malũ,& illud delictum;hoc peccatum ſit:nã & ipſum vocabulum ſi diſcutiatur quid aliud ſonat delictum,niſi derelictũ,& qui delinquit, quid delinquit niſi bonum? Poteſt etiam dari alia differentia videlicet, quod delictũ ſit quod ignoranter,& imprudenter cõmittitur, & huic differentiæ conſonant iſtæ ſcripturæ: Delicta quis intelligit.Pſal.18.Et quoniam tu ſciſti imprudentiam meã:De peccato dicit Iacob.ſcienti bonum & non facienti peccatum eſt illi. Poteſt etiam dici delictum negligẽtia in bene operando,vnde in latina lingua, quid aliud negligitur,niſi qui non legitur, ideſt non eligitur? vnde legere,à legẽdo, ideſt ab eligendo, hijs quodammodo veſtigijs colligitur, quod ille delinquit,qui bonum derelinquit, & relinquendo à bono cadit,quia negligit, ideſt non legit, ideſt non eligit, Hæc ille. Sanctus. poteſt etiam dici delictum,quaſi delectum. Vnde Virg.2.Aeneide Verſ.

„ *Per noctem obſcurus in vlua delitui,*

Et apud Plin.lib.35.cap.2.verſ.

„ *Non placent ſpatia montis cubiculo delitentia.*

De aſſaſsinio. & quid in clerico.

FRAGMEN. X.

IN 1.p.ſub nu.79.car.15. Cõtra aſſaſſinos facto proceditur,ordine iuris nõ ſeruato, attẽditur factũ, & nõ probatio,licèt legitima, & in

tali crimine iudex laicus fortè contra clericum aſſaſſinum poſſet procedere. ſecundum Marſ. in l. vnica. nume. 107. C. de rapt. Virg. quod ipſe intelligerem in ſubſidium, vel niſi eſſet per prius irregularis. vi. nume. 196. part. 4. & nume. 125. & 131. parte 2. pariter, & incorrigibilis. ca. cum non ab homine. de iudic. & qui cum aſſaſſinis contrahunt ſunt excommunicati. cap. 1. de homic. in 6.

De adulatoribus, & ſuſpectoſis.

FRAGMEN. XI.

IN prima par. ſub nume. 80. car. 15. contra fictos, & adulatores aliud incorde, aliud in ore habentes, inuehit gloſſ. in §. ſed hæc ſolemnia. inſtitut. de verborum obligationib. & in eccleſ. dicitur væ duplici corde. & vi. in 5. par. car. 218. in fin. pulchrè Barto. extrauag. ad repri. in verb. rebellis. verſi. item Nat. ij ſuſpicant, vbi non debent, & fidunt de quibus non eſt fidendum, de ijs Terent. in Gnato. & Senec. lib. 4. natural. qq. in prin. lib. quarto Epiſt. Epiſtol. 31. Martial. libr. 12. capit. 81. ſunt ideo iſti adulatores meritò ſuſpecti, cordatis hominibu, neque credunt iſtis collaudatoribus, qui omnes ex quibus ſe ſementem facere arbitrantur, laudant temere promittunt multa, parum ſtringitur, & apud Euripidē clytemneſtra ait, probi viri cum laudantur, quodammodo ſolent odiſſe laudantes, ſi immoderatius laudauerint. Sed Reuerender D. Proſper Farinac. dum Romæ prima vice locutus cum eo fuiſſem, de eius magna legali ſcientia, & praxi ipſæ admirari dixi, qui mihi reſpondit Summus Romæ, ego replicauit, ſed ipſe nupertimè de Florentia diſceſſi.

De Flagitijs, & facinoribus.

FRAGMEN. XI.

IN 1. par. ſub nume. 84. lit. B. verſi. Flagitium. car. 16. De flagitijs Diuus Aug. loquutus eſt ſic, in 3. lib. confeſſ. cap. 8. & 9. Flagitia quæ ſunt contra naturam vbique, & ab omnibus ſunt fugienda, deteſtanda, & punienda, qualia Sodomitarum fuerunt, per hæc enim flagitia violatur ipſa ſocietas, quæ cum Deo nobis eſſe debet, cum eadem natura, cuius ille auctor eſt, libidinis peruerſitate polluitur, ſunt verò quædam flagiria, quæ tantum ſunt contra mores hominum alicuius ciuitatis, & Regni, & hæc vitāda ſunt ab incolis illius ciuitatis, vel Regni, etiam ſi ſint peregrini, quia non licet violare mores illius loci dum ibi habitant: quia dum ibi habitant ſunt pars illius loci, & turpis eſſet omnis pars quæ non congrueret ſuo vniuerſo. Si vero Deus iuberet contra morem illius loci, non eſſet vitium operari contra illum morem, immo flagitium eſſet operari contra id quod à Deo iuſſum eſſet, quia magis obediendum eſt Deo quàm hominibus, generale quippè pactum eſt ſocietatis humanæ obedire Regibus ſuis, ſi quid iubent, quanto magis Deo regnatori vniuerſæ creaturæ ſuæ, ad ea quæ iuſſerit ſine dubitatione ſeruiendum eſt, ſed inter flagitia, & facinora, & tam multas iniquitates, ſunt peccata proficientium, qui à bene iudicantibus, & vituperantur ex regula perfectionis, & laudātur ſpe fructus, ſicut herba ſegetis, hæc recolecta ex S. Aug. per Iacob. Trib. Cano. Lateranen. ad milleloq. & à Flagitijs nos pœnam flagellorum dicimus eſſe, cum quis & virgis, & flagris, vel maſtigæ, vel corrigijs coriaceis ceditur; pœna acerbior Forenſis, quam fuſtigatio. & accurſius maiorem pęnam arbitratur flagellorum, quam fuſtium. in l. veluti. de pœn. de ijs multa in ſyntag. iur. lib. 31. c. 11. per tot.

De quibuſdam omiſsionibus Manuenſium ad primam p. nu. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96.

FRAGMEN. XIII.

IN prima part. ſub nume. 89. car. 17. In curia Manuenſium omiſſi fuere numero ſex materiarum, quæ Maritur prima, & Marpurgi ſecunda vice typis edita ſunt, cur hoc factum ſit, Deus ſit, Nunc ſub hoc fragmento 13. traduntur, quia fragmenta huiuſmodi non ſunt ſpernenda, ſed recolligenda, ne pereant. Secundum hanc Venetia. impreſſionem numerabò ordinem ſequendo opinionem meam
90 iam decem annis palam à me ſcriptam. Quarè principaliter cauendum eſt, tanquam ab igne, ne facultas Bracchij Regij à laicis concedatur, directe, neque per indirectum contra perſonas, & res Eccleſiaſticas, à quibus laici omnino abſtinere debent, alioquin indignationem omnipotentis Dei incurrent, & in excommunicationem, tàm in procedendo, quàm in iudicando, vbi poteſtas, ſiue ordinaria, ſiue delegata, non ſit conceſſa à Sacro Cano. Pontific. & concilijs receptis ab eccleſia, vel à Dominis Eccleſiaſticis, authoritatem habentibus, vt ſunt tex. in cap. decernimus, vbi Abb. de iudic. cap. cum laicus, de reb. Euer. Nonalien. & in capitu. cum contingat de arbit. capitu. eccleſia. de conſtitut. &c. bene quidem. 96. diſtinct. dixi ſupra de tex. in tertia parte ſub numero trigeſimoſeptimo, & vi omnino Felicia. in ſuo tractat. de cenſur. &c. titu. de communicat. cap. decimoquarto verſic. Item excommunicauimus, & Franc. Ponzimb. Plac. in ſuo tract. de lamijs. ſub nume. tertio, verſic. & ideo, dicit ipſe quod nec Papa in temporalibus, addo niſi ex cauſa debet ſe ingerere ſecundum Archid. in capitu. per principalem quæſt. tertia Caſtrenſ. in l. digna vox de leg. Nec Imperator in ſpiritualibus ſe immiſcere debet, text. in authen. quomo. oppoſ. epiſcop. in princ. vbi glo. in verſic. conferens. cap. cauſamque quæ ſint legit. Euerar. in ſuo centur. loc. à plenitudine poteſtatis. verſicu. 3. ibi volo te ſcire, & Mar. Alphonſ. Hiſp. tract. quod appellatur candelabrum circa explanatione Bullæ in Cęna
91 Domini c. 19. verſi. no. ſeptimo nu. 125. Qui in duobus caſibus videtur velle iudicem ſecularem ſine metu cenſuræ informationes ſumere poſſe in cauſa capitali clerici, ab illis qui aliàs eſſent receſſuri, quas poſtea mitteret ad

iudicem

iudicem eccleſiaſticum, vel ſequeſter poſſet bo-
na ipſius clerici, vt illa daret iudici eccleſiaſti-
co, aut prælato, ne fugitiuus ſecum ferat, pul-
chrè Caualcan. Deciſ.3.num.26.& 33.p.prima.
Item quando laicus videt clericum ad alterius
offenſam paratum abſente ſuo prælato: nam po
teſt eum ligare in ſubſidium, vt refert Luc. de
Pen.in l. videmus. nume.3. C. de naui. non ex-
cu. vbi etiam quoad bona num.2. plura dicit,
& de hac materia quando iudex eccleſiaſticus
poſſit punire laicum ob delictum in eccleſia cō-
miſſum, vel contra eccleſiaſticam perſonam,
procedere, vi. latè per Decia.c.9.lib.4.tom.1.tit.
de cler. & c. vbi etiam quando iudex poſſit pu-
nire laicum, & clericum ſimul, ſed de hoc & de
præuentione in 4 par.nu.249.cum plut.ſequent.
92 † Regulariter autem de delictis in eccleſia com
miſſis à laico, judex laicus cognoſcere poteſt.
Bar.in l,ſi cui. §.fin.ff. de accuſat. Abb.in c.inter
alia. & ibi etiam Fely. & cæteri. de immu. eccl.
Gomes. varia.reſol.tit. quand. reus gaudeat im-
mun.eccleſ.ſub nume.2.verſi. adde.cum ibi per
eum adduct. & intellige, vt infra ſub nume. 90.
cum ſeq.& ad prædicta vi. Boſſ.tit. de for. com-
pet.per tot.Clar.§ fi.q.33.37.38. & 57. & alios
adduct. à Baiar.in addit. ad Clar.in dictis locis.
& Decia.d.cap.9.lib.4. nu.36.

93 Sed quid ſi ſeruiant alicui Principi, dic quod
ratione officij, & ex cauſa officium reſpiciente
poſſunt puniri à iudice quem Princeps deputa-
bit, ita per D. Petr. Caball. caſ.crim.64.& quan
do caſus occurrit de equitibus quibus prohibi-
tum eſt vxorari eſt cenſendum ſicut de clericis,
& qui timent Deum cautè in ijs procedunt ob
metum cenſurarum, De Pinzocris autem ſcri-
ptis in regula habitum portantibus Sancti Fran-
ciſci ſunt vidēda eorum priuilegia, & dictæ reli-
gionis Seraphicæ, vbi triplicem differentiam hu
ius tertij ordinis conſtituunt, & prædicti etiam
Beccheti appellantur à Bal. in l.officiales. C. de
epiſc. & cler. Soc.cap.2. de for. compet. & trad.
Decia. vbi ſupra d.c.9.nu.34.

Et ſi quis equitum eſſet Religionis Sancti Ste
phani, aut Sancti Lazari ſimul eques, & cleri-
cus, debet adiri iudex Eccleſiaſticus, quia maior
eſt dignitas clericatus, Cyn. & Pau. Caſt. in l.3.
C.de ſumm.trin.& fid. cath. nam maius dignū
trahit ad ſe minus dignum, §.fin. inſtitu. de iur.
nat.gent.& ciuil. at de priuilegio æquitum Al-
cantaræ in materia iuriſdictionis vi. pulcham
Deciſ. D.Borgn. Caualca. Deciſ.33. par.2. Et in
94 materia clericorum, quamuis quis deferat habi
tum, & primam tonſuram, non gaudet priuile-
gio fori, *perche l'habito non fa il monaco*. intel-
lige ſanè, niſi etiam inſeruiat alicui diuino ſerui
tio ab eius ordinario ei iniuncto, puta ſeruiendo
alicui ſeminario, hoſpitali, monaſterio, aut ec-
cleſiæ, vel alij loco Pio, vel quod doceat gram-
maticam, aut muſicam, cum licentia ſui ſuperio
ris eccleſiaſtici iux. Concil. Trid. 23. ſeſſ.cap.6.
alioquin quo ad bona clerici aſſerti, videtur poſ
ſe vti laicus conueniri non autem quo ad perſo-
nam, ſcriptum eſt enim Pſalm.104. nolite tange
re Chriſtos meos, veruntamen me remitto ſa-
cris conſtitu.vi. Maſcard.de probat.conclu.302.
nume. 14. Farinac. de Inquiſit. nume.3. quæſt.
8.cum ſequen. Caualcan. Deciſ.11. in 4. part. &
quid in Regno ſeruetur circa hoc trad. Carauit.
Rit.235.nu.21.& clericus de delicto ante clerica
tum commiſſo, debet nihilominus puniri à iudi
95 ce eccleſiaſtico. vt in 3.par.dicam.& not. aliud
eſſe diſputare ſuper quæſtione iuris, aliud ſupe
quæſtione facti, quia differunt etiam ratione fo
ri, & ſuper immunitate eccleſiaſtica cognitio
ſemper ſpectat ad iudicē Eccleſiaſticum, & hæc
eſt omnium com.opi.& ita practicatur. Borgn.
Caualcan. alios allegans. Deciſ.2. & in reper.in
verb. Iudex eccleſiaſticus.ſol.1022.par.1.& in 5.
parr. Deciſ.10. Nihilominus ſi dum diſputatur
quis captus ſit, & exiſtat in carceribus laici, ibi
ſtare poterit donec per iudicem eccleſiaſticum
dubium decidatur. Farinac.q.crim.19. lib. 1.q.8.
nu.34.cum ſeq. Sigiſmun. Seac. de iudic.cap.11.
lib.1.nu.88. At quando diſputatio eſſet ſuper me
ro facto, videlicet nūquid captus ſit ordinis San-
cti Franciſci, vel alterius regulæ, & ſi ſit ſcriptus
in ea, vel habitum regulæ ferat, aut ſi defert ton-
ſuram nunquid faciat ea de quibus ſupra nume.
94.& ſolum diſputetur ſuper priuilegio habitus,
vel tonſuræ in ijs, quæ conſiſtunt in facto, vel an
captus fuerit in loco ſacro, vel non: tunc inter iu
dicem laicum & eccleſiaſticum, videtur eſſe lo-
cus præuentioni, quia non tractatur de qualita-
te ſubſtantiali delicti, nec de eius circunſtantijs,
nec de interpretatione iuris, nec reuocantur in
dubio priuilegia, & immunitates clericorum, ab
ſit, ſed agitur de quæſtione facti meri, & nudi, fa
cit Dominic.in cap.2.de foro compet. quem in
propoſ.adducit Decia.d.cap.9.lib.4. nu. 100.&
112.cap.10.nume.6.in fin.cap.12.num.5.& ſe-
qu.tom.1. idem in tit.de cler.& relig.cap.9. nu.
95. Guid. Papæ Deciſ.138.& conſi.110. vbi plu-
ries ita iudicatum fuiſſe teſtatur, & ita practica-
ri ait, & facit Bar. in l.quoties, & ibi Iaſ.nume.6.
C. de iudic. Menoch. de recup. poſſ. remed. 15.
nume.212. & in omnem caſum hic eſt viden-
da Bulla Sixti IIII. 1487. in materia iuriſdi-
ctionis.

96 Nunquid autem hoſpitalia, & cętera loca pia
ſint ſub iuriſdictione eccleſiaſtica, vel tempora-
li, trad. idem Caualca. Deciſ.28.num.45.par.pri-
ma, vbi dicit locum eſſe præuentioni, trad. Iaſ.
in l.plerique num.16.de in ius voc. Benint. De-
ciſ.13. Farinac. quæſt.28.num.35. & ſeq. de Car
* cerat.& carcerat. vbi loquitur etiam de Palatio
Ealatio Epiſcopi, & de cymiterio, ac illius cir-
cuitu. & vt.glo.in l.3.de verb.ſign. Ang. de ma-
lefi.in verb. ſcalis.& Gomes.var.reſol.tit. de de-
lict.ca.10. qui ponit multos caſus eorum qui gau
dent, vel non immu.eccleſ.

De alijs omiſſis in prima parte nume. 99.

FRAGMEN. XIV.

IN prima parte ſub nume.93.iux. primā im-
preſſionem. car.153.& in hac poſtrema nu.
98. omiſſa fuere hæc infraſcripta. ante ver-
ſi. ſed quando. num.99. hæc, inquam, præcede-
99 re debebant, † ſed debent prælati Eccleſiarum
requiri antequam huiuſmodi delinquentes ex-
trahantur ab eccleſia, & debet etiam interueni-
re aliqua perſona eccleſiaſtica, ſeu nomine præla
ti, qui ſi recuſauerint tradere eos curiæ ſæcula-
ri, vel nolle quod extrahātur in ſupradictis caſibus,
aut nolle īteruenire, tūc à curia ſæculari poterūt
delinquētes, de quib. Bulla loquitur, in eccleſia
capi, qui ſtatim tradēdi ſunt curiæ eccleſiaſticæ,

donec per iudicem eccleſiaſticum cognoſcatur, an captus ſit incurſus in aliquod ex prædictis delictis, pro quibus excluſus ſit immunitate eccleſiaſtica, & de hac te per Caualca. qui per annos 14. practicauit in curia eccleſiaſtica Ticinenſi vti Vicarius generalis continuè de iuriſdictione tàm laicali, quàm eccleſiaſtica contendentibus laicis cum eccleſiaſticis in ſuis Deciſ. prællegat. & in repet. primæ par. in ver. iudex eccleſiaſticus, & non ſæcularis. fol. 1022. Coram quo per ęs, & libram ab vtraque parte ſæpiſſimè ventilata fuit iuriſdictionis cauſa, & de immunitate eccl. trad. Remig. in ſuo tract. per tot. Quam ob rem ipſe omnibus iudicibus conſulerem, quantumcunque liberum & latum arbitrium habentibus, vt à periculo excommunicationis caueát, quia excommunicatio ſiue iuſta ſiue iniuſta ſemper eſt timenda 11. q. 3. cap. 1. & c. epiſcopus in fi. Cæpol. conſi. 18. in ciuil. car. 18. & quot modis dicatur talis ſententia iniuſta vel iuſta habes per glo. in d. cap. 1. ver. ſed ponatur, & S. Gregor. Homil. 26. & vt omnino Abb. in c. nouit. nom. 12. ver. nec obſtat. de iudic. vbi quę ſunt Cæſaris Cęſari, & quæ ſunt Dei Deo, vi. etiam Marani. Diſpur. 8. nu. 17. & Lap. allegat. 92. no. 1. & 2. Damaſc. reg. cano. 87. maneat ergo quiſquis intra limites ſuæ iuriſdictionis, ne detur occaſio Principibus deueniendi ad arma: nam ita Dei conuertetur demum contra ipſos. Hæc itaque recolligere volui, ne in hac poſtrema impreſſione viderer me retractaſſe ab eo quod ſcripſi, & bis iam typis editum fuit & nunc omiſſum incuria manuenſium.

An cauſæ ciuilis, & criminalis ſimul intentari valeant.

IN d. 1. par. car. 11. ſub nu. 51. in fi. omiſſa fuere infraſcripta. Quod ſi in libello actum fuerit ad pœnam ob delictum, & ad reſtitutionem rei, vt in furto, iux. op. Clar. §. fi. q. 1. ver. ego autē, & plura adducit Tiraq. tract. res inter alios act. ſub num. 14. tunc attendenda eſt cauſa criminalis, ſi vtrunque principaliter fuerit intentatū coram iudice criminali: ſi autem coram iudice ciuili, tunc attenditur cauſa ciuilis, vt iudicium eluſorium non reddatur. Spec. in ti. de interrog. qua. ſi. ante lit. cont. §. 2. ver. pone ergo & cauſa expediri poteſt quo ad illud caput ad quod iuriſdictio ſe extendit, l. non idcirco. ff. de iudic. & facit text. in l. ait prætor, §. permittitur, ubi Bar. ff. de minor. Nec dici poteſt quod continentia cauſæ diuiduntur, ex quo diuidi non debent, l. nullum. C. de iudic. & per ea quæ dicam circa continentiam cauſæ in 5. part. & in 6. num. 232. quia illud procedit quando vnus iudex poteſt iudicare ſuper vtroque, vt in prætoribus ſtatu Mediolani, & in rectoribus ſtatus Florentini: nec poſſet hoc iudicium impediri eo ſub prætextu quod cumulatio actionis ciuilis & criminalis ęquè principaliter intentatę reddat iudicium nullum ad trad. per Doct. in l. 1. C. quan. cri. act. ciuil. præiud. per Lancell. de attenta. 2. p. c. 4. limit. 23. & Boſſ. de plur. violen. nu. 113. & Nat. conſi. 407. volum. 2. Plot. quem Baiar. alleg. ad Clar. d. qu. 1. Mago. Rot. Luc. Deciſ. 91. vbi num. 7. ait, quod conſtito de delicto, & de confeſſione rei, tūc iudex poteſt condemnare principaliter ad pœnam, & incidēter ad rei reſtitutionem, Tiraq. d. tract. Res inter alios act. nu. 14. ſecus in contumacia, vel ſi per teſtes, & non per verā confeſſionē cōdēnaret, quāuis talis diſtinctio in practica nō eſt paſſim recepta. ſed in ſeparatis vtile per utile non vitiatur, l. Pędius. ff. de arbitris, de hac reg. dicam in 3. p. nu. 304. & in 6. par. præſertim ſtātibus quibuſdam alijs clauſulis præſeruatiuis, quæ in libellis apponi ſolent de quibus in 5. par. in for. libell. pertinen tot. & iudex ciuilis incidēter de criminali, & criminalis incidenter de ciuili cognoſcere poſſunt, vt iam dictum eſt. Et iudex laicus poteſt de uſura incidenter, vt per viam exceptionis cognoſcere, Clar. d. §. vſura. & Tiraq. d. tract. res inter alios act. nu. 16. & 17. qui limitat locum habere in iudice ordinario, ſecus in delegato, qui ad vnguem tenetur ſeruare limites delegationis. c. cum dilecta, ext. de reſcript. alioquin qui grauius penſat, grauius partes aggrauat, & fiunt de lite lites, & conteritur tempus circa incompetentias: prætetea dum cauſa ciuilis, & criminalis incidenter tractatur, vna cauſa facit ceſſare alteram non in totum ſed ſilet, maximè quando vna ſentētia pręiudicaret alteri ſecundum Put. Deciſ. 99. vt alias dixi. Et ſcias etiā quod ſi in ſententia non ſit facta aliqua condemnatio ad pœnam propter delictum debitum, ſed iudex criminalis ordinauit ne quis moleſtetur, & quod res reſtituatur, hoc iudicium dicitur ciuile, quamuis criminaliter intentatum, Boſſ. in titu. de appellat. num. 14. qui ſe remittit ad Felyn. in c. dilectus il 2. col. 5. de reſcrip. quod ſi verum eſſet iudex criminalis nulliter iudicaret, & ab eo appellari poſſet, quamuis appellatio à ſententia criminali eſſet prohibita per ea quæ ſupra dixi; & de iudice ſupremo non eſt dubitandum, alij verò non poſſunt talia facere, vt explicat alium caſum Boſſ. dict. titu. de plut. violent. ſub nu. 113. quæ nota.

De clerico poſſidente feudum laicale, quod ſecundum iura laicalia iudicari debent ſubditi.

FRAGMEN. XV.

IN 1. par. ſub nu. 99. in fi. car. 17. Adde. in propoſito not. quod quando feudum eſt ſub Domino laicali, & clericalis poſſidet illud, etiam quod vaſalli ſint clerici, tamen iuriſdictio dicitur laicalis. cap. cæterum. & ibi Abb. de iudic. cap. Imperialem. de prohib. feu. alienat. per Federic. Alphonſ. Aluarez. de poteſta. Romano. Pontific. &c. cap. 36. ſub num. 8. vi. Clar. §. feudum. q. 78. per tot. & plura per Afflict. de feud. titu. de capit. Corrad. nu. 27. cum ſeq. & tot. tit. de ijs qui feu. dar. poſſ. ſed attenditur inueſtitura. Iacob. de Leonar. conſi. 114. nu. 135. & num. 432. & quo ad ſeruitia perſonalia non procederet: nam ſeruitium feudi præſtatur ſecundum qualitatem debentis, & loci, vt per D. Leonar. de Leonar. 117. nume. 205. & 207. vol. 5. niſi in inueſtitura conceſſum ſit, quod poſſit ſeruire per ſubſtitutum, ſecundum Alber. Brun. conſi. 16. nu. 5. tamen pro defenſione patriæ, per ſe ipſum ſeruire poterit. vt per Iacob. de Leonar. conſi. 117. nu. 14. & tenentur etiam clerici ad cuſtodiam ciuitatis, cum rex inuaditur, aut ineſt ſubitus timor. vt in d. conſi. num. 15.

Digitized by Google

De componentibus, vel legentibus, aut penes ſe tenentibus ſcripturam infamatoriam, & non lacerantibus.

FRAGMEN. XVI.

IN 1. par. ſub nu. 112. car. 19. Adde. Et ſtatuta punientia legentem aliquid, vtrum includát lectionem viſualem, aut etiam mentalem. trad. Abb. & Fel. in proœm. Gregor. ſub nume. 18. in fi. & hoc facit ad quæſtionem eius qui inueniens libellum, ſeu ſcripturam infamatoriã, legit, & non lacerauit eã, de qua te ſupra dixi in hac par. ſub nu. 84. verſi. octaua qualitas. & contra componentem Cantilenam infamatoriam trad. Bertazol. conſi. crim. 237. lit. B. car. 316. libro 1.

Sed ſi ſcriptura contineat criminalitatẽ multò magis eſt reijcienda; at ſi pars re integra nolit ea vti, & id appareat, non poteſt de falſo puniri, quia locus eſt pœnitentiæ. de qua dixi in 6. par. ſub nu. 261. & in 5. par. ſub nume. 48. & 49. Niſi eſſemus in atrocioribus, & in quibus punitur affectus etiam non ſequuto effectu, vt in 4. par. nu. 196. & in 6. par. nume. 310. intellige quando reus captus eſſet in fragranti, cum libello infamatorio, quoniam etiam quod dixerit ſe nolle vti, non dicitur res amplius integra, quia timore pœnę reuocat, quod in mente habuiſſe præſumitur, & in facto repertus fuit. vnde pœnam extraordinariam non effugeret, cum ad actum proximum deuenerit per ea quæ dixi in locis mox ſupra adduct. & ſic limitatur illa reg. quod propoſitum in mente retentum, nil operatur. de qua in l. ſi repeten. ff. de cond. ob cau. de qua ſcrib. ibi cum gl. nec excuſatur per aliam reg. quod idem operatur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito, de qua per Doct. in l. fin. §. ſi. de leg. 3. quia procedunt quando dans operam rei prohibitæ, ſe ſua ſponte pœnitet, nec repertus ſit in facto fieri; exemplo eius qui tulit arma, & extra domum captus dixit ſe nolle deferre, ſed quod volebat redire in domum, & illa reponere: quia, non excuſatur. de hac te. par. 4. nume. 128. & alibi. & in hac 1. par. nu. 212. & 231. vi. Bolog. conſi. 25. & ad propoſitam materiam Gomeſ. var. reſol. tit. de iniuria nu. 3. ait quod puniret illum qui libellum infamatorium inuenit, & non lacerauit, etiam quod nulli manifeſtauerit, ſi manifeſtare potuiſſet, & ſecundum Bertaz. conſi. crim. 237. lit. D. verſi. Hæc quo ad authorem pœna eſſet fuſtigatio. vi. addi. ibi. Nam in huiuſmodi delictis in quibus infamia ſemel emiſſa ab ore vno, in infinitum creſcit, ut ait Poeta noſter, nimirum ſi attendatur quod euenire poſſet, vi. Cæphal. conſi. 341. per tot. volu. 3. vbi in cauſa unius Doctoris loquitur, licet conetur excuſare illum, & facit Caualcan. Deciſ. 35. ſub nu. 4. par. 5. & ſecundum Gomes. vbi ſup. auctor ęquè puniendus eſſet, non obſtante quod tunc eo reperto dixerit nolle uti. Nam ſi talia non ſunt facienda, quanto magis prohibitum eſt facere. & tenere, & oſtendere, & ſi punitur legens, & non faciens, quanto magis, faciens, legens, & tenens. hoc itaque delictum eſt adeo facilè, fieri, etiam inter crimina occulta, quod tanquam peſtis eſt curandum: nam peſtis aufert vitã, hoc eſt vitam, & honorem: & an locus ſit torturæ Foller. prac. crim. in verſic. & ſi confiteb untur. ſub numẽ. 107. ait quod ſi vera eſſet infamatio per quam infamatur, veniret condemnandus pena ultra relegationem, tunc torqueri poſſet: ſed Foller. opinio de facto excedi poteſt in hoc crimine.

Principes quando & qua de cauſa felices dici poſſunt.

FRAGMEN. XVII.

IN 1. par. ſub nu. 124. car. 20. Adde lectionem Diui Aug. in libr. de ciuita. Dei cap. 24 ſic dicens, neque enim Chriſtianos quoſdam Imperatores ideo felices dicimus, quia vel diutius, imperarunt, vel hoſtes Reip. domuerunt, vel inimicos ciues aduerſus ſe inſurgentes, & cauere & opprimere potuerunt: nam & hæc apud infideles Imperatores inueniuntur. ſed felices eos dicimus ſi iuſtè imperant, ſi apud ſe laudantes non extolluntur. ſi ſuam poteſtatem ad Dei cultum maximè dilatandum maieſtati eius famulã faciunt, ſi Deum timent, diligunt, colunt, ſi plus amant Regnum cæleſte, quàm terrenum, ſi tardius vindicant, facilè ignoſcunt, & alia quæ ſequuntur, & de origine Regum, & poteſtate eorũ trad. Durã. tract. ſuo de orig. iuriſdic. & Io. Azor. inſtit. moral. libr. 11. c. 1. car. 665.

De authoritate Papæ habentis vtriuſque gladij poteſtatem.

FRAGMEN. XVIII.

IN 1. par. ſub nu. 153. car. 23. De gladij poteſtate trad. Io. Azor. inſtitu. moral. lib 4 cap. 19. p. 2. car. 288. vbi doctè, & pulchrè loquitur eſſe in ſummo Pontifice vtramque gladij poteſtatem, ſpiritualis, & materialis, ſed ſpiritualis ordinarie exercetur: materialis autẽ ex cauſa, quando ſcilicet gladio ſpirituali non obtemperatur, & ideò Chriſtus dixit Petro ſatis eſt, quaſi nos diceremus, cuſtodi gladium hũc materialem, donec neceſſitas euaginandi impulerit, & vi. per eundem Azor. ibidem libr. 9. capit. 2. quæſt. 1. & capit. 6. q. 3. & libr. 10. capit. 1. car. 636. vbi etiam de authoritate Imperatoris, & à quo deſcendat optimè diſcurrit.

Sequitur ibidem ſub nume. 155. cart. 23. At ſummus Pontifex hanc poteſtatem gladij materialis exercere poteſt pro tuenda fide, & Religione Chriſtiana Catholica, & Principes infideles poteſt deſtituere, & inter Chriſtianos Principes ſcandala in Chriſtianitate amouere etiam obſtacula quæcunque contra Remp. Chriſtianam, armata manu, & apoſtantes à fide priuare Dominio temporali ſecundum S. Thom. 2. 2. quæſtio. 40. artic. vltim. & per Alphonſ. Aluarez. de Poteſta. Summi Pontific. & Imperator. ca. 16. per tot. vbi plura recenſet exempla & de authoritate Regia, & Imperatoria maieſtate per eundem in c. 63. 64. 65.

Con-

De conſiſtorio, Tribunali Principis, & de differentia vtriuſque.

PRAGMEN. XIX.

IN 1. par. ſub nume. 166. cart. 24. Nota quod ſi cauſa eſt delegata alicui iudici ordinario, cum ijs clauſulis, per hoc non committit, quod cauſa tractetur coram tribunali ſupremo, aut in eius conſiſtorio, quia tribunal eſt ordinarij, & conſiſtorium eſt principis. Card. clem. 2. §. nouocium. de re iudic. de quo dixi in 6. parte nu. 206. vbi etiam de aula principis, & nu. 213. de conſiſtorio. Verum tribunal duplex eſt, maius, ſcilicet, & minus, vt l. 3. C. quan. inter pupil. & vidu. Doct. in l. Imperium. ff. de iuriſd. omn. iud. & l. 1. C. de prec. Imper. offer. & tot. titu. C. vbi Senat. vel Clariſſ. At ſi cauſa ſit coram conſiliarijs Principis, tunc tractari dicitur coram ſupremo tribunali, & de varijs tribunal. vi. apud Demoſt. in Orat. contra Ariſtocratem. ſi verò Princeps ipſe interuenit, tũc dicitur cauſa in cõſiſtorio Principis, & ſi coram Marchionibus, Comitibus, & huiuſmodi curialibus, tunc cauſa dicitur coram aulicis, & ſic in aula Principis tractatur, vi. C. de commit. conſiſtor. & Boer. de auth. magi. Conſil. per tot. & in 5. par. nume. 16. & 60. lit. C. vbi dixi, & domeſtici Aulæ ſunt pedites, Socij, Romanis domeſtici equites, & equites, & protectores, quia eis imperat Primicerius, vt apud Procop. lib. 3. Bell. Vandal. l. 1. & 2. & fi. C. de domeſt. & præt. lib. 12. item Comes Mareſcalcus. Caſſio. lib. 6. in formula. Illuſtriſſ. Romæ vero cauſæ conſiſtoriales, dicuntur cauſæ Sacri Palatij. vi. Veſtr. lib. 2. introduct. in Roma. aulæ actio. cap. 17. & Gomeſ. in proœm. reg. cancel. q. 2.

De reperto mortuo, vel ſuffocato in puteo, vel alibi.

FRAGMEN. XX.

IN 1. par. ſub nu. 198. in fi. omiſſum fuit quod cauſa præcedens illius, qui repertus eſt mortuus examinanda eſt, quia in dubio præſumitur quod per vim ſuffocatus, & non à ſe ipſo, Soc. iun. conſi. 51. uol. 1. Plot. conſi. 130. nu. 82. inter conſi. crim. diuerſo vol. 1. Dec. conſi. 438. num. 2. Curt. iun. conſi. 182. Pariſ. conſi. 155. lib. 4. Plac. Epit. delict. lib. 9. c. 23. nume. 15. Menoc. de præſumpt. lib. 5. præſ. 13. nu 6. & 7. ideo ad fiſcum ſpectat probare, quod is ſibi mortem conſciuerit. tot. tit. de ijs qui ſib. mor. conſciuer.

Quid ſibi velint, hæc verba facite vobis amicos de mammona iniquitatis.

FRAGMEN. XXI.

IN 1. part. ſub nu. 218. car. 29. an furari liceat ex cauſa neceſſitatis, ad hoc S. Augu. In libr. de verb. Domini, ſermo 35. ſuper Luc. ca. 16. ita dicit, videlicet. Quidam malè intelligẽtes dictum Chriſti, videlicet, facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ideſt de diuitijs iniquitatis, rapiunt res alienas, & aliquid in pauperibus largiuntur, & putant ſe facere, quod præceptum eſt. Dicunt enim, rapere res alienas mammona eſt iniquitatis erogare inde aliquid, maximè egentibus Sanctis, hoc eſt ita facere amicos, de mammona iniquitatis, intellectus iſte corrigendus eſt, imo de tabulis cordis veſtri omnino delendus eſt, nolo ſic intelligatis; de iuſtis laboribus facite eleemoſynas, & ex eo quod rectè habetis date: non enim corrupturi eſtis iudicem Chriſtum, vt non vos audiat cum pauperibus quibus tollitis: Nolite etiam facere eleemoſynas de fœnore, & vſuris, fidelibus dico ijs, quibus corpus Chriſti erogamus: dico, Timete, corrigite vos, facite ergo amicos de mammona iniquitatis, ſicut fecit Zachæus, qui dimidium ſuorum bonorum dabat pauperibus, & in quadruplum reddebat quando aliquid malè acceperit: ergo qui habetis de malo facite inde bonum, qui non habetis de malo, nolite acquirere de malo, & idem S. Aug. contra Iulianum ſcripſit cap. 8. non eſſe facienda adulteria etiam voluntate generali. hæc ille. & adulterari quoque eſt honorem proximi furari, non obſtante exigentia ſenſus, quia ſe nõ continet eſt præceptorum Dei contemptor.

De iudicis conſcientia in iudicando.

FRAGMEN. XXII.

IN 1. par. ſub nu. 237. ante verſi. ſed iudex car. 30. Qui ad autem iudicis fatetur, non poteſt alio non conſtito damnari, vt. Afin. tract. de execut. § 3. cap. 8. nu. 3. car. 37. vbi alios allegat, ſed quando agitur de ætate, de finibus, de viſo, cum armis, quamuis ex actis non conſtiterit, iudex ſecundum conſcientiam ſuam iudicare poterit. & alleg. Ang. conſi. 343. in cauſa. col. fi. ſed de ijs omnibus latiſſimè per Neruzam in ſtylu. cor ſepi. lib. 7. ſub nu. 121. vbi omnes hæc recollegiſſe extimo.

De natura & ordine Angelorum.

FRAGMEN. XXIII.

IN 1. par. ſub nu. 240. car. 31. Poteſtas inferioris videtur impedita, à præſenti a ſuperioris, ſicut lumen maius occupat, vel offuſcat minus. & eſt glo. in cap. denique in verb. maior. 21. Diſtinct. cum concor. Vant. in trac. de nullit. ex defect. iuriſd. ſub num. 138. car. 107. Non ſic de Hierarchijs: quoniam qualibet ſuum lumen retinet, & in lumine lumen videmus. vt in ſymb. fide cath. inde per lucem intelligũt de natura Angelica, hinc dicit Moyſes, diuiſit Deus lucem à tenebris, hoc eſt Angelos bonos à malis. S. Aug. & illuminationes quas a ſuperioribus recipiunt alijs tribuunt, maiores ſine elatione præſunt, minores ſine vitio ſubſunt, qui ad exteriora exeũt, ab interiori contemplatione non recedunt, quia

gratia,

Digitized by Google

gratia, amor, & charitas, ac viſio diuinitatis hęc omnia ſunt in Angelis ſecũdum S. Bernard. chorus Seraphim proprium eſt in amore Dei ardere, Cheruhim relucere, throni dicuntur ſedes Dei, dominationes cæteris Angelis dominãtur, & inſtruunt qualiter officium prælationis exerceri oporteat Principatus quibus cura Regnorũ eſt. Poteſtates defendunt à nocentibus, & bonos confirmant. Virtutes ad omne bonum, opus ſecundum voluntatẽ Dei operandum nos docent Archangeli ſummi nuntij vocantur inſtruunt in fide, & illuminationes quas à ſuperioribus ſuſcipiunt inferioribus ac nuntiant, & ea inferiores nobis nuntiant. Angeli itidem minora nuntiant, cuſtodiunt nos, vnde valdè timendum eſt, nam ſi ſedes Paradiſi vacuæ, ob rebellionem Luciferi, ſunt reimplendæ hominum ità homines aſſimilari debent Angelis; videlicet, Seraphim per charitatem Cherubim per cognitionẽ, thronis per ęquitatem, dominationibus ſenſum rationi ſubiungando, Principatibus reuerentiam maioribus noſtris exhibendo poteſtatibus reſiſtendo diabolicis tentationibus quod facere poſſumus quia fidelis Deus non ſinit nos tentari ſupra id quod ferrè poſſumus, vt in tentatione reſiſtendo faciat prouentum Paul. ad Ro. cap. 16. Deus autem pacis cõteret Sathanam ſub pedibus veſtris velociter, idem 2. Cor. ca. 12. virtutibus aſſimilari per compaſſionem compatiẽdo infirmitatibus, & imperfectionibus proximi, Archangelis per inſtructionem, ne deſideremus quidquam, niſi vt voluntas Dei fiat in omni re, Angelis tandem per obſequij exhibitionem. vt eorum reuerentia abſtineamus malo. & defendamus qui profectò nihilominus talis erit vt in locũ Angelorum electorum ſubrogetur? De ijs omnibus apud D. Dionyſ. de cæleſt. hierarc. S. Ang. ſuper Geneſ. li. 12. S. Tho. in ſua ſum. & alibi S. Gieron. S. Bern. S. Bonauent. & ferè omnes ſcribent. Theolog. de quibus nouiſſimè in quodam opuſcul. de quadruplic. Ang. Bell. Reu. Fr. Greg. Polido. Piſtor. & in compend. Sacr. Theolog. lib. 2. c. 11. 12. 13. 14. cum plur. ſeq. vbi in compendio omnia quæ de Angeli dici poſſunt tanguntur.

De induſtria perſonæ, & an alteri demandari poſſint.

FRAGMEN. XXIV.

IN 1. par. ſub nu. 269. car. 35. circa induſtriam perſonæ electam vt. inf. nu. 263. p. 2. & nu. 79. part. 5. vbi an induſtria demandari poſſit, & in filio loco patris dubium non habet, ſecundũ Marſ. in l. vnica num. 6. C. de raptor. virg. ibique alleg. Ro. in l. 1. §. 1. ff. in ius voc. vt eant, vel ſatiſd. ſed hoc verum. data ſufficientia & idoneitate perſonę, alioquin ratio illa quod pater & filius cenſeantur vna, & eadem perſona de qua inſ. nume. 283. in 1. part. non militaret & æquali ſufficientia data; magiſter poſſet ſeruire per diſcipulũ ſubſtitutum vt æques Io. Bologna belgicus facit per Petrum Tachũ cataricæ eius diſcipulum quãuis electa ſit induſtria perſonæ: nam propter excellentiam receſſum fuit quandoque à regulis iuris, & à diſpoſitione, tam legis, quam hominis vt. in propoſ. in pract. de teſt. p. 5. ſub nu. 47. verũ vbi etiam opus eſſet bonis moribus, ſola excellẽtia non ſufficeret. Sed Bar. in leg. 1. C. de præpoſ. agen. in reb. lib. 12. ſcripſit, quod quando aliquis vult ſeruire per ſubſtitutum, vel aliquem ſui loco ſubrogare, debet ſurrogare eum qui ſit ęqualis conditionis, & in moribus & ſcientia, ac peritia, & Euer. in loc. 93. arg. à ſurrogat. infert lit. E. pag. 2. quod Doctor non poteſt ſurrogare ſcholarem ad legendum, quamuis ſit ſufficiens, nec Miles Tyronem, & de ſcriptore loquitur glo. in l. ſtipulationes commodiſſimum. & ibi Doct. de verb. obl. Imol. in l. continuus. §. ſi ab eo. ff. eo. vbi magiſtraliter loquitur. & coloni qui faciunt putare arbores, vel vineas, & colere terras per alios ineruditos tenentur pro damno à malo laboretio prouenisse ſecundum Bar. in l. vnica. C. de man. & colo. pat. libr. 11. & vi. Doctor. in l. nemo eſt qui neſciat. ff. de duob. reis & in materias ſubrogantis & ſurrogati vi. Fabr. & Iaſ. in §. fuerat inſtitu. de act. & alios de quibus meminit Euerar. d. loc. à ſurrogatione.

De rebus in Bello captis, quid ſi ſint merces fidelium: quod dicatur Bellum iuſtum. Qui ſint inimici Chriſtianorum. De Piratis, et de ementibus res furtiuas, & multa alia quotidiè occurrentia, tàm in Bello maritimo, quam terreſtri.

FRAGMEN. XXV.

IN prima par. ſub nu. 279. car. 36 circa Bella iuxta, & iniuſta pulchrè explicat. S. Auguſt. de Ciuita. Dei cap. 15. lib. 4. & cap. 19 lib. 5. ſic dicens, malis bellare, vt dilatent regna, videtur fęlicitas, bonis autem, tantum neceſſitas, &c. quæ ſequuntur. & ait cum autem ſint mali inquieti, & iniurioſi, tunc congruit, & bonis bellare, vt ſubdantur eorum dominio mali vicini, quia peius eſſet, vt iniurioſi iuſtioribus dominarentur, & ita non tantum diceretur neceſſitas apud bonos, ſed & non incongruè dicitur fęlicitas, & idem Diuus Aug. in lib. contra Fauſtum Manichæum 22. cap. 25. ait. Occultis cauſis, & ſi nõ iuſtis, Deus diſponit Regna, ſic etiam tempora ipſa bellorum, ſicut in eius arbitrio eſt, iuſtoque iudicio, & miſericordia, vel atterrere, vel conſolari genus humanum, vt alia citius, alia tardius finiantur, Bellum piratarum à Pompeio Bellum Punicum tertium à Scipione, incredibili celeritate, & temporis breuitate confecta ſunt, Bellum verò Punicum ſecundum per annos 18. durauit. Bellum punicum primum per 23. annos peractum eſt, Bellum mitridaticum per 40. annos, Bellum Samniticum annis tractũ, eſt fermè 50. vt in lib. 5. de ciuita. Dei cap. 21. & 22. Noſtris autem temporibus ſic dicere poſſumus de Bello Belgico, & Flandriæ, ac de Bello Pannonico, de quibus nondum finis. & idem S. Auguſ. dicit quod militare, non eſt delictum, ſed propter prędam militare peccatum eſt. vt in verb. Domini. ſermo. 19.

2 Hinc ſumpta occaſione operę precium duxi quærere, an merces ſuper naui inimica oneratę vehendi cauſa ad partes infidelium, vel aliunde, capientium fiant, vltra ea quæ dixi ſub d. nume. 281. lit. B. par. 1.

Ad

Digitized by Google

3 Ad cuius rei euidentiam primo præmittendum eſt, quod omnes infideles, ſiue Turcæ, ſiue Sarraceni, ſiue Mauri, aut Iudæi, & omnes alij qui non ſint baptizati, vel Hæretici, Sciſmatici, & omnes in ſumma qui à fide Catholica Chriſtianorum deuiant, ij omnes & ſimiles dicuntur hoſtes, & inimici Chriſti, & eius Reipub. Chriſtianæ. Qui Dominus ſuper Luc. c. 11. ait, qui non eſt mecum contra me eſt, & qui non colligit mecum diſpergit, & à clem. 5. in Concil. Vienenſ. de quo in clem. 1. §. porrò. ſub num. 60. enumerati videntur, & de ijs in iure ciuil. ſunt plura iura, vt l. 1. & 2. cũ ſeq. ff. ad leg. Iul. Maieſt. trad. Grammat. deciſ. 65. num. 69. & alij quos conſultò omitto.

4 Item inimici Principum Chriſtianorum dicuntur latrones & Piratæ, qui hoſtes omnium appellantur à Cicero. 3. de offic. & tetigi in 1. par. ſub d. num. 281. car. 36. lit. B. Eſt enim tale genus hominum peſſimum. tex. & Doct. in authen. nauigia. C. de fur. l. poſtliminium. §. à Piratis, ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. Quippe qui comparādi ſunt hoſtibus fidei, immo peiores, & ſunt ipſo iure diffidati, vt in dictis iurib. & per Strach. tract. ſuo de naul. naui. & nauig. pat. 3. num. 31. Decia. de delict. tom. 2. lib. 9. tit. de latro. & Pirat. c. 29. num. 37. & 39. Boniſac. tract. de fur. §. furtum, num. 51. & 57. verſ. Piratas, quorum peſſima qualitas eſt, vt ipſe ait, nauigantium ſecuritatem impedire, capiunt in inſidijs in mari, vt latrones in terra, incautos nauigantes, non indicto bello. vt dicit Bald. in d. authen. nauigia. C. de fur. Rot. Genuæ, deciſ. 62. num. 3. quos hoſtes publicos & infames appellat Boniſac. loc. cit. & hoſtes infideles & rebelles Chriſtianæ Reipub. dici poſſunt. per ea quem trad. Bart. in extrauag. ad reprim. tit. qui ſint rebell. in verſ. rebellādo. & in verb. rebellis. Dec. in cap. ſunt, in 4. not. ff. de offic. deleg. & meritò à Summo Pontifice, ter in anno excommunicantur. vt teſtantur Abb. & Io. And. ac alij Cano. in cap. excōmunicationi. de rapt. & infert Ferret. tract. de re naual. lib. 2. nu. 35. & 36. qui vt latrones, immo peiores ſunt excommunicati. idem in lib. 8. nu. 26. Decia. loc. ſupra cit. & aſſaſſinis aſſimilantur, vt in Concil. Lugdonenſ. quod hoc peſſimum genus hominum valdè abhorruit & damnauit.

5 Poſſunt itaque impunè offendi, maximè ſi ſint ſimul Piratæ, & hæretici, vel infideles, & ſpoliari, & occidi. l. 3. in fi. ff. de ſicar. l. proditores, ff. de re mil. Bald. in l. 2. C. de commerc. & mercat. Decia. mox alleg. tom. 2. lib. 9. tit. de latro. & Pirat. cap. 29. nu. 22. Boniſac. d. §. furtum, num. 52. Ang. conſ. 290. Alciat. in l. hoſtes, & in l. quos nos hoſtes, de verb. ſignif. & contra hos inſidiatores, eundum eſt etiam inſidias parandō, ac vtendo opera ſimilium, quia clauus clauo truditur. vide Ferret. d. tract. de re. naual. lib. 10. ſub n. 22. æquidem malitijs hominū facinoroſorum obuiandum eſt. Dec. in c. ſedes, num. 2. de reſcript. & in bello nauali contra tales hoſtes pietas, & miſericordia humana ceſſant. idem Ferret. d. tract. lib. 5. nu. 2.

6 Qua de re contra Piratas, tanquam contra hoſtes fidei Catholicæ Chriſtianæ, pacis aduerſarios, boni publici impeditores, & Chriſtianorum proditores omnino pugnandū eſt, palam, & occultè, ſcilicet occultādo ab hoſtibus ea per quæ volumus eos impugnare, & expugnare. S. Thom. 2. 2. q. 4. cauendo tamen, à promittendo eis quidquam vt à nobis decipiātur, quia etiam hoſti fides ſeruanda eſt. 23. quæſt. 1. noli. & dixi. in 3. par. ſub num. 149. & debellandi ſunt primo pro honore, & gloria Dei, & Religionis Chriſtianæ, ſecundo pro tuitione gentium, ac rerum Chriſtianorum: Nam bellum dicitur iuſtum, cum ſit partim punitiuum, partim defenſiuum, & partim perſeruatiuum, vt in 1. par. ſub num. 179. dixi. & ſupra ex ſententia Diui Aug. & tract. Ludo. Carbo. tract. ſuo de reſtit. omn. rer. quæſt. 62. concluſ. 1. 2. & 3. dicens fore neceſſarium ex iuſtitia, arma & bellum ſuſcipere. vnde Dauid Pſal. 58. effunde irā tuam in gentes, quæ te non nouerunt: & in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt, & Pſal. 45. arcum cōteret, & confringet arma: & ſcuta comburet igni. Sic auxilium diuinum à nobis ſpirandum contra hoſtes fidei noſtræ.

7 Nimirum ſi Principes Catholicæ fidei, vt Rex Hiſpaniarum Religio Sacra Equitum Ieroſolomitanorum, ac Diui Stephani, cuius Sereniſſimus D. Ferdinandus Medices Magnus Dux Aetruriæ eſt Magnus Magiſter, quippe qui dexteram armatam tenet contra hoſtes, & Piratas, & ab ortu ferè Solis, vſque ad Occaſum Magni Ducis noſtri vires experti ſunt infideles, & qui, nec laboribus, nec impenſis, nec proprio ærario parcit continuèque armatam naualem tàm in hyeme, quàm in ęſtate, munitam tenet, pro reprimenda audacia infideliū, & Piratarum, & re vera Reip. Chriſtianæ magnus tutor, curator, ac defenſor dici debet, cuius intereſt plures habere defenſores, l. nam Reip. ff. de no. oper. nuntiat. vt gens Chriſtiana, & Catholica ſine motu, & periculo per itinera cōmeare poſſit, l. 1. §. 1. ff. de ijs qui deiec. vel effud. & vt homines fideles ſalui, atque incolumes in terra, marique conſeruentur, l. cū ratio. §. pen. ff. de bon. damnato. Cum expediat Mare, ac Prouincias Catholicas expurgari à Piratis, & ab infidelibus, arg. l. de pupillo, §. ſi quis riuos, ff. de oper. no. nunriat. l. congruit, ff. de offic. prǽſ. l. 2. C. quan. lic. ſine iud. ſe vendica. & certè ſine vigilantia, tàm magni Ducis, nullus ſub tecto ſecurus, nullus ad portum applicaturus eſſet, vnde cum Dauid dicere poſſumus, Pſal. 123. Cum exurgerent homines in nos fortè viuos deglutiſſent nos. Cum iraſceretur furor eorum in nos, forſitan aqua abſorbuiſſet nos. ergo benedictus Deus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.

8 Nam latrones Piratæ, & huiuſmodi infideles ſatagunt totis neruis, & inſidijs, vel capere nos, aut diſperdere, vel ſummergere, & ideò iuſte bellum contra illos infertur, cap. diſpar. 23. quæſt. 8. trad. Bal. in c. 1. de milit. Valuaſſor. Rip. in l. 1. num. 66. ff. de acquir. poſſ. Coarru. in 2. par. relect. §. 9. num. 3. §. 10. ſub num. 3. vbi num. 3. vbi alleg. multos S. Theolog. & non eſt dubium, quod ex parte Chriſtianorum bellum dicitur iuſtum, ex parte vero inimicorum prædictorum iniuſtum, vt dixi in d. 1. par. ſub num. 179. & 180. & per Ludo. Carbo. in d. quæſt. 62. verſ. Tertium dictum communiter. car. 439. S. Auguſt. de verb. Domi. d. ſermo. 19. idem de Ciuit. Dei. c. 15. & 33. lib. 5. & c. 19. & ſcripſit cōtra Lutherum Epiſc. Roſenſ. vt Carbo. refert verſ. Tertia concluſio. & vid. Ferret. d. tract. de re naual. lib. 9. 10. & 11. & quando in mari pugnandum ſit, lib. 2. 3. 4. & 6. & d. lib. 10. num. 10. cum ſeq. pra cauendumque eſt ruinæ, quam

quis

quis contra ſe venire videt. idem Ferret. lib.7. nume. 46. & 47. & premenre neceſſitate pugnandum eſt, d.lib.5.nu.4.5.& 6.vid. Caſtrenſ. conſ.399.incip.priuſquam.vo.1.

9 Vnde ſi nauis Chriſtiana aggreſſa ſit à naui inimica, & victrix remaneat, res in naui inimica captę capientium fiunt, vt dixi. ſub d.nu. 280. part. s. quo vero ad perſonas Chriſtianas ſecus eſt, intellige de Catholicis, & non Hæreticis piratis, & infidelibus. Ancha.in cap. peccatum, de reg.iur.in 6.ibi Didac. in 2.par.§.11. ſub num.5. Aret.in l.qui à latronibus, ff.de te-

10 ſta. iura enim captiuitatis inter Chriſtianos (quo ad perſonas) non ſeruantur, Bart.Bald. & alij, in l.hoſtes, ff. de capt.& poſtlim. reuerſ. & Saly.in l.ab hoſtibus, C.eod.Ang. in ſua Diſput.incip.renouata guerra, ab omnibus alleg. colum.9.Boer.deciſ.178. nu. 2. Peregr. de iur. fiſc.lib.3.c.3.& dixi in d.par.1.ſub nu. 281.

11 His igitur ita præſuppoſitis. Dico quod etiã merces onuſtæ ſuper naui piratica, vel inimica Turcarum, vel Hęreticorum, vel malorum hominum, de quibus in d.1.par. ſub num.281.dixi. Si (inquam) nauis manu prompta illorum aggreſſa ſit nauem Chriſtianorum, in expeditione miſſam aduerſus illos peſſimos latrones, & ad reprimendum audaciam, & rapinas, ac infeſtationes in mari, dictæ merces capientium fiunt, per l.naturalem, §.fi. l.transfugam, ff. de acq. rer. dom.l.ſi quis pro redemptione, C. de donat. Bart. in l. nam & ſeruus, ff.de neg.geſt. & in l.ſi quid in bello.vbi etiam Alber.de capt. & poſtlim.reuerſ.Boer. deciſ.178. num.3.4. & 5. Qui & ſi loquatur de Rege Gallorum, idem pcedit de Magno Duce Herrurię, qui eſt Princeps abſolutus, non recognoſceus ſuperiorem, vt pulchrè more ſolito explicat D.Caball.Caſ. cri.99.nume.8.& innuit Ludo. Carbo. d.q.62. verſ. Quod autem vna ſuprema poteſtas, car. 435. nec ab hac opinione mihi videtur diſſentire Alex. conſ.130. incip. ſuper eod. vo.7.per tot. vbi in propoſito mercium loquitur, quia caſus noſter, quamuis à ſuo videatur diuerſus aliquantiſper, nihilominus ipſe tenet, quod merces cuiuſcunque ſpeciei exiſtant tempore belli fiant capientium, maximè quando Dominus illarum præſumitur conſcius, aut conſocius delicti incurſionis, ſeu inuaſionis nauis Piraticæ in nauem Chriſtianam ad deprędandum eam, l.fin. C. de exact. milit. anno.lib.12. Bald.in l.cum proponas, num.4.& 5.in fi. C.de naut. fęno.& de adhærentibus, qui ſint, ſcripſit Felyn.in c.1.num.11.de treg.& pac.

12 Porrò inficiari non poteſt, quod ij mercatores ſciuerint qualitatem perſonarum, cum quibus cõtraxerunt, & res ſuas, ſeque ipſos, in manifeſto periculo temerè ſub mala fide malorũ hominum, atque inimicorum gentis Chriſtianę Catholic.ac Principum ſupremorum Religionis Catholic.recommendauerint: quo caſu ſunt in culpa. ideò ſibi imputent. §. item exercitor.inſtitu.de oblig.quæ ex quaſ.delict. naſc. l.1.§.pen. ff. fur. aduerſ.naut.caupo.ſtab. facit Strach.d.tit.de naui.naut.& nauig.vlt.par.nu. 3. Nam qui contrahit, vel ſcit, vel ſcire præſumitur qualitatem perſonæ cum qua cõtrahit, l.qui contrahit. cum ſimil. de regul. iur. & ſibi (quiqui ſint mercatores iſti) imputent damnũ quod eorum culpa, & auiditate obuenit. cap. damnum, eo.de reg.iur. in 6.& cum viro bono credere vix excuſat, quanto minus credere piratis, & latronibus, ſub quorum cuſtodia res quaſi ſuæ dici poſſunt dum ſunt in naui, vt infra dicetur.

13 Non enim ij mercatores ignorare potuerũt ſi Chriſtiani ſunt, quod eis prohibetur merces ſuas fidare piratis vehendas ad infideles. c. ita quorundam, & c.ſignificauit. vbi Abb. in prin. de Iudæ. l.2. C. de commerc. & mercat. l.3. in princ.ad leg.Iul. Maieſt.l.ſi quis à Barbaris, C. de re mil.lib.12. tex. & gloſſ. in l. 1. & 2. & ibi Doct.C.quæ res expor. non poſſ. pulchrè Alexand. d. conſ.130.ſub num. 1. & per tot.vo.7. Boer. d.deciſ.178. per tot.præſertim tempore quo eſt Bellum contra Hæreticos, & infideles, & quos Summus Pontifex, Imperator, & Principes Catholici ſatagunt debellare.

14 Eſt omnino prohibitum directè, vel per indirectum auxiliari prædictis inimicis, vnde Cõcil. Lugdunenſ. excommunicauit eos qui illis opem ferrent, vel domi reciperent, cap.5. de Homic. in 6.dignos quę horum ſocios, & fautores eſſe voluit depoſitione ab omni officio gradu, ordine, & honore Eccleſiaſtico, quanto magis qui ſe recipiunt in eorum Domibus, & nauigijs, & cum iſtis inimicis conuerſantur? Nam habere commercium cum illis eſt omnino prohibitum. latè Decia. de delict. tom.2. lib.7.tit.de committ. crim. læſ. Maieſt.cir. hoſtes, & militiam, cap. 13. Grammat. deciſ. 65. num.75. plura iura adducit Boer. d.deciſ.178. num.16.& 17. cum ſeq. & Bonifac.d.tract. de furt.§.furtum.ſub num.57.vbi recenſet caſum illorum qui auxilium naui piraticę periclitanti præſtiterunt, & qui de bono opere lapidati fuerunt, & captiui nauis piraticæ ſtatim remãſerunt, hoc quoque recenſet Strach. d. tit. de naui.naut.& nauig.par.3.ſub num. 25.

15 Et illi qui contrahunt cum inimicis, & piratis præſumuntur conſcij, & complices, ac tincti eodem atro colore, tactique eodem morbo, iux illud cum Sanctis Sanctus eris, & cum peruerſis peruerteris, Dij boni, quæ pars fideli, cum infideli, aut quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate, vt ait Apoſt. 2. Cor. c. 6. ideoque Caliſtus Papa, excommunicauit conuerſantes cum conſpirantibus contra Chriſtianos, 3.quæſt.4.conſpiratores, & 11.quæſt.3.excommunicatos.& fore abſtinendum à communione Paganorum hodie, ſicuti Iudęorum, aduertit Spec.in tit.de Iudæis, in fi. rex. & glo. in cap.omnes, & c.ad menſam, cum ſimil.de Iud. & illi qui edunt, itinerant, & conuerſantur cũ ijs aſſimiliantur mandragolæ habentes diuerſos colores. nam modo inimici, modo amici profitentur eſſe ſecundum quod propoſitum illorum benè, vel malè euenit, ſumendo inſignia modo Turcarum, modo hęreticorum, modo Chriſtianorum, vt Chriſtianos decipiant in præda, ſed heu ſunt proditores, fingunt eſſe amicos Chriſtianorum, & tradunt & ſupprimunt Chriſtianos, tanquam inimicos, l.athletas, ff. de ijs qui not. infam. Bart. extrauag. ad reprim.in verb.rebellis, verſ.item not.tam pollet auiditas, & inuidia huiuſmodi perſonarũ.

Nullique dubium eſt quod mala conuerſatio eſt in culpa, facit Bonifac.d.tract. de fur.§.eſt, ſub num.47.in fi.& ipſe dixi in d.1.par. nu.44. & in 3.par.num.85. & 86. qua de re ij qui cum huiuſmodi genere malorum hominum, & inimicorum noſtrorum conuerſantur, poſſunt & ipſi appellari inimici, cum ſint amici intrinſecè

inimi-

inimicorum noſtrorum, ſecundum glo. in c. ſi inimicus. in verb. nolite. 93. diſt. Innoe. in cap. olim. de reſtitu. ſpol. & per ſcrib. in l. conſilij. §. ſocij mei. de reg. iur. & dixi ſupra, qui non eſt mecum contra me eſt. no. 3.

Et illi qui communicant cum inimicis eccleſiæ inimici & ipſi præſumuntur eccleſiæ. l. liberi. C. de inoffic. teſtam. Car. in clem. 1. §. fin. de iureiuran. niſi inconuertendo hoc faciant. alioquin Hoſtium, Hæreticorum, & Piratarum ſocietas eſt improbata. Farina. de carcer. & Car. q. 29. nu. 49. dixi d. 1. par. num. 44. & quo ad comercium cum inimicis domi. vi. Zaſ. in Epito. ſoa. feu. p. 6. nu. 43. Raph. Cuma. conſi. 151.

17 Meritò damnum quod eis obuenerit ſibi ipſis imputare debent. d. c. damnum. tum quia in manifeſto periculo ſe poſuerunt, tum quia ſciuiſſe præſumuntur, qualitatem perſonarum, tum etiam quia ignorare non potuerit quod eis prohibitum eſt comercium, & conuerſatio per ſupradicta, & dum merces erant in naui erant (dici poteſt) illius qui præpoſitus eas recepit ſub eius cuſtodia, qui tenetur reſarcire Strac. d. tit. de naui. naut. & nauig. p. 3. num. 49. vi. Ferret. d. tract. de re. Naual. lib. 2. num. 37. & lib. 7. nu. 50. vbi naui expugnata, an habeat locum edictum prætoriũ. paria enim ſunt quod res ſubmerſe, vel combuſtè, aut capte culpa cõductoris fuerint. tot. tit. de incend. ruin. & naufrag. naue expugn. Alciat. in l. hoſtes ij ſunt. de verb. ſig. vi. Petr. Santer. Luſita. trac. de aſſecurat. & ſponſ. mercat. ſub nu. 61. vſque ad nume. 69. Rot. Geo. deciſ. 101. nu. 1. Caroc. de locat. & conduct. par. 2. De incen. rui. & naufrag. nu. 6. & de caſib. & pericul. num. 12. & 14. vbi ſicut inimicitiæ locatoris conductori obeſſe non debent, ita nec è contra. vi. ibi. nu. 14. 15. & 16. alia in hoc propoſ. per eum adducta.

18 Secundò principaliter facit. Nam ſi nauis Chriſtiana à Piratis capta remanſiſſet, quod Deus auertat, equidem nauis inimica, omnia ſua feciſſet ſine vlla ſpe rehabendi, & citra animum reſtituẽdi caſus enim iſtæ, inter caſus fortuitos ponitur. vt in 6. par. ſub nume. 254. ita & multò minus nec ſua à noſtris capta iuſto bello defenſiuo erunt reſtituenda. vt probè per Ioan. And. in addit. ad Spec. tit. de raptor. in rub. quẽ refert & ſequitur Rip. in l. poſſeſſio. ſub num. 5. ff. de acq. poſſ. vbi de cõſuetudine ſeruari reſtantur. & facit Bal. d. l. cum proponas. ſub nu. 5. C. de naut. Fœnor. hinc dici ſolet par pari refertò. & contrariorum eadem eſt diſciplina. vt per ſcrib. d. rubr. de acq. poſſ.

19 Nec obſtat dicere quod mali mores non ſint imitandi. iux. illud Euang. Matth. c. 5. & 6. Apoſtol. ad Rom. c. 8. noli vinci à malo, ſed vince in bono malum. Quoniam reſpondetur, quod in caſu iſto non ſequuntur mali mores quinimmo mali homines, & eorum fautores, ſocij, & participes iuſto bello, præſertim defenſiuo reprimuntur, & ſic datur opera rei licitæ, & neceſſariæ, vt piratæ, & ſimile genus hoc peſſimum a malo abſtineant, & cæteri diſcant eorum exemplis, & expenſis, quam inconuenieos ſit, contractare, & conuerſari, directè, vel per indirectum auxiliari infidelibus, piratis, & alijs inimicis Reip. Chriſtianæ ar. §. hodie autem. in fi. inſtit. de except. l. 1. in princ. C. ad leg. Iul. reper. mos etenim gerendus non eſt illis, qui reperiuntur in ſocietate illorum qui ſolum ſatagunt officere, Chriſtianis. l. in fundo. ff. de rei vendic. l. 1. ff. vendic. l. 1. ff. de aqua plu. arcen. dixi. part. 2. nũ. 142. & contra quos omnia iura, tam Pontificie, quàm impetialia clamant.

20 Tertio facit: nam quando ius eſt in armis dici ſolet, qui poteſt capere capiat. De quo dicto per Boer. d. Deciſ. 178. nu. 6. & ipſe aliàs dixi. d. par. 1. ſub nu. 94. Quodque pluribus modis contingere poteſt, Dicitur enim, tunc ius in armis eſſe, quando deficientibus remedijs ordinatijs iuſtitiæ, recurritur ad extraordinaria, vt circa iuriſdictionem tuendam, aut recuperandam. dixi d. nu. 94. & 281. lit. B. part. 1. & eſt factum interdictum de quo tot. tit. ff. de vi, & vi armat. facit Crauet. conſi. 5. nu. 12. Caſtr. conſi. 399. conſi. 423. lib. 1. Cur. iunio. conſi. 53. col. fin. vel ius dicitur eſſe in armis quando inter nauem Chriſtianam etiam inimici cauſa fit conflictus. Cic. de parti. Rerum inter ſe pugnantium cõflictio. & idem quando vna pars ciuitatis pugnat contra aliam. Ceſ. 7. Bell. Gall. Fore vti pars cum ciuitatis parte confligat. & dicitur vim armatam inferre qui magno terrore, & inſultu, aliam nauem armatam aggreditur, vt l. 3. §. qui armata. ff. de vi. & vi. arma. & qui aggreſſus eſt non tenetur expectare, ſed ſtatim de facto poteſt admenare & ſe defendere, vt in 4. par. dixi. ſub nume. 186. Nã quicquid fit, vel dicitur, per quod quis ad iracundiam iuſtam prouocatur, offenſa dicitur. dixi. par. 5. nu. 60. lit. C. trad. Barto. in l. 1. ff. quib. vt indign. qui ibi dicit quod etiam offenſa dicitur, ſi per illam pœna non venit, & certè dũ nauis contra nauem pugnat omnia hinc inde poſita cenſentur in diſcrimine, vt vulgo dicitur (ſul tauoliere. & quaſi confuſo) licita cum illicitis, præſertim ſi ante pugnam facta ſit diffidatio exploſis tormentis, vt de more, in ſignum deueniendi ad arma. quæ diffidatio multos effectus parit. Mart. Laud. tracta. de Bell. q. 37. & 39. D. Pet. Bell. de re milit. p. 2. tit. 8. & ti. 11. Iaſ. in l. ex hoc iure. de iuſtit. & iur.

21 Hinc eſt quod ille qui conducit, aut fert mercantias licitas cum illicitis, facit quod licitè per illicitas confiſcantur Bart. in l. pen. C. de naut. Fœno. idem in l. cotem ferro. §. Dominus. ff. de publ. vect. Bal. in d. l. cum proponas. nu. 4. vbi ait de conſuetudine, ita ſeruari. C. de naue fœno. & vi. ſup. nu. 11. in fi. Vnde in caſu noſtro, & pro parte noſtra dicere poſſumus cum Cicero. Totum diſcrimen ſummi boni in ea rerum cõparatione poſitum putat. & Virg. in 3. Aeneid. Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum tendimus in latium, & inimici noſtri in laqueum, profectò omnis lex ſiue naturæ ſiue diuina, ſiue humana docet, etiam animalia ratione carentia, quod vim vi repellere licet, vt l. 1. ff. de vi. & vi. ar. l. 1. & l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. Ludo. Carbo. de reſtitu. omn. rer. quæſt. 62. verſicu. Prima concluſio, vnde Poeta Liricus noſter canit.

„ *Fù il vincere ſempre mai laudabil coſa,*
„ *Vincaſſi per fortuna, ò per ingegno.*

Et nos dicere ſolemus, paria ſunt inimicum virtute, vel fallacia ſuperare. l. nihil intereſt. ff. de capt. & poſtli. reuer.

22 Præterea ius dicitur eſſe in armis, quando omiſſa via iuris, recurritur ad viam facti, vt de repræſalijs ſequitur. de quibus vltra Bart. in d. tract. trad. Marti. Laudenſ. eo. tract. qui nu. 4. & 5. dicit repræſalias eſſe quandam ſpeciem belli iuſti, vt liceat ſuſcipere arma ob defenſionem rerum, & corporis ſui. per dicta l. vt vim. de iuſtit. & iure, cap. olim. & ibi Innoc. de reſtitut.

ſpol.

Digitized by Google

ſpol. & per Ioan. de Lign. tract. de Bell. colum. prima, vi. Anan. conſilio 94. add. Bologn. ibi. & certè repræſaliæ licitæ ſunt ex parte eius quo coactus eſt ſe defendere, ſed illicitè ex altera parte quæ ſatagit primo aggredi, inſultare, & prædare. Sanctus Auguſtinus, de ver. Domi. ſermo. 9 Ludouic. Carbon. dicto tracta. de reſtitut. omnium rerum dicta quæſt. 62. car. 433. vſ. Ferret. quid de repræſalijs dicit. dicto tract. de re Naual. lib. quinto nume. 21.

23 Quarto & vltimo quando inimicitia eſt publica, & notoria inter potentates Chriſtianos, & infideles, aut piratas, vel Vſcocos, & deuenitur ad arma, vt iam de Bello Flandrio, vel Pannonio dixi, & ſecundum ea quæ explicant Alexan. dicto conſilio 130. volum. ſeptimo, & Boer. dicta Deciſ. 178. per tot. ſi quid capiatur ex manu, ſeu ex naui inimicorum noſtrorum, quamuis alienum ſit, non dicitur captum principali intentione, ſed pugnatum, & incidenter in pugna captum, vt in caſu à nobis propoſito, in quo nauis Chriſtiana fuit aggreſſa à naui inimica, contra quam nauis Chriſtiana coacta fuit armare ſe defendendo toto poſſe, at ſi nauis inimica capta ab ea remanſit res in ea immiſſæ, & reperte per accidens capientium fiunt. vt expreſsè tenet Ludouic. Carbon. dicta quæſt. 62. verſicu. Tertium dictum indirectè. cum verſicu. ſequentibus vbi ad contrariam obiectionem reſpondit. & Clarus. quæſtio. 63. verſicu. Tertia concluſio. cart. 434. vbi alleg. Adrian. Sylueſt. Gabriel. & alios, & ſub verſicu. Nona concluſio innuit quod omnia damna inde emergentia ſequuntur naturam belli, & vt habetur in lib. qui appellatur ſupplementum. in ver. bellum primo quando fit contra hoſtes. hæreſes, & ſimiles à Principe non recognoſcente ſuperiorem tunc ſuum facit quid capit ab hoſte, vel eius auxiliatoribus ſiue ſubditis, ſiue alijs, quouſque ſit ſibi plenè ſatisfactum de omni damno, labore, & operis, tam ſui, quam ſuorum, vt vigeſimotertio, quæſt. 7. ſi de rebus. quod not.

24 Et milites præliantes, & vim in repulſandos hoſtes facientes, iuſtè capiunt ab huiuſmodi inimicis quicquid ad eorum manus venit, dict. leg. hoſtes. & dicta l. ſi quid. ff. de capt. & poſtlim. reuer. vbi Barto. Alexan. & alij. Carbo. vbi ſupra dicta quæſt. 65. verſicu. limitant aliqui. car. 450. ſed capta non ſunt capientium militum, ſed ducum, vel illius Principis ſub quo militant, eius pagis, & ſtipendijs. De quibus milites contenti eſſe debent, iuxta illud Luc. capitu. tertio contenti eſtotè ſtipendijs veſtris & D. Caball. alios allegans Caſ. crim. 140. Carbo. dict. quæſtio. 62. verſicu. Secunda concluſio cart. 434. ſecus ſi non eſſent ſtipendiati per ſupradicta iura, & non dico ſi non eſſent cõtenti: quoniam milites nunquam aut rarò vocant ſe contentos, vtinam non ſe amutinarent.

25 Poſſet fortaſſe à patrono nauis inimicæ, quel que pro inimica ſe aduerſus nauem Chriſtianam præbuit, allegari vis nautarum, & aliorum paſſageriorum in naui ipſa exiſtentium, quibus ipſe patronus (aſſerat) reſiſtere minimè potuiſſe, ex quo illi obedire renuerunt, Hoc non eſt credendum, neque veriſimile: quia patronus non præſumitur à nautis compulſus. ar. l. moueor. C. ſi ſer. expor. ven. Angel. conſilio 219. arbitror. quem in propoſ. adducit Strac. dicto tract. de naui. naut. & nauig. ſub nume. decimooctauo, & 23. parte tertia, & in omnem caſum patronus tenetur de mala electione. vt in ſimili de corporali dixi, ſub numero 154. parte quinta, & exercitor nauis reus eſt culpæ, qui opera malorum hominum vſus eſt. §. item exercitor. inſtitut. de obligat. quæ ex quaſ. contract. naſc. l. prima, §. penul. ff. fur. aduerſ. Naut. Strac. in ſæpè alleg. tract. in vltim. par. ſub numero tertio.

26 Nec obſtat ſi diceretur quod ſi res noſtræ ab hoſtibus captæ, & deinde à noſtris recuperarentur, ſint reſtituendæ Domino cuius iam fuerant, vt tenet Rip. dict. leg. prima, numero quinto, de acquirenda poſſeſſione, & de hac re eſt pulchra Deciſ. Vincen. de Franciſc. 268. in ſecunda parte vbi cenſet de officialibus, & pecunijs pro Regis captis ab hoſtibus Turcis, & mox recuperatis, à D. Andrea Auria perfecto maris pro Rege Hiſpaniarum, qui ob res terra marique non minus fęliciter, quam fortter geſtas, toto orbe eſt notiſſimus, nomenque ſuum æternitati conſecrauit. Tantum enim valet virtutis ſtudio ſemel ſe dedidiſſe. & per D. Caball. dicto caſ. criminal. 140. vbi enim diſtinctione ex mente aliorum ſcriben. reſoluit à fauorem Dominorum. & facit Reuer. Nauarr. in ſuo conſilio ſecundo, vbi de rebus luſitanorum captis a mauris, & poſtea à luſitanis recuperatis, & per Strac. de ſponſ. mercat. in quarta parte nume. vigeſimooctauo.

27 Quoniam rerum, quod caſus prædicti, ſunt valdè diuerſo à caſu prænarrato, & præſuppoſito noſtro, vnde ex diuerſis non bene infertur, leg. Papinianus. §. exuli. ff. de minor. leg. inter ſtipulantem. §. ſacram. de verborum obligationib. & clarum eſt in iure: quia noſtra nobis erepta, ſi à noſtris reperantur non fiunt capientium. ſed prioribus Dominis reſtituuntur, text. in leg. ſi captiui. §. expulſus. de capt. nec iure prædæ continentur. & ratio ea eſt, quia non tàm capta, quàm reddita dicuntur, l. ab hoſtibus, in ſecundo de cap. & poſtlim. ſecus eſt de rebus inimicorum, aut fautorum ſuorum, per ſupradicta. vi. quod dixi in hac ſexta par. ſub num. 384. colum. ſecunda, poſt princ. cart. 105. Et Reuer. Nauar. d. conſi. 2. videtur adhærere conſuetudini per quam res Chriſtianorum recuperare, non ſint reſtituendæ prioribus Dominis, & eum cou. vi. D. Caball. d. caſ. 140. num. 7. & ſeq. & Didac. Couart. in 2. par. relect. §. 11. ſub nume. 6. idem dicit diſpoſitum eſſe per l. Partiarum. & noſtri allegant Ang. in d. ſua diſput. incip. renouata Guerra, & conſuetudo valet quando ius Põtificium, aut Imperiale, uel ſtatutarium non reſiſtit. iu. Ferret. dicto tract. de Re Naual. lib. 8. nume. 54. ſed ſi res non ſint captę, à noſtris, ſed redemptæ ab hoſtibus tunc debet reſtitui redimenti expenſum, non tamen ſecundũ aliquos plus eius quod re vera impendit. not. glo. in l. 1. ubi Bal. C. de epiſcop. audien. l. fin. C. de capt. & poſtlim. te. cremens. ſing. 167. Pet. Raue. ſing. 103. uerum ſi ex magno interuallo temporis fuiſſent recaptæ, aut redemptæ, poſtquam pro derelicto habitæ fuerant, tunc arbitrarium eſſet reſtituere. §. penultim. & fin. inſtitut. de rerum diuiſio. at me remitto.

28 Tandem non in obſtat, quod de iure maritimo, dicitur in libro Conſulatus capit. 285. ubi cauetur, quod nauis mercium quod inuenimus obuiam nauem inimicam malis

Pp homi-

hominibus commiſſam. & armatam, ſi capiatur & merces in ea non ſint inimicorum, non fiant capientium, ſed mercatorum, qui teneantur ſolum nolunt duntaxat perfectò nauis qui capturam fecit.

Quoniam reſponderi poteſt quod iſte caſus differt multum à caſu noſtro, in quo præſupponimus nauem noſtram à naui inimica aggreſſam, & prouocatam ad defenſam contra manu prompto. caſus verò conſulatus præſupponit quod nauis piratica, vel inimica aggreſſa fuerit a noſtra, vnde de vno ad alium non bene infertur. l. Papinianus. §. exuli. ff. de minor. cum concor. & ſic noſtra vti prouocata meritò acquiſiuit, cum lancea (vt fertur omnia) in naue inimica reperta. & eſt verum quod res noſtræ a piratis captæ non fiunt capientium, vti latronorum malæ, ac peſſimæ fidei, leg. ſecunda, §. ſi nauis à piratis. ff. ad leg. Rod. de Iact. cum pro parte eorum iniuſtè capiantur, ſecus pro parte Chriſtianorum, qui ſe defendendo ab incurſu, & inuaſione piratarum iuſtè capiunt iure belli, per ſupradicta, ſecus ſi dubitaretur eſſe bellum iuſtum, & poſtea cognoſceretur fuiſſe iniuſtum. Carbo. q. 74. verſi. decimum.

29 Et in omnem caſum mercatores quiqui ſint, habent actionem aduerſus nauis patronum, ſicut ait Strac. dicto titu. de nauit. naut. & nauig. parte vltim. nume. 3. trad. Bald. in dicta leg. cum proponas. C. de naut. fœno. ſub nume. quinto per l. fin. C. de per. & commo. rei vendi. cum alijs iuribus, & numero ſexto, cum 59. vbi de vecturalibus. eſt tex. in l. prima, ff. naut. caupo. ſtab. in princip. Bald. conſi. 417. volum. primo Barto. in l. ſecunda, §. ait prætor. eodem titu. Marſ. conſi. 23. nume. primo, in prima par. & Ferret. dicto tracta. de Re Naual. libro primo, nume. 38. libro ſecundo nume. 37. vbi tractat, an pro recuperatione rerum omnes in naui teneantur. Qua de re gratias agamus Deo noſtro qui dedit nobis victoriam, vt etiam Ferret. dicto libro primo numero tertio memoriæ reducit victoribus. remittendo me ſemper veriori iudicio, & ne hac occaſione nati pertranſeamus, quid circa ementes res à piratis furatas cenſendum ſit, reſolutiuè dico, quod emptor non tenetur illas reſtituere ſine pretio, l. mulier in opus. l. in bello. §. ſi quis ſeruum. ff. de capi. & poſtlim. reuer. Cæpol. cautel. in Iaſ. in l. ſi precium. Cod. de procur. Simon. de præt. vltim. volunt. lib. 3. fol. 3. nume. quarto, & ita hos allegat & tenet. Bonifac. de fur. §. contrectatio. num. 96. Addo Strac. tract. de nauibus in ſecunda par. nume. 17. vbi declarat licere occupare bona a piratis quouſque ſunt in manibus piratarum, nume. decimo octauo, tenet non eſſe coactum reſtituere rem ſine precio. & ementes res furtiuas ſcienter tenentur ſine pretio reſtituere. l. qui uas. §. ſi ego tibi. ff. de furt. l. inciuilem. & l. eos. C. de fur. & plura per Bonifac. dicto §. contrectatio. ſub num. 92. & ſequen. & de emente rem furtiuam cum bona, vel mala fide, & cui & quando ſit reſtituenda vt. Ludouic. Carbon. tract. ſuo de reſtitu. omn. rer. cap. 74. cat. 520. vbi multas quæſt. dirimit per concluſiones, & allegat iura ciuil. & canon. ac Sacros Theolog. & docet quid in foro fori, & in foro poli, & quid de emente ab ignoto. vt. l. prætor ait. §. ſed & ſi quis inſcio Domino. ff. de ijs qui not. infa. in propoſ. text. in §. ſi quis à non domino. inſtitu. de actio, Surd. conſi. 15. num. 19. conſi. 10. nu. 37. part. prima. Iterum Bonifac. in §. poſſeſſionis. nu. 306. Iacob. de Beluiſ. pract. titu. de proban. nega. nu. 19. Dy. in c. peccatum. vbi Couarru. de regul. iur. & in cap. qui contra iura. eo. titu. & vi. in 4. par. ſub nume. 298.

De Bracchio militari. De tenuta an miſſus in poſſeſſionem poſsit locare. De conductore, & nominatione authoris.

FRAGMEN. XXXI.

IN prima par. ſub num. 281. cat. 36. circa Bracchium militare, alij appellant (licet idem ſit) manum militarem, cuius auxilium de iure commu. imploratur officio iudicis nobili per l. qui reſtituere, ff. de rei vendicat. Mart. Laudenſ. tract. repræſ. ſub nume. 14. & 15. vbi dicit quod manus regia dicitur officium iudicis. ſecundum Anto. & Imol. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtitu. vt. ſup. in primo Fragm.

Et in hoc propoſito ſcias, quod de iure commu. miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto dicitur magis detinere quam poſſidere. Specul. §. primo, eodem titulo, de primo, & ſecundo Decreto. Matho. in leg. cum apud. nume. ſecundo, C. de bon. author. iud. poſſ. Menoch. de retinen. poſſ. remed. tertio, numero 168. Sed immo dico quod poſſidet ſeu reuocabiliter vſque ad annum ſecundum, Barto. & alios in leg. in venditione. ff. eodem titu. & ideo poteſt locare, vt per Spec. vbi ſupra, & Barto. nume. quinto immo teneri ait. & per Catoc. tract. locat. & conduc. titu. de creditor. quæſt. quinta, & de conſuetudine facit fructus ſuos. vt tenet Bald. per authe. de exhiben. reis. §. ſi verò quidam. collat. quinta, & non eſſe alibi ait ſing. ſuo 119. Quod eo magis procedit vbi vigeret ſtatutum. vt Florentiæ. in ſecundo volum. rubr. 58. vbi agitur de tenuta. & præcepto de diſgembrando. & in ſtatu. Mercantiæ. dictæ ciuitatis in ſecundo libro rubr. octauo §. Faccianſi. de quo ſtatuto. meminerunt Negusant. de pignor. & hypot. ſecundo membr. tertia parte ſub numero ſexto, verſic. Secundo fallit quando in loco, & quinto membr. quinta parte nume. ſexto, vbi dicit quod creditor immiſſus in poſſeſſionem ex primo decreto tenetur curare de fructibus percipiendis. Menoch. dicto remed. tertio ſub numero 177. & Dec. conſil. 62. colum. fin.

Et is conductor etiam ſi erroneum titulum habeat excuſatur à mala fide. Maſcard. de probat. in verb. bonafides. & in verſi. titulus. & Menoch. de recup. poſſ. remed. decimo tertio nume. 64. 65. 66. cum ſequentib. vbi ſi conductor à domino rei vendicatione conueniatur, nominando authorem hoc eſt enim locatorem, poteſt dicere agenti, quo ad te liberas ædes habeo, & liberatur per talem nominationem à moleſtia. Marant. de ordin. iud. ſexta parte membr. quinto circa nominationẽ authoris. Catoc. de loc. & conduc. titu. de nominationibus Rot. Roman. in antiqu. titu. de iudic. Deciſ. quarto alias 85. Franc. Marc. Deciſ. 170 par. 1. Afflict. Deci. 217. Mago. Deciſ. 130. nu. 27. Borg. Caual. Deciſ. 45. nume.

nume.74. multos alios conſultò omitto prauitatis cauſa.

Et in fi.d.nume.281.adde Ludou. Carbon.de reſtitu. omn.rer.cap.42.car.272. Amad.de ſyndic.num 91.92.93.94.95.96.& dicam. in 6.par. ſub nu.201. verſic. Nec Chriſtianis.& vi.etiam in 5.par.ſub nu.154.

De coitu licito, & illicito etiam inter coniugatos.

FRAGMEN. XXVII.

IN prima par.ſub nume.282.lit. H. car.38. in propoſito vi.S. Auguſt.in lib. de nupt.ca.14. vbi ait. verum in coniugatis ſunt aliqua tolleranda, ne in damnabilia flagitia, ideſt in fornicationem, vel adulteria corruantur, propter quod vitandum malum, eſt illi concubitus coniugum, qui non fiunt cauſa generandi, ſed victrici concupiſcentiæ ſeruiunt in quibus iubetur nõ fraudare inuicem, ne tentet eos ſathanas, propter intemperantiam ſuam, non quidem ſecundum Imperium præcipiuntur, & tamen ſecundum veniam conceduntur: ſic enim ſcriptũ eſt, vxori vir debitum, reddat, ſimiliter autem & vxor viro ideo dico quod aliud eſt non concubere, niſi ſola voluntate generandi quod non habet culpam, aliud carnis concubendo appetere voluptatem, ſed non præter coniugem, quod venialem habet culpam.

An maritus teneatur pro debito vxoris, et an vxor pro debito mariti.

FRAGMEN. XXVIII.

IN prima parte ſub dicto nume.282. ſub liter. L. car.39. in verb. maritus. & vxor ſunt correlatiui. Limita de iure commu.non procedere circa executionem realem, vt alter pro altero teneatur, minus pro executionibus perſonalibus: nam pro debito mariti, non fit executio in bonis vxoris.nec pro debito vxoris,in bonis mariti,& l. prima, & ſecunda, & toto titulo C. ne vxor. pro marit. niſi pro debito tutelari, quia non redditis rationibus etiam in bonis ſecundi viri exequi poteſt. vt l. ſi mater. Cod.in quibus cau. pign. vel hyp. tact. contraha. Marant. de ord. iud. vlt. part. ſub numero 52. Aſin. pract. §. trigeſimoprimo, capit. ſecundo limit. 43. numero tertio. Item pro debito primipilari, quo caſu etiam bona uxoris ſunt tacitè obligata. l.ſatis. C.eodem titulo in quibus cau. Aſin. tract.de execut. §.ſeptimo, capitu.decimoquinto, numero vigeſimoſecundo. At in re dotali executio regulariter fieri non poteſt conſtante matrimonio, etiam quod debitum ſit commune viri & vxoris.leg.dotis. Cod.de collat. Bal. Nouell.tract.de dot.par.ſeptima priuil. decimooctauo Capit. Deciſ. 128. limitarem quando vxor duxiſſet virum pauperem,& debitum eſſet commune pro ipſis alendis factum, quia in ſubſidium poſſet fieri executio in rebus vxoris, vt in veſtibus, lectis, & ſimilibus. poteſt fieri. ſecundum Marant. de ord.iud. dict.par.vltim. nume. 28. 29. & 30. Aſin. dicto §. 31. capitu. ſecundo, limit.32. nume. 33.34.35.& ſequentibus. Quibus in locis habetur, quæ res exequi non poſſunt. Verum de facto ſeruatur, quod executores in exequendo non diſtinguunt, ſed capiunt quãlibet rem, & excuſantur, quoniam ipſi non ſunt cognitores quando non habent in mandato executoriali, quas res capere, vel non debeãt, alioquin habent præſumptionem pro ſe, cum omnia in domo reperta præſumantur eſſe viri, alio non apparente l. quintus Mutius. de donat. inter vir. & vxor. ut euitetur ſuſpitio turpis lucri. ſed in uxore diuite, & viro inope hæc conſideratio ceſſat. Bald.in l.ob maritorum. C. ne uxor pro marit. Menoch. de præſump. libro tertio præſum.51. nume. 22. Ancha. reg. quæſtio. ſeptima per tot. lib.primo. Sed ſi vxor habet paratas iuſtificationes,tunc poſſent relaxari res propriè uxoris, quæ poteſt haberes etiam extra dotem alias res proprias.leg. pen. ff. ad leg. Falcid. Fallit etiam quãdo vterque coniugum domum ſimul conduxerint, Anchar. vbi ſupra numero quarto fallit quoque vxor duxerit virum in domum ſuam, vt ſæpe contingit quando pauper accipit vxorem diuitem. Caualcan. Deciſ.51. parte ſecunda, & vide in ſequentibus. Fragmentorum.

De meretrice nupta, et de adulteris.

FRAGMEN. XXIX.

IN prima part.ſub dicto numero 285. lit. N. car.40. Hinc not. quod meretrix nupta habens in maritum vnum Lenonem, vel infamem, reputatur pro meretrice,& non nupta, quod facit ad ſtatuta de non calcerando vxorem pro debito mariti, quia carcerari poſſet. Marſi. leg.prima numero 30. 31. C.de rapt. Virg. & vi. de Lenocinio in quarta parte ſub nume. 100. & ſcias quod iudicium adulterij, vel Lenocinij debet incohari intra quinquennium alias præſcribitur, leg.mariti Lenocinium.§. hoc quinquennio. & l.cum paſſam. §.præſcriptionem. ff. de adult.ſecus ſi cum inceſtu ſimul commiſſum eſſet adulterium, Surd. conſil.23 nume. duodecimo volum.primo,& tex. in l.adulter poſt quinquennium,C.de adult. Bal.de præſcr. quarta par te quæſt.ſecunda, nume.nono Rot. Roma. Deciſ. decimatertia, lib.tertio. Deciſ.86.lib. ſecundo, ſed quo ad reſtitutionem dotis, ſemper excipi poteſt de adulterio, de quo clarè appareat. Nam quę ſunt annalia ad agendum ſunt perpetua ad excipiendum. inſtitu. de perpet.& temp. except.circa princip. niſi vir eſſet talis qui plus diligeret dotem,quam vxorem, & non curaret eſſe illam pudicam,ſed magis impudicam haberi, ut aiunt de illo qui ægreferrebat eos qui de pudicitia uxorem eius commendabant, tanta Zelotypia (miſer) detentus erat.

De Patre receptante filiam malè tractatam à viro ſuo, & an repetet expenſas.

FRAGMEN. XXX.

IN prima parte ſub lit. G. cart. 43. Quid ſi vxor diſceſſit à viro, ob eius malam qualitatem, vt quia vir infirmam vxorem reddit puta morbo gallico, de quo ibidem dicitur, & vir relicta ea abijt in regionem longinquam, at ipſa infęlix in domum patris ſui ſe recepit, a quo alimenta percepit, atque eiuſdem patris expenſis medelam contra morbum gallicum, & ſanitatem recepit, equidem poteſt à ſocero has expenſas repetere. vt trad. Doctor. commu. in l. ſi quis à liberis, §. vel ſi parens. ff. de liber. agnoſcen. l. Neſenius. ff. negot. geſtorum, & in l. alimenta. & in leg. quod in vxorem. C. eo. qui dicunt quod ſi expenſa non ſit modica, ſed neceſſaria, tunc ſiue pater, ſiue frater, ſiue alius repetit. Surd. de alim. tit. primo quæſt. 32. per tot. & quæſt. 33. nume. 35. Natt. conſil. 387. numero octauo Soc. conſi. 64. volum. quarto, trad. Cæphal. conſi. 244. nume. ſecundo Ancha. reg. qu. 52. par. prima Thom. Doc. Senenſ. conſil. 72. nume. tertio, & quarto. Berò. conſi. 186. volum. primo. Nam præſumitur quod Pater animo repetendi ſubminiſtrauerit Boer. conſi. 17. colum. 2. Corn. conſi. 124. Borgn. Deciſ. 21. nume. 20. par. quarta Cæſar Borz. Deciſ. Bono. 130. nume. 89. & ſequen. volum. primo, Nauar. conſi. ſecundo, de donat. libro tertio Feret. conſi. 34. nume. ſexto, & ſequentib. volum. primo Ang. de Gambig. conſil. 90. nume. 22. volum. tertio: quia hoc in caſu vxor legitimam cauſam habuit recedendi, & ceſſat illa ratio qua mouentur contradicentes, qui ex aduerſo dicunt non licere vxori etiam infirmæ diſcedere è domo viri: quia tenetur cooperari ibi, & obſequia præſtare viro quod verum eſt ſi ſine cauſa legitima diſcedat: quia qui præſtat alimenta non repetit. Pancirol. conſil. ſeptimo, nume. 10. volum. primo, & cauſa erit legitima ſupradicta, & etiam ſi ob Zelotypiam viri timeret de ſæuitia viri. de quibus ibidem. ſub dicto nu 282. vſque ad nu. 283.

* Sed debet apparere de proteſtatione Patris declarantis animum ſuum eſſe repetendi alimenta ſubminiſtranda, ſecundum Maſcardu. conſilio 110. nume. 97. volum. primo, cart. 406. dicente, quod declaratio præcedere debet. facit Surd. conſilio 111. nume. vndecimo, & duodecimo, idem Deciſ. 206. numero ſeptimo Alba. conſilio 241. numero primo, & ſequentib. volum. ſecundo, Beninten. Deciſ. nona, colum. final. Feret. conſilio 97. volum. primo, & vt. in ſequentib. Fragm.

De alimentis vxore præſtandis.

FRAGMEN. XXXI.

IN prima par. ſub lit. H. in fin. car. 44. Aduerte tamen quod in cauſa impicti adulterij maritus cogitur alimentare vxorem donec declaratum ſit ab eccleſia, an verè vxor ſit adulterata, Abb. in capit. ſignificaſti. nume. decimo extra de diuort. Surd. dicto tracta. quæſt. 6. nume. 16. verſic. ſecundus caſus. Boic. dicto cap. fin. de adult. Ferant. Garzi. patroc. 43. nu. quinto, parte prima, & eſſe magis commu. opin. teſtatur Rimin. conſi. 84. nu. 17. & ſeq. Mandoſ. conſi. 48. ſecus ſi adulterium fuiſſet notorium, vt limitant ſupradicti Docto. alioquin mali mariti, uxores, & concubinarij nati hac occaſione ſeparandi ſe ab vxore, cauſam quærerent eam deſerendi, & alimenta ei negandi. Sed crederem, quod ſi pendente lite maritus proteſtaretur velle rehabere alimenta quæ ſubminiſtrat, caſu quo mulier declarata ſit adultera, illa rehabere deberet, quia ipſa commodum ſuæ iniquitatis reportare ſibi nõ debet. l. non debet. in fin. ff. de dolo mal. & ex ſuo delicto nemo meliorem ſuam conditionem facere poteſt. vulg. iur. cap. damnum. de regul. iur. in 6.

An emancipatio fieri, vel peti poſſit per Procuratorem.

FRAGMEN. XXXII.

IN prima parte ſub lit. Q. circa fin. car. 49. Et an emancipatio peti, vel fieri poſſit per procuratorem trad. Bar. Iaſ. & alij. in l. Gallus, §. forſitan. ff. de liber. & poſthum. & dicunt prima fronte quod non, ſed de æquitate videtur quod ſic, & ad hoc facit diſtinct. Iaſ. in dicto §. ſub numero nono, vbi trad. in quibus caſibus procurator interuenire, vel non, poteſt. & ibidem quid in legitimatione, adoptione, & manumiſſione. & de hac Iaſ. diſtin. dix. ſup. Fragm. 7. vbi vide.

De filius quando non teneatur obedire Patri.

FRAGMEN. XXXIII.

IN prima parte ſub lit. R. cart. 49. Adde ſic, In ea ergo re ſola filius non debet obedire Patri ſuo, ſi aliquid pater ipſius iubeat contra Dominum Deum ipſius. Neque enim debet iraſci pater quando ſic ei præponitur Deus, ibi enim iubet pater quod contra Dominum non ſit, ſic audiendus eſt quomodo Deus: quia obedire Patri iuſſit Deus. vt ait hæc Sanct. Auguſtinus in libro ſuper Pſalm. 70. primo Concio. & Exod. vigeſimo, & Paul. Apoſtol. ait, ſuper quarto Actor. & facit Azor. inſtitut. moral. libro ſecundo, capitul. vigeſimoprimo per tot. At aliquando melior eſt ſententia filij, quam Patris, ideo filius non tenetur ei ſtare, ſed ſuæ, intellige ſi approbata erit viri melior leg. tertia, §. ſi quis. ff. de condictio. ob cauſ. refert Grammat. Deciſ. 171. ante num. decimumnonum. Sed in dubio debet inhærere opinioni Patris. vt. infra.

Cæte-

Digitized by Google

Cęterum Patris minæ non valde terrent, ſuauis eſt Pater, prudentior, quàm iracundior. Filium beneuolentia Patris meliorem facit, emendandi ſunt liberi, non tàm duriter tractando, quam verbis ſuadendo: hæc & alia multa recenſet Plac. Epit. delict. c. 22. vbi Menandr. & Eurípid. allegat.

Qualiter actio furti inter patrem, & filium inter virum, & uxorem non datur, et de donationibus validis, vel inofficioſis.

FRAGMEN. XXXV.

IN 2. par. car. 50. ſub lit. H. in fin. adde, tamen filius peccat valde. Salamon. Prouer. capitu. 28. ibi qui ſubtrahit aliquid a patre: nam & ſi non datur actio in foro fori, datur punitio in foro poli, & vt in 6. par. nu. 310. verſi. At in perſonis. & in 2. par. ſub nu. 261. lit. D. vbi adducitur tex. l. ſi. C. de furt. per quem tex. idem dicitur eſſe inter virum & vxorem; quia turpis actio furti contra honorem matrimonij non datur, l. 1. & 2. ff. rer. amotar. l. aduerſus. C. de crim. expil. hæred. l. quandiu. C. de furt. & l. ſi quis vxori. C. eo. datur tantum actio rerum amotarum. Et amouiſſe dicitur coniux res coniugis, ſi conſilium diuortij caperet, amouit, ſi nupta amouit, & diſcedens celauerit. l. ſi concubina. §. primo, ff. rer. amot. ſi de viri vita deſperans rapuerit, l. ſi cũ mulier. eod. titu. ſi tamen amouit cauſa mortis quæ ſecuta eſt, non poſſunt hæredes vti actione rer. amotar. contra eam, ſed actione hæreditatis, vel ad exhibendum. l. ſi propter res amotas. ff. eo. rer. amot. vnde ſi vir cupiens bene facere vxori ſuæ dilectiſſimæ breui manu dederit, aut dixerit ei, vt res, vel pecunias ſibi cuſtodiat, vt poſt vitam eius, vti ſua propria, & non ipſius viri dici poſſint, & det licentiam ex nunc prout ex tunc, vt ſi interrogata fuerit ab hæredibus viri, an habeat aliquid rerum, aut pecuniarum viri ſui defuncti, poſſit illa tuta conſcientia quod nil aliud habet, niſi id quod ipſa ſponte exhibnit. nec ipſa poterit cogi propalare quæ ſua ſunt l. ſecunda, verſicu. quid enim tàm durum. Cod. quando. & quibus quar. par. lib. 10. & de bona voluntate viri accepit & bona fide poſſedit. & ſecuta fuit traditio, quæ facit de iure ciuili valere talem donationem, l. Papinianus. ff. de donat. inter vir. & vxor. quæ ſtatim ſecuta morte viri finem & effectum donationis perfectæ habuit. l. donationes. C. de donat. inter vir. & vxor. & licet contra diſpoſitionem ſtatuti donans dicitur peccare, & ſimiliter donatarius. cap. omnis, de maior. & obedien. Bald. Nouell. in propoſ. tract. de dot. par. 6. ſub nume. 14. attamen, non peccat ſi ius canonicum permittat, quod ius ciuile prohibet, vt in materia iuramenti trad. ibi Bald. & quæ donationes valeant inter virum, & vxorem trad. Hoſtienſ. in ſum. eodem titu. & Abb. in cap. donatio. nume. ſecundo, eodem tit. vbi additio lit. B. verſicul. quod limita: nam maritus hoc in caſu non ſit pauperior, nec vxor locupletior, cum in remunerationem boni obſequij, & poſt mortem viri effectu ſit domina rei donatæ.

Cęterum redeũdo ad actionem furtiuam quæ non habet locum inter patrem, & filium, inter virum, & vxorem, nota id eſſe, quia vbi non oritur actio ciuilis parti, non oritur actio criminalis Reipublicæ, Salyc. in l. eos. C. de fur. Bar. conſil. incip. à Domino Cyno de Bononia. Cæpol. conſi. 59. cum alijs per Marſ. adduct. in l. 1. num. 17. C. de rapt. Virg.

Pater an poſſit iubere filio vt vindictam faciat.

FRAGMEN. XXXV.

IN prima parte ſob lit. L. car. 52. Adde Meno. libro quinto præſu. decimoquarto, vbi ait, quod aufertur præſumptio iniquitatis, & inſurgit præſumptio amoris. & vi. Marſ. l. prima, in princip. C. de rapt. Virg. vbi nume. 3. ait quod Pater poteſt demandare filio hanc vindictam. ibi nume. quarto, cum ſeq. & dicit quibus vindicatio competit.

De poteſtate Dominica, et de eorum peccatis.

FRAGMEN. XXXVI.

IN prima parte nume. 284. car. 52. quodnam ius, & quam poteſtatem habeant Domini in ſeruos. trad. etiam Ioan. Azor. inſtitut. moral. capit. 34. libro ſecundo, & Platos, ait ſeruos caſtigandos eſſe ne nimium deſidioſi reddantur. ſed ſine contumelia, ne in iracundiam efferantur. libro ſexto, de leg. hinc de nimia ſæuitia in ſeruos multi Domini probarunt, quanta mala contra ipſos Dominos ab eis patrata fuerunt. & ſi à liberis ſeruiuntur ab ipſis iniuria ſæpè vindicata fuit. De peccatis, aut Dominorum in ſeruos trad. idem. Ioan. Azor dicto libro cap. 38. & Nauar. Manual. confeſſ. cap. decimoquarto, numero 21. & ſequent. At Domini per ſeruos liberos quandoque macri fiunt, & ſerui per Dominos dormientes, & craſſi. parte ſexta numero 591. & quantum inconueniens, ſit quod vnus impediat officium alterius. Anan. conſi. 2. cui ſe ſubtripſit Ludo. Bologn.

De alendis fratribus pauperibus à ſanguine coniunctis, et de Dominis, et Magiſtris.

FRAGMEN. XXXVII.

IN prima par. ſub numero 285. lit. R. car. 52. Frater iure ſanguinis, & ratione charitatis, tenetur alere fratrem egenum, & qui de induſtria, uel aliunde non habet modum viuendi, & idem de ſorrore. vt trad. Ponta. de alimen. cap. decimo, & Surd. eo. tractat. ſed fallit, quando frater eget pro ſe ipſo ratione ordinis charitatis: quia charitas incipit à ſe ipſo.

§.1.de not.feud.l.præſes prouinciæ.C.de ſeruitu.Ioan.Azor.inſtitu. moral.lib.2. cap.40. par.2.& etiam quia pauper pauperem non alit. dixi par.2.nu.301. fallit etiam quando frater, aut ſoror eſſent ingrati: nã ſicut caro, ſanguis, & amicitia ſunt cauſa beneficij, ita repugnantia ſanguinis contradictio inimicitia, & ingratitudo ſunt cauſa beneficij amittendi. vt ait Cicer. de inuentio. idem de amicit.§.cauſas, in authen. vt cum de appellat.cognoſc. & ex cauſa ingratitudinis Vaſallus amittit feudum. §.ſed quia naturalem.tit.quæ fuit prima cau.beneſ. amitt.§.1. in quib.cau.feu.amitt. §.ſi. quib.mo.feu.amitt. & vaſalli erga Dominum fœdere amicitię tenẽtur ſubuenire in extrema inopia, non enim æquum eſt videre egentem, quem prius habuit in amicum.§.1.de not.feu.lib.2.l.2. C.de liber. & eor.lib.ad id tenentur, donatarij erga donatarem, liberti erga patronum.d.l.2. vbi Docto. C.de lib.& eor.lib. alioquin libertus libertate, donatarius donatione priuandi ſunt.glo.in l.ſi. de reuoc.donat.l.ſi quis à liberis.§.alimenta.de liber. agnoſ.

Cęterum & diſcipuli tenentur præceptores egenos ſubſtentare iux.l.2.§. primus Diuus Auguſtus. ff.de orig.iur. refert Decia.lib.4. delict. tom.1.tit.de reuer.& ingrat.c.14.nume.7.& 8. vbi ait quod diſcipulus tenetur obedire præceptori, ſicut patri. ex Bar.in l.omnes populi. nu.12.de iuſt. & iur. & ex hoc infertur quod iudex ſequens opinionem præceptoris ſui excuſatur in ſyndicatu. per Oldr.in l.prima, §. quæſitum de fund.inſtru. Abb.c.1. De poſtul. & per alios per Decia.loc.mox cit.adduct.car.84.

De meretrice ſponte conuerſa, & de loco nuncupato delle male maritate reclusa fugiente, & de auxiliatoribus et pœnis eorum.

FRAGMEN. XXXVIII.

IN ſecunda par.car.58.nu.6.in fi.ſed retinere meretrices clauſas de earum voluntate, in aliquo loco libidinis cauſa, nõ dicitur committi carcer priuatus, ſecundum Saly.in l.1. C. de rapt.Virg. vbi Marſ.nu. 19. alioquin quanti carcerem priuatum committerent, in eorũ villis, & ſuburbanis, vbi heu peiora crimina committunt. & vice verſa Octauius Cæſar hoc vitium pari nequit in filia Iulia, quam ob luxuriam in inſulam pandatariam, quęſita ad campaniã eſt. relegauit. vt refert.Dio Caſſius. lib.55. Hiſtor. Rom.nec eam in ſuo ſepulchro ſepeliri voluit, vt lib.56.& Procop.lib.1.de ædific.Iuſtinia. ait quod Iuſtinianus ædificauit monaſterium pro meretricibus pœnitentibus vſque quo ad meliorem frugem conuerterentur, Florentiæ eſt pariter locus qui appellatur de malè maritatis, is locus, non gaudet eodem priuilegio de iure, ſicut alia monaſteria in quibus ingreſſi ſouent caſtitatem in futurum, vt de conuertitis, quæ etiam habitum monachatus induunt, & vitam religioſam profitentur. & ingredientibus dici ſolet, laſciate ogni ſperanza voi che entrate ſa cit.c.3.ne cler.vel monac.& de ijs eſt tex. cum glo.in auth.ſed hodie.in verb.recipere. ad leg. Iul.de adult.non ſunt monachæ.ſed habitu tantum.auth.interdicimus.C.de epiſc.& cler.d.auth.ſed hodie. verſi.habitu.C.ad leg.Iul.d.adul. Aliæ verò quæ ad tempus recipiũtur donec reſipiſcant ſi exeant, non eſt eis pœna infligẽda, ſicuti alijs quę poſtquam ſunt ingreſſę amplius exire non valent. niſi in pœna detruſę fuerint in monaſterium in perpetuum. ca.luminoſo.8. q.1.c.ſacerdos.80.Diſtin.cap.clerici. de exceſſ. prælat.c.tuæ diſcretioni.de pœnit.eo. c.cle.lapſis.16.q.6.& in propoſ.dicam inf.Fragm.47. & vi.ſtatutum Florent.rubr.112.De pœna raptus mulier. &c. vbi pœna eſt pecuniaria, & etiam arbitraria, & ſi mulier erit pediſſequa, vel famula, aut meretrix quæ ſponte conſenſerit. tũc nulla pœna eſt in dicta immo mãdat quod is in nihil condemnetur.

Captura an iureiurando probari poſſit.

FRAGMEN. XXXIX.

IN 2.par.car.58. ſub num.13.captura iureiurando probari non poteſt: quia de magno præiudicio tractatur. Rol. à Vall.conſil.65. nume.16. vol.3.Bald.in l.ſi clericus.col.2.C.de epiſco.aud. & plures alios refert Aſin. de execut.§.2.cap.15.nu.3.quem omnino vi. qui multa alia in hac materia capturæ digerit. & Maſcard.de probat.in verb.captura.

De pertranſeuntibus per alienam iuriſdictionem manu armata.

FRAGMEN. XLI.

IN ſecunda par.car.59. ſub numero 30. Vide quoque Iaſ.in l.plerique num.13.ff.de in ius uocan. qui videtur contrariari Pur. de ſyndic.in ver.captura. cap.4. ſub nume. ſecundo, necnon vi. in materia pertranſeundi per alienam iuriſdictionem manu armata cum capto. Dec. in conſi.255.in cauſa Inquiſitionis.

De iudex laicus capturam in locis ſacris, & eccleſiaſticis non concedat. et de quibuſdam omiſſis in 2. par. nu. 26.27.28.29.

FRAGMEN. XLII.

IN ſecunda par.car.59.in fin.nume.15.omiſſi fueri nume. quattuor videlicet 27. 28. 29.
26 & 29. qui hic recolliguntur. Aduertendum eſt etiam ne iudex laicus capturam in Eccleſijs & locis ſacris concedar, vel contra perſonas eccleſiaſticas. de quibus latè dixi in quarto promiſſo. de quo ſupra in Fragmentum xiij. parte prima, vbi clerici capi non poſſunt à laicis, niſi infraganti crimine, vel quando incedunt

cedunt

credunt ſine habitu, & prima tonſura, & tunc remittendi ſunt ad ſuum Iudicem Eccleſiaſticum, vt in hac 2.p.n.14.& per Foller. Pract.Cri. Cano. par.2.cap.20.nu.9. Menoc. de arb. iud. q. 88. Fran. Marc. deciſ.709.p.1.& Decia.de delic. lib.4. c.9. & to.10. 1. & clericus, & huiuſmodi ſunt remittẽdi ad ſuũ iudicem ſine requiſitione, no.in auth. vt clerici.apud propr.epiſ.primò conueniatur, c.ſi quis contra clericum,& c.nullus iudex.de fo.comp.cap.vt famæ,extra de ſenten.ex commu.Scaglio.Rit.46.nu.8.fo.224.

27 Et à Conc. Trid.ſeſſ.25. c.3.de reformat.ſublata eſt illa poteſtas q̃ Iudices ſęculares habebant capiendi malefactores in Eccleſijs, & refert etiã Foller. Pract. crim. verſ. notatos capiat, nu.4.& Moton.de pac.& treg.quæſt.103.n. 10. & Clar. de hac immunitate,quæſt.30. Farina. quæſt. 33. de carc. & Caret. & Decia. paulò ante alleg. & quatenus ad Cemiteria ſcias, quod eadem gau-

28 dent immunitate ſicut Eccleſia, ita Igneus in l. 1. num. 58. ad Syllan. Car. clem. 1. quæſt. 5. de ſepulch. Remig.de immu. Eccleſ. fol.52. ampliat.6. quos pariter refert Clar. quæſt.30. verſ. hinc eſt. Eſt autem Cemiterium certum ſpatiũ quod eſt circumcirca Eccleſiam maiorẽ 40. paſſuum, Eccleſiæ minoris, paſſus 30. aliarum autem Eccleſiarum Cemiteria, & in quibus nõ cuſtoditur ſacroſancta Euchariſtia, illud ſpatium continent quantum à Ianua principali Eccleſiæ per aſperſionem aquæ benedictæ, clericus ſtans firmus in dicta Ianua aſpergit,& vſquequo aqua aſperſa peruenit, vel adijt, tantum extenditur Cemiterium illius Eccleſiæ,& non vltra. vt ſentiunt Cano.in c.antiquitas, 17. quæſt. 4. Angel. de maleſ. in verſ. & in ſcalis, & in verb. fama, num. 59. quæſt. 4. Decia. d.tract. delict. lib.6. tit. de ſacrileg.cap.24.num.28. Alex.conſ.9.nu. 2.vo.2. Iaſ.in d. l. plerique. num.10. ff.de in ius voc.idem Decia. in tit.de extrahent. ab Eccleſ. cap.25. nu. 9. cum mult. ſeq. tom. 2. vbi etiam de Cemiterio non murato, ſæpe circundato carente muro.

29 Quid autem de Domo ſeu Palatio Epiſcopi, de Hoſpitali, & de fugientibus ad Illuſtriſs. Cardinalem pertranſeuntem trad.ſupradicti Doctor.& Rom.conſ.217.& 214.Oldrad. conſ.54. & conſ.55. & quãdo Eccleſia eſt deſtructa quid dicendum, trad. idem Decia.loc.cit. vbi concludit quod adhuc retinet immunitatem niſi authoritate Summi Pontificis eſſet deſtructa, & profanata ex aliqua iuſta cauſa, & latiſſimè in d.c.25. de ijs & alijs in hoc propoſito loquitur.

Ne agricultores, vel laboratores in actu agricolandi pro debito ciuili capiantur, & de pœna.

FRAGMEN. XLII.

IN 2.par. car. 60. num. 31. Ad hunc propoſitũ aduerte quod pro cauſa ciuili, laboratores, & agricultores nequaquam capi poſſunt in actu agriculturæ, text. eſt, in Authen. agricultores, C. quæ res pign. oblig. poſſ. vel non. idem de inſtrumentis aptis agriculturæ, vt tenent Docto.& pœna capi facientium eſt quadrupli, & capientes ipſo iure infamiam incurrunt, & ablata ſtatim reſtituenda ſunt, vt in d. Auth. agricultores, licet male ſeruatur. vide Marc. Mantua. in ſuis ſing. 467. inſtrumenta. Idem de militibus dum ſunt in expeditione, vel raſſignantur, quod mihi in terra S. Nazarij malè obueniſſet, ex quo mandaui militem Hiſpanum valdè criminoſum, dum raſſignata fieret, capi. niſi culpam in executorem, qui fugit inieciſſem, & tandem ipſe executor impunis euaſit, idem de Doctore dum publicè legit, vel eſt coram iudice patrocinante, Doct.in l.medicos, C. de profeſſ. & medic. lib. 10. & tenet Farinac. de carcer. & Car.q.27.nume.77. quæſt.77.nume.83. Franc. Marzar.deciſ.109. par.1. fallit ſi Doctor immemor ſuæ dignitatis, & ſcientiæ, iniurioſè nimis contra iudicem, vel aliũ, ſe gereret.

An liceat ſe vindicare ex ſententia D. Auguſt.

FRAGMEN. XLIII.

IN 2.par.car.64.nu.46.quoad iniuriam vindicandam. Nota quod omnia in quibus, & à quibus improbitatem aliquam patimur, in duo genera diuiduntur, ſecundum S. Auguſt.ex lib.de ſermo. Domi. cap.37.eorum alterum eſt quod reſtitui non poteſt, alterum quod poteſt, ſed in illo quod reſtitui non poteſt, vindictæ ſolatium quæri ſolet, quid enim prodeſt, quod percuſſus repercutia? nunquid propterea aliquid, quod in corpore læſum eſt, reſtituetur in integrum? ſed tumidus animus talia fomenta deſiderat ſanuum autem firmumque iſta non iuuant, quin potius miſericorditer præferendum alterius infirmitatem iudicat, quam alieno ſupplicio ſuam mingandam, quæ nulla eſt, &c. Paulo inferius proſequendo; idem Diuus Auguſ.ait, Aliud iniuriarum genus eſt, quod in integrum reſtitui poteſt, cuius duæ ſunt ſpecies, vna ad pecuniam, altera ad operam pertinet, de prima dicit Dominus Matth. cap. 5. ſi vnus vult à te tollere tunicam, dimitte ei, & veſtimentum; nam veſtimentum reddi poteſt, & ſatisfieri pro tali iniuria, de ſecunda dicit ſi quis te angariauerit mille paſſus, vade cum illo, & alia duo, & hæc iniuria poteſt ſatisfieri in opere ab iniuriante, ſic adiuuando iniuriatum, vid. inf. Frag. ſeq.

Qualiter contumeliam pati pro amore Dei tenemur.

FRAGMEN. XLIIII.

IN 2.par.car.62. ſub num.54. & in hoc propoſito ſcias quod non omne verbum meretur reſponſum, qua de re Diuus Hieronym. Homil. ſuper Matth.cap.18.ait, ſin autem ob factam contumeliam ſimus implacabiles, & propter amarius verbum perpetes habeamus diſcordias; non ne nobis videmur rectè redigendi in carcerem, & ſub exemplo operis noſtri hoc agere, vt maiorum nobis delictorum venia non relaxetur? & certè vos contra vos ſententiam profetimus, dum quotidie rogamus Deum dicentes, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. quandoquidem nos non dimittimus. & vid. S. Aug. in lib. Enchirid. c.79. & ſupra Fragm.43.

Digitized by Google

De captis non eximendis, & de ſeditioſis.

FRAGMEN. XLV.

IN 2.par.car.64.num.72. in fi. vid. omnino Dec.in conſ.255.in cauſa inquiſitionis, nu.1. & 2. vbi à titulo ſeditionis excludit Marchionem de Aſula, qui carceratos auocauit è manibus iuſtitiæ Ducis Mantuæ, & plura iura adducit, & ſimilem caſum trad. Burſat.conſ.216.vol. 2. ſequutum Mantuę paulò ante aduentũ meũ.

De fugientibus è carceribus excuſandis.

FRAGMEN. XLVI.

IN 2.par.car.66. ſub num. 92. Porrò nobilis ięſio vitæ fugiens è carceribus, mitius puniẽdus eſt, quia ſi carcer eſt mala manſio pro ruſtico, vt ſupra num.12. multo peior eſt pro nobili, qui ſi pro pęna pecuniaria detineretur ex quo fideiuſſorem non inuenerit, is pauper nobilis fugiens eſſet ſummè excuſandus, niſi tanta eſſet ſumma debita cameræ, quæ æquiparari poſſet cauſæ capitali, ad trad. per Bald. in l. parentes, C.de teſt. vt eſt cauſa ardua omnium bonorum, Anchar.conſ.26. Barba.conſ.3.num.11. conſil. 16 in fi. vol. 2. quos cum alijs adducit Menoch. de arbitr.iud.caſ.110.num.5. & ſeq. vbi Grammat. deciſ.28. num.5. adduque Theſaur. deciſ. 61.num.4. & vide in 6.par.ſub num.158. Pœna autem officialium communis Florentiæ fugientium, cum pecunijs communis Flor. vel cambientis, habetur in 3.par.ſtatuto. rub. 161.

De raptu mulierum honeſtarum, & Deo dedicatarum, & de extrahentibus eas à Monaſterio.

FRAGMEN. XLVII.

IN 2.par.car.67.num.99.in fi..viden.eſt quoque in propoſ. Decia.de delict. tom.2. lib.8. vbi in verb.raptus,cap.5,6.7.& 8.cum multſeq.vbi tractat materiam raptus virginum, mulierum honeſtarum, & huiuſmodi perſonarum, quæ vel è Domo, aut loco clauſo, aut è Monaſterio rapiuntur, vt opere vel conſilio perſuaſiuo, & ibi de pœna fautorum, & auxiliatorum, vel aſſiſtentium, cap.13.nume.24. 40. & 41. & non eadem pœna, vt raptor, ſed leuiori puniretur, ſecundum Marſ.in d.l.vnica,num.81.C. de rapt.vid.Frag.93. & Florentiæ pœna eſt arbitraria, tam realis, quam perſonalis, vt in rub.53.vol. 3.ſtatutor. & vid. ſupra num.99.100. & 101.vbi tradidi an amor excuſet eximentem amaſiam. Aſt caueant temerarij, quoniam etiam quod eui tent pœnam l. vnicæ, C.de raptor. & de quibus per Decia.d.c.12.& Menoch. de arbit. caſ.291. & caſ.360. & ibi in no. Addit. & ipſe in 4. par. num. 92. dixi. tamen pœna extraordinaria erit capitalis, ſed in 3. capite, ob loci violationem, multo magis, ſi locus erit religioſus, & ſacer, de hac materia trad.ſcrib. in l.ſi quis non dicam, C. de epiſ.& cler. Bald. in l.ſed eximendi, ff. ne quis eum, vid.ſupra Fragm.38. & in Fragment. ſeq. 48. verſ. Hinc ſcias, vid. quoque ſtatutum Flor. rubr. 112. volum. 3. vbi imponit pœnam arbitrariam, & ſi rapta fuerit meretrix de eius conſenſu vult raptorem in nihil teneri.

De captura partim iuſtificata, an in totum ſit annullanda, et de actore non probante niſi pro parte intentionem ſuam, ac de delicto, in parte tantum confeſſato, et quid ſi in delinquendo ſit actus in parte laudabilis.

FRAGMEN. XLVIII.

IN 2.par.num...car.... Quid ſi captura debitoris facta fuerit pro debito partim vero, & partim falſo, an ſaltem pro debito vero captura ſubſtineri poſſit, aut annullanda ſit in totũ, & videtur quod annullari debeat per doctr. Bar. in l.certi cõdictio. §. oportet igitur.ff.ſi cer. pet. & ibi Bald. vbi ait quod ſi primum decretũ vel ſecundum à prętore, vel alio iudice fuerit interpoſitũ pro debito partim vero, & partim falſo, quod illud decretum in totum nullum erit ipſo iure, & ita ſentiunt Doct. in l.ſi nõ ſortem, & in l.ſi centum, ff de condict.indebit. & ſic habes inter alias vnã fallẽtiam, quod vtile per inutile vitiatur. Nihilominus de æquitate quando vnum debitum eſt iuſtum, verum & reale ſubſtinetur captura, cum ſcimus in quantitate quæ eſt diuidua, quo caſu vtile per inutile non vitiatur. vt in 6. par. num. 139. & 372. & poſtea inueni hunc ſenſum apud Ioan. Bapt. Caccialup. in ſuo tract. de debitor. ſuſpect. & fug. quæſt. 6. nu.29. ex doctr. Bald. in quodam conſ. incip. Quæritur vtrum captura, quod adhuc ipſe non reperi vbi, ait, ille, quod captus pro duabus cauſis, vel pro ſe ipſo, & pro alio creditore, ſi vnius captura ſit iuſtificata, & captura alterius non, nihilominus tenet pro parte vnius valere, licet pro parte alterius non poſſit ſubſiſtere, l.non idcirco.ff.de iudic.cum ſimil.

Hinc eſt quod ille qui egit ad decem, quamuis non probauerit niſi pro quinque, tamen obtinebit, quoniam in maiori ſumma ineſt minor. vt par.1. num.263. & in 6.par.nu.214.verſ. ſtatutum, & ſub num.219. verſ. æquitas. & ad ſu pradictam q. facit, quia & ſi captura fit ab initio nulla, & deinde iuſtificetur, tunc conualidatur in pœnam debitoris. l.fin. in fi. ff. quod met.cau. Caccialup.d.tract. quæſt. 14.nu.1. dixi in 2.par. num.15.38.& 177. vbi vide. & par.4.ſub num. 339. & maxime contra debitorem moroſum, contra quem variare licet de re ad perſonam, & econtra, vt velit nolit ſoluat. Caualcan. deciſ. 1. & 2. par.1.

Et quo ad fugam, de qua in d.2.par.ſub num. 49.& 66. fatuus eſſet captus, & dãnatus ad mortem, quando fugere poſſet, & nollet, at ſi daretur appellatio à condemnatione tunc damnum eſ-

ſet

Digitized by Google

ſet repar bile, & fugere non liceret. Fely. in cap. ſi quando, de offi. deleg. niſi iudex eſſet pertinax in non admittendo appellationem, & mandaret exequi, quia is condemnatus eo magis licite fugeret, & poſſet dicere, eripe me Domine de neceſſitatibus meis, & in alio loco. Domine vim patior reſponde pro me? adeò quod etiam frangendo carceres, & auxilio ab amicis, & notis petito & habito, excuſaretur, l. vt vim, ff. de iuſt. & iur. S. Thom. 2.2. quæſt. 69. artic. 4. Sed ſi iuſtè condemnatus eſſet, vtique fugiendo ſine fractura, & violentia facta, nec cum alijs nec aliquo modo ex ſe, ſed quia facilis fuit fuga, excuſaretur, ſed parum prodeſſet, quia pœna exequeretur, vide Seraph. Caſ. conſ. 3. Nauar. confeſſ. c. 15. nu. 8. vbi quo ad forum poli.

Quid ſi quis faſſus ſit delictum in parte, & in parte negauit, de hoc eſt glo. ord. in §. item mixta, inſtit. de act. & trad. Barr. in ſua diſput. incip. per Italiam, verſ. contra, ibi no. & dico quod qui partem negauit, ſi de illa parte non adſint inditia, debet abſolui: ſi verò non eſt conuictus per quæſtionem purgabit. Vnde qui partem delicti commiſit non eſt puniendus contemplatione totius, ſed pro parte illa tantum, vt l. 1. ff. de extraor. cog. l. ſi fugitiui. C. de ſer. fug. l. aut facta, ff. de pœn. Nam de æquitate in eo tantum in quo quis peccat cōdemnandus eſt, l. reſcriptum, ff. de ijs quib. vt indig. l. Paulus. ff. ad Trebellia. cum ſimil. quæ not. ad ea quæ dicta ſunt in Fragm. ſimiliter ſi quis de inobedientia erit puniendus, pro eo pro quo obediuit, debet releuari, l. ſi ſeruus, §. plurium, cum concor. de verb. oblig. & l. quinta, §. 1. de reb. dub. vnde ſi pro inobedientia eſſet puniendus in centum, & pro obedientia mereretur. 50. tunc ſit compenſatio, vel ſi iuberetur facere tot opera communi, alias puniretur in centum, ſi fecit, ſed non in totum, debet tantum condemnari iuxta opus non factū, & non in totum in illa centum, immo debet merces ei dari pro opere facto. Pariter quando quis in eodem facto diuerſis reſpectibus deliquit, & in delinquendo fecit alio reſpectu actum laudabilē, tunc præmium, non debet anferri, à pœna delicti. d. l. 1. ff. quib. vt indig. l. relegatorum, §. fi. de interdic. & relegat. Præterea ſi merces pro modo laboris danda ſit, vtique qui plus laborauit plus mercedis conſequi debet, l. Seio amico in prin ff. de annu. leg. ſecus ſi pacto conuentum ſit de diurno denario Matth. cap. 10. vnde tantum habet qui minus, quantum qui plus laborauit.

Ex hoc collige primo, quod pœna non debet auferre præmium, ſecūdò quòd gratioſè conceſſa non ſunt trahenda in conſequentiam. Dy. in c. quod alicui. de reg. iur.

An captus poſsit eximi, dum ducitur ad carceres, et aſsociari ab eximente in carcerem ad effugiendum dedecus, et de mulieribus recluſis fugientibus.

FRAGMEN. XLIX.

IN 4. par. car. 67. num. 103. Sed quid de eximente captum per modum prouiſionis, vt puta à priuata perſona animo conſignandi iudicij, vt ſupra num. 6. vel à laico clericus in fragranti, vt in Fragmen. 41. teneo hunc eximentem nullam pœnam pati debere, quia huiuſmodi captura dicitur carere authoritate, & iuriſdictione, & antequam captus ſit conſignatus in fortijs iuſtitiæ vires non habet iudicij. vt ſupra num. 5. & 6. ideò permiſſa eſt reſiſtentia, vt num. 49. 54. 66. & 71. licet facta teneat. l. patre furioſo, ff. de ijs qui ſunt ſui vel alien. iur. ſed dum non eſt captus cōſignatus, captura dicitur in fieri, & non in facto eſſe, & per modum prouiſionis, non autem iuriſdictionis. Hinc ſcias quod ſi qua mulier in honeſtè viuens ſponte recluſa fuerit in aliquo loco, puta domo, thalamo, vel alibi ad hoc vt cuſtodiatur, & videatur, an ad meliorem vitam ſe reducat, ſi ipſa (quamuis ſub claue cuſtodis manens) ſe eximat, non incidit in pœnam de eximente ſe à manibus iuſtitiæ, quia ibi ſponte ſua per modum prouiſionis detinetur, & facit ſupra num. 84. & 102. infra 202. Nam vbi diuerſa ratio, ibi diuerſum ius, l. illud. ad leg. Aquil. l. fi. C. de tranſact. aliud eſt locum eſſe perpetuo clauſum etiam inuitis, aliud eſt eſſe clauſum non inuitis, & ad tempus, & ſi inibi morari nolit mulier, ſolet dimitti, vt Flor. in Domo mulierum maritatarum. Sed nullum Monaſterium eſt tā latum, quam huiuſmodi, cum per totum orbem terrarum mulieres malè maritatę reperiantur, & qui vellet illas includere, oporteret facere clauſuram totius orbis. vnde ſiue petita venia diſcedendi, ſiue non, ſi diſceſſerit, pœnam non incurrit, l. Gracchus, ad leg. Iul. de adult. & qui poteſt per alium exire, multo magis per ſe ipſum, vulg. iur. l. 1. §. deieciſſe, ff. de vi & vi armat. l. hac ędictali. §. ſi vero plus, C. de ſecund. nupt. Paria enim ſunt aliquem poſſe exire, vel ſtare per ſe quominus exeat, l. ſi bonæ fidei, de noxal. & facit Decia. de delict. tom. 2. lib. 7. cap. 50. titu. ſi quis Imperat. & qui non vult bene facere ſibi imputet. cap. damnum, de reg. iur. Solummodo conſideratur modus exeundi, an cum fractura, vel cum clauibus adulterinis, vel cum ſcandalo; nam ij vel aliqua eorum interuenientibus, hæc mulier digna eſt aliqua pœna extraordinaria, non tamen grauiori, ſi eſt diues ſoluat domui prædictæ pœnam non leuem, ſi eſt paupera relegetur in loco honeſto ad beneplacitum; Nam interueniente vi fractura, vel ſcandalo, dicitur quaſi ſacrilegiū feciſſe. Decian. eod. tract. tit. de ſacrileg. cap. 17. ſub num. 13. & eſt etiam verum quod nullis horum interuenientibus dicitur feciſſe modo indebito, & paruipendiſſe locum, quo caſu non effugeret aliquam leuiorem pœnam, vt pœna commenſuretur delicto, l. ſancimus, l. reſpiciendum, ff. de pœn. At ſi quis extra locum auxilium præbuiſſet facto vel perſuaſione, & ipſa alias non fuiſſet è tali loco diſceſſura, tunc is maius peccatum haberet, vide ſupra Fragmen. 47. & vide ſtatutum Flor. rub. 113. vol. 3. de pœna tenentis aliquem in priuato loco, pœna eſt, lib. 500. & plus & minus arbitrio Rectoris.

Contra inuidos alieni boni, et de prauis eorum moribus.

FRAGMEN. L.

IN 2. par. car. 71. num. 142. contra inuidos alieni boni trad. S. Auguſt. in Geneſ. lib. 11. cap. 14. & 16. ſic dicens ſuperbia eſt amor propriæ

priæ

Digitized by Google

prię excellentiæ, & inuidis eſt odium fęlicitatis alienę, & hęc ſequitur ſuperbiam, amando enim quiſque excellentiam ſuam, vel paribus inuidet, quod ei coęquantur, vel inferioribus ne ſibi coęquentur, vel ſuperioribus, quod eis non coęquētur, ſuperbiendo igitur inuidus, non inuidendo quiſque ſuperbus eſt, & Polybius lib. 1. Hiſtor. ait præclara facinora, & res ab aliquo egregiè geſtæ, magnam plerunque inuidiam, & graues calumnias conflare ſolent.

De agnatis, & alijs pro delictis ſuorum conueniendis, & de animalibus pro noxa dandis.

FRAGMEN. LI.

IN 2. par. cat. 73. num. 175. Ad ſtatutum Florentinum quo cauetur, quod illi de ſignatione teneantur, rubr. ni fallor. 44. in 3. volum. vide Bald. in l. prouiſum, C. de fabricens. lib. 10. & in l. 1. alias. in rubr. res inter alios act. & ibi latè Tiraq. & Corſet. ſing. 314. in verb. ſtatutū, 10. & nedum perſona damnum dans tenetur emendam ſoluere, ſed animalia manſueta puniuntur, vt nume. 176. danturque pro noxa, vt equus, canis, bos, & huiuſmodi, niſi Dominus ſoluerit damnum datum in paſcuis, & rebus: ſi autem damnum datum ſit in perſonam, idem dicendum eſt quando bos petit cornu contra naturam, equus calce percuſſit, & canis momordit, & ad hoc plures quæſt. trad. Boniſ. de damn. dat. nu. 4. vſque ad nu. 9.

De appellatione deſerta, aut per empta, & de nulliter appellante, et de reſtitutione, (nel buon dì.)

FRAGMEN. LII.

IN 2. par. cat. 75. lit. B. ſcias quod lata ſententia in prima inſtantia, & tranſacto tempore ad appellandum ſi victus poſt tempus appellat, talis appellatio eſt nulla, ex quo poſt decem dies ad appellandum tranſactos appellauit, Authen. hodie, C. de appellat. cap. cum dilecti. in fi. de elect. Marant. in 6. par. 1. in verſ. appellatio. nume. 202. & C. de tempo. appellan. nec vllum iuris effectum operari poteſt, cap. quamuis, & c. cupientes, vbi glo. de elect. pulchrè Vant. de nullit. ex defect. iuriſdict. nume 89. & ideò fideiuſſio, & omnia hac de cauſa data, & facta in nihil reſoluuntur, l. cum principalis cauſa, de regul. iur. cap. acceſſorium, eod. tit. in 6. & ſi dicta appellatio poſt tempus interpoſita, etiam deſerta remanſerit, adeo quod duplici vitio nullitatis ſubiaceat, multò magis omnia euaneſcunt. Authen. multò magis, C. de ſacr. ſanct. Eccleſ. & cōdemnatio expenſarum nequaquam excuſari poteſt, alioquin iudex faceret litem ſuam. Put. in verſ. expenſę, cap. 1. & 2. & ſi appellans per viam gratiæ fuerit reſtitutus à Principe aduerſus deſertionem inſtantiæ, & vt Florentiæ dicitur, *rimeſſo nel buon dì*, tunc talis reſtitutio non iuuabit impetrantē: quoniam tempus primum ad appellandum iam perierat, & ſolum intelligitur reſtitutus quo ad deſertionem ſeu peremptionē appellationis, & non primi temporis. Nam reſcripta Principum gratiæ ad præiudicium partis non impetrantis conceſſa ſunt ſtrictè interpretanda, l. quicquid adſtringendæ, de verb. oblig. & ſunt odioſa, cap. quamuis, de præben. in 6. & ſunt maioris præiudicij, quam reſcripta iuſtitiæ, Bald. in l. 1. C. de diuerſ. reſcrip. Dec. in rub. ext. eod. & cum ſuppręſſa ſit qualitas nullitatis primæ appellationis, & expręſſa dumtaxat qualitas nullitatis, ſecundę ob deſertionem illius tunc reſcriptum gratiæ tanquam obreptitium nihil operatur. Felyn. in cap. in noſtra, de reſcript. & facilius irritantur, quam reſcripta iuſtitiæ. Gemi. in cap. ſi nulla, colum. 1. de præben. in 6. Gomez. in rubr. de reſcrip. num 16. Rip. in rubr. de reſcrip. extra nume. 17. Secus ſi intra debitum tempus appellatum fuiſſet, quia reſtitutio *nel buon dì*, verificaretur, ſed cum dies ad quam gratia refertur ſit mala, & non bona, meritò reſcriptum nihil valet, l. eius qui. § penul. ff. ſi cert. pet. quia relatum dicitur eſſe in referente, cum omnibus ſuis qualitatibus bonis, vel malis, l. aſſe toto. ff. de hæred. inſtitu. & ideò tu qui audis aduerſarium tuū fuiſſe remiſſum *nel buon dì*, opponas ſtatim exceptionem incompetentiæ, & coram iudicibus obtinebis, ſi ius tuum defendere ſcias. Et qui appellat ſolum ab expenſis, in expenſis condemnādus eſt, ob reuerentiam quam tenebatur habere verſus iudicem à quo: eſt materia, c. vt debitus, de appellat.

An ſententia lata contra principalem, noceat, fideiuſſori contractus, eo non citato.

FRAGMEN. LIII.

IN 2. par. cat. 76. ſub nu. 215. in fi. Cæterum nunc dico, quo ad fideiuſſorem contractus quod ſententia lata contra principalem, non vocato fideiuſſore parit et aliquale præiudicium, gloſ. in l. 1. ff. de excep. rei iudic. & toto tit. C. quibus res iudic. non noc. ſaltem facit præſumptionem contra fideiuſſorem, Marſ. in l. de vno quoque, nume. 35. de re. iudic. non tamen facit plenum præiudicium, quia ſine nouo proceſſu exequi non poteſt, doctrina Bart. in l. 1. ſub nu. 2. ff. iudic. ſol. quam ait, omnes tenere, & veriorem eſſe; Nam is fideiuſſor dicitur largo modo perſona tertia ad trad. per Dec. conſ. 93. ſub nu. 2. contra quam ſententia tanquam contra alios, exequi non poteſt. tot. tit. res inter alios act. opus enim fuit ipſum quoque citari. l. de vnoquoque, ff. de re iudic. Cano. in cap. ſæpè. eod. tit. Barto. & alij in l. à ſententia, de appellat. Bald. in l. 2. C. de eden. plura iura per Marſ. in rubr. de fideiuſſ. ſub nume. 348. & 349. idem in ſua repet. d. l. de vnoquoque, ſub num. 58. Nat. conſ. 345. ſub num. 2. volum. 2. Aſin. prac. §. 7. cap. 5. limit. 2. num. 6. & in §. 31. cap. 2. ampliat. 22. Gabr. conſ. 43. nu. 32 33. 34. vbi trad. an & quan. quis dicatur fideiuſſor contractus, & facit Caualcan. alios allegans deciſ. 22. nu. 54. par. 5. Surd. deciſ. 212. ſub num. 11. 12. & 13. & ipſe teneo quod eo magis fideiuſſor citandus erat, ſi æquè principaliter, & in ſolidum erat obligatus, per d. iura, quæ adducit Marſ. d. repet. l. de vnoquoque, ſub num. 58.

eod.

Digitized by Google

tod. de re iudic. Idem & multò magis ſi fideiuſſor pendente iudicio contra principalem ſuum petierit ſe velle citari, & audiri, Bald. in l. duob. §. igitur, ff. de iureiuran. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 182. Moſcatel. de fideiuſſ. Mod. 12. nu. 37.

At ſi in fideiuſſione adeſſent clauſulæ importantes vim latæ ſententiæ, vt in pacto de capiendo, vel conſtituto precarij, ſecundum Franciſ. Aret. conſ. 21. in fi. & Soc. conſ. 82. col. 4. uol. 3. quos alleg. Marant. de ord. iudic. par. 6. actu vlt. ſub nu. 33. vbi dicit notandum, quia multi Doctor. contrarium reſponderent, tunc ſuperflua videretur citatio fideiuſſoris, idem quando fideiuſſor renunciaſſet citationi, quod non habet dubium, quãdo ipſi ſoli renuntiatio nocet, Marſ. in d. rubr. de fideiuſſ. in princip. nam fauori ſuo quis renuntiare poteſt, copioſè Felyn. in cap. ſi diligenti, de for. compet. Soc. reg. 419 idem ſi fideiuſſio eſt facta in inſtrumento guarentigiato. Bald. in l. ſi pro ea. num. 7. C. manda. Nam effectus guarentigiæ, ſeu ipſa guarentigia nil aliud eſt, niſi quoddam præceptum factum à Notario debitori ut ſoluat. ſecundum Afin. de execut. § 1. cap. 25. multò magis ſi eſſet cautela infraſcripta adhibita, nempè quod fideiuſſor vult contra eum exequi eo etiam non citato, quæ videtur idem importare prout renuntiatio de qua paulò ante dictum eſt. At vbi opus ſit nouo proceſſu debet fieri multum ſummariè, & videretur ſufficere, quod lata ſententia contra principalem, non citato fideiuſſore deberet citari ante executionem ad dicendum quare talis ſententia contra eum exequi non debeat, & hanc practicam trad. quoque Moſcatel. Regnicol. d. tract. de fideiuſ. Mod. 12. qui ſi nil aliud opponat niſi quod non debet exequi: quia non fuit citatus, hæc ſola, & nuda exceptio, non releuaret fideiuſſorem, per ea quæ dixi in 6. par. num. 317. & per Vant. de nullit. tit. Qualiter ſenten. &c. ſub num. 126. At ſi fideiuſſor excipiat etiam de nõ liquidatione proceſſus, liquidatio eſt fienda, ſecundũ Nat. conſ. 345. volum. 2. antequam exequatur, idem ſi excipiatur de pacto de non petendo, aut de nõ ſoluendo, aut de ſolutione, uel de excuſſione ſecundum terminos iuris communis, tunc retardabitur executio per Nat. mox adduct. Nam exceptio competens principali, competit pariter fideiuſſori, cap. acceſſorium, de reg. iur. in 6. Signorol. conſ. 184. Burſat. conſ. 203. num. 10. Alciat. conſ. 594. & vid. Bertazol. conſ. crim. 18. ſub num. 14. & 15. dicentem quod & ſi pactum eſſet in inſtrumento, vel decreto caueretur, quod ſententia lata contra principalem noceat fideiuſſori, ait procedere quo ad pœnam, ſecus quo ad damna & intereſſe. Maran. de pac. & treg. q. 53. par. 2. Hercul. de caut. c. 29. num. 9.

Inobedientia quando noceat.

FRAGMEN. LIIII.

IN 2. par. car. 79. ſub num. 240. ibi at ſi quis. adde quia inobediẽtia veſtita contemptu eſt grauiſſimum peccatum in eo qui de iure parere tenetur de celebr. Miſſ. dolentes, vbi gloſſ. & æquiparatur hæreſi. 8. quæſt. 1. ſciendum, & ſecundum Rolan. à Vall. conſ. 47. num. 4. vol. 2. melius eſt enim obedire, quam ſanctificari. Bolog. conſ. 22. n. 2. & qualiter inobedientia cõtẽpti ne puniatur vi. Fel. c. 2. verſ. vlt. de maio. & obe.

Subſcriptionis ſcripturæ tempus, an ſit attendendum, vel quando ſcriptura extenſa, et compoſita fuit.

FRAGMEN. LV.

IN 2. par. car. 84. ſub num. 165. & tempus in principio aut in fine ſcripturæ non eſt attendendum, quando illa eſt à pluribus ſubſcribenda, ſed illud tempus ſpectatur quo ſcriptura eſt ſubſcripta à contrahentibus, multò magis, ſi in ea nõ fuiſſet iuxta morem tempus adiectum, & ſic tempus vltimi ſubſcribentis attenditur, quando ſcilicet tempus eſt de ſubſtantia, vt eſt in compromiſſo, ad trad. per Bald. in l. ſi ſuper rebus, colum. 3. verſ. Quæro, C. de contrahen. obl. quia poſt ſubſcriptionem omnium, & non aliquorum tantum actus dicitur perfectus, l. Tribunus, §. fin. ff. de teſta. milit. & robur tunc habere incipit, idem Bald. in l. ſi quis eum. verſ. ſed quã horam, ff. de vulg. & pupill. vbi Imol. & Alex. colum. 2. Bart. in l. ſi rem meam, de verbor. obl. Alexand. in l. Diuus, ff. de falſ. Caſtren. in l. hac conſultiſſima, in princ. C. qui teſta. fac. poſſ.

Actus in dubio in benigniorem partem interpretandus, & in non delictum.

FRAGMEN. LVI.

IN 2. par. car. 84. ſub num. 266. verſ. Hinc eſt etiam, ſemper enim actus in benigniorem partem interpretatur, ſi ex circunſtantijs aliud dicendum ſit. vt par. 6. num. 196. & verba quæ ſonant in delictum, & non delictum, in dubio in non delictum interpretantur. Bart. in l. non ſolum, §. ſed vt probari. ff. de no. oper. nuntiat. vid. in Repert. Pract. de teſt. in verſ. Dicta teſtium, Felyn. in proœm. Gregor. ſub nu. 10. limitat non procedere, quando vius eſt in contrarium.

De præcepto, ne quis ſub pœna exeat de Palatio.

FRAGMEN. LVII.

IN 2. par. car. 89. ſub num. 307. de Rectore retinente inuitum in Palatio, eſt ſtatutum pœnale Flor. in rubr. 111. volum. 3. ſed ex cauſa vrgentiſſima talia præcepta in facie fieri poſſunt, vt quando cauſa ſit valdè enormis, & inconſueta, vt per Afflict. de feud. tit. quæ ſint regal. cap. 1. §. condemnatorum, nu. 33. vbi dat exemplum cõtra eum qui gladio occidit Andræam de Iſernio virum tam inſignem, idem tenet Aegid. in tit. de mult. colum. penul. refert Roland. à Vall. conſ. 47. ſub num. 50. volum. 2. qui ante ſub nu. 46. dicit quod talis citatio ſub confiſcatione bonorum, tam feudalium, quàm allodialium, receſſit ab aula, & non eſſe in vſu, per Andr. de Iſer. in d. cap. 1. §. contrahentium, in 2. Addit. d. tit.

quæ

quæ ſint regal. Qui tamen cauſam malo facto ſuo dedit limitationi prædictam, & de confiſcatione bonorum, vltra Peregr. de iur. fiſc. lib. 5. titul. 1. de publicat. bonor. trad. etiam Do. Caball. caſ. crim. 182. per tot.

Securitas alicui data, quod capi non poſſit, non prodeſt ſi maleficium fuerit commiſſum, & ſi data fuit in eundo, vtique data intelligitur in redeundo.

FRAGMEN. LVIII.

IN 2. par. car. 90. ſub num. 316. Nota quod ſecuritas data alicui, quod non poſſit pro debito capi, debet intelligi, præterquam in maleficio. l. 2. cum ſua gloſ. C. de iis qui ad eccleſ. confug. & ſi lex concedat quod quis in domo capi non poſſit, cum cuique tutiſſimum refugium eſſe debeat. l. plerique, ff. de in ius voc. tamen ſecurus in domo non intelligitur pro crimine, d. leg. plerique, vbi Doct. quia in hoc reatus tollit priuilegium, l. 2. C. vbi Senator. vel Claris. Nec pro debito fiſcali quis erit tutus, non obſtante ſtatuto. §. publicorum, in Auth. de mand. Princip. de iis pulchrè Bald. conſ. 400. incip. quod Iacobus part. 1. ſecus ſi data fuiſſet plena ſecuritas, quia intelligitur etiam pro delictis nō exceptuatis, & pro debito fiſcali, ut uerbum plena ſortiatur effectum. per tex. & Doct. in l. nullam, C. de nauicular. ſeu naucler. pub. ſpec. tranſpor. lib. 11. vbi Bart. ſub num. 5. ait, quod ſecuritas plena data eundi, vtique intelligitur data redeundi: ratio eſt, quia non venit ſecurè qui nequit redire, leg. ſciendum, ff. de legat. cum aliis iuribus, à Bart. in d. l. nullam adduct. & in propoſ. vid. quæ alias dixi de gratia ſimplici, & gratia libera. in 4. par. ſub num. 228. & indigni gratia ſunt, qui licet natura
* impellantur ad benefaciendum donori gratiam, l. ſed & ſi. §. conſuluit, ff. de pet. hær. tamen ingrati, & immemores recepti beneficij exiſtunt, & ſicuti gratia gratiam generat: ita ingratitudo gratiam abſtulit, quia contrariorum eadem eſt diſciplina, glo. & Doct. in rubr. de acq. poſſ.

Conuictus, & non confeſſus, quando in pœnam ordinariam condemnari poſſit.

FRAGMEN. LIX.

IN 3. par. car. 97. ſub num. 13. ſcias quod ſtante dicto ſtatuto, poterit condemnari conuictus, etiam quod non fuerit confeſſus, in pœnam ordinariam, quamuis delictum ſit de illis quæ fieri nequeunt niſi ſimul cum ſociis, attenta quadam conſuetudine, de qua per ſcrib. in l. ſi debitori, ff. de iudic. vid. tamen Boſſ. in tit. de conuictis, ſub nume. 6. & 7. tenens quod mitius agatur in confeſſo, quam in conuicto, ſed re vera cōcurrentibus in confeſſo aliis adminiculis ſum cōtrariæ ſententiæ, quoniam nullæ ſunt partes iudicis in confeſſo, niſi in condemnando, l. 1. C. de confeſſ. intelligo de confeſſione ore proprio ſpōtanea, non de illa quę fuit facta, in contrario metu, vel per torturam, aut per procuratorem, vt per Duen. reg. 56. & tenet D. Caball. caſ. 68. num. 4. nam ſpontanea confeſſio habet vim rei iudicatæ, ſecundum Corn. conſ. 260. incip. viſa. litera D. in 3. par. vbi proprie loquitur in criminalibus: eſt verum quod per ſtatuta remitti ſolet cōfitentibus certa pars pœnæ, ergo mitius in confeſſo, quam in conuicto qui propter eius obſtinationem acrius puniri deberet: at ſi obſtinatio paſſa ſit tormenta, ferè pœnam paſſus eſt, qua de re non eſt addenda afflictio afflicto. l. naui. ff. ad leg. Rhod. de iact. at ſi nulla tormenta paſſus ſit, non dicitur obſtinatus, ergo obiectum ceſſat, vlterius ſcias quod ſtatutum in materia conuicti non habet locum quando pro conuicto haberetur ille qui volens, ſe defendere, defecit in purgationem, ſecundum Abb. in cap. inſinuatum, num. 6. de ſimoni. & in cap. inter. num. 6. de priuileg. Præterea in hoc propoſito conuicti de crimine, quod ſine ſociis non fit, aduerte, quod is cōuictus non eſt interrogandus de ſociis, niſi etiam confeſſus eſſet, licet Clar. §. fin. quæſt. 64. verſ. veritas, aliter ſentire videtur: Nam ſi quis eſt tantummodo conuictus, & de ſe negauit, & nō fuit confeſſus, quomodo poterit, aut debuerit interrogari de aliis conſociis criminis. Nam negato principio denegatur finis, l. oratio. de ſponſal. niſi interrogaretur, non vti principalis quo ad ſe, ſed vti teſtis quo ad alios, verum nec iſta ratio quadrat præſuppoſito quod iam fuerit interrogatus de die, loco, & perſonis, circa delictum, & an ipſe fecerit, vel interfuerit, aut viderit, & reſponſionem penitus negatiuam dederit, & in ea perſeuerauerit, fruſtra ergo interrogabitur de ſociis. Verumtamen in practica admittitur iis non obſtantibus, quod conuictus tantum poſſit etiam de ſociis interrogari, & tenet Dom. meus Caball. caſ. crim. 200. nume. 126. verum reſidet in arbitrio iudicis, & trad. Clar. q. 21. verſ. dictum ſocij. ibi ſed certè iſta conſuetudo.

Qualiter tacitum taciti, reuiſio reuiſionis, ſeruitus ſeruitutis, reſtitutio reſtitutionis, non dantur.

FRAGMEN. LX.

IN 3. par. car. 101. ſub num. 47. cir. fi. Nec debentur expenſæ de expenſis, Bald. in l. 2. in fi. C. de fruct. & lit. expenſ. Decia. conſ. 1. nu. 108. volum. 2. vbi ait, quod tacitum taciti non datur, ſicut nec ſeruitus ſeruitutis, l. 1. ff. de ſeruit. legat. Bald. in l. ſi vxor tua. num. 10. in fi. C. de condict. indeb. Nec datur reuiſio reuiſionis, vt dixi in 6. par. nume. 527. & hic nota quando datur reuiſio non fit nouus proceſſus, ſed iam factus reuidetur. vt in Rot. Floren. ſeruatum eſt, ſecus ſi concederetur reuiſio non citato in cauſa, nec audito, quia ſapit naturam appellationis, vnde ſuccedit
* illa reg. Non probatum probabo de qua Canon. in cap. fin. de probat. & ipſe dixi. nu. 184. & 207. par. 4. de teſt. & in ea. Pract. de reſt. n. 218. par. 5. Nec conceditur regulariter reſtitutio reſtitutionis, vt dixi, in d. 6. par. ſub nume. 208. quibus in locis tradidi quando etiam locus ſit reuiſioni reuiſionis, necnon reſtitutioni reſtitutionis, & quod

Digitized by Google

quod vſuræ vſurarum non debentur, limita niſi vſura facta ſit ſors, & ſors iſta ſolui retardetur. iuxta tex. l. idemq; & in fundo. §. ſi procurator. in fi. vbi glo. vſuras. ff. manda. quod not. pulchrè Rot. Genuæ deciſ. 78. nu. 15. & 16 & no. etiam, quod inter vſuram, & pœnā eſt differentia, quia uſuræ quādoque etiam ſine mora, ex ſtipulatione debentur, l. lecta, §. fin. ſi cert. pet. Sed pœna ſine mora, aut delicto non debetur, l. aliud, de verb. ſignif. & quandoque vſuræ apponuntur loco pęnæ, & econtrà. Bart. in l. qui ſine, ff. de neg. geſt.

Interrogatus an velit vti aliqua re, et reſpondens quod ſic: non poteſt allegare ignorantiam.

FRAGMEN. LXI.

IN 3. par. ſub nu. 68. in fi. car. 103. & no. quod ſi producens interrogetur, an velit vti dictis teſtium, aut inſtrumēto, vel alia ſcriptura priuata ſubſcripta vel teſtib. munita, & reſpondear, quod ſic, tunc non poterit amplius allegare ignorantiam ad excuſandam falſitatem, Bar. in l. 2. ff. de falſ. Angel. de maleſ. in verb. falſarios, & alij quos Surd. in deciſ. 16. per tot. alleg. & vide in 6. par. ſub num. 218.

Fuga an ſit delictum.

FRAGMEN. LXII.

IN 3. par. car. 106. ſub num. 89. verſic. Qua de re fuga. adde quod fuga eſt etiam delictum, quando miles fugit è caſtris, leg. deſertores, cum concord. C. de deſert. lib. 12. idem de fuga officialis à ſyndicatu, vt in par. 5. num. 61. idem in fuga ſeruorum, tot. tit. C. de ser. fug. vbi latè Cæpol. idem quando Monachus, aut Monialis, fugiunt à Monaſterio, vel alia non monialis, dum ſub cuſtodia detenta eſt. cap. 5. de ſtat. monach. & contra eas eximentes, vid. Franc. Marzar. deciſ. 960. & dixi ſupra Fragment. 47. & 48. uerſ. Hinc eſt.

Gratiam petens an faciat inditium contra ſe.

FRAGMEN. LXIII.

IN 3. par. car. 106. ſub nume. 65. in fin. adde, quod nec gratiam petens facit contra ſe inditium, unde non dicitur fateri delictum. Nec poteſt cogere nolentem uti gratia impetrata, quod fateatur delictum alias non vtetur ea. Alexand. in l. 1. colum. 3. ff. de oper. no. nuntiat. idem in l. decem. ubi etiam Iaſ. de uerb. oblig. Felyn. in c. litteras, de præſcript. Boſſ. in titul. de remed. ex ſola element. Princip. numero 29. vbi allegat Afflict.

Tortus quando inditium contra ſe faciat.

FRAGMEN. LXIIII.

IN 3. par. car. 108. Aduerte quod tortus qui modo ait, modo negat toties contra ſe inditium ſubminiſtrat, & vſque ad tertiam vicē poteſt extolli, vt dixi. ſub num. 234. in ea. 3. par. car. 129. & ita ſeruatur, & tenent Put. de ſyndic. in ver. tortura. Foller. pract. crim. in verb. & ſi confitebuntur. ſub nu. 109 Boer. deciſ. 163. num. 19. cū ſeq. quam Pract. aiunt tenere Bart. in l. vnius, §. 1. Quęritur hic, ff. de quæſtio. vid. in hac 3. par. num. 185.

Probatio priuilegiata, quæ ſit, & qualiter facta in ciuilibus, faciat inditium ad torturam in criminalibus.

FRAGMEN. LXV.

IN 3. p. car. 109. ſub num. 112. ante verſ. inditia. ſcias quod quælibet probatio priuilegiata in ciuilibus, facit inditium ad torturam in criminalibus. Bart. in l. fi. ff. de in lit. iuran. & illa dicitur probatio priuilegiata quando aliquid probari poteſt per iuramentum, vt de iuramento in litem, uel de iuramento in damnum paſſi à ſtatuto conceſſum. ſecundum Plot. in reper. l. ſi quando, num. 691. C. vn. vi. Maſcar. de probat. concluſ. 832. nu. 20. car. 378. & appellatur probatio priuilegiata ex quo deuiat à iure communi, vt credatur parti. contra tit. C. ne quis in ſua cau. & per Maſcar. concluſ. 935. nu. 8. car. 432. ſed aduerſus officialem nō procedit idē Maſcar. concl. 1137. nu. 16. & dixi in 5. par. ſub nu. 112. de iuramento ſuppletorio, quod in hoc non poteſt tantū, quātum iuramentum in litem, & in aterniam hāc tractaui in 6. par. ſub nu. 259. uer. ſi. An autem contrarium probari poſſit vbicunque iuramentum deferturex legis, vel ſtatuti diſpoſitione, etiam ſi lex aut ſtatutum uelit ſtandum eſſe iuramento, communis cōcluſio eſt quod ſic, per Catel. Cot. in ſuis memor. in uerb. Damnum dati, & Alin. de execut. §. 9. c. 181. verſ. prædicta concluſio, car. 363. & in d. c. recenſet ferè omnes, vſque ad ſua tempora ſcribent. in hoc articulo.

Aduocatus vel Procurator partis non interueniunt torturæ de conſuetudine.

FRAGMEN. LXVI.

IN 3. p. car. 116. ſub n. 164. ſed quid de Aduocato, aut Procuratore partis? Dico breuiter qd de conſuetudine non ſeruatur quod interueniāt quæſtionib. ſeu torturæ. ita ſemper ſeruaui, & ſeruari uidi. & facit Clar. §. fi. q. 64. uer. quarto nūc, vbi alleg. Abb. in rubric. C. de quæſtio. minus

accuſatores debent, nec poſſunt intereſſe torturæ, ſed Imol. in l. cuſtodias, ff. de publ. iudic. videtur tenere quod priuſquam reus torqueatur ſit diſputandum cum aduocatis reorum, ſuper puncto an reus ſit torquendus, necnó, verumtamen, non ſeruatur, niſi forte eſſemus in caſu contra perſonam inſignem, & valde magnam, vt Romæ quãdoque punctualiter ſeruatum eſt. Sed ut plurimum, non ſeruatur præſertim per ſupremos iudices, & quando Aduocati petunt circa hoc dubia excitari, iudex ſolet reſpondere, quod talia dubia melius ſoluuntur à reis eorum brachijs, & vid. num. 224. & ſi darentur aures longis aduocatorum fimbrias dilatantium, nunquã cauſæ criminales expedirentur, & cum iudex torqueret non torquendum equidem litem ſuam faceret, vnde non eſt credendum, quod ex abrupto, & capritiosè ad torturam deuenerit.

Confeſsio, an & quando pro parte acceptari valeat.

FRAGMEN. LXVII.

IN 3. par. car. 115. ſub num. 168. in fi. an confeſſio pro parte acceptari, & pro parte impugnari valeat, vid. deciſ. Genuæ, 95. ſub num. 3. vbi remittit ad arbitrium iudicis per l. publica, ff. de poſ. maximè quando eſt diuiſibilis, deciſ. 122. num. 5. deciſ. 60. num. 4. Dom. Menoch. de arbit. caſ. 93. ſub num. 21. & 22. & per D. Pacia. gratis me odentem, de probat. lib. 1. c. 25. per tot. & Balan conſ. 79. incipiens dauanti a voi, vol. 2. vbi contra Boſſ. & Soc. & per eundem D. Pacia. conſ. 99. num. 19. & per D. Farinac. tract. de reo conuicto, q. 71. ſub nu. 151.

Idea 3. p. car. 117. ſub nu. 168. in fi. addo quod ſi quis ſine indicijs fateatur deliquiſſe prouocatus in perſona, vel in honore, & conſtet de delicto, ſed non conſtet de hac qualitate, nec inditia, nec præſumptiones ſint in contrarium, tunc iſta ſola confeſſio ita cum ſua qualitate acceptari debet quamuis ſit qualitas facti per ſupra dicta & iura, & authoritates, ſub hoc n. 168. allegat. quib. adde deciſ. Genuæ. 95. ſub nu. 3. vbi ait pẽdere in arbitrio iudicis, per l. publica. §. fi. ff. de poſ. maximè quando eſt diuiſibilis, & deciſ. 122. nu. 5. & deciſ. 60. n. 4 Farinac. de reo confeſſ. & conuict. q. 71. n. 151. Pacia. de probat. lib. 1. c. 25. Bal. cõſ. 79 incip. dauanti à voi, vo. 2. vbi tenet cõtra Boſ. & Soc. rurſus Pacia. conſ. 98. nu. 19. quodlibet delictum habet veriſimiliter aliquam cauſam præcedentem, vtputa prouocationem in vitio, nõ ſolito delinquere, & de hac re per Menoch. de præſ. lib. 5. præſ. 2. licet in ... de præſ. aliter præſumatur vt ipſe ait lib. 1. q. 97. n. 8. tamen, vt omnino Boſſ. in tit. de confeſſ. ſub n. 20. 21. & 22. & in tit. de defenſ. reorũ, ſub nu. 4. & 5. & ſatis dicitur prouocatus qui iniuriatus eſt verbis, vel alio modo in contumeliam perſonæ honoris, aut rei, vt per Dec. in l. vt vim, nu. 36. ff. de iuſt. & iur. qui in d. leg. ſub nu. 17. circa fi. ait, quod in dubio dẽt fieri interpretatio, quod confeſſus homicidium intelligatur ad ſuã defenſionem, alleg. Bal. in cõſ. 195 in vultimo cir. fin. lib. 1. Cor. conſ. 112. lib. 1. ſed ſi nimis ex interuallo vindicata fuerit iniuria, ſuo pœnam ordinariam homicidij, non effugeret, vt in 4. p. ſub n. 79. lit. G. col. 2. verum vt dixi quãdo contra qualitatem diſgrauantẽ non ſunt inditia,

neq; præſumptiones, imò aliqua adminicula pro qualitate adſunt, tunc ſine tortura deuenitem ad condemnationem extraordinariam citra pœnã mortis non obſtante cõfeſſione ratificata, ſed cũ d. qualitate, & vt. quæ circa purgandam qualitatem, dixi in 3. p. ſub nu. 168. col. 2. cir. princ. car. 117. & doctr. Bar. in l. non ſolum, §. ſed vt probari, ff. de oper. no. nunnat.

Confeſſio validat dicta quæ ſine ea non valerent.

FRAGMEN. LXVIII.

IN 3. p. car. 119. ſub n. 181. Nota quod cõfeſſio eſt tantæ potentiæ, quod ſi contra reũ teſtes inhabiles ante confeſſionem rei recepti fuerint, ac depoſuerint, & reus deinde fateatur, hęc (inquam confeſſio) habilitat, & conualidat dicta teſtiũ inhabilium Cęſar. de Craſſ. deciſ. 173. nu. 4. deciſ. 174. nu. 2. Farinac. de teſt. q. 62. nu. 338. cum ſeq. car. 154. idẽ ſi reus prius faſſus ſit, & poſtea teſtes inhabiles comprobauerint eorum dictis talem confeſſionem per ea quæ dixi in 2. par. ſub num. 75. & in hac. ſup. nu. 19.

Confeſſus factum, et negans eius qualitates, nõ gaudet beneficio cõfeſsionis.

FRAGMEN. LXIX.

IN 3. par. car. 122. ſub num. 201. verſ. redeundo, nunc vid. Bart. in ſua diſput. incip. per Italiam, vbi tenet quod confeſſus factum, & negans qualitatem factum aggrauantem, non gaudet beneficio ſtatuti, ſed Tiraq. in l. Boues, §. hoc ſermone, ſub num. 99. ait quod ſi primo negauit, & ſtatim confeſſus eſt, tunc gaudebit beneficio ſtatuti per reg. quod ea quæ incontinenti ſiunt inelle videntur gloſſ. in cap. apud miſericordem 32. quæſt. 1. Abb. in cap. cum cauſam, col. 2. de appellat. & dicitur error linguæ, vel linguæ lapſus. & non mentis rei, & tunc dicitur incontinẽti confiteri antequam negatio præcedens redacta fuerit in ſcriptis, vt idem Tiraq. declarat in tract. de retract. conuentio. §. 1. gloſſ. 5. nu. 13. & 14. & in correctione teſtis loquitur. Menoch. de arb. iud. caſ. 108. nu. 5. & 6. Seraph. de priuil. iurament. priuil. 121. vbi duas affert declarationes, vt no. idem Menoc. ibi in Addit.

De iure iniquo non ſtatuendo etiam ab habente liberum arbitrium.

FRAGMEN. LXX.

IN 3. par. car. 127. num. 241. Bar. in l. filius familias. verſic. extra gloſſ. ff. de donat. quem refert Dec. conſ. 651. num. 10. tom. 2. & non admittit quod iudex habens abſolutum liberum arbitrium, valeat ſtatuere ius iniquum, ſed quod ſolius Principis ſit, iura alterius auferre quod dictum non eſt paſſim intelligendum, & vide ſupra in par. 1. ſub num. 170. 242. 243. & ſeq.

Quod

Digitized by Google

Quod propter delictum iudicis quandoque ciues puniuntur.

FRAGMEN. LXXI.

IN 3.par.car.127.ſub num.254. & not. quod propter delictum iudicis punitur quandoq; omnes ciues ciuitatis,l.iudices, vbi Bart.not. C.de naui. & nancler. lib. 11. & addit quod hæc eſt vna ex illis cauſis, ob quas repræſaliæ conceduntur circa quas Stat. Flor. Rubr.157.& 158. vbi imponitur pęna communitati,non capienti malefactorem. Sed à tempore Bar.quando ſcripſit hæc vſque huc non fuit auditum, opinionē ſuam in facto verificatam fuiſſe. Quinimmo pęna vnius eſt metus multorum,§.hodie,inſtit. de except.l.1.in princ.C.ad leg. Iul. repet.& expedit,vt vnus,& non tota gens pereat, vnde ratione multitudinis pęna minoratur, ut dixi ſub nu. 82.par.4.& nu.409.par.6.

Qualiter cauſa,& origo attendi debeant.

FRAGMEN. LXXII.

IN 3.par.car.128.ſub nu.259.Cauſa, & origo eſt attendēda in pœnis, & delictis, ut dixi nu. 90.& 123.par.4.& quid in captura, nu. 30.p. 2. quid in furto, vt quando ab initio quis licitè haberet,& deinde in illicitum illud conuerteretur, puta rem commodatam in vſum proprium, vel ad alium vſum præter deſtinatum inuito Domino conuertendo. Cranet.conſ.244. Bal. conſ. 410.ſub nu.5.vol.2.D.Caball.caſ.cri.136. num. 28. vi.inf.in 4.par.ſub nu.150.in Addit.

An per media illicita acquirere dignitates,& honores liceat, et an iudex debeat condemnare in pœnam legalem,et conuentionalem.

FRAGMEN. LXXIII.

IN 3.par.ſub nu.263.car.129.circa mutationem ſtatus,vide etiam ſupra in 2.p. nu.249. in fi. & hic adde quod ſi quis ab origine ſua nobilis fuit per media licita, hoc eſt via armorum, aut litterarū,quibus fieri poteſt nobilis, & egregia perſona,id laudabile fiet,ſi licito modo ad illud peruenerit, vt ait Seraph. caſ. conſcient. 99. alioquin media inconuenientia impediunt bonam qualitatem extremorum. Bald. in l.ſi antia, C. de iure deliber. Vnde qui non intrat per oſtiū dicitur fur,& latro, vt dixi ſub nu.328.par.6.ibique infertur ad multa, ſed etiam fures per oſtiū intrant à quibus maius difficile eſt præcaueri, per ea quæ dixi ſupra, ſub num. 80. par. 1. & ibi Fragmen.11. Hinc per viam rectam, & humilem euntes Deus in terris vſque ad Summum Pontificatum extollit, & in cœlis beatos facit, et ſuperbis reſiſtit, ſicut humilibus dat gratiam, vide in hac 3.par.ſupra num. 89.& 260. & in 4. par.ſub num.54.& 55.& in 1.par.num.42. & in 6.nu. 454. Porrò ad commoda, & honores non ambitione,ſed labore vnumquemque conuenit deuenire, text.in l.contra qui publicam, C.de re mil.lib.12. Bologn. in Authen.habita, col.6.C. ne fil.pro patr. Audt. Sic. in cap.fin. num.79.de foro compet.

In ea.3.par.car. 131. ſub num. 276. circa fin. Adde quod quando iudex non tenetur ſeruare pœnam ſtatuti(vltra alios) ſcripſit Paul. Ghirl. de relaxat.cat.ver.ſexto,& iudex noſter an teneatur ſtare pœnæ conuentionali, videtur tenere, quod non.Cacheran.deciſ.70.nu.13.quod credo verum eſſe, ſi haberet etiam arbitrium expreſsè in moderandis pœnis conuentionalibus, trad. Menoch.de arb.iud.caſ.250.nu.24.& 26.& quo ad pœnam conuentionalem apud acta promiſſam tenet Farinac.de carcer. & carcera.q.30.ſub nu.77. Qui dicit quod ſi eſſet ipſe iudex mediā viam eligeret, ſed certè ipſe dicerem quod iudex poſſet(hac ampla facultate natus) non ſtare pœnæ conuentionali fiſco applicatæ, vel illam, & aliam ſtatutariam ſimul imponere: ſed ſi pœna conuentionalis eſſet applicata parti, tenetur cōdemnare reum, non ſolum in pęnam fiſco applicandam, verum etiam in pęnam parti applicandam, ad quæ vi.quæ dixi ſub Fragm 86. Cæterū (quo ad pęnam iuris communis, aut ſtatutariā, ſeu quouis modo iuris poſitiui)non eſt dubium, quod ex cauſa iudex noſter poteſt minuere, & augere, vt in 1.par.ſub num.7. & in 4.par.nu.79. Couarru.in ſua pract.§.fi.ſub nu.111.112.113. cum ſeq.

De colluſione, colluſore, et eius pœnis, et an qui ſemel renuntiauit accuſationi, poſſit amplius redire ad eam.

IN 3.par.car.232. ſub nu.292. circa colluſionē attende, quod accuſator dicitur facere colluſionem quando deſiſtit, incidens in vitium tergiuerſatoris, qui de iure communi punitur in libris quinq. auri,& infamis redditur,leg.3.ff.de præuaricat. & ſi accuſator veras probationes abſcondit,vel diſſimulat bonas, vel ſi falſas producit,pariter tanquam colluſor,& præuaricator punitur.l.1.§.præuaricatorem,ff.eo.de præuaricat. vid.Boniſ.in tit.de colluſor. nu. 1.2.& 3. & quæ dixi in 3.part. ſub nu.275. & ibi Fragm.96. Sed ille qui cautè deſiſtit, ſi allegat iuſtam cauſam quare fuerit contumax, poterit accuſationē proſequi,& admittitur ad illam probandam, l.ſi accuſatoribus,C.de accuſ. & in l.fine, ff.de minor.

At ille qui ſemel expreſsè renuntiat accuſationi, non poterit vlterius proſequi accuſationem iam inſtitutam, ratio eſt quia ad ius expreſsè renuntiatum non datur amplius regreſſus, l. ſi filius,ff.de minor. l.item quæritur, §. ſi venditor, ff.de ædil. edict. Foller. pract.crim.in verb. Audiantur exceptiones,&c.num.29.30. & 31. vide infra Fragm.99. An autem in cauſa iniuriarum, & vſurarum poſſet procedi ex officio non obſtāte deſiſtentia accuſatoris trad.idē Foller.in Fragment. nu.140. & 141. vbi videtur quod non, ſed ſi ex officio procedi poteſt,deſiſtentia non impedit. Et quod ſupra dictum fuit de renunciante iuri ſuo,fallit in minore, vt late per Sfor. Od.de reſtit.in integr.q.85.per tot.

De pœnarum ſpeciebus.

FRAGMEN. LXXIIII.

IN 4.par.car.147.ſub num.18. Pęnarum octo genera Tull.ſcribit eſſe, & recẽſet Diuus Auguſt.in lib. di ciuita. Dei.lib. 21.cap.11. videlicet, damnum, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exilium, mortem, ſeruitutẽ, & ait quod iſtę pœnæ longiori tempore durant, quàm peccatum perpetratum, pro quo infliguntur. niſi forte talio, quid mirum erit ſi Deus minatur æterna ſupplicia pro peccato parui temporis mora perpetrato? Quæ autem differentia ſit inter peccatum, & delictum, idem S. Aug. tradit vt retuli ſupra in 1.par. Fragm.9.

Ignorantiam allegare contra Banna, & proclamata non iuuat.

FRAGMEN. LXXV.

IN 4.par.car.149.ſub num.39. ignorare Bannum, vel proclama non præſumitur. Bart. & Alex.in l.municipij, ff.de decret. ab ord. fac. Innoc.in c.humiles, de maior. & obed. tex.in c. 1.de poſtul. prælat.iterũ Bar.in l. 1. C.de recept. arb.& hoc verum quando ſeruatis ſeruandis publicata fuere. Maſcar. de probat. concluſ. 1237. no.6.quia tunc bannum dicitur publicè notum, & manifeſtum, vt ibi, nu.1.& 8.quamuis dici ſolet quod vox præconis paucis innoteſcat. clem. cauſam, de elect.

Damnare ad remigandum, & damnare ad triremes differunt, et de importantia, et affectibus vtriuſque.

FRAGMEN. LXXVI.

IN 4.par.ante nu.60.car. 151. Adde eundem Farinac.d.tit. 19.de pœn.no.14. tenentẽ hanc opin.& videtur eſſe aliquam differentiam, in dãnatos ad triremes, & in damnatos ad remigandum: nam ij etiã de quibus loquitur, l.aut damnum, §.inter eos, ff.de pœn. qui remigare tenentur, verum qui ſunt damnati, tãtummodo ad triremes, poſſunt remigare per ſubſtitutum, pro vt à Senatu Mediol. vidi pluries conceſſum fuiſſe quibuſdam perſonis egregijs, dum eram Auditor Generalis Eccel. Principis Auriæ, ſed ſtare debent cum catena in triremi, ad inſtar damnatorum ad carceres, & habentur pro mortuis, §.cum autem, Inſtit.quib.mn.ius patr.pot.ſol.vid. infra ſub nu. 119. ex ijs collige quod ij relegati ad triremes, minimè ſunt capaces eorum quæ de iure ciuili, vel ſtatutario deferuntur, vnde ſi vxor viro ad triremes damnato agat pro conſignatione ſuæ dotis, ſtante etiam pœna confiſcationis bonorum, iuxta l.ſi conſtante, vbi omnes, ff.ſoluto matr.& l. vbi.C.de iur.dot. tunc contra tertium (agens hypothecaria) ille tertius poterit offerre d. vxori dotẽ, & petere ceſſionem, per l.ſi mulier, cum conco.ff.qui pot.in pign. Neguſ.eod.tract. 3.memb.5.par.nu.26.& limita. vt per Rol. cõſ. 9.nu.39. vol.1. Cęterum quo ad condemnatũ ad triremes, hodie tantum valet, quantum ſi condẽnaretur ad remigandum, & ita interpretatũ eſt, l.cum de interpretatione, de leg.

Pœna ipſo iure impoſita, an moderari, vel alterari poſſit.

FRAGMEN. LXXVII.

IN 4.par.car.153.ſub nu 75.circa med.de illa re tragrat egregiè D. Menoc.de arb.iud. q.96. per tot. ſed eſtò quod iudex ex iuſta cauſa pœnam alterare valeat, vt explicat Menoch.ibi nu. 16. an etiam licebit quando ſtatutũ imponit pęnam ipſo iure ad hoc vid. Abb.conſ.22. & Farinac. de delict.& pœn.q. 17.nu.23.tenentes quod non obſtãte tali clauſula (ipſo iure) iudex ex cauſa poſſit augere, vel minuere pęnam, & vi.in propoſ. Bonacoſſ.in ſuis q.crim. ſuper ſtatu.in verb. ipſo iure.vbi plures allegat, & vid. in propoſitin. inf.nu.102.& 302.in hac 4.p.dicta clauſula (ipſo iure) ſolum tribuit ius fiſco à die commiſſi delicti.vt dixi Fragm.81.alioquin ſine d.clauſula ius nullum eſt acquiſitum fiſco niſi demum condẽnatione ſecuta, vt dixi.in 2.p.nu.215.in fi.& ſub nu.139.car.163.in hac 4.par. & nu.227. & 228. Bal.in l.fi. C. de fruct.& lit.expenſ. Foller. pract. crim.in Fragm.nu.140.cir.fi.car.mihi 451.

Actio iniuriarum quanto tempore præſcribitur.

FRAGMEN. LXXVIII.

IN 4.par.car.157.ſub nu.98.circa delictorum præſcriptionem actio iniuriarum quanto tẽpore præſcribitur, habes ſup.nu.84. p.1. verſ. & pro complemento.nunc addo quod talis actio fit perpetua, ſi intra annum lis fuerit conteſtata, tex.gl. & Doct.in l. ſi non conuinij, C. de iniur. Balb.de præſcript. 2.p.4.p.q.1.n.4.& q.2.per tot. vid.inf.nu.137. idem ſi per modũ excipiendi proponatur, §.1. & fi. Inſtitu.de perpe.& tẽp.excep.

Reiterare delictum infert grauiorem pœnam in reiterante.

FRAGMEN. LXXIX.

IN 4.p.car. 157. nu. 100. in propoſ. reiterationis.adde D.Caball.caſ.145.ſub nu.5.cum alijs per eum adduct.qui tenet, quod ſi quis pluries in eadem cauſa ad eundem finem falſum dixerit, quod non debeat puniri, niſi pro vna pœna tantum, ſed grauiori propter reiterationem, cui libẽter aſſentio. ſed eſtò quod ſemel punitus fuerit, ſi iterum falſum dixerit etiam in eadem cauſa, iterum puniendus erit per Anguiſſol. & alios per me ſub hoc num.adduct.& ſup.ſub nu.147.cum ſeq. verum credo quod nemo amplius admittet in teſtem illum qui alias de falſo fuit punitus.

Electio

Electio pœnarum ad quem ſpectet.

FRAGMEN. LXXX.

IN 4. par. car. 158. num. 116. vide Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. 93. vbi ex duabus pœnis à lege pro crimine impoſitis tradit ad quẽ ſpectat electio, an ad iudicem, vel ad partem, & vltra alios Clar. §. fin. q. 85.

Confiſcatio bonorum, quando principaliter in condemnatione venit.

FRAGMEN. LXXXI.

IN 4. par. car. 158. num. 118. vid. omnino Peregr. de iur. fiſc. lib. 5. tit. 1. nu. 25. vbi ait quod confiſcatio bonorum venit æquè principaliter ex legis diſpoſitione, vt in eo qui inceſtas nuptias contraxit, aut quando agitur de crimine quod ſtatutum punit in cõfiſcatione bonorum, alleg. Oldr. conſ. 17. & alios. Quandoque confiſcatio venit in conſequentiã, vt in eo qui eſt deportatus, l. illicitas, §. qui vniuerſas, ff. de offic. præſi. aliquando pœna eſt arbitraria, & iudex poteſt pœnã mortis indicere, & etiam condemnare in publicatione bonorum.

In pœnis imponendis iam ſtatutis ab ordinibus, an opus ſit ſententia, & quando bona ipſo iure effecta ſint fiſci.

FRAGMEN. LXXXII.

IN 4. par. ſub nu. 119. car. 159. circa iura quæ competunt bannito vſq; ad bannum, vt. etiã in 1. p. nu 283. in fi. & in 2. p. nu. 294. & multum differt quod bona ſint ipſo iure, & facto fiſci, aut per ſententiam, & in hoc talis datur reg. quod quotieſcunque in lege, vel ſtatuto fit mẽtio de pœna priuationis. ſi lex loquitur in præſenti, videlicet lex priuat aliquem tali beneficio, tunc ipſo iure, & facto intelligitur priuatus Bonacoſſ. ſuper ſtat. crim. in verſ. ipſo iure. verſ. & quoties in ſtatuto. Sed quando lex loquitur in futuro tũc datur intelligi, quod debet priuari per ſententiã, gl. in c. cum ſecundum leges, extra de hæret. in 6. & ita diſtinguit Iacob. de Beluiſ. in ſua pract. tit. de quæſt. nu. 110. vbi plura iura. alleg. quæ reconciliare conatur, ibique multos recenſet effectus, quãdo bona ipſo iure fiunt fiſci. Primus eſt quia fructus veniunt à die commiſſi criminis, §. 1. in Auth. de nupt. col. 1. quoniam clauſula ipſo iure importat Canonem latæ ſententiæ, gl. in c. in pœnis, de reg. iur. in 6 tex. & gl. in c. quicunque. de hæret. Bar. & alij in l. in criminali. C. de iur. om. iudic. quo caſu requiritur ſolum declaratoria, & non ſentẽtia, quia declaratio nil noui dat. Card. in clem. conſtitutionem, § 1. de elect. l. hæredes, vbi Doctor. §. ſed ſi notam, de teſtam. Bald. in c. cum dilecti, de accuſat. Secundus effectus eſt, quia alienatio ante ſententiam non valet, l. donationes in concubina, in fin. de donat. & ſtatim dicam, in verb. alienatio. littera A; ſub hoc nu. 119. Tertius effectus eſt, quia accuſatio tranſit ad hæredes, l. 2. C. ſi reus, vel accuſ. mor. fuer. dicam in 5. par. ſub num. 259. Quartus effectus eſt, quod Authentica. Bona damnatorum corrigit ratum iura antiqua in illa parte ſolum, in qua per ſententiam tantum bona efficiebantur fiſci, ſed ſtatim à die commiſſi criminis intelliguntur confiſcata, vt ſupra effectu primo. Quintus effectus eſt, quia non datur appellatio. l. Lucius. ff. ff. de iur. fiſc. & vid. latius per eundem Iacob. de Beluiſ. loc. cit. & Peregr. de iur. fiſc. car. 108. num. 55. vbi alium effectum tradit, & eſt quod Princeps poteſt etiam ante declarationem ſuper facto delicti. conferre bona delinquentis in tertium, alleg. Bero. conſ. 61 in 1. dub. & 179. nu. 89. cum ſeq. in prin. & Luc. de Penna, in l. cum allegaris, col. pen. C. de re mil. lib. 12. Afflict. deciſ. 255. & alios, & an hoc in caſu habeat locum ſtatutum de quarta parte danda iudici condemnanti videtur quod non, quia non condemnat ipſe, ſed lex, ſolum declarat. verum contrarium conſuetudo obſeruat, quia ſtatum conſiderat laborem iudicis in conficiendo proceſſum, & ſine ipſius miniſterio & declaratione parũ prodeſſet diſpoſitio legis aut ſtatuti. vt dicunt Arch. & Ioan. And. in c. 1. de homic. refert Alex. in l. ſi quis maior. col. fi. C. de tranſmu. Cephal. conſ. 171. vol. 2. Aemilian. conſ. 135. nu. 9.

In pœnis an attendatur ſtatutum nouum, vel vetus, & an attendatur tempus delicti, aut cõdemnationis.

FRAGMEN. LXXXIII.

IN 4. par. car. 160. ſub nu. 123. Circa nouum ſtatutum poſt delictum, aut actus ſtatutum attendendum, vide etiam Bald. in l. propter. C. de adult. & in l. 1. §. bona, ff. de iur. fiſc. Alex. in l. 1. ff. de pœn. Soc. conſ. 100. incip. in cauſa Bapiſtæ, cir. fin. col. 5. par. 1. & Fely. in c. ſignificaſti, de homicid. An autem attendatur tempus delicti, aut condemnationis, vel exactionis, vid. Peregr. de iur. fiſc. lib. 6 tit. 5. nu. 44. & Farinac. de inquiſit. q 8. nu. 105. & D. Pet. Caball. caſ. crim. 7. & caſ. 147. vbi & ipſe trad. an principium, vel finis delicti reiterabilis attendendum ſit in materia inchoandæ præſcriptionis, exemplificando in adulterio, qui tenet quod præſcriptio incipiat à die vltimi delicti, & d. caſ. 147. nu. 6. ait, quatenus ad ſtatum perſonæ, quod attenditur tempus ſententiæ maximè in pœnis arbitrarijs, & nu. 16.

Arma quibus liceat ex priuilegio iuris communis portare, & de delinquẽte prorogante iuriſdictionem iudicis non ſui.

FRAGMEN. LXXXIIII.

IN 2. par. ſub nu. 128. car. 161. vide in illo propoſito Bertazzol. conſ. crim. 308. 460. 461. in 2. vol. & quæ ipſe ſupra dixi in 2. par. nume. 30. & 123.

Digitized by Google

& 123. & in 2. par. num. 217. & omnino Math. in add. ad Guid. Pap. deciſ. 438. vbi & ipſe allegat Plac. epit. delict. cap. 8. Tiraq. tract. de nobilit. cap. 20. nume. 7. & Bart. in l. pediculis, de aur. & arg. legat. quibus in locis milites excipiuntur, itinerantes, curiales, magiſtratus, nauigantes, aulici, & huiuſmodi generis perſonarum, quæ vel ratione dignitatis iuriſdictionis cauſa, & priuilegiorum arma deferre poſſunt.

Et car. 162. ead. 4. par. ſub num. 135. verſ. Decimuſquartus caſus eſt, extende locum habere, quando quis data opera, & vt dicitur ex animo, homicidium per aſſaſſinum, vel proditoriè, aut in inſidijs, & pro furando commiſerit in eum quem in domo vnius Magnatis duxit ad hunc effectum, in temporalibus iuriſdictionem omnimodam habentibus loci puta Auerniæ, quis incautè ſiue Iudæus, ſiue alius, à ſeruitore d. Domini bonis verbis ductus fuerit, & inibi incluſus pugionibus occiſus, & furatus ſit, & is delinquens fugiendo, & latitando, d. locum Auerniæ ſe contulerit, cum rebus furatis, certè ſi ibi captus fuerit, ibi puniri poterit eum, perſonaliter iuriſdictionem prorogaſſe dicatur, multò magis examinatus & interrogatus, an vellet ibi iudicari reſpondet quod ſic, & prorogaſſe dicitur Abb. in c. vt debitus, nume. 12. de appellat. Farinac. de inquiſ. quæſt. 7. num. 3. licet num. 4. aliter ſe declaret, vid. num. 27. etiam realiter cum rebus furatis, per ea, quæ dixi. ſub d. num. 136. verſ. Decimuſtertius, decimuſquartus, & decimuſquintus caſus. Cum offenderit extimationem d. Domini in eius Domo Florentiæ, delictum patrando etiam ad præſentiam vxoris Domini, & ancillarum, reclamantium, quibus inuitis, is ſeruitor diabolicus domus oſtium clauſit, dum ille incautus occiſus fugere volebat, quo caſu ſuccedit regula, quod vbi te inuenero ibi te iudicabo. l. 1. & l. qua in prouincia, C. vbi de cri. agi oport. facit text. in §. quid ſi delinquens, in Authen. de manda. princ. & faciunt Cano. in cap. poſtulaſti, de foro compet. vbi Abb. nu. 14. & alij tradunt de illo forenſe, qui extra territorium Domini, in eundem Dominum delinquit, quod poſſit condemnari in territorio illius Domini, vbi poſſidet bona, multò magis teneo ſi ibi capiatur, quia perſona, aut dignitas Domini eſt offenſa, & in dictione eiuſdem fugijt, & latitando captus eſt, & perſona delinquens latitando dicitur ferè prorogare iuriſdictionem. Azo. in Sum. d. tit. C. vbi de crim. agi opor. Decia. de delict. tom. 1. lib. 4. tit. quib. mod. delinq. cap. 3. ibi decimo ſi latiter, car. 129. & ſicut poteſt quis habens iuriſdictionẽ ordinariam, & ſupremam iuſdicere in cauſa ſuorum de ſua familia. vt per Bald. in Auth. hodie, C. de iudic. Iaſ. in l. qui iuriſdictioni. ſub num. 5. de iuriſd. omn. iud. ita in hoc caſu, in quo iniuria facta eſt domui ſuæ in qua is deliquit. vid. Farinac. d. quæſt. 7. ſub num. 5. & ſibi imputet delinquens qui incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim. vnde dicit Decia. eod. lib. tit. de loc. delict. cap. 17. ſub num. 31. ſi vnus delictum commiſerit, in vna Ciuitate fugiens in aliam confœderatam, poterit ibi capi, & puniri, quod de facto procedit, & hoc dicit Catal. de ſyndic. num. 211. Dom. Farinac. de inquiſit. quæſt. 7. nu. 6.

Et quamuis add. ad Spec. in tit. de competen. iudic. addit. §. 1. ver. quid ſi conuenitur, littera G. circa fin. videatur declarare tex. in d. §. quod ſi delinquens, in Authen. de manda. princ. quod in iſto caſu, iudex qui non eſt ratione delicti originis, nec domicilij, non poſſit procedere niſi ad accuſationem, vel ad querelam, & non ex officio, pro delicto extra territorium commiſſo, Farinac. d. quæſt. 7. num. 27. nihilominus de conſuetudine ſtante notorietate delicti in delictis exceptuatis, vt eſt delictum huiuſmodi, videtur fieri poſſe, ſed Dom. Farinac. d. tit. de inquiſit. quæſit. quæſt. 7. ſub num. 10. & 11. tenet quod prius conſtare debeat de qualitate aſſaſſinij, & quod ideò requiratur declaratoria: nihilominus in practica, non requiruntur de neceſſitate tot declarationes, ſed ſtatim ſecuto delicto, delinquens fugiens, vel latitans, ſi ad aures iudicis deuenerit, in cuius iuriſdictione repertus ſit, poteſt mandare vt capiatur, & ſeu ad querelam, ſeu ex officio ſumere informationes, & procedere, iux. l. congruit, ff. de offic. præſ. ſtante atrocitate delicti, vt cõſiderant Doct. in l. qua in prouincia, C. vbi de crim. agi. opor. & Spec. d. §. 1. Cano. in d. cap. poſtulaſti, de foro compet. ne delicta remaneant impunita. l. ita vulneratus, ad leg. Aquil. multò magis ſi à iudice loci delicti tranſmiſſę fuiſſent informationes, Farinac. d. quæſt. 7. num. 4. At ſi caſus nõ fuiſſet ſequutus in domo Domini Florentiæ, ita vt ratione loci perſonæ, aut extimationis eiuſdem, aliqua iniuria conſiderari non poſſet, tunc eſſet vel remittendus ſi peteretur, vt per Farinac. d. quęſt. 7. ſub nu. 18. in fi. vel eijciendus ſub præcepto, quod ſtatim exeat de iuriſdictione, qui ſi incredulus eſſet, & præceptum contemneret diceretur ſciens prorogaſſe iuriſdictionem, quo caſu poſſet ibi puniri, per ea quæ tradit Farinac. d. quæſt. 7. nu. 3. & 4. præſertim ad inſtantiam accuſatoris, num. 27. & ſeq. at laudabilius eſſet remittere ad iudicem loci delicti, vt dixi, in 4. par. ſub num. 249. Boer. deciſ. 29. Grammat. deciſ. 26. Vel poſſet detinere delinquentem pro delicto exceptuato, pro eo puniẽdo, caſu quo iudex loci delicti punire illam potuerit, & noluerit, ad trad. per Innoc. in d. cap. poſtulaſti. quem ſequitur Abb. ibi ſub num. 15. circa med. de foro compet. At hoc verum in terminis d. cap. poſtulaſti, quando ſcilicet Dominus offenſus quoquo modo fuiſſet à tali delinquẽte, extra territorium ſuum, alioquin ſi indiſtinctè hoc dictum Abb. & Innoc. intelligeretur, vtique locum etiam haberet, ſi iudex loci delicti voluiſſet punire delinquẽtem, & non potuerit, vt quia delinquens fugijt, paria enim ſunt in hoc caſu nolle, & non poſſe, l. multum intereſt, C. ſi quis alter. vel ſibi. cum ſimil. Verum enim vero pœna non deberet eſſe ordinaria, ſed extraordinaria, puta triremium in perpetuum, vel quæ de iure communi pro tali crimine indicta eſt, iuxta ea. quæ dixi in d. verſic. Decimuſquintus caſus eſt. Sed quia pro iniuria facta Domino magis quam pro delicto ibi puniretur, ideò pœna erit arbitraria, iuxta l. reſpiciendum, ff. de pœn. cum concor. Nec læſerit iſte Dominus iuriſdictionem ſuã ſi de facto remitteret, ad iudicem Florentiæ, quia ibi delinquens pœnam ordinariam lueret pro qualitate delicti, vt quotidie videmus Principes iuſtitiæ amatores, huiuſmodi facinoroſos remittere ad inuicẽ mutua beneuolentia. publicè enim intereſt prouinciam malis hominibus purgari. Et ſi Florentiæ vbi deliquit eſſet pœna ordinaria capitis puniendus, ſed in loco vbi captus pœna extraordinaria tantum fuerit punitus ſufficienter, iſ tranſmitteretur ad triremes Florentiam, non poſſet de iure ibi decapitari, ſat eſt, quod ſufficienter fuerit condemnatus in illo loco, ad quod vs de om-

nino

Digitized by Google

nino Farinac.d.q.7.ſub nu.26.verſi.ſed tertia & verior eſt opinio.

Pater an teneatur pro filio.

FRAGMEN. LXXXV.

IN 4.par.ſub nu.139.car.163. quo ad Patrem an teneatur pro filio.vi.quoque in 2.par. ſub nu.176.& in 3.par.nu.251. in fi.& Marant. de ord.iudic.par.vlt.nu.34 35.& ſub nu.37. tractat quid pro delicto patris, an vſusfructus publicetur,de hoc dixi ſub num.119.& vi. Craſſ.trac. vlt.volunt.§.legitima.q.13.nu.2. verſic.infertur &,vbi de pęna pecuniaria ſoluenda pro delicto filij.vi.etiam Aſin.in prac.§.31.c.2.limit.40.n.3.

Augmentum in delictis, quando ſit attendendum.

FRAGMEN. LXXXVI.

IN 4.par.ſub nume.150.car.168 ſed quando ſciens dat operam rei illicitæ, licet res ſit parui momenti,nihilominus,ſi inde maius delictum ſequatur,tunc attenditur quod in conſequentiam venit,vt in 6.par.ſub nu.591.& 593.& per Conarru.varia.reſol.tit.de ſenten. excommu.c. 10.nu.16.par.2.car.502.addit.& faciunt quæ infra dicam ante nume.287.verſi. Præterea. in hac 4.par.vi.Bolog.conſi.33.ſub nume.13. & ſeq.& omnino in 6.par.ſub nu.378. in fi.& in hac 4.p. nu.166. vi.inf.Fragm.87.

De ſententia abſolutoria, an teneat parte non citata.

FRAGMEN. LXXXVII.

IN 4.par.ſub nu.155.car. 170. Sententia abſolutoria,ſi lata fuerit parte non citata tenet,Iaſon in l.parte furioſu.col.antepe.ver.14.ff.de ijs qui ſunt ſui,& ſic prodeſt. Tiraq.trac.res inter alios act.nu.68.cum ſequ. vbi dat ſex declarationes ex Fel.in c.1.col.10.de iur.iuran.ſed vi. quid dicam in 6.par.ſub nu.317.& idem Tiraqu. vbi ſup.nu. 59. dicens quod ſentētia in re indiuidua etiam non vocatis præiudicat, quodque in ſeruitute exemplificat,& idem nu.54.dicit quod ſi lata eſt ſententia contra plures, nocet etiam nō vocatis in cauſa ſtatus,quem vi. per tot.& facit reg. vbi duo propter vnum,ibi vnum tantum.Bal.in l.quicunque,col.2.nu.5.C.de ſer.fug.

Damnum datum de corpore in corpus, ſiue rationale, ſiue non, qualiter emēdandum ſit, & quando incertitudine abſolutio ſequatur.

FRAGMEN. LXXXVIII.

IN 4.par.ſub nu.163.car.171.circa damna data de corpore in corpus.pone quod bos vnius alium bouem excæcat,vel occidat, & ignoretur, qui prius fuit aggreſſor, tunc neutrum alteri teneri ſecundum Bonifac.de damn. dat. ſub nu.5. & 6.ea ratione: quia in dubio paria delicta mutua compenſatione tolluntur,l.cum viro. vbi Imol. ff.ſolut.matrim. & hanc materiam de pauperie tractat pulchrè idem Bonifac. loc.cit. & etiam quia carent ratione,ut per Abb.in c.1.num.3.de iniur.& damn.dat.

Et ſub dicto nu.163.ver. & facit.corrige, quia vbi dicitur.nu.259. debet dicere num.261.lit.C. eit.fi.car.82.ver. Nam ſi pax.colum.2.& in hoc propoſ.vi.omnino.Dec.conſ.380. Concluſio ſuperius.ſub nu.2.3.& 4.vol.2.

Et ſub d.num.163.ſub verſic.& ad inueniendam in fin.adde, & in cauſa ciuili incertitudo vitiat actum,l.ſi frumentum,cum alijs.ff.de rei vēdi.§.incertum,inſtitut.de lega.& ſi certificari poteſt tunc non vitiat l.legato generaliter, de leg.1. Capr.conſi.3.nume.1.& vi.Marſ.ſing.233.

De pœna conuentionali de pace, aut tregua non rumpenda, aut de non offendendo, an cenſeatur ſubrogata loco damnorum, et intereſſe. Vel vtrumque debeatur damnum paſſo, & de iniurijs, & iniuriarum actione.

FRAGMEN. LXXXIX.

IN 4.par.ſub nu.104.cart. 157. vbi dixi quod pœna conuentionalis non tollit pœnam legalem, vt ibi uerſic. Hinc dicimus. Quæro modo an pœna conuētionalis ſit ſubrogata loco damnorum, vel intereſſe dan.num paſſi in eius perſona,vt quia vulneratus, vel debilitatus, aut mutilatus fuerit,ab eo qui doloſè fregit pacem, ſecundum ea quæ aduerti. in 2. par. ſub nu.261. verſi.Hoc unum,lit. D. & in 3.par.ſub nu 47.d. verſi.equidem,car.103. & reſolutiuè circunſcriptis ſtatutis,& conſuetudinibus teneo quod contrauenięs teneatur nedum ad pœnam conuentam,ſed etiam ad damna, & intereſſe damnum paſſi iuxta extimationem,& liquidationem fiendam,ut inf.dicam.

Primo moueor ex ſupradicta ratione: nam ſicuti pœna conuentionalis, non aufert pœnam legalem,ſic nō dicitur ſubrogata loco damnorum & intereſſe,quia hęc veniunt de iure communi, §.liberum.autem §.capite tertio,cum §.ſeq.inſtitu.de leg. Aquil.& l.proinde cum tot.titu. ff.eo. Franc.Deci.333.& Deci.510.nu.16.Menoch. de præſ.lib.3.præſ.114.nu.4. & intereſſe appellatur pœna legalis, & non conuentionalis,ſecundum Ang.& Alex.in l.ſi inſulam,col.4.de verb. oblig.Marant.diſput.7 nu.12. ergo ſeparatorum ſeparatum eſſe debet iudicium, ſicuti ſeparati ſūt effectus, l.ſi maritus,la 1.C.de donat.inter.vir.& vxor.cum ſimil.

Quod autem pęna conuentionalis ſit ſeparata.in caſu iſto a damnis, & intereſſe, trad. ſcrib. in l.unica.vbi Alciat.nu.29. C.de ſenten. pro eo quod intereſt, dicens quod pęna conuenta non eſt intereſſe,& num.20. ſubdit, tantum abeſt,vt

verè

verè dicamus pœnam conuentam eſſe intereſſe, vt nec vbique paris ſit conditionis. Ferret.num. 23.& ibidem tenet Mathef. ſub nu.14.alioquin ſequeretur quod talis cautio eſſet fruſtatoria, cũ lex ipſa prouideat damnum paſſo, quod non eſt dicendum, vt per Rip.in rub.de damn.infec. ſub nu.24 vbi dicit quod ſi in cautione pœnæ quantitas omiſſa fuiſſet, quod nihilominus, ne cautio fruſtratoria redderetur, cõtrauenìens acrius deberet puniri. vt per Bar, in l.illicitas §.vt potentiores. ſub nu.9.in fi. & ſic Rip. dicit quod pœnis legalibus, & ad intereſſe legis Aquil. & pro tali cautione actius contrauenìens puniri debet.

Secundo facit quia vbi plures fines, ibi plura delicti, & conſequenter plures pœnæ. dicit Bal. in l.quicunque,col 2.ſub nu 7. C.de ſer.fug. ſed pœna conuentionalis nedum reſpicit paciſcentes de pace, aut tregua, non rumpenda, vel de non offendendo, ſed etiam coniunctos amicos, vt hoc timore docuit Bartol. in l.illicitas.§. ne potentiores. ſub num.5 ff.de offic. præſ.vt in cautione prædicta etiam numerentur amici. ratio eſt quia caro, & ſanguis coniunctorum alteratur, quando rixa, & offenſa fit ſuis de ſua familia, & parentela. ſic offendens vnum ex eis omnes offendere cenſetur.ſecundum Luc.de Pen.in l.unica.nu 50.C.publ.lit. vel conſenſ.& hoc facit addit.ad Bar.in d §.ne potentiores. ſub num. 9.in verb.effectus.Felyn in trac. de pac. & treg. cir.fin. Hinc dixi non ſufficere habere pacem ab offenſo niſi ab alijs quoque habeatur, vt in 4.par. ſub nu.211.in fin.& in prima par.ſub num. 282. lit. L. quia ſcandalis eſt obuiandum. ultra quod talis cautio, ſeu promiſſio reſpicit intereſſe fiſci, ſi pęna in totum, vel in parte ſit ei ſtipulata. per ea quæ dixi in 2.par. ſub nu. 261. lit. D. & Reip. intereſt vt ſubditi in pace quieti viuant, & incolumes conſeruentur, l.eum ratio. §. penult. ff. de bo. damnat. At intereſſe eius qui vulneratus remanſit, eſt proprium illius, & ſuæ familiæ, cui auxiliari nequit ob debilitationem, vel impedimẽtum ſibi cauſatum ab offenſore. Et fortius intereſſe debetur damnum paſſo, quam pęnam fiſco, vt ait Briar. ad Clar.q 93.num.3.in fi. & trad.cano.in c.1.de iniur.& damn.dat.Boniſac. eo.titu. nu.21.& 22.& ſtatim dicam.

Præterea ſi pęna conuentionalis ſecundum terminos noſtros eſſet ſubrogata loco intereſſe, multa ſequerentur inconuenientia. Primo quia ſi partis non intereſſit (quamuis pax) aut tregua fuerit doloſè rupta, ſed perſona non remanſerit læſa, pęna ipſa non deberetur, & tamen pęna conuentionalis exigi poteſt, quamuis nõ intereſſit exigentis. Surd. Deciſ.260.nu.22.vbi poſt Dy alleg. Bar.in l.2 §.ſi in facto. cit. med. de uerb.oblig. & redarguit Bal.contrarium tenentem, in d.l.5. C.de ſenten.quæ pro eo, quod intereſt.& ipſe dixi ſupra in 2. par.ſub nu. 261.cum plur.ſeq. vbi etiam uerbis ſolis pacem rumpi, & pęnam conuentionalem deberi.

Secundo videretur facta damnorum extimatio, antequam de damnis conſtaret: nam pęna eſt certa, & intereſſe incertum, vnde appellatione pœnæ non venit intereſſe. Canalca. Deciſ.26. nu.12. par.2. & ſententia præcederet liquidationem, quæ ſunt contra ordinem iuris: nam prępoſteratio ordinis vitiat actum, l. prolatam. C. de ſenten.& eſſet contra prac.receptam. Atet. in §. præterea. inſtit.de actio.hinc dicitur quod intereſſe, ſiue certum, ſiue incertum, ſiue damni, ſiue lucri, tanquam debitum ante euentum, vel ante moram, non poteſt paciſci. ſecundum Felyn.in c.cum venerabilis.nume.9. de except.& taxatio intereſſe à principio facta nõ tenet. Bertazol.conſi.crim.482.nu.7.

Tertiò, per talem conuentionem pœnæ diceretur vẽditio facta propriæ carnis, nemo carnem ſuam odio habeat. Felyn.in cap.literas, eit, fi.de præſumpt.& tale pactum non valet, quia nemo Dominus membrorum ſuorum, l.liber homo, ff. ad leg. Aquil. eſſetque pactum contra bonos mores.& non ualeret. Bar. & alij, in l.ſtipulatio hoc modo concepta, de uerb.oblig.& eſſet cauſa ſcandali, & vindictam fiendi, & liuorem explendi quod contrarium effectum pareret eius, pro quo talis cautio, ſeu promiſſio datur. ſed inducta ad bonum finem non debent contrarium effectũ operari, l.legata inutiliter.de leg.primo, Car.cle. 1.§.1.de præben.

Sed quod & pœna conuentionalis, & intereſſe exigi poſſint, tenent. Doct.in l. ſi quis maior, C.de tranſact. vt in caſu iſto, in quo doloſé contrauentum ſit, & pęna cum iuramento eſt promiſſa. Gabr.com.concl.tit.de tranſact. concluſ. 1.limit.1.nume.53 pulchrè Anchar. conſi 248. incip.apud antiquos.cir. fi.idem Gab. de malefi. concl.34.nu.12.Caualca.Deciſ.25. ſub num.32. cum ſeq.par.2.

Non obſtat modo ſi dicatur quod per prouiſionem hominis videtur ceſſare prouiſio legis ſicut plura ſcripſi in 6 part.ſub numero 163. 164. cum plur.ſeq. præſertim, nu.166 quia hæc pœna conuentionalis, non eſt ſubrogata loco intereſſe legalis, vt ſupra deductum fuit, & tunc videretur ſubrogata loco damnorum quando expreſsè dictum eſſet, pro damnis, & intereſſe. ſecundum caſum Bertazol.de quo in conſi.16. & 18. in cri.p. 1.cui reſpondebò ſtatim.

Non obſtat quod pęna conuentionalis regulariter ſuccedat loco intereſſe, vt ait Ro. in l. ſtipulatio iſta. §.alteri, de uerb.oblig.& refert Iaſ.in d.l.ſi quis maior.num.29 C.de tranſact.& quod in dubio ita ſit intelligendum. Cagn. in l.à quoquam, nu 8. & 10 l.quatenus, nu.16 de regul.iur. Quia teneo quod in obligationibus ciuilibus in quibus quis eſt obligatus, ad dandum, vel faciendum, quod in pondere, vel numero, aut menſura conſiſtit, tunc procedunt ſupradicta, ſed in pęna conuentionali de non committendo maleficio ſecus eſt, ratio differentia eſt, quia in ciuilibus agitur de intereſſe in omittendo, ſed in criminalibus agitur de intereſſe in committendo, & ita tenet Burſat.conſi.21.nu.16 & ſeq. quem adducit Bertazol.d.conſi.18.ſub nu 9.& ipſe Bertazol.in ſua opi. titubat, ſed ab diſtinctione iſta non ſe retrahit, & cum hac reſoluitur etiam opinio Matant.diſput.7.nu.29.& Rot. Benini. Bono. Deci. 16 nu.7.Nam aliud eſt apponere pœnam de dãno infecto, ſeu inferẽdo in perſona, vel rebus miniſterio hominis, aliud eſt in ciuilibus circa res, & negotia apponere pœnam, ſi non ſoluatur, ſi non fiat, & huiuſmodi. iux. materiam, l. unicæ, C.de eo quod inter.& in l.ſtipulatio iſta. §.alteri, & in l.4.§.Cato.ubi Bar.de uerb.oblig.de qua materia pulchrè D. Caball.caſ.crim.56. nu.129. cum ſeq. Iaſ.in §.omnes autem actiones, inſtitu. de actio.ubi an pœna conuentionalis loco intereſſe poſſit excedere duplum, vel quadruplum.& concludunt quod conſenſu utriuſque partis, in pœna facto adiecta quantumcunque ſit debeatur. Rebuff.d.l.vnica, nu. 559 & 568.de comm. teſtatur Sap.ibi.nume.82. Cagnol.nu.108. Surd.

Deciſ.

Deciſ.261.nu.24. Mathæſ. nu.38. ſed eum non ſit propriè materia criminalis, non examino.

Et in tantum eſt verum quod pęna conuentionalis debeatur vltra ſatisfactionem damnorum, quod in remiſſione iniuriarum, & pœnæ legalis, non includitur pœna conuentionalis, & ſi remiſſa ſit pœna conuentionalis, non intelliguntur remiſſa damna, & intereſſe pro debilitatione, aut membri mutilatione, glo. in §. fi. verſi. non renouauerunt, vbi omnes, inſtitut. de iniur. Gomeſ. var. reſol. d. cap. 6. nu. 13. Rimin. iun. inter conſi. crim. diuerſo. tom. 1. conſi. 134. nu 53. vbi in fortioribus terminis loquitur, Surd. d. Deciſ. 261. nu. 4. Plac. Epit. delict. lib. 1. c. 6. num. 40. Boer. Deciſ. 52. nu. 6. Farinac. alios allegans. De Inquiſit. q. 5. ſub num. 11. verſi. amplia. 2. & dixi par. 2. ſub nu. 261. lit. D. car. 82. & in 4. par. num. 303. 311. cum plur. ſequ. Licet inter partes facta fuerit hinc inde caſſatio, & annullatio proceſſuum, iniuriarum, & condemnationum, & videantur ſecundum aliquos remiſſa damna, & intereſſe, vt tenet Ioan. Franc. Terzan. conſi. 503. & 504 inter conſi. crim. Bertazol. vol. 2. nihilominus, ſi expreſſè damna non fuerint remiſſa, non comprehendũtur ſub tali generalitate. Bal. conſi. 195. nu. 6. par. 2. Mynſing. centu. 4. obſer. 10. & ſi Plac. d. c. 6. ſub nu. 40. dicat, quod ſi facta fuerit remiſſio pleniſſima, quod etiam includantur damna. & videtur tenere Menoc. de præſum. lib. 3. præſ. 114 in fi. & eſſe com. teſtatur Igneus. in l. 1. §. Diuus nu. 2. Ad Sylla. tamen extat gl. in contrarium, in c. ſi quis contriſtatus. 90. diſtin. & in c. ad Apoſtolicam, de re iud. Iaſ. in l. ſi tibi decem. §. quædam, de pac. & eſt tutior op. licet Plac. dicat hanc contrariam opin. procedere in remiſſione ſimplici tamen, dicit quod nec glo. nec Iaſ. dicunt. imo glo. in d. c. contriſtatus dicit benefacere illum, qui remiſſo rancore, agit actione iniuriarum. Sed poſſent concurrere aliæ coniecturæ, quibus in pleniſſima remiſſione vtique damna & intereſſe comprehenderentur, vt ſi ille qui offenſam remiſit, ſit diues, nobilis, & quietus, & ille cui remiſſa eſt pauper, & veniam, & damnorum remiſſionem petierit, ad quod facit Afflict. in c. 1. § iniuria, nu. 121. in fi. de pac. iur fir. ſicuti dicitur quod reſcriptum gratioſum generale intelligitur iuxta ſupplicata. Caualca. Deciſ. 14. nume. 45. p. 1. Decia. conſi. 86. nu. 52. & ſeq. volum. 3. vi. quæ dixi in 4. par. nu. 228. & 239. & è contra ſi remiſſa ſint damna, et intereſſe ſimpliciter, non intelligitur remiſſa pęna conuentionalis. Rip. in l. damnum, nume. 11. ff. de damn. infect. Doct. in l. qui bona. eo. tit. Clar. §. fi. q. 58. verſic. quæro modo. ex quibus colligitur, quod nõ confunduntur pœna, cum damnis, & quod utrũque debetur in caſu noſtro: duplici enim actione pro iniuria agitur ſcilicet ciuiliter, & criminaliter, Faber. in §. fi. inſtitu. de iniur. Bal. c. 1. de pac. iur. fir. Plac. Epit. delict. c. 6. nu. 40. Innoc. in c. qualiter. de accuſat. Gomeſ. de delict. c. 6. nu. 9. 10. & 11. cum ſeq. Bonifac. de damn. dat. nume. 21. & 22. & licet corpus liberum extimationem non capiat, l. liber homo, ad leg. Aquil. tamen ratio habebitur operarum, & induſtriæ quibus cariturus eſt debilitatus membro, vſque ad illud tempus quo veriſimiliter uiuere poſſet, l. hæreditatũ, §. in computatione, ff. de tranſac. Doc. in l. ex hac lege, ff. ſi quadrup. paup. pulchrè Iacob. Beluiſ. in ſua pract. de taxat. iniur. num. 1. & 2. Iaſ. in §. omnes, inſtitut. de act. Bar. & alij in l. item apud Labeonẽ, §. ſi quis ſeruo uerberato, ff. de iniur. Gomeſ. ubi ſupra nu. 13. Couarru. var. reſol. lib. 2. in 10. ſub nu. 7. verſi. Quarto, vbi adducit Sot. de iuſtit. & iur. lib. 4. q. 6. art. 3. & in uerſi. tenetur. S. Thom. 2. 2. q. 62. art. 2. At ſi offenſa fuiſſet perſona nobilis, tunc extimatur iniuria non ex operibus, & induſtria, ſed à qualitate perſonæ iniuriatæ. ſecundum ea quæ dixi, in 4. part. ſub nu. 210. cum ſeq. car. 177. vbi in propoſito debilitationis membri locutus ſum de damno emergente & lucro ceſſante, intellige à die commiſſi delicti, ex quo delinquens ſemper dicatur eſſe in mora, l. in re furtiua, §. fin. cum ſimil. de condict. furt. ſic ait Boſſ. in tit. de rap. ſub num. 41. & ad prædicta vi. Carbo. de reſtitu. omn. ter. q. 14. car. 85.

In ciuilibus autem quando pœna debeatur cũ re actiue, aut paſſiue, & quando non, pulchrè ac diſtinctè trad. Barto. in l. prætor ait. §. 2. quod de fructibus, ff. de bon. auth. iud. poſſ. & ibi per Alexan. & Bal. in l. 1. ver. Quæro, C. de peric. & commo. rei vend. cum alijs add. ad Bar. loc. cit.

Delinquens in plus quam deliberauerit, quando animus ſit attendendus, et quando euentus.

FRAGMEN. XC.

IN 4. par. ſub nu. 166. car. 172. adde hanc diſtinctionem ex mente. Bar. in l. Diuus, ff. ad leg. Cor. de Sicar. quam reperi etiam in ſyntag. iuris lib. 30. tit. 4. nu. 2.

Quia euenit vt quis pluſquam voluerit, deliquerit, & quæritur an animus, an euentus ſit in pęnis attendendus. Diſtingue, aut plus deliquit in ſpecie delicti ſibi propoſita, ſi in eadem ſpecie delicti, aut deliquit circa res, aut circa perſonas: ſi circa res, aut delictum, quod exequi propoſuerat, tendebat ad id quod commiſſum eſt, tunc inſpicitur delictum, ſeu euentus, non animus, vt qui uim fecerit non cogitãs de homicidio, quod facilè in illa ui illata interuenit, punitur, ac ſi occidere uoluiſſet, l. quoniam, C. ad leg. Iulia. de vi. & vi. ar. & qui decreuit tantum incendere domum unã, & plures comburit, tenetur pro omnibus combuſtis, quia natura incendij ſe habet, ut ad vicina tranſeat, l. 1. §. incendio, ff. de incen. rui. & nauf. Si autem delictum non tendebat ad id quod euenit, aut plus delinquitur circa eãdem rem, & tunc inſpicitur euẽtus, l. vulgaris eſt quæſtio, §. ſi quis, ff. de fur. vt ſi quis vas conſecratum furetur putans eſſe prophanum. punitur pro ſacrilegio; Quod ſi circa alias res plus delinquatur, inſpicitur animus non euentus. Si autem circa perſonas plus delinquitur, tunc inſpiciendum eſt an ex propoſito, vel ſine eo contingat delictum: ſi ex propoſito, pęna quidem ſpiritualis, vt excommunicatio, & ſimiles, ad cogitationem magis pertinent, glo. in l. ſi ignorans, ff. locat. In pęnis autem temporalibus, aut plus delinquitur circa eãdem perſonam, & tunc inſpicitur euentus, l. eum qui nocentem, §. penul. & fi. de iniur. aut plus delinquitur circa aliãs perſonas per acceſſiones, & conſequentiam. ſi ergo aliam perſonam, & quam offendere volebat, percutiat, vel lædat, pro utraque tenetur, & euentus non animus inſpicitur, l. ſcientiam, §. qui cum aliter. ad leg. Aquil. ſi autem realiter non lædat aliã perſonam,

Digitized by Google

ſonam, ſed tantum per conſequentiam, animus inſpicitur non euentus, d.l. eum qui nocentem, §.pen. de iniur. Quod ſi non ex propoſito delinquatur, illud plus ad animum non ad euentum referendum, l.apud Labeonem, §. ſi quis virgines. eo. de iniur. Cęterum ſi illud plus tendit in aliam ſpeciem delicti, quam quod quis facere decreuerat, ſi vtrumque crimen habet eundem finem, euentus non animus inſpicitur, l. fi. C.de crim. expil. hæred. ſin minus pro propoſito non pro euentu tenetur, d.l. vtrum, ff. de fur. l. qui iniuriæ. eo. tit. vi. ſup. Fragm. 84.

Auxiliator ad malum, an eadem pœna ſit puniendus.

FRAGMEN. XCI.

IN 4.par.ſub nume.176.car.173. De auxilio quis non punitur pœna ordinaria, niſi ęquè cum principali eodem animo præſtitum fuerit, & id probatum ſit. & quod cum eo præceſſerit tractatus ad illud maleficium committendū, & ad hunc effectum auxilium præbuerit, l.3. §. homines, ff. vi. bo. rapt. Hip. de Marſ. in l. 1. nu. 81. Cod. de rapt. Virg. idem Sing. 400. vbi infert quod ſi frater caſu repertatur à fratre in rixa, & interficiatur fratris aduerſarius, nec eſt locus pœnæ ordinariæ de auxilio. alleg. Bal. in l. data opera, col. pe. C. qui accuſ. non poſſ. ſimiliter amicus ab amico vocatus, vt ſecum iret, & arma accipiat inſciens quid futurum ſit, ſi ſequatur delictum, non tenetur de auxilio. Raphael Fulgo. in l. quid ſi fugitiuus, §. 1. ff. de ædil. edict. niſi is ſolitus eſſet ire ſine armis, idem ſi quis arma, vel equum bona fide alicui accōmodauit, quibus eo inſcio ſecutum fuit delictum, dixi in 1. par. nume. 218. & ſupradicta limita, niſi poſt factum is auxiliū præſtiterit malefactori ad fugam, quia non carebit pœna pro modo culpæ. vi. ſupra in 2. parte nume. 102. & Hipp. Marſ. d. l. 1. nume. 86. 179. & 186.

De vi priuata, quando efficitur publica.

FRAGMEN. XCII.

IN 4.par.nu.186.car.174. Nota quod vis priuata efficitur publica, quando arma, & conuocatio hominum interueniunt, vt per Decia. de delict. tom. 2. lib. 8. titu. de cæter. cauſ. vis publ. tex. in l. qui cætu, ff. ad leg. Iul. de vi publ. et tot. tit. vi. ſup. Fragm. 25.

Irregularitas quando incurritur, & quando non.

FRAGMEN. XCIII.

IN 4.par.ſub num.196.car.176. verſi. Et clericus. & in materia irregularitatis. Nota, quod clericus, qui generaliter interrogatus quid ſiendum de homicidis, aſſaſſinis, latronibus, & huiuſmodi ſceleſtiſſimis hominibus, ſi generaliter reſpondeat, debent ſuſpendi, non videtur incurſurus irregularitatē, quia in genere fuit interrogatus, & in genere reſpondit, & de certa perſona in ſpecie tractatum non fuit, vt per Iacob. de Bel uiſ. in ſua prac. tit. Quat. ſint cauſæ, nu. 201. adducēt. in arg. l. generali. C. de tab. lib. 11. & l. ſi quid præferendum, ff. de furt. cum mult. alijs iur. ſecus ait ſi capitis tunc fuiſſet aliquis, & de eo clericus in mente ſua credidiſſet loqui, licet verbis de eo non expreſſerit, c. peteres. extra, de homic. libro 6. & cap. ſententiam ſanguinis. extra ne cler. vel monach.

De gratia, remiſsione, & indulgentia, et an per eas, intereſſe partis ſublatum ſit.

FRAGMEN. XCIV.

IN 4.par.ſub nu 228.car.180. adde in materia gratiæ Fel. in c. inter quatuor. ſub nume. 10. extra. de maior. & obed. vbi tractat quid importent. gratia libera, vel gratia plena, indulgentia ſeu remiſſio principis ante ſententiam importat remiſſionem pœnæ, & confiſcationis bonorum, & infamiæ, l. reſcripta, in fin. C. de prec. Imper. offer. poſt ſententiam videtur tantum remiſſa pœna delicti, l. fi. C. de gener. abol. niſi ex verbis colligatur eſſe gratia plena, & libera. Gomeſ. varia. reſol. titu. de delict. cap. 13. ſub nu. 38. poſt verſi. item adde. & not. quod gratia conceſſa per verbum gratia, vel indulgeo, trahitur ad perſonam tantum, non autem ad bona niſi petitum ſit vtrumque per l. 2. C. de ſenten. poſſ. vel niſi ante conceſſionem gratiæ conſtiterit de innocentia condemnati, per tex. l. 1. §. ſi quis ultro. ff. de quæſt. Boſſ. in titu. de remed. ex ſola clement. Principis. nu. 1. vbi ſub nu. 7. ait gratiam intelligendam eſſe conceſſam iuxta ſolitum. & in propoſ. not. quod Princeps de iure non poteſt pœnā partis applicandam remittere, l. venia. vbi omnes Doct. C. de in ius uoc. Grammar. conſi. 34. idem vot. vlt. alioquin ſecundum Sot. peccat. vt in lib. 4. de iuſt. & iur. q. 5. ar. 4. & plures allegat Menoch. de arb. q. 96. vi. omnino ſup. in hac 4. p. nu. 202. & 206. & inf. Nec poteſt pœnam pecuniariam parti applicandam ex contractu commutare in pœnam corporalem, vt per eundem Menoch. car. 437. in nouiſſ. add. ad nume. quarto 5. & 6 ſupra Pariſ. nume. 102. & 159. & infra par. 5. num. 278. vbi qui non habet in ęre luat in corpus, & Boſſ. in titu. de remed. ex ſol. clement. Princip. nume. 25. videtur contrariari. Claud. verò ad Bertazol. conſilio 163. liter. A. ait quando pœna debetur non de iure naturali, vel gentium, ſed vigore iuris ciuilis municipalis, tunc poteſt à principe remitti. Dec. l. ſecunda, de in ius vocan. Bald. l. fin. numero octauo, C. de ſer. reſcind. poſſ. multo plus quando pęna prouenit ab ipſo Principe, maximè cum cauſa. Doctor. dicta l. 2.

De reſcriptum primum, quando per ſecundum aufertur.

FRAGMEN. XCV.

IN 4.par.ſub d.nu.228.ea.cart. 180. in 2.col. verſi.at ſi a leſſet.vi. in 6.part.nu.315. & adde quod reſcript. tum ſecundum viliatur, ſi in nouiſſimis precibus non erit facta mentio de primo reſcripto.tex.in c.cæterum,de reſcript. & Dec.conſi.460. num.14. Rebuff. in ſua praxi benef.rubr.de diuiſ reſcr.car 81. in fi. vi. Caualca. in ver.reſcriptum. ſed vi.in Deciſ.4. nu.28. par. 2.attamen,& Mediolani expreſsè cauetur in no. ord. Vormant.tit.de reſcripi.§.quicunque & alibi.vi.Menoc.de arb.caſ.202. multò minus valeret quando reſcriptum eſſet contra reſcriptum ſicut de ſententia contra ſententiam dictum eſt infra nu.287.p.4.& eſt ſummopere cauendum per iudices,ne exeant extra vires reſcriptorum,ſed diligenter. & ad vnguem ſeruare tenentur reſcripta.ar.l.generaliter. C.manda. Nam reſcripta ad lites ſunt ſtricti iuris,& odioſa,ideo reſtringi, & non extendi debent. Caualca. Deiſ.21.nu.27. & 28.p.1.alioquin fiunt de lite lites, & ferè immortales. ideo cauè ne prętextu æquitatis facias opus nullitatis.

De raptore, & quando teneatur raptam ducere in vxorem.

FRAGMEN. XCVI.

IN 4.par.ſub nu 234.car.181. vbi de raptu Virginum, dic quod poteſt reconciliari, ob ſequens inter eos matrimonium,ſi ab vtraque parte pax fiat. Clar.d.§. raptus. verſi.quæro modo,& raptor iure Pontificio iubetur. aut ſtupratam dotare,vel in matrimonium ducere, cap.1. & c.peruenit.de adul.ſed concilio Aquiſgrani extitit prohibitum.verum de hoc in c. placuit. 36. q.2. & de rigore iuris etiam matrimonio, & reconciliatione ſequuta, pœna raptus locum haberet,c.in Archiepiſcopum,de raptor.ſed de æquitate temperanda eſt pro modo circumſtantiarū, vis,& perſonarum,& ſi matrimonium inter eos contrahatur aduertant, vt ſeruentur ſolemnitates eccleſiæ, & ad hoc vi. Concil. Triden.ſeſſio. 24.cap.6.& Peguer. quæſt.crim.c.42. & Clar.d. ver.raptus.vi.in Fragm.38.& Fragm.48.

De Bracchio ſæculari impetrando.

FRAGMEN. XCVII.

IN 4.par.ſub nu.256.cart.183. Brachium ſeculare qualiter ſit implorandum a iudice eccleſiaſtico. trad. etiam Menoch. de recuper. poſſ. remed.3. nu. 359.& ſeq.vbi docet qualiter concedendum,& petendum ſit,& per Abb.in c. 1.not.vlt.de offic.ord.vbi alij, & an iudex ſecularis poſſit compellere per excommunicationē ad dandum familiam in auxilium iudicis eccleſiaſtici Abb.in d.c.1.col. 3.in fi.num.11. & tenet quod ſic.intellige quando ex iuſta cauſa, & neceſſaria petitur,& quid in delegato,trad.Felyn.in c. ſignificaſti,de offic.delegat.& vi. inf.nu.260. & in ſeq. Fragm.95.

Brachij ſæcularis imploratio, & conceſſio, quando excuſat familiam.

FRAGMEN. XCVIII.

IN 4.par.ſub nu.258.car.183.& iuſſus iudicis eccleſiaſtici, vel imploratio Bracchij ſęcularis ab eo petita excuſat familiam iudicis laici ab excommunicatione,ſi ab ea clericus indebitè capiatur, & ducatur violenter ad carceres,tex.eſt in c.vt famæ,de ſentē.excom.& tenet Abb.c.1.nu.5.de offic.ord.vi.ſup. Fragm.94.

Abſolutione ſemel facta, an accuſator iterum accuſare poſſit, et an liceat accuſatori variare forum.

FRAGMEN. XCIV.

IN 4.par.ſub nu.273.in fi.car.185.circa accuſatorem,& accuſatum. alter alterum criminibus impetens,vi.infra in hac 4.par.ſub nume.379.liter. C. car.198. & in tantum eſt verum quod abſolutio de criminibus illatis facta, non impedit facultatem iterum accuſandi,& inquirē di de illa colluſione, nec ſententia lata per colluſionem, idest per fraudulentam conuentionem teneat.Abb.in c.fi. de colluſ. detegen. Farinac. de Inquiſit.d.q.4.nu.13.per tex.in l. 3. ff.de præuaricat.& per alia iura quæ ibi alleg.Limita non procedere ad inſtantiam primi accuſatoris, ſed alterius circa quod vi. quæ dicam infra in fine huius Fragmenti,ver. At nolo,ex quo fauore publico cuilibet de populo permittitur accuſare de colluſione c.fi.de colluſ.deteg. quæ tamen regulariter non præſumitur.Farinac.d.q.4. nu.19. vbi plures alleg.Menoc.de præſumpt.lib. 5. præſump.26 ponens coniecturas ex quibus colluſio probari poteſt, cum ſit difficilis probationis, & plures alios adducit Maſcar. de probat. concluſ. 322.inter quas probatur quando adeſt aliquis actus extraneus inter affinitate coniunctos, dicta præſ.26.nu.11. Sed in contrarium eſt alia coniectura: quia inter coniunctos maior præſumitur fides,& beneuolentia,quam inter extraneos. Mago. Rot.Luc.Deciſ.19.nu.2. & 14. Bal.in l.cum ita,§.in fideicommiſſis, ff. de leg.2 Hoc unum eſt quod vbi agitur de damno tertij notabili ob machinationem,conſilium fraudulentum, vel odij cauſa, vel cupiditatis,vel alterius intereſſe, tūc pariter colluſio dicitur,ad hoc vi. Doc.in l. 1. C.ad Turpill.& infra in 5.par.num.210.& 275. vi.ſupra p.3.nu.292. Fragm. 72. & vi. Bertazol. conſi.cri.455.nu. 32.33.40. vol.2.& colluſor,ſeu temerarius accuſator tribus modis detegitur, &

tribus

tribus pœnis ſubijcitur. Aut n. calumniatur, aut prævaricatur, aut tergiuerſatur. In exceſſu calumnia, in defectu prævaricatio, & tergiuerſatio, in medio legitima accuſatio, & de pœnis iam dictũ fuit, & vi. in ſyntag. iur. lib. 32. c. 19. 20. 21. & 22. Procurator uero reuocatus ante accordium, cum parte non poteſt de prævaricatione accuſari, at. c. cum ceſſante de appellat.

At nolo hic omittere, quod non licet accuſatori, vel querelatori, poſt datam querelam coram vno iudice, pendente querela, comparere coram alio iudice, inſtituẽdo, ſeu porrigendo aliã querelam tenoris primæ contra eundem querelatum, vt alloquor in dicta par. 4. ſub nu. 133. quia variare non licet iudicium, nec forum, Bart. in l. vbi cæptum, ff. de iudic. Cyn. in l. nulli. in fi. ff. co. Bal. in l. in criminali, ff. de iuriſ. omn. iud. Maria. Socin. in c. propoſuiſti, nu. 55. de for. comp. Lancel. Gal. de attent. in 2. par. c. 4. limit. 2. nu. 559. Porc. in ſuis concluſ. par. 3. concluſ. 22. vbi dat. 10. ampliat. inter quas, an, quod is qui iam ab eo conuẽtum cõtant vno iudice trahit coram alio, amittit cauſam, vt amplhat 8. quamuis in vlt. limit. videtur contrarium dicere, ex Fel. in c. ad audiẽtiam, il 2. col. 12. de reſcrip. verum pro parte contraria adducit Boer. ſing. 6. in ver. clericus, & ita tenere videtur Caualc. Deciſ. 1. nu. 14. cum ibi per eum adduct. præſertim Bal. in dicta l. in criminali, ff. de iuriſ. omn. iud. & Cyn. dicta l. nulli, in fi. C. de iud. vi. Pileu. glo. q. 126. Cortet. ſingulari in verb. iudicium, & Ro. conſi. 369.

Sed reuera non debet quis duplicatis expenſis grauari, l. bona fides, ff. de regul. iur. alioquin qui grauat tenetur ad illas, per l. eum quem temere, de iud. cap. damnum, de reg. iur. in 6. at etiã contra iſtum calumnioſum vexatorem, & variatorem vexatus poterit agere actione iniuriarum, §. qui per iniuriam, ff. de iniur. l. ſi verò, pro condẽnato, in fi. & ibi glo. ff. qui ſatiſdar. cogan. Caualca. de vſufr. in ul. relict. ſub nu. 221. car. 416. circa med. & dixi par. 4 num. 106 273. quoniam non eſt permiſſum, vt de eodem delicto ſæpius quæratur, l. ſepulchri, ff. de ſepulch. violat. l. penul. ff. naut. caup. ſtab. quare ſi poſt primam querelam, ea pendente accuſator aliam querelam coram alio porrexerit contra eundem, & ſuccubuerit, & querelatus abſolutus fuerit, is temerarius accuſator non poterit amplius confugere, ſeu redire ad primum iudicem, & proſequi primam querelam: quoniam ſententia abſolutoria (de qua ſupra) pareret exceptionem rei iudicatæ, ita quod exceptio rei in uno, obſtaret in alio. Soc. conſilio 38. Porc. dicta concluſ. 22. limit. 13. Sebaſt. Vant. de nullit. ex defec. proceſſ. nu. 125. quia acta facta in uno iudicio inter eaſdẽ perſonas fidem faciũt in alio iudicio, Viul. Deciſ. 313. nu. 2. lib. 2. & ſic cautela erit vt inquiſitus ſtatim alleget exceptionem rei iudicatæ, & illam ſentẽtiam in continẽti exhibeat antequam reſpondeat Inquiſitori, ad hæc vi. Ruin. conſi. 84. & quod dixi in dicta 4. par. n. 273. Baiar. ad Clarum, q. 57. ver. ſcias, & q. 39. Nam ſi prioris iudex non fuit negligens, nec per eum ſtetit, nec querelatus renuit comparere, vt dicunt ſupradicti Doct. querelatus nõ poteſt ſub duobus iudicibus eodem tempore moleſtari. vi. in hoc propoſito 10 d. 4. par. nu. 132. 133. & 240. & 273. quæ nota.

Et in dicta 4. par. ſub nu. 286. car. 186. verſ. Nã ſatis eſt, adde quod ſicuti ſententia condemnatoria reſpiciẽs ſe generaliter ad pœnas ſtaturorum tenet, ita petitio incerta, & generalis qua petitur executionem fieri ſecundum form. ſtatuti tenet, quando ſtatutum diuerſimodè ob diuerſitatem perſonarum, & eorum priuilegia exequi mandat. Pulchre Ancha. conſi. 6. viſo themate, ſub nume. 3. verſi. item aliter, contra abſentem, vbi poſtea dicit quod generalis petitio reſtringitur ad cauſam ſpecialiter proſequutam, ſed non dicitur cauſa proſequuta niſi deuentum fuerit ad ſententiam, Alex. conſi. 51. in fi. 4. part. Dicens quod ſi ſtatutum puniat petentem, non habet locum ſi lata ſententia fuerit appellatum: nam pendente appellatione pœna non dicitur adhuc commiſſa ex quo petitio non diceretur ad finem perducta, Bal. in l. aliam, C. de his quib. vt indig. Bar. in l. ſi quis id quod, ff. de iuriſ. omn. iud. Alex. & alij in l. ſi decem cum petero de verb. obl. & ſæpe petitio ſuppletur per ſententiam, & ſententia per petitionem, Bal. in Marga. in verb. petitio. & petitio generalis admittit etiam ſententiam generalem. Abb. in c. licet cauſam, de probat. & ex hoc regulariter dicitur quod ſententia debet eſſe conformis libello, l. libellorum, de accuſat. Alex. ad Bar. in l. ſi quis delatorem, lit. I. ff. de iur. fiſ. dixi p. 4 nu. 37.

Qualiter ſententia contra ſententiam non tenet.

FRAGMEN. C.

IN 4. pat. ſub nu. 287. car. 187. Dic quod ſentẽtia contra ſententiam tenet, quando ſunt latę a diuerſis iudicibus, ſub diuerſis dominis, nõ autem ſub eodem præſide, vel quando vna à laico, altera ab Eccleſiaſtico lata eſt. Afflict. in cauſa teſtis falſi Deciſ. 219. nu 6. Bal. in c. fi. de re iudic. & Io. And. in c. Felicis in Nouel. & tunc ſententia contra ſententiam non tenet, quando prima eſt tranſacta in rem iudicatam ut hic. Sed quando vna ſequitur iudicium iudicis a quo vel illud impugnat, tunc ſententia contra ſententiã tenet.

An contumacia ſola ſit delictum.

FRAGMEN. CI.

IN 4. par. nu. 289. car. 188. Si contumacia eſt de ſe delictum, l. omne delictum, vbi Bart. ff. de re milit. & Iaſ. in l. 1. §. ſi procurator. ff. ſi quis iuſdicen. non obtemp. & l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ier. ergo vtroque modo dici poteſt ſententia lata ob delictum, vi. Rol. a Vall. conſi. 47. per tot. volu. 2. vbi tractat de multis pœnis quas paſſurus eſt contumax.

Appellare an liceat ad Principem, omiſſo medio.

FRAGMEN. CII.

IN 4. par. ſub nu. 302. lit. F. car. 191. & appellari etiam poteſt ad Principem omiſſo medio, in 14. caſib. quos not. Soc. reg. 23. Damas. reg. 74. vi. Dop. a Fin. Villabol. & Bal. trac. com. opi. lib. 4. tit. de iudic. c. 14. car. 101.

De pace præſentanda, & de termino ſtatuti intra quem pax haberi debeat.

FRAGMEN. CIII.

IN 4. par.ſub nu. 303. cart.191. Aduerte: quia pax debet præſentari in termino ſtatuti, alioquin non prodeſſent,& vi.in 2.part.car. 82. col.2.verſi.& no.quod ſi pax. qua de re ſi ſtatutum dicit quod inſtrumentum pacis debeat præſentari intra menſem a die latæ ſententiæ, dies prædicta non computatur in termino, ſecũdum Alexan.in conſi.42.nu.2.& 5.vol.3.Cagnol.ſuper Decret.Mantuæ,decret.7.num.20.21.& 46. cas. 15. & ſi quis habet tres menſes ad faciẽdam pacem,quot dies in totum erunt. puta vnus mẽſis habet dies 28. alter 30. & alius 31. debent in totum calculari dies 89.tantum,ita not.glo.in c. quam ſit,de elect.in 6. Bar.in l. cum biſextus,de verb.ſign.pulchrè Bernar. Vltramont.in ſua practic.Forenſ.lib.1.obſeruat.5 tit.49.car.139. Qua de re die ſequenti finitis dictis diebus pax præſentari debet, vel haberi, vt ſtatutum dicit, quoniam hoc caſu dies termini non computatur in termino,dixi in 6.par.ſub nu.528.

De retardanda executione capitali.

FRAGMEN. CIV.

IN 4 par.ſub nu.309.car.192. Dicas quod executio ſententiæ retardatur, donec reſponſum acceptum a Principe, quando iudex videt Principis iuſſum eſſe iniuſtum. Gig.de crim.læſæ Maieſta q.16 nu.13.tex. in l.ſi vt proponis.C. de execut.rei iudic. Iaſ.in §.ſi minus,num.16. de act. Abb.in c.vniuerſitatis,nu.7. extra de ſenten. excommu.Imo.conſi.127.per tot.& vi. Fely.in c.quærenti de offi.deleg.vbi trad. caſus 12. quibus executio ſententiæ capitalis differtur. & Iaſ. in l.debitoribus.tradit duos caſus,ff. de re iud. & Blanc. in ſua pract. crim. fol.154. ponit octo caſus,& Marſ.in ſua pract. §. oportune, multos alios caſus enumerat, Bonacoſſ. comm.opi.tit.de iudic.c.31.tom.4. car.93.vbi circ.fin. docet modum,& tempus exequendi ſententiam capitalẽ. Et tene menti quod iudex ex officio videns ſententiam iniuſtam, quamuis eſſet ſententia lata per Imperatorem contra notorium facti notum ſibi iudici,vt iudici,eſt ipſo iure nulla,& non debet exequi,c. Abbate ſane.de re iud. clem.paſtoralis,eo.tit. Anch.conſ.6.vſo themate.

De inanimatis quoque puniendis.

FRAGMEN. CV.

IN 4.par. nu.313. car. 192. & quod quandoque inanimata puniantur,licet in eis non ſit capacitas delicti actiuè, nec paſſiuè, ſed ad terrorem,& memoriam patrati ſceleris.Gand.de reb. non por.conit. Deuetum,nu 7.Stracc.in trac.de naui.nauſb.& naufr.p.3.nu.17.quod in caſib.val de atrociſſimis fieri ſolet vi.in 3.pat.ſub nu.112. vbi dixi etiam inanimata facere indicium.

Quando pro fiſco, & quando contra fiſcum iudicandum ſit.

FRAGMEN. CVI.

IN 4.par.nu.321.car. 193. Quando contra fiſcum,vel pro fiſco iudicandum ſit. tradidi in 6.par.ſub nu.557.interea vi.Peregr. de iur fiſc.lib.6.tit.6.de pign.& hypothec.ſub nu.21.vbi diſtinguit aliud eſſe quod cauſa fiſci ſit par. cũ priuato,& tunc pro fiſco iudicandum eſſe,l.inter pares,ff. de re iudic.c.fin.extra eo.aliud eſt, quod cauſa ſit dubia,& tunc contra fiſcum. maximè, vbi ipſe de lucro agit captãdo,l.in ambiguis orationibus. cum ſimul.de reg.iur. l.cum de interpretatione, ff. de leg. l. ſi quis intentione ambigua,ff.de iudic.vi.Couarru. var.reſol. lib. 1.cap. 16.in prin.Cæphal.conſi.87.inter conſi.cri.vol. 2. Hinc dixi quod in certa cauſa exportationis Annonæ commiſſa D. Cap. Iuſtitiæ Senatum, & mihi delegata. Quod reus debebat condemnari de iure, ex quo locus vbi reus cum re repertus fuit erat prohibitus, ut ex fide habita primo loco in Cancellaria DD. Conſeruatorum, at D. Cap. contraſentiens allegabat aliam ſimilem fidem ſecundo loco habitam ab eadẽ Cancellaria quod locus non erat prohibitus circa res contra deuetum exportandas: quia erat in montanea, prima erat facta puta de anno 1590. à Dominis illius loci,qua declarauit locum illum eſſe, puta probibitum,ſecunda erat anni 1592. facta a conductore illius loci qua declarauerunt,locũ illum non eſſe prohibitum circa res contra deuetũ expostandas: quia erat in Marema. & ex ijs dicebam nos verſari in paritate probationum, & ſic pro fiſco: ipſe verò D. Cap. contradicebat quod immo nos verſebamur in dubio, ergo contra fiſcum, ſed quia agebatur de abſolutione, libenter adhæſi, licet ſolus aliter iudicaſſem per ſupradictam diſtinct. Peregr.

Quod per argumentum à cõtrario ſenſu venit, non intelligitur illatiuè, ſed eſt ac ſi expreſſum fuiſſet.

FRAGMEN. CVII.

IN 4. par.ſub nu.441. car.202. Verũmtamen ſcire debes quod illud quod venit per argumentũ a contrario ſenſu non dicitur venire per extenſionem,ſed virtualiter,& habetur,ac ſi expreſſum fuiſſet,diciturq; mẽs textus, legis,aut ſtatuti,glo.ord.in l.qui teſtamento, §. mulier.ff. de teſt.vbi omnes Doct.& in l. conuenticulam, C.de epiſc.& cler. Euerar.dict. loc.4. adeo quod non poteſt dici commiſſum, & ideo non recurritur ad aliud ſtatutum ciuitatis prædominãtis. pulchrè D.Borgn. Caualca.trac. de tutos.nu.82.

verſi. Imo a contrario ſenſu. idem Deciſ. 12. nu. 2. & Deciſ. 13. nume. 20. & 21. par. 3. quodque locum habet in omni diſpoſitione, quando maximè id quod venit per d. argumen. a contrario ſenſu, eſt ſecundum ius commune, vt declarat idem Caualca. Deciſ. 20. & 21. par. 3. & alibi ut in ſuo nouiſſ. reper. eo. ver.

Tractus quando ſit punibilis, & vbi puniendus ſit.

FRAGMEN. CVIII.

IN 4. par. ſub nu. 196. car. 176. Rurſus quo ad tractatum. Dicit D. Farinac. tit. de Inquiſit. q. 7. ſub nu. 49. quod mandans homicidium committi, & tractans homicidium committi pari paſſu ambulant. Vnde ſicut mandans ratione mandati poteſt puniri in loco mandati, licet in alio loco delictum ſecutum fuerit, ad trad. per Bal. in l. non ideo minus. ad fi. C. de accuſat. Angel. de maleſ. in verb. Sempronium mandatorē, q. 20. & alios quos Farinac. adducit. in hoc propoſ. d. q. 7. ſub nu. 48 vbi per plura fundamenta hanc opin. ſubſtinet. & ipſe dicit quod mandans poteſt puniri a iudice loci mandati. quando iudex loci delicti nō eſt ſub eodem Principe, quia Principis Maieſtas dicitur offenſa in loco mandati, vt ait D. Farinac. ibi verſi. ſecundo moueor in fi. & per alias rationes. ibi adduc. At ſi vterque iudex ſit ſub eodem præſide, tunc mandans eſſet remittendus ad iudicem delicti, tum quia præcedit glo. in clem. paſtoralis, §. ſi quis in prouincia, de re iudic. & alias dixi, par. 4. nu. 245. tum ea ratione, ne cauſæ continentia diuidantur, l. nulli C. de iudic. & ſic procedit opi. tenentium contra Farinac. quod iudex delicti debet cognoſcere, tā contra mandantem, quam contra mādatarium, vt d. q. 7. ſub nu. 47. & 48. niſi pœna pro tali delicto grauior imponeretur in loco mandati. Bart. in l. non ideo minus. C. de accuſ. Plac. Epit. delict. c. 15. nu. 16. cuius opi. mihi placet. At ſi ſint ſub diuerſis præſidibus tunc ratione loci mandatati iudex procedet contra mandantem, & iudex delicti contra mandatarium, per iura & rationes adductas per D. Farinac. loc. mox citato. & ita reconciliantur prædictæ opiniones, vltra diſtinctionem Farinac. ſub d. nu. 48. ver. Quid dicendum, vbi vide. Plac. Epit. delict. c. 15. nu. 17.

Modo ad rem dico quod ſicut mandans, ſeu mandatum poteſt puniri in loco mandati iuxta mox adducta, ita tractans, ſeu tractatum poteſt puniri in loco tractatus, vt aduerti in d. 4. par. ſub nu. 142. ad quod. adde Marſ. in l. vnica, nu. 250. & 231. de rapt. virg. & vt etiam Euerar. in ſua centu. in arg. à ratione finis, & ſic eadem met diſtinctione eundum eſſe ſicut ſupra de mandato dictum fuit.

Ex hoc colligitur quod mandans in loco mandati dicatur forum ſortiri, & ſic effici de foro loci mandati. idem de eo qui tractauit in loco de homicidio committendo, per l. illud, ff. ad leg. Aquil. & licet quis non eſſet ſubditus illius loci in quo tractatum fecit, nihilominus ratione tractatus prorogaſſe dicitur iuriſdictionem iudicis d. loci. Ang. de maleſ. in verb. exiſtens Florentiæ, nu. 2. & 4. & Decian. de delict. tom. 1. libro 4. c. 17. nu. 8. Bal. in l. 2. C. de Eunuch. Quæ opi. locum habet quando tractatum fuit de crimine læſ. Maieſt. l. quiſquis. C. ad leg. Iul. Maieſt. vel de aſſaſſinio. c. pro humani. de homic. in 6. & in alijs caſibus quos adduc. D. Farinac. d. titu. de Inquiſit. d. q. 7. ſub nu. 49. & in tantum eſt uerum, quod etiam ſi tractatus ad effectum non peruenerit, nihilominus eſt puniendus, vt dixi d. par. 4. ſub nu. 196. 197. & ſeq. Beroi. q. 89. vbi late. ſed ſi ad actum proximum non fuerit deuentū, tunc pœna quadam arbitraria tractatus ſolus erit puniendus. Bertazol. conſi. cri. 243. num. 4. & 6. ſed ipſe non tam leuiter punirem, vt vult. Bertazol. ibi. niſi ad effectum non fuiſſet deuentum propter pœnitentiam, re integra de qua conſtaret. vt. in ver. pœnitentia quando in delictis locum habet. at ſi tractatus non fuiſſet exequutus ob impotentiam, vel difficultatem, tunc grauiter punirem, habita tamen conſideratione perſonarum originis & cauſæ, ac qualitatis d. tractatus. idem teneo & obſeruatur in mandato dato, & non ſecuto, quicquid alij patum in criminalibus verſati dixerint.

Tractatus tunc dicitur fieri, quoties duo, vel plures inter ſeſe inſimul conueniunt, & tractant de committendo aliquo delicto, & in eandem opinionem deueniunt ex animo, cogitando, tractando, & deliberando. l. & ſi amici. ubi Bart. & alij, ff. de adult. l. fin. §. nouiſſimum. C. de iur. deliber. plura per Iacob. Nouell. pract. crim. num. 49. cart. mihi 497. vbi nume. 50. ait quod commiſſo delicto præcedentis tractatus a pluribus, ſi ignoretur a quo, tamen ratione tractatus omnes tractantes eadem pœna ſunt puniendi. vt. in repert. de animo deliberato, & delicto appenſato.

Hinc dico quod etiam in loco ubi quis accepit mandatum per literas. ſeu per Epiſtolam, vt puta exiſtens Flor. ſcripſit Bono. & Bononienſ. accepit mandatum, & reſpondit pariter cum literis, quoniam licet per epiſtolam obligatio non contrahatur, tamen inducta probatur, l. Epiſtola. cum ſimil. C. de vſur. Bar. in l. Titius. la ſecunda, ff. de conſtitu. pecu. Maſcard. de probat. concluſ. 627. nume. ſeptimo, & ſicuti quis ſolo conſenſu in loco obligatur, §. primo, inſtitut. de ob. quæ ex conſens. ita ſolo conſenſu quis obligatur criminaliter, §. primo, inſtitu. de ob. quæ ex quaſ. malefic. naſcun. & §. primo, de oblig. liter. & regulariter, vbi quis promittit. ibi forum ſortitur, vt per ſcrib. in l. prima. vbi glo. & Doctor. C. vbi de crim. agi oport. Marſ. in l. fin. numero 206. & 204. ff. de iuriſdict. omn. iudic. facit Decia. de delict. tom. 1. lib. 4. cap. 16. num. 13. etiamſi, vt prædiximus, non fuerit deuentum ad actum proximum. Gomeſ. de delict. cap. 3. num. 41. & 42. Baiard. ad Clar. quæſt. 89. nume. 13. Paria enim ſunt promittere verbo tenus, aut literis, vel Epiſtolis. l. miles ad ſororem, in princ. ff. de leg. ſecundo: quinimmo nuntius qui ſciens, literas defert hac de cauſa æquè ac mandatarius tenetur. Cyn. Barto. & alij in dicta l. non ideo minus. C. de accuſat. Plac. alios recitans. Epit. delic. cap. decimoquinto, ſub numero nono, & quo ad obligandum, paria ſunt quem eſſe præſentem, vt literis acceptare mandatum abſentis, l. Publia. §. fin. vbi Doctor. ff. depoſ. facit Alexan. conſi. 151. colum. prima, verſicu. & propter Epiſtolam. volum. ſeptimo, Doctor. omnes in l. admonendi, ff. de iur. iuran. Rot. Genuæ Deca.

112. nu.

Digitized by Google

212. num. 1. & non eſt mirum, quia dato mandato, vel habito tractatu, ſiue verbotenus præſentialiter, ſiue literis in abſentia, tractantes incipiunt machinari, & ſtudere quomodo poſſint ad effectum perducere, & ex præparatorijs deuenitur ad præparamenta armorum, ad prouidendum de pecunijs, de veſtibus incognitis, attenditur locus, decipiuntur quandoque nuntij, & vicini loci in quibus delictum tractatum eſt fiendũ, & alia fiunt prout illis qui talia tractant diabolus in cor mittit, vt de perfidis Iudæis de quibus in Euang. Io. cap. 6. qui congregato concilio aduerſus Ieſum, ab illa die cogitauerunt, vt interficerent eum, quod conciliabulum prophetauit Hieremias cap. 18. Dixerunt impij Iudæi ad inuicem venite cogitemus contra iuſtum cogitationes. Venite percutiamus eum lingua, & non attendamus ad vniuerſos ſermones eius.

Et ſicut probatur tractatus per Epiſtolam, ita & per eoſdemmet complices. Farinac. d. q. 7. nume. 49. Maſcard. de probat. conclu. 1392. per tot. Plac. Epit. delict. in c. 15. ſub nu. 18. quando ſcilicet aliter probari non poteſt. Bal. in l. quoniam, C. de teſt. Tandem not. quod tractatus ſolus de frangendo carceres, & fugiendo quando quis eſt innocens punitur, ſed leuiſſimè arbitrio iudicis, Menoch. de arb. iud. caſ. 301. nu. 12. in nouis addit. Boer. Deciſ. 215. nu. 22. Peguer. Deciſ. cri. c. 1. nu. 5. quæ omnia in practica ſeruabis, zelo iuſtitiæ fretus, & non aliter. contra hos conſpiratores, coniuratores, maledictos homines, inuidos, & proteruos.

Communis vſus loquendi qualiter præfertur propriæ ſignificationi.

FRAGMEN. CIX.

IN 4. part. ſub nume. 445. car. 203. Collige hoc fragmentum ne pereat: nam circa commu. vſum loquendi, loquitur Felin in procem. Gregor. latiſſimè, & Euerar. in ſua centu. loc. 7. ar. à co. vſu. loquen. vbi pulchrè in final. verbis. lit. E. qui opinionẽ meam valdè approbauit declarando ibi communem vſum loquendi præferendum eſſe propriæ ſignificationi, quando eſt tam apud peritos, quam apud imperitos. ea doctr. Bal. in cap. 1. 3 col. de ſucceſſ. feu. poſſum exemplum dare. Florentiæ vbi quando quis eſt grauiter infirmatus, ita vt de eius ſalute parum aut nihil ſperandum ſit. aiunt, *il tale ſtà male bene bene*. vnde cum in teſtamento cuiuſdam narraretur illum fuiſſe ſanæ mentis licet parum ægrotus, fuere examinati teſtes, qui depoſuerũt, quod tempore facti teſtamenti erat ferè in ianuis alterius vitæ. & reddẽtes rationem dixerunt, *perche all'hora ſtaua male bene bene*, & in alio ſimili caſu dici ſolet pro ſignificatione modici, *è molto poco*. quæ ſunt contraria, nihilominus præferuntur propriæ ſignificationi, vt etiam in ciuitate Genuæ appellant *fineſtra, il Balcone, & il balcone fineſtra*, quod in Thuſcia diuerſum eſt. appellant etiam, *la tarantola ſcorpione & lo ſcorpione tarantola*, & re vera vndique ſcorpio pro ſcorpione, & tarantola, ſeu phalangia, pro phalangia. verumtamen quia Genuæ apud omnes æquiuocatur propria ſignificatio cedit communi vſui loquendi. dumque in illis partibus quædam veneno artificioſo venenata fuiſſet data opera, capto venefico negauit, & dixit quod fuit læſa à ſcorpione, teſtes dixerunt à ſcorpione, interrogati qualis erat ſcorpio, dixerũt crocei liuidi coloris, non autem nigri, examinato famulo forenſi dixit à ſcorpione, interrogatus qualis eſſet ille ſcorpio dixit niger, & iuxta propriam ſcorpionis qualitatem deſcripſit, qua de re in hac uariatione de toto male factore punitus fuit, ſi verum eſt quod refero. modo ad rem ſi de conſuetudine loquendi non apparet, tunc recurrendum eſt ad illa vocabula iuris, quibus id de quo quæritur ſignificatur, & definitur. pulchrè Caſtr. conſi. 40. num. 1. vbi de verbo Graſſia, an magis ſub nomine frugum, vel annonæ, aut venalium comprehendatur, volu. 1. & ipſe dixi in 6. par. ſub nu. 282. & vi. Bald. in l. ſi quis poſt hanc. in ſi. C. de priuat. ędifi. & communis vſus prçualet.

Et in propoſito communis vſus loquendi Florentiæ quæſtio in facto euenit: nam ceſſum fuit poderium poſt mortem cuidam ſuo agnato, cum iuribus, & pertinentijs, ac melioramentis, an boues, & iuuencæ aratoriæ, pecudes, & huiuſmodi venirent in tali conceſſione, & videbatur dicendum quod non attento quod Florentiæ ſub nomine pertinentiarum non veniunt animalia, & ita vſu obſeruatum fuit ad trad. Fely. in dicto procem. Gregor. nu. 10. ſed de iure communi aliter eſſet dicendum, cum appellatione pertinentiarum, boues, & pecora campi veniant: pulchrè Decius conſi. 516. nu. 23. Nam ueniunt ea quæ ad vſum rei ſunt deſtinata. Alber. in ſuo Dictionar. in ver. pertinentiarum. Soc. ſenio. conſi. 47. nu. 4. lib. 1. Decia. conſi. 40. nu. 38. vol. 4. Menoc. conſi. 140. ſub nu. 24. cum ſequ. vol. 1. in tantum quod etiam molendina veniunt ſub nomine pertinentiarum. Bal. in cap. 1. de cap. qui cur. vend. quem omnes ſequuntur. verum ex alijs coniecturis apparuit boues venire in tali conceſſione ex quo teſtator mandauit animalia vẽdi pro ſoluendis legatis, ſed ea quæ ſunt poderijs deſtinata nequaquam, & ſic ſumus in claris. l. continuus. de verb. oblig. vltra alias coniecturas, & rationes quas conſultò hic omitto: ſed quando conſtat de mente concedentis, quam hęres declarare poteſt non diſſonans a diſpoſitione teſtamentaria tunc boues veniunt fundi edendi gratia, Cæphal. facit conſi. 183. nu. 62. & 71.

Prohibitio localis vſque quo extendatur, & ibi de termino a quo ad terminum ad quem.

FRAGMEN. CVI.

IN 4. par. ſub nu. 462. car. 204. Hic nota quod ſi quid eſt prohibitum in termino, eſt etiam prohibitum in via, puta Florẽtiæ eſt in vijs quibuſdam ſignum in muro, ſeu pariete ne ibi mingatur ſub certa pœna, certè ſi in medio viæ & nõ propè in pariete mingatur, utique cadit in pœnam qui in via mingit. Similiter quod eſt prohibitum in termino, eſt etiam in uia dum itur, exemplum eſt prohibitum portare bladum extra territorium, ſi reperiatur in itinere antequam ad terminum perueniat, dicitur pęnam incurriſſe, Bal. in l. cum proponas, nu. 2. C. de naut. fęnor.

Boer. Deciſ. 178. nu. 19. 20. & 21. car. 386. Boniſac. de reb. non portan. contr. Deuetum. nu. . . . Ideo Florentiæ cauetur quod nemo debeat portare oleum, vel vinum per vias vertendo terga ciuitati Florentiæ, quod fallit ſi quis habens torcularij verſus Florentiam, & domum ſuperius ad quam ire non poteſt niſi vertat terga Florentiæ, quod nota. quia neceſſitas non ligatur legibus, vulg. iur.

Stante ſtatuto quod maleficia reuelari debeant de quibus ſit intelligendum.

FRAGMEN. CX.

IN 4 par. ſub nu. 480. cart. 206. Quid ſi ſtante ſtatuto quod maleficia debeant reuelari, & fiat maleficium occultum, vi. l. culpa caret, ff. de reg. iur. vbi glo. & Dec. & eſt gl. in l. vtrum, vbi Bar. ad leg. Pompe. de Parricid. Abb. in ca. 1. nu. 9. de reſtit. ſpoliat. Inn. in c. officij. gl. in verſi. ſatisfacio. de pen. & remiſſ. & certè intelligitur ſtatutum de maleficijs non occultis, & omnes verò, Abb. illi tenētur reuelare maleficia qui ſciūt, etiam quod ſtatuto non caueatur, ſub aliena poteſtate, vt ſunt ſerui, famuli, filij, & vxor, ac Vaſalli, vt inf. in 5. par. ſub num. 574. & ideo ſi vxor tacuerit de morte viri, & alij de familia, de morte non naturali in domo ſecuta, ſunt ſuſpecti. iux. l. ſi quiſquis, vbi Doc. C. ad leg. Iulia. Maieſta. Sed quo ad delicta in alios quam in correlatos ſiba ſecuta non tenentur reuelare ſuos, vt de patre qui non tenetur reuelare filium criminoſum, nec vxor virum, nec frater fratrem. Alex. & alij cum Bar. in d. l. vtrum ad leg. Pompe. de Parric. & in l. milites agrum, §. deſertorem, de re mil. fallit in cauſa læſæ Maieſta. d. l. quiſquis, & per Foller. in prac. in Fragm. nu. 72. 73 et ſeq. cum ibi per eum adduc. idem in cauſa contra Remp. ſcribit Plac. Epit. delict. c. 22. nu. 17.

Pœnarum pars an debeatur iudici condemnanti, aut exequenti.

FRAGMEN. CXI.

IN 4. part. ſub nu. 534. car. 210. Pone ſtatutum dicit quod detur tertia pars pœnæ iudici ſententianti, & exequenti, & quod iudex condemnauit Titium in centum, & Titius appellauit, vel oportuit condemnationem eſſe approbatam à Principe, ſeu a Senatu, & quod pendente appellatione, vel approbatione iudex qui condemnauit, receſſit, ut quia functus ſit officio ſuo, & alius ſucceſſit, & approbatam, vel confirmatam ſentētiam executioni is mandauit, an portio pœnæ debeatur huic iudici ſucceſſori confirmanti, & exequenti, an anteceſſori, qui ſententiauit, & breuiter, ac reſolutiuè more ſolito, ac circumſcripta conſuetudine, vel interpretatione huius ſtatuti, quæ in hac contingentia facti attendenda eſt iuxta tex. l. cum de interpretatione, & l. minimè, ff. de leg. Dico quod in hoc verba ſtatuti ſunt ſatis clara, a quibus non videtur etiam recedendum, l. non aliter. de legat. 3. l. continuus. §. cum ita, de verb. obl. is enim iudex qui exequitur habet intētionem fundatam in verbis ſtatuti: eſt enim iudex, & exequutor, qua de re cui conueniunt verba vtique conuenit diſpoſitio. l. 4. §. toties, ff. de damn. infect. l. quod conſtitutum, ff. de mil. teſt. ſed iudici ſententianti tantum, & non exequenti, verba ſtatuti non conueniunt: ergo per ſupradicta iura & quaſi in puncto tradit Soc. in conſi. 151. ſub nu. 5. verſi. & ſic reſtat, vol. 1. quod conſ. fuit D. Ottonis de Singatis, vt ex ſubſcriptione apparet, & verba ſtatuti ſtrictè, & propriè ſunt intelligenda, l. 1. §. ſi is qui nauem. de exercit. act. l. 11. §. hęc verba, ubi Bar. ff. de negot. geſt. præſertim quando non inſurgit iniquitas, abſurdum, vel repugnantia, aut contrarietas: ſic concludunt Docto. in dictis iuribus, & faciunt ea quæ infra dicam in 6. par. ſub nu. 622. natura namque copulæ eſt vtrumque concurrere debere. Bar. & alij in l. 1. ff. de iuſti. & iur. & Iaſ. ibi format regul. cum octo limita. & trad. Doct. in l. ſi hæred. ibi. etiam Bar. ff. de condi. inſt. vbi de fructibus, iuribus, iuriſdictionalibus: nam ſicut fructus regulariter non ſunt ſucceſſoris, niſi fuerint pendentes, & non ſeparati, & reconditi in horreo. l. ſi pēdentes fructus in prin. & l. defuncto, vbi Doct. ff. de vſufruc. l. fructus, ff. de rei vendic. l. fin. §. penu. ff. quę in frau. credi. l. vſufructuarius meſſem, ff. quem vſufruc. amitt. pulchrè Caualca. de vſufruc. ſub nu. 242. & 241. in 1. par. idem in deciſ. 30. in 5 par. & in nouiſſ. reper. in verſicu. fructus percepti, ubi latiſſimè, & per multas Deciſ. cumulatiſſimè totam materiam practicanter explicauit, vt. Menoc. de reti. poſſeſ. remed. 15. per to. & alibi. ita de fructibus iuriſdictionalibus dicendum eſt, l. illud, ad leg. Aquil. Non enim poſſunt dici in eſſe deducti ante approbationem, vel confirmationem dictæ condemnationis, per ea quæ paulo ante adduxi ſub num. 226. in hac 4. par. & ideo non videtur militare illa concluſio, cum quod fructus de proximo recolligendi habeātur pro recollectis gloſ. Bar. & Doct. in l. diuortio. §. interdum, nu. 6. Alex. nu. 6. Iaſ. nu. 22. ff. ſolu. matr. nam talis regula habet locum quando certum eſt ad quem fructus ſpectant, ſecus quando controuertitur, ut Iaſ. ibi declarat.

Et prædictam opinionem cum declaratione de vna infra limitatem quando ſtatutum ſimpliciter aliquam partem pœnæ daret iudici: nam eſtò quod iudex a quo cōdemnauit, & iudex ad quem etiam condemnauit, hoc beneficium non erit iudicis ad quem ſed iudicis a quo, licet executio ſententię fiet per iudicem ad quem, arg. l. ſi filij ff. de verb. obl. quia vt inquit Binn. ſuper 3. vol. ſtat. in uerb. iudex, ver. ſtatutum dictat, iudex ad quem potius videtur eſſe confirmator, quam diſpoſitor, & cauſa prima magis influet in cauſatū, quam ſecunda, licet contra hoc videtur obſtare regula illa, quod actus ſemper denominatur a cōfirmante, l. teſtamento, inſ. de teſta. tutel. ſi quis priore, ad Trebel. verum ſtatuti mens fuit pro labore iudicis in inueniendis, & proceſſandis, ac condemnandis malefactoribus, l. congruit, ff. de offi. præſ. prout ſpectat ad iudicem a quo, concedere partem condemnationis, qui labor ceſſat in iudice ad quē: ergo ceſſante cauſa ceſſat effectus, c. cū ceſſante, de appella. & ſi nō ceſſat in totū, tamē eſt ualde minor labor iudicis ad quē, laboris iudicis a quo, & hęc ratio iudicio meo ponit ſecurim ad radicē. datur. n. in remunerationē laborū

adeò

Digitized by Google

adeò quod ille qui præeſt maioribus periculis, & laboribus, plus eſt remuneraodus, l. ſemper, §. negotiatores, de iur. immu. l. vnicuique in princ. C. de prox. ſacr. ſcri. lib. 12. pulchrè Signotol. conſi. 23. ſub nu. 13. in fi. & nu. 14. & 24. in terminis Soc. d. conſi. 151. nu. 14. & hoc commodum appellatur, quaſi Falcidia condemnationis, quaſi prima cauſa, cum prima ſenteotia ſit actus per ſe perfectus, vt ait Bruo. loco mox cita. et ſi dicatur parum eſſe quod quis condemnet, niſi exequatur, l. verbis, ff. de vulg. reſpondetur quod etiam iudex a quo poterit exequi, ſi iudex ad quem nolit exequi, aut noo poſſet, ut conſiderauit Brun. ibidem, & ex hoc collige declarationem huius articuli procedere, quando iudex a quo noo eſt functus officio ſuo, ſed adhuc eius iuriſdictio deerat, ſecus in caſu præcedenti: nam ibi præſupponimus finitum fuiſſe tempus, & quicquid in cõtrarium dici poſſet, nunquam vidi hoc commodum afferri iudicibus præteritis, niſi in horreo ſuo durante iuriſdictione recondiderint, aut exigendas numine proprio mandauerint, hac cura amicis recommendatam quamuis in medium afferre poſſem hos verſus.

Tempore officij multi connumerantur amici,
Si officium perit nullus amicus erit.

Sed ſi cupis in propoſito harum cõcluſionum plores alias cõcluſiones videre, vi. omnino Dec. conſi. 654. viſo caſu, & doct. in l. diuortio, ff. ſol. matr. Boer. q. 5. per tot. vbi infert ad multas quæſtiooes, & multa iura, & authoritates adducit habens contradictorem Guid. Papæ Deciſ. 535. Io. de Amicis, cõſ. 110. ad elicita, col. fi. & Iacob. & alij, in l. fi. de iuriſ. omn. iud. & Bal. in l. fi. col. 2. nu. 9. C. de fruct. & lit. expenſ. & omnino Soc. d. conſi. 51. volu. 1. quod conſilium fuit ſubſcriptum ab octo famoſiſſimis Doctor. vt ibi videre eſt. & ipſe inſiſto in uerbis cõcedentis tale commodum, circumſcripta conſuetudine per ſupradicta, & an portio detur iudici inquirẽti, vel ſententianti iam dictum eſt ſupra ſub nu. 227. p. 4.

Inſuper ſcias quod licet fiſcus habeat minimã partem rei, tamen poteſt totam alienare inuito participatore, vt not. Fel. in c. qui in eccleſiarum, col. 19 de conſtit. vbi dicit æquũ eſſe, vt conſors prius requiratur, dicam in 6. p. nu. 263. & fiſcus etiam poſterior poterit vendere. aut locare inuito anteriori creditore dummodo de pretio ſatisfiat alijs creditoribus reſiduum pro ſe retinendo. Bal. conſi. 171. vol. 1. Dec. cõſi. 275. col. 4. Boſſ. in tit. de fiſc. & priui. eius nu. 39 quod priuilegium ampliatur etiam quod fiſcus rem communem haberet cum eccleſia. Io. de Plat. in l. 1. C. de vẽ. re. fiſc. lib. 10. & vi. Baiar. ad Clar. q. 95. nu. 24. cum plur. ſeq.

Iudex an durante officio ſyndicari debeat.

FRAGMEN. CXII.

IN 5. par. nu. 2. car. 224. vi. bonam glo. in l. ut vim, ff. de iuſt. & iur. quæ vult quod iudex durante officio nõ debeat ſyndicari, præſertim iudex maior, ſecus de minore, & trad. D. Pet. Caball. caſ. 111. 76. Dec. conſi. 131. cit. fi. in 2. vol. dicens quod officialis ad tempus non poteſt durante officio conueniri, ſecus ſi eſt in perpetuum, vel ad beneplacitum, per l. principalibus, ff. ſi cer. petat. & in l. pars literarum, ff. de iudic. vi. in 4. par. ſub nu. 31.

Mandatarius inquiſitus vti mandans, an ſit abſoluendus.

FRAGMEN. XCIII.

IN 5. par. car. 229. ſub nume. 104. verſi. ſecundo infertur, licet maodatarius inquiſitus tanquam principalis non debet puniri, tamen nec eſt abſoluendus a pœna ſui delicti, ſed tãtum ab Inquiſitione, quæ eſt iterum reformanda contra eum tanquam maodatarium, niſi in reſponſione per eum facta primæ Inquiſitioni, ipſemet faſſus fuerit, ſe maodatarium fuiſſe, & non mandantem, per ea quæ dixi ſupra in 4. par. ſub num. 36. & vi. in propoſ. in 3. par. ſub nu. 183. & num. 236. Ideoque datis defenſionibus condemnatio ſequi poteſt. Foller. prac. cri. in ver. 1. & ſi confitebuntur, cir. princ. Nam confeſſio criminis iocidentur facta coram iudice, etiam tacente nocet, l. iuſiurandum, §. 1. cum glo. in verb. obſtabit, ff. de iur. dot. Bart. plenè, in l. prima, C. de confeſſ. & in l. mercalem, C. de condict. ob turp. cauſ. l. ſi confeſſus, ff. de cuſtod. reor. Abb. in cap. ſecundo, eo. de confeſſ. & in cap. cauſam quæ il primo, de teſt. Cano. in cap. at ſi clerici de iudic. & meritò quando talis confeſſio tendit ad idem delictum, & ita de cõſuetudine iudices liberum arbitrium habentes ſeruant, & ſic non procedit dictum Angel. in l. unica, C. de confeſſ. & ex ijs declarantur illi ſex caſus, & ijs ſimiles occurrentes, de quibus ſub dicto nu. 104. in hac 4. par. vltra alias rationes ibi adductas.

Libros exhibere quando quis cogi poſſit, & de Procuratore ad negotia, quando teneatur rationem reddere, et quando cauſa ob negligentiam inferioris deuoluitur ad ſuperiorem.

FRAGMEN. CXIV.

IN quinta parte 152. ſub nume. 123. Infertur quod qui petit libros exhiberi non tenetur reus niſi actor dixerit qualitatem libri, cartas, & partitas, vt Floreotiæ ſeruatur, & eſt de iure, ut trad. Docto. in l. is apud quem, C. de eden. & ille qui tenetur edere libros. non poteſt cog. edere illos extra locum adminiſtrationis ſuæ, l. prætor ait, in ſi vbi Caſtr. ff. de eden. Rot. Genuæ Deciſ. 98. nu. 4. ſic nauis extra aquam ſtare non poteſt. per ea quæ dicam in 6. par. ſub nu. 439. & ſeq. & quando quis exhibet coactè, petens tenetur ſtare libro tam pro ſe quam contra ſe, ſecus ſi ipſe ad fundandam intentionem ſuam exhiberet, quia aduerſarius non tenetur ſtare, tam pro ſe quam contra ſe, niſi libro authentico, & comprobato. vi. Rot. Geo. Deciſ. 49. nu. 2. vbi dicit communiter doct. tenere, vt per Bar. in l. quædam, §. numularios, ff. de eden. & Dec. in l. 1. C. eo. & Fely. in c. 2. nu. 2. de fid. inſtr. vi. Caualc. Deciſ. 38. n. 13. p. 1. Crau. conſi. 369. Purpur. conſ. 171. vol. 1

Hinc ſumpta occaſione dico quod Procurator ad negocia, & quilibet alius adminiſtrator, tenetur reddere rationẽ ſuæ Villicationis, Luc. Euangel. c. 16. eſt tex. in c. qualiter, & quando, il ſecundo de accuſar. & in l. ſi procuratorem, §. 1. l. idẽque, §. 1. & l. ex mandato, ff. manda. l. quædam, ff. de procurar. l. tutelæ, & l. omnes tutores, C. arbit. tut. trad. Iaſ. in l. præſes, nu. 3. C. de tranſact. Rolan. a Vall. conſi. 49. lib. 1. Dec. conſi. 110. ſub nu. 7. Rom. conſi. 414. Menoch. de arb. iud. caſ. 209. Rot. Genuæ. Deciſ. 53. nu. 2. Deciſ. 116. nu. 2. & Deciſ. 191. nu. 2. Mago. Deciſ. 42. nume. 1. & 2. & deciſ. 203. nume. 20. & nullus eſt qui hoc ignoret.

Sed eſt differentia, quia aliud eſt petere hanc redditionem adminiſtrationis aduerſus principalem, aliud aduerſus ſuum hæredem: nam hæres releuatur ab onere probandi id, quod pater ſuus, vel alter cui ſucceſſit probare teneretur, ex quo qui in ius alterius ſuccedit iuſtã habet ignorantiam facti eius, cuius eſt hæres, l. qui in alterius, de reg. iur. vbi Dec. & Cagnol. & hęres non tenetur pro facto defuncti, niſi de eo quod ad eũ peruenerit, l. pupillum §. in hæredes, vbi Doct. ff. eo. de regul. iur. niſi & ipſe hæres conſcius, & particeps fuerit vi. Caualca. d. Deciſ. 38. per tot. p. 1. & Decia. conſi. 85. nu. 38. vol. 2. Nec tenetur exhibere libros. ſi ipſe iuter ad eum non perueniſſe, nec inueniſſe in hæreditate, per Caualca. d. Deciſ. 38. par. 1. quanto magis, ſi tempore mortis adminiſtratoris erat minor 18. annorum, qui in tali ætate exiſtens non tenetur iurare, ad trad. per Doct. in auth. ſi quis maior, C. de tranſact. Nec tenetur de neglectis, ſed tãtum de eo quod factus eſt locupletior. Caualca. Deciſ. 27. nu. 49. p. 1. Anto. Piag. de tut. q. 2. nu. 8. & cum hærede circa talem adminiſtrationem reddendam non eſt facienda ſcrupoloſa inueſtigatio rationibus prædictis, l. ſi ſeruus, de leg. 1. & declarat. Menoc. d. caſ. 209. nu. 34. l. Publia. ff. de procur. ſed quo ad commodum, & incommodum pari paſſu ambulant defunctus, & hæres. Caualcan. Deciſ. 17. nu. 10. p. 2. At quando appareret de patenti fraude, & mala fide adminiſtratoris, tunc contra ipſum rigidè procedẽdum eſſet, quoniam fraus, & dolus nemini patrocinari debent. dixi in 4. parte ſub nu. 142. & in 6 par. nu. 80. & 83. & in 6. par. ſub num. 217. 255. 353. & nota quod procurator, ſeu adminiſtrator non tenetur pro facto ſubſtituti, a Domino principali, ſed ſolum ſi ipſe ſubſtituerit, vt inf. dicam, ſub nu. 154. & pulchrè in 2. par. ſub nu. 270 & 292.

In ea. par. car. 239. ſub nu. 170. no. quod ob negligentiam inferioris cauſa deuoluitur ad ſuperiorem, vt in auth. de defenſ. ciuit. §. ſi verò, coll. 3. §. 1. c. irrefragabili, ext. de offi. ord. l. ad commẽtarienſes. C. de cuſto. reor. l. mancipia. C. de ſeru. fug. At officialis non remouetur ob negligentiã, niſi pluries monitus, non obtemperauerit, vel niſi vnica negligentia fuerit tam magna & beſtialis, vt delicto æquiparari poſſit, & indignum illũ redderet gubernandi homines, l. 3. §. fin. ff. de ſuſpect. tut. alia not. Iacob. de Beluiſ. in ſua pract. titu. de fug. reor. nu. 53. cum mult. ſeq. vbi & in tabellione, executore, & tutore procederet ait, addo in quolibet publico adminiſtratore, & vbi inferior propter potentiam aduerſarij non poteſt iuſtitiam adminiſtrare, ſuperior, aut princeps adiri debet. auth. de quæſt. §. ſi verò forſan. iudex autem negligẽs ex animo, priuatur iuriſdictione tanquam abutens ea, & fortè pœna commentarienſi, glo. fi. ad Commentarienſem, C. de cuſto. reor. Iac. de Beluiſ. d. tit. nu. 55. cum ſeq. qui nume. 56. arguit Barones, & feudatarios de negligentia, quando eligunt iudicem negligentẽ, multò magis quando poſſunt habere iudicem idoneum, & nolunt, quod a conſiliarijs Principum notandum eſt, ne propria paſſio excęcet eos circa bonum regimen Principis.

Condemnatio in duplo, triplo, vel quadruplo, continet ſimplum.

FRAGMEN. CXV.

IN 5. par. ſub nume. 205. car. 244. Nota quod quotieſcunque lex aut ſtatutum mandat aliquem condemnari in quadruplum, vel in triplum, aut duplum, ſemper in eis ineſt ſimplum, vt tenet glo. in l. ab ijs, & ibi Bar. C. de naui. ſeu Nauclet. &c. lib. 11. tex. in l. hoc edicto. ff. de public. l. cum exceptione, §. ſed & ſi quis. ff. eo. niſi duplum, triplum, vel quadruplum ſit mera, & principalis pœna, & ſeparata à ſimplo, Bart. & Bal. in l. mulier, C. de ſponſal. & in d. l. hoc edicto, l. ſi pro fure, ff. de condict. furt. & tunc pœna dicitur ſeparata a ſimplo quando mandatur rem reſtitui, & vlterius in duplum, aut triplum, vel quadruplum condemnari, vt in §. Conceptum, in fin. inſtitu. de oblig. quæ ex quaſ. delict. naſc. & de hac materia vltra alios vi. Iaſ. in §. omnes autem, nu. 10. & in §. in duplum, & §. ſeq. inſtitu. de act. vbi Gomeſ. in §. ſic itaque, ſub nu. 16. concludit, quod talis pœna quadrupli, ſit etiam de iure diuino, & allegat, tex. in Exod. c. 22. vbi dicitur quod qui furatus fuerit bouem, aut ouem, tenetur Domino reddere quattuor boues, vel oues & per conſequens dicta pœna procedit etiam in foro conſcientiæ per c. quoniam, 18. Diſtinct. in fi. & c. cum deuotiſſimam, 12. q. 2. & reſpondet contrarijs tenentibus de iure Cano. non procedere, per iura quæ ibi adducit d. nu. 16. quem tamen vi. in §. ex maleficijs ſub nu. 14. & 15. eo. de act. ad hæc nouiſſimè D. Petr. Cabal. caſ. cri. 56. nume. 129. 130. & 131. cum ſeq. & in dubio teneas ſemper quod res, ſeu rei extimatio continetur in quadruplo, triplo, vel duplo, & facit l. 1. C. vi. bono. rapt. Gomeſ. d. §. ex maleficijs, nu. 15. de act.

De legibus condendis, & de earum vtilitatibus.

FRAGMEN. CXVI.

AD ſexta parte ſub nu. 48. cart. 15. De legum neceſſitate. in Concil. Lateranenſ. Oratio. Ad ferendas autem leges, non ex ſuo tantum capite, ſed etiam a maioribus traditas, conuenit ut Princeps accipiat, vtiles admittat, ſuperfluas deleat, ſuperſticioſas abijciat, quæ rectè rationi conſonant, obſeruandas inſtituat. Diuina profectò eſt legum peritia, & adeo mortalibus neceſſaria, vt ſine ipſa in cætu viuere, quidve ad publicum uitæ bonum conferat, agnoſcere nequeant, vel ſi noſcant, id ſemper

nequa-

nequaquam velint, aut poſſint, eo quod ad priuatam cõmoditatem natura eos mortalis ſemper impellit.

Atque ideo ars omnis, omnis multitudo, omne officium, magiſtratus omnis, priuatumque omne, & publicum regimen legibus indiget, & domus, & ciuitas, & Reſpublica, & præfecturę, & exercitus, & cuiuſque denique ſingulatim hominis vita; ſine legibus fluctuant omnia, omnia titubant, & in perturbatione ſunt poſita. His ſublatis ęquitas aufertur, iuſtitia perit, religio tollitur, negligitur ratio, mens offuſcatur, vileſcit animus, amicitiæ corruunt, odia inſurgunt, omnis rectè viuendi modus, omne denique bonum adimitur, & ruit in præceps. Diuina ſiquidem & humana, cœleſtia & terrena animantia, & vitæ carentia, & quæcunque in vniuerſum conſiſtunt, legibus indigent, legibus diſponuntur, legibus affectiones, vires, habitus, actiones, officia numerantur.

Neque traditas tantum leges Principes debent accipere, ſed pro temporis mutatione alias condere, & in primis quæ ad animum pertinent, ad Religionem, ad mores ad vitæ conſuetudinẽ, ad concordiam, ad animi tranquillitatem, ad benè beatèque viuendi rationem inſpicere: Hinc benè merentibus præmia, fauores, largitiones, beneficia, magiſtratus: demerentibus mulctas, caſtigationes, correctiones, exilia, depreſſiones impendere: eoſque tanquam putrida Reipublicæ membra adurere, abſcindere, amputare, ne totum corpus inficiant, quia ſic rigor ſuadet ſic æquitas permittit.

De exceptionibus priuilegiatis ad fauorem debitorum ne egeant, vt de patre, marito, donatario, ac alijs latè ac practicanter tractatur hic.

FRAGMEN. XCVII.

IN 6.par.car.38.num. 145. verſ. item ſtatuta. & num.214. ſunt quædam exceptiones, quæ in dubio nunquam remiſſę cenſentur, inter quas eſt illa ſurgens à magna æquitate, ne quis conueniri poſſit, niſi quatenus facere poſſit, vt in patre, §.propter retentionem, verſic. ſed & ſi. vbi Iaſ.inſtitu.de act. l. ſi dubitetur, §.ſi filius, ff. de fideiuſſ.in marito facit l. ſi maritum, cum ll. ſeq.ff.ſolu.matr.l.Neſennius.§.fin.& l.non tantum, ff.de re iudic.trad. Bald. in l.vbi adhuc, col. 7.C.de iur.dot.in patrono. tex. in l.patronus, de re iud.in ſocio, l.verum, ff. pro ſoc. cum concor. Petr.de Vbal. tract. de duobus fratrib. par.15. in princ.in donatore, tex.l.qui ex donatione, ff.de donat.l.ex cauſa, l. inter eos, de re iud. Tiraq. in l.ſi vnquam, per tot.C.de reuoc.donat. de milite eſt tex.in l.miles, vbi Rip. ff. de re iudic. in Aduocato, in iudice, in vaſallo, in clerico, in debitore Eccleſiæ, & in fideiuſſore paupere, ac alijs paſſim iura trad. Surd.tract.de alimen. tit. 1. quæſt. 68. per tot. & Iaſ. in §.ſed & ſi. inſtitu. de act. in mercatore fallito dixi d.par. 6. ſub num. 279. in fin.eſt quippe materia ſatis ſparſa. pro cuius declaratione placuit quædam hic practicanter attingere.

Et primo ſcias, quod hæc exceptio quod ſupradictæ perſonæ non teneantur niſi in quantũ facere pñt, importat, quod nõ ſint in ſolidũ exigẽdæ, ne fame pereant, & vt legaliter dicitur, ne egeant, ſicut exponit glo.in verb. poteſt, in §. ſed ſi. Inſtitu. de act.& tex.in l. in condemnatione, de reg.iur.glo.in verb.facere, d.l.miles, vbi Rip. ff.de re iud. & eſt omnium opi.

Secundo ſcias, quod ratione correlatiuorum id quod dicitur in patre, in patrono, in donatore, in marito, ac alijs vtiq; locum habet in filio, liberto, donatario, vxore, & huiuſmodi. Nam diſpoſitum in vno correlatiuorum trahitur ad alterum, l.fin.ff.de acceptil.l.fi. in princ. C.de indic.vid.toll.& tot.tit. quod quiſque iur.

Tertio ſcias, quod aliud eſt, quod quis non teneatur niſi in quantum facere poteſt, ne egeat, aliud eſt ne æs alienum prius ſoluatur; nam eſtò quod perſonæ, quibus hoc priuilegium competit, allegant non teneri niſi inquantum facere poſſunt ne egeant, & quod primò æs alienum deducendum ſit, tamen non ſunt tot ſpecialia concedenda, l.quæ dotis, cum ſimil.de dot. promiſſ. §.ſi res.inſtitu.de leg.1. Ideoque in priuilegio ne quis teneatur niſi inquantũ facere poteſt, ęs alienum minimè deducitur, tex.in l. ſunt qui, cum ll.ſeq. de re iudic. vbi Bartol. Bald. Caſtrenſ. Iaſ. & alij.

Quarto declara, quod tale beneficium, vt cõpetere poſſit, debet conſtare de egeſtate tempore litis conteſtatæ, vel ſaltem ſententiæ, ſecundum Bart.in l.ex diuerſo.§.fin. & in l. rei iudicatæ, ff. ſolut.matr. vbi cæteri omnes, quo caſu ſi eo tẽpore non egeat, tunc ceſſat hoc beneficium. cap. cum ceſſante.de appell. Tiraquel.tract.cauſ. ceſſ. verſ.beneficij, & verſ.priuilegij, tit. in d.6.p.car. 44.col.2.ver. Ac alimenta.

Hinc eſt quod ille qui iam pauper erat, ſi poſt lapſum temporis conueniatur oportebit illum probare egeſtatem, quia egeſtas eſt res dependẽs à fortuna quæ variabilis, ac inſtabilis eſt, & eſſe, & abeſſe poteſt, l. non hoc, C.vn. cogn. c.in præſentia, de probat.l.neque Natales. C.de probat. qua de re ex præterito non præſumitur in præſens. ut pulchrè in terminis explicat Menoc. de præſ. lib.6. præſ.25.num.11. cum ſeq. & Alciat.eod.de præſ.reg.3.præſ. 27. num.4.uerſ.poſſunt prædicta. vbi diſtinguunt: quinimmo fienda eſt diſcuſſio bonorum eius qui talem egeſtatẽ allegat, ne teneatur vltra quam facere põt, vt per Bald.in l.quæcunque, C.de ſeru.fug. Ang. in l.ſi vera.§.qui pro rei.ff.qui ſatiſda.cog.quod in tantum eſt verum quod iudex non poteſt ex officio ſupplere, nec pro notoria egeſtas allegari. vt ſenſit, & tenet Rom. conſ.163. num.4. & 5. vbi dicit, quod negans facere poſſe, eſt quiddam non ens, l.actor. C.de probat.

Quinto prætetea ſcias quod multi ſunt caſus, in quibus non competit hoc priuilegium, ideoque oportet prius probare, & liquido conſtare, ut dixi.& trad. Aret.in §.præterea. num.5.inſtit. de act. vbi Iaſ.num.11.idem in l.inter eos, de re iud. & dicam in verſ. ſed aduertendum, & quot ſunt ij caſus quibus non competat, recolligit Cãpeg.tract.de dot.par.3.quæſt.237. vſque ad quæſtio. 271. vbi trad. 20. fallentias in cauſa mariti, & in alijs iud. Surd.de alim.d.tit.1.quæſt.68.per tot. inter quos eſt ille caſus, quando actor eſt adeò pauper ſicuti reus, quia tunc pauper pauperem non alit, vt dixi.num. 302. par.1.& prima Charitas incipit à ſeipſo, & dicitur quod ſupereſt date pauperibus, vt in ſacr.pag. & vid.quæ infra dicam cir.fin. huius Fragm. Tamen fallit in pa-

tre,

tre, qui poteſt vendere filium neceſſitate famis. Aſin. pract. in princip. cap. 2. Surd. eod. tit. quæſt. 301. num. 4. dixi in 1. par. ſub num. 283. Niſi filius effectus ſit clericus. Marſ. rubr. de fideiuſſ. ſub num. 120. & vid. quę dixi in 3. par. ſub num. 262. & in 4. par. num. 43. Fallit etiam in donatore, nemo enim in neceſſitantibus liberalis exiſtit. l. item legatam, in fin. ff. de adim. leg. & non licet diſcooperire vnū altare, vt cooperiatur aliud altare, c. cauſam, de præben. eſt materia. l. l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. vbi Tiraq. in gl. bona. num. 3. ait quod paupertas, quæ ſcilicet non ſit à vitio cauſata potius apud bonos homines, quam prauos eſſe ſolet, & quod pauperes non gaudent beneficio ne conueniantur niſi inquantum facere poſſunt, ſi vitio proprio pauperes effecti ſint. num. 5. ex hoc colligo duo, vnum quod ſi actor ſit pauper vitio ſuo & reus pauper à fortuna, tūc reo competat beneficium prædictum. Secundo, quod pauper ex fortuna ſit in dubio magis probus quam diues ex induſtria, vnde de huiuſmodi pauperibus dicitur beati pauperes ſpiritu quoniam ipſorum eſt Regnum cœlorum. Matth. c. 5. at ſi pauper auet diuitias, & laborat, pro eis nihil deest. ſi diues abundat diuitijs, & poſſideat ac ſi non haberet, & dat pauperibus, pro eo facit text. cæterum, vid. ad prædicta Surd. d. tract. de alim. tit. 9. quæſt. 41. num. 8. & omnes in d. l. qui ex donatione, ff. de donat. & dicam in verſ. ſequen. & hæc ſit prima limitatio circa paupertatem.

Sexto hinc aliam declarationem ſumas, quod tale priuilegium ne quis conueniatur pluſquam facere poſſit intelligitur regulariter pro debito quod ex ſua liberalitate prouenit. tex. eſt expreſſus, in l. Diuus Pius, vbi Dec. de reg. iur. concor. tex. in l. libertate, ff. de re iudic. & ſic ſubdeclara quod ſupra limitatum fuit in donatore, vt locū habeat in mera & ſimplici donatione, ſecus in donatione ob cauſam, ſecundum Dec. in d. l. Diuus Pius, num. 2. & ſeq. opp. Angel. in l. ſed hoc, de re iudic. vbi Alex. & alij. ex hoc ſequitur ſecunda limitatio quod debetur ex cauſa onerosa,
* & non lucratiua talis exceptio ne quis conueniatur (niſi inquantum facere poteſt) non videtur habere locum, per l. Proculus, ff. de damn. infect. quod qualiter intelligendum ſit. vid. Dec. in l. in eo. num. 4. & 8. de reg. iur. & recurre ad Bal. in l. eius rei, ſub num. 5. C. quod cum eo, qui in alie. pot. &c. & qui ibi dicit quod ſi actor prętendat cauſam onerosam, eius conditio eſt melior, quia tractat de damno vitando, & reus de lucro capiando, quando ſcilicet tale beneficium miſerationis cauſa conceditur, ſi verò propter mutationem ſtatus (quo caſu debitor in nihilum de rigore teneretur) tunc debitor egenus, conuentus à creditore pariter egeno vtitur ſuo priuilegio, ne teneatur niſi inquantum facere poteſt, ne egeat, ſatis eſt enim, quod æquitate maxima contra iuris rigorem agat modificato modo. iux. text. d. l. eius rei, C. quod cum eo qui in alien. pot. vbi hæc à Bald. tradita ſunt, & infra dicam.

Septimo ſequitur alia declaratio quod ſi talis exceptio ne egeat, non fuerit propoſita ante ſententiam uel in ſententia, poterit opponi poſt ſententiam etiam in executione illius, vt trad. Iaſ. in dict. §. ſed & ſi quis. num. 13. de act. Doct. in d. l. Neſennius, §. fin. ff. de re iud. vbi gloſſ. Bart. Alex. in d. Caſtren. Cuma. & alij per l. C. de iur. & fact. ignor. & ratio eſt quia hæc exceptio modificatiua dicitur quæ non impugnat ſententiā, Bart. d. l. ex diuerſo, §. fin. ſub num. 10. in fin. qui dicit quod eſt modificatiuę ſententiæ, ſeu condemnationis, & tenet quod ante, & in ſententia opponi poteſt, & debet l. rei iudicatæ, ff. ſolut. matrimo. Nam vt aiunt Iaſ. & alij in d. §. ſed & ſi. &
* in alijs loc. ſupra relat. omnis exceptio quæ non impugnat ſententiam poteſt regulariter opponi poſt ſententiam, licet tranſiuerit in rem iudica-
* tam, & omnis exceptio quæ poteſt opponi poſt ſententiam, poteſt vtique poſt bannum opponi. Anchar. d. conſ. 6. incip. uiſo themate, vbi circa materiam iſtam ſub num. 4. verſ. ipſe autem proceſſit. & num. 7. & 8. vbi perbelle loquitur.

Sed limita hoc primò in illis perſonis quibus ob reuerentiam tale beneficium competit, vt in patre, marito, & patrono, ſecus in alijs, quia poſt ſententiam non valeant opponere talem exceptionem ne egeant. ita Campeg. de mente Alex. ac aliorum d. tract. de dot. par. 3. quæſt. 238. Limita ſecundo in omnibus quando ante ſententiam oppoſuerint, & expreſsè reiecti fuiſſent, & non appellauerunt intra debitum tempus, quia non poſſent amplius admitti ad talem exceptionem proponendam poſt ſententiam in rem iudicatam tranſactam, Campeg. dict. quæſt. 238. verſ. Decimoſeptimo. Roman. conſ. 412. pro habenda, num. 1. facit Anchar. dict. conſ. 6. ſub nume. 2. verſ. primò niſi fortè ex indulgentia Principis reſtituerentur.

Octauo declara, & tene menti ne erres in allegando tex. l. ex diuerſo, §. fin. de re iud. quod ſi antequā talis exceptio fuerit oppoſita aut ſi fuit oppoſita adhuc condemnatio, vel ſententia ſequuta non ſit, & debitor totum debitum ſoluerit, non repetet amplius, vt tenet gloſſ. in d. l. ex diuerſo, §. fin. in verb. in ſolidum. ubi Bart. poſt Dyn. circ. fin. ff. ſolut. matr. not. Bald. in cap. 1. in princ. titu. de nor. feu. Doct. in l. Nam & maritus, & l. quod nomine, ff. de condict. indeb. Dec. dict. l. Diuus Pius, num. 5. vbi plura adducit, de reg. iur. Caſtr. & alij in d. §. fi. & Rip. in l. miles, ff. de re iud.

Quamuis Doct. teneant idem eſſe ſi poſt ſententiam maximè ſtante iuramento de ſoluendo totum, pulchrè Caualcan. deciſ. 9. num. 11. cum ibi per eum adduct. par. 1. ſecus ſi indebitum ſoluiſſet. Bald. d. §. fin. num. 14. At ſi iudex per imprudentiam iuris iuſſiſſet in ſolidum exequi, & ita ſolidum exequutum fuiſſet, tunc repeteretur. quoniam errores iudicum nō debent obeſſe par-
* tibus, arg. d. l. ex diuerſo, §. fin. ſolut. matrimo. & intellige ſi fuerit oppoſitum & appellatum vt ſupra. & ratio cur in caſu prædicto ſolidum ſolutum repeti non poteſt traditur à Bartol. vna cum alijs, quia talis exceptio eſt temporalis, & durat vſque ad vitam mariti, quo defuncto expirat, & eſt etiam temporalis ſecundum add. ad Bartol. quia ſi maritus conuenitur ab vxore, vel ab eius hærede pro eo, quod pęnes eum remanſit ne egent, ſi ad pinguiorem fortunam deuenerit, reſtituere tenebitur, per l. 1. §. autem, C. de rei vxo. act. & cum ſit etiam perſonalis non tranſit ad hęredes actiuè, nec paſſiuè, d. l. maritum, vbi ſcrib. cum ll. ſequen. ſolut. matrimo. & intellige perſonalis, tam ex parte opponentis, quam ex parte illius contra quem opponitur, vt per Iaſ. in d. l. Neſennius, num. 2. ſubintellige quando ex tali obligatione mutatur actio, & obligatio, ſecus ſi firmæ maneant, ſed perſona duntaxat petentis debitum mutatur, vt declarat Iaſ. ibi ſub num. 6. dicens quod ſi maritus habet hāc exceptionem ne exigatur vltra quam facere poſſit, opitule-

tur

Digitized by Google

tur ei non ſolum ſi ab vxore exigatur, uerum etiam ſi ab hærede mulieris uel à fiſco cui dos ob delictum mulieris fuit confiſcata, idem puto dicendum, ſi defoncta matre filius ui ſtatuti, aut emancipationis poſſet aduerſus patrem petere dotis reſtitutionem maternæ, quia videtur quod ſubſit eadem ratio reuerentiæ in filio, quæ in vxore, vt conſiderant Doct. ſupra alleg. ergo idem Iaſ. l. illud, ad leg. Aquil. quia emancipatio non aufert reuerentiam erga patrem.

Nono inſuper ad declarationem l. ex diuerſo, §. fi. ſolut. matr. circa hanc eadem materiam ne quis teneatur niſi in quantum facere poſſit, ſi talis exceptio fuerit in iudicio oppoſita, & iudex iuris errore lapſus condemnauerit in ſolidum, maritus poterit io executione opponere exceptionem doli. de qua eſt tex. in dict. §. fin. cum gloſſ. io ver. doli. vbi Bartol. Alexand. Imol. Caſtren. Cuma. & alij, ſed oportet primo quod talis exceptio ante ſententiam fuerit propoſita. alioquio diſpoſitio dict. §. fin. non militat. vt per Caſtren. ibi Bart. & alios. ſecundo oportet quod expreſſè talis exceptio non fuerit reiecta, vt dici poſſit quod iudex per expreſſum iuris errorem lapſus condemnauerit in ſolidum, & ad declarationem diſpoſitionis, d. §. fin. vide Caſtren. vltra alios, circa princip. dicentem, quod tunc locum habet, ſi talis exceptio fuit appoſita, & non examinata (vt præſupponit quoque Bart. in dict. leg. Neſennius, §. fi. de re iud.) uel ſi examinata fuit, non tamen reiecta, quia iis concurrentibus procedit vis illius text. l. ex diuerſo. §. fin. alioquin ſi iam exceptio non fuerit propoſita, ſumus extra terminus illius tex. & magis erraret pars iudicio meo, quæ niteretur virtute d. text. quam iudex, ſi ipſa propoſuiſſet talem exceptionem. Alio modo alij Doct. lapſum iudicis ibi in d. §. fin. explicant. vt ſi iudex generaliter ſententiauerit, nempe quod marito uel patri, aut militi, non competat tale beneficium, videlicet ne exigantur niſi inquantum facere poſſunt, tunc talis pronuntia generica eſſet contra regulam iuris, & contra ius, & negaretur principium, & propterea eſſet ipſo iure nulla, vt declarat gloſſ. ibi in verb. in ſolidum. Quippe quæ eſſet ſententia contra terminos & regulas iuris, lata ab illis qui ſpernunt regulas, & nauſea habent illos qui in regulis iuris communis ſe fundant obliuiſcentes, quod ex regula oriuntur deciſiones, & tantum valet allegare deciſionem in terminis, quantum vnā regulam rectè adaptatam, quia regula prius ex iure ſcripto colligitur, l. 1. de reg. iur. & qui formauerunt regulas conſiderauerunt omnia, quæ pro & contra regulam facere putauerunt. vnde vbi non habetur deciſio legis caſus concurrentis expreſſa, ſemper recurrendum eſt ad regulas iuris, vt ait Abb. in rubr. extra eod. quæ ad propoſitum ſi allegetur, nil aliud ſanè ſunt quam breues, & cōpendioſæ ſententiæ, & qui huiuſmodi regulas nō callent, per inutiles verborum circuitus, & inextricabiles liberationes ambulant, & verè qui regulas abhorrent, ſunt & ipſi abhorrendi tanquā irregulares, nequaquam maiorum veſtigia ſequentes, ex quo formant in opinione eorum ſententias, & ex propria ceruice æquitatem oriri faciunt: igitur ſi errare nolint ſint regularum amatores, atque obſeruatores, & bene habebunt, caueant ergo ne exeant de regula.

Decimo redeundo modo ad propoſitam materiam, ſi iudex negaret (quamuis generaliter) regulam dicendo marito, aut patri non competere beneficium, ne teneantur niſi inquantum facere poſſunt, errore lapſus diceretur ſecundum tex. gloſſ. & Doct. d. §. fin. ſed ſi iudex ſententiaret in ſpecie, Beneficium hoc non competere Martino marito Bertæ, uel Antonio patri Franciſci, uel Auguſtino donatore, uel Petro militi, tunc iudex non diceretur errore lapſus, vt per Rip. in l. miles, ff. de re iud. & Docto. in d. §. fin. nam ut ipſi aiunt poteſt dari caſus, quod tale beneficium non competat, quos trad. Campeg. d. q. 238. de dot. par. 3.

Præterea ad hoc vt locus ſit diſpoſitioni d. §. fin. non ſufficit ſi dicatur obſtare exceptionem doli, niſi exceptio proponatur, aliter ſoluendo non proficeret, ſecundum l. 4. §. condemnatum, de dam. infect. & ita dicit tex. dict. §. fin. in verb. oportet, quod expreſſè talem neceſſitatem inducit. Bartol. in l. 1. in prioc. ff. de iuſt. & iur. & in l. cum oportet, in princip. C. de bo. quæ liber. cum alijs.

Ruſus ſi exceptio ne egeat, fuerit ante ſententiam oppoſita, & tacitè reiecta, vt quia nihil ſuper ea determinatum in ſententia fuerit, tunc exceptio doli, mox adducta obſtaret, vt in d. §. fin. vbi gloſſ. cuius exceptionis dolo natura eſt expoſita in l. in condemnatione, §. dolo facit qui petit quod reſtiturus eſt. vbi Dec. limitat pluribus modis, quem vid. Verum non obſtante hac tacita reiectione, adhuc poſſet huiuſmodi exceptione ne egeat, in alio iudicio proponi. ad ita dit. per Gab. in ſuis conclu. co. tit. de except. concluſ. 2. vbi latè explicat & per Iaſ. & alios ſupra relat. niſi ſententia tranſijſſet io rem iudicatam, per l. 1. C. quan. prouoc. non eſt neceſſ. quo caſu nec reſcriptum Principis valeret regulariter. l. fin. C. ſent. reſcind. non poſſ. l. cauſas uel lites. C. de tranſac. tex. io cap. expoſita. de arbit. ſed quod vi. Dec. in l. res iudicata. nume. 2. & ibi Add. cum ampliat. & limit. de reg. iur. tetigi in 6. par. ſub num.....

Vndecimo, & quod dixi, quod quælibet exceptio ſit proponenda neceſſario, vt eius beneficium proſit, aduertendum eſt, quod non ſufficit proponere oretenus, ſed in ſcriptis proponi debet tempore debito, & probari, cum cauſæ cognitionem deſiderat. Certum eſt enim, quod priuilegiatus tenetur allegare, & oſtendere priuilegium ſuum, alioquin proceſſus contra eum tenet, & condemnatio ſeu exactio ſequi poteſt, Bald. in l. 2. colum. 12. in fin. de iur. iuran. Caualcan. deciſ. 17. num. 22. cum plur. ſeq. par. 1 Magon. deciſ. 116. num. 1. & poſt exactionem difficillima erit repetitio; quoniam retentio facilius admittitur, quam repetitio. l. 1. §. rediguntur. ff. quor. legat. l. ſi non repetendi. C. de condict. ob cau. & hoc cognitione cauſæ repetitio non datur. l. prolatam, C. de ſenten. Anchar. d. conſ. 6. ſub num. 4.

Nec ſufficit quod exceptio ne egeat in ſcriptis deducatur, ſed debet deduci coram iudice competenti, alioquin fruſtratoriè opponeretur. leg. 1. cum tot. tit. C. ſi non à compet. iudic. l. conſenſus. de iuriſd. omn. iud. paria enim ſunt non facere, vel facere non legitimo modo, aut coram iudice incompetenti, ſiue ſententiæ, ſiue executionis, per l. 1. §. penul. vbi Docto. ff. quor. leg. Vant. latè io titul. de null. ex defect. iuriſd. per tot. Rom. conſ. 412. num. 2. Qua de re cauendum eſt, quod ſi talis exceptio quæ altiorem indaginem

daginem requirit, opponatur coram calculatore meri facti, talis oppoſitio vti inualida erit reijcienda; nam merus calculator non eſt iudex executionis, ſed duntaxat calculorum, & à calculis dependentium, quando calculator à partibus eſt electus, aut ſecundum for. ſtatutorum, vt trad. Bartol. in l. 1. C. de iur. fiſc. lib. 10. Angel. conſ. 130. & tali caſu dicuntur arbitratores ſecundum Bal. in l. hac edictali. §. iis illud. colum. 2. verſ. pone conſules mercatorum, C. de ſecund. nupt. & tunc eorum calculatio pro ſententia habetur, cap. ſi inter 6. quæſt. 4. cap. per tuas, & cap. inſinuante, de offic. deleg. cap. cum dilectus, de fide inſtru. Caſtr. d. l. ſi cui libertus, ff. de cond. & demonſt. Rot. Genuæ deciſ. 141. nu. 1. & ideo verba ſunt conſideranda reſcripti, aut delegationis, ſeu commiſſionis calculorum, à quibus minimè recedendum eſt, l. quicquid adſtringendæ, de verborum oblig. Iaſ. in l. à Diuo Pio. numer. 8. ff. de re iud. cap. prudentiam, de offic. deleg. Bal. l. in l. non ſunt, colum. 2. verſ. ſed in contrarium, C. de bon. quæ lib. vid. in 6. par. ſub num. 232. 233.

Nec obſtaret ſi commiſſio calculorum facta eſſet cum iis verbis videlicet, ſiunt calcula inter partes & ſi oriatur dubium iuris, vel quid non conſiſtens in mero facto, calculatores valeant toties quoties opus fuerit, petere votum aſſeſſoris, vel iuris periti; quoniam talia verba ſecundum ſubiectam materiam ſunt intelligenda. l. ſi vno anno. ff. loc. l. inſulam. de præſcript. verb. Bartol. in l. 3. §. hæc verba. ff. de negot. geſt. & ſic circa calcula, & non extra calcula; pront eſſet ſi calculatores committerent articulum ſupradictæ exceptionis ne egeat, quia eſt quid diuerſum à calculatione. Et verba commiſſionis ſunt intelligenda, ne contrariari videantur diſpoſitioni ſtatutorum expreſsè, vel reſcripto, aut ipſimet commiſſioni limitatæ, cap. inter dilectos, §. cæterum, de fide inſtrum. Bart. in l. fin. §. idem quæſitum, verſic. circa prædicta, de cond. indeb. vide infra verſic. & quoniam, quia limitata cauſa ſeu limitata commiſſio limitatam tradit iuriſdictionem, arg. l. in agris, ff. de aeq. rer. dom. Sed ſupremi magiſtratus ſolent quãdoque talem nullitatem non attendere. Nec poſſet allegari quod talis exceptio ne egeat, ſubintelligatur ineſſe in ſententia, ſi non fuit propoſita, & ideò diſpoſitionem l. Neſennius, §. fin. de re iud. non habere locum, nec l. ex diuerſo, §. fin. ff. ſolut. matr. per ſupradicta, quæ duo iura præſupponunt, quod talis exceptio fuerit propoſita vt ſæpius dictum eſt, alioquin daretur repugnantia & non concordantia in dictis binis ll. quod eſſet contra cap. cum expediat, de elect. lib. 6. l. 1. C. de inof. dot. Anch. in propoſ. d. conſ. 6. viſo themate, num. 5. qui ſub nu. 7. dicit quod ſi exceptio eſt propoſita, & ſententia ſimpliciter lata, tunc exceptio ineſt in ſententia, quia illius verba ſunt referenda ad intellectum iuris communis, quando per illum modificationem recipiunt, ſecundum ſubiectam materiam, de qua in ſententia continetur, per dict. l. miles, §. decem, de re iud. & leg. ſecunda, C. de noxal.

In ſumma omnia iura loquentia, quod debitor non teneatur niſi inquantum facere poſſit non habent locum niſi egeat, at ſi habet artem, uel aliunde ex induſtria, uel aliter vnde viuat, non poteſt obtinere tale beneficium, vt Doctor. omnes tenent in d. l. ex diuerſo. §. fin. cum concord. ſolut. matr. & in l. Neſennius, §. fin. cum concor. de re iudic. & in marito ſi per ſtatutum lucretur aliquam partem dotis pariter tale beneficium ceſſat, & vid. Pereg. de iur. fiſc. lib. 5. tit. 1. de public. bono. at ceſſante hoc lucro procedit quod ait Caſtr. d. l. Neſennius, ſub num. 1. ff. de re iud. aliæ quam plures limitationes traduntur, quas conſulto omitto breuitatis cauſa.

Pro complemento ſcias, quod ſi quis ex ſupradictis ſubrogatus fuerit debitor in locum alterius, cui non competeret tale beneficium, ſubrogatus non poſſet vti ſuo priuilegio contra creditorem, per leg. ſubrogati, §. fuerat. vbi Iaſ. & Faber. inſtitu. de act. Nam ſubrogatus ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatus cum omnibus eius qualitatibus, Doct. omnes in l. unica, C. de rei uxor. act. multa alleg. Euerar. in centur. loc. 93. à ſubrogat. & attenditur qualitas inhærens perſonæ principalis debitoris non ſubrogati, ut per Iaſ. d. §. fuerat, nu. 7. vnde ſi primus debitum compenſare non poterat, nec ſecundus debitor ſubrogatus compenſare abiji, l. eius, C. de compẽſ. Mago. deciſ. 42. num. 9. Laus Deo.

Rurſus quoad exceptiones à ſtatuto reiectas, nunquam intelliguntur reiectæ, quæ vel ab ipſo fonte emanant, vel ab alijs ſtatutis, Bartol. & alij in l. omnes populi. de iuſt. & iur. idem in leg. 1. §. parui refert, ff. quod vi, aut clam, Marſ. ſing. 293. Rimin. conſ. 119. ad fi. volum. 1. Cephal. conſ. 146. nu. 17. lib. 1. Bertazzol. conſ. crim. 369. num. 15. & alibi. volum. 2. Caualcan. deciſ. 21. num. 90. par. 1. ergo ex hac ratione non cenſentur reiectæ, niſi exceptiones illę, quæ ex caſibus in ſtatutis enarratis opponi poſſent, cęterũ de alijs caſibus in volumine ſtatutorum non narratis, exceptiones admittendæ ueniunt, iuxta iuris com. diſpoſitionem, ad hoc vt ius commune minus lædatur quam fieri poſſit. Doct. in l. fi. §. in computatione. C. de iur. delib. & dixi ſupra in 4. par. num. 144. & eo magis quando quis indebitè dãnum pateretur, ſi non admitterentur. Cano. in cap. cum dilectus, de cler. non reſiden. Bartol. in l. omnes populi. quæſt. 5. de iuſt. & iur. ui. Alex. conſ. num. 3. volum. 4. Roland. à Valle conſ. 97. num. 23. lib. 2. & hanc limitationem not. quia eſt noua. & vi. in ead. 6. par. ſub num. 216. in materia ſtatuti reijcientis excuſſionem, & licet in ea. 6. par. ſub numero 445. aliter dixerim. Vnde ius iam ante ſtatutum reſpicit futura, nõ autem præterita. Cephal. conſ. 644. num. 10. volum. 5. non ſic in abolitione delictorum, de qua locutus ſum in 1. par. Nam ſi fiat proclama indulgens maleficia, tunc de præteritis non autem de futuris intelligi debet, alioquin daretur materia delinquendi. Bar. Bald. & Alexan. & alij in l. cum lex. ff. de leg. Cano. in c. fin. de conſtit. & vbi exceptio fuiſſet reiecta, non deficeret officium iudicis. Ang. in l. planè, de except. Petr. Sanc. ſing. 63. Marſ. de fideiuſſ. num. 278. & Curt. Senior. conſ. 71. num. 4. Ioan. de Amic. conſ. 89. num. 6. & ſeq. plura in hoc propoſ. per Bonacoſſ. in ſuis quæſt. crim. in uerb. exceptio. & hanc declarationem no.

Et quoniam, ſupra in verſic. Nec obſtaret, dixi verba reſcriptorum ſeu commiſſionis, vel delegationis eſſe attendẽda, ſcias quod ſi fuerit data facultas iudici moderandi (ſicut ſæpè fit, & dicitur de arbitris, & moderatoribus) circa importantiam verbi moderare, intelligitur diminuere, vt deciditur in cap. fi. de verb. ſignif. impor-

tas

tat enim diminutionem, non autem augmentum, vbi glo. in verb. moderationis, & ibi Abb. num. 1. Hoſtienſ. num. 3. & ſub num. 4. verſic. cum moderatio. Anto. de Butr. numero primo. & in primo not. Ioan. Andr. numero primo, Roman. conſil. 369. circa primum, ſub numero 25. verſicul. allegatur. vbi etiam declarat verbum moderare per verbum reformare, ibi moderari ſeu reformari. Et quod diminutionem importet, ait Nat. in clemen. ſpi. in princip. colum. 18. verſicul. circa primum, de verborum ſignific. Felyn. in capitulo ex litteris, numero 25. & ibi Dec. numero 14. de conſtitut. & clauſula procedas cum moderamine importat arbitrium boni viri, vt per Menoch. de arbitr. iudic. quæſtio. octaua, numero 53. & 54. Vbi æquitatem ſapere ait. Sed ſi expreſsè de moderatione in commiſſione executionis non fuerit dictum, non poterit iudex ſupplere, quia non dicitur ſupplere qui diminuit, immo verbum ſupplere importat augmentum, tot. tit. C. vt quæ deſ. aduoc. part. iudex ſuppleat, & à verbis commiſſionis non eſt recedendum, l. diligenter, ff. de procurat. cum ſimil. & ſi ex ſe moderaret, diceretur tanquam priuatus, & non vti iudex feciſſe, quia commiſſio eſt ſtrictè interpretanda, cap. cum dilecta. de reſcrip. ſcrib. in leg. prima, ff. de offic. eius, & ſic ſtricti iuris eſt, qua de re delegatus nihil plus poteſt, quam circa expreſſa in delegatione, cap. cum olim, C. & P. & cap. de cauſis, de offic. deleg. pulchrè Dom. Menoch. de arbit. iudic. quæſt. 74. numero 56. & ſequen. vbi reſpondet ad contraria. Quæ ſunt not. nec prætextu æquitatis quis exeat extra limites ſuæ iuriſdictionis, & præiudicet alteri parti. quicquid ſit in iudice ordinario. Nam qui ſe ingerit, vbi non debet, culpa non caret.

Rem alienam emens, aut conducens ſcienter, vel ignoranter, an ſi conuentus fuerit, & nominet Authorem an liberetur à moleſtia, & de læſione quanta eſſe debeat.

FRAGMEN. CXVIII.

IN ſexta parte, ſub nume. 352. & 255. car. ... Aduerte circa fructus reſtitutionem, quoniã ſi quis ſcienter à non Domino rem alienam recipiat, tenetur, nedum reſtituere fructus extantes, ſed etiam conſumptos, propter malam fidem, §. item qui à non Domino. Inſtitut. de rerum diuiſio. At ſi oſtendat habere titulum, & poſſideat pro ſe, vt in emptore, & donatario, & huiuſmodi, tunc non tenetur de conſumptis, niſi quatenus factus eſt locupletior. ſic gloſſ. determinat ibi in dicto §. in verſic. fructus, & in verſic. cogitur, quia ſic natura conditionis ſiue cauſa id poſtulat, ſecus ſi ſit in bona fide, quia non reſtituit. ſi verò poſſidet pro alio, vt quia vſufructuarius, aut conductor, ſeu colonus, iux. text. §. ſi vero. Inſtitu. eod. de rerum diuiſ. non tenetur reſtituere, & nominando locatorem, ſeu Authorem eximitur à moleſtia, Marant. de ordin. iudic. parte 6. membro ſexto, Mazzar. deciſione 180. & Vrſill. ad Afflict. deciſ. 217. Caualcan. deciſione 45. numero 74. parte prima, Mago. deciſione 150. Doctor. in leg. prima, C. vbi in rem act. Menoch. de recuperanda poſſeſſ. remed. 15. numero 488. Caroc. locat tit. de nominatio. At non liberatur à tali moleſtia etiam nominando Authorem, ſi is poſſeſſor ſiue conductor conueniretur a Domino rei tanquam vſurpator, vel ſpoliator. Marant. vbi ſupra. & Afflict. dicta deciſione 217. in fine, quoniam teneretur proſequi iudicium, & oſtendere qualiter ipſe non vſurpauit, nec ſpoliauit. idem ſi à prædone ſcienter habuerit, Corn. in l. ſi vrbana, numero tertio, ff. de condict. indeb. ſed aduerte quod conducens à creditore ius in re habente, non dicitur conduxiſſe à prædone, vide gloſſ. in l. nec vlla, & in l. etiam, §. ſi quis, eodem tit. & ibi Doctor.

Prætereà ſi Dominus rei, vt puta debitor ageret contra poſſidentem rem habitam à creditore, & poſſeſſor nominaret creditorem in Authorem, tamen non liberaretur per talem nominationem, ſi debitor ageret contra ipſum poſſeſſorem tanquam fraudis participem ratione reuocatoria. Iaſo. in dicto §. item ſi quis. Inſtitut. de act. Neguſ. de pignor. & hypothec. parte ſexta, membr. primo, numero 27. cum ſequent. quæ fraus diceretur probata, ſi pro quid minimo emiſſet rem à creditore, vel pro quid minimo ſeu minima penſione eam conduxiſſet. ad trad. per Bald. in capitulo primo, circa finem, tit. qualiter feo. alien. non poſſ. Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem, nume. 46. Inſtit. de act. vid. in 6. par. ſub num. 226.

Sed aduertè, quia aliud eſt læſio vltra dimidiam, de qua eſt materia in leg. ſecunda, vbi omnes, C. de reſcind. vendit. quia lex in hoc prouidet per remedium reſcindendi contractum, at in caſu fraudis, vt locus ſit, & tertius poſſeſſor conueniri poſſit etiam pro fructibus, tunc modicitas, ſeu læſio debet eſſe ſuper totum, vel quaſi, ad hoc vt fraus arguatur, vt pulchrè explicat Alexander conſilio 47. numero quinto, & 15. volum. primo, vide Maſcard. de probat. concluſione 815. vbi latè de fraude probanda, & per Menoch. de præſumptio. libro quinto, præſumptio. tertia, per totum, alioquin non poſſet debitor agere reuocatoria aduerſus poſſeſſorem, etiam in caſu fraudis, niſi demum in ſubſidium facta prius excuſſione contra nominatum in iudicium in Authorem, ſeu creditorem, Iaſo. dicto §. item ſi quis in fraudem. Inſtitut. de actio. Bartol. in rubric. & leg. prima, C. de reuoc. quæ in fraud. credito. & in leg. prima, C. ſi de ven. pign. Neguſ. de pign. ſexta parte, primo membro, numero vigeſimoſeptimo, & ideò malè ageret is qui contra tertium ſatageret ad fructus, quando poſſet faciliori, & tutiori via agere contra Authorem nominatum, & hæc not. in practica.

Templum

Templum quot modis redditur profanum?

FRAGMEN. CXIX.

IN ſextaparte, ſub numero .... car.... Nota quod aliud eſt profanare templum, aliud polluere. nam profani dicebantur qui à ſano, & ſacris arcebantur, vt ait Vergil. in Aeneid. procul, ò procul eſtò profani. & not. in §. ſacræ, Inſtitut. de rerum diuiſ. & per gloſſ. in l. nemo. C. de ſum. Trinit. & fid. cathol. quod verbum ſonat in bonam, & malam partem. ſacrum enim differt à profano, ſicut res ſpiritualis à temporali, & apud Plaut. ſacrum, an profanum habeas paruipenditur, & Cice. ait, ſi iſta conſecratio legitima eſt, quid eſt quod profanum in tuis bonis eſſe poſſit, hinc dicitur profanus vulgus, profanus vſus, id eſt communis, & vulgaris, & non ſanctus, d. §. ſacræ, vbi gloſſ. Inſtitu. de rer. diuiſ.

Et quandoque ſacra ex cauſa profanantur. vt puta pluribus ictibus ferro percuſſa, vt in meliorem formam reddantur, & apud leg. dicitur, in leg. prima, §. opus nouum. ff. de nou. oper. nunt. plura trad. Ioan. Azor. in ſuo tract. Inſtitu. moral. capitulo ſeptimo, quem vide, vbi de calice, & patenis multa dicit. Sed quo ad verbum profanare, idem videtur dicere quod de verbo deturbare, dicta leg. nemo, C. de ſumma Trinitate, & fide Cathol. at in hoc caſu Eccleſia non dicitur profanata, ſed execrata. Abb. in cap. propoſuiſti, numero decimo, de conſecr. Eccleſ. vel altar. vbi ſub numero 3. trad. quibus modis execratio fiat. & in dicto capitulo tractat an Eccleſia execrata, vtique altare ſit execratum, poteſtque execratio ſequi caſu. vt ibi, vel data opera, vt ſupra, aut in contemptum, vt ſolent hæretici, de Eccleſijs ſtabula facere, ſed pro dolor de quibuſdam Chriſtianis, qui in Eccleſiis quid facere non pudent, non audeo dicere.

At pollutio Eccleſiæ ſemper, & vbique mala fuit, & verbum polluere ſemper in malam partem ſonat, quoniam qui iura tranſgreditur (apud Cicer.) dicitur ſcelere nefario polluiſſe omnia diuina, atque humana iura, & qui de ſancto malè locutus eſt, dicitur labia polluiſſe, vt in hymno Sancti Ioan. Bapt. & Virg. ait polluit ore dapes, & apud Ouid. Metamorph. Afflatuque ſuo populos vbique domoſque polluit, ſic de proditore patriæ, & patriotarum hoc verè dici poteſt, ſimiliter de infamantibus ſuam, vel alienam familiam, vt apud Horat. od. 5. nullis polluitur caſta.

Domus ſtupris.

Sed ad propoſitam Eccleſiæ materiam, vide Ioan. Azor. dicto tract. inſtitut. moral. libro nono, capitulo quinto, vbi ſex caſus tradit quibus Eccleſia polluitur, quando fit dolo, vel tranter, aut culpa, & datur opera rei illicitæ, non autem caſu, & præter intentionem, quæ deſeruiunt ad declarationem infraſcriptorum caſuum, quibus Eccleſia polluta remanet.

Primus caſus eſt propter homicidium voluntariè patratum, vt dicto capitulo propoſuiſti, de conſecrat. Eccleſ. hinc polluta dicitur etiam ob occiſionem martyrum, hoc ſcilicet attenta peruerſa & impia voluntate Tyrannorum.

Secundus caſus eſt de quo mox ſupra dictum fuit, ſcilicet de ſeminis humana voluntaria effuſione, vel in coitu agitando, vel aliter voluptuoſè, ſecus ſi in ſomnijs euenerit, verumtamen ad remouenda pericula, non permittitur amplius in Eccleſia Excubiæ ſeu vigiliæ: ſed in coniugatis teneт Eccleſiam quoque pollui, quia non eſt locus aptus, niſi coniuges diu in Eccleſia obſiderentur, & dum coirent ad conſeruandam vitam ſpiritualem ſemen effunderetur præter illorum intentionem per ſupradicta, alioquin ratione loci quæ alias licitè fierent, illicita fiunt. Vnde D. N. Ieſus Chriſtus fecit quaſi flagellum de funiculis ejciens ementes & vendentes columbas de templo. vt apud Ioan. Euang. cap. 2.

Tertius ſi in Eccleſia vulnus illatum ſit (quãuis ſanguis extra Eccleſiam effunderetur, non ſic econtra, & modica effuſio non polluit. Azor. loc. cit.

Quartus ſi ſuſpendatur, aut ſuffocetur in Eccleſia fur à iuſtitia, dict. cap. propoſuiſti. vbi Cano. omnes.

Quintus caſus eſt, quando in Eccleſia ſepelitur ex certa ſcientia excommunicatus, cap. conſuluiſti. eod. de conſect. Eccleſ. ſed cadauer excommunicati ad canes ejci debet, facit cap. Eccleſiam, de conſecr. diſtinct. prima, at ſi ignoretur an ſit excommunicatus, non ſic, cum ſepultura ſit actus pius, & in dubio concedenda ſit, vide in quarta parte, ſub nume. 177. alioquin vix cognoſci poſſet an Eccleſia polluta remaneret, cum excommunicati diuinum iudicium non timeant, ſi abſolutionem non quærant.

Sextus caſus eſt de pagano, vel de non baptizato in Eccleſia ignoranter ſepulto per ſupradicta, niſi mulier prægnãs ex improuiſo peperiſſet in Eccleſia fœtum, illumque ſepeliri fecerit, capitulo ſi qua. de conſecrat. diſtinct. 4. Azor. vbi ſupra.

Septimus caſus eſt quando Eccleſia conſecratur ab Epiſcopo ſcienter excommunicato. Cano. in capitulo conſuluiſti. de conſecrat. Eccleſ. Nam manus ſordida coinquinat oculos, vt dixi numero 138. parte quinta, manus verò munda abſtergit lachrimas, & abſoluit. Cæterum propter rixam, tumultum, liuorem, furtum, rapinam, verbera, timorem, & huiuſmodi delicta, præter ſanguinis effuſionem, & alios caſus prænarratos Eccleſia non polluitur. ut per Io. Selua. de benefic. parte prima, quæſtione quinta. num. 102. quem adducit Ioan. Azor. loc. cit. lib. 9. cap. 5. ſed in omnibus me remitto determinationi S. Matris Eccleſiæ.

Poſtremò ſcias quod aliud eſt profanare, aliud eſt violare templum; Nam qui primò locum ſacrum ingreſſus ut fugientem in illo ex illo abducit dicitur violator loci ſacri. Secundo ſi vi extrahit exiſtentem intra Eccleſiam, & cœmiteriũ. Tertio qui clericum per veſtem vi trahit. Quarto qui extra Eccleſiam telo, vel ſagitta in Eccleſia exiſtentem vulnerat. Quinto ſi tractatum ad occidendum, aut mandatum datum ſit, de ijs omnibus pęnes Io. Azor. de iuſtit. moral. d. lib. 9. c. 9. littera D. car. 624. idem quando furtum vel rapina clam, aut per vim committitur in Eccleſia. tot. tit. de ſacril. de quibus etiam per Decia. in ſuis tract. crim. eod. tit.

Appel-

Digitized by Google

Appellatione veſtium, quæ veniant, & de pluribus ſpeciebus Togarum.

FRAGMEN. CXX.

IN ſexta parte, carta . . . ſub numero . . . veſtium appellatione veniunt omnia neceſſaria à planta pedum vſque ad verticem capitis, totum corpus tegentia, leg. veſtis, ff. de auro, & argen. legat. & ideò Beretum quoque continetur. Rip. in leg. ſi quis in fundi. numero decimoquinto, de legat. primo, Alexand. conſilio quinto, numero vndecimo, volumine primo, & etiam calciamenta. Crauet. conſilio . . . num. tertio, & appellatione alimentorum veniunt veſtes Rolan. conſil. vigeſimoſecundo, nume. primo, libro primo, vide Surd. de aliment. tit. quarto, quæſtione ſecunda, numero 29. & 30. & debentur omnia linea, & lanea, ſerica, bombacea, camiſia, & uſque ad cingula, aluias, & alia de quibus late per Simon. de Præt. de interpret. vltim. voluntat. libro primo, dubio vndecimo, numero 42. Sed non ſic in materia pœnali propter communé uſum loquendi. Fely. in proœm. Gregor. ſub numero duodecimo, & infra dicam. ex quo veſtis illa tantum appellatur, qua quis induciiur ſuper alias ueſtes, quibus ueſtimur, & ſic ultima ueſtis, vel ſupra veſtis ſecundum commune vſum loquendi, ſiue ſit ad vſum mulierũ, ſiue ad vſum maſculorum, quam togam Doctores appellant, & à toga candida candidati Magiſtratus dicebantur. Plin. libro ſeptimo, de Naſica. qui toga candida bis repulſa notatus à populo fuit. cuius exem. pln ambientes Magiſtratum repulſi prima, aut ſecunda uice, temeré amplius ſatagunt obtinere.

At toga prætexta erat ueſtis cuius ora & circuitus purpura erat prætextus, ſecundum Liui. libro 34. Purpura viri vtimur prætextati in Magiſtratibus, vt Florentiæ Senatores, ex numero 48 nobilium, qui clariſſimi dicuntur, ſicut Venetijs purpurati, eſt alia toga pura, quam tyrunculi forenſes aſſumebant, vt hodie procuratores Florentini, apud Luc. lib. tertio, alia toga triumphalis, aut palmaria. Mart. libro ſeptimo, alia toga picta, qua & ſi olim publici Magiſtratus induebantur; tamen hodie, vtuntur Comici. Toga pulla eſt veſtis nigra, quam hodie dicimus il buco in ciuitate Florentiæ, ſunt aliæ plures ſpecies ſub nomine togę, vt pulla, id eſt qua in funeribus vtebãtur, toga raſa, toga virilis, toga puerilis, & veſtis talaris, quæ vſque ad talos deſcendebat. Cicer. lib. ſeptimo, in ver. & non eſt infructuoſum ſcire has diſtinctiones, quoniam ad interpretationem ſtatutorum, & vltimarum voluntatum valdè deſeruiunt; Nam ſi veſtis legata ſit Doctori intelligitur de illa quæ ipſi conuenit, ſi mercatori ſimiliter, & ſic de ſingulis, quoniam ſecundum cuiuſque qualitatem perſonæ veſtis adaptari debet, vt nomina ſint conſona rebus, §. eſt & aliud. inſtitu. de donat. & vt ſecundum qualitatem perſonæ verba intelligantur, l. plenum, §. equitij, ff. de vſu. & habita. Illuſtriſs. Mantic. de coniectur. vltima. voluntatũ. libro 6. titulo vndecimo, numero primo, & 17. At in ſtatutis ſtrictius agitur, quia & ſi in legatis ex communi vſu loquendi appellatione veſtium, vtique Caligæ comprehendantur, vt ſupra, ſecus in ſtatutis. Card. in clemen. ſecunda, quæſt. quinta, de vit. & honeſt. cleric. vnde circa ſtatuta punientia illos qui alienas dilacerant veſtes, intelligitur de ſupra veſtibus tantum, ſed vt Alber. de Roſat. ſuper ſtatu. quæſtio. 84. parte prima, ſi ratio ſtatuti reſpiciat damnum in re, procedit in qualibet veſte ſupra alias, etiam ſi quis non habeat niſi vnam veſtem ſi loquitur reſpectu iniuriæ quæ fieri dicitur per lacerationem veſtis, tunc aliud eſt in viro nobili, aliud in plebeio: peius faciunt qui bonam proximi lacerãt, detractores enim ſunt contra quos Nauar. confeſſ. capitulo decimooctauo, numero trigeſimoſeptimo, qui tenerentur ad reſtitutionem, vt dixi numero 210. parte quarta, & ſtatuta prohibẽtia portari gemmas, & veſtes deauratas debet ſtrictè intelligi contra illos quos non decet portare, vt ſunt artifices, & plebei: ſed ſi ratio ſtatuti eſt facta vniuerſaliter ne ob nimium luxum ciues reddantur pauperiores, ſed immo locupletes ac diuites ſint. iux. §. conſideremus, in Authen. de nupt. comprehendit magis nobiles quam plebeios qui vel nõ poſſunt vel pauperes, vel ſi poſſunt, nõ auderent ferre veſtes illas quas non decet nobiles induere, alioquin eis dici poſſet; ſicut Ephippum hoc eſt ſella aſino adaptatur, ita veſtis ſerica viro ignobili, ſed magis adaptari poteſt illa veſtis quæ vulgo appellatur Cimara: hinc Florentiæ dicti ſunt Cimarinæ ſatis notę, tandem ſciat quod veſtis arguit excellentiam dignitatis. Boer. de author. magn. conſ. numero 29. & qui moribus veſtiuntur Curiales dicuntur.

De Regalibus, & quæ ſint regalia.

FRAGMEN. CXXI.

AD ſextam parte. carte . . . ſub nu. . . . . Regalium appellatione veniunt vię publicę, flumina nauigabilia, potius, ripatica, vectigalia, monetæ, mulctę, pœnę, bona vacantia, bona eorum qui inceſtas nuptias contrahunt, angariæ, parangariæ, præſtationes, obſequia perſonarum, & animalium ſeruitia ac plauſtrorum. Poteſtas conſtituendi, & ordinandi Magiſtratus Palatia Principis, piſcationes, ſalinæ, & alia de quibus in ſecundo libro feud. titul 56. rubric. quæ ſint regal. vbi Afflict. & poſt per Io. Azor. inſtitu. moral. libro vndecimo, capitulo quarto, car. 677. Item veniunt iuriſdictiones, cacumina montium, ius legitimandi, molendina, męnia, portæ ciuitatis, Valla, foueæ circundantes muros ciuitatis, vel loco murorum deſeruientes, Furnum, Hoſtariæ, & alia multa de quibus latè per Afflict. loc. cit. & per Boſſ. in titu. de reſer. ſoli Princ. trad. ſcrib. in l. Imperium, de iuriſdictione omnium iudicum, Abb. in cap ſuper quibuſdam, de verbot. ſignif. vide de molendinis, parte ſexta, ſub numero 95. & quæ ſunt reſeruata Papæ habentur in capitulo quo ad tranſlationem, vbi gloſſ. de offic. leg. Iacob. de Sanct. Georg. in

SS ſua

ſua inueſtitu. feu. ſatis tractat de regal. Sed aduerte quia ſubditi non tenentur præſtare operas Dominis, & facere carregias, & vecturas ſine mercede, ſecundum Boer. deciſ. 303. Put. de ſyndic. in verſ. excedunt Barones vaſallos. Non obſtante aliqua conſuetudine, ſecundum Borgnin. Caualcan. deciſ. 27. numero trigeſimotertio, parte prima. Sed de facto aliter ſeruatur, & ſi vis ſcire quæ ſint ſeruitia perſonalia, quæ realia, & quæ mixta debita Dominis in pace, & bello, & qui ab ijs ſint excuſandi, vel non, vi. quoddam Compendiolum, nuncupatum Caualcata, ſiue de ſeruitijs vaſallorum. Anton. Borin. Auguſtæ Taurinen. impreſſ. ann. 1595. qui breuiter multa recollegit, & an reſeruata Principi inſignium ſubiectionis & ſuperioritatis poſſint præſcribi. trad. Bald. de præſcrip. ſecunda parte, 3. parte, princ. quæſtione prima, numero 10. car. mihi 400. vbi tenet partem negatiuam. alleg. Panor. in c. cum nobis, de præſcr. & de reſeruatis Pontifici loquitur in 2. par. 5. part. princip. quæſtione prima, car. mihi 397.

Reuiſio reuiſionis an detur, & quoties danda ſit vtilis ac quotidiana inueſtigatio.

FRAGMEN. CXXII.

IN ſexta parte, ſub numero 527. Et quo ad reuiſionem reuiſionis non concedendam, hoc eſt regulariter intelligendum non vt indiſtinctè pertranſeundum, ſed quando ageretur de iniuſtitia à nullitatibus, loci, temporis, & etiam iuriſdictionis proueniente, vel quouis modo ſententia nulla dici poſſet; tamen excepta nullitate ſuper meritis ſubſtantiali, manifeſta oculis corporeis apparente, & quæ nulla tergiuerſatione celari, vel defendi poteſt, & hoc in caſu reuiſio reuiſionis concedi poſſet, per l. primam, & ſecundam, & ibi gl. & Bartol. ac alij, C. quan. prouoc. non eſt neceſ. per Marant. de ordin. iudic. parte ſexta, in 3. & vltima parte, numero 117. vbi alleg. Felyn. & Abb. in capitulo primo, de re iudic. Idem quando iudex allegauiſſet legem, aut ſtatutum, quibus ad ita iudicandum motus fuiſſe dixerit, & appareat legem vel ſtatutum clarè, & ſine dubitatione contrarium dicere. Abb. in capitulo ſicut (vbi propria ſedes) de re iudic. Marant. in dicta ſexta parte, vbi ſupra numero 118. quia dicitur lata ex falſa cauſa ſeu erronea notoria, & manifeſta, quo caſu nunquam tranſit in rem iudicatam. Cuma. in leg. prima, §. item cum contra ſacras, ff. quæ ſent. ſin. appellat. reſcind. poſſ. facit Borgn. deciſio. 27. numero 79. parte ſecunda, deciſio. decima, numero 66. parte tertia, & deciſio. 28. numero decimoquarto, ead. parte, Afflict. deciſio. 47. ſub numero quarto, & quinto, & ſententia hæc dicitur lata per mendacium iudicis in meritis & in ſubſtantia, quę nunquam valere poteſt, per Aſin. in ſua pract. §. 23. capitulo vndecimo, circa fin. vide in parte ſexta, num. 308. verſ. vlterius. Idem quando ex actis euidenter apparet falſa iniuſta, & iniqua, quia dicitur notoriè conſtare, Alexand. in leg. duo iudices, colum. quarta, ff. de re iud. Angel. in leg. ſi pars ff. de inoff. teſtam. in cap. ex inſinuat. de appellat. Caualcan. deciſio. duodecima, numero 16. & 24. parte prima, intellige in meritis. Abb. in capitulo, quęſitum, columna fin. numero ſeptimo, de tempor. ord. facit etiam Afflict. deciſ. 28.

Idem quando in meritis lata eſt contra claras, legitimas, & veras probationes, de quibus non ſit dubitandum, dicta leg. ſecunda, C. quan. prouoc. non eſt neceſ. & iudex voluit ſcienter ſequi falſos teſtes, vel falſum inſtrumentum, quod impiè, & iniquè (valdè) dicitur feciſſe, vt l. quarta, & per tot. C. ſi ex falſ. cau. Alexand. in leg. ſi ab hoſtibus, columna quarta, ff. ſoluto matrimo. & præſumitur corruptus, ideo nunquam talis ſententia tranſire poteſt in rem iudicatam, l. venales, C. quan. prouoc. non eſt neceſſ. & per Marant. dicta ſexta parte, in vltimo numero 145. & 149.

Præterea ſi ſententia lata eſt contra illum qui non fuit citatus nec habet intereſſe in cauſa, nec aliqua actione tenetur erga actorem, vt quia nō ſit nominatus vllo modo in inſtrumento, nec vocatus, iuxta leg. primam, C. quibus res iudic. nō noc. & tot. tit. res inter alios act. vbi Tiraquel. & tamen fuit condemnatus pro alio, equidem non poterit unquam talis ſententia ſubſtineri, pulchrè Marant. dicta ſexta parte, ſub numero 32. carta mihi 267. & per Bar. in l. ex duobus, quæſt. 4. de verborum oblig. Aſin. pract. §. 31. limit. 26. * vbi in fortioribus terminis loquitur quod ſententia contra filium lata, patri non nocet, non obſtante ſtatuto quod pater teneatur pro filio, Nell. à Sanct. Gemin. tract. de Bannit. prima parte, ſecundo tempor. quæſtio. 34. Alciat. præſumpt. 22. regula tertia. Sed limitat quando ſtatutum diceret, quod pater pro filio condemnationem ſoluere teneatur, dict. §. 31. limit. 31. numero tertio, & ideo ſententia lata contra eum qui non habebat quidquam cum actore nullo modo poteſt ſubſiſtere, nec nocere ſi identitas cauſæ, & perſonarum non ſubſit. Caualcan. deciſio. 18. num. 127. parte 3.

Hijs enim omnibus ſupradictis modis ſententia peccans in meritis dicitur lata per notorium iuris, & facti errorem expreſſum. nec unquam exequi poteſt. Afflict. deciſ. 28. ſub numero 8. Caualcan. deciſio. 10. numero tertio, deciſio. 27. numero 49. deciſio. 30. numero 42. parte prima, Vant. de nullit. titul. 8. numero primo, car. 67. quia quod nullum eſt ipſo iure nullum producit effectum, meritò reuideri debet toties quoties ita iniquè falsè, & iniuſtè lata apparebit. argum. eius quod dicitur de errore calculi, qui ſemper allegari, & calcula reuideri poſſunt. ut per ſcrib. in rubric. & leg. prima, C. de error. calcul. vbi Iaſ. nume. 1. & 2. & 3. idem in l. qui cum ſe. num. 3. ff. de re. iud.

Nec obſtat quod non deficit remedium nullitatis de qua uſque ad 30. annos dici poteſt, immo quod ijs caſibus in perpetuum retractari poſſit, leg. quæ ab initio. de regul. iur. capit. non firmatur. eod. gloſſ. in leg. ſi expreſſa, vbi Bartol. ff. de appell. Marant. de ord. iud. in 6. parte, numero 154. Vant. de nullit. tit. quoties, & intra quod temp. numero primo, & 8. Caualcan. deciſio. 28. numero 33. parte prima. Quia melius eſt occurrere in tempore quam poſt vulnus ad remedia ordinaria confugere, ut l. fin. C. in quib. cau. in integrum reſtitu. Anchar. conſil. 96. ſub nu. 5. 5. Nam per reuiſionem reuiſionis delegandam

præ-

Digitized by Google

præcipuè viro integro, & in Theorica, & practica ſcientifico multa bona ſequuntur, primo princeps oneri ſuo ſatisfacit, dum ſubditos, ſaluos, incolumes, & bona iuſtitia rectos, tàm circa rem quam circa perſonam inuigilet conſeruare, l. cum ratio, §. penult. ff. de bon. damnat. ſecundo facit actum iuſtitiæ conformem, & auffert iniuſtitiam, & iniquitatem. inſtitut. in procem. & operatur, vt quiſquis ius ſuum habeat. l. prima, ff. de iuſtit. & iur. & dictum eſt ſupra ſub nu. ... Tertio Princeps quicquid perperam factum reperit, ſolet caſſare, & annullare, ſupra num. 27. & occurrit iniuſtè oppreſſis, parcit impenſis, & amouet circuitus, ſicut licet ad alium propoſitum conſiderat Tiraqu. dicto tract. res inter alios act. ſub nu. 10.

Non obſtat quod ne lites fiant immortales neue procedatur in infinitum, prouiſum ſit quod non liceat tertio prouocare. toto tit. C. ne lic. in vna ead. cau. ter. prouoc. &c. & ad trad. per Vant. dicto tit. quot. & intra quod temp. & c. ſub nu. 5. vbi allegat Spec. in tit. de appellat. §. quoties, col. um. prima, reprobantem illam pract. cautelosam Huberti de Bobin, & Ioannis de Deo, per quam etiam poſt tres ſententias conformes poterat de nullitate dici excipiendo contra aliquam ex eis.

Nã regulariter quod nec Vãt. nec aliquis alius dicit in caſu noſtro, quin reuiſio reuiſionis appareste de notoria iniquitate, et iniuſtitia, et peccato manifeſto, tã iudicum, quã partis, quæ ſententias reportauit, non ſit concedenda. immo concurrit ibi ſub nu. 8. cum Marant. d 6. part. ſub nu. 144. 145 147. non obſtat etiam quod præſumitur pro illis tribus iudicibus, qui tres ſententias tulerũt, cap. in præſentia. de renunciat. l. prima, C. de iuriſdict. omn. iud. Cheroni. com. op. tom. quarto tit. de iudic. cap. decimo, verſicu. tanti, quoniam procedit in dubio quando non conſtat oculis de iniuſtitia, iniquitate, vel errore manifeſto ſuper meritis. per ſupradicta, & per Bal. & Sal. in l. prima, C. ne lic. tert. prouoc. et ita Rot. Rom. tenuiſſe teſtatur Alex. conſi. 77. nume. 11. vbi pulchrè loquitur. vol. 2. facit Iaſ. in l. ſi. nume. 4. C. qui ſatiſda. cog. & de reuiſione laudi multa congerit Carpa. de ſtatu. cap. 116. nu. 76. cum ſeq. volum. primo.

Nec eſt inconueniens quod princeps, qui eſt ſupra ius poſitiuum §. ſed & quod principi. inſtitu. de iur. nat. gen. & ciuil. & in 1. par. nume. 33. 165. & 166. (eſtò quod talis reuiſio fuiſſet per illud prohibita) in melius prouideat indemnitati pauperum ſubditorum manifeſtæ & iniuſtæ oppreſſorum, melius eſt enim regi à iuſto rege, quam a lege ſcripta, ut ait Boſſ. dict. tit. de remed. ex ſola clement. indic. ſub nu. 45. quia princeps iuſtus in ſingulis cauſis iudicat ſecundum æquitatem quæ ſibi videtur. de qua Bart. in l. præſenti. in princ. C. de ijs qui ad eccleſ. confug. immo ipſum principem poſſe facere æquitatem non ſcriptam dixi ſupra maximè in dirimendis litibus ſecundum bonam iuſtitiam nume. 130. cum ſeq. & 215. & Boſſ. ibi dicit quod Plato ſtimauit Rempublicam abſque lege ſcripta, ſed quæ regeretur à uiris prudentibus.

Qua de re ipſe concludo etiam firmiter teneo quod ex cauſis ſupradictis attentaque qualitate perſonarum reuiſio reuiſionis de ſumma æquitate concedenda ſit vt etiam tetigi in 5. part. ſub num. 60. Nam ut Pap. in form. libel. quo agit. vt ſenten. annulletur lata præter. falſ. inſtru. in glo. 1. ait ſi fuerit locus falſis teſtibus inſtrumentis, & ſententijs, & grauibus extorſionibus & rapinis ſuperiorum nullus profectò de ſtatu ſuo poterit eſſe ſecurus. Quinimmo Mediolani etiam à ſententijs illius Excelſi Senatus, qui Regem repræſentat reuiſio conceditur. licet executio non retardetur, vt in no. conſtitu. titu. de Senator. §. à Decretis. & ratio, quam alias audiui, à viro ſummæ extimationis, in contrarium adducta, nempe quod magis expediat ſententias (quamuis iniuſtiſſimas) exequi, quam reuiſionem reuiſionis concedi, ne toties aures Principis defatigentur, & neue in infinitum procedatur, an inquã hæc ratio præponderet rationibus adductis, & quæ a prudentioribus adduci poſſent, remitto me ad eos qui erunt melioris, & ſanioris ſententiæ, & qui diu verſati ab exitu actu probarũt. vide quod dixi. ſub nu. 147. verſi. Hinc vtinam. Nam quando princeps eſt conſulendus animaduertere conſultor debet, quæ conueniant principi, & non aliter. ſatis eſt.

Tandem compenſatio compenſationis non datur, Doct. in l. ſi conſtat. de compenſat. nota gloſſ. in cap. cum ijs. §. primo eo. de compenſat. Cor. conſi. 3. volum. 4. Rot. Genuæ Deciſ. 11. numero ſeptimo.

Condemnatus criminaliter eſt obligatus ſoluere pænam, fideiuſſor ſoluere cogitur; accuſator prætendit ſuam partem pænæ. Iudex delegatus non vult perdere ſalarium iuxta ſolitum, & debitor non eſt ſoluendo omnibus. Quis horum ſit præferendus, & qua actione petatur ſalarium.

FRAGMEN. CXXIII.

SVpra in par. 4. ſub nu. 213. & in p. 6. ſub nu. 505 5 6 & alibi de ſalario, & de portione pœnæ debita, ſiue accuſatori, aut delatori. ſiue iudici, ſiue ordinario, ſiue delegato, dictum fuit. Nunc pulchra ſeſe offert occaſio de qua in Epitome ſupradicta. Pone ergo quod officialis fuerit condemnatus in pœnam tripli, uel quadrupli, iux. terminos. l. 1. & 2. C. de ijs qui pub. pecu. mut. accep. lib. 10 & quod eius bona non ſint ſufficientia pro ſoluenda pœna, expenſis, & ſalario iudicis, & quod fideiuſſor ſoluerit d. pœnam, & vult regreſſum habere aduerſus bona d. ſui principalis, an ſit præferendus.

Et videbatur dicendum quod ſic, per tex. l. in l. in fraudẽ. §. qui pro alio, ff. de iur. fiſc. & in rub. & l. 1. C. de pęn. fiſc. credit. præferrent. facit Peregr. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 7. nu. 8. & eo magis, quando (ultra tacitam hypothecam) quæ competit fideiuſſori, & alijs, tot. titul. ff. & C. qui pot. in pign. & ff. in quib. cau. pign. tacitè contrahi. quamuis fiſcus in bonis adminiſtratoris, & ipſe tacitam habeat hypothecam. l. ſi. ff. quiſq; ord. cõue. Rip. in leg. priuilegia, numero 30. de priuileg.

cred. tamen fideiuſſor habet quoque expreſſam in bonis ſui principalis de qua per Iaſ. in §. item Seruiana. Inſtitut. de act. & trad. Marant. de ordin. iudic. parte ſexta, membro octauo. numero 59. ſunt text. gloſſ. & Doct. in l. obligatione generali. cum alij. ll. ſequen. de pign. & hypoth. & ideo fideiuſſor duplici fungens hypotheca præferendus eſt, §. ſed hodie. Inſtitut. de adopt. l. diſcretum, C. qui teſtam. fac. poſſ. & in fideiuſſore præferendo contra fiſcum tenet Hugo. Donell. tract. de pign. & hypoth. titul. qui pot. in pign. capitulo duodecimo, columna tertia, circa fin. & omnes Doctor. in l. ſi pignus. eod. tit. eum fideiuſſor. tractet de damno vitando, & fiſcus de lucro captando, etiam quod termini hypothecarum eſſent inter eos pares, adhuc fideiuſſor præferendus eſt, ad hæc vide quæ dixi in parte quarta, ſub numero 106. & in hac 6. parte, ſub numero 622. verſic. de fructibus, & trad. Rip. in leg. priuilegia. numero 46. de priuileg. credit. ſecus eſſet ſi fiſcus tractaret de damno vitando, vt infra dicam, gloſſ. vbi Bartol. Dyn. & alij. l. non puto ff. de iur. fiſc. Iaſ. in leg. 1. ff. ſolut. matrim. cuius opin. veram & tenendam eſſe dicit, Neguſ. de pignor. & hypoth. 4. membro 2. parte, ſub num. 118.

Et regulariter fiſcus in bonis delinquentis (reſpectu pœnæ) ius non habet, niſi à die cõdemnationis ſecutæ, l. ea iudiciorum. ff. de accuſat. l. eius quæ, §. delatorem, ff. de iur. fiſc. l. ſi qua pœna, & leg. aliud, §. inter. ff. de verborum ſignif. vide Alexandr. in leg. reſcriptum, ff. de pact. vbi in propoſito infert ad plura. dixi in parte ſexta, ſub numero 622. de fructibus. Sed fideiuſſor ſtatim acquirit ius à die factæ promiſſionis, & ſic à die celebrati contractus in quo principalis omnia ſua bona obligauit, d. fideiuſſori de releuando eum, & fiſcus non contradixit, regula is qui tacet, cum plur. concord. de reg. iur. cum fideiuſſio prætoria datur in iudicio Notario actorum ſtipulante, & ſi fiſcus vult vti tali promiſſione, debet vti tam pro ſe quam contra ſe. Propterea quod contractus adinuicem correſpectiui cenſentur, vt dixi in hac 6. par. ſub num. 499. verſ. & in propoſito.

Quod autem fideiuſſori ſtatim acquiſitum ſit ius hypothecæ ſunt text. in l. res hypothecę, ff. de pign. leg. Græcè, §. penul. cum ll. ſequen. eodem titul. Bart. in leg. fideiuſſor. obligari. de fideiuſſ. Caualcan. alios alleg. deciſ. decimaquinta, numero decimotertio, parte quarta. Qui frater meus obijt die 6. Auguſti 1607 Aſtantes magis confortando, quam ab eis confortaretur, Chriſtianè, Religiosè, ac honorificè vixit, & ita ijs qualitatibus obijt. & quamuis vita, qua fruimur breuis eſt, vt præmonui, in princip. huius ſcatæ partis. Tamen memoriam ſui, quam maximè longam effecit, ſicut paulò poſt eum obijt Clariſs. Domin. Menochius, qui maxima cum Dom. Borgnino Caualcan. fratre meo, familiaritate coniunctus obijt, ambò famam immortalem poſteris relinquentes pro inuidis orare profecti ſunt, requieſcant in pace. Amen. An in hypotheca tantum legali tacita, ius acquiritur à die ſolutionis, & traditionis. Rip. de priuileg. credit. numero decimotertio, vide Neguſ. in quarto membro, ſecunda parte, ſub numero 116. vbi vide.

Modo non obſtat quod fiſcus habeat quoque hypothecam expreſſam vt tetigi, in bonis delinquentis, à die commiſſi delicti, quia adhuc fideiuſſor obtinere debet, tum ea iam dictis, tum quia dicitur prior tempore, ergo prior in iure, capitulo qui prior. vbi Dyn de regul. iur. latè Peregrin. de iur. fiſc. libro ſexto, titulo ſexto, numero trigeſimoquinto, & per tot. illum titul. Nam hypotheca fideiuſſoris fuit ſpecifice expreſſa, ſed illa fiſci eſt generica, ergo capitulo generi. de regul. iur. & qualiter intelligendum ſit ſtatutum dans hypothecam fiſco à die commiſſi delicti, dixi in hac parte 6. num. 91. & 255. verſ. verum, num. 622. verſ. de fructibus.

Sed nihilominus dimittatur fiſcum pręferendum eſſe, in actione damni dati, & in fundo fiſcali, quia in ijs fiſcus agit de damno vitando. Bald. & Alexand. in dict. leg. reſcriptum, ff. de pact. idem teneo quando principalis prius ſe ſuaque bona expreſsè obligaſſet fiſco, deinde fideiuſſori, quia eſſemus in terminis, cap. qui prior. & non diſputaretur an hypotheca prior legalis faciat ceſſare hypothecam hominis. immo per prouiſionem hominis ceſſaret prouiſio legis, ſed de hac re dixi in hac part. 6. ſub nume 163. 164. cum ſequen.

Nec minus obſtat quod bona eorum qui publicam habent adminiſtrationem, ſint tacitè obligata, & hypothecata, l. ſimile, vbi glo. ad municip. Neguſ. de pign. & hypoth. dict. 4. membr. ſecunda part. ſub nume. 119. quoniam ſupra firmatum eſt quod expreſſum facit ceſſare tacitũ, de hac re latiſſimè Neguſant. in dicto ſuo tract. 2. membro, 5. parte, per tot. In ſumma fideiuſſor qui ſoluit iudicatum pro reo habet aduerſus eum, & eius bona executionem paratam, vt per Bart. in leg. fin. in fin. C. de vſur. rei iudic. quem refert, & comprobat multis iuribus, & authoritatibus Marſ. in rubr. de fideiuſſ. num. 363. Sed de conſuetudine fiſcus ſolet incorporare omnia bona delinquentis, & deinde creditoribus comparentibus, & iuſtificantibus credita, fiunt eæ corporationes cauſa cognita, verumtamen aduertant ij prætenſi creditores, vt concludenter de credito ſuo probent, & conſtare faciant, iuſtificando rem petitam in corpore, & in ſubſtantia, prout in inuentario, docendo de titulo, & de poſſeſſione ſua, alioquin putans excorporare, ipſe fiſcum in pœnam dupli vel tripli incorporaret iuxta ordines: ſi verò inuentarium fuiſſet erranter factum, non debet nocere veritati. Nam pro instrumento in dubio præſumendum eſt. & dicitur clara probatio. Menoch. de præſumpt. libro primo, quæſt. 65. numero 8. & veritatem continere præſumitur, idem Dom. Menoch. libro 3. præſumpt. 122. num. 4. & 35. & in paritate fides inſtrumenti præualet inuentario nomine fiſci deinde facto tertio non vocato. Bartol. in leg. tutor qui repertorium, ff. de adminiſt. tut. Maſcar. de probat. concluſ. 939. numero 9. Franciſ. deciſ. 230. & ſi inſtrumentum eſſet deperditum poſſet probari per teſtes. Bartol. in l. ſicut. & in l. emancipatione, C. de fide inſtrum. Cano. in cap. cum olim, vbi gloſſ. de priuileg. multos alleg. Maſcard. de probat. in verb. amiſſio. concluſ. 87. & 88. & etiam quælibet alia ſcriptura, vt per eundem Maſcard. loc. ſupra cit. & dixi in pract. de teſt. par. 3. num. 33. & 130. Viuia. commu. opinio. fol. 254.

Ideoque fiſcus ſeu procurator fiſci non debet eſſe tam auſterus, quod non poſſit per teſtes probari, non enim iure cautum reperitur quod talis

proba-

Digitized by Google

probatio non ſit admittenda. ergo cur ſtare prohibetur. Damaſc. Reg. cano. 112. vbi pro & contra iura allegat, & attenta tali rigoroſitate fiſcus illaqueat animam ſuam, ſatis eſt quod oculos bene aperiat priuſquam aperiat os ſacci, ut aduerti. parte quarta numero 279. vt bonis, & ſtringatis interrogatorijs teſtes examinentur. deinde iuſtitia fiat, & vincat honeſtum.

Cęterum quo ad iudicem, & fiſcum, & fideiuſſorem res videtur ſatis clara. Primò quoniam ſicuti hæres potitur hæreditate deducto ære alieno, ita & fiſcus, vt communiter receptum eſſe teſtatur Crauet. conſi. 265. nume. 7. Tiraq. tract. le mort. Saiſant. 2 par. 15 declarat. num. 16. Vaſq. de reſol. lib. primo, & §. 3. num. 37. qua de re expenſæ omnes, vt de ſalario iudicis commētarienſis, & familiæ notarij, ac aliorum prius deducendæ ſunt, ſiue de bonis confiſcatis, ſiue de bonis communitatis in ſubſidium. §. ne autem. in authen. de iudic. Spec. tit. de ſaler. §. primo. Nam ſalarium iudici debetur, tam de iure diuino, quam de iure ciuili, vt optimè declarat Menoch. de arbitr. in nouiſſ. addit. ad caſ. 514 Dignus eſt enim mercenarius mercede ſua. Matth. c. 10. Luc. cap. 10. & Florentiæ, iam extat ordo, per quem ſtatuitur unum auri ſcutum ultra expenſas pro ſalario ſingula die. & declaratur ſoluendum eſſe a delinquente, impetrante delegatum quando opus eſt extra prouinciam ire, & talis obligatio retrotrahitur ad tempus emanatæ ordinationis, ſeu ordinis prædicti. ar. l. potior. & l. qui Balneum, ff. qui pot. in pign. habean. per quæ iura Iacob. Buttig. in l. ſi quis. C. de reſcin. ven. decidit, quod ſi ſtatuto ciuitatis caueatur quod bona ciuium ſint obligata communi pro talleis, & oneribus, & poſtea aliquis fortè pro pecunia mutuata, vel ex alia cauſa, bona ſua alteri obligauit, deinde ſit impoſita tallea in communi, concludit quod commune pro tallea præferendus ſit, illi creditori cui in ſpecie fuerunt ante impoſitionem talleæ bona obligata, & rationem aſſignat: quia quando ex cauſa præcedenti impletur obligatio debitore inuito, tunc ſemper ſupplementum trahitur retrò ad tempus contractus. & hanc opin. refert Papien. in form. libell. in actio. hypothec. gloſſ. ſub eadem, columna quarta verſicu. ſed circa præmiſſa.

Secundo deducitur tex. in l. prima. C. ſi propt. public. penſita. vend. fue. celebr. vbi Salyc. ait quod venditio ſolemniter facta per fiſcum ob ceſſationem tributorum, nō reſcinditur per priorem dominum, nec per eius creditorem, & ratio eſt quia bona ſunt tacitè obligata pro collectis, & oneribus publicis, trad. Soc. conſi. 242 incip. in præſenti conſultatione. verſi. videtur quod bona in 2. par. & non eſt dubium quod appellatione onerum ueniunt etiam ſalaria officialium, miniſtrorum, iudicum, ac delegatorum, ſiue ordinarium, ſiue extraordinarium ſit ſalarium, l. prima, & l. in honoribus, §. qui muneris, & l. fina. ff. de muner. & hono. facit Spec. in tit. de aſſeſſor. §. ſalarium, & l. vnica. C. de ſuffrag.

Tertio facit ſimile quod de ſalario, & expenſis in cauſa primipilatus dicitur, quoniam ante omnia deducuntur, & præferuntur alijs creditorib. vtilitas publica. C. de primipil. libro 12. immo multò magis iudici delegato. Peregr. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 6. nu. 42.

Quarto facit: nam ſi pro expurganda prouincia malefactorum, fiſcus ob expenſas præfertur anterioribus creditoribus, immo ius retentionis habet, vt tenet Afflict. in 1. feud. tit. quæ ſint regal. §. & bona committentium, ſub nu. 47. & ipſe dixi ſub nume. 321. part. quarta, quanto magis habebit iudex, & delegatus ad expurgādam prouinciam malis hominibus laborans pro iuſtitia, & veritate, auth. multo magis. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. eſt enim eius officium adeò neceſſarium, vt ſine eo nec fiſcus, nec reſp. quidquam in ſuo ærario reponere valeret, ar. l. congruit, ff. de offic. præſ. l. 2. C. quan. ſin. iudic. ſe vindic. & multò plus vel ſaltem æquè eſt priuilegiata merces, quę datur iudici ſicut quę Medico, & infirmitatis expenſæ. facit Neguſ. de pign. & hyp. 2. membr. 5. par. per tot. ſed conſulto alia omitto. vt tu lector ſtudeas, & cogites.

Nec obligatio omnium bonorum facta per reum fideiuſſori de eum releuando fideiuſſorem poteſt præiudicare Salario delegati ab omni iure debito: quia per priuatum pactum tolli non poteſt ar. l. nemo poteſt, de leg. 1. l. iuriſgentium, §. ſi paciſcar. ff. de pac. cum ſimil. Cum ſalarium ob labores, induſtriam, ac dignitatem iudicis detur, & tale creditū ſit reale, & perſonale, & ideò præfertur iudex fiſcò, & fideiuſſori. ſcrib. in d. l. priuilegia. vbi Rip. nu. 55. De priuil. cred. & nu. 56. tradit quando plures creditores concurrant, & Pap. in for. libell. in act. hypoth. d. glo. ſub eadem, col. 4. ver. modo venio ad ſecundum principale, & Franc. Baldui. eandem recitat diſtin. in trac. de pign. & hyp. c. 19. tit. qui pot. in pign. ha. Hugo. Donell. eo. trac. c. 13. de iur. credit. melius per Neguſant. eo. ſecundo membr. 5. par. per tot.

Et ſcias appellatione expenſarum fiendarum iudici, aut delegato, veniunt etiam medicinæ, ſi acciderit in delegatione infirmari. Bar. in l. ſi cū dotem. §. ſiue autem, & l. diuortio. §. ſi cum impendia. ff. ſol. mar. Spec. d. §. primo, Crauet. conſi. 199. ſicut etiam debetur merces medico, chirurgo, & illo qui cliſterium facit. Rolan. conſi. 22. nu. 33. vol. 1. & vide in quarta par. ſub num. 321. De equis in eundo, & redeundo non eſt dubiū: quia hæc omnia ſunt neceſſaria, & de iure debentur, multo magis quando ordo, uel delegatio prædicta explicat.

Sed aduertendum eſt quod expenſæ debent eſſe honeſtæ, & moderatæ, iuxta illud ne quid nimis, vt modeſtia impendentis, & eius pro quo impenditur nota ſit hominibus, vnde moderata durant. Regulariter autem expenſæ, & ſalaria debētur a parte quę delegatum petijt, & iuſtum eſt quia laboratores debent habere expenſas a cōducente. Bart. in l. quoniam. nume. 8. C. de teſta. præſertim quando impetrans obtulit expenſas facere, & ſalarium ſoluere, quæ (vt prædixi) debentur ob labores, dignitatem, & probitatem intellectus, Bar. in d. l. 1. §. Diuus. num. 5. ff. de Var. & extraor. cogn. Cæphal. conſi. 70. nu. 7. conſil. 71. nu. 2. vol. 1. Surd. conſi. 42. nu. 2. vol. 1. idem Deciſ. 219. nu. 5. & iuxta dignitatem, & merita perſonæ dantur. Neuiz. in Sylua. nupt. lib. quinto, ſub nu. 97. Boer. tract. de auth. magn. conſil. ... nume. 31.

Et quamuis, ſalarium petatur actione ex ſtipulatu, quando promiſſum eſt, l. ſalarium, Cod. manda. vel officio iudicis ſi non fuit promiſſum l. 1. §. Ludimagiſter, ff. de var. & extraor. cogn. tamen iudex de conſuetudine nō litigat ob ſalariū immo fatuus eſſet litigare. abſit, ſed durante eius iuriſdictione, ipſe iubere poteſt abſolutè, ut

ſibi

ſibi ſalarium ſoluatur, & ſtatim exequi mandat, & poteſt pignora recipere. Spec. dicto §. primo, ſub nume. 10. glo. conſequatur, in l. prima, C. de ſuffrag. & ita Mediolani Florentiæ, Mantuæ, & alibi ſeruari ſine aliquo ſcrupulo; quia ita ab alijs prius ſeruari vidi. Nam dũ labor eſt in damno mortalis creſcit egeſtas, ait diuinus Cato.

Et in hac ſalarij materia attenditur conſuetudo Alexan. & alij in l. diem functo, ff. de offic. aſſeſſor. vbi Rebuff. nume. octauo, l. Mela. ff. de aliment. & cib. legat. Bart. Bald. in l. Binos, ff. de aduoc. diuer. iudic. facit Scal. Paraui, de Conſil. Sapieni. lib. 3. cap. 11. Spec. dicto tit. de ſalar. §. primo, ſub nu. 9. & 13. Cauſaque ſalarij eſt adeo priuilegiata, quòd dilationem non patitur, vt habetur in Deuteron. cap. 24. Iob c. 4. Leuitic. cap. 30. Matth. cap. 20. & ſalarium ante ſolis occaſum debetur, vt per Cardinal. in clem. fin. 13. q. de præben. & ſi de diurnis operatijs videntur loqui, vt apud Marant. de ord. iud. par. 4. Diſtinc. 9. num. 81. Nec recipitur appellatio, nec exceptio, niſi ſolutionis in continenti probandæ. Spec. dicto tit. §. 2. Nec ſalarium ſeqneſtrari poteſt à tertio, vel quouiſmodo impediri. ſecundum Saly. & alios. in auth. ſi tam cautum. C. depoſ. Nec admittitur compenſatio. l. in ea. C. de compenſat. Peregrin. de iur. fiſc. libro ſexto titulo 7. ſub numero 15. in fin.

F I N I S.

1 *De ſtatuto concedente aliquod beneficium certa forma ſeruata, alioquin tollit omnem effectum, quod nõ intelligatur etiam auferre id, quod de iure communi, uel aliunde prouenit.*

2 *De regula quod prohibitum una via &c. non cenſeatur prohibitum alia uia. ubi recenſetur caſus Gonellæ mimi &*

3 *An una res pro alia retineri poſſit & tandem.*

4 *An inuenta ſint inuentoris, ubi tractatur, de quadã curioſa quæſtione (circa hãc rẽ) inter duos Pueros.*

FRAGMENTVM CXXIIII.

1 LEx ſuum, non tuum tibi denegat auxilium, vt eſt glo. & ibi Doct. in l. 2. C. ſi aduerſ. vendit. facit text. in l. ex aſſe. ff. ad Senatuſc. trebell. ideò ſi lex dat aliquod beneficium, cũ hoc, quòd niſi ſeruata fuerit certa forma, omnis effectus ſublatus ſit. Exemplum in tenutis, quæ Bononiæ & Florentiæ, virtute ſtatutorum conceduntur, vt à die tenutæ, tenutarius lucretur fructus, ad rationem quinque pro centenario, vt in rub. 58. vol. 2. & de qua re meminit Menoc. de retinen. poſſ. remed. 3. ſub nu. 177. & in curia mercantiæ in ſuis ſtatutis rubr. delle executioni. §. facciãſi. ſed per SS. Ducales anni 1547. & 1548. datur certa forma, præſertim, vt ſoluatur gabella, alioquin omnem effectum tollunt, qua forma non ſeruata, non eſt dubium, quod beneficium lucri (de quinque pro centenario) ſublatum eſſe dicitur: vnde forma non ſeruata, tenuta redditur nulla. de hac re (circa omiſſionem formæ) dixi in 6. par. ſub nu. 135. 143. cum plur. ſeq.

Hinc eſt quod legis beneficium fruſtra implorat, qui in legem committit. l. auxilium. in ſi. ff. de minor. c. bonæ. in princ. de elect. quia eius eſt nolle qui poteſt, de velle. reg. 3. & reg. iur. cũ concor. meritò lex ſuum denegat auxilium, ſed lex non aufert tuum auxilium, quod alio iure tibi competit, vt in antecedenti verſ. Nam ſuum tã-
* tum beneficium tollit, non tuum: vnde ſi tenuta erit nulliter obtenta, nihilominus, creditor habens hypothecam ſuper omnibus bonis virtute pacti, de quo in inſtrumento, poterit vti iure retentionis, ſecundum ius commune, vt in terminis tenet Neguſant. de pignor. & hypothec. 2. Membr. 3. p. nu. 20. cum ſeq. & pulchrè Surd. deciſ. 46. nu. 12. 13. 15. & 16. vbi ait eſſe commu. op. & tenendam in conſulendo, & iudicando,
* quando debitum apparet liquidum, vt per inſtrumentum (quod dicitur probatio probata) Mar. Frec. tract. de præſentat. Inſtru. 8. par. q. 2. ſub nu. 61. & quando inſtrumẽtum in ſua lectura continet debitum clarum, & putum, dicitur liquidum. Bal. in l. ad probationem C. de proba. idem Mar. Frec. d. 8. p. q. 3. nu. 81. & eo magis ſi pendente iudicio debitor fateretur quoquo modo ſe debitorem.

Lex ergo, quæ aufert beneficium (de quinque pro centenario) non aufert ius retentionis proueniens à contractu virtute hypothecæ. Nam quoties duplici iure aliquid defertur alicui, tũc ſublato vno, alterum non tollitur, l. quoties. de reg. iur. vbi Cagnol. nu. 3. declarans nu. 4. locum habere in diuerſis iuribus ſeparatis, ſecus, ſi conexa eſſent, & vnum haberet dependentiam ab altero per l. illud ff. de acq. hæred. et trad. omnes ſcrib. in l. ſi. C. de pac. Hinc eſt quod quãdo plures ſunt cauſæ, & quælibet per ſe influit in effe-
* ctum, & vna ceſſante altera remanet, tunc remanet effectus. glo. in §. minima. inſtitut. de cap. dimi. plura alleg. Cachera. deciſ. 118. num. 6.

Vnde lex poſitiua tollens omnem effectum, non aufert ius de iure communi iam quæſitum niſi expreſsè dixerit. Bal. in c. ad audientiam de. præſumpt. Anto. de Butr. in c. per venerabilem. ex quod fil. ſint leg. Abb. in c. 2. col. 12. de iudic. glo. in clem. 1. de immu. eccleſ. Et quod lex non
* dicit, nec nos dicere debemus. §. conſideramus. in auth. de trien. & ſemiſſ. l. illam in ſi. C. de col-
* lat. & quod in lege non cauetur, in practica non ponitur. Bal. in c. nihil. cir. ſi. de elect. & in puncto tenutæ ita declarauit Rot. Flor. anno 1552. die 27. Februarij.

Lex ſimiliter annullãs oẽs effectus intelligitur de futuro, & non de præterito. Cum virtus legum ſit proſpicere futuris, & non præteritis, & conſummatis l. omnes populi. vbi Bar. nu. 34. & 45. de iuſt. & iur. & in materia fructuum, tenet Neguſant. d. tract. de pignor. & hypoth. 2. membr. 3. p. nu. 12. cum ſeq. & ità eſſe Florentiæ practicatum, & in viridi obſeruãtia iudicauit Rot. anno 1556. Die prima Septembris: vbi ait non obſtare c. ſolitæ. de maio. & obedi. per quod lex
* videatur tollere etiam effectum conſummatum ad commodum tenutarij. Nihilominus ex quo lex expreſsè non abſtulit, ideò rurſus ad fauorẽ tenutarij Rot. Flor. iudicauit anno 1560. die 12. Nouembris; quia princeps ſolet concedere cum
* clauſula ſubintellecta, ſaluo ſemper iure alterius niſi aliud dixerit. ſecundum Dec. in conſil. 587. in ſi. conſi. 293. ſub num. 5. Fel. in c. cauſamque in verb. interpretatio. extra de reſcript.

Lexque ipſa non aufert expenſas factas à tenutario dũm obtinuit tenutam ex primo decreto, & Brachium militare, ſeruatis ſeruandis,

nec

Digitized by Google

nec fructus primi anni, ſed omnẽ effectum ab inde in futurũ, vt ita interpretãdo iudicauit Rot. Flor. anno 1561. die 2. Ianuarij: quoniam, etſi lex prædicta anni 1547. reijcit tenutam, & omnes eius effectus, tamẽ irritatio reſpicit effectus futuros. vt ibi *paſſati detti tempi le dette tenute, s'intendino, & ſieno eſtinte*. Ergo vſque ad illud tempus, tenutę valuerunt. ar. leg. cum Prętor. de iudic. dixi. nu. 17. p. 4. iam effectus validi conſummati fuere, & ſic ius retinendi, & ius percipiendi fructus de præterito, & dicam in ver. pręterea & ita tenuit Rota prædicta. & iterũ anno 1585. die 20. Martij, et anno 1606. 18. Ianuarij et dicã infra ſub num. 2. ver. lex modo.

Lex, aut ſtatutum annullans inſtrumentum ob non ſolutam gabellam, non annullat obligationem in eo cõtentam. Caſtr. & Alex. in l. ſeruum. §. ei qui. ff. de leg. 1. idem Paul. Caſt. conſ. 46. in princ. lib. 1. Fel. in c. cum venerabilis. nu. 25. ver. ciuiliter dicũt. de except. vt in propoſito iudicauit Rot. Flor. ann. 1585. d. Die 20. Mart.

Hinc dicitur, quòd ſublato remedio appellationis, nõ eſt ſublatũ remedium ſupplicationis. Marãt. de ord. iud. 6. p. actu 20. nu. 13. Carrer. de Herect. ſub n. 129. & 130. dixi in 6. p. huius trac. nu. 208. verſ. vlterius. car. 54. ſimiliter dixi quod ſtatuto reijciente oẽs exceptiones intelligitur circa caſus cõprehenſos in volumine ſtatutorũ. Sed circa alios extra ſtatuta nequaquam. vt in Fragm.... & in verb. exceptiones oriuntur ab æquitate. Pariter ſi ſtatutũ reijcit creditorẽ quod poſt decennium non poſſit audiri nihilominus, ſi in inſtrumẽto adſit iuramentũ, per illud perpetuatur actio, & ſic non obſtante ſtatuto audiri poterit. Ang. Ro. & alij in l. ſi is qui pro tẽporali. ff. de iur. iuran. Balb. de præter. 4. p. 6. p. q. 1. nu. 4. facit, etiã quia, qui nõ poteſt obtinere per directũ, poterit ei licere per obliquũ, intellige ſanè, quando non ſit fraus legi. Carp. de ſtat. Mediol. c. 305. nu. 35. & 36. vnde cui nõ licet petere tamen à ſpõte dante recipere licebit. Docto. in l. 1. ff. de auth. tut. Rot. Bon. Benint. deciſ. 48. num. 14. Maſing. obſer. cẽt. 2. obſer. 75. nu. 2. dixi. p. 5. ſub nu. 39. ſic de ſorore prohibita ſuccedere Patri quæ ex perſona fratris ſuccedere poterit. vt plura in propoſ. dicunt. Dec. & Cagn. in d. l. quoties de reg. iur. poſtremò ſi inſtrumẽtũ ſit nullum, tamen probatio ſumitur etiam ex inſtrumento inualido. Bar. in l. fi. ff. de reb. eorum. l. in teſtamento in fi. ff. de fideicom. liber. Ang. in l. 1. C. de præſcr. 30. anno Dec. conſ. 172. col. 1. Soc. conſi. 213. nu. 7. vol. 2. ſic perempta inſtãtia pereũt omnia acta iudicij, non autem acta cauſæ, ſeu litis. Abb. in c. venerabilis. ver. quæ acta de iudic. vt ſunt omnes probationes de qua re, per Marant. de ord. iudi. p. 5. ver. deuenio ad quintam nu. 55.

De lege prohibitiua & annullatiua.

1 Lex modo prohibitiua, non obſtat ſupradictis, præſertim regula: quod prohibitũ vna via intelligatur prohibitũ alia via, de qua per Dyn. in c. cũ quid prohibitum. de reg. iur. in 6. & per Iaſ. in l. 2. ſub nu. 24. ff. de iuriſd. omn. iud. Menoc. conſ. 11. n. 12. vol. 1. Caualc. dec. 21. n. 49. p. 1. quia procedit quando per retentionem rei, ſub prætextu hypothecæ, creditor conſequi vellet fructus, ad rationem quinq; pro centenario & non habuiſset poſſeſſionem ex primo decreto quamuis nulliter; quia hoc facere non poſſet, per SS. anni 1547. 1548. tollentes omnes effectus inter quos eſt lucrum fructuum, ſed ſola retentio nõ affert lucrum, nec procedit à tenuta, ſed ab hypotheca: etſi à tenuta non officit lex per ea quę dicta sũt ſupra in ver. Lexque ipſa. Aliud dicendum fortè eſſet ſi creditor non haberet per prius rẽ hypothecatam, quamuis Caſt. & alij in l. ſi non ſortẽ. §. ſi centũ. ff. de cond. in deb. teneãt, quod ſi res debitoris deueniat ad manus creditoris, retineri poteſt etiam ſi non ſit obligata ei per plura iura, vt fuit iudicatũ in Rot. Flor. ann. 1572. die 5. Iunij. ſic Surd. tenet d. deciſ. 46. ſub nu. 9. vbi allegat Burſat. cõſ. 73. nu. 28. ſed ſtante. d. l. 1547. tamen ego limitarem, vt ſupra, & mea op. videtur cõprobari a Surd. d. dec. d. nu. 15. facit Rot. Ro. Nouiſſ. in 2. p. dec. 115. ſub num. 3. nam retinere poſſeſſionem nil aliud eſt, quam iam aſſecutã poſſeſſionem apud ſe exiſtẽtem tueri, atq; conſeruare, vt ait Menoc. de retinẽ. poſſ. in prælud. ſub num. 3. per quam retentionem creditor non dicitur facere fructus ſuos, nec poſſidere, ſed detinere cauſa cuſtodiæ, donec debitor, tædio affectus, veniat, accordet, aut ſoluat. cap. quoniã frequẽter. §. vlt. vt lit. non conteſt. Menoch. de retin. poſſ. reme. ſub nu. 173. circ. fi. At malo facto ſuo legẽ ſeu bannum prohibitiuũ vna via, malè conſultus miſer Gonella, mimus Ferrarię Ducis expertus eſt, cùm bannitus capitaliter à terreno Ferrarienſi onerauit plauſtrum terreno Bononienſi, ſuper quo aſſedit, & profectus, atque ingrediens Ferrariam, ſtatim captus fuit, & loco manare, aqua ſuper collo eius à carnifice proiecta, ipſe veriſimiliter mori timens loco ſed verè obijt, ſicut loco vixit. Modò ad rem detentio ſola eſt parum præiudicij cum is creditor per eam nõ faciat fructus ſuos, ſed debeat illos ex computa re in ſortũ, cũ ius ſeu lex 1547. reſiſtat. Menoc. de recup. poſſ. remed. 15. nu. 634. ex doctr. Bar. in l. ſed etſi lege. §. ſcire. nu. 4. ff. de pet. her. cum alijs. & per Grãmat. dec. 79. nu. 8. & 9. latè Negut. de pign. & hypor. 5. mẽb. 5. p. per tot. ſed quãdo retentioni eſt præambula hypotheca, lex non reſiſtit, nec expreſsè nec tacitè, vt ſupra ver. lex ergo, ver. lex tollens, & ver. ſeq. faciliuſque datur retentio, quã petitio. l. per retentionẽ. C. de vſur. l. 2. vbi Bal. eo. Cagnol. in l. quod à quoquam, ſub nu. 1. & 2. de reg. iur. & facilius conceditur retentio, quã reſtitutio. l. 2. vbi Bal. C. de fideic. Soc. iun. cõſ. 1. nu. 20. li. 1. Alc. reſpõſ. 285. nu. 9. & tãdem ſtatutũ annullans acquiſitionẽ, nõ uidetur impedire retentionem, ut trad. Cæſar. Barz. dec. 108. ſub nu. 37. & 38. quia hoc ius retinendi, nõ procedit ſolũ à tenuta, ut dixi, ſed a cauſa de præterito, & ſic ab hypotheca pro qua ius commune retinendi tribuit ius, unde ille qui in lite ſuccumbit, ob cauſam malè intentatã obtinebit ex cauſa ſuperuenienti de præterito. l. ſi rem. §. fi. ff. de pig. act. l. non poteſt. ff. de iud. & eſſe co. op. Doc. teſtat. Diaz. reg. 399. ad quam. ui. Maria. Soc. in c. ſignificãtibus. col. 39. de libel. oblat. hinc dixi quod ille qui uenit alio iure, quàm quod amiſit, non nocet qđ perdit, ſed prodeſt qđ habet, ut ĩ 6. p. ſub n. 565.

Nec minus obſtaret ſi allegaretur quod creditor qui ui pacti potuit propria authoritate ingredi poſſeſſionẽ debitoris, adijt iudicem, & uiam iudicatiam elegit, & eam non ſeruans nulliter egerit, & ſibi præiudicaſſe dicatur, iuxta l. mulier §. ult. ff. quod met. cau. cenſetur enim proprio fauori renuntiaſſe, ſecundu Bal. in l. 2. nu. 29. C. de ſer. & aqua. Neguſ. de pign. & hypotheca. 4. p. 25. nam uiã, quã quis ſibi elegit, ſequi tenetur, ut d. l. mulier. Menoc. de adipiſcen. poſſ. reme. 4. n. 433. reme. 5. n. 157. & n. 158. ubi ait opus eſſe proteſtatione. Cache. dec. 164. n. 17.

Nã reſpõdetur quod urbanius iudicẽ addendo ut aſſociet in tenutã ad omnẽ bonũ finẽ, & effectũ, creditor nõ ſibi pręiudicat. Menoc. de remed. 5. n. 28 & 29. & praxim docet Neuiz. cõſ. 82. n. 27. et 28. pulcrè Caualc. in Repertor. General. ſuarũ deci. in uerbo locatur pręlatus n. 6.

Præterea caſus noſter diuerſus eſt, ergo nõ benè infertur. l. Papi. §. exuli. ff. de min. Quinimmo creditori liquido variare licet ꝑ cõſequẽdo ſuo credito, modò de re ad perſonã, & ecõtra, donec creditor remaneat ſatisfactus ius enim fauet creditori, licet cõpatiatur debitori: ſed dici ſolet, *Ch'è debitore à ſempre il torto*, & vide Caualca. deciſ. 1. nu. 15. 30. & 31. p. 1. Bart. & alij Modern. in l. ędita. C. de eden. Dy. in reg. null⁹ de reg. iur. in 6. Cabal. in ille Ioq. 653. p. 2. Guid. Pap. ſing. 105. Hipp. de Marſ. rub. de fideiuſſ. nu. 378. 380. & vno remedio intentato aliud non ceſſat in cõpatibilibus, & ſeparatis, vt ſupra in verſi. Lex ergo qua de re retinere rem pro ſui cautione, non eſt lucrari fructus, & retinere rẽ & facere fructus, ſunt correlatiua, vt dici nõ poſſit quod prohibitũ in vno ſit prohibitũ in alio, per ea quæ dixi in p. 6. nu. 603. & ſeq. ergo ſi creditor nõ poteſt facere fructus ſuos diſpoſitione dictarũ legũ, nõ eſt prohibitũ ei, vti retẽtione per ſupradicta.

F valerent priuilegia,quomodo ſeruarentur cō-
ceſſa a Summo Pontifice & ab Imperatore?
certe de vento ſeruirent quod eſſe non debet.
Et ex hoc ſub infertur quod nec etiam Docto
ribus forenſibus eſſet auferenda facultas aduo
candi, præſertim ſi aliquis inueniretur foren-
ſis ſanguine patris & matris verè nobilis. qui
a pubertate domicilium,& habitationem,per
annos ferè 30. in Ciuitate Ianuæ contraxerit,
ibidemq; Vxorem antiqui Ciuis filiam duxe-
rit, & cum ea iam ſunt anni 25. quod indiui-
duam vitam ducit, poſſidendo bona ſtabilia
propria in d.ciuitate,& iſte forenſis eſſet Do-
ctor annorum vltra 16. Qui officia egregia fe-
cerit,& etiam aliquod opus non indignum in
lucem ediderit, certè ijs omnibus qualitatib.
ſimul iūctis, per gula non proſunt multa iun-
G cta ſimul iuuant, c.cauſam de proba. l.2. ff. de
excuſa.tuto.cum ſi. & ratione adiuncti conce
deretur.l. imperat.la 2.ff.de ſta.homi. Et harū
qualitatum multitudine merita augentur. De
cia.conſ.21. n.46. vol.1. & vbi maiora meri-
ta ibi maiora priuilegia deberi ait Decia.in cō
ſil.19.nu.188. vol.3. & ob merita receditur a
rigore.l.Benius.ff.de leg.l. in omnibus quidē.
vbi Dec.de reg. iur. & multitudo meritorum
H diſpenſationem & gratiam inducit.50.diſtin.
c.vt conſtitueretur & c. ſanè. extra de tempo.
omnium. Et in qualibet diſpoſitione, etiam
ſi rictiſſima abſurdum & iniquitas eſt euitan-
da.l.Nam & abſurdum.cum leg.ſeq.ff.de Bo.
liberto.latè Euerat.in eius Cent.loc 8.ab Ab-
ſurdo. & eo magis quando in viris chriſtianis
argueretur inhumanitas quæ aliena fuit a Ci-
cerone viro gentili. & irrationabilis cauſa dici
tur illa quæ inhumanitet dictat. Cle. a. & ibi
gloſſ.& Card.de relig.Domi. Nam Doctor li
cet forenſis,tamen ſi eſt ſanguine nobilis,vir-
tute præditus,vxoratus in vrbe, ciuilitatem fe
rè per.30. annos adeptus bona ſtabilia ibidem
poſſidēs,& caros affines,& notos habeat,cur?
qua ratione aduocare non poterit in ciuitate
Ianuæ? alioquin,eſſet vtroq; modo ſibi dam-
noſum eſſe Doctorem, Nam nec tanquam
forenſis poſſet officia Iudicaturæ in Domi-
nio Ianuenſi exercere, quia habet affines
ſecundum ordines anni 1576. Nec tanquam
ciuis poſſet patrocinari, cum non ſit do-
ctoratus in dicta ciuitate, nec de collegio do-
minorum Doctorum. Quo caſu ei neceſſa-
rium foret recedere,& ſarcinulas componere,
& per conſequens nobilitas,affinitas,ciuilitas
acquiſita virtus,& priuilegiū doctoratus,om-
nia eſſent ſibi damnoſa. quod eſſe non debet
contra tex.l.legata inutiliter de leg.1. & cōtra
reg. de qua ſupra. in l.2.de excuſat. & contra
rationem.l. Imperator.la.2.ff.de ſta.Ho.& cō
tra op.Doct.Decia.d.conſi.21.nu.46.vol.1.&
conſ.19.nu.188.vol.3.Nec eſt verēdum quod
hæc conceſſio gratioſa tranſeat in exemplum.
cum fortè amplius in futurum ſimilis caſus
hominis has qualitates habentis non eueniet.
ſic ſingularitas iſta operatur a regulis & a ſta-
tutis.per d.l.ad Beſtias.de pen. & ob ſingula-
rem excellentiam Doctores merentur diſpen
ſationem Canonum legum, & ſtatutorum
Bal.in l.ſed & reprobari §.amplius,ff.de excu
ſa.vbi valdè diſciplinatos homines, & hæc
facere poſſunt pro limitatione,eius quod dicit
Iaſ.in l.legatum nu.16.& 19.de leg.1.in mate
ria ſimilium ſtatutorum. ſic benignitas cum
humanitate amplexa iuſtitia & pax deoſcula-
buntur.& tandem nota,quod doctoratus po-
teſt probari per teſtes. Bal.in l.ſolemnitatibus
C.de fi.Inſtru. quod verum in illo qui fuit pu
blicè. vt moris eſt doctoratus ſecus in illo qui
ex priuilegio Imperatoria fit Doctor. Maſcar.
de prob.conclu. 528.nu.18. Nec adeo eſt ſer-
uanda opinio aliquorum Doctorum,quæ per
tinax apparet in conſpectu aliorum,ne arguan
tur tanquā viri duræ ceruicis, nec ſtatuta ſunt
iuxta corticem ſeruanda quando ſequeretur
abſurdum & inconueniens. doct. in l. omnes
populi. ff.de iuſt. & iur. alioquin ſi ſtatuta a ra
tionabili cauſa interpretationem minime re-
ciperent,dicerentur Iudaica ſecundum glo. in
l.Damni. §.ſi is.ff.de dāno.infect. quinimmo,
appellarentur ſtatuta magis Aethiopum, &
paganorum,quam chriſtianorum l.ſcite opor
tet.§.aliud.ff.de excuſa.tutorum.Nec valet di
cere ſic volo, ſic iubeo ſit pro ratione volun-
tas.vt no.gl.in §.furtiue inſtitu.de vſuca.quia
hoc procedit in principe ex plenitudine pote-
ſtatis

Digitized by Google

ſtatis abſolutæ, quæ ſi non regulatur ratione dicitur Tyrannica voluntas. Bart. in ſuo tract. de Tirannia. per tot. dicit in fi. vbi de Brachio regio tractabo, ſed in Iuriſconſultis quorum proprium eſt interpretandi iura (vt inquit Impera. in proe. C. ii. de nouo. C. confir.) eſt nedum abſurdum, & inconueniens ſtare ſimplici ſtantiorum cortici quando ratio aliud ſuadet, ſed inhumanum & ferinum eſt quia quælibet diſpoſitio quamuis limitata extenditur ſecundum limites
I adiectæ rationis. l. nomen. § fi. de leg. 3. l. regula §. fi. de iur. & fac. igno. & cum ratio ſit anima legis. l. cum ratio. de bo. damna. ſine igitur ratione non eſt lex. c. conſuetudo. distinct. prima nec ſola voluntas ſufficit pro ratione, quando eſt inhumana doct. in d. glo. furtiuam n. §. furti ue inſtitu. de vſucap. voluntas humana debet regulari vel a iure naturali gentium, vel a iure ciuili, aut a iure Diuino. tot. tit. Inſtitu. de iur. natu. gent. aut ciuili. alioquin diceretur potius volūtas ſeu appetitus ferinus, & beſtialis, carens humana ratione, quæ ad cognitionem veritatis nos perducit. l. ſolam. C. de teſt. & l. ſcire leges. ff. de leg. & veritas non conſiſtit in verbis ſcripturarum, ſed in eorum ſententia, non in ſuperficie, ſed in medulla, nō in folijs ſed in radice rationis. Pet. de Anca in conſ. 284. quem adducit Marſ. in ſua pract. §. vltima. num. 36. Sed nunc redeundo vnde digreſſus ſum ad materiam noſtrā, teſtiū, non abre hæc obiter dixi, nec extra ſtilum ſcribentium, vt videre eſt apud Gulielmum Benedict. in aurea repe. capit. Raynutius de teſtam. Medici etiam ſi extra eorum artem deponant, & qui alios ſcientiam docent, licet & ipſi minores ſint, admittuntur ex generali conſuetudine, & Iuriſconſulti de iure, Medicos vero rigor iu-
48 ris non admittit, ſi minores ſint, quia reſpectu
49 Medicinæ tantum non habent dignitatem, nec nobiles vocantur, ſecus quatenus conſiderantur vt Philoſophi, & controuerſum eſt, an illorum ſit ars mecanica; conſuetudo tamen eos admittit. idem fortè in ludi magiſtris. per gl. in §. ſan-
50 cimus. in authen. de teſt. facit tex. in l. placet. C. de epiſco. & cle. Nihilominus in ijs, quæ pertinent ad eorum artem, omnes, quamuis minores 20. anno. teſtes eſſe poſſunt, & æquè idonei, Ang. in l. argentarius. §. fi. ff. de eden. vbi etiam
51 inquit, medicos recuſantes teſtificari, an vul-
52 nus ſit letale, vel cicatrix appartura, tenentur parti ad intereſſe. immo compelli poſſunt, quorum teſtimonium de crudelitate tenet, & eſt cō munis opinio Bart. & Doct. in l. 1. ff. de ventr. inſpic. & procedit tam in cauſa ciuili. quam in criminali. vt in authen. de non alie. §. quæ autē. Cano. in c. propoſuiſti, de frigid. & Patris. de Pur. in tract. ſynd. in verb. Tortura. 3. c. 6. nu. 1.
53 dixi infra nu. in 3. parte. Notariorum autem, qui procurationis officium duntaxat exercent, teſtimonium non valet, ſi minores ſint. 20. an. licet ſecus ſit de conſuetudine, propterea quod eorum exercitium dicitur vile, pulcrè Caualca. deciſ. 41. in prima par. vt enim Marſupium impleant, verba clientulis vendunt, & coram iudice, vt promptiores & ſufficientiores appareant, obſecrant, increpant, & ſtrident in omni impatientia, & indoctrina. Et iſti ſunt, qui fundantur tantum ſuper eorum priuilegio, & non ſtudent; quorum nomina tanquam nota lippis, & tonſoribus non ſunt ſcripta in libro hoc. Cæteri autem, qui nedum ex priuilegio, ſed etiam ex collegio ſunt Notarij, licet procurationis of-
54 ficium exerceant, iſti nobiles vocantur, Innoc. in cap. 4. de fide inſtru. & Oldrad. conſil. 75. & Caualca. d. deci. 51. per totum. in prima parte. Bart. in l. 1. C. de mandatis Princ. & in l. eadem. §. hac lege. nume. 4. ad leg. Iul. vt inter noſtrates ſunt Dom. Philippus Caualcanus mihi frater ſobrinus. Dom. Cipidonius Stradella parentum meorum ſobrinus. Dom. Auguſtus Biana de Sācto Nazario & ijs ſimiles, mihi amantiſſimi, & iſti licet minores ſint, tamen teſtes idonei ſunt. Abſonū enim videtur, quorum fides publica au-
55 thenticaq; eſt, illorum pro priuato teſtimonium non valere. facit in prop. Spec. in tit. de inſtrum. edit. §. reſtat, verſic. ſed cum literis epiſcoporum, & ratio eſt, quia tabellio iuratus eſt. cap. ad audientiam. extra de præſcriptio. capitu. illud, in fine extra de præſumption. & videte
56 omnino. Spec. in dicto §. reſtat, ubi latè de fide tabellionum, & de eorum dignitate filij. in c. ſeries. de teſt. & in c. cum cauſam. eo. tit. Dec. in c. quoniam contra col. 4. de prob. vltra Pet. Vrzol. tract. de Art. Not. cir. princ. vt. Luc. de Pen. & ibi tex. C. de Decur. lib. 10. vbi de Teſtium, & ſcripturarum fide, & qui præualeant, an teſtes, an tabellio, an teſtes, an ſcriptura, & in quib. caſib. requiritur ſcriptura, & nō teſtes, & e cōtra & dicā infra n. 36. cū ſeq. in 3. p. & Bart. in l. hac cōſultiſſima. C. qui teſt. fa. poſſ. & quibus caſib. pro Notario præſumatur ponit Maſcar. de probar. concluſ. 1093. & 1095. vol. 1. & ſupradicta intelligenda ſunt, quod etſi prædicti omnes minores ſint 20. ann. tamen ratione annexæ dignitatis admitti debeant, & ex cauſa ſcientiæ, & eorum officij: Nam ratione adiuncti conceditur,
57 quod ſimpliciter non concederetur. l. Imperator. la ſecunda. ff. de ſta. hom. Marſ. pract. §. diligenter. nu. 323. Quinto fallit ſupradicta regula in caſu neceſſitatis, quando ſcilicet probationes & inditia haberi non poſſent, quo caſu omnes regulæ fallunt, præcipue in materia teſtium, nō obſtantibus ſtatutis vel alia diſpoſitione; legib.
58 quidem neceſſitas non obtemperat, l. impoſſibilium. cum vulg. de reg. iur. & quod alias eſſet improbabile, ob neceſſitatē fit probabile; Frāc. Curt. eod. tracta. nu. 61. quæ opinio eſt communis & ita de conſuetudine obſeruatur vt dicit Bal. in Aut. apud eloquentiſſimum. C. de fide inſtrumen. licet in alio caſu loquatur. & hæc de
M ætate teſtium ſufficiunt. Hoc tamen non omittam, quod teſtes deponentes ſuper præſcriptione tanti temporis cuius initij memoria non ſit in contrarium, debent eſſe annorum 50. alias non dicuntur legitimi ſecundum Gem. in c. 1. de præſcrip. & alios quos adducit Octau. Pedemon. deciſ. 101. nu. 16. vbi dicit quod immo debent agere 54. ætatis annum, ſed quicquid ſit, ſat eſt eſſe annorum non minus 40. iuxta vulgare dictum, quod qui non habet in ære in annis triginta, & ignorat in ann. 40. nec amplius habebit, nec vltra adijcere poterit.
59 Sequitur de ſexu, ſeu natura teſtium dicere; nec ambigitur, an maſculi teſtes eſſe poſſint. ſed ad fœminas dirigatur ſermo, & licet Steff. Auſt. in ſuo tract. de teſt. nu. 69. videtur facere regulā affirmatiuam, quod in ciuili, & criminali cauſa fœminæ ſint teſtes, exceptis certis caſibus, idem videtur facere Specu. eodem. tit. §. primo. ver. ſic excipitur, quod eſt mulier. tamē ex aliorum communi intelligentia mihi videtur regulam poſſe formari negatiuè, videlicet quod fœminæ regulariter prohibeantur eſſe teſtes in qua

libet

Digitized by Google

libet cauſa. ſiue ciuili, ſiue criminali, pro-
pter generalem rationem ab omnibus aſſigna-
60 tam. vel ſaltem non ſunt teſtes idonei. Farinac.
q.59. per tot.eo. de teſt. Nam mulierum genus
auariſſimum dicitur, & vt folia a vento, ita &
mulieres ab appetitu mutabiles.l.filia. C. de in
offic.teſtam.nimis enim voluptuoſè blandiitijs
61 hominum adhærent;& ratio rationis eſt,quia
coitus in fœmina eſt maioris delectationis,quã
in viro,vt inquit Benedict. in c.Raynutius.nu.
27.verſic.& dotem.&c. parte prima de teſtam.
quæ ratio militat in vtroq; caſu;& eſt iuris in-
dubitati,quod ſecundum Cano.fœminæ non
admittantur,per tex.& glo.in c.forus de verbo-
rum ſignificatione glo.in c.ex eo.15. q.3. ſed in
criminalibus cauſis ciuiliter intentatis,ius Can.
vult quod admittantur, pract. Corrad, fol, 105,
Anan.conſ.17.tex.in c.tam literis,& in c.quo-
niam.de teſt.Steph.Aufr.d.nu.61.& Iul. Clar.
§.fi.quæſt.24.verſic.quæro. Iure autem ciuili in
diſtinctè fœminæ admittuntur tam in ciuili, q̃
in crim.tex.in l.prima.& l.3.§.lege Iul. de teſt.
eſt com.opinio.de qua teſtatur Crot.eod. tract.
n.57.& Vin.com.opi.fol.281.& ex hoc Steph.
& Aufr.& Spec.vbi ſupra regulam affirmatiuã
fecerunt; verum quia in vtroq; iure plures ſunt
caſus,in quib.nõ admittvtur illis,in quib.admit
tũtur ipſe confirmo,regulã eſſe negatiuã quã am
plector ſic,fœminæ regulariter in teſtes adhibe-
ri non debent in aliquo contractu, vel diſtractu
& ita eſt communis obſeruantia,ergo multo mi
nus in cauſis,prouenientibus a delicto,vel quaſi.
arg.l.manifeſtiſſime.C.de fur. In vltimis volũ
tatibus fœminæ non admittuntur, l. qui teſta-
62 mento.§.mulier.C.de teſt.glo.& communiter
Doct.in §.teſtes.Inſtitu.de teſt.& in l.hac con-
ſultiſſima.C.eod.de teſta.quod de iure commu
ni procedit, at de iure canonico controuerſum
eſt, tamen verior, & magis communis opinio
eſt, quod non poſſint, ita teſtatur Dec.c.3.extra
eo.Alex.conſ.70.vol.2.& Michael.Craſ.in eius
elegant.tract.vlt.volun. §.teſtamentum. quæ-
ſtio,57.& dicam infra nu. 71. fallit modo tam
in contractibus quam in vl.volunt.ſi ex conſue
tudine in aliqua regione fœminæ teſtes eſſe
63 poſſint,quæ conſuetudo ſi eſt approbata,illa pa-
riter ſeruanda eſt,l.minime,de leg.l.ſi aliena. ff.
de offi.pro conſ.Crot.eod.tract.nu.57.& intel-
lige, vt per Baualca.deciſ.11.nu.48.& ſeq. pri-
ma par. fallit etiam in cauſa criminali in infra-
ſcriptis caſibus, (licet in pari caſu plus credatur
viro, quam fœminæ,niſi fœminarum teſtimo-
64 nium tenderet ad fauorem,& teſtimonium ma
ſculorum ad odium. vt eſt gloſſ. ſingnifi. in
capitulo clericoi.81.diſtinct.& tenet Panorm.
in c.forus.de verb.ſign.)& dixi infra num. 179.
part.2.

Primus caſus eſt in crimin. læſ. maieſtatis.
quia (vt inquit Boſſ.d.tit.nu.131.Decia.de De-
lict.Thom.3 titu.de proba.in crim.læſæ maie-
ſta.c.45.per to,in tali crimine) Teſtium omniũ
65 habilitas,& inhabilitas eſt adæquata, text.in l.
de minore ff.de quæſtio. fallit, ſi teſtis eſſet ini-
micus.in l.famoſi.ff.ad leg.Iul.maie.exemplo il-
lius mulieris, quæ in coniuratione Catilinæ
teſtimonium perhibuit, & valuit, de qua in d.
l.famoſi. & per Crot.eo.tract. vbi ſupra nu.57.
qui dicit, mulierẽ illam fuiſſe meretricẽ, quod
peius eſt; Secundus caſus eſt in crim. hæreſis,&
contra hæreticos.dicto c. quoniam.& cap. tam
literis,extra eod. Tertius in cauſis capitalibus ci
uiliter intentatis,ſed hic.Clar.dicto §. fin.q.24.
verſi.adde videtur,indiſtinctè loqui. quod vtro
que iure hoc in caſu admittantur fœminæ,alle-
gat Alex.conſ.11.n.6.volum.1.& vital.in rub.
de teſt.ſed quicquid dicat, hoc eſt verum ſolum
de iure ciuili, vt ipſe poſtea fatetur: Tamen in
caſibus capitalibus merè criminalibus admit-
tuntur ex conſuetudine,præſertim quando veri
tas aliter haberi non poſſet. vt tenet Crot. eod.
tract.num.32.& ita ſeruatur. Quartò fœminæ
admittuntur in caſu exceſſus coram iudice pro
tribunali ſedente facti, ſiue in contemptum iu-
dicis,ſiue ad vindictam aduerſarij,quia quod fit
coram iudice pro tribunali ſedente,illud dicitur
notorium.Clar.§.fi.q 9.in princ.vbi idem ſi de
66 lictum erit factum coram maiore parte popu-
li.qui populus conſtat ex decem hominib. Bal.
in Auth.quod locum.in fi. C.de collat. Et deli-
ctum per decem homines probatum, dicitur
notoria probatio.Clar.d.q.9. verſ. Item quæro.
vbi diſtinguit inter publicam famam & noto-
rium. & infra. in ſeq.par. nu.27. cum ſeq. dice-
tur,& facit de Brachio Reg.n.91.cum ſeq. Boſ.
in titu. quomo.pro.in crim.not.n.7.notoriè fa-
67 ctum eſſe, in notorijs enim iura tranſgrediun-
tur: Saly.in l.ea quidem.ff.de quæſtio. vbi mul-
ta in materia notorij habentur.& per Foller.in
ſua pract.crim. verſic, item quod eſt notorium,
Gand.in tit.quo.de maleſ.cognoſ.per denuncia.
verſic. ſed quæro. Et nota etiam, quod ſi quid
per decem teſtes probatum fuerit, quod illud
præſumitur notorium. vt loquit Bald. in auth.
quod cũ C.de coll. quod in practica notatu di-
gnum inquit D. Cavalc.frater meus in Dec.pri
ma.ſub.nu.39.in 2.parte & illud quòd eſt factũ
coram decem perſonis, notorium eſſe dicitur.
Crau.conſ.121. nu.2. doct, vt in l. ea quidem,
vbi Cyn.& Saly. C.quia a caſ. non poſſ. pulcre.
Menoc.de arb.iud.caſ. 166.& quia ſupra dictũ
68 eſt,quod teſtimonium viri præualet teſtimonio
mulieris in illis videlicet caſibus,in quibus ſpe-
cialiter teſtes eſſe poſſunt, tamen teſtimonium
fœminarum præualet quando Maſculi ſunt ra-
des ruſtici & ignari, & fœminæ ſunt nobiles &
Vitage. Petr.Gerar.ſiog.11.nu.2. Duc.reg.315.
& Tiraq.de leg.cõnub.in 9.limit.nu.50.vbi ait
Mulierem in omni cauſa admitti ſi eſt bonę cõ
ditionis & famæ, præterquam in teſtamento,
ſunt tamen aliqui caſus,in quibus attenditur te-
ſtimonium mulierum, & non viri, vt de partu
agnoſcendo,per nutrices,commatres,obſtetri-
ces,& ijs ſimiles,de quibus per Bart.in l. prima.
ff.de vent.inſpic.& in l.de tutela.ff.de in integ.
reſtitutio.Paris.de Put.tracta.ſynd.verb.tortu-
ſa 3.c.6.nu.2.vbi latè.Item in aſtimatione albi
operis lini,ſubtiliter,artificioſeque manu facti,
a prudentibus illis mulieribus, quæ acu, colo,
& fuſo diu noctuque minime parcunt.& facit
69 tex.in l.ſeptimo menſe. de ſta. ho, in arte enim
70 ita quilibet bonus.ad no.per Bart. in ſuo tract.
de teſt.in verb.Cerdonem, nu.61. Aſt caueant
iſtæ mulieres, quæ tam alba & pulchra acu va-
riant ſrigia,ne ea faciant in plenilunio, alias de
albo fiet rubrum. Quinto caſu admittuntur, ſi
maximo perfulgeant honore, & magnæ prudẽ
tiæ, & exiſtimationis,ſapientiæque exiſtant.ar-
gu.tex.in l.ad egregias perſonas. vbi Docto. de
iur. iura. & legitur de illa muliere Ioanna,alias
nomine Puella,quæ & virtute, & ſapientia, &
animo adeo viripotens fuit, vt ad omnia ſuper
ſenſum fœmineum reſpondebat. de qua & nõ-
nullis

nullis alijs eximiæ virtutis, meminit Gul. Bene
dict. in d. c. Raynutius. nu. 14. cum ſeq. in verb.
duas habens filias. pat. prima. de teſt. ſed olim
hæc fuere, noſtris autem temporibus quænam
eſt iſta, & laudabimus eam? Sexto & vltimo
fœminæ admittuntur in ſubſidium. Ioan. And.
in add. ad Spec. eod. tit. §. primo. d. verſicu. item
excipitur, quod eſt mulier. Alex. conſ. 24 vol. 2.
Crot. vbi ſup. nu. 56. quod idem videtur, vt ſup.
dixi, quando veritas aliter haberi nõ poteſt. Dec.
conſ. 363. col. 2. Grat. conſ. 102. nu. 20. Viui. co.
op. fo. 15. & 81. & Carpa. de ſtatu. c. 90. nu. 79.
p. prima. Sed in criminalibus cauſis dũ veritas
ſciri poteſt a Maſculis feminæ non debent adhi
beri in teſtem niſi in ſubſidium. vt per Farina.
d. q. 59. nu. 8. immo Florentiæ, in 3. vol. ſtatuto-
rum cauetur quod mulieres non poſſint exami
nari. vt Rub. 20. & quando opus eſſet debet fie
ri coram parocho ac alijs perſonis honeſtis.
Et quoniam diximus, quod in vltimis volũ-
tatibus fœminæ non admittuntur in teſtem, il-
lud verum declaratur eſſe in vlt. illis volunt. in
quibus ſolemnitates requiruntur, prout in teſta
mentis in ſcriptis & nuncupatiuis, et iſta eſt ma
teria dictæ l. hac conſultiſſima. C. de teſt. & in l.
qui teſtamento. §. mulier. Inſtitu. de teſtament.
at in alijs vl. volunt. nõ ſolemnibus bene admit
ti poſſunt. videlicet in codicillis. d. §. mulier. vbi
gl. & Docto. quæ opinio vera eſt, & communis
Viui. in verb. teſtis lib. 1. comm. opi. Craſ. d. tra
cta. vlt. volun. § teſtamentum. q. 57. nu. 4. Item
in teſtamento ad pias cauſas. Alex. conſ. 133. n.
5. vol. 2. & eſt communiſſima vt teſtatur Tira-
quel. in tract. priuileg. piæ cauſæ. Priuil. quinto.
& Craſſ. d. §. teſtamentum. quæſtio. 18. num. 4.
Item in teſtamento inter liberos, Auth. quod
ſine. Cod. de teſtament. & ibi communiter
Doct. & de communi teſtatur Tiraq. de legi. cõ
nub. l. 9. n. 59. Item in teſtamento militis, Craſ.
d. §. teſtamentum q. 57. nu. 6. Item in teſtamen-
to tempore peſtis. Rip. in tract. de peſte. priuil.
vlt. Sed in hoc caſu magis communis & verior
opinio eſt, & q. fœmina teſtis eſſe nõ poſſit. Ga
briel. com. concl. lib. 4. de teſta. concl. 8. nu. 5. &
Ruin. cõſ. 20 vol. 5. ſed ſi opinionem meam di
cere poſſum, parum obſeruatur in omnibus ſu-
prædictis caſibus (ſi admittus fieri poteſt,) quod
73 fœminæ in teſtimonium vocentur, nec eſt in-
conueniens dicere, quod iure permittitur, illud
tamen non obſeruari, aliud eſt enim permitte-
re, aliud prohibere, d. l. qui prohibet. ff. de poſtu
lan. facit tex. in l. penult. C. de epiſco. & cler. &
in l. penul. C. de pact. Dubitari poſſet, quid ſi
74 mulier communi opinione pro maſculo repu-
tatur, vt ſomnium eſſe exiſtimo quod dicitur
de Papa Ioanna, credo, quod eſſet admittenda,
ſed detecta inhabilitate, non valeret, licet ſecus
ſit in maſculo minore pro maiore reputato, &
hoc propter concurſum duarum ſpecialitatum,
vt dixi de ſeruo. & dicam infra nu. 77.
75 Quid modo dicendum de hermaphrodito,
& dicitur ex mente aliorum, ſi magis in maſcu
lino ſexu præualet, admittitur; ſin magis in fœ-
mina, tunc in omnibus illis caſibus, in quibus
fœminæ admittuntur, vtique & tales admitti
debent. A Egid. eod. tract. num. 59. Neſſ. a San-
cto Geminia. eo. tract. nu. 20. Steph. Aufr. num.
49 Ioan. And. add. ad Spe. §. 1. verſi. item quod
eſt hermaphroditus. glo. & Do. communiter in
§. teſtes. inſtitu. de teſtam. & teſtatur Vaſque de
ſucceſſ. creat. §. 12. n. 2. quem etiam allegat Craſ.
d. § teſtamentum, q. 57. num. 9. p. l. quæritur ff.
de ſtat. ho. Heu quid audio, quanta, proh pudor?
hermaphroditi, quos ſexum in naturam mutare
non pudet, neq; timent, & ij, quę qui ſint acti
uè & paſſiuè vllo modo non ſunt in teſtes adhi
bendi, tamquam naturæ contrarij, de quibus
indignatur Iuriſc. in l. cũ vir. C. de adul. & Bal.
eodem tra. n. 55. idem in d. l. cum vir. ff. ad l. Iul.
76 Nunc de tertia teſtium qualitate dicendum
eſt, & primo omnes teſtes oportet liberos eſſe,
& non ſeruos. vt 4. quæſtio. 3. ſed ſi ſeruus com-
muni opinione liber reputatus erit, admittetur
de iure. per l. primam. C. de teſtam. & Spec. di-
cto §. primo verſi. item, quod eſt ſeruus. l. de mi
nore. ff. ad municip. & eſt vera & cõmunis opi-
nio. teſtatur Vaſque de ſucceſ. creat. §. 12. lib. 2.
nu. 88. quæ procedit nedum in vlt. voluntatib.
ſed in contractibus, & delictis, per Cyn. & doc.
in l. prima. C. de teſtam. quod vtique intelligi
78 debet de ſtatu libero, ſecundum Alberic. eod.
tract. nu. 5. & 15. cap. 5. parte prima & de com-
muni errore plura ait Marſ. pract. §. Aggredior
79 nu. 35. 36. 37. 38. & 39. vbi inquit, quod error
communis facit quem haberi pro teſte idoneo,
ſiue ſit circa ætatem teſtium, ſiue circa ſexum. ſe
cundum Ioan. And. in addit. ad Specu. §. primo
verſic. item quod eſt ſeruus, tamen hæc opinio
80 quo ad ſexum, non mihi placet, niſi inhabilitas,
vt dixi nu. 74. non detegeretur, nam actus eius
non valet, a quo incipi non potuit. arg. l. ſi pluri
bus. §. & ſi placeat, de ſtipu. maxime quando
valde præiudicialis eſſet. argum. §. 1. inſtit. quib.
manu, non licet. ſed quia hoc perraro euenire
poſſet, ideo non inſiſto, & opinor, in omnem ca
81 ſum hoc eſſe arbitrarium iudicis. Item homines
origine liberi accidenter ſerui facti vti rebelles
Po. Ro. & qui timore deſtructionis eorum vel
ſuæ Ciuitatis ſe ſubditos faciebant Po. Ro. ij nõ
poterant eſſe teſtes in cauſa lęſæ Maieſtatis ſine
tortura, nec in factis ſolemnibus fides præſta-
batur eis, Bal. in Rubr. C. de dedit. liberta. ſed
de ijs olim. Non ſic de ingenuis, quia quo ad li-
bertatis fauorem ſemper liberi manſerunt, Bal.
in l. genuam. C. de inge. & manumiſſ. vbi veri-
tatem pręualere opinioni ait, & errorem com-
munem non vitiari. contra. l. 1. C. de teſta. & l.
fi. de offic. preſſ. vbi communis error ius facit vt
inf. num. 87. Secundo principaliter in teſte re-
quiritur bona fama, & opinio, de quibus infra
82 in quarta teſtium qualitate. Tertio requirun-
tur diuitiæ, quia pauperes non carẽt ſuſpicione.
Aegi. eod. tract. nu. 8 arg. §. ſed pauperes, Inſtit.
de ſuſpect. tut. in hoc tamen iudex arbitrium ha
bet gl. in l. nonnulli. ff. de Accuſ. Quarto, No-
bilitas, nam ignobiles, & plebei, vt plurimum
vitio ſuſpectis laborant, cap. niſi eſſent vtti proui
di. de præben. Fel. in c. ſunt clerici 2. q. 3. & Bar.
in auth. de teſt. §. ſi vero ignoti. & ibi glo. ſed hęc
83 ſupradictæ qualitates magis propriè conditio-
nes teſtium dicerẽtur, de quibus. Sebaſt. Brant.
in ſuis expoſitio. tit. de ſta. ho. illæ vero, quas re-
cenſet And. Barbat. in ſuo tract. de teſt. nu. 11.
ſunt potius teſtium exceptiones, de quib. latè di
cam in 4. parte.
84 Quarto nunc, quo tempore conditiones iſtæ
requiruntur, & attendi debeant in teſte? nunquid
ipſo, quo adhibitus fuit in teſtẽ, et nominatus, an
vero tẽpore iuramenti, & depoſitionis, & ſi da-
retur tempus inter tempus iuramenti & depoſi
tionis, quando attendi debet, habilitas, vel in
habilitas teſtium, ſed primo ſciendum eſt, quod

vltra

vltra ſupradictas conditiones, requiritur etiam quòd teſtis non ſit affinis, domeſticus, amicus plus vni, quam alteri, nec particeps, nec criminoſus, non damnatus infamia, nec ignotus, aut vilis, minimè Hæreticus, Iudæus, Paganus, & Excommunicatus, nec furioſus, mentecaptus, & ſimiles, de quibus per And. Barbat. eo. tracta. nume. 11. & per Docto. in l. hac conſultiſſima. C. eod. & infra dicam.

Nunc dico

Quo ad primum, quando teſtis eſt adhibitus & rogatus in aliquo cõtractu, vel diſtractu, aut in vltimis voluntatibus, & ſic in actu ſolemni & caret idoneitate, quæ verè requiritur in teſte, quamuis poſtea detecta fuerit inhabilitas, nihilominus valet; quia à partibus videtur approbatus, ſiue ſciuerunt eius inhabilitatem ab initio, ſiue non: arg. tex. in l. quos prohibet. ff. de poſtulan. l. penult. Cod. de pact. l. poteſt. ad leg. Falc. ſecundum declarationem, prout infra ſub nume.
87. quod eo magis procederet, cum ab initio eſſet inhabilis, poſtea habilis fieret. ſed ſi actus eſſet factus, abſentibus partibus; tunc per alteram partium poſſet impugnari, tanquam factus coram teſtibus inhabilibus; nec ex ſuperuenienti
86 habilitate confirmaretur. l. ſi minor. de ſer. expor. c. ſi eo tempore. de reſcrip. in 6. Dec. conſil. 661. in caſu in fi. uol. 4. At ſi teſtis fuerit vtraque parte præſente, & non contradicente, in iudicio productus, tenet eius dictum, nec vitiatur, detecta poſtea inhabilitate. Dyn. in Reg. qui tacet. de regu. iur. in 6. fallit primo, ſi læderetur ius publicum. arg. l. nemo poteſt. de leg. primo l. ius publicum. ff. de pact. item fallit, ſi iſte teſtis ipſo iure repellendus eſſet abſque partis requiſitione, vt ſunt illi, qui à Chriſtiana religione ſunt alieni, vel quos ex aſpectu cognoſcere poſſumus ætate legitima carere; quod intelligitur, vt ſupra dixi. & vide Ioann. And. add. ad Spe. §. primo verſic. quid ſi vidit teſtem lit. d. ſed iſto in caſu, ab initio nec poſtea etiam partibus conſentientibus eſſet admittendus. Bal. in l. quod fauore. nu
87 me. 6. de leg. Sed ſi teſtis inhabilis, non ex illis deteſtabilibus, & tam grauiſſimis exceptionibus, ab initio communi opinione reputatus fuerit habilis, & ex poſt facto detecta fuerit talis inhabilitas; eo in caſu propter communem errorem, nõ vitiabitur actus, nec teſtis dictum: quin immo etiamſi opponatur, tenet ſecundũ communem ſententiam Doct. in l. prima. C. de teſt. & ſic nota, quod vtile per inutile non vitiatur de quo Bottardo, Doct. in l. prima. §. pen. de verb. oblig. & Alexand. in l. actus, ff. de re iudi. & vi. D. Caual. deciſ. 11. numero. 21. deciſ. 35. numero. 33. 34. in prima parte, pulchre & latè Caball. mille loq. 266. per to. parte prima, quem omnino vide, & dicta reg. non habet locum in indiuiduis, & quia tot ſunt depoſitiones quot ſunt capitula probatoria, & dictum teſtis inutile ſuper vno capitulo, & vtile in alio non vitiabitur, idem quo ad numerum determinatum, qui ſi plus debito numero producantur, non vitiabitur eorum depoſitio Rebuff. eo. tract. de teſt. glo. 5. 6. & 8. & num. 69. de quo infra latius dicam. Item ſi teſtis verum dixerit circa ſubſtantialia, & in accidentalibus videatur contrariari, non per hoc eius dictum vitiabitur, puta ſi concordat de vulnere & diſcrepat in modo, puta alij dicũt cæſim & alij dicunt punctim, & ſic de ſimilibus. l. conuenire. ff. de pac. l. in fundo. ff. de rei vendi. in quibus habetur uera non eſſe miſcenda cum falſis, quia contrariari in accidentibus non dicitur falſitas. Sed aduerte quia multum facit genus ſpecificare vulnerũ, quoniã ſi plures in rixa interuenerint & vnus occiſus ſit vnico vulnere, vel pluribus ictibus eodem modo, videlicet aut punctim aut cæſim, tunc ille qui ex illis pluribus non habebat arma apta ad ita vulnerandum excuſabitur ſaltem à pœna ordinaria ſecundum Bar. in l. ſi Rixa. de ſica. Alex. conſi. 15. vol. 4. doct. in l. quoniam multa facinora C. de vi. pub. & vi. etiam Dyn. in reg. vtile. & ibi add. vbi dicunt, quod ſi ſint duo teſtes vnus infamis, alter non, & concordant, vnus adiuuat imperfectionem alterius Bolo. in l. ſi quis ex argentarijs. ff. de eden. & alij, vt ibi & ſic non differt à primo caſu, nam hic ignoranter teſtes inhabiles recepti fuerunt, ſed ſupra ſcienter. At ſi ſolummodo partes eſſent ignaræ de inhabilitate teſtium, vel non, tunc ſi adhibentur teſtes de partium conſenſu, & re vera inhabiles ab initio ſint, ſi talis inhabilitas de illis non ſit, quæ teſtem omnino ipſo iure repellat, licet poſtea detecta fuerit inhabilitas, nihilominus actus non vitiabitur, etiam ſi pars opponat. per reg. quod ſemel placuit. de reg. iur. quia contrahens præſumitur ſcire, aut ſcire debere. l. ſed etſi pupillus. §. præſcribere. ff. de Inſtitut. act. l. quod te. vbi doc. ff. ſi cer. pet. facit tex. in l. quod fauore. de leg. ſed ſi inhabilitas ipſo iure repellat teſtem, hoc in caſu
88 factum hominis non tollit diſp. legis. d. l. nemo poteſt. cum materia, & ibi Bar. & Iaſ. de leg. 1. & aduerte, quod iſti ſunt tres caſus diuerſi, ne prima facie hic cum primo idem videretur. Ex
89 quo notandum eſt, quod teſtes quandoque fauore publico, quandoque fauore priuatorũ admittuntur, & non admittuntur & lex (quatenus ad habilitatem teſtium) non ſolum conſiderat fauorẽ illorum pro, vel contra quos teſtes producuntur; verum etiam ipſorum teſtium qualitates, & conditiones, ob quorum merita, vel demerita ſunt fide digni, vel non, ut in l. teſtium fides. §. lege Iulia l. ob carmẽ. ff. de teſt. Hinc eſt, quod in certis caſibus probationes per teſtes non admittuntur, niſi per ſcripturam iſtarum. de quibus per Spec. in tit. de inſtr. edit. §. teſtat. verſ. caſus in quib. nu. 14. & inf. dicam. Rurſus ſi ab initio teſtes habiles fuerint adhibiti in actibus ſolemnibus, de quibus ſup. ſub nu. 85. ibi quo ad primum. quando veniret caſus, vt deponere deberent ſuper dicto actu, & eius validitate, & effecti ſunt in tempore depoſitionis inhabiles, in hoc caſu diſtinguendum eſt ſecundum Bar. in l. Carbonianum. §. duę cauſæ. de Carbo. edic. in num. 6. aut conditio teſtium mutatur abſque facto partium, & tunc valet eorum teſtimonium, niſi & ipſo iure repelleretur, aut mutatur facto partium, & tunc idem, licet parti non proſit, & ratio eſt, quia nemo cum dolo locupletari de-
90 bet. l. nemo ex ſuo dolo. de reg. iur. & facit illud, quod approbo, non reprobo. arg. l. ſicut ma-
91 ior. C. de repud. & eſt tex. expreſſus. in l. Pomponius, de neg. geſt. tamen diuerſis reſpectibus in diuiduis poteſt reprobari quod aliàs approbatũ eſt d. l. Pomponius. Tiraq. de nobilita. c. 18. nu. 15. & dicam in 4. par. in fin. nec bene diſſoluitur obligatio ſemel contracta, per ſubterfugia, & cauillationes; quia iſte modus nõ eſt modus diſſol-
92 uendi id, quod ſemel colligatum eſt, vt in regu. nihil tam naturale. de reg. iur. cum ſimil. & quã uis Bart. loqui videtur de mutatione facta intra tempus iuramenti, & depoſitionis, tamẽ etiam

caſus

Google

caſui noſtro adaptatur ſupradicta diſtinctio;
93 quia ſicut idoneitas teſtium in teſtamentis re-
quiritur (dum illa conficiuntur) l. cum lege. ff.
de teſtam. & Craſſ. dicto §. teſtamentum. quæſt.
94 57. num. 17. idem poteſt dici in contractibus;
valet enim argum. de contra. adult. volunt. & e
contra: text. in l. tale pactum, §. inter hæredem.
vbi Iaſ. de pac. latè Euerar. in ſua cent. in loc. a
contract. ad vlt. volunt. at D. Nell. à Sancto Ge-
minia. eod. tract. de teſt. inquit quod quando eſt
quæſtio ſolemnitatis, tunc inſpicitur initium;
ſed quando eſt voluntatis, tunc attenditur tem-
pus iuramenti, quæ faciunt ad caſum noſtri pro
poſiti, in quo Butrig. in ſuo tract. de teſt. neſcit
ſe reſoluere, & ad inſtar illius paruæ appoſtillæ,
quæ dicit, vel dic neſcio, ipſe breuiter ſe expe-
diuit. Teſtes autem inſtrumentarij vnico con-
textu & iurare & deponere debent, ſed ſi poſtea
ſuper validate aut inualidate inſtrumenti ſunt
examinandi, habilitas teſtium attenditur tem-
pore contractus, quia partes non cogitarunt de
futuro euentu; Anca. reg. q. 71. num. 7. & 8. fol.
47. lib. 1. Bald. in l. 1. C. de teſt. Doct. in l. opti-
mum C. de commit. ſtipul. & in conſideranda
habilitate tempore contractus teſtes debent de-
ponere pro contractu, ſed ſi deponant contra in
ſtrumentum attenditur habilitas tempore de-
poſitionis, vt dicunt ſupradicti Doctores, & in-
fra dicetur.
95 Quando verò quæritur, quo tempore requiri
tur habilitas in teſte, an tempore iuramenti, an
tempore depoſitionis; mihi videtur eſſe pariter
recurrendum ad ſupradictam Bar. diſtinctionẽ,
in d. §. duæ cauſæ; quæ diſtinctio nedum proce-
dit, quando teſtes deponunt ſuper eo, quo roga-
ti fuere, verum etiam vbi fortuiti aduenerint, &
non rogati, vel producti in iudicio ciuili ad pro
bandum dominium, vel poſſeſſionem, ſiue ad
aliud, quod agentis intentionem corroboret, vel
excipientis exceptionem probet; in quibus ca-
ſibus tempus iuramenti attenditur. cleme. 1. &
ibi gloſſ. de offic. delegat. l. teſtium in princip.
ff. eod. in criminalibus autem attenditur tem-
pus depoſitionis; quia ex eorũ dicto maius præ-
iudicium afferri poſſet. Nell. à Sãcto Geminia.
96 eod. tracta. num. 67. & in materia inhabilitatis
ſuperuenientis. vi. Nell. tracta. bannitorum 1.
par. 3. temp. quæſt. 16. & infra in 4. par. ſub num.
91. lit. B. in fin. & obſeruatur, non dari medium
inter iuramentum, & depoſitionem, ne detur
materia periurij. nam ex vtroque fides datur te-
ſti: & non ex ſolo iuramento, aut ex ſola depoſi-
tione. Bald. in tit. Quot teſtes ſint neceſſarij ad
proban. ingra. feudi. & quod teſtis fuerit inhabi
lis tempore depoſitionis, qualiter probatur. vi.
ſpec. de teſta. §. nunc dicendum num. 14. Nam
petita repulſa, & ea conceſſa dum quæritur de
inhabilitate teſtium, ad annullandum eorum
teſtimonium, attenditur tempus perhibiti teſti-
monij, & non tempus retrò, & ideo ſi repulſan
tur teſtes ob delicta præterita, & tempore teſti-
monij probatur bona fama de præſenti, non ſuf-
ficit talis repulſa, & in terminis conſuluit Ang.
in conſil. 309. in primo, & ſecundo colum. Soc.
conſilio 54. lib. tertio, & ita tenet & dicit Pract.
crimin. Foller. in verſ. & ſi confitebuntur, par.
3. numer. 62. & qualiter purgabitur mala fama,
videbimus infra. ergo nimirum, ſi in cauſis cri
minalibus attenditur habilitas, vel inhabilitas
tempore depoſitionis, quia tractatur de expur-
ganda hominum malitia, & Rep. in pace tenen
da: nedum quo ad perſonas, ſed etiam quo ad
res, & huiuſmodi inhabiles teſtes iudex ex of-
ficio poterit repellere ex cauſa, & ex cauſa non
repellere. Bal. in leg. 1. §. ſi curatores. ff. de ma-
giſtrat. conuenien. text. in leg. 3. ff. eod. nota ta-
98 men, quod in omnem caſum inhabilitas ſuper
ueniens poſt dictum, non infirmat dictum; ar-
gum. leg. ſancimus Cod. de adminiſt. tuto. quod
enim legitimè factum eſt, pœnam non mere-
tur. vt Io. Crot. eod. tracta. num. 39. & intellige
vt ſup. ſub numer. 8. ſed in cauſa ciuili ſi aliquis
tempore eius depoſitionis tanquam particeps
repelleretur, & adhuc non ſecuta ſententia fie-
ret habilis puta vel quia renũtiauit vel alio mo-
do, tamen nõ conualidabitur à parte opponente
eius dictum. l. quod initio. vbi Cagnol. & c. non
firmat, vbi Dyn. de regu. iur. Hinc eſt quod fi-
deiuſſor liberatus à procuratore ante ratihabi-
tionem Domini, ſi deponat ad inſtantiam d.
procuratoris ſuper cauſa tangente etiam fide-
iuſſorem non valet, etiam quod poſtea ratiha-
bitio ſequatur arg. l. bonorum. ff. rem rat. habe.
quia ipſo iure teſtis particeps repellitur. l. nul-
lus. de teſt. Feret. tract. Clauſularum caut. 15. vi.
Maſcar. de probatio. concluſ. 784. volum. 2. nec
etiam primus fideiuſſor liberatus a procuratore
propter nouationem ſecundi fideiuſſoris, ante
Domini ratihabitionem erit teſtis in cauſa di-
ctæ nouationis. Nam ratihabitio retrotrahitur
tantum ad cõmodum fideiuſſoris liberati, &
non ad validandum eius dictum. Bart. in leg. ſi
quis pro emptore. vbi Maſſe. nume. 52. de vſu
cap. & de inhabilitate teſtium qui non ſunt ad-
mittendi, & ſi admiſſi fuerint, quam fidem fa
ciunt vi. omnino Farinac. eod. tracta. quæſt. 37.
num. 18. quæſt. 43. num. 73. quæſt. & quæſt. 55.
& 55. & alibi. vt per eum in verbo. inhabilitas.
nam quæ hic deſunt ibi reperies.
Reſtat nunc, vt de vltima teſtium qualitate tra
99 ctemus, quæ, vt dixi, conſiſtit in vita, & mo-
ribus quorum interiora indicant exteriora. arg.
§. Pauonum, §. fere, Inſt. de rer. diu. mores enim
totum decorant hominem, pluſq. operantur, ꝙ
diuitiæ multæ. no. gl. in l. ſcire oportet. §. cum in
reliquis, ff. de tut. & cura. ſi ergo, quæritur, nun-
quid teſtis ſit bonus, aut malus, ex quo de boni-
tate præſumitur. l. meritò. ff. pro ſoc. ideo dicẽti
100 teſtem eſſe malæ vitæ, incumbit onus proban
di. l. qui accuſare. C. de eden. l. ſi quis §. ſi quis. ff.
101 ad Sillania. l. ſiue. de probat. At ſemel malus,
in eodem genere mali ſemper malus præſumi-
tur. vt d. l. ſi quis. §. ſi quis cũ mill. ſimil. Ad tol-
102 lendam igitur malã famam, ſi quis probauerit
per triennium extitiſſe bonæ vocis, conditionis,
& famæ, debita reintegratur probitate, text. eſt
ſingularis in Auth. de monac. ibi triennalis tem
poris teſtimonium, vbi Angel. quem in prop.
refert & ſequitur Bened. in ca. Rayn. verſic. qui
cum alia. & c. nume. 273. & per Rom. conſil.
236. nume. 6. addit. ad Dyn. in c. ſemel malus de
regul. iur. in 6. Practi. Pap. in for. ſequen. gloſ. 1.
& ibi appoſtil. lit. c. Corſet. ſingul. in verb. præ-
ſumpt. Caſſ. de indic. num. ſeptimo, & purgatur
mala fama ſecundũ eo. opin. ſicut ſi quis in uno
103 tẽpore fuerit bonæ cõditionis, & famæ, & po-
ſtea in alio tẽpore probata fuerit mala fama, tũc
præualet vlti. ſecũdũ Amad. & ſub nu. 52. in fi.
per l. 2. in prin. ff. quis ord. in bo. poſſ. & ad pro-
bandũ, quę eſſe bonæ, vel malæ famæ, tres teſtes

Digitized by Google

ſunt adhibendi vi. Alex. conſ. 14. vol. 3. & Ma-
ſcar. de probat. concl. 749. & 750. volu. 2. Man-
tuę vero debet probari per quattuor teſtes virtu-
te ſtatuti. Rubr. de probat. & ea probata Reus
poterit in contumaciam condemnari pœna or-
dinaria, ſed ij teſtes debent eſſe Idonei & con-
cludenter probare. vt. Farinac. cod. tit. quęſt. 47.
nume. 76. cum ſeq. vi. in 2. volum. ſtat. Flor. na.
Rubr. 2. & qualiter teſtes concludere debeant.
vi. Maria. in cap. qualiter & quando. de accuſat.
vbi latè ſecundum Angel. in auth. quum opor-
tet. Epiſc. §. 4. verſ. nota cum lex. dicatis tamen
vt infra dicam, & plus creditur affirmantibus
bonam famam quam negantibus, ex quo eo-
rum depoſitio eſt ſecundum præſumptionem iu
ris cap. 1. de præſumpt. Maſcar. de probat. concl.
235. & 236. par. 1. ſecus quo ad bonitatem ani-
malis quia in dubio præſumitur morboſus &
vitioſus Bald. in auth. omnes peregrini. num. 8.
C. de ſucceſſio. vi. infra fol. 87. a ter. ſub numero
246. & ibi addit. in alio.
104 Mores itaque alij ſunt neceſſarij, alij ad be-
ne eſſe, moribusque exuberantiori magis credi-
tur. d. §. cum in reliquis ff. de tut. & curat. & Mo
res probantur per teſtes amicos, conſanguineos,
vicinos & notos ac familiares. Bar. tract. de teſt.
num. 14. Maſcar. de probat. concluſ. 1068. vol. 2.
idem de nobilitate Maſcar. conclu. 1091. eo. vo-
105 lum. 2. & ſicuti fides eſt omnium rerum fun-
damentum, initium & radix omnis iuſtificatio
nis, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo. cap. 8.
de iuſtifica. ubi Concil. Triden. ſeſſ. 6. ita & hoc
eſt primum & neceſſarium, videlicet, quod in
107 teſte ſit vera fides, & iuſtus ritus Chriſtiano-
rum ſeruatur. prout Sancta Mater Eccleſia Ca-
tholica, Apoſtolica, Romana docet, & habetur
in l. 1. & tot. tit. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. & tot. tit.
108 C. de ſum. trin. & fid. cathol. & fides veritatis
109 verborum adminicula non deſiderat, C. ſi mi-
no. de hæred. ſe abſti. l. 1. & vbi fides non eſt, iu-
ſtitia locum habere non poteſt. 24. quæſt. 1. cap.
vbi ſan. nam prima ſalus eſt, fidei regulam cuſto
dire recte. 25. quæſt. 1. cap. 1. Quæ fides multipli
citer in iure noſtro accipitur, vt eſt, quando quis
agnouit bonam fidem, quo caſu excuſandus eſt,
l. ita de iur. fiſc. accipitur etiam pro fide, quam
quis habet de precio. Doct. in l. 1. ff. ſi cert. pet. &
111 bona fides ſemper præſumitur, tex. in l. penul.
C. de præſcript. long. temp. vbi Cyn. Bart. Bald.
& Salyc. ſed in propoſito noſtro dicimus in te-
ſte, quod requiritur fides duplici de cauſa, pri-
mo quia infideles, vt ſunt Iudæi, hæretici, pa-
gani, ſciſmatici, & omnes, qui ſunt a religione
chriſtiana remoti, reijciuntur, de quibus infra in
112 2. par. latius dicam. ſecundo quia teſtes debent
eſſe fideles, nec declinare à dextris, neque à ſini-
ſtris, ſed verum dicere, tanquam eſſent coram
Deo, cui nihil eſt occultum, quod non reuele-
tur, & de hac fide loquitur text. in leg. 3. ff. eod.
ibi tu ſcire magis potes, quanta fides teſtibus
ſit adhibenda. dicam infra in ſecunda parte in
princip. ſecūdo principaliter requiritur in teſte
113 mos & bonum nomen, & quod communi
opinione bonum nomen obtineat. leg. prima §.
hanc enim legem. Cod. de ſumm. trinit. & fid.
catholic. alioquin ob turpe nomen eſt præſum-
ptio contra illum, & iſte inter plures teſtes pri-
mo erit torquendus. Caſ. de tor. capit. 13. num.
quinto. tertio quod ſit remotus ab omni infa-
114 mia, tam a canonica, quæ cauſatur a peccato
mortali cap. infames. 6. q. 2. vbi gloſſ. & Spec.
115 §. 1. verſic. item requiritur. quàm ab infamia
ciuili, iuris ſcilicet, vt eſt quādo per ſententiam
quis ob crimen damnatus eſt l. 1. & 2. ff. de ijs,
qui no. infa. c. omnes. 6. q. 1. & ille qui eſt in pec
cato mortali publice diffamatus, vt in publico
concubinario, non eſt idoneus teſtis niſi muta-
uerit vitam & diu ſaltem per triennium bonam
famam adeptus fuerit, vt ſup. nume. 103. ſic de
eo qui iam fuit de crimine conuictus quamuis
poſtea emendatus nihilominus non erit teſtis
idoneus, vt eſſe com. teſtatur clar. §. fi. q. 24. ver-
ſic. quæro numquid, & de teſte in peccato mor-
tali. vi. Orian. in c. quoniam contra. de probat.
116 cap. 8. num. 73. & 74. fol. 113. Quando autem
ipſo iure, & facto infamia irrogetur. vt. Andr.
Barbar. eo. tract. nume. 13. in 2. par. cuius in hoc
mihi non placet op. nam ſi non feciſſet, vel ſal-
tem eſſet conuictus ipſum feciſſe id, quod prohi
bitum eſt, certè non damnaretur, & illa ſubti-
litas nimis quidem ſubtilis eſt: quia & ſi damna
tus erit de facto non fieri prohibito, retractabi-
tur condemnatio, tanquam ipſo iure nulla l. ſan
cimus. Cod. de teſt. & vt. Caualca. deciſ. 12. nu-
me. 58. fol. 173. 1. par. primæ par. & conſequen-
ter nulla infamia irrogetur. Dy. in reg. quod
117 contra ius. de reg. iu. in 6. & quomodo ſint in-
telligenda illa verba, ipſo iure, vel ipſo facto; vi.
D. Hip. Bonacoſ. in ſuis quæſt. crim. in verb.
ipſo iure. vbi pulchrè, & latè; Vant. in tractat.
de nullit. proceſſ. titul. quor, & quibus mo. ſub
nume. 46. pag. 44 Tiraq. in l. ſi unquam ſuper
verb. reuertatur. Cod. de reuo. donat. Pract.
Pap. in for. libell. ſpol. poſſ. gloſſ. ipſo facto. Bar.
in l. iubemus. §. 1. nume. 12. C. de ſacr. ſa. eccleſ.
Pract. Marant. par. 5. num. 34. Diaz. in reg. 777.
vſque ad reg. 780. & per alios innumerabiles Do
cto, quo allega. Hip. Bonacoſ. ubi ſupra in verb.
ipſo iure. Repellitur etiam, ſi infamia ſit facti,
118 vt eſt quando quis amittit apud probos cre-
ditum bonę vocis, & famæ, omittendo id, quod
quilibet probus vir, ſiue in dicendo, ſiue in fa-
ciendo, non omiſiſſet, aut faciendo id, quod vir
Dei timoratus, & ſeculo honorificatus non fe-
ciſſet, arg. tex. in regul. qui non facit id, quod fa-
cere debet, videtur facere aduerſus ea quæ facit,
& qui facit quod non debet, facit quod facere
iuſſus non eſt. ubi. Deciſ. de regul. iur. & de qua
infamia habetur. in leg. 1. gloſſ. ff. de ijs, qui not.
infam. capit. 2. extra. de teſtam. gloſſ. in leg. 1. C.
ex quibus cauſ. infam. irrogat. Nepol. à Mont.
Alber. eod. tract. num. 16. cum plur. ſequent. &
Iodoc. Damh. eod. tracta. de teſtam. numer. 19.
119 Hic eſſet quærendum, an infames aliquo in
caſù admittendi ſint, ſiue infames ſint infam.
cano ſiue infamia ciuili, de quo artic. dicetur
infra in 4. par. interim recurrendum eſt ad Do.
Iaco. Menoch. in tracta. de arbitr. iudic. quæſt.
27. vbi nume. 7. in quattuor caſibus vult poſſe
120 admitti. Mores quidem qui ſunt ad bene eſſe,
vltra quod a natura quis ſanguine nobilis exi-
ſtat, ſunt etiam honores, dignitates, virtutes,
conuerſatio bonorum, ſimulatio malorum, &
vitæ, & corporis pulcritudo, diſcretio, alacritas,
bona indoles, & ſtudium, precipuè timor Do-
121 mini, quia timor domini eſt initium ſubſtan-
tiale, & perneceſſarium omnib. Chriſti fidelib.
ſemper enim ſubintelligitur, ex quib. omnibus
illud fit, quod homo homini, dicitur Deus. ſiue
de homine interiore, ſiue de exteriore loquatur.
Nam

Digitized by Google

123 Nam noſter intellectus, memoria, & volun-
124 tas ſunt potentiæ principales animæ quæ dominantur exterioribus ſenſuum noſtrorum, & vir fortis & ſapiens alijs dominabitur. ſicut ſe ipſum exterius per interiores virtutes. vide vitam Beati Franciſci de Aſſiſio. Et quoniam ſupra numero 4. dictum eſt omnes teſtes compelli poſſe ad teſtificandum. per l. iudices. C. de fid. inſtru. & to. tit. de teſt. cog. & ſpe. eod. tit. noſtro tamen non poſſunt cogi niſi a ſuo iudice ordinario & non ab alio niſi per literas ſubſidiales, vel periculum eſſet in mora, quia teſtes eſſent exteri, & ſtatim receſſuri, vel aliter. Angel. d. tract. nu. 21. in addit. & quot modis, quis dicatur ſuus iudex, vi. Caualca. deciſ. 1. & 2. par. 1. alioquin nec ab arbitro quis poteſt compelli, quia nõ habet Iuriſditionem ordinariam. Alber. eod. tract. c. 6. nu. 48. cum ſeq. nec a delegato ſi in delegatione non fuerit comprehenſa authoritas ſiue expreſſe ſiue tacite. Doct. auth. multo magis. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. & qui regulariter cogi non poſſunt ad teſtificandum, vt infra nu. 37. & ſeq. in 4. par. tamen vbi veritas aliter haberi non poteſt omnes ſunt cogendi. Oria. eo. tract. num. 41. Duen. reg. 384. Gabr. cõcluſ. 1. de teſt. Campeg. concl. 147. vſq; ad concluſ. 160. & inf. in 5. par. num. 120. & 195. & quo ad Parentes contra filios, virum contra vxorem, fratrem contra fratrem, & econtra, bene eſt aduertendum ne etiam admittantur caſu quo veritas aliunde haberi non poſſit in cauſis criminalibus in conſulto ſuperiore, qui poterit de plenitudine poteſtatis hoc facere, ſi ei expediens videbitur, & ex confeſſione inde ſecuta poterit Reus puniri. ſed ex dicto iſtorum nunquam diceretur conuictus, ſed tantũmodo poſſet torqueri. Clar. §. fi. q. 24. verſ. penul. & fi. vbi de teſte qui non debuit examinari ſi tamen fuerit examinatus ait. & Bar. in l. fi. C. de ijs quibus vt indig. Put. de ſindic. in ver. tortura. ca. 11. vbi ait facere inditium tantum ad inquirendum, niſi ſit etiam periurus. Ceſal. conſil. 233. nu. 7. & 8. volu. 2. vi. infra in 4. par. nu. 165. quæ faciunt ad ſtat. Mantuæ ſub Rub. de probat. in criminal. vi. in 2. par. ſub n. 159. & in 4. par. Fal. 229. lit. y.

SVMMARIVM.

1 *In ore duorum, vel trium ſtat omne verbum.*
2 *Numerus teſtium modò maior, modò minor eſt, ſecundum actus qualitatem.*
3 *Numerus duorum vel trium teſtium regulariter ſufficit in quolibet actu, niſi iura de certa quantitate diſponant.*
4 *Pluralitas numero duorum contenta eſt.*
5 *Ius commune ſilet, quando per ſtatutum, aut conſuetudinem de numero teſtium aliter ſeruatur.*
Statutum, aut conſuetudo illa, quæ non eſt contra bonos mores, ſeruatur, ibi.
6 *Teſtes quot ſunt neceſſarij in inſtrumento, & numero 11.*
7 *Conſuetudo, ſtilus, & obſeruantia quando tenent, & num 10.*
8 *Conſuetudo quomodo probatur, quando allegatur circa numerum teſtium.*
9 *Conſuetudo per inſpectionem inſtrumenti redditur notoria.*
10 *Conſuetudo, ſtilus, & obſeruantia, quomodo intelligitur, remiſſiuè.*
11 *Duo teſtes ſufficiunt regulariter in quolibet contractu.*
12 *Inſtrumentum, coram populo factum, non eget teſtibus.*
13 *Teſtis adeſſe inſtrumento, datur pro forma.*
14 *Panis frumenti eſt vltimum remedium, quod datur pauperibus Lumellinæ, quando ſunt valde infirmi.*
15 *Contractus, qui excedit quinque libras auri, quinque teſtes requirit. num. 18. & 19.*
16 *Libram auri quot aurei faciunt.*
17 *Libra argenti quot aureis conſtet.*
18 *Solidum quot aurei faciant.*
19 *Azo. opinio, quo ad contractum, excedentem libram auri.*
20 *Solutio quot teſtibus probetur.*
21 *Confeſſionem creditoris de credito recepto ſuſtinent quinque teſtes, quamuis creditor neget.*
22 *Filiatio quot teſtibus probatur.*
23 *Rogitus quot teſtibus probatur.*
24 *Inuentarium coram tribus teſtibus fieri debet.*
25 *Inuentarij conficiendi practica.*
26 *Terminus datus eis, quorum intereſt ad faciendum inuentarium, debet eſſe 30. dierum.*
27 *Comparatio literarum coram tribus teſtibus fieri debet.*
Comparatio, ſeu experientia ponderum & menſurarum qualiter fieri poteſt. ibi.
28 *Depoſitum quot teſtibus probatur eſſe factum.*
29 *Teſtis ſolus quibus caſibus ſufficit.*
30 *Cuilibet creditur deponenti circa artem ſuam.*
31 *Interruptio præſcriptionis qualiter probetur.*
32 *Mulier renuntiando S. C. Velleiano coram 3. teſtibus id facere debet.*
33 *Libertas, per epiſtolam data, valet ſi tribus teſtibus conſtet.*
34 *Libertas inter amicos coram teſtibus 3. valet.*
35 *Libertas per tranſitum data, vel in eccleſia, vel in conſpectu populi, non indiget teſtibus.*
36 *Repudium ſeptem teſtes rogatos requirit.*
37 *Subdiaconi recuſatio non tenet niſi coram 7. teſtibus fiat.*
38 *Accuſatio exportantis militarem Annonam debet conſtare 11. teſtibus.*
39 *Sententia coram quot teſtibus pronuntiari debet.*
40 *Libellus Biracini facit pro criminaliſtis.*
41 *Subrogatio Præpoſiti debet fieri coram 15. teſtibus.*
42 *Accuſatio Cardinalis, & Epiſcoporum quot teſtibus oporteat probari.*
43 *Teſtes quot ſufficiunt ad conuincendum ſupremos prælatos de hæreſi.*
Item ad conuincendum Imperatorem.
44 *Cauſa Pontificis, & Imperatoris eſt de maioribus, quæ tractari poſſunt; & magis omnium periculoſa.*
Hæreticus nullus vnquam Papa, nec Imperator fuit, ibid.
45 *Priuilegiorum inſpectio coram quot teſtibus fieri debet.*
46 *Inueſtitura quot teſtes adeſſe debent.*
47 *Scriptura ſolutionis deperdita, quomodo per teſtes poterit probari ſolutio.*
48 *Solutio debiti facti per inſtrumentum, quot teſtibus probatur, &*
Solutio debiti facti per ſcripturam publicam, &
Solutio debiti facti per ſcripturam priuatam. ibidem.
49 *Teſtes quot requiruntur in vlt. voluntatibus.*
50 *Teſtamentum in ſcriptis, & nuncupatiuum corã 7 teſtibus debet probari, quod ſi omittatur.*
51 *Teſtamentum cæci 8. teſtes requirit.*
52 *Cęcorum voluntates circa ſolemnitates regulari debent ſecundum voluntatem eorum, qui vident. fallit vt ſupra.*

53 Teſtes tot requiruntur ad ſolemnizãdum actum, quot requiruntur ad deſtruendum, & numero 67.
54 Teſtamentum factum tempore peſtis ſufficit coram 5. teſtibus.
55 Teſtamentum Ruri factum coram quinque teſtibus valet.
Differentia inter Rurales, & ciues Ruri commorantes. ibid.
56 Rurales ſunt ad inſtar Aſini molendinarij.
57 Teſtamentum tempore belli coram quinque teſtibus valet.
58 Teſtamentum militis, dum eſt in conflictu, etiam ſine teſtibus valet.
59 Teſtamentum factum in carcere ſufficit, ſi adfuerint quinque teſtes.
60 Teſtamentum ad pias cauſas coram duobus teſtibus valet.
61 Teſtamentum inter liberos valet coram duobus teſtibus.
72 Codicillis quinque teſtes adeſſe debent.
63 Donatio cauſa mortis coram quinque teſtibus fit.
64 Teſtamentum coram iudice, & duobus teſtibus valet.
65 Iudicis præſentia ſupplet defectum ſolemnitatis.
66 Teſtamentum coram Imperatore, ſine teſtibus valet.
67 Teſtamentum an coram tribus teſtibus poſſit reuocari.
68 Error ſolemnitatis, & error voluntatis, quot teſtibus probatur.
69 Teſtamenta ſolemnia debent habere teſtes rogatos.
70 Teſtamenta, quibus non oportet teſtes eſſe rogatos.
71 Contractus requirunt teſtes eſſe rogatos.
72 Donatio cauſa mortis an ſapiat magis naturam vlt. volunt. aut contract. inter viuos.
73 Teſtes eſſe rogatos, & non rogatos, quibus caſibus oportet.
74 Teſtes quomodo dicuntur rogati.
75 Teſtes quomodo fortuiti dicuntur.
76 Rogitus teſtium cuius effectus ſit.
77 Rogitus eſt facti, ideo non præſumitur.
78 Teſtes in teſtamentis & vlt. volunt. vnico conteſtu adeſſe debent.
Tabelliones crimen falſi committunt, aſcribentes ſibi aliquid in teſtamentis, ibid.
79 Deus malorum vindex.
80 Teſtes in vltimis voluntatibus debent videre, & audire, in contractibus ſufficit audire.
81 Teſtes circa actus ſolemnia quid concludere debent.
82 Iudex non debet eſſe nimis ſcrupuloſus.
83 Actoris intentio duobus nititur teſtibus.
84 Capitulorum quodlibet probari debet duobus teſtibus.
85 Inditium quot teſtibus probari debet.
86 Inditium non definitur.
Inditium quod ſit ſufficiens, arbitrio iudicis relinquitur. ibid.
87 Inditium quot modis firmitur.
88 Inditium, quando lex non præſumit probari debet per duos teſtes.
89 Indiciorum genera quæ ſint.
90 Indicia proxima, & immediata, & directa.
91 Inditia remota an ſufficiant, & quomodo numero 121.
92 Inditia leuia quę dicuntur.
93 Suſpitio vehemens quando dicitur.
94 Inditia indubitata, & num. 137.
95 Inditia iuxta qualitates criminis debent conſiderari.
96 Teſtes in materia inditiorum qualiter concludere debeant.
97 Inditia quæ dicuntur ſufficientia ad inquiſitionem & num. 111.
98 Pœna eſt menſura delicti.
99 Inquiſitiones, quæ formantur ſine inditijs.
100 Inquiſitiones contra illos, qui alijs præſunt, nec ſubiacent ſyndicatui, qualiter formari debent.
101 Iudex rem furatam perquiri facere poteſt in domo vicinorum.
102 Inditia in materia furti quomodo aſſumi debent.
103 Perſonæ, contra quas lex præſumit.
104 Delictum ante omnia conſtare debet, num. ſeq.
105 Statutum de damnis datis, & eius interpretatio, remiſſiue.
106 Inditijs treſdecim dignoſcitur, a quo damnum datum eſt.
107 Delictum conſtare, quando dicitur.
108 Inquiſitio ex officio differt ab ea, quæ fit ad inſtantiam partis.
109 Iudex ex officio, quibus caſibus inquirere poſſit.
110 Iudex officium ſuum quando impartiri non tenetur, niſi petenti.
111 Teſtis vnus an ſufficiat ad tranſmittendam inquiſitionem.
112 Teſtes in crimine leſæ maieſt. qualiter etiam inhabiles admittantur.
113 Inquiſitio eſt fundamentum intentionis fiſci.
114 Teſtis vnus quando ſufficit, an omnino debet eſſe omni exceptione maior.
115 Teſtes remoti duo, loco vnius non remoti adhiberi debent.
116 Teſtes duo ſingulares non coniunguntur ad faciendum vnum perfectum.
117 Teſtes quot requiruntur ad torquendum.
118 Inditia eſſe ſufficientia ad torturam, quomodo cognoſcitur.
119 Dictum vnius teſtis an ſit ſufficiens ad torturam.
120 Teſtimonium proximum quando dicitur.
121 Inditium remotum quando dicitur.
122 Inditium remotum quot teſtibus probatur.
123 Teſtes duo remoti quando loco vnius teſtis proximi adhibentur, an oportet eos eſſe omni exceptione maiores.
124 Iudex in tortura teſtium qualiter ſe gerere debet.
125 Duo imperfecta non coniunguntur ad vnum perfectum faciendum.
126 Mendacium probatur vnico teſte.
127 Maleficia vnico teſte conſtare poſſunt.
128 Fama an per vnum teſtem probetur.
129 Fama quotuplex ſit.
130 Quod poſterius eſt probatum, tenet.
131 Dictum vnius teſtis an ſit ſufficiens ad condemnandum.
132 Vox vnius, dicitur vox nullius.
133 Teſtis vnius, ab vtraque parte productus, plenam fidem faciet.
134 Speciale eſt, quando dictum vnius teſtis ſufficit.
135 Dictum vnius teſtis, quando plenè probet.
136 Inditia illa, quæ ſufficiunt ad inquirendum an etiam ſint ſufficientia ad torquendum & condemnandum.
137 Inditia dubitata & indubitata cuius effectus ſint.

Inditijs

Inditij quamuis grauiſſimis corporaliter nemo puniri deberet, declara, vt ibi.

138 *Pœna pecuniaria procedit etiam ſi inditia non ſint grauiſſima.*

139 *Statutum quod contumax habetur pro confeſſo, & conuicto, quomodo intelligendum.*

140 *Contra contumaces omnia iura clamant.*

141 *Contumacia eſt graue delictum, & illud aggrauat.*

142 *Intellectus, l. abſentem. ff. de pœn.*

143 *Scriptura deperdita, quando per teſtes contenta in ea poſſint probari.*

144 *Non eſt anguſtianda facultas teſtium.*

145 *Effrenata multitudo teſtium à iudice reijci poteſt.*

146 *Multitudo teſtium quando dicitur effrenata.*

147 *Iudex in refrenatione teſtium quomodo ſe gerere debet.*

148 *Practica refrenandi teſtes.*

149 *Renunciatio probationibus quando fieri debet.*

150 *Concluſum in cauſa, quando dicitur.*

151 *Teſtamentum quot, & quibus teſtibus impugnetur.*

152 *Inſtrumentum quot, & quibus teſtibus impugnetur.*

153 *In dubio ſemper pro actu præſumendum eſſe.*

154 *Tabellio quando vicem vnius teſtis ſuſtinet, & & quomodo, num. 163.*

155 *Teſtamentum eſſe factum, quot teſtes probant; Item & inſtrumentum, ibid.*

156 *Conſuetudo addere, & detrahere poteſt ſolemnitatibus a iure requiſitis.*

157 *Probatio contra inſtrumentum quot teſtibus fieri debet, quando eſt conuentum, quod inſtrumentum non valet, niſi ſuperinde fiat publica ſcriptura, quomodo id intelligi debet.*

158 *Probatio admiſſa, quę alias admitti non deberet, valet.*

159 *Pax probata per teſtes, an valeat.*

160 *Multa facta tenent, quæ ab initio prohiberentur.*

161 *Falſitas probari poteſt.*

162 *Inſtrumentum quot teſtibus reprobari poteſt. Tabellio quomodo vicem vnius teſtis ſubſtinet, ibidem.*

163 *Teſtis vnus loco tabellionis addi debet, quando inſtrumentum impugnatur vltra alios, ſupra numer. 162.*

164 *Inſtrumentum dicitur vox mortua.*

165 *Vox viua præualet mortua.*

166 *Vox mortua q[illegible]o caſu præualet viuæ.*

167 *Probationes, q[illegible]æ in antiquis ſuſſiciunt.*

168 *Teſtes ſi in teſtamento, aut in inſtrumento ſcripti, & non ſcripti ad[illegible]antur, quando impugnatur alterum ex illis [illegible] præualent, teſtes ſcripti, aut non ſcripti.*
Teſtes an præualeant inſtrumento, & è contra, ibidem.

169 *Practica contradicendi inſtrumento per teſtes.*

170 *Probationes, quas fieri per ſcripturam tantum oportet, & quæ per teſtes*

171 *Voluntas, & non verba attend[illegible]ur.*

172 *Contrariorum vno poſito, ſequitur alterius remotio.*

173 *Contraria contrariis curantur.*

174 *Inſtrumentum, quibus modis impugnetur.*

175 *Affirmatiua quot teſtibus impugn[illegible] poſſit*

176 *Affirmantibus duobus plus creditur, quam mille negantibus.*

177 *Dictum, per quod delictum excludere magis attenditur.*

178 *In delictis mitiorem partem ſequimur.*

179 *Cauſa fauorabilior attendi debet.*
Rei cauſa fauorabilior dicitur, ibid.

180 *Probationes quando ſunt hinc inde partis, quænam præualent & num. 188.*

181 *Actori quando eſt fauendum, & quando Reo.*

182 *Reo ſemper in dubio eſt fauendum.*

183 *Teſtes duo hinc inde contrarij, an alterum de falſo poſſit puniri.*

184 *Cognito vno de contrarijs, cognoſcitur & reliquum.*

185 *Actus in dubio dicitur magis valere, quam perire.*

186 *In pari cauſa poſſeſſor potior habetur.*

187 *Poſſidens ex reſcripto præfertur habenti reſcriptum tantum.*

188 *Teſtes quando ſunt hinc inde in pari numero, quinam præualere debent.*

189 *Numerus teſtium minor quandoque præualet maiori.*

190 *Tabelliones actoris præualent tabellionibus rei.*

191 *Teſtes, reddentes cauſam ſcientiæ, præualent ijs, qui eam non reddunt.*

192 *Dictum proximum, & directum præualet dicto remoto, & obliquo.*

193 *Numerus teſtium vbi eſt maior, ibi magis veritas adeſſe præſumitur.*

194 *Teſtium qualitas, & non quantitas eſt inſpicienda.*

195 *Teſtes in omnibus cauſis arduis debent eſſe omni exceptione maiores.*

196 *Cauſæ arduæ, quæ dicuntur tam in ciuili, quam in criminali.*

197 *Iudicis arbitrio relinquitur, quænam dicantur cauſę magnæ arduæ, quæ leues & paruæ.*

DE NVMERO TESTIVM.

Secunda Pars.

EXpeditis de qualitate teſtiū, ſequitur videre de eorū in quolibet actu quātitate, quæ quātitas, ſeu numerus teſtiū aut eſt a iure deſignata, aut non; & eſt regula generaliſſi-
1 ma, quod numerus duorum, vel trium ſit ſufficiens, quoniam in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum. vt in l. vbi numerus. ff. eod. & 2. quæſt. 1. extra. eod. apud Matt. capit. 18. ibi aſſumpſit Ieſus Petrum, Iacobum, & Ioannem.
2 Verum creſcente in dies malitia hominum, per ſacros Cano. & ll. Imper. obuiā itum eſt. Adeo quod modò maior, modò minor numerus teſtium requiritur, pro vt qualitas negotij expoſtulat. vt in l. teſtium facilitatem. C. de fid. inſtru. & nou. in l. fin. §. cum enim. C. de fideic. Nepol. a Mont. alba. eod. tract. num. 85. Quæ ſupradicta reg. procedit limitatiuè, videlicet quod in quolibet actuum nō requiritur minor numerus duorum, vel trium teſtium, & hęc eſt omnium com
3 munis ſententia; ad quam regulam, vt dixi, ſemper eſt recurrendum, vbi aliter de certo teſtium numero in aliquo actu non ſit iure cautum. d. l. vbi numerus. & quæſt. 3. c. vbi numerus. Plura
4 [illegible]tas enim [illegible]orum numero contenta eſt, quæ regula valet in omni re. tamen limitatur, vt infra per diſcurſum & præcitum. ſut. Farinac. ſuo trac. de teſt. poſt hæc impreſſa q. 63. cap. 5. num. 222. cum mult. ſeq. & ne miretis ſi dixerim poſt hæc impreſſas, quoniam primo fuit impreſſio

met de teſt. licet hæc ſit 2. Maniuæ & 3. Franc.
forti. Si verò per ius municipale, aut prouinciæ
conſuetudinarium aliter ſeruabitur, hoc in caſu
5 ius commune ſilet; Nam quando ſtatutum, aut
conſuetudo verſatur circa ea, quæ non ſunt peni
tus iuri communi contraria, nec contra bonos
mores, illud ſtatutum, & illa conſuetudo eſt ſer
uanda, tex. eſt in l. ſi aliena. ff. de offic. proconſ.
§. ex non ſcripto Inſtitu. de iur. nat. gent. & ci.
& hanc opinionem communem eſſe teſtatur
Bart. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. & Doc.
in l. nemo poteſt. de legat. 1. & in. l. ſtipulatio
hoc modo, vbi Iaſ. de verb. ob. Caualca. deciſ. 10.
nume. 12. in 1. par. 1. par. Mandoſ. in eius Pract.
in tit. de execut. commiſſ. car. 106. colu. 4. Rim.
Iun. conſi. 368 num. 43. & ſeq. vol. 4. & inf. nu.
A 7. Conſuetudo autem probanda per teſtes pari-
formiter debet probari, & teſtes debent atteſta-
6 ri in ſpecie factum quod viderint, etiam de viſu
facti de cuius facto conſuetudo allegatur: Item
de illo vſo frequentato diuturnitate temporis,
concordando in facto, vſu, & tempore, & vi.
Gram. conſi. 82. Caualca. deciſ. 11. num. 46. fo.
149 p. 1. Bal. & Saly. in l. de quibus. ff. de leg. &
licet cõſuetudo præſcripta ſit difficilis probatio
nis Menoc. de arb. iud. caſ. 81. nume. 10. & caſ.
82. & q. 71. & ſupradicti Doct. tamen teſtes pro-
bant ſi deponant caſum euenitſe pluries, & à po
pulo fuiſſe receptum & ex tribus actibus frequẽ
tatis probatur conſuetudo, item per teſtes ſingu
lares, item ſi non ſint citati, nec iurati. vt dicunt
Doc. quos alleg. Maſcar. de probat. concluſ. 431.
426. & 529 vbi ſtandum eſſe ait Doctori excel-
lenti atteſtanti de conſuetudine donec contra-
rium probetur. latè Bar. d. l. de quibus. de leg. &
vi. Pet. Rue. de conſuetu. col. 22. Roc. de citt. nu.
92. Quæro primò quot teſtes requirũtur in cõ-
7 tractib. & dicitur quod duo ſufficiunt. text. in §.
igitur inſtrumentum, in fi. in auth. de inſtru.
8 caut. & fid. Item tres requiruntur ſecundum ſty
lum, & conſuetudinem regionis, vniformiter
obſeruatam; dummodo non ſit contra ſtatuti
formam. Bar. in l. 1. circ. fi. ff. ſolut. mat. & ita
declaratur, quod mox de conſuetudine dictum
eſt; quæ conſuetudo probatur ex inſpectione a-
9 liorum inſtrumentorum, & ipſa in ſpecie con
ſuetudinem facit notoriam, & conſequenter nõ
eget alia probatione. Bald. in l. 1. in vlt. col. C. ad
10 Velleia. Ang. in l. fin. Cod. de teſta. Apoſtill. ad
Prac. Pap. in for. opp. contr. inſtru. gloſſ. 6. lit. a.
de ſtylo, conſuetudine, & obſeruantia. vi. Caual
ca. deciſ. xj. num. 45. cum mult. ſequen. in prima
11 par. primæ par. Quod numerus duorum, vel triũ
ſufficit in quibuſlibet contractibus, cuiuſuis ne-
gotij fiant. l. iuſiurandi C. eo. & c. licet vniuer-
ſis: extra, de reſtitu. & iſta eſt veriſſima op. regu-
lariter: Quot teſtes infringunt inſtrumẽtum po
nit Caſtr. conſi. 371. præmittendum eſt vo. 1. nu.
174. fo. 44. nam etiam eſt dare caſum, quod nul
lus requiritur teſtis ſecundum Spec. in tit. de in-
ſtru. edit. §. reſtat. verſi. ſed ſcripturæ tabellionis
creditur in iudicijs. vbi dicit, ſi inſtrumentum
12 erit factum coram populo, teſtes non erunt ne-
ceſſarij, mouetur per text. in l. omnium prope.
fin. C. de teſtam. ſed an tuta ſit hæc op. ſubſiſto,
quoniam vt aliqui dicunt, poſset euenire tem-
pus, in quo nullus eorum qui audierunt tale in-
ſtrumentum celebrari coram populo amplius
13 eſſet viuus; vnde ſoli tabellioni ſi opponeretur
non crederetur. cum ſit de forma, quod teſtes in
inſtrumentis adhibeantur. tot. tit. C. de fid. in-
ſtru. & Spec. latè eod. tit. Sed poſſet ſaluari Spec.
quia, etiam ſi certi ſcripti ſint in inſtrumento te-
ſtes, idem de illis euenire poſſet, imò multo ma-
gis, quia facilius eſt duos, aut tres citius mori,
quam decem, & eadem fides tabellioni dari po-
teſt, qui ſcripſit tale inſtrumentum fuiſse die ta-
li celebratum coram populo, ſicuti, quando eſt
ſcriptum, celebratum fuiſſe etiam duobus, aut
tribus teſtibus, ſatis eſt dicere coram populo, vel
populo præſente. ſed hæc quæſtio eſt panis or-
dei; quæramus nos panem frumenti, quo nullus
melior, ſciunt pauperes Lumellinę, qui ſuorum
infirmorum extremum remedium dicunt eſſe,
quando concedunt infirmo panem frumenti,
quod eſt valde miſerandum: at de iure cõ mu-
14 ni antiquo, & etiam tempore Iuſtinia. in con-
tractu, excedente libram auri, quinque teſtes re
15 quirebantur, Auth. Sed nouo iure. C. ſi cert. pet.
noſtris vero temporibus contrarium vſu com-
pertum eſt, quia ut dixi, lex duorum teſtium nu
mero vel trium, conſẽta eſt in quolibet cõtractu,
Caualc. deciſ. 12. num. 14. in 1. par. 1. par. Et no-
16 ta, quod ſeptuaginta duo aurei in auro faciunt
libram auri. vt l. quoties. C. de ſuſcept. lib. 10.
& Budeus. de Aſſe. lib. 2. & 3. inquit, quod 47.
coronati faciunt libram auri, quem allegat ad
hoc Menoch. arbitr. iud. caſ. 72. num. 15. at libra
argenti conſtat ex quinque ſolidis. l. fi. C. de ar-
17 gent. præt. & c. lib. 11. ſolidum vero faciunt au-
rei quinque. no. gloſſ. in verb. aureos. l. vlt. ff.
de in ius voc. & Bud. annot. ad pand. in verb. ſo-
18 lidum. Federic. Schene. ex tract. de teſt. nu. 61.
& 62. ſed Azo. in ſum. C. ſi. cert. pet. num. 62.
videtur diſtinguere, quod in contractu exceden
te libram auri à quolibet facto, quinque teſtes
ſunt neceſſarij, ſed ſi ſumma erit minor libræ
aurei, tunc duos teſtes ſufficere, ait; & ibi diſtin
guit an contractus ſit celebratus in ſcriptis, vel
ſine ſcriptis: aut cum imperio, aut cum periculo,
19 quæ Azo. opinio procedere videtur; in contra-
ctu mutui, ob mutui priuilegia, vt dicit Bar. Soc.
20 conſ. 15. incip. viſis prædictis, col. 23. & Paul. de
Caſt. conſil. 212. Ad probandam ſolutionem in
ſcriptis quinque requiruntur teſtes. l. teſtium. ff.
eod. & eſt com. opinio. Item quando quis vult
21 probare, aliquem confeſſum fuiſſe ſolutum. &
ſatisfactum à debitore, quinque etiam teſtes re-
22 quiruntur. In auth. rogati. C. eo. duo teſtes pro-
bant filiationem. Paul. de Caſtr. in l. errore. C.
de teſta. ceterum ſi vnus teſtis deponat de verita
te facti, ut quia fuit præſens & ſciens, & alter de
veritate ſcripturę, ij coniunguntur ſi ſcriptura
non fuit facta eo tempore quo quis confeſſus
fuit. ad quæ vi. Farinac. de teſt. q. 64. ſub nu. 114.
cũ plur. ſeq. & aliud eſt deponere de qualitate &
de ſubſtantia ſcripturæ, aliud de continentia ſcri
pturæ primo caſu tres teſtes ad inducendam hipo
tecatiam in ea ſubſcripti debent deponere ita. l.
ſcripturas. C. qui pot. in pig. & vi. Maſcar. de pro
bat. in ver. Appoca. Anca. reg. q. x. num. e. 5. Dec.
in l. Admonendi. de iur. iuran. Alex. conſi. 181.
nu. 5. ver. a. quę no. pro recognitione ſcripturę.
vi. car. 124 nume. 1. 2. & in reper. in verbo ſcri-
ptura.

At quo ad confeſſionem teſtes deponentes ſu
per diuerſis confeſſionibus diuerſo tempore dũ
modo contineant eãdem cauſam & ſummã aut
idem factum uel dictum quamuis unus teſtis
de una & alter de altera coniunguntur. & pro-
bant. Farinac. d. q. 56. nume. 331. cum ſeq. vi. in
3. par. num. e. 186. & in materia confeſſionis la-
tiſſimè

Digitized by Google

tiſſime Maſcan. de probat. conſ. conclud. 379.
car.181.& conclus.354. nume. 13.& 14. & quo
modo filiatio probatur dicam infra num. 209.
23 in tertia par. duo teſtes etiam requirũtur ad pro
bandum rogitum. Bal.& Alex.in l.2.C.de bon.
poſſ. & eſt commun.opin.teſtatur Imol.in c.cũ
eſſes.col.14. de teſta. Alex. conſi.47.nu.3. lib.2.
etiã poteſt probari rogitus per coniecturas quã-
uis in ſcriptura teſtamenti non legatur, & per
hoc non vitiatur teſtamentum Rui. conſi.154.
num.7.in fi. vo.3. & pulcrè trad. Excel. D. Ma-
24 nent. Doct. Mantuæ in ſois allegat. nu.45.cum
mult. ſeq. In conficiendo inuentario tres teſtes
adhibendi ſunt.§.hæc autem.in auth.de hæred.
25 & fale.& eſt communis opinio,& ita ſeruatur,
Practica autem cõficiendi inuentarium eaeſt,
videlicet,quod præcedat citatio illorum, quorũ
intereſt,item pupilli,vel hæredum ſaluum fore.
Item & creditorum,legatariorum ; & fit ſemel
tantum hæc citatio, per præconẽ in locis publi-
cis,& conſuetis,puta ad Plateam, vel ad valuas
ecclefiæ parochialis;item ad ſcalas prætorij, &
datur terminos ad comparendum arbitrio iudi
26 cis,qui non excedet 30 dies. vt in l. tutores. C.
de admi.tuto. & Abb. conſi.87. lib.2. Azo. in
ſum.C.de iur. de lib. nu.7. cum ſeq. & nemine
comparẽte, tres teſtes in eorum loco ſunt adhi-
bendi, & ſic erunt ſex teſtes in totum, tres pro
actu, & tres loco citatorum, quorum intereſt;
& fiet coram iudice, & ſubſcribetur ab hærede,
qui ſi neſciat ſcribere, ab altero tabellione ſub-
ſcribatur eius nomine ; & ita etiam duo erunt
tabelliones. ſecundũ Azo.in ſum.C.de admin.
tur. num.3.& 4.& in ſum. C. de iur. de lib.nu.
7.8.& 10.& latè Bar.in eius tract.de Caſtr.cõſi.
350.vol.1. Pract. Pap.in for. libell. quo petitur
hæred.ex teſtamento.gloſſ. quæ inſtituit.col.3.
in fi.& omnino vide.D. Caualcan.in eius tract.
de tuto. & curat. num.64.107.151. qui excel-
lentiſſ. late,& bene docet qualiter inuentarium
ſit conficiendum, & non eſt neceſſe quod teſtes
ſe ſubſcribant,nec quod cognouerint teſtatorẽ,
ſed hęredem in conficiendo inſtrumẽto Inuen
tarij Pa.ca.conſi.325.ſub nu.1.vol.1. Nec con-
tra inuentarium teſtes admittuntur per l. fi. C.
arbitr.tutel. ſecus eſt ad impugnandum inſtru-
mentum inuentarij, vt infra num.174.in 3. par.
ratio vna eſt quia ſit inuentarium cum magna
ſolemnitate & contra propriam confeſſionem
ſic ſolemniter factam, eſt ſpeciale quod non ad
mittatur probatio incontrarium glo. in d.l. fi.
27 C.arb.tutel.in comparatione literarum facien
da, tres teſtes requiruntur.l.comparationis. C.
de fid.inſtrum. infero etiã,quod ſi in aliquo lo-
co non ſit publicus menſurator & qui iuſtorũ
ponderum curam non habeat, quod iudex co-
ram duobus teſtibus periculum facere poterit
de dictis ponderibus & menſuris,comparando
cum iuſtis, & de pœna vtẽtis falſis ponderibus,
& menſuris. vi. Bar. in l.ex arbitrio.ff.de var.&
extraord.cri.& Menoch. de arbitr.in caſ.217.
fol.269.& Nat.conſi.72.& Io. Regna. in tract.
de pond.& menſur.& alios quos allegat Bona-
coſſ in ſois. q.cri. in verb. menſur. Item tres te-
28 ſtes requiruntur ad probandum, depoſitarium
confeſſum fuiſſe depoſitum in ſe ſuſcepiſſe. §. ſi
quis igitur.d.auth.de fid.inſtr. & talem rem ſeu
pecuniam numerari, & deponi & nomine de-
poſiti recepiſſe. Maſc. de probat. concl.511.vo.
29 1.quandoque vnus teſtis ſufficit, vt in pluribus
caſibus,quos ponit Spec.eo.tit. noſtro.§.de nu-
mero teſtium. Item quando executor retulit
executionem apud acta.c.cũ parati. extra de ap-
pellat.l.magis.§. illud. ff.de reb.eorum.qui ſub
tu. vel tute.Pract. Pap.in for.reſp. in act. hypo-
tec. gloſſ. executionem. col.3. verſi. alio etiam
modo. item quando retulit, quem in ſcriptis,
30 vel verbo tentus citaſſe. nam cuilibet deponenti
iuxta officium ſuum creditur, vt iam dictum
eſt,& obſeruatur. Dyn.& Doct. in l. ſi quis de-
curio.C. de fal. itẽ vnus teſtis plene probat vbi
non agitur de alicuius præiudicio,vt in proban-
do Baptiſmo & ordinibus ſacris Ias. alios al-
legans in l.legatum ſub nom.20 de leg. 1. vbi li
mitat.l.iuriſiurandi. C.de.teſt. Item interruptio
31 ne præſcriptionis tres teſtes ſunt neceſſarij. l. vt
perfectius.de annal. except. latè Balb. in tract.
ſuo de præſcript.in 2.6.par. totidẽ requiruntur,
quando mulier renunciauit Senatuſc. Velleia.l.
32 antiqua.§. ne autem. C. ad Velleia. ſed hoc re-
33 gulatur iux.quãtitatem ſoluam apponi in alijs
34 contractibus. tres etiam requiruntur teſtes quã
35 do per epiſtolam libertas ſeruo datur, vel inter
amicos l.vnica.C.de cadue. toll. at quando per
tranſitum virgam Dominus vel manum impo
nit ſuper caput ſerui, dicẽdo ato te eſſe liberum,
tunc non eſt neceſſarium,teſtes adhiberi, cum
notoriè de libertate conſtet. vel in eccleſia ſi ma
numiſſi ſint, non requiruntur teſtes. Inſtitu.de
liberti §.multis.& §. ſerui. præſentia enim ple-
bis ſupplet. Azo.in ſum.C. de ijs, qui in eccleſ.
36 manumitt. quod intellige, vt ibi. num.3.& 4.
Item in repudio.7.requiruntur teſtes, & rogati.
l.nullus diuortiũ.ff.de repud. & alij ſeptem in re
37 cuſatione, ſubdiaconi,acoliti,exorciſtę lectoris
hoſtiarij Romanæ eccleſiæ,vt 2.q.4.in decret.&
38 requirũtur x1.in probatione, quod quis aſporta
uerit militarem annonam. l.per hanc. C. de e-
39 rogat.mil. anno.in probatione ſententiæ diffini
tiuę criminalis tres teſtes requirũtur,& eſt com
munis obſeruantia,vt videre eſt Biracin.in eius
40 libell.quem videre iuuat criminaliſtis.ſecus in
ſententijs ciuilib.per rationem vulgarem, quia
41 vbi maius periculum, ibi cautius agendum,de
quo ſupra. aliquãdo teſtes quindecim requirun-
tur in ſubrogatione præpoſiti ſacro. ſcrini.l. vel
42 quicunque. C.eo. de præpoſi ſacro. ſcrin.43.in
accuſatione diaconi Cardinalis 44. in accuſatio
ne presbiteri Cardinalis.72. in accuſatione epi-
ſcopi Cardinalis vt in decre.2.q.3. aliquãdo ſexa
ginta requiruntur, & etiam ſeptuaginta.de qui-
bus in c.præſul.5.q. licet hodie communis ob-
ſeruantia non vtitur tanto numero, Decia. tract.
cri.de Delict.lib.2.c.21. num.34. Sed quod per
duos, aut tres teſtes quilibet clericus damnari
poſſit,etiam ſi eſſet Summus Pontifex, qui eri.
hæreſis laboraret, quod Deus auertat Clar. q.
66.verſ.peoul. & ver. fi. ita tenet Io. Crot. eod.
43 tract.ſub.num.226. qui refert Abb. & Grat. &
Doct. ita tenere Bero.in c. atſi clerici, num.8. de
iud. vbi inquit eſſe co.& ita ad conuincendum
Imperatorem. communem ait Suarez. recept.
44 ſent. in ver. teſtes duo. num.221. Sed re vera
hæc eſt ex maioribus, & magis arduis caſus,
quæ inter chriſtianos tractari poſſet, & ex ma-
gis periculoſis, ideo nec multitudo debet eſſe
exceſſiua,nec parua,ſed aperiendi ſunt oculi,ne
videant vanitatem.at. tex. in l.1. §. ſi quis. ff. de
carbo.edic. Lanf.de Oria. eo.tract.num.29. lege
tur in libro appellato Flos ſanctorum,quod Pa
pa Damaſus cauſam ſuam coram. 40. epiſcopis
defendit. cuius ſolemne celebratur die 11. De
cembris,

Digitized by Google

cembris, at ſemper memoriæ mandabo id quod
ſemel audiui à Reuerēdiſs. Epiſcopo Aequenſi;
quod nunquam hæreticus Papa fuit, nec Im-
perator vllus Vgonotus, & in materia inquiſi-
45 tionis de Hæreſi vi. etiam D.Decia. d. tract. cri.
c.35. per tot. lib.5. Vide inter alios Bellar.lib.de
Pont.max. In inſpectione priuilegiorū 12. teſtes
requiruntur, cap. accepimus.extra de fid. inſtrū.
46 in fin. Sed quæro, quot, & quales teſtes requi-
rūtur in inueſtitura feudi, & breuiter eſſe diſtin
guendum: aut eſt inueſtitura noua, aut antiqua.
ſi noua, tunc duo teſtes. vel tres cōuaſſalli requi-
runtur, & iſti teſtes, ſeu conuaſſalli debent eſſe
perſonæ pares. ſi vero antiqua, pariter idem nu-
merus ſufficit, nec refert, an ſint extranei. etiam
inueſtitura noua, quando Dominus non habe-
ret pares ſibi; vt in rub. & in capit. 1. in tit. quot
teſt. ſunt neceſ. ad nouam inueſt. & tot. tit. quot
teſtes. ſufficiunt ad prob. feud. Pract. Pap. idem
notat. in for. libr. quo agitur ad reuocat. feud.
gloſſ. inueſtiuit dictum Ioannem. in fin. Bald.
in eod. titu. qui teſtes ſint neceſſarij per to. & ibi
quot teſtes probant ingratitudinem feudatarij.
47 Quæro etiam, pone quidam debebat decē Sem
pronio, de quo nō conſtat aliqua ſcriptura; quia
vel facta non fuit, vel fortè deperdita, quomodo
probabitur hæc ſolutio, dico, quod probabitur
per quinque teſtes, ad hoc præſentes, & rogatos.
auth. rogati. C. de teſt. Azo. in ſum. de teſt. num.
21. & ita tenet Ortan. eod. tract. nu. 30. niſi ſtatu
to caueatur quod contra inſtrumentum ſolutio
probari non poſſit, niſi per aliud inſtrumētum.
vt Papiæ in ciuilibus & alibi, & ad hoc Viui. co.
op. in verb. teſtis in ſcriptura. fol. 250. ſed ſi ſcri-
ptura fuerit deperdita poterit per teſtes probari.
& Spec. eod. titul. §. de numero teſtium inquit,
duos tantum rogatos ſufficere, ſed ſi non erunt
rogati, quinque neceſſarios eſſe. vt in dic. auth.
rogati. quæ opinio magis videtur textui conſo-
na, non enim cauetur, hoc in caſu, de numero,
ergo ad regulam generalem recurrendum eſt, vt
dixi. idem ſi non fuerint rogati vt in ſcriptura
48 priuata ſeu chirographo. Quinque teſtes etiam
rogati probant, quem confeſſum fuiſſe ſolutio-
nem ſibi factam a debitore de eo, quod quis per
inſtrumentum debebat. Lanfran. de Oria. d. nu.
30. eod. tracta. & Spec. vbi ſupra in dictis locis.
In ſcriptura publica duo teſtes ſufficiunt ad pro-
bandam ſolutionem. d. §. igitur inſtrumentum.
auth. de inſtru. caut. in fi. quod eſt mente tenen-
dum. At in priuata ſcriptura tres ad minus. l. ſcri
ptura tres ad minus. leg. ſcripturas. C. qui pot. in
pign. dummodo à tribus teſtibus ſit ſubſcripta,
vt requiritur in tali ſcriptura. vt dicā infr. & in
ſupradictis tribus caſibus notandum eſt, quod
etiam in aliquibus actibus, quamuis non ſolem
B nibus, teſtes requiruntur rogati. Si quis per e-
ius excellentiam eſſet ad aliquod munus ad-
mittendus qui alias propter ætatem non debet
admitti, arg. eius quod dicit Ludo. Rom. in l. 2.
cum quid ſi cert. pet. talis excellentia debet pro-
bari per vigintiquinque teſtes, vt eſt tex. ſing. in
l. vnicuique C. de prox. ſacro. ſcript. lib. 12. & ita
tenet Iaſ. in l. cum quid. colu. 5. ſed in probanda
excellentia maiori alterius excellentiæ minoris
49 requiruntur 15. teſtes. Quæro nunc, quot te-
ſtes requiruntur in quolibet actuum vltimæ vo
luntatis: & primo quot in teſtamento, & dico
regulariter ſeptem teſtes requiri tam in ſcriptis,
quam in nuncupatiuo, & hoc eſt communi cal-
culo receptum a Doct. in l. hac conſultiſſima.

C. de teſta. Viui. co. op. verſic. teſtes ſeptem. Ad-
C uerte tamen, quòd probata expreſſa mente teſta
50 toris, dicitur probata tacita, ſicut de hypoteca,
& ſubſtitutione dicitur. per l. primam. ff. de rei
vxor. act. Bald. eod. tract. de teſt. nu. 19. D. Anto.
in c. ſignificauit de teſt. col. penul. vbi ſi in teſta-
mento ſunt ſeptē teſtes deſcripti, ſufficiunt quin
que deponentes ſuper qualitate ſubſtantiali te-
ſtamenti, vt etiam in c. ſicut in fi. de re iud. idem
Anto. ait. Et ſicut in probanda vera & expreſſa
voluntate Defuncti, requiritur legitimus nume
rus teſtium; ita in probanda tacita & præſum-
pta mente teſtatoris, ſeptem teſtes requiruntur.
glo. ſing. & ord. in l. cum proponebatur. ff. de le-
51 gat. ſecundo vbi Bar. Nam taciti, & expreſſi eſt
eadem virtus. l. cū quid. ſi cer. pet. Miſſing. ob-
ſeruat 98. Centu. 4. ſed ſi teſtamentum fortuito
amittatur, eius tamen amiſſio, & tenor proba-
tur per duos tantummodo teſtes teſtamentarios
& fidem faciunt, dato quod eſſet quæſtio de vo-
luntate. not. Bar. in l. ſi quis ex argentarijs. §. vlt.
lect. 2. de edend. & Bald. in l. teſtium, colum. 2.
C. de teſtam. Cattel. cott. memoral. in verſi. ini-
52 micitiæ capitales. licet alij. colum. 3. At in teſta-
mento cæci ſolemniter confecto octo teſtes ne-
ceſſariò debent adeſſe: ita tenent ſcrib. in dict. l.
hac conſultiſſima. §. ſed quia. Eſt tamen verum,
quod in alijs diſpoſitionibus cæcorum, eorum
voluntas regulatur ſecūdum voluntatem viden-
tium: & eſſe communem & veriorem opinio-
nem aſſerit Hip. Riminald. in tit. de donat. nu.
626. in princ. & Craſſ. eod. tract. vltim. volunt.
§. donatio. quæſi. 7. tamen teſtamentum Cæco-
rum valet inter liberos ſi non adſunt in eo tot
teſtes, ſed duo tantum, vt in teſtamento non Cæ-
corum. Bald. in l. hac conſultiſſima. nume. 1. &
ſeq. C. qui teſtam. fa. poſſ. Cepol. caut. 90. & not.
quot quot teſtes requiruntur ad ſolemnitatem
53 actuum vlt. volunt. tot requiruntur, ad reuoca-
tionem voluntatis. tenet Soc. Iunio. conſil. 145.
num. 9. & ſeq. volu. 2. Craſſ. vbi ſup. q. 84. & di-
cam infra num. 67. & lit. D. in fi. & vi. Marſ. in
pract. §. reſtat. num. 6. cum mult. ſeq. vbi infert
multa in quibus eadem ſolemnitas requiri-
tur ad deſtruendum, quæ ad conſtruendum in-
ſtrumenta, & nota ſemper quod debet articula-
ri & probari id quod eſt cauſa impugnationis.
54 Cor. conſ. 316. num. 34. vol. 1. ſupradicta regula
de ſeptem teſtibus adhibendis in teſtamentis,
primo fallit in teſtamento condito tempore pe-
ſtis, in quo quinque ſufficiunt, & ita obſeruari
teſtatur Boer. deciſ. 218. num. 11. vbi iux. aliquo
rum ſententiam duos teſtes ſufficere, ait, Rip. in
55 tract. de peſt. priuileg. ſecundo. fallit in teſtamen
to ruri facto. nam numerus quinque teſtium ſat
eſt. Bar. in l. fin. C. de teſta. & eſſe com. op. teſta-
tur Boer. deci. 328. quod procedit in rure paruo,
& homine egeno, vt in paruis vicis & in Pagis.
l. fin. C. eod. de teſta. Craſſ. d. §. teſtamentum. q.
54. num. 7. ubi ponit differentiam inter nobiles
villæ, ſeu ruri commorantes, & proprios rura-
les ibi natiuos, licet & ipſi aliquo modo poſſunt
eſſe nati ex nobili ſanguine, quod facile eſſe po-
56 teſt, at iſti rurales, ut plurimum ſunt ad inſtar
caudæ Aſini molēdinarij farinæ tinctæ; uel mul
ti ex eis faciunt libenter illud, nos poma nata-
57 mus. fallit tertio in teſtamento tempore belli,
in quo pariter quinque teſtes requiruntur, quæ
opinio eſt communis & approbata. Craſſ. d. q.
53. num. 10. quod procedit, ſi a pagano factum
ſit, ſecus ſi à milite, quia in hoc caſu diſtinguen-
dum eſt,

Digitized by Google

dum eſt, aut ſit teſtamentum à milite, dum eſt
58 in bello. & in conflictu in acie, & tunc etiam
ſine teſtibus ſpeciatim adhibitis nuda volunta-
te coixa valet teſtamentum, ſecundum commu-
nem ſententiam; aut ſit à militibus ſub tentorio
vt puta quãdo commorantur in aliqua terra ſub
vexillo, expectantes iuſſum eundi citò ad bel-
lum, & tunc numerus duorum teſtium ſat erit,
tex. in l. milites. C. de teſta. mil. to. ti. ff. eo. l. diu-
us in princ. & l. Lucius. ff. de teſta. milit. Pract.
Pap. in for. lib. quo petitur hæred. ex teſtamen-
to. in gloſſ. vallato. legitimo numero teſtium.
Quarto fallit, quando teſtamentum ſit in carce-
59 re, quinque enim teſtes ſufficiunt. Vaſq. de ſuc-
ceſſ. creat. §. 23. num 3. Rip. in tract. de peſt. pri-
uileg. vltimo, & teſtes non debent eſſe ex carce-
ratorum numero, qui numerus neceſſitate co-
gente minor etiam ſat erit. per ſupradicta quam
uis executor teſtamentarius poſſit eſſe teſtis in
teſtamento. Maſcar. de probat. cõcluſ. 710. quin-
to fallit in teſtamento ad pias cauſas. nam quin-
60 que teſtes ſatis erunt. imò aliqui. Doct. tenent,
duos tantum ſufficere per c. relatum. il primo
de teſta. Viui. co. op. verſi. ſeptem teſtes. Boer. de-
ciſ. 93. tamen ſi adeſſe poteſt numerus ſufficiens
quando hæreditas eſt magna, laudo numerum
quinque teſtium adhiberi. ſexto fallit in teſta-
mento inter liberos, in quo de duobus omnes
61 ſcrib. ſunt contenti per gloſſ. in authen. quod
ſine. de teſta. & eſt co. op. de qua Viui. co. op. lib.
primo opinione 343. ſeptimo fallit in codicillis,
62 in quibus quinque teſtes duntaxat requiruntur
tex. in l. fi. to ſi. & ibi doct. C. de codicill. & toti-
63 dem requiruntur in donatione cauſa mor. l. fi.
C. de donat. ca. mor. & eſt co. ſententia. de qua
teſtatur Hip. Riminal. in d. l. fi. C. de donat. nu.
343. octauo quando teſtamentum coram iudi-
64 ce eſſet factum. tunc duo ſufficiunt, quia præſen-
65 tia iudicis ſupplet defectũ ſolemnitatis. Bar. in
leg. omnium. C. de teſta. & Craſſ. d. §. teſtamen-
tum. q. 54. num. 19 vnde infertur, quod quando
in contractu minorum non adeſſet niſi vnus
proximus, nec plura adeſſe potuiſſent, licet ſtatu
tum duos adeſſe vellet, tamen in hoc præſentia
iudicis ſupplet, vt Cott. memoral. in verb. iudi-
cis præſentia multos effectus parit. & ibi doct.
per eum allegat. Nono eſt tamen dare caſum,
quod teſtamentum fiat ſine teſtibus, & valeat.
66 vt ſi coram Imperatore erit conditum. d. l. om-
nium. C. eo, & Craſſ. vbi ſup. Decimo fallit, ſi
teſtamentum ſit factum in portu infidelium,
quia ſine ſolemnitatibus tenet. Strac. de merca-
tu. rubr. de nauigatione, num. 26. Vndecimo fal
lit quando fit extra iuriſdictionem Imperij Ro.
quia coram duobus teſtibus factum valet ſecun
dum Alex. in l. 2. Cod. quando teſta. aperi. Nat.
67 conſi. 621. num. 6. to. 3. ad reuocandum tamen
prius teſtamentum, ſufficiunt tres teſtes. ita eſt
tex. in l. ſanciimus. C. eo. de teſt. ad quem tex. eſt
omnino videndus Bal. ibi quem cæteri ſequun-
tur, & hanc opinionem tenet Angel. Aret. in §.
eo autem. in 3. colu. Inſtit. quib. mo. teſta. infir.
vbi dicit, quod tres teſtes cum concurſu decen-
nij, ſufficiunt ad probandam contrariam volun
tatem, & ita obtinuiſſe quos debet eſſe rogatos,
inquit Thom. Diplo. addit. ad Barto. in d. l. ſan-
cimus. lit. b. immo duo teſtes ſufficiunt ad pro-
bandam reuocationem prioris teſtamenti, ad fa
uorem filiorum Caualca. deciſ. 27. num. 65. p. 1.
Mantic. de coniectu. vlt. vol. lib. 3. tit. 13. nume.
15. vbi de errore Notarij, & pulchrè Ro. cõſ. 384.
nume. 3. & 4. nam ſicuti lex remittit numerum
teſtium in teſtamento inter liberos. ita & in e-
ius reuocatione, vt contrariorum eadem ſit di-
ſciplina. gl. & doct. in rub. de acq. poſſ. vi. ſupra
num. 53 & ex hoc infertur ad ſtatuta præſertim
Ianuę. lib. 4. c. 1.
68 Ad probandum verò errorem ſolemnitatis,
requiruntur duo tantum, ad probandum erro-
rem voluntatis, tot requiruntur, quot ad perfi-
ciendum actum. facit tex. in l. cum proponeba-
69 tur, & ibi not. gloſſ. communiter approbata. de
legat. 2. Et no. quod in teſtamentis ſolemnibus,
ſiue in ſcriptis, ſiue nuncupatiuis, neceſſe eſt,
omnes teſtes eſſe rogatos. vult hoc tex. in leg. hæ
redes palam. §. in teſtamentis. ff. de teſtam. Iaſ.
in l. hac cõſultiſſima, in primo quæſito in princ.
& Alex. conſil. 70. num. 19. vol 2. & eſt commu
nis opinio apud Viui. in verb. teſtes. & ſufficit ro
gatos eſſe à notario, conſentiente teſtatore, &
hæc eſt communis opinio de qua Iaſ. in d. l. hac
conſultiſſima. C. eod. quamuis gloſſ. prima in
auth. rogati. de teſt. contrarium teneat; ſed com-
munis procedit etiam de iure Cano. à qua non
eſt recedendum. ſcrib. in c. cum eſſes. de teſta. At
70 in infraſcriptis caſibus, vt in teſtamento inter li
beros non requiritur, quod teſtes ſint rogati, vt
teſtatur com. eſſe opinionem Dec. conſil. 160.
nu. 2. Nec in teſtamento ad pias cauſas de com
muni teſtatur Rom. in auth. ſimiliter. nume. 6.
C. ad leg. Falcid. & vti veram, & amplectẽdã
dicit Emanuel à Coſta. in c. ſi pater. verſi. in ſuo
teſtamento nume. 9. de teſta. Nec in teſtamento
tempore peſtis & belli, latè Craſ. in d. §. teſtamẽ
tum. queſt. 11. 18 & 53. & 58. & regulariter in
vltimis voluntatibus, quæ habent priuilegia, ſo-
lemnitates iſtæ videntur remiſſæ, vt per Alex. d.
conſi. 70 19. & ſeq volum. 2. & hos caſus ponit
Craſſ. d. §. teſtamentum per to. & doct. in d. l.
hac conſultiſſima. Sed in contractibus debent
71 eſſe rogati, & in omnibus actibus vbi certus nu
merus teſtium requiritur. de quo certo numero
ſit iure cautum. tenet Iac. Burrig. eo tract. cap. 4.
Hinc eſt, quod in donatione cauſa mor. (quæ
quatenus ad formam magis contractibus æqui
paratur, vt eſt commu. opinio, vt per Craſſ. in §.
72 donatio, quæſt. 2. nume. 1. & ibi ſequaces alle-
gat.) teſtes requirũtur rogati. in alijs autem acti
73 bus, in quibus numerus teſtium a iure eſt indе-
terminatus, non eſt neceſſe teſtes eſſe rogatos.
Sed ſat eſt, vt dicitur, tempeſtiuè. fortuito eo ad
ueniſſe, & ibi adfuiſſe, dicuntur teſtes rogati,
quando ad illum actum particulariter ſunt vo-
cati, & adhibiti, & præciſè rogati, vt quando di
citur à tabellione erga illum, vel illos, eſtote mi
hi teſtes. quam Pract. dat Bar. in dict. auth. roga-
ti. C. de teſt. Azo, in ſum. C. eo de teſt, num. 21.
vbi ponit, quibus caſibus teſtes debeant eſſe ro-
gati, & rogare teſtem eſt eis denunciare, vt aſſi-
74 ſtant. Spec. de teſt. §. 1. num. 94. Dicuntur fortui-
ti, quando, vt dixi, caſu aduenerunt, ubi actus ce
lebratur ſponte ſed non uocati, quia etiam ſi be
non adueniſſent, tamen actus celebratus fuiſſet
quamuis ſcripti ſint in illo actu ſed de rogitu
75 nulla fiat mentio. Et in tantum valet, teſtes eſ-
ſe rogatos, quod ſi teſtis examinatus fuerit, & di
76 xerit audiuiſſe, ſed non fuiſſe rogatum, non pro
bat in illis caſibus, in quibus oportet teſtem eſ-
ſe rogatus; Apoſtill. ad Bar. in d. l. hac conſultiſſi
ma. ſi. 1. & Alexan. conſi. 33. in 3. vo. & Paul. de
Caſtr. conſil. 204. & ideo notarij ſemper obſer-
uant ſcribere in fine cuiuſcunque contractus,

pra-

præſentib. Petro, Iacobo, & Andrea, adhoc ſpe-
cialiter vocatis, ſeu rogatis & dicit Notarius, vos
teſtes ipſe rogatus alias rogitus non præſumitur
77 cum ſit quid facti. l. facta. §. in bello. ff. de capt.
& poſtli. reuerſ. & in prop. tenet Alex. conſ. 153.
num. 9. lib. 2. & eſt com. opinio de qua teſtatur,
Vaſq. de ſuccell. creat. lib. 2. §. 13. nu. 70. & ſuffi-
cit eſſe rogatos, vel à teſtatore, vel à Notario. Iaſ.
in l. iubemus. col. fi. C. de teſta. & rogare & vo-
care teſtes, eſt idem Bal. in l. ſcriptū. C. qui por.
& ſi Notarius dixerit teſtes fuiſſe præſentes &
non adijcerit rogatos, non intelliguntur rogati,
Niſi forte occurrat teſtem ſe propria manu ſub
ſcribere Boer. Deciſ. 34. num. 2. 3. & 4. & Fely.
in c. 1. colum. 6. de fid. inſtru. Farinac. deteſt. di-
cit quod rogitus eſt neceſſarius in inſtrumentis
& debet fieri iux. ſtilum & non ſufficere ſim-
plex uocatio ut. q. 62. nu. 132. vbi ampliat octo
mo. & limit. x. mo. Sed ſi reuocaretur in dubiū,
quod teſtes fuiſſent fortuiti, poſſet per duos te-
ſtes probari de rogitu teſtium facto à notario,
vel teſtatore, cum ſit quidam actus inter viuos.
vt eleganter not. Bal. in l. comparatione in ſecū-
do notabili. C. de fide inſtrum. & Cartel. in ſuis
memorial. ita dicit & tenet. in verſi. inimicitiæ
capitalis. col. 4. ad idem facit. quod ſcias etiam,
78 in materia vlt. volunt. quod teſtes debent vno
cōtextu omnes ſimul, eodemque tempore, quo
teſtamentum celebratur adeſſe, et audire totum
tenorem, & omnia contenta in eo. & etiam vi-
dere teſtatorem, adeo quod ſi paries, aut Corti-
na eſſet, intermedia inter teſtatorem, & teſtes,
non valeret teſtamentum, Pacian. de probat. c.
10. per tot. lib. 1. & hoc propter falſam vocem,
quam quis loco teſtatoris fingere poſſet, adeo au
cta eſt ingordigia hominum. quod facit etiam
contra illos tabelliones, qui in teſtamentis lega
ta ſibi ipſis, vel alijs eorum aſcribunt tot. tit. C.
de ijs qui ſibi in teſta. ad ct. & tenentur pœna
falſi, vt dicit Boſſ. to. tit. de his qui ſibi aſcribus
in teſtamento, & præcipuè Ang. d. l. 1. C. de ijs.
qui &c. late Pacian. de probat. d. c. 10. quod facis
contra prauos homines præſumentes aliena clā
79 audire peccata. Quibus non eſt credendū Rip.
tract. de Remed. contra Peſtem. num. 105. Deus
enim iſtorum iuſtus malorum vindex, ex qui-
bus ſupradictis circunſtantijs, eſt videre tex. in
l. 2. § idem Labeo. ff. de aqua plu. arcen. & Craſ.
d. §. teſtamentum. q. 59. Solemnitas teſtamenti
D poterit per duos teſtes probari, ſi ommiſſa per
errorem Notarij fuerit. vi. Bertazo l. tract. clau-
ſul. eccl. 2. Gloſ. 2. num. 1. 2. 3. & 4. & 5. vbi de
modo tenendo à notario in celebrando inſtru-
mento. Ang. in l. ambiguitates. C. de teſtam. vbi
de Rogitu. & Anto. Ranch. in addit. ad Guid.
Pap. ſuper deciſ. 130. in hoc propoſito pulchrè
diſtinguendo ſecundum co. op. ait, quòd vbi agi
tur de probanda defuncti voluntate à notario
ommiſſa, per duos teſtes probari poterit; vbi ve-
rò eſſet probanda voluntas ſubſtantialis teſtato-
ris à Notario ommiſſa, tunc talis ommiſſio erit
probanda per ſeptem teſtes. Sed ſi talis ommiſ-
ſio voluntatis ſit facta in codicillis, probabitur
per quinque teſtes, per illos ſcilicet teſtes, qui in
terfuerunt in teſtamento vel in codicillis. Bald.
in l. cum proponebatur de lega. ſecundo, vt vna
quæque res ſecundum eius ſubiectam materiam
compoſita, & diſcompoſita, ſoluta & diſſoluta
cenſeatur. Reg. l. Nil tàm naturale de regu. iur.
cum ſimil. Alia eſt ommiſſio ſubſtantialis, quæ
reſpicit non voluntatem teſtatoris, ſed formam
ac ſolemnitatem teſtamēti, & hoc caſu per duos
teſtes probari poterit. Iaſ. in l. error. num. 7. C.
de Error Aduo. Nominatio autem hæredis, vel
filij per duos teſtes probabitur, quia eſt de extrin
ſeca, & non intrinſeca ſolemnitate. Miſſing.
Centu. 7. obſer. 64. & Maſcar. de probat. concl.
642. vol. 2. Quæro in propoſito an volūtas teſta
toris ante vel poſt teſtamentum declarata ſufficiat
coram duobus teſtibus. eſt materia. l. hęredes pa
lam. §. ſi quid poſt. ff. de teſta. de qua re in fi. hu-
ius Practicæ repeties magiſtrale conſil. in quo,
de teſtium, & teſtamenti verbis, ac quæ præuale
re debeant, ac de pluribus alijs circa vltimas vo-
luntates, latè diſſeritur. An autem teſtamentum
fidem faciat abſq; quod teſtes in eo deſcripti ſu-
per recognitione teſtamenti examinantur, &
certe quo ad teſtamentum nuncupatiuum ſuffi
cit ſubſcriptio notarij in authentica forma adhi
bitis teſtibus, non cancellatum nec vitiatum. ſe-
cus in teſtamento in ſcriptis quando illud pro-
duceretur coram Iudice ad petendam immiſſio
nem bonorum virtute. l. fi. C. de edic. Diui Ad-
rian. toll. vbi vi. Igneum. latè materiam exami-
nantem vltra alios. niſi teſtamentum in ſcriptis
fuiſſet prius apertum & publicatum iuxta ſolē-
nitatem l. publicati, c. de teſtam. & in tit. quem-
ad. teſta. aper. tradit pulchrè D. Menoch. tracta.
adipiſc. remed. 4. num. 95. & Doct. paſſim in d.
l. fi. & D. Menoch. d. remed. 4. num. 960. docet
practicam publicandi teſtamentum, ad quem
recurre. Item immiſſio poſſeſſionis probatur
quinque teſtibus concluſ. Maſc. 1066. & quali-
80 liter probetur vi. infra par. 3. ſub nu. 181. lit. Q.
in fi. Sed non ſic in actibus inter viuos, quonia
ſi teſtes non viderint contrahentes, faterentur de au
ditu deponere, vt per gloſ. in d. §. Item labeo eſt
bene verum, quod in contractibus, in quibus re
quiritur, teſtes rogatos eſſe, tunc nedum audire,
ſed & videre debent contrahentes, itaque quan-
81 do examinantur, debent concludere, quomodo
partes ſe habuerunt in illo actu, ita Fede. Schen.
eo. tract. num. 58. cum ſeq. & mihi in continge
tia facti euenit, dum his ſtudium darem, vna die
examinando teſtes ſuper contractu dotis inter
quoſdam nobiles coniugatos celebrato, & vel-
lem ſcire, quomodo ſe haberent contrahentes
in illo actu, motus ex rationabili cauſa, interro-
gaui teſtes, qui dixerūt ſponſum ſemper tenuiſſe
manum ad bragetam, & oculos ad ſponſam, &
quod iudex, qui ſuum interpoſuit decretum ſu-
per illo contractu, vti nimis ſcrupoloſus fui de-
cens, reprehendit illos, ſed ſponſa citò dixit, do-
82 mine iudex hoc ad uos non pertinet. & iſta fuit
E concluſio teſtium. Et teſtes de auditu eo magis
probant, quando cucurrit viſus, Io. And. in c. ex
literis, de conſuet. poſt gloſſ. in verb. audierint,
Aug. in Auth. de Hære. & Fale. §. huius nōbis,
vlt. col. in princ. verſ. 2. nota. & de auditu opti-
me probant, quādo habent notam vocē, Rain.
in d. §. idem labeo. Etſi teſtis dixerit, quòd inter-
fuit tractatui, & non addat, & concluſioni, actus
ſeu contractus non probat, tex. cum glo. in l. ele
ganter ff. de condit. indebi. aliud eſt præparato-
rium, aliud præparatum. Gomeſ. var. reſolut. tit.
de perſo. quæ contrah. poſſ. vel ne. verſ. Decimo
quarto proſequendo. & in ijs in quibus teſtimo-
nium de auditu proprio tenet, transfertur onus
probandi contrarium in aduerſarium Pacia. de
probat. c. 10. num. 94. lib. 1. Notandum inſuper,
83 quod in cauſa ciuili ad probandam actoris in-
tentionem duo, vel tres teſtes ſufficiunt, quia nō
eſt hic

Digitized by Google

eſt hic certus determinatus numerus: & ſic ſta-
84 tur regulæ generali vt in c. omnium de teſt. ſo-
lent cauti procuratores ſuper quolibet capitulo
producere duos teſtes ad minus, & quantò plu-
res producuntur tantò magis probant. Iac. Egid.
eo.tract.num.51. qui ſecundum cap. Inno. quod
incipit, multis iuris articulis, inquit, quatuor te-
ſtes debere interuenire, ſuper vnumquemque ar-
ticulum. ſed duo ſat erunt, in qualibet cauſa, &
ſi cauſa erit ciuilis, & non ardua, etiam vnus te-
ſtis ſufficiet, cum iuramento ſuppletorio partis
de quo eſt materia in l. admonendi, vbi Bar. &
Iaſ. late. de iur. iura. Bald. in l. in bonæ fidei. C.
de rebus credit. & ibi not. in ſecunda colu. verſ.
venio. ad ſecundam. & pulcrè. Pract. Stract. ca.
F 20. num. 5. Poſtremò ſcias quod vnus teſtis po-
teſt loco alterius ſubrogari dummodo detur ei
notitia de iam geſtis, quod euenire poteſt ſiue in
teſtamento ſiue in contractibus prolixis neceſ-
ſitate cogente teſtem diſcedere ante perfectio-
nem inſtrumenti, & breuiter notitia detur ore-
tenus a conteſtibus de ſubſtantialibus contentis
in eo. ſecundum Nell. eo. tract. de teſta. nu. 104.
85 per tex. in l. cum antiquitas. de teſta. Nunc in
cauſis criminalibus ſcire oportet, quod delictū
probatur per duos teſtes. conteſtes omni excep-
tione maiores vel per inſpectionem oculorū,
vt per Clar. §. fin. queſt. 74. & Maſcar. de proban.
concluſ. 498. volu. 1. Verum ex pluribus inditijs
probatur, & quodlibet inditium debet probari
per duos teſtes: quæ opinio eſt communis & ve-
ra apud omnes Practi. criminal. & teſtatur Iaſ.
in repet. d. l. admonendi. num. 207. de iur. iura.
Bald. in l. non hoc C. vnde cognati. Paris Put.
de ſyndi. in ver. tortus il 2. ca. 3. quod declara ve
inf. num. ſeq. & quot ſint, & quæ genera inditio
sum ponit. Clar. §. fi. q. 20. latè. Boſſ. in tit. de in-
dic. latiſſimè Bian. in repet. l. fi. de quæſt. Guid.
86 de Suz. de indic. & nota, quod iudicium non
definitur, ſed iudicis arbitrio relinquitur, qui iu-
dicabit, an iudicium ſit ſufficiens ad inquiren-
dum, ad tranſmittendam inquiſitionem, ad tor-
turam, ad capturam, & etiam ad condemnan-
dum. Secundum Bart. in l. fin. de queſtio. & in l.
maritus, eo. ti. tex. in l. 3. §. iu magis. ff. eo. & pro
aliqua inditiorum intelligentia; dico, quod in-
ditium dupliciter ſumi poteſt, modo generaliter
pro omni, & toto, eo, quo ad veritatem perduci-
mur, ſiue mediate, ſiue immediate, quodque ex
iſtis decem prædicamentis percipi poteſt, puta
ex teſtibus, ex re, loco, & tempore, ex ſcriptura,
ſigillis, & lapidibus, & arboribus & fama. Se-
cundo modo ſtrictius aſſumi poteſt inditium,
ex dicto ſolummodo teſtium, ſiue remotum ſi-
ue proximum ſit dictum, vt dicam inf. vnde re-
88 gula eſt communis, quod quando lex non præ
ſumit, tunc quodlibet inditium debet probari
per duos teſtes. no. Bald. in l. non hoc. C. vnde co
gnat. Doct. in l. neque natales. C. de prob. Clar.
§. fin. q. 22. per to. & hæc communis opinio ſe-
quitur a Doc. in l. fin. vbi gloſ. in verb. vel iudi-
cis. C. fam. hercisc. Paris de Put. tract. de ſynd. in
verb. tortus c. 2. in princ. Alex. in conſ. 179 li. 2.
89 Inditiorum etiam alia leuia, alia leuiſſima, alia
grauia, alia grauiſſima. Bald. in l. ea quidem C.
de accuſat. Bart. in l. maritus. de quæſtio. Clar. §.
9 fin. q. 20. Rurſus dicuntur inditia proxima, per
quę immediatè, & directò veritas cognoſcitur,
illa verò dicuntur remota, per quæ. non imme-
diate, ſed mediatè & per obliquum, & per indi-
rectum teſtis deponit; nam quando teſtis depo-
nit de viſu, & auditu, de re probabili, & veriſi-
mili, tunc proximè, directè, & immediatè depo
nit. Menoch. de arbit. iudic. caſ. 270. nu. 13. fol.
244. Franc Caſſ. in tit. de torment. cap. 6. num. 6.
Secus quando deponit tantum de vno ſenſu cor
poreo, quando per vtrumque ſenſum eſſet con-
cludendum, vt dicam infra vi. Marc. Ant. Blan.
91 in repe. l. fi de queſt. nu. 47. Caſſa. eo. tract. nu. 7.
Sed aduertendum eſt, quod in illis caſibus, qui
ſunt difficilis probationis, de quibus infra po-
nam, tunc probationes per inditia remota erūt
ſufficientia; quoniam in illis caſibus lex præſu-
92 mit, vt dixi. Si autem quæratur, quæ ſint indi-
tia leuia, dico eſſe ſuſpitiones, cōiecturas, & alia
adminicula, quæ dicuntur Vehemens ſuſpitio,
93 & de quibus vltra Bart. vide Iaſ. late in l. admo-
nendi. de iure iura. & Bald. in d. l. ea quidem. C.
de accuſat. & in l. fi. C. fam. herciſc. Put. de ſynd.
d. c. 2. nu. 3. in verb. tortus. Alia etiam dicuntur
leuia, vt fama, & diffamatio. Aug. ad Angel. in
ver. fama, & in verb. diffamat. & pulchrè. & la-
tius per Clar. d. §. per multas quæſtio. Alia dicun
tur inditia indubitata, vt eſt, quando delictum
94 eſt notorium, Paris de Put. vbi ſupra d. c. 3. in
95 ſumma ſecundum criminum qualitates inditia
96 conſiderari debent. idem Paris de Put. in verb.
tortura. il 2. c. 2. no. 3. vbi ponit, quomodo con-
cludere debent teſtes, vt ſi agatur de veneno, in-
ditia veneni ſunt liuores per totum corpus, ali-
qui dicunt, quòd etiam ſi totum corpus cremæ-
retur, cor illæſum remaneret; vt inquit Suet. in
Caligula. in princ. ſed, imputato graſſatore, eſt
concludendum de vulneribus, & cruore, ſi ſacri
legus circa prædam ſpolij, & ſpolij qualitatem,
vel in alia ſpecie, quia argueretur forte. quòd mo
nialem, & Deo dicatam attentauerit, & de alijs
iux. genus, & ſpeciem ſuam, ſic eſt concluden-
dum; & in hac materia inditiorū, videre Fran.
Caſo. inter tract. cri. diuerſorū, qui tabulam in-
97 ditiorum ponit. Quæro quænam inditia requi
rantur ad formandam, & trāſmittendam inqui-
ſitionem, & regulariter duorum teſtis dicta eſ-
ſent ſufficientia Boſſ. late in tit. de Indic. & con-
ſideret ante tot. pet. 101. & Farinac. de indit. &
tortu. vbi lattiſſimè. Biu. Caſo. Ghulan. & alij
copioſe. inter tracta. Crimin. diuerſo. fin minus
vnus teſtis omni exceptione maior, iuncta quæ
tela, erit ſufficiens inditium. Bar. in l. maritus. ff.
de quæſt o. Bald. conſil. 259. vol. 1. & quoniam
io hac materia multi doct. variant, aliqui dicunt
ſufficere inditia leuia, aliqui vrgentia, aliqui fa-
mam dicunt præcedere debere, & diffamatio-
nem, vt Boſſ. in tit. de inquiſitio. nu. 61. & Clar.
qui tenet, contra Boſſ. d. §. fin. q. 20. verſ. ad for-
mandam. Sed certè ſi delictum erit leue, vtique
leuia, ſi graue, grauia inditia requiruntur, nam,
vt mox dixi, iuxta criminum qualitates inditia
eſſe dicunt. Paris de Put. d. verſ. tortura il 2. c. 3.
98 facit illud, quod dicitur de pœna, quæ eſt com-
menſuranda delicto. l. ſancimus. C. de pœn. &
hoc iudicis arbitrio relinquitur, vt per Menoc,
de arbitr. iudi. caſ. 270. nume. 4. Paris de Putr. in
verb. tortus. il 2. ca. 3. Marſ. in l. quæſtionis mo-
dum. num. 37. Cyn. d. l. fin. C. de quæſtio.
99 Sunt tamen aliquæ inquiſitiones, in quibus
non requiritur, quòd prætua præcedant inditia,
vt in inquiſitione generali, quæ fit à ſyndicatori
bus contra officiales, de qua per Pariſ. eo. tract.
ſynd. in verb. inquiſitio. cap. 3. & per Amad. eo.
tract. ſub num. 4. ubi formam talis inquiſitionis
ponit. & Angel. in tracta. malef. in uerb. hæc eſt
quædam

Digitized by Google

quædam inquiſitio generalis, tam quo ad delicta, quam quo ad perſonas, vt prudenter facere ſolent officiales in prin. eorum officij, de qua in l. 1. & ibi ſcrib. C. vbi de cri. agi oppor. Immo
G teſtis ſuper inquiſitione generali recepti nõ probant. Inoc. in c. bone. il 1. de elect. nec poteſt deueniri ad torturam ſecundum Bar. in l. vlt. ff. de quæſtio. ſic apud D. Decia. in ſuo tractat. delict. lib. v. cap. 27. nume. 3. multo minus ſi huiuſmodi teſtes de illis eſſent, qui vel conſilium contra bonum officialem congregauerunt, vel illum querelauerunt. Fut. de Sindic. in verb. teſtis e. 3.
100 nu. 1. & 3. & infra dicã. At in generali inquiſitione quæ fit contra illos, qui non ſunt ſubiecti regulariter ſyndicatui, vt ſunt epĩ, & qui præſunt capitulo, collegio, & ijs ſimilibus, hoc in caſu inditia debent eſſe legitima, vt c. 1. de off. ord. & ibi Cano. Bonicont. in ſuo tract. de accuſ. & inquiſitione. num. 36. idem ſi inquiſitio eſſet generalis, quoad perſonas, licet ſpecialis quoad delictum vt in furto; nam debent præcedere inditia, licet læuia, conſtito de delicto: de qua eſt materia in l. 4. §. mandati. ff. ad leg. Iul. pecul. & A-
101 mad. vbi ſupra num. 24. & nota, quod in materia furti licitum eſt iudici parte inſtante, dare licentiam famulis, ut per domus vicinorum, & per alias, de quibus qualis habetur præſumptio perquirant rem furatam. & eſt communis opinio, de qua teſtatur ad Aug. Ang. de malef. in verb. & veſtem cæleſtem. & ita quotidie practicatur, & practicatum eſſe, teſtatur Alcia. conſil. 462. quem in prop. allegat. Clar. lib. 5. ſent. §. furtum, verſi. quæro nunquid. & in hac furtiuæ rei perquirendæ materia. vi. Blan. de indic. nume. 409. cum multis ſequen. & num. 413. vbi limitat, illud non habere locum, quando vicinus eſſet bonæ vocis, conditionis, & famæ. Plot. in l. ſi quando nume. 824. cap. vn. vi. Marſ. pract. §. Diligenter. num. 95. cum ſeq. & tradit Barto. in l. dominus Horreorum. vbi etiam Bald. ff. loca-
102 ti. & quibus modis in materia furti aſſumantur indicia, recurrendum eſt vltra alios, ad Blãc. de indic. dicto num. 409. cum ſeq. Spec. in tit. de furt. in fin. Bartol. in l. ſi quando. C. vnde vi. & in l. prima. §. 1. ff. de furt. & Plot. in l. ſi quando. nu. 881. & 882. vbi ponit inditia furti. Et quæ
103 ſint illæ perſonæ, contra quas lex præſumit.
104 nume. 413 cum plurib. ſeq. At prius conſtare debet de delicto vt dixi, licet non appareat, cuius res furata ſit. latè Clar. dicto §. furtum. Bald. in authen. ſed nouo iure. C. de ſer. fug. Angel. d. verſic. & veſtem cœleſtem, & in l. prima. §. interdum. ff. ſi pars. hæred. per. vbi ita dicit practicari & quo modo procedit, ſtatim dicam latiſſimè Farinac. q. 2. per tot. & Bruno. à Sol. conſi. crim. ſuo quod magis tractatui aſſimilatur. ſub num. 200. & Gabr. co. concl. li. 7. concl. 17. vbi plenè.
105 Hinc infertur ad ſtatutum de damnis datis, quo diſponitur credi debere iuramento damnũ paſſi, nam ante omnia prius debet conſtare, dãnum datum fuiſſe, & in quo loco. Dec. conſil. 321. nume. 6. & ſeq. 2. par. & in conſil. 83. col. 9. verſi. quinto reſponderi poteſt prima par. Aud. Barba. conſi. 28 num. 23. vol. primo. & de plena intelligentia huius ſtatuti latè trad. honor. pater meus Dom. Carol. Caualca. in ſuis Reſpon. reſpon. 270. & Plot. dicta l. ſi quando nume. 820. vſque ad nume. 878. vbi ponit treſdecim inditia, per quæ dignoſci poteſt, à quo damnum da-
106 tum, ſit & quod prius conſtare debeat de delicto in omnibus cauſis, eſt communis opinio Boſ. in tit. de delicto. in princip. per tex. in l. prima. §. item illud, ff. ad Syllan. & Clar. dicto §. fi. quæſtio. 4. in princ. vbi dicit, quod ad inquiren-
107 dum ſatis conſtare de delicto, dicitur, quando porrecta eſt querela, vel notificatio; at ad torquẽdum, & condemnandum niſi per teſtes, & inditia debet iudex deuenire. ut per Clar. q. 64. & dicam infra, & maleficium noctis tempore cõmiſſum probari per teſtes qui notam habẽt vocem delinquentis, & eo magis ſi lucebat Luna, aut fortè lumina accẽſa vt puta lanternæ & Cerei, vel ignis lumen daret. vi. Marſ. de probat. conc. 1109. vo. 2. & concl 498. vo. 1. & hoc ne fortè dicatur caſu fuiſſe ſecuta mors, vel factum illud, quod in delictum aſſumitur. in. Boſſ. de delit. num. 3.
108 Nunc redeundo, vnde digreſſus ſum, non omitto, etiam in materia inquiſitionis eſſe differentiam inter inquiſitionem ex officio, & illam quæ ad partis inſtantiam tranſmittitur; quam aſſignat gloſſ. vbi Abb. & alij com materia. in capitulo primo. de conſtitu. & Boſſ. eod. tit. de inquiſitio. num. 21. & num. 23. vbi inquit, quod inquiſitio nullo modo eſſet tranſmittendo, non præcedentibus inditijs, etiam Principe mandã-
109 te; & poſſunt iudices inquirere ex officio, ſine partis inſtantia in omnibus caſibus grauibus, & atrocibus, ut puta, in homicidio, furto raptu virginum; multo magis in crim. læſ. maieſt. blaſphemię, hæreſis, & in omnibus alijs caſibus pu-
110 blicis; de quibus toto. tit. inſtitu. de pub. iud. ſecus in alijs caſibus non publicis, non pijs, non priuilegiatis, in quibus etiam ſi iudex iuſtam & probabilem ignorantiam non haberet, tamen officium ſuum non tenetur impartiri, niſi petenti. in l. 4. §. hoc interdictum. & ibi Barto. ff. de damn. infec. ſed ſi eſſent caſus priuilegiati, pijs, miſerabiles, tunc ſi iudex iuſtam, & probabilem ignorantiam non haberet, etiam ex officio tenetur procedere, ſecundum Barto. ibi, nume. 2. & in. ibi etiam Apoſtill. lit. A. & eſſe co. opinionem oſtendit latè Viui. li. primo. opin. 275.
111 Dixi, quod duo teſtes requiruntur ad tranſmittendam inquiſitionem, vel ſaltem vnus omni excepti. maior. addo Bald. in capit. primo. §. ſacra-
112 mentum. de conſuet. Reti. pheu. & licet ſupra dixerim, quid in hoc crimine læſ. maieſt. teſtiũ omnium habilitas, & inhabilitas eſt adæquata, ſecundum Boſſ. eod. tit. crim. læſ. maieſt. nume. intellige tamen procedere, quando tractaretur de habilitate ſexus, puta, maſculorum, vel fœminarum, ſed in hoc caſu differt; quia inquiſitio eſt fundamentalis intentio, quæ bono lapide
113 fundari debet, & maxime in caſibus tàm periculoſiſſimis, & damnoſiſſimis; vt in crim. læſæ maieſt. Hæreſis, ſimoniæ, & in omnibus alijs, in quibus quis puniendus eſſet pœna capitali.
114 Vnde concludo quod vnus teſtis quolibet caſu debet eſſe omni exceptione maior, ad tranſmittendam inquiſitionem. vt com. opin. teſtatur. Viui. opin. 422. lib. 1. & eſſe perpetuò tenendam. ait. Ema. Soarez. recepr. ſenten. in verb. teſtis vnus. nu. 107. etiam quod teſtis eſſet omni exceptione maior ſi nõ deponeret proximè ſed remotè non faceret inditium etiam ad torturã. vt infra nume. 117. glo. ſing. in l. fi. C. fam. hær-
115 eiſ. Marſ. pract. diligenter num. 21. cum plur. ſed & ſi nõ deponeret proxime ſed remotè, tũc duo loco vnius requiruntur. vt per Barto. in dicta l. fin. & in l. maritus. ff. de quæſtio. Alex. conſi. 5. col. 2. in fin. vol. 1. Boſſ. in tit. de in dic. nu.

18. &

18. & ſeq. ſed ſi duo teſtes erunt ſingulares de
auditu à diuerſis perſonis, non coniungentur ad
faciendum vnum indicium perfectum: Ale-
xand. conſil. 82. colum. 2. vol. 5. & dicto conſil.
117 179 de quo latius dicam in tertia parte, nume-
ro 128. Quæro etiam, quot teſtes ſufficiant ad
hoc, vt quis poſſit torqueri; & videtur in om-
nibus illis caſibus, in quibus dictum vnius ſuf-
ficit ad tranſmittendam inquiſitionem; pari-
ter & illud erit ſufficiens ad torturam. ita tenet
Bartolus in loco ſupra citato. & Clar. dicto §. fi.
quæſtio. 20. verſicul. ad torturam. Alexand. in
l. fi. C. fam. erciſcun. Guid. de Suy. inter tract.
crim. diuerſ. titul. de indit. & tortura. nu. 94. car.
326. Anto. Gomeſ. varia. reſolut. tit. de tortura.
cap. 13. tom. 3. nu. 18. & 19. & communem eſſe
opinionem, teſtatur etiam Bart. in dicta l. fi. de
quæſt. nu. 5. teſtatur pariter Rom. conſi. 147. nu.
3. lib. 5. pract. Carer. nu. 100. Suarez. recepi. ſent.
in verb. teſtis vous. nu. 109. & quod iudex ob-
118 ſeruare debet, vt intelligat indicia ſufficientia
ad torturam, vi. Menoc. caſ. 270. numer. 5. car.
244. de arbitr. iud. vbi illud præcipue ſpectatur
quod indicia ſint veriſimilia, & probabilia, &
non ſuſpecta, & per media concludentia pro-
babiliter, & neceſſario, & non contingenter.
Rip. in l. ad probationem. numer. 5. C. de teſt.
ad. Put. tract. ſynd. cap. ſexto. verb. tortura. ſed
non ſufficeret ad torturam dictum vnius teſtis,
119 ſi alia repugnantia inueniantur. veluti ſi remo
te & non proximè deponeret. vt ſupra, & Marſ.
in dict. §. diligenter. num. 71. & in princ. dict. §.
& vide quę dixi infra nume. 23. Bald. in l. ſecun-
da. C. quorum appellat. non eſt neceſſ. Anch.
conſil. 285. & illud dicitur proximum & ve-
rum teſtimonium eius, qui de viſu deponit ſu-
per maleficio, & ſic proximum ad torturam in-
ditium eſſe debet, aut quando quia eſſet captus
in flagranti crimine, & apparet veritā eſſe, &
120 non fictè, nec imaginarie, quib. caſib. Indi-
tium dicitur proximum. at ſi teſtis diceret au-
diuiſſe dici illud, quod eſſe, & non eſſe poteſt,
121 vel ſi præſumeretur delictum factum fuiſſe à
perſona malæ conditionis, tunc remotum eſ-
ſet inditium: ex præſumptione tantum, & non
eſſet ſufficiens ad torturam. Franciſcus Caſo. in
122 ter tract. cri. præmiſſ. 7. num. 7. vnde inditium
remotum per duos teſtes debet probari, & non
requiritur quod iſti duo teſtes ſint omni exce-
ptione maiores, ſecundum Marſ. dict. §. Diligen
ter. num. 8. vbi etiam allegat Soc. conſil. 55. vi-
ſis teſtibus. colum. 4. vol. 3. vbi latè de iſta ma-
teria. & ita erit ſufficiens ad torturam, ſecun-
dum Bart. in ſæpe allegat. l. fi. nu. 7. & com. opi-
nio. de qua Boſſ. d. tit. de indic. nume. 71. Alex.
add. ad Bart. lit. a §. licet. Clar. d. §. fi. q. 54. verſi.
ſed quæro, velit, quod reus, vt plurimum ſubijci
poſſit tormentis, ſiue inditium ſit proximum,
ſiue remotum; tamen intelligendum eſt de
123 vtroque, vt mox dixi: & licet multi variant,
dicentes quod iſti duo teſtes, qui remotè depo-
nunt, & loco vnius teſtis proximè, & imme-
diatè deponentis, ſunt adhibendi: an debeant
etiam eſſe omni exceptione maiores; mihi vi-
detur ſuper hoc in cauſa criminali non eſſe du-
bitandum: cum regulariter debeant eſſe omni
exceptione maiores, prout eſt communis opi-
nio, de qua iam dixi, & Viui. com. opin. lib. pri-
mo, opin. 423. quicquid dicat Marſil. allegat. à
Franc. Caſon. inter tract. cri. diuerſ. præmiſſ. 5.
nu. 4. & ex hoc ſumitur differentia inter teſtes
ſingulares, & teſtes non omnino contestes, nec
omnino idoneos. Nam iſti adminiculantur, &
alter alterū coadiuuat. per glo. in l. 2. ff. de excu-
ſat. tuto. Bal. in l. ſi quis ex argentarijs. C. de edē.
Alex. conſ. 305. ſentio indubium. vo. 2. Marſ. d.
§. diligenter. nu. 14. ſecus quando ſunt ſingulares,
124 vt infra n. 135. in 4. par. ſat eſt enim, quod ad-
mittantur, cum ambo remotè deponant, ſed ſi
alias paterentur exceptiones, tunc reijciuntur
quando adhibetur tortura ijs teſtibus iudex de-
bet ire circumſpectus valde, nec certa, & deter-
minata regula dari poteſt, ſecundum Put. tract.
ſynd. in verb. tertius. ca. 3. nu. 18. 53. ver. rei & in-
diciorum ac delicti qualitates debet ſe regulare;
ar. tex. in l. hodie. ff. de pœn. & d. l. 3. §. in magis.
ff. eo. de teſt. vt dixi. ſup. nu. 95. tutius tamen agi-
tur, quādo teſtes ſūt idonei; quod corroboratur
ex dicta Ant. Gomeſ. varia. reſolut. tit. de tortu-
ra. tom. 3. ca. 13. n. 18. & 19. qui dicit, quod duo
125 imperfecta nūquā faciunt vnū perfectū, vul. l.
nō ſolēt. ff. de reg. iu. ergo ēt iſti, qui remotè, &
mediatè indirectè deponūt, debēt eſſe omni ex-
ceptione maiores: & ita firmat, et tenet Gomeſ.
cōtra Marſ. in ſua pract. cri. §. diligēter, & cōtra
Soc. in conſ. 54. n. 9. vo. 3. tamē qn veritas aliter
haberi non poſſet, tūc ēt duo teſtes nō ita idonei
loco vnius ſufficerēt ad torturā. per tex. in l. quo
ties C. eo. de teſt. ubi, ſi alijs probationibus veri-
tas haberi nō poſſit, & facit regula, quę propter
neceſſitatē, de reg. iur. Sed licet duo imperfecta
nō faciāt vnū perfectū, illud eſt verū, qn ſimul
adaptari poſſūt, puta qn coniūgere eos eſſet im-
plicare cōtradictionē, ſecus qn vnus alterū coa-
diuuat, tūc patiſicātur. ſecundùm Ro. conſ. 290.
nu. octauo, & Marſ. d. §. Diligenter. nu. 10.
126 Ad probādū mēdaciū, dictū vnius teſtis ſuf-
ficit. Boſſ. eo. ti. nu. 37. & Bar. in l. vnius. §. teſtes
de q. Maſcar. de prob. cōcl. 104. Idē ad probādū
127 maleficiū, Bar. d. l. fi. nu. 7. Itē in cauſis breui-
bus dictum vnius teſtis idonei probat, nec opus
eſt iuramento ſuppletorio, Mateſ. ſing. primo,
vbi etiam de fama idem dicit, ſed quæ ſint iſte
cauſæ breuiores, trad. D. Menoch. de arb. iud.
capitulo ſeptuageſimo ſecundo, & in Remed.
l. fi. C. de edic. Diui. Adri. toll. in probāda morte
Defuncti ſufficit dictū vnius teſtis deponētis de
fama. Pract. pap. in for. libel. quo petitur. Her. ex
teſta. glo. poſſidebat. Ad probādā famā vnius di-
ctū tenet, dicēdo quòd publice audiuit dici à po-
pulo & à maiori parte. Clar. §. fi. q. 6. verſ. debet
ēt, vbi talē cauillationē de cōſuetudine nō eſſe at
tendēdā ait D. Burſat. conſ. xx. vbi latè de fama,
& cōſ. 80. n. 6. vo. 1. & vi. Spectat. noſtro de teſt.
§. reſtat. vbi multas fallētias ponit, inter quas di-
ctū vnius ſufficit qn nemini nocet, & alteri pro-
deſt. vt in 9. & 16. Fallētijs, & illū refert Ias. in l.
reſcriptū. nu. 7. C. de prec. imperato. offeren. vbi
exēplificat in Baptiſmo, ī Conſecratione eccleſ.
& in Clericatu. ſm̄ Bal. in C. licet vniuerſis de
teſt. Caſſane. in conſuetu. Burgun. fo. 272. n. 11.
128 Maſcar. de probat. cōcl. 163. Ad probādā famā,
dictū vnius teſtis eſt ſufficiens dicēdo, quòd pu-
blice audiuit dici, & nō quòd publicè dicitur. ſm̄
Aret. in l. C. eo. & Bald. eo. tract. nu. 39. ſed gloſ.
in l. 3. §. eiuſdem ff. de teſt. tenet, famam debe-
re probari per duos teſtes, & ibi dat illam pro-
bandi formam. tradit, Amad. de ſyndic. nume-
ro 52. vbi limitat, niſi ſtatutum plures duobus
teſtibus requirat. Grand. in tract. malef. in rubra
a quò, vel a quib. poſſit fama īcipere. verſ. qđ ſit
fama. per tot. & Amad. plu. in pract. docet circ.

famam, ſub n. 52. de ſyndi. & latiſſimè de fama.
per Duaren. in regula fama, & qđ fama per duos
teſtes probari debeat, com. ſententiam eſſe te-
ſtanti. Saly. in d. l. ea quidem. columna 24. ver-
ſiculo, venio ad ſeptimam quæſtionem. Cod.
129 de ae. Dec. conſilio 272. numero quarto, &
notandum eſt, quod duplex eſt fama bona, &
mala. leg. pri. Cod. quibus ex cauſ. infa. irro-
gatur. Viui com. op. opinione. 377. col. 2. Iu. Cl.
130 §. fin. quæſtion. 6. & ſi bona probatur in vno
tempore, & mala in alio tempore, vltima atten-
ditur, vt ſupra dixi, in prima par. nume. vbi
quomodo mala fama poſſit purgari diximus.

Et teſtes ſuper fama debent eſſe omni exceptio
ne maiores, quæ qualitas etiam articulari debet,
vt inquit D. olim Surdus, qui benè audiebat,
& modò dormit. in conſilio 151. numero 77.
cum ibi per eum adduc. libro ſecundo. ſed te-
ſtes non tenentur nominare perſonas a quibus
audierint, ſi non fuerint interrogati, Clar. §. fi.
q. 6. verſ. amplius. cũ verſ. ſequ. Cuma. cõſ. 68. &
aduertẽ qđ fama põt habere originem à dicto
unius, et qđ eſſet dictũ pſonæ vilis: & tũc ut di-
catur fama debet nominare ſaltem duos à qui-
bus audierit, alioquin non tenet. Follec. in eius
practar. verſiculo, dentur capitula. numero 28.
ſi autẽ fama inſurgit ob aliquod factum, ut eſt
quando ſecutum eſt delictum & neſcitur de-
linquens, ſed præſumitur contra inimicum,
quo caſu fama volat de illo inimico, tunc no-
minatio eorum qui dixerunt, non eſt neceſſa-
ria. Bart. in leg. de mi ore. §. plurimum. nume-
ro 15. de quæſtion. & eſt ſemper notandum
quod fama non debet habere originem ab ali-
quo facto ab officio iudicis aut fiſci, vt eſſet ſi
pro motu animi ſui, vel inſtante fiſco iudex
mandaret aliquem capi, vel vocem daret talem
eſſe delinquentem, quia eſſet præſtare cauſam
publicæ famæ iudici per iudicem ipſum, vel
cauſare illam a ſuo officio, quod fieri non de-
bet. ſed ab extra debet aperiri via iudicij proce
dendo, ut ſentit Clar. quæſtion. ſexta verſiculo
ſcias, circ. fin. Nam factum a iudice ex ſua certu
ce non tenet. Ro. conſil. 376. quæſt. eſt. Foller.
prac. eti. verſic. dentur capitula quod ſuffocauit
vxorem. num. 25.

Sed pone quod fama ſit quod Titius occidit
Meuium & orta eſt ab vno qui audiuiſſe di-
cat a vulnerato, vel ab alio. Meuius ad defen-
ſam vult retorquere, famam ſtilo in contrariũ,
quod ipſe non occidit, quibus magis creden-
dum ſit, & dico conſtito de delicto, ſi non ad-
ſunt adminicula coadiuuantia famam, tunc in
dubio fauendum eſt Reo, in paritate. ſed vbi
fama 1. vel 2. haberet etiam adminicula, debilior
cedit, & propterea conſiderandæ ſunt quali-
tates & circunſtantiæ ex præſumptione veri-
ſimiles. de quo vi. Maſc. de prob. concluſ. 749.
750. 752. & 754. & Gram. conſilio 37. & Foſſ.
vbi ſup. numero 37. & Nau. conſilio. 473. nu-
mero 17. & 161. numero 20. vbi ſi duæ famæ
eſſent contrariæ, poſterior elideret priorem, &
fortior debiliorem. niſi debilior eſſet magis ve-
riſimilis, vt in ſimili de præſumptionibus di-
cam. in 3. p. nume. 103. lit. F. vt. Farinac. quæſt.
2. verſ. 27.

Sed ſi extaret ſtatutum quod fama probetur
per tres, aut quatuor teſtes, ut Mantuæ. in Rub.
de Probat. etiam quod ſimpliciter deponant ne
minem nominando, tũc non requiritur nomi
natio. Non tamẽ poteſt ſtatutum facere, quod
vni teſti ſoli credatur, ſed per pactum poteſt:
quia vbi tractatur de præiudicio partium, plus
poteſt pactum quã ſtatutum, cap. tuis de teſt. &
in hoc fallit argumentum de pacto ad ſtatutum
leg. fin. Cod. de App. ſpec. §. reſtat. verſicul. 24.
titul. noſtro. & eſſe magis co. op. teſtatur, Ale-
xand. conſil. 54. circa id. volum. 2. Blanc. de
compro. quæſt. 8. nume. 27. & 28. vbi dicit hoc
pactum valere, quando partes aſſenſerunt ſtare
dicto, & perſonæ ſimul, ſecus ſi conſenſerunt in
approbãdo tantum perſonam, & non dictum
teſtis. tandem vt. etiam in materia famæ vltra
alios Abb. in ca. veniens a numero octauo vſ-
que ad fin. & ibi Ad. vbi latè egregièque lo-
quitur de teſtamento. qualiter autem fama for-
titer probetur. vid. Gramat. conſilio. cri-
min. quadrageſimoſecundo. & Farinac. de in-
dic. & tor. quæſt. quadrageſimoſeptimo, nu-
mer. 160. cum ſequent. & numer. 264. & 266.
vbi per teſtes ſingulares probatur. & quod ſit
difficilis probationis dicit. Marſ. decis. 110. Caſ.

Poſtremò per famam probatur delictum
hoc eſt corpus delicti facti tranſeuntis. Farinac.
ſuo tract. quæſtion. ſecunda numer. vigeſimo-
ſeptimo ſed etiam facti permanentis, quando
adſunt vigentia inditia, & facta eſt debita dili-
gentia. vt per Cl. quæſtion. quinquageſimaquin
ta, verſicul. quomodo autem. columna ſecunda,
& per alios quos adducit Far. d. nu. 27. & ita ſer-
uatur etiam quoad inquirendum, non autem
quoad condennandum, & eſt omnium prac.
131 ſententia. Et quia de dicto vnius teſtis ſupe-
rius dictum fuit, dico etiam, quod regulariter
illud non eſt ſufficiens ad aliquam cauſæ deter-
132 minationem, iux. illud, vox vnius, vox nul-
lius, & facit. leg. primo Digeſtis de quæſtion.
text. in leg. iuſiurandi. Cod. de teſt. capitu. li-
cet vniuerſis de teſt. vbi propria materia, facit
tantum ſemiplenam probationem, vt dicam
infr. nume. 135. eſt que doctrina Bart. in leg.
admonendi. de iur. iur. vbi etiam. Doc.

Nec ſoli Principi de ſuo facto puta de inue-
ſtitura facta vaſſalo creditur, niſi a Cancellario
ſcripta appareret, d. l. iuſiurandi. C. de teſt. Af-
flict. de feu. tit. de Pace tenen. c. ſi duo homines
n. 2 ueluti non ſine detrimento Iuſtitiæ, quã-
doquidem Cancellarius ſeu Actuarius fungitur
vice teſtis & Iudicis. Nam poteſt ita ſcribere ve
nullo nõ appareat ipſum nũq̃ erraſſe, vel dicere
ſic nõ dixi an aũt admittatur cõtra aſſertionem
Principis, vi. Crauet. de Antiqui. temp. p. l. ſect.
Propoſitum, numer. decimoſecundo, fol. 45.
Itẽ quod credatur dicto vnius teſtis procedit ẽt
quando iudex haberet amplum arbitrium ſeu
(vt dicitur) Brachium regium, de quo latè dicã
Boſſ. in tit. de tor. teſt. nu. 10. idem in tit. de indi.
& conſiderat. nu. 12 fallit. ſi ab vtraque parte v-
133 nicus teſtis fuerit productus, quia eo in caſu fa
ciet plenam probationẽ. Rom. cõſ. 304. n. 7. cat.
58. Curt. iun. in l. admonẽdi. n. 305. de iur. iur. &
omnes hic tenent. Iaſ. in l. 1. §. vlt. n. 8 ff. de ver.
oblig. Viui. com. op. libro primo, op. 413. & vi
de etiam Spec. in tit. de teſte. §. reſtat. & §. de n.
134 teſtium. vbi concludit, quod in omnibus illis
caſibus, in quibus dictum vnius teſtis ſufficit, il
lud procedit ex priuilegio, & ſpecialiter, & quan
235 do per dictũ vnius teſtis probatio plena dica-
tur, eſt pulchrum Dec. conſil. 56. numero 3. &
latè per Farin. de Teſt. q. 62. & 63. vbi inter a-
lios effectus contra producentẽ teſtis vnius pro-
bat. n. 237. & no. Diſtinctionẽ quã ponit Bal. in
l. ad-

Digitized by Google

l.admonendi n. ff. de iur. iur. 9. vbi dicit quod
aut teſtis inſ.ab vtraq; parte productus & datus
pro confidenti in perſona & in dicto plene pro
bat,ſi autem in perſona tantum: ſemiplene,re-
ſert Maſcar.de probat.cond.13. nu.13.car.232.
de Brach.Reg.& in ſure.vi. Grammat.conſ.37.
vbi ait mittendos eſſe explotatores ad verifican
dum furta, quæ frequentius committuntur. ſic
136 actius proceditur. eſt etiam diſputatio, nun-
quid per ea inditia,per quæ poteſt tranſmitti in
quiſitio, & ad torturam deuenitur, an etiam
ad condemnationem iudex deuenire poſſit? &
credo,ſi illa fuerint indubitata,nec per queſtio-
nes contrarias ſublata, quod tunc quis poterit
condemnari. quæ opinio videtur communis a-
137 pud Franc.Bru.tract.indic.4.q.1. par. num.2.
vbi plenè tractat,quænam ſint inditia indubita
ta,& dubitata,quamuis Iul.Clar.§.fi.q.28.verſ.
ad condemnationem,& verſ.ſeq.& Boſſ. in tit.
de conuictis, numer. 27. cum plur.ſeq. velint,
quòd nec per inditia etiam grauiſſima, & indu
bitata quis debeat corporaliter puniri;ſed pœna
pecuniaria tantum, niſi eſſet malæ vitæ,& ſoli-
tus talia facere delicta. Quæ pœna etiamſi indi-
138 tia non ſint adeo grauiſſima, procedit;& ſe ve
ra horum opinio magis obſeruatur a iudicibus
æquitatis, qui ſibi ipſis, & conſcientiæ conſule
re primò,& principaliter cupiunt. Pract. Cart.
fol.trigeſimoſexto.numer. quinquageſimoſex-
to, & Bru. d. tract. indic. 4. quæſtion. p. 1. qui
iudicis arbitrio hoc onus relinquunt. Ex hoc
habetur, quòd præſumptio coniuncta teſti fide
digno in pœna corporali non poteſt facere, vt
quis de iure damnetur. Menoch. de præſumpt.
p. 1. libr. 1.quæſt.98. ſed Boſſ. tit.de conuic.ſub
numer.37.videtur tenere contrarium. Rurſus,
quoad confeſſionem ſine inditijs cum tortura
non tenet confeſſio, nec confeſſus condemnari
poteſt, etiam quod ex poſt ſuperuenerint indi-
tia ſufficientia, niſi iterum delinquens exami-
netur,& detur terminus ad ſe defendendum.ca
pitul.non firmatur, vbi Dyn.de reg. iur. Marſ.
pract.§.diligenter.numer.184 & de hac materia
latè Maſc. de prob. concl. 352. 353.& 867.vbi
numer. 6. ait confeſſionem qualificatam non
ſufficere ad condemnandum aliquem capitali-
ter. quia dicitur probatio luce meridiana cla-
rior.iux.l.vlt. C. de probat.niſi alijs concurren-
tibus inditijs.vi. Boſſ. in tit. de confeſſ. & in tit.
de conuic.per tot.& qui verè, & realiter conui-
ctus eſt, iudicum debet habere abſque rigore;ſe
cus, ſi fictè conuictus ſit, ut puta per contuma-
139 ciam,ſtante ſtatuto,quòd contumax habeatur
pro confeſſo,& conuicto, vt in ſtatuto Medio-
lani viget conſtit. in tit. de accu. §. procedant.
140 Nam hoc in caſu debet ſeruari rigor;contra e-
141 nim contumaces omnia iura clamant. doc.in
l. 1. ff. ſi quis iuſd. non obtemp. & graue deli-
ctum eſt contumacia, imo delictum aggrauat.l.
omne delictum. §. contumacia, digeſtis de re
mil. & Menoch. de arb. iud. caſ. 153. fol. 163.
& to. tit. de dolo, & contumacia. Plot. in di-
ſtinction. l. ſi quando. numer. 773. vi. omni-
no Pau. Caſtr. conſ. trigeſimotertio col. ſecun-
da, volum. tertio. Clar. §. final. quæſtion. 44.
verſ. quæro etiam. Boſſ. in tit. de confeſſ. &
conuict. per to. Neuiz.conſ. ſexto, volum. pri-
mo.Follet. pract. cit. in verb. & ſi confitebun-
tur. par. quarta.3. par. nec aduerſatur. l. abſen-
142 tem, Digeſtis de pœ. quia ſic ſtatuto cauetur,
quòd contumax habeatur pro confeſſo & con-
142 uicto, & illa regula, quòd melius eſt nocen-
tem dimittere, quam abſentem condemnare:
procedit, quando de delicto plenè non con-
ſtaret, & intentio fiſci non eſſet plenè funda-
ta, & de intelligentia huiuſmodi ſtatuti, vi.
Franc. Caſo. inter trac. crim. diuerſ. in præ-
miſſ.ſecundò,numer.ſeptimo. Ant. Columba.
de modo. proced.extraordin. in contro. crim.
articul. 152. vbi ſeptem requiri ait, priuſquàm
abſens condemnetur, & ipſe intelligo id quod
ſupra dixi, quando abſens eſt malæ vitæ, &
timore pœnæ, & non aliter ſe abſentat. vi.la-
tiſſime Hipp. Bonacoſ. in ſuis quæſtion. cri-
min. in ver. contumax. vbi antiquos, & mo-
dernos recenſet interpretes talis ſtatuti. & in
ſumma iudex iuxta delicti qualitatem, & per-
ſonæ, & inditia ſe regulare debet in condem-
nando, quia laus omnis in fine canitur. faciunt
dicta Bal. in le. milites. numer. ſexto, Digeſtis
de quæſtion. & licet reus capitaliter damna-
tus in contumaciam virtute ſtatuti, deinde
eo comparente, & ſe defendente, a damno ſe
liberauerit, & ſententia prima tamquam ini-
qua circumſcripta fuerit; nihilominus Iudex
non tenebitur in ſindicatu, quoniam habuit
intentionem fundatam in ſtatuto. & eo mi-
nus quando inſtante fiſco proceſſit ad con-
demnationem, præcedentibus indiuijs tantum
ad tranſmittendam inquiſitionem, & ita ſer-
uatur. facit Blanc. in ſua pract. crimin. in
ver. ignorantia. numer. ſeptuageſimotertio, &
ſeptuageſimoſeptimo. fol. 820. Non eſt in do-
143 lo, qui facit lege permittente, leg. graue ad
leg. Aquil. Non omitto, ſi actorum ſcriptu-
ra fuerit deperdita, quod nihilominus pro-
bari poterit per teſtes. tenet Hip. de Marſ.
in rub.de probat. numer. 337. Fely. latiſſimè in
capitul. ſicut.col.prima extra de te iud. Bal. in
leg. emancipata. in princ. de fid. inſtrument.
Spec. in tit. de inſtrument. edit. §. reſtat. Et
quoniam de iure nequaquam anguſtianda eſt
144 facultas tot producendi teſtes, quot quiſquis
producere voluerit, vt in auth. de teſtimon.
in princ. ius tamen vult effrenatam multitu-
145 dinem teſtium a iudice reijciendam fore, ne
partes magnis vexentur ſumptibus: tex. eſt ex-
preſſus in leg. prima Digeſtis eo. Menuch. de
146. arbitr. iud. caſ. 249. car. trigeſimatertia,
Farinac. de teſt. quæſtio. 80. numer. 114. cum
ſequent. & tunc dicitur effrenata multitudo,
quando excedit numerum quadragenarium,
capitul. cum cauſam. extra. de teſt. & eſt com-
munis opinio Spec. eo. tit. §. de numero te-
ſtium. verſ. hoc etiam. numer. 12. Rebuff.
eo. tract. de teſt. gloſ. quinta,ſexta, ſeptima,o-
ctaua, & nona, in leg. quoties capitul. de nau-
frag. vbi de iure communi dicitur, quando
exceditur numerus ternarius, ſuper vnoquo-
que capitulo, nihilominus eſt in arbitrio
Iudicis declarare quænam ſit effrenata multi-
tudo. & ex multitudine tolluntur exceptiones
perſonales ſecundum Bal. in leg. ſi quis ex ar-
gentarijs. §. primo Digeſtis de eden. quo caſu
teſtes qui ob defectum in perſonam ſunt tor-
quendi, vt inſt. numer. 142. lit. E. in tertia
part non deberent torqueri quia multitudo
tollit exceptiones perſonales, & facit rem no-
toriam. Bal. in auth. quod locum. C. de
collatio. & multitudo eſt reducenda ad nu-
merum decennarium. Maſcar. de probatio.
concluſion. 1077. volum. ſecundo. vi. Bal. in

Digitized by Google

l.ob Carmen.§.teſtes.ff.de teſt. vi.inf.n.193.gl.
pen.in d.cap. cum cauſam. Math. de Afflit.in
princ.ſuper conſtit.verſic.ſi damna clandeſtina.
n. 27. Sed vbi datur numerus determinatus vt
in contractibus & vltimis voluntatibus,ſi adhi
beatur maior numerus, non per hoc vitiatur,
quia abundans cautela non nocet. ar.l.gregè.ff.
de legat. & Afflict. vbi ſup. & vtile per inutile
non vitiatur.l.ſed & ſi decem.ff.de conſtitu.pe-
cu.cum ſimul tandem concludit, quando teſtiũ
numerus eſt a lege indeterminatus, iudicis arbi
trio relinquitur conſiderare, an numerus teſtiũ
effrenatus ſit,tex. & gl. in §.quia vero.verſ.quar
tam in auth.de teſ. Act. ſtatutum valet per quod
minor numerus teſtium admittitur quàm ſit de
iure communi. Bar.in l.de quibus.col.11.n.28.
de leg.vbi de magis co. op.& Ias.in l. cũctos po
pulos.c.de ſum.tri & fid.cat. Aſi.prac.§.19.c.38
Egid.eod.tract.n.51.vbi dicit,per vnumquem-
que articulum quatuor teſtes ſufficere,ſed quia
hoc iure cautum non eſt, ſatis puto verum, ſi ꝑ
duos teſtes,quodlibet cap.probetur,ex regula ge
nerali:in ore duorum,vel trium ſtat omne ver-
147.bum.d.quæſt.dixi ſup.n.80. tamen etiam iu-
dex conſiderabit, an ſatis probatum ſit, & an
cauſa ſit leuis, vel ardua,ſecundum qualitatem
negotij, & perſonarum: vt admonet Lanf. de
Oria.eo.tract.n.29.& an odio vexandi aduerſa
rium potius quam quod res poſtulat, tot para
conatur producere teſtes,ad hoc,vt ſi fieri poſſet
vitio perderet aduerſarium,ut conſiderat Iuriſc.
in d.l.1.§ fi.de teſt. Vnde ſi intentio producen-
tis teſtes fuerit per paucos probata, conſilium
eſt refrenare, ne plures producantur. l.amplio-
rem.§.in refutatorijs.C. de appellat.& in l.1.ff.
quod met. cauſa.cap.cum tu.extra de offic.dele-
gat.
148 Spec.d.§.de numer.teſtium modo dat practi
cam refrenandi teſtes, & inſuper aduertit iudi
cem, ne reprimendo effrenatam teſtium mult
tudinẽ,det ſpem producenti obtinendi, vt quia
ſat probatum dicat habere:imò potius in ambi-
guo eum teneat ad effectum, vt partes cogere
poſſit ad renunciandum productioni,& ita fieri
149 debet,ſecundum text. in leg.fin. C.eo.quæ re-
nuntiatio præcedere debet immediate concluſio
150 nem cauſæ,qua ſecuta,clauſa dicuntur eſſe or
gana iudicis, vt inquit Io. de Amic. conſ. 108.
col.2.n.7.8.& 10. & partib.os claudit, adeo qđ
nihil amplius ꝓbare poſſint. Pr. Dia.c.20.n.22.
Sed quo ad renuntiationem,ante tamen conclu
ſionem. D. Farinac.de tract.de teſt.9.75. nu.175
tradit Reg. negatiuã ne circa renunciationẽ poſ
ſit,quam ampliat. 5. quando eſt ſpecialiter renũ
tiatũ quo caſu nec ĩ cauſa appellationis amplius
teſtes examinari poſſunt. 2. diſtinguit inter re
nuntiationem generalem & ſpecialem nu. 281.
& 282. & illã quæ fit in vino pacti n.283.& an
ſuper nouis capitulis.3. ampliat etiam ſi ante re
nuntiationem nullos produxerit teſtes, & 12.
mod. limit.d.reg. non procedere ſuper nouis ar
ticulis ut ſcilicet 2. in cauſa criminali. 3.in cauſa
matrimoniali.4 quando renuntiatio eſt ab alte-
ra parte tantum. 5. quando abſenti parti renun-
tiatum eſt. 6.ſi ita iudici videbitur.ex cauſa.7.Iu
dex reſtituit aduerſus renunciationem. 8.in pro
bandis exceptionibus.9. ſuper articulis indire-
ctè contrarijs.10.ob ignorantiam habendi teſtis
11.quando renunciatio non fuit iurata. 12.quo
ad productionem inſtrumentorum, & teſtium
ſimul. Quod vero poſt cõcluſum in cauſa idem
Farinac.aliam regul.ponit.d.9.75.ſub num.275
car.319. vbi dicit non poſſe teſtes examinari,&
examinati non probant, quam non procedere
in 13. caſibus ait, 1. in cauſa appellationis. 2. ob
teſtes de nouo repertos.3. ſuper nouis capitulis.
4.ignoratis teſtibus ante, poſtea repertis,qui vi-
detur ſimilis Reg. 5. in cauſa matrimoniali .6.
in criminali, quia non concluditur in cauſa.7.
ex officio.8. parte non opponendi. 9. reuocata
concluſione aut ſuſpenſa. 10. videtur reſtitu-
tio.11.
Magna ſuadente æquitate. 12.in teſtibus om
ni exceptione maioribus. 13. quando agitur de
periculo animarum.addo.14. quando factũ iu-
dicis, teſtis, vel aduerſarij ante concluſionem
non potuit eos examinari per ea quæ dixi in 3.
par.ſub nu. 268.lit.E.& Petr. Zaue.ſing.966.nã
alterius factum ſine culpa mea mihi nocere nõ
debet.vulg.iur. ſed bona erit præuia proteſtatio,
de qua infra. Quo uero ad examinationẽ poſt
publicationem dicam infra 4. part. nom. 187.
& quid ſit cõcluſio in cauſa,habetur Marſ.prac.
§.ſequens.n.9.per Marãt.vbi laté actu. 15. in 6.
par.& dicam inf. n. 49. par. 5. Sed certè produ-
cens bonum ſuſcipiet augurium, & illum quo-
dam modo inſtruet de negotio,contra text. in l.
obſeruandi in fi.ff.de offi. præſid. Ideoque pru-
dentiſſimi iudicis eſt, modum hunc inuenire;
ne pars ſciat, in quo termino res ſit poſita. Sed
alio modo non poteſt renuntiatio fieri, puta ne
credatur teſtibus aut inſtrumento. Hoſt.in ſum.
de Renuntia.§.quæ poſſunt,verſ.quid de pacto.
ex quo uſus teſtium frequens & neceſſarius eſt.
l.1.de teſt. ſed bene poteſt renuntiari depoſitio-
ni ſibi fauorabili. Vital.de Clauſul.an poſſit re-
nuntiari probationibus car.mihi 553.per 10.&
an renuntiatio extendatur ad cauſam appellatio
nis,dic quod non. Bar. in auth.qui ſemel. n. 16.
C.de probat.vbi de renuntiatione generali hoc
procedere ait, ſecus ſi ſpecialiter etiam fuiſſet re
nuntiatum in cauſa appellationis. ibi Addit. ad
Bar. lit. e. & renuntiatio facta ab vno tantum
ex plurib. litis conſortibus alijs non præiudi-
cat ſine mandato expreſſo. Auth.iubemus.C.de
Iudic.& ſcias quod non obſtante renuntiatione
etiam cum iuramento facta,nihilominus pote-
rit implorari officium Iudicis, & valebit noua
teſtium productio ſecundum.tex.& ibi doct. in
c.ſi vero de iur. iuran. Alex.& Iaſ.in Auth.iube
mus.C.de Iudic.multa in pract.trad. Marſ.in ru
br.de fideiuſ. a n.277.vſque ad n. 184.& in pra-
35 ct §.opportunè.n.56. Nunc proſequendo, ſi quis
voluerit teſtamentum impugnare, tot teſtes re-
quiruntur, quot eſſe factum, affirmabunt. Soc.
Iunio. conſecrat.145.numer.9. & ſequent. vo-
lum.1. Craſſ. diſtinction. paragr. teſtamentum.
quæſtion. 84. Bar. in leg. hærede palam. de te-
ſtimon.dixi ſupra numer.quinquageſimo tertio
& eſt communis opinio. Accuſator non poteſt
renuntiare teſtibus. Innocent. in capitul. cum
veniſſent de teſtimon. Nam ea ſolemnitas re-
quiritur in deſtruendo,quæ in conſtruendo, vt
in auth. contra ſi filius. C. de regular. Marſ.
in pract. paragr.teſtat.numer. ſexto. vbi plures
allegat. & ſi teſtes teſtamentarij fuerunt con
tradictores, rumpitur teſtamentum. Craſſ.
quæſtion. octuageſima. & vt. Bald. in rubr. de
bon. poſſeſſ. ſecundum tabul. numer. ſeptimo
actus autem vltimæ voluntatis probatur de
iure communi quinque teſtibus. gloſſ. in leg.
cum proponebatur.de l.2.memor. in verb. ini-
micitia

Digitized by Google

152 miſcitiæ. Totque requirſitur ad reprobandum
inſtrumentum, quot interfuerunt inſtrumento
tex.in §.ſi verò.in Auth.de inſtru.cau. collat.6.
tex. in l.in exercendis. C.de fid.inſtrum.& per
duos teſtes omni exceptione maiores vis inſtru
menti ſubuerteretur. Sed quia ſemper pro actu
153 præſumitur,& debet in dubio interpretari, quòd
actus magis valeat, quam quod pereat; Caualc.
deciſ.42.num.8.fol.87 t.in 1.par.Decia.conſ.3.
num.3.& 4.vol.1. Ideo ſi inſtrumento interfue
runt duo teſtes. ad illud reprobandum tres de-
bent eſſe; vnus videlicet loco tabellionis, qui
154 vicē vnius teſtis ſubſtinet, quando inſtrumen
tum,vel teſtamētum eſſet deperditum, vt tenet
Lanf.de Oria.eo. tract.num.69. & eſt commu-
nis opinio,& ſic æqua lance hinc inde altercabi
tur.pulchre Minſing.obſeruat.39.Centu.4.& in
fra.nu.162.Boer. deciſ. 118.nu.8.9.10.& 26. Et
non omitto dictum Bal.in l.teſtium.col 2.ver.
vltimo.de teſt.qui dicit,quod ſi fuerit deperditū
155 inſtrumentum,aut teſtamētum, tunc ſi adſint
duo teſtes illorum, qui interfuerunt illi inſtru-
mento,vel teſtamento,illud probabunt;quam-
uis non faciant numerum completum, & ita te
net, & dicit Hipp. de Marſ. in rubr. de probat.
n.334.vbi alios in propoſito allegat. & Alex.in
l.2.§.diuus.ff. de iure fiſc. idem in cōſ. 48. in 2.
vol. faciunt quæ paulo ante dixi de actorum
perditione.n.143.& in hoc attenditur ſummo-
156 pere conſuetudo,quæ poteſt addere, & detra-
here ſolemnitatibus inſtrumenti a iure requiſi-
sis.eſt de hoc gloſ.in auth. de tabellio. ad fin.&
Inno.c.præterea.ex.de fi.inſtru. de qua conſue
tudine dixi ſup.n.7 & ſeq. quam intellige, vt i-
bi.& facit Pract. Pap.in for.opp.contr.inſtrum.
glo.6.& ibi Add.lit. a. Nō omitto etiam aliud,
157 quòd contra illa inſtrumenta facta de illis con-
tractibus, vt puta, quando dicitur, quod illud
inſtrumentum non valeat, niſi in ſcriptis re-
dactum ſit, vel ſiat de conſcriptura in publi-
ca forma; de qua Doctor. & text. in l.cōn-
tractibus. § fin. C. de fid. inſtru. & nouiſſimè
Dominus Caualca. latè deciſ.27. in par. princ.
fol. 648. non poteſt probari liberatio, vel ex-
tenuatio per teſtes, niſi per contrariam ſcriptu-
ram. l. generaliter. C. de non numer.pecul.fal-
158. lit, niſi iam admiſſa eſſet talis probatio
per teſtes, quæ alias non eſſet admittenda, ni
ſi per ſcripturam. Bald.in l.illicitas.§.veritas.ff.
de offi.præſ. Iaſ.in l.patre furioſo.n. 22.ff.de ijs,
qui ſunt ſui. vel alie. Alex. conſ. 77.n.13 2.& in
conſ 63.n. 21. Rebuff.in l.quod milit. n.49.ff.de
re iud. Gomeſ.varia.reſolut.tom.3.c.13.n.32.&
ita mihi prudentiſſimè reſpondit ijs dieb.eximo.
Iuriſc. D. Gualla, PP. dum dubia mea reſoluit,
an pax per teſtes probata valeret.& licet a prin-
159 cipio ſit communis opinio quod non, tenet
Cla.§.ſi.q.58.ver.ſcias etiam; tamen poſtquam
talis probatio eſt admiſſa, tenet, & vbi teſtes
non eſſent recipiendi, ſi reciperentur, faciunt
ſolum inditium ad inquirendum. Bar.in l.ſi. C.
de ijs qui ve indig.put.de ſindica.in ver.tortura.
c.11.ſecus ſi detegeretur quod eſſet periurus. Ce-
ph.conſ.213.n.7. & 8.vo.2.& quid ſi fuerit tor-
tus, nec etiā facit inditium ad torturam. Marſ.
in pract.§.diligenter.n.diligenter.n. 135.& 141.&
ſing.198.& Bar.in l.maritus.ff.de quæſti. Abb.
in c.ex literis de ſtat.fac. Rom. conſ. 7. lib.5. qui
loquitur de teſte periuro examinato. Vt iuniſi
teſtis,qui nō debuit examinari, examinetur de
facto, ſi eſt ſeruus,qui ob reuerentiam non de-
bet contra patronum examinari,nihil probant:
ſi eſt minor,vel mulier, faciunt quale quale in-
ditium.idem de infamato de facto,& non iuris
idem de paupere,& ſimilibus.faciunt inditium
ad inquirendum,dummodo in reliquo ordo iu-
ris ſeruatus ſit circa modum recipiendi teſtes;
nam ſi ordo non fuerit ſeruatus, nullo modo
teſtes, qui regulariter non ſunt admittendi,non
probarent, nec viam iudici etiam ad inquiren-
dum aperirent. Gomes. var. reſolut. de probat.
delic. n.20.& ſeq. & vbi non quæritur niſi de
habilitate teſtium, in hoc faciunt inditium vt
ſup.quia poteſt concedi vnum ſpeciale, ſed non
ſpecialitatum multiplicatio. Bar.in l.teſtes.§.per
contrarium de teſta. darentur duo ſpecialia quā
do teſtis eſſet examinatus ante litem conteſta.
aut parte non citata.item receptus cōtra expreſ-
ſam legis municipalis prohibitionem. de qui-
bus. Fely.in c.cum dilecti de appell. Diaz. reg.
755.Sed ſi reciperentur teſtes (qui non eſſent in
habiles) tempore quo non eſſent recipiendi,
puta indicijs teſtificatis. vt n. 184. in 3. par. ſi
pars non opponit valet receptio. Iaſ. in l. patre
furioſo. n. 20. ff.de ijs qui ſunt ſui. Nam multa
160 facta tenent, quæ ab initio fieri prohibentur.
d.l.patre furioſo.ff.de ijs,qui ſunt ſui vel alie.in.
ad hanc reg.vt.omnino Iaſ.ibi a n. 11. vſque ad
n.26.multa in materia teſtium ponit,de quibus
etiam per diſcurſum ſuis locis dixi, facit quod
tead. Innoc in c.cum Bonol. de re iud. Spec. in
tit.de probat.ca.videndum. ver.quid ſi debitor.
Dec.in cap.2.n.8. eo. tit.de probat.fallit etiam,
quando tractaretur de falſitate.tex.in l. ſicut.C.
ad leg.Cor.de falſ. Pract. Pap. in for.opp. contr.
inſtru.gloſ.fi.col. penul.verſ.vnum autem,quia
propter delictum iſtud etiam per teſtes poſſet
æqua fieri probatio.& quia ſolet in cauſis ciuili
bus ſæpenumero deferre parti iuramentum li-
tis deciſiuum;de quo latè Spec. in tit. de iureiu-
rand.& per Pract. Stract.c.20.& per to.tit.C.de
reb.cred.& iureiuran.& Doct.in l.admonendi.
de iureiuran. Act. vt Paul. ad Hæbreos, omnis
controuerſiæ finis & Iuramentum quam litis
deciſiuam appellamus, & ſi pars iurauerit, tunc
omnis lis eſt finita. ſolum remanet remedium
puniendi eum, qui falsò iurauit,dummodo per
teſtes conuincatur,quamuis per ſcripturam eſ-
ſet obligatus ad præſtandum id, quod ſoluiſſe iu
rauit.& ideo no. quod licet per ſcripturam debe
ret conſtare de credito, tamen teſtes poſſent il-
lud probare ad prædictum finem. Probatio ſolu
tionis tributorum & Canonis publici non po-
teſt probari per teſtes, ſed per ſcripturam. Iaſ. in
l.2. numer. 138. C. de iur. empy. niſi probare-
tur ſcripturam fuiſſe deperditam. articulando
illam fuiſſe deperditam. vt ſupra dixi numer.
162 143. Notandum eſt etiam quod in illa ſcriptu-
ra, quæ modo probatur, niſi productione te-
ſtium, tunc etiam tabellio habetur pro vno te-
ſte,per tex.in l. Domitius.§.itē Labeo,vbi Doct.
ff.de teſta. Nell.eo. tract. num. 228. Butrig. eo.
tract.n.7.per tex.in cap.cum Ioannes.de fid.in-
ſtrum. licet velit quinque teſtibus reprobari in
ſtrumentum publicum. Nell. eo. tract.numer.
97. At tres eſſe neceſſarios propter tabellionis
perſonam, ait Crot.eo.tract. par.6.numer.225.
163 & ibi Add. Hipp. de Marſ. ſing. 61. verſ. di-
ctum teſtis. videte Matth. de afflit. deciſ. 25.
& Marc. deciſ. qui dicunt quod notarius non
aliter in teſtibus numerabitur, niſi a iudice
exploretur,ac diligenter examinetur, & vt præ-

dixi vltra alios teſtes vnus teſtis loco tabellio-
nis ſemper addi debet, quãdo reprobatur inſtru
mentum,& vlterius int alios teſtes addere qui
inſtrumento interfuere.& quot & quales teſtes
eſſe debent in reprobando inſtrumẽto habetur
per Dec.conſ.101. Alex.conſ.53.volum.7.Caſt.
conſ.371. Pap.in for.libell. opp.contr.Inſtr.gl.
in verſi.dignoſcitur.Io.de Amic.conſi.44.Soc.
conſ.92.par.3.Iaſ.conſ.153. vol.2.Fely.c.cum
Ioannes. nu.44.de fid.inſtr.Menoc.de arb.iud.
caſ.105.num.4.& 5.& 6.vbi non oportet eſſe
omni excep. maio. & qualiter ſi articulandum
ponit Aret.§. item verborum,col.3. inſtitu.de
inutil. ſtipul. Maſcar.de probat. concl.919.vol.
2.Et nota quod per teſtes non poteſt contrariari
quibuſdam ſcripturis,vt ſunt monimẽta,archi-
uij publici, & libri Ciuitatum, priuilegia anti-
qua,& huiuſmodi,per l.cenſus.ff.de proba.Min
ſing.centu.4. obſer.39. Quid ſi teſtis deſcriptus
in inſtrumento negat interfuiſſe, an reputetur
falſum inſtrumentum. vi. Pap. in for. lib. quo
agitur vt reſcindatur ſententia. in gloſſ. fuerunt,
& negando in totum inſtrumentum teſtes de-
bent eſſe omni exceptione maiores. ſecus,ſi ali-
quod pactum duntaxat negatum fuerit Menoc.
d.caſ. 104. vbi latè de hac materia. & Caualca.
deciſ.35.nu.32. cum ſeq.par.1.vbi an vtile per
inutile vitiatur.Nat.conſil. 497.num.11.vol.3.
& vi.in ſeq.par.num.36.lit.B.& falſitas inſtru-
menti probatur per tres teſtes.Maſcar.de proba.
concluſ. 741. volum.2. Inſtrumentum dicitur
164 vox mortua.§.ſi vero. in authen.de inſtrum.
caut.& fid.& hoc quatenus vt ſcriptura conſide
ratur.ſed ob teſtium exiſtentiam in eo, & ex eo
rum perſona fingitur, quod ſit vox viua.d.auth.
de fid.inſtrum.§.1.& ibi gloſſ.Spec.in tit.de in-
ſtrumen.fid.verſi.item dicitur.§.1. & vox viua
165 præualet mortuæ.idem Specu.in tit.de proba.
§.3.verſ.ſed pone.fallit in antiquis, nam hoc in
caſu vox mortua præualet, ſic plus valet Barto-
lus mortuus, quam lectores viui,& infra. in 3.
par. ſub nu.65. poſt lit.q. circa fin.& penpẽ.nu.
166 me.66.& plus inſtrumẽto crederetur,quam te
ſtibus contrarium deponentibus. Bero. quæſt.
105.num.6.& ſeq.Rol. con62.num.59.volu.1.
Caualcan.deciſ. 27. num.17. in 1.par. & pulchrè
deciſ...in 2.par. vi. Menoch. de arbitr. iud.caſ.
90.fol. 126.caſ.185. fol.147.vbi, quas probatio-
nes in antiquis ſufficere ponit. Specul.d. tit. de
167 inſtrum.edit.§.reſtat.verſi.nam quædam me-
lius.num. 145. & in verſic.ſed ſi alij, vbi allega.
Axa. in eadem ſum.de fid. inſtrum.§.pone. &
inquit.Spec.ibidem in verſi.tu vero dic,quod ſi
168 obijciatur inſtrumento per eoſdem teſtes in il
lo ſcriptos, vel etiam alios, non in eo ſcriptos,
tunc præualent teſtes inſtrumento, niſi alijs teſti
bus inſtrumentum coadiuuaretur. d. cap. cum
Ioannes.& ibi Abb. extra de fi.inſtrum.vel ni-
ſi negotium aptius probaretur, & magis proba-
bile eſſet per inſtrumentum, quam per teſtes, vt
169 dixi ſupra in Reper. in verbor.inſtrum. & vi.
Menoch.caſ. 105. nu. 23. vbi ponit praxim ſer-
uandam,cum teſtes inſtrumento contradicunt,
& de hoc vi. Innoc. in c. fraternitatis, extra de
hæret. vbi probè loquitur.& hi caſus videri poſ-
170 ſunt apud Specul.in d.§. reſtat. verſi. ſed ſi alij:
vbi & ſufficienti partium enumeratione ſumt
poſſunt probationes, quæ per ſcripturam atque
per teſtes ſolummodo valeret & Iaſ. & Doct.
in d. l. patre furioſo. ff. de ijs, qui ſunt ſui vel alie.
iu. vide. infr. num.31. lit.5. in ſeq. par.3. quarum
probationum genera ibi videri poſſunt. & per
Maſcar.de probat.in primo vol.tamen, vt ſæpius
dictum fuit,ſtãte neceſſitate probatio per teſtes
fieri poſſet quamuis per ſcripturam eſſet fienda
non obſtante ſtatuto,quia loco ſcripturę quinq;
teſtibus fit probatio legitima.leg. teſtium.C.de
teſt.Maſcar. de probat. concluſ. 1324. num. 13.
item ſi debitum non poſſet probari,niſi per ſcri
pturam,quia etiam per teſtes ſingulares probari
poteſt, quando ſingularitas eſt adminiculatiua.
Abb.c.2.nu. 10.ubi Felyn.num.16.de probat
Cremens.ſing.notab.42.ſimiliter in omni alio
negotio poſſet fieri probatio(itã exigẽte neceſ-
ſitate) per quinque teſtes, quamuis a ſtatuto di-
ceretur probationem fieri ſolum per ſcripturã,
dummodo etiam de iure cõmuni non eſſet pro
hibitum fieri per teſtes. alioquin vbi natura nõ
patitur fieri probationem niſi tantum per ſcri-
pturam,aut niſi tantum per teſtes,tunc per ęqui
pollens fieri nequit,nã aliud eſt neceſſitas,aliud
natura, quæ non debet producere monſtrum.
& eſt immutabilis Inſtit. §.ſed naturali.de iur.
nat.neceſſitas verò facit licitum quod alias eſſet
prohibitum. l.quæ propter neceſſitatem de reg.
iur. & l. vnica. ff. de offic. conſul. Pract. pap. in
fos.product.inſtru.glo.1.vbi caſus quinque po-
nit in quibus ſcriptura eſt omnino neceſſaria &
de ſubſtantia, vt eſt in teſtamento,in ſcriptis, in
Actis Curiæ,in Donatione requirente inſinua-
tionem, in Inueſtitura feudali, in obligatione
literarum, in ſentẽtia diffinitiua,in Priuilegijs.
in mandato, & huiuſmodi. Afin. in pract.ciuil.
c.5.per tot. in quibus caſibus nõ datur iuramen
tum ſuppletorium. Iaſ.in d.l.admonẽdi nu. 127.
de iure iur. Item no. quod & ſi ſolutio non po-
teſt probari, niſi per Inſtrumentum, vt eſt in
ſtatutis Papiæ ciuilibus vbi contra Inſtrumen-
tum non datur exceptio niſi per aliud inſtru-
mentum. tunc ſi in dicto inſtrumento ineſt iura
mentum, illud iuramentum probari poteſt per
teſtes argum. eorum quæ trad. Marſ. in pract.§.
ſecundum num.667. & admodum mihi placet
practica, Mantuæ in qua non datur contrahen-
tibus iuramentum,ſed adhibetur Clauſula iſta,
ſincerè, fideliter, & inuiolabiliter, quæ habet
vim iuramenti, & per eam dat robur contracti-
bus,& euitantur tot periuria. Sed in criminali-
bus non ſic, quia licet multi in periurium inci-
dant,tamen in dubio præſumitur neminem eſ-
ſe immemorem ſalutis æternæ.l.vl.C.ad leg. Iul.
repetun. & attenditur id, quod fieri debet, non
quod in conſequentiam venire poteſt. per l.fin.
de her.inſtitu.
66 & periurium ſine dolo nõ cõmittitur. Ideo ſi per inaduertẽtiam, aut impoſſibilitatem quis iuramento non paruerit, non dicitur periurus, quia animus non fuit iurandi falſum, ſed dun taxat ſe eximendi a pena, vel a timore. & conſi deratur id quod principaliter fit, non quod in cõ ſequentiam venit. vul. iur. ver. teſtis, non poteſt dici periurus, & quamuis Tindar. in trac. de teſ. n. 28. dicat teſtem non excuſari falſum dicendo propter metum. per gl. 15. q. 7. c. authoritatem, hoc verum quando dictum eſt alteri nocibile vel nocere poteſt, vt dixi ſup. n. 65. ſed ille qui prima vice negauit, nemini præiudicauit, ergo. nec me latet conſ. 99. Ludo. Cati. inter conſ. cc. diuerſor ſub n. 25. quia in practica magis obſer uatur op. ſupradicta. Ruſus ſi teſtis falſum dixe rit non animo iurandi falſum, nec animo no cendi alicui, immo quod nequaquam nocuerit, ſed pro ſaluando honore vel vita alicuius Rei, non debet puniri pœna ordinaria falſi, quia ceſ ſat dolus vt ſup. n. 69. ſed extraordinaria & mi ſcranda pœna. 22. q. 2. c. ne quis. & Gram. vot. 5 & ſi verum teſtis in ſubſtantia diceret ſed fal ſam rationem reddendo, non eſt puniendus. Gabriel. concluſ. tit. de malef. concl. 33. n. 6. in fi. alia etiã occurrentia inuenies a Baiar. ad Clar. ſuis locis. Nouum orio etiam in materia iura menti quod ſi teſtis ſe abſtinet poſt ſuſceptum iuramentum veritatis dicendæ, quod punitur pœna f. l. paria enim ſunt nolle dicere verita tem, & falſum dicere. Bal. in l. presbyteri. n. 12. in fi. C. de epiſc. & cler. Ang. in l. argentarius. §. cum autem. ff. de eden. ſed ſi fuerit abſolutus a periurio, vel ei de periurio oppoſitum per partẽ non fuerit periurus in vno, non vitiat verum in alio, ſiue ſub eodem iuramenti vinculo, ſeu ſub diuerſo iuramento, & in hoc Iudex non videtur teneri ſupplere def. ctam patti. per reg. vtile per inutile non vitiatur. de qua in l. 1. §. item quæri tur. & in §. item Trebatius ff. de aqua quot. & eſti. & in l. gręc. §. illud. ff. de fideiuſſ. verum ſi teſtis iurauerit ſuper tota cauſa, ſo nullo ei cre detur, ſiue capitula ſint connexa ſiue ſeparata. Ancar. reg. q. 56. nu. 12. lib. 1. q. 14 n. 9. lib. 2. facit Soc. Iunio. conſ. 41. per tot. vo. 2. Bar. in l. ſi duo patroni. §. Iulianus. de iur. iura. & in dubio in telligeretur iurum eſſe ſuper capitulis præſenti bus, & non futuris, quia iuramentum intelligi tur rebus ſtantibus & ſecundum ſubiectam ma teriam. c. quintauallis, extra de iur. iura. Ancar. d. q. 56. & q. 14. Dec. conſ. 335. Lanfr. eo. tract. n. 54. quo facit pro limitatione eius quod ſupra dixi. Et Doct. ſuper materia iſta diſtinguunt, an falſum ſit ex accidenti non vitiante ſubſtãtiam, pota quando nil aut parum refert ad cauſam, tunc non videtur in totum falſus. Boſſ. in tit. de falſ. num. 147 & aliud eſt iurare ſuper capitulis, aliud ſuper tota cauſa, aliud ſuper omnibus & quibuſcunque fuerit interrogatus. & in hoc vl timu ſi teſtis impertinenter fuerit interrogatus non probat. Bal. in rubr. de controuer. inueſti. Fely. & alij. in d. c. fraternitatis † & ideò ſi quis mẽtitur ſuper generalibus nõ incidit in falſum, niſi iurauerit dicere veritatem in omnibus. Boſ. d. tit. de falſ. n. 48. Quæ autem dicantur cõnexa, aut dependentia dicam infr. Item ſi nullirer fue rit interrogatus & examinatus & dep ſuit v num, & in alio examine iiti facto quid diuer
69 ſum probat. Maſcar. de probat. concl. 143. vo. 2. & ſi teſtes ſunt falſatij in acceſſorijs, multò mi tius ſunt puniendi, quàm ſi falſi n depoſuiſſent circa principale. tex. in l. 1. & ibi. Doct. de falſ. Tiod. eo. trac. c. 3 n. 4. par. prima. Viui. com. op.
70 ſuis np. 417. Soar. recept. ſen. in verb. falſi cri men. n. 19. vbi dicit, falſi crimen eleuatur, atque eius effugiuntur pœnæ, ſi quis in dolo non fue cit, vel ſi primordio veritatis iuncitur: vel ſi quid geſtum falsò, dictumue ſit, quod nemini dam num, aut præiudicium inferat. vi. Bart. in l. ex ar bitrio. de exer. crim. ut dixi ſup. num. 65. vi Far. eo. tit. q. 67. vbi nu. 111. & ſeq. ait quod falſus in vno intelligitur falſus in totum, ſiue circa rem principalem ſiue in acceſſorijs. hinc dixi che al bugiardo non ſi crede la verità. & in hoc propo ſito teſtis quod teſtis qui ſemel iurauit dicere veritatem ſuper tota cauſa, uel ſuper ijs ſuper quibus eſt examinandus, ſi depoſuerit puta ſu per mutuo & dixerit mutuum verum fuiſſe & adiecerit, ſe poſtea interfuiſſe ſolutioni, licet ſu per ſolutione productus minime fuerit nihilo minus in totum eſt ei credendum, nam intelli gitur productus etiam ſuper dependentibus ab ipſa obligatione, vt per Bal. in l. per emptoria, eol. penult. C ſententia, quem adducit Boer. Deciſ. 241. ſub n. 5 verſ. & pro hac, & per Hipp. in l. 1 §. Diuus Adrianus ſub nu. 4. ff. de quæſt. Nam ſi teſtimonium diuidi non poteſt, quan do partem deponit pro vno & partim pro alio, ſequitur. Pui. de ſindic. in uerb. Teſtis. eſt mate ria l. Authentic. §. idem queſiti, de liberat. legat. vi. ſup. De Brach. Reg. 3 ſub nu. 168 ubi dixi remiſſiuè idem Boer. Deciſ. 339. nu 3. & 4. & hoc ſupradicto modo Iuramentu præſtitum dici tur indiuiſibile. Cepæ. cautel. 184. & caut. 89. & notate hic in fi. qd falſi criminis accuſatio. 4.
I 20. anno. ſpatio ab . letur, ut communem aſſerit Boer. deciſ. 27. n. quinto. Viui. libr. 1. np. 29. Et ſtante ſtatuto quod ſi quis falſum dixerit pro pter quod quis ſit abſoluendus vel condemnan dus, teſtis non punitur pœna dicti ſtatuti. ſecun dum Bal. conſ. 6. vo. 1. & Plot. in l. ſi quando. n. 716. C. vnde vi. quod facit ad ſtatutum Ianuæ in criminal. cap. 35. & quamuis ille qui non eſt in dolo, non debet puniri, ſicut dixi quando di ctum non nocet. per Bertazol. con. 37. n. 2. & 3. hoc eſt verum pœna ordinaria, ſecus in extra ordinaria. Nauar. in 2. lib. Reſp. tit. de teſt. Me noc. de ar. iud. caſ. 306. n. 20. & 21. & ſeq. vbi te ſtatur de communi. & de conſuetudine ſtatue dicto teſtis falſis aſſertis a quo ſubornatus fuit, ſed cum tortura contra ſubornantem. Clar. §. fal ſum verſ. ſubornans. quod eſt verum quando aliter veritas ſubornationis haberi non poſſet, Franc. Marc. deciſ. 488. & Bertazol. conſ. 156. vi. Anto. ſcap. tract. iur. non ſcrip. lib. 5. c. 8. q. 93

& po-

quam, & ad quid quis citetur: & quando ſit cau
ſa exprimenda, habetur per Menoch. de arbitr.
iud. caſ. 52. in fi. vbi dicit, quòd quando in ſcri-
ptis pars citatur, vt perſonaliter compareat, tūc
eſt cauſa exprimenda, Dec. in capit. conſului. de
appel. ex defectu cita. num. 75. & locus & Tri-
bunal ponendi ſunt ad quæ citatus venire de-
bent, ad quos & terminus, pro quo quis voca-
tur, & iuxta formam, & ſtylum loci conſuetū
75 debet tranſmitti citatio iſta in ſcriptis. Alexan.
conſ. 65. colum. vlt. vol. 1. Dec. conſ. 163. col. 7.
verſ. non eſt dubitandum. vol. 1. Marſil. d. l. de
vno quoque. num. 83. adde Vant. tract. null. ſed
ſi fiat verbaliter per nuntium, & ortenus, ſat
76 erit ſi dicat, cito Caium coram iudice tali, & ho-
ra: de quo vide ipſum Vant. vbi ſupra, nu. 35.
Bar. & Doct. in l fi. C. de reis. & ibi Alex. in ad-
dit. Faber. & Iaſ. in §. quadrupli, & Angel. inſti.
de act. vnde ſi de ſtilo nō ſolet pars citari quan-
do examinantur teſtes, vt in ſumendis informa
tionibus cōtingit, valet examen teſtium in Ci-
uilibus, ſed in criminalibus fit repetitio. de qua
in V. par. huius tract. nu. 200. cum ſeq. quia hoc
operatur ſtilus ſecundum Grammat. volum. 3.
num. 24 Guid. PP. q. 181. nume. 1. Octa. pede.
deciſ. 22. num. 15. ful. 73. Sed vt dictum eſt de
iure communi citatio requiritur, & eſt de ſub-
ſtantia, vt ſupra num. 72. lit. v. & in quinque ca-
ſibus tantum citationem non requiri ait Ro.
ſing. 369. ſed multo plures ponit Soc. reg. 74.
quo caſu ſi Ro. viueret, poſſent ei erui oculi ex
eiuſdem Ro. ſententia. ſed quia nemo eſt do-
minus membrorum ſuorum, l. liber homo. ff.
ad leg. Aquil. poſſet ſe defendere à Socino. vnde
ſi poſtea pars non comparuerit, accuſatur con-
tumacia, & iudex procedit ad vlteriora. & qđ
citatio debeat præcedere, eſt omnium opinio
communiſſima. Viui. lib. 1. op. 203. Clar. §. fin.
q. 32. Grauat. ad Veſtrij Pract. lib 5. c. 1 t. nu. 6.
Eman. Soarez. recept. ſent. in verb. citato. nu-
mero 52. Boſſ. late in tit. de citat. & Spec. eod.
77 titul. fallit primo, ſi periculum eſſet in mo-
ra, & adeſſet fugæ ſuſpitio, tunc non requiritur
citatio. Caualcan. deciſ 45. num. 11. fol. 725. in
1. par. Innoc. in c. ſignificauit. in fi. de teſt. Hip.
de Mar. d. l. de vno quoque. nume. 49. ſecundo
fallit, quando iudex ex officio ſumit informa-
tiones. Felyn. in cap. propoſuiſti. de prob. idem
in c. 2. de teſt. & ibi 14. caſus cumulat, in qui-
bus non requiritur citatio, & eſt cōmunis opi-
nio Innocen cap. 5. de poſtu. præla. refert & ſe-
quitur Barba. in cap. teſtimonium. in 5. colum.
de teſt. Ludo. Ro. ſing. 366. Hipp. vbi ſupra nu-
mero 69. & ita obſeruatur. tertio fallit, quando
teſtes eſſent recipiendi ad æternam rei memo-
riam, & adeſſet aliqua iuſta cauſa non citandi
aduerſarium, vtputa, quia eſſet in lōginquis par-
tibus, vel ſi ſciret, timeretur de ſcandalo Marſ.
in d. l. de vnoquoque. num. 102. aliter regulari-
ter citari deberet. cap. Albericus, & ibi Abb. de
teſt. Marſil. d. l. vnoquoque. nume. 63. & 64. &
vt. Ioan. And. in cap. quoniam frequenter. vt
lit. non conteſt. item ſi teſtis inueniretur caſu
ob aliam cauſam in iudicio, & ibidem pars quæ
illum producere vellet, & pars contraria fuerit
citata, & relatio penes acta extiterit, & dicti te-
ſtis citatio iam commiſſa fuerit, tunc ſine cita-
tione poterit teſtis examinari, per Accurſ. in l.
poſt legatum. §. iis verò ff. de his. vt indig. & hoc
modo eſt intelligendus Maſcar. de probat. q. 5.
num. 30. & 31. par. 1. Nam præſens non citatur,

quod procedit inter partem, & partem coram
iudice exiſtentes; & citatio operatur quod te-
ſtis non dicatur ſe ſponte ingerere; & quod cō-
pelli poteſt teſtificari. ſecus in parte aduerſa.
Quarto in cauſa hæreſis pars non debet citari.
vt in cap. fi. de hæret. lib. 6. Quinto fallit ſecun-
dum Marſ. num. 66. quando producerentur ta-
les teſtes, & certum eſt, quod eis quicquam op-
poni non poſſit. Sexto quando committitur
alteri examinatio teſtis, an qs ſit idoneus. Bal.
in l. non dubium. C. de leg. & Marſ. num. 52. de
te iud. Septimo fallit in cauſa naufragij: nam
hoc in caſu teſtes poſſunt examinari, parte non
citata, Bar. in l. 2. C. de naufr. lib. 11. dic vt inf.
Octauo fallit ſecundum Marſ. num. 71. quan-
do informationes ſumuntur ſuper abſentia ali-
cuius; ſed hæc fallentia reſidet ſub fallentia ſe-
cunda. Nono, quando teſtis, ſemel parte cita-
ta, depoſuit, & poſtea vult declarare dictū ſuū,
non requiritur partis citatio, Rom. conſil. 482.
Bald. in authen. hodie, cir. princ. C. de iura. ca-
lum. quos refert, & ſequitur Marſil. num. 76. &
ampliatur procedere, quando ex officio iudex
vellet repetere dictum teſtis. de qua repet. dicā
infra, nume. 206. in v. par. & non citatur pars
quando teſtis eſt examinandus in tortura, vt in-
fra nu. 147. par. 4. Item quando heres petit im-
mitti in poſſeſſionem bonorum, vigore l. fi. C.
de edic. Diui Adri. toll. niſi certū ſit adeſſe poſ-
ſeſſorem vel legitimum contradictorem, de qua
materia vltra ſcrib. vt. oīno igne. ibi. & D. Me-
noch, de adipiſc. poſſ. Remed. 4. Item in cauſa
naufragij non ſolet pars citari Marſ. d. l. de vno
quoque num. 69. ſed in hoc videndus eſt con-
ſulatus, hoc eſt quidā liber ſic appellatus, in quo
ſunt ordines ſeruandi in cauſis Nauigationum,
tàm reſpectu mercium, quam Nauigiorum &
Nautarū, Militum & Mercatorū, & quia lon-
gū eſſet copiare omnia ſcribentium dicta in hac
materia: ſi vultis videre, in quibus caſibus ci-
tatio non eſt neceſſaria. vi. Maria. Soc. in rubr.
de dila. in 7. princ. artic. Ant. Micell. in tract. de
concord. gl. iur. ci. & Cano. concor. 52. & Marſ.
d. l. de vnoquoq; per to. vbi iudicio meo opti-
me in materia citationis loquitur, & in Pract.
vide Boſſ. vbi ſup. to. tit. de citat. & pract. Mo-
78 derni Stiae. cap. 16. num. 82. ponit formam ci-
tationis ad examinandū teſtes. cœtera in pra-
ctica ponam in 5. par. poſt princ. & vide Crot.
eod. tract. nu. 245. cum plur. ſeq. vbi Petr. Mon-
cad. in addit. lit. F. vt. Farinac. de teſt. q 72. vbi
lariſſimè de citatione teſtium & partis & eorū
effectibus. & ad q. 72. vſque ad q. 80. multa cu-
79 mulanter dixit. Quarto principaliter requiri-
tur, quòd teſtes ſint producti in termino dato
ad probandum. Barto. & Docto. communiter.
in auth. at qui ſemel. C. de probatio. Item quod
B ſint producti poſt li. cont. cap. 1. extra vt li. cont.
nam ante litem conteſtatam teſtes regulariter
non probant. Specul. eod. tit. §. nunc tractamus
80 Maſcar. de probat. concluſ. 1367. vol. 3. in quo
termino debent fieri probationes ante publica-
tionē proceſſus Spec. in tit. de probat. §. 2. Me-
noch. de arbit. iud. caſ. 239. in fi. quod procedit
in cauſa ciuili, ſecus in cauſa criminali, vt eſt
81 quando teſtes recipiuntur ad informandam cu-
riam, de quorū validitate dicam infra nu. 271.
Sed ante lit. conteſtatam poſſunt recipi teſtes
ad æternam rei memoriam, cap. quoniam fre-
quenter, extra vt lit. non conteſt. quod declara
quando pars iuſtam habet cauſam ſuſpicandi,
quod

quod teſtes, aut abſentari citò velint, vel quod
infirmitate depereant. practſ. Pap. in for. capitu-
lorum. quando teſt. pro. ad æternam rei memo-
riam, Pract. Sriac. cap. 16. nu. 81. cum ſeq. Soc.
in reg 413. Bart. & Alex. in l. dies cautioni. §.
prætor ait. ff. de dam. infect. & iſti teſtes debent
82 ſub ſigillo vſque ad annum ſtare, nam ſi poſtea
redierint, iterum debent examinari; Menoch.
de arbit. iud. lib. 2. caſ. 60 61. & 62. fol. 102. Boſſ.
in tit. de oppo. contr. teſt. vbi remiſſiue, nu. 32.
83 habetur, quęnam ſint cauſæ iſtæ in quibus exa-
minari poſſint teſtes ad æternam rei memoriã,
& an citatio debeat præcedere, & nunquid etiã
publicandi ſint, ponit Felyn. in cap. ſignificauit
C de teſt. Aret. in cap. fraternitatis. colum. 12. eo.
de teſt. Actori non licet ſine cauſa examinari
facere teſtes ante lit. conteſt. ſed reo futuro qui
dubitat moleſtari, vt in caſu l. diffamari C. de
manu. permittitur. Maſc. concl. 683. volum. 2.
de proba. & actor tenetur oſtendere cauſam vi-
gentem per ſupradicta. Item poſſunt recipi an-
te lit. conteſt. virtute literarum monitorialium,
vt quotidie ſeruatur pro inueniẽda veritate: ſed
actor qui debet ire inſtructus ad litem, non po-
terit lite cępta vti remedio dictarum literarum
ad fundandam eius intentionem. Doct. in l. ſi
quando. C. de Dilat. Reo autem conuento lice-
bit. Nam quod ab initio permittitur actori,
non eſt poſtea denegandum Reo. c. non licet,
& in l. non debent de regul. iur. Item ad infor-
mandam curiam, Item quando aliquid ſum-
marie Iudicis officio expeditur; Item in cauſa
finium regundorum; Item in cauſa legis, Diſ-
famari. C. de manumiſs. Gomeſ. var. reſolutio.
cap. 1. nume. 19. Item quando actor eſt contu-
max. Item in probanda cauſa ob quam reſtitu-
tio in integrum petitur, Item in probanda fu-
ga vel dilapidatione, Item in ſummariſſimo
poſſeſſorio aſinino. & in Remed. l. fina. C. de
edic. Diui Adr. toll. Guid. PP. deciſ. 152. nu. 3.
Item in notorijs ad cautelam recipi poſſunt.
Item in petitione dilationum de foris, vt eſt qñ
vltra terminum quis petit aliud dari pro exa-
minandis teſtibus extra iuriſdictionem & facit
fidem de hac neceſſitate, & alijs pluribus mo-
dis teſtes recipi poſſunt de quibus per Nell. eo.
tract. num. 73. Spec. eod. tit. ſed ſupradicti caſus
magis frequenter accidunt; & vi. Miſſing. ob-
ſeru. 72. Centur. 4. & obiet. 71. vbi differentias
ponit inter. cap. ſignificauit & c. quoniam fre-
quenter. §. ſunt & alij. de teſt. vi. Farinac. qui
trad. 1x. Regulas in hac materia cum ſuis am-
pliat. & limitat. q. 7. vbi multum diffuſe in hoc
propoſ. examinandi teſtes ante lit. conteſtat. &
quando licet Actori, & quando Reo. & quan-
do ad perpetuam rei memoriã, longa ſerie hãc
rem enucleat. Dicta verò teſtium ad æternam
rei memoriam redacta in publicam formã poſt
annum habent executionem paratam, ſecun-
dum Boer. q. 295. nu. 12. ſed ſi teſtes viuunt po-
terunt iterum examinari ad inſtantiã eius con-
tra quem producuntur: ſed ſi ſunt mortui ſtatur
eorum teſtificationi. Maſcar. de probat. con-
cluſ. 33. num. 11. 12. volum. 1. vi. Caball. mille-
loq. 915. p. 2. vbi ponit ſex requiſita vt teſtes ad
æternam memoriam recipiantur. primo, quod
fiat fides quod teſtes ſint abfuturi vel moritu-
ri de proximo: 2. quod pars citetur ſi fieri po-
teſt: 3. quod pars intra annum conueniatur:
4 quod iudex interloquatur eſſe recipiendos:
5. debẽt examinari à Iudice competente. Regu-

lariter debent examinari coram illo iudice co-
ram quo cauſa erit tractanda, niſi neceſſitas ali-
ter expoſcat. Ang. in l. cum ij, §. tranſactionẽ.
C. de tranſact. Curt. ſenio. in l. admonendi. nu-
mero 241. de iu. iuran. refert Ceph. conſ. 51. nu.
288. volum. 4. vi. Farinac. d. q. 75. nume. 133.
6. procedit in ciuilibus. Secus in criminalibus,
ſed in cã criminali parte abſente teſtes ad æter-
nam rei memoriam non debent recipi. Clar.
84 q. 44. verſ. 4. Poſſunt etiam poſt terminũ reci-
pi teſtes in quibuſdam alijs caſibus, de quibus
per Spec. eod. tit. §. 2. ad quem breuitatis gratia
85 me remitto. Quinto principaliter requiritur,
quòd dictum teſtis concludenter probet. capit.
D in præſentia. extra de probat. Bal. in l. matrem,
C. de probat. qui ait, quod probatio nõn conclu-
dens non eſt proba. & ſuper veriſimili, & non
aliter, cap. & quia veriſimile. extra de præſum-
ptio. & eorum ratio debet eſſe diuerſa à dicto:
86 vt in l. pro hærede. vbi Barto. & in l. qui inter-
rogatus. de pet. hær. Alias ſi teſtis de ratione in-
terrogatus, reſponderit ſcio, quia ſcio, non prob.
Innoc. in cap. cauſam, extra eo. Barto. eo. tract.
num. 3. gloſ. & communiter Doct. dicto cap. in
præſentia, Bal. late in l. ſolam, C. de teſt. vbi cir-
ca rationem, ſcio quia ſcio. ſub num. 2. & ſub
num. 13. ait quod Iudex quia habet arbitrium
poteſt credere teſti reddenti rationem perſuaſi-
uam inhęrentem conſcientię ſuę, ar. c. ſtatutũ
extra de reſcr. c. cum ęterni. de re iudic. maxi-
me ſtante clauſula ſola veritate attenta. Dec. in
conſ. 595. ſub num. 8. ea ratione quia probatio-
nes hodie ſunt arbitrariæ, vt dixi ſup. num. 75.
p. 2. de Brach. Reg. & vi. in 4. p. ſub nume. 74. &
in 1. par. ſub nume. 137. eod. tract. & in propoſ.
quæ ſcripſi in 6. par. ſub num. 209. & ne erres,
aduertas quod aliud eſt dicere, quod Iudex poſ-
ſit credere rationi perſuaſiuæ teſtis; aliud quod
poſſit Iudicare ſuper eo, quod ipſe ſibi pſuadet
verum eſſe ſine alia probatione; quia id facere
non poteſt, & qui ita tenẽt ita intelligendi sũt,
Nam ſi Iudex non poteſt per ſolam conſcientiã
per quamcumque liberam authoritatem, iudi-
care, quanto minus per id quod tantum perſua-
det ſibi eſſe verũ; infra. ſecus verò eſt in credẽ-
do teſti rationem nõ apprime bonam ſed tantũ
Iudici perſuaſiuam reddẽti. Iaſ. in l. cum hy. §.
vult igitur num. 6. ff. de tranſact. Dec. in l. quæ
dubitationis, nume. 7. de reg. iur. Crot. de teſt.
num. 310. Campeg. & alij quos adducit Farina.
de teſt. q. 70. num. 36. 37. car. 273. Deciſ. peda. 1.
num. 30. & Menoch. de arb. q. 25. num. 3. & fa-
cit Amat. in ſuis Deciſ. iterũ impreſſis Deciſ. 8.
num. 42. & 43. in No. Addit. & facit Rot. Ge-
nuæ. Deciſ. 28. nu. 18. vbi no. tres gradus proba-
tionum: primus eſt ſuſpicio: ſecundus opinio:
E tertius credulitas: niſi deponeret ſuper eo quod
veriſimiliter ſcire potuit, vt in cauſa vicinorũ,
& affinium, & collegij, & huiuſmodi. per l.
octaui. C. vnde cogna. vnde ſi vicinus teſtis di-
xerit, ſcio quia ſum vicinus, ſat erit. Aret. in cap.
cauſam. de teſt. Niger. in l. 1. ſub num. 45. in fi. ſi
cer. pet. & ſi teſtis indefinitè vel in abſtracto re-
ſpondit, non valet eius dictum; quia indefinita
locutio in teſtibus non æquipollet vniuerſali.
Abb. poſt Innoc. in c. auditis. de præſcrip. Alex.
conſ. 110. volum. 2. & propterea inquit Dec. in
l. contractus ſub num. 26. de reg. iur. quod ſi te-
ſtis depoſuit quem eſſe in culpa, nõ intelligitur
de leui. ſecus ſi proferretur à lege. Bal. in auth.
quod locum. de Collat. * ſimiliter ſi ſtatutum
iubet

Digitized by Google

iubet cauſas conſanguineorum compromitti
vſq; ad quartum gradum.& teſtis ſi deponat tā-
tum de conſanguinitate,non concludit, niſi ad
dat quartum gradum cum diſtinctione.text.in
c.licet vbi Abb.extra de teſt. Tiraq.de retr.con
ſanguineorum.§.1.glo.16.& ſic de ſimilib. Bo-
87 na namque ratio ſicuti iuſtificat dictum teſtis;
ita mala ratio illud elidit,ſunt verba Alexan.in
conſil.120.col.3.vol.5.& Curt.eod.tract.n.84.
conclu.41.Imo.in c.quoties.de tet.& dicit Ale-
88 xan.quòd ratio in teſte eſt illa quæ ſaluat,& de
F ſtruit dictum, nec valet conſuetudo quod cre-
datur teſtibus malam rationem aſſignantibus.
Iaſ.in l.de quibus.nu.67.ff.de leg. vbi exempli
ficat quando teſtis deponit de credulitate,& in
materia mutui ſi dixerit credere,quia numera-
ri vidit,probat mutuum. Cepol.caut 43. & Fer-
rat.Caut.42.vbi vide,& dat cautelam interro-
gandi teſtem ab initio ſuper cauſa ſcientiæ, nā
ſi poſtea per diſcurſum examinis non aſſigna-
uerit in ſpecie rationem, intelligitur aſſignata
in genere:eſt tamen verum,quod in ijs quę re-
præſentātur intellectui per ſenſum corporis,te-
ſtis dictum ſine alia ratione tenet: ſecus ſi im-
mediate non repræſententur,ſed mediate. Ber-
nar.Roch.in ſua pract.in ver.de iuram. Teſtis.
& vi.etiam Gram.conſil.c.a.30.& teſtis inepte
reſpondit, quando reſponſio non congruit in-
terrogatorio. Innoc.in cap.inquiſitionis.gl.in
verbo id facere.de accuſ. Bruno.à ſole.q.5.1.ou.
89 59. quod quidem teſtis dictum debet adaptari
negotio de quo quæritur & cōgruere auribus,
ne videatur buffonice & impertinenter dictū;
vt eſſet ſi de ijs quæ ad ſenſum viſus pertinent,
deponeret,de ſenſu auditus; quia in contracti-
bus de auditu deponitur,etiam ſi non depona-
tur de viſu; ſed in teſtamentis vtrumq; neceſ-
ſarium eſt,vt quod de auditu & de viſu teſtis de
ponat. vt ſupra dixi. nu.81. in præcedenti par.
Etenim vox per auditum,viſus per oculos, gu-
ſtus per eſcā,tactus per manus, & odoratus per
nares fit,etiā hoc pueri ſciunt, & confundere il
los eſſet vere puerile dictum. Spec.eo.ti.noſtro.
§.de examinatione.n.14.cum ſeq.& in ijs quæ
percipiuntur iudicio intellectus tenentur red-
G dere rationem etiam quod interrogati non fue
rint. Viu.co.op.in ver.teſtis.in ijs. Secus in ijs
quæ conſtant corporeo ſenſu,vt ſuper ijs quę in
facto conſiſtunt; ſed in ijs quæ ſunt iuris debēt
reddere ſcientiæ cauſam. Viu.vbi ſup.& Cam-
peg.tract.de teſt.concluſ.310. vbi ponit regulā
cum fallentijs.ibi recurre pe etres. Alex.conſi.
76.& conſ.109.vol.1.Bar.conſil.163.Sed teſtis
dictum per verbū credo, quod con.enta in capi
tulo ſiut vera,quia præſens fui, vidi,& auditi,
valet propter bonam rationem.Bal.& Caſtr.in
l.ſeruus.§.qui quinq;.de leg.1.Marcel.cal.trac.
90 de mo.art.§.2.gl.1.nu.892.fol.189.Sed licet in
ciuilibus teſtis non reddat cauſam ſcientiæ, ta-
men eius dictum ſuſtinetur, quando.i.de cau-
ſa nequaquam fuiſſet interrogatus. Bal.& Do-
ctor.in l.ſolam.C.eo.& eſt communis opinio.
91 declara vt inf.nu.92. ſecus in criminalibus, in
quibus omnino oportet rationē reddere,& cau
ſam ſcientiæ dicere, ſiue de ea interrogetur te-
ſtis,ſiue non, alias non valeret eius dictum,ita
tenet Alex.conſ.15.col.5.vol.1.Innoc.in capit.
cum cauſam. de teſt. eſt communis opinio de
qua Viu.com.opin.fol.271.ver.teſtis.& idem
H debet dici quo ad faciendum inditium ad tor-
turam.Marſ.in ſua pract.§.diligenter.num.30.

-ab a

& 31. ſed ſi cum dicto ſimul inſit ratio dicti &
ſic ratio ſcientiæ, fruſtra interrogaretur de ra-
tione. Afflict.deciſ.72.nu 6.& 7. Similiter non
eſt de ratione interrogandus, quando ius præſu
mit de aliquo,vt de Perito,de Vicino & ſimili
bus vt ſup.lit.D. Afflict.deciſ.307.nu.25.Ad ſu
pradicta vt. Bart.in eo.tract. numero, qui dicit
idem in ebriet.ſtultitia, & iracundia, ſed re ve-
ra iſta ſunt facti, & ex actibus exterioribus iu-
dicantur, & propterea de ijs actibus debet ra-
tio reddi. Menoch.caſ.326.361. Maſc.concluſ.
578.vol.2.& vt.inf nu.122.& 123 quod etiam
intelligendum eſt procedere,quando ad defen-
ſam dictum teſtis recipitur. Marſi.ſing.658.&
in ſing 621.Bertran.conſi 189.volum.2.Secus
quando ad defenſam, nam etiam ſi teſtis non
reddat cauſam ſcientiæ (dummodo de ea non
ſit interrogatus) tamen valet & tenet eius di-
ctum. Clar.§.fin.q.53 verſic. præterea, non te-
net etiam dictum niſi cauſam exprimat ſcien-
tiæ,quāquam non ſit de ea interrogatus, in om
nibus ſcilicet caſibus ſolo iudicio intellectus
perceptibilibus exemplo quando probatur ali-
quem eſſe diuitem,furioſum,vel dominum,&
92 poſſeſſorem.ita concludunt Bald.& alij in d.l.
ſolam.C.de teſt. Item non tenet etiam dictum
teſtis in ciuilibus, quando quis medio eius iu-
ramento ſuppletorio, & vno teſte probat, niſi
cauſam etiam exprimat ſcientiæ. Iaſ.in repet.d.
l.admonendi.col.94.de iur.iur. Marant. Spec.
aur.actu 6 nu.12.& ſeq.par.6.vbi limitationes
ponit,at ne longior videar quam par ſit,nō va-
let dictum teſtis in probanda ætate, niſi aſſigne
tur cauſa. Alex conſi.29.volum.7.nec etiam in
probanda conſuetudine. Dec.conſ.215. vol.9.
in fin.Nec in notorio & fama probandis. vt p
Dec.in capit.conſuluit.il primo.de appel. Nec
in probādo intereſſe. idem Dec.in l. quatenus.
de reg.iur.cœtera ponit Crot.eod. tract de teſt.
I & licet ſtatutum, vel reſcriptum remittat om
nes ſolemnitates iuris,non per hoc teſtibus cre
dendum eſt, non reddentibus concludentē ſui
dicti rationem. Tind.eo.tr.&.par.7. num.310.
nec valet conſuetudo in contrarium. Iaſ.in l.de
quibus.nu.67.de leg.& Afflict. deciſ.351. quos
adducit D.Menoch.de arb.iudi.q.25.nu.5.ſed
vbi proceditur via ſummaria & executiua, te-
ſtis ſine ratione nō interrogatus tenet. Marant.
in eius pract.diſt.9.nu.34. De hac re etiam per
Farinac.q.70.vbi latè de teſt. Nunc in proban-
dis rebus nullā meliorē eſſe probationē cōſtat,
quàm per peritos,vnde medico eſt credendum
in ijs quæ pertinent ad medicinam. l.ſemel. C.
de re milit. Item duodecimò fallit, ſi tota die
ſuper plateas, & ſub porticu commoratur lu-
dendo tarochis, ſbarraglino, & triomphe-
to tubatorio: ſcio enim quid per hæc ver-
ba inferre volo. Item naturali creditur de
natura rerum: vt in l. ſi pactum. ff. de ſo-
lut. & ſupra dixi. in prima parte. numero 69.
Sed in ijs,quæ facti ſunt, nulla probatio melior
eſt, quam oculorum inſpectio. l.ſi interruptione.
ff.ſi.reg. etiam hæc probatio per viſum omnes
alias antecellit. Azo.in ſum. C.ad leg. Aquil. &
plus liquet inſpectio oculorum, quam proba-
tio de auditu.vnde Hor.

Segnius irritant animos demiſſa per aures,
Quam quæ ſunt oculis commiſſa fidelibus.

Et hęc probatio etiam didicitis teſtificatis,& poſt
ſententiam nondum in rem iudicatam tranſa-
ctam admittitur,latè Maſcard.de probat. quæ-

E ſtio.

ſtio.8. volum. 1. Verum in ijs quæ ab animo
pendent, nulla eſt melior probatio quàm pro-
prij oris confeſſio. Gramat. Deciſi.36. numero
66. præcipuè cum tractatur de præiudicio con-
fitentis, & propterea ad hoc vt noceat multa re
quiruntur, de quibus per eundem Maſcard. de
prob. quæſtio.7. volum.1. num.14. cum ſeq. ſed
in criminalibus in ijs quæ in facto conſiſtunt
parum operatur talis confeſſio, niſi prius de de-
licto conſtet. Bartol. in l. ſi confeſſus cir. fi. ff. de
cuſto. Reorum Clar. §. fi. q. 19. verſi. vltimo. ve-
rum non eſt proprie materia noſtra, ideo ſatis
94 eſt. Repeto etiam memoriæ, quod in crimina-
libus ad hoc vt dicta teſtium valeant, debent te
ſtes eſſe omni exceptione maiores, & probatio
nes exactæ & luce meridiana clariores. cap. 1.
de teſt. & vulg. tex. l. ſciant cuncti. C. de probat.
cap. 1. verſic. maiores. vbi Cano. de conſang. &
affin. cap. Epiphanium. 5. quæſt. 6. & teſtes om-
ni exceptione maiores illi dicuntur cõtra quos
nulla poteſt exceptio opponi. Alexand. conſil.
58. volum. 1. Grammat. conſil. 35. num. 35. Pa-
riſ. conſil. 83. num. 19. volum. 1. Bald. in l. opti-
mam. num. 8. C. de contrahen. & commit. ſtip.
& teſtes omni except. maiores ſunt. de quibus
in tex. in c. totus. verſi. fin. de vec. ſignific. cuius
verba ſunt. vita ſit innocens & integer actu, nã
ſi vita bona defuerit fide carebit: non enim po-
teſt iuſtitia cum ſcelerato homine habere com
mercium. Sic recenſet Gomeſ. var. reſol. tom. de
prob. delic. cap. 12. num. 12. in fi. tom. 3. vbi ait,
quod omnes dicuntur fide digni, & omni ex-
cep. maiores. qui nulla exceptione legitima re-
pelli poſſunt & à lege non reperiantur prohibi
ti. vt in l. 1. de teſt. & in ſumma, maſculus, liber,
ſanus mente, non vilis, & annorum 25. non de
linquens, ſed vir probus, & Chriſtianus; nõ ha-
bẽs intereſſe in cauſa, iſte vere dicitur teſtis om
ni exceptione maior, ſed quis eſt hic & laudabi
mus eum? & parta ſunt dicere teſtem eſſe Ido-
neum, vel legitimum, & omni exceptione ma-
iorem. Pariſ. conſ. 24. num. 54. volum. 3. quam
uis. Crot. de teſt. nu. 295. & Maſcard. de prob.
1019. num. 55. aliquantiſper differre aiunt, &
plus teſtem eſſe omni exceptione maiorem
quam idoneum, aut legitimum: & verum di-
cunt, quia in certis caſibus etiam teſtes mino-
res, viles, ſocij & alioquin inhabiles cenſentur
idonei aut legitimi, pro vt ſubiecta materia po
ſtulat. vt per diſcurſum dixi. Hinc eſt, quòd in
criminalibus cauſis, & in ciuilibus arduis non
defertur iuramentum ſuppletorium. gl. in cap.
mulier. extra de iur. iura. Doct. communiter in
l. admonendi. Nell. à Sancto Gem. eo. tract. nu.
523. Crot. num. 106. Hercul. de probat. Negat.
num. 215. Clar. §. fin. quæſt. 53. Alex. & Iaſ. in l.
ait prætor. num. 21. de iur. iura. vbi ampliat pro
cedere etiam ſi pœna pecuniaria quis eſſet pu-
niendus. Ar. Pinell. in l. prima. par. 3. pag. 105.
colum. 3. verſic. ego veriorem. C. de bo. mater.
Alcia. in cap. cum contingat. nume. 149. de iur.
iuran. Emanuel Soarez. teſtatur de communi.
in verb. iuiurandum in cauſis. num. 308. cum
[illegible] in quibus locis ponuntur ampliat. &
fallent. circa iuramentum ſuppletorium quan-
do ſit deferendum, & quando non. Sic & in
cauſa magni ponderis non defertur iuramentũ
ſuppletorium. Menoch. de arb. iud. caſ. 190. per
to. pag. 190. quæ tenenda ſunt menti tanquam
quotidiana in practica, nam faciunt ad multa,
de damnis datis, de robarijs & ſpoliationib. ſup
quibus ſi aliter à ſtatuto non cauetur, tale iura-
mentum ſuppletorium nõ eſt deferendũ, quia
in ijs requiritur apertiſſima probatio. vt in l. fi.
97 de probat. in l. prima. C. de Carbo. edic. Accur.
in l. vlt. in princ. ff. quod metus cauſa. Item in
matrimonio, & filiatione. Didac. Couarr. in
98 tract. de ſponſ. parte 2. c. 4. In ijs enim cauſis ar
duis, & criminalibus regulariter pleniſſima re
quiritur cognitio per iura mox adducta, & in
cauſis ciuilibus plena tantum ſufficit probatio.
text. in l. tertia. §. ſciendum. ff. ad exhib. l. 1. §. ſi
ea. ff. de vent. inſpic. Bart. in extrau. ad reprim.
in verb. ſummarie, & in alijs caſibus ſat erit ſe-
miplena probatio. de quibus late Spec. in tit. de
99 offic. om. iud. §. ſexto. Hinc eſt quod in illis ca
ſibus vbi pleniſſima requiritur probatio, duæ ſe
miplenæ probationes non faciunt vnam plenã
probationem. vt teſtatur de cõi Iul. Clar. §. vlt.
quæſt. 63. ver. pen. quamuis regulariter receptũ
ſit, quod duæ ſemiplenæ probationes faciant
vnam plenam. Franciſ. Viui. d. lib. 2. com. opi-
nio. 419. quod verum eſt quando probationes
ſemiplenæ eiuſdem ſunt generis, ſecus ſi diuerſi
generis ſint. Bar. ita declarans. in d. l. admonen
di. nu. 48. & nu. 49. & nu. 38. & ſeq. eiuſdem ve
100 rò generis intelligatis, quando duo teſtes con
cludunt idem; diuerſi generis eſt quãdo diuer
ſimode à facto diuerſæ ſunt probationes, vt in
l. 2. §. fi. ff. de excuſat. vi. Fel. in cap. licet ex qua-
dam. nu. 2. de teſt. Iaſ. in d. l. admonendi. n. 290.
in c. cum cauſam. de probat. Non tamen diuer-
ſi ſunt generis, vnus teſtis, & confeſſio abſente
parte, vel vnus teſtis, & fama publica, vt decla-
rat Barto. vbi ſupra, vi. Bal. in l. ſi quis ex argen
tarijs. § 1. de edend. qui dicit quod probationes
diuerſi generis ad eundem finem tendentes pu-
ta vnus teſtis deponit ſuper fama, alter ſuper fu-
ga, non probant. ſed ſi duo teſtes deponant ſu-
per fama, & duo ſuper fuga, tunc benè probãt.
Nam quodlibet inditium duos teſtes requirit.
vt dixi. par 2. nu. 3. Minſing. obſer. 110. Centu.
2. Nec ſunt diuerſi generis probationes ratione
temporis, nam ſi in prima inſtantia ſemiplenè
probatum ſit, poterit in cauſa Appellationis ſup
pleri in ciuilibus, l. ampliorem. §. 1. C. de App.
pulcrè Bal. in addit. ad Spec. eo. de app. §. fi. col.
23. circ. fi. verſ. item quæritur. ſed de iure Cano.
aliter tenetur, dicam. ſub num. 187. in ſeq. par. &
quod dixi de plena probatione, intellige etiam
procedere in vno teſte, quãdo ad eſſe actus duo
vel tres requiruntur. Vnde in teſtamentis, in quã
bus, non dico ſeptem, ſed quinque ex ſpecialita
te requiruntur teſtes, ſicuti duo non ſufficerẽt
ad plenam probationem, ita nec vnus faceret ſe
miplenam, quod nota: ſed dimidium numerũ
puta ex quinque teſtibus duo vel tres facient ſe
miplenam, quando ſ. defectus eſt in numero tã
tum. vt dicit Bart. vbi ſup. n. 39. Pract. Papienſ.
in for. reſp. Rei. glo. iuriſiurandi. verſi. 2. quando
ſit deferẽdum. col 2. & ita ſecundum numerũ,
quod requiritur teſtium, regulabitur ad cogno-
ſcendum quot teſtes faciãt plenã, & quot ſemi-
plenam probationem, quodq; digito eſt colli-
gendum. Et quãdixi, ſi teſtes ſunt eiuſdẽ gene-
ris, & potentiæ, quod tunc duo facient plenam
probationem, tamen pro regula debetis intelli
101 gere, quod ſcriptura priuata, in qua adeſt cõfeſſio
ſine cauſa ſcribentis, illa facit ſemiplenam pro-
bationẽ, quæ alias cũ cauſa faceret plenã; vt in l.
cũ de indebito. §. fi. cum glo. ff. de prob. Angel.
Aret. in §. omnium. in ſeptima colum. de actio.
& de-

Digitized by Google

& declarat Marſ.in rubr.de prob.& ideo ſi ſine
cauſa faciat ſemiplenam probationē, poterit
adiuuari cum iuramēto ſuppletorio.eſt tex.in
l.publia.in fi.ff.de poſi. Alexan.conſi.13.vol.1.
& conſil.83.eo.volum. Menoch. de recuperan.
poſſeſſ.cas.28.nu.217.& ſeq.Rui.conſ.79.li.4.
& intelligitur facere ſemiplenam probationem,
ſi non erit oppoſitum tali ſcripturæ confeſſio-
nis ſine cauſa,alias ſi fuerit oppoſitum, nihil va
lebit,& ita tenet Ludo.Ro.conſ.190. ante fin.
& vide Marſ.vbi ſupra, nu.77.& quantum ad
102 validitatem ſcripturæ & eius comparationē,
& quibus modis etiam impugnari poſſit, vide
Menoch.de arbitr.iud.caſ.114.Gaſpar.Caball.
milleloq.654.cum alijs ſeq. in ſecunda par. ſed
L eſt aduertendum quod teſtes qui ſe ſubſcripſe-
runt Apodixiæ,debent eſſe bonæ vo is & pro-
bitatis,l.ſcripturas.cum Authen.ſeq.C.Qui po
tior in pign.& ſi teſtes in ea ſcripti pro recogni-
tione fuerunt examinati, probant.l.nuda. vbi
Bar.de donat. Alex.conſ.123.diſcuſſis.libro 1.
idem Alex.in conſil.181.nu.5.vol.2.vbi etiam
quod tres teſtes ſubſcripſerint iat eſt a duobus re
cognita.& doct.in d.l.ſcripturas.Gaſp.Caball.
milleloq.657.par.2.ſed multa alia requiruntur
præcipue,quod probetur ſupradictos teſtes,qui
ſcripturæ ſe ſubſcripſerunt eſſe fide dignos, &
bonæ opinionis,& iſta qualitas eſt articulanda
& probanda.Iaſ.in l.admonendi nu.109 de iu.
iura.Marſ.prac.§.quoniam, num.54.55.& 56.
Angel.in l.vel negare.ff.quem teſt.appel.Alex.
conſi.82.colum.1.Cepol.conſi.58 Maſcard.de
probat.concl.285.nu.6.vol.1.non obſtante reg.
quod in dubio quis præſumitur bonus. de qua
in l.meritò.ff.pro ſoc.Nam expedit eum qui in
aliqua qualitate ſe fundat eam probare,ſtāte di-
ſpoſitione ſtatuti quod non credatur ſcripturæ,
niſi ſit vno teſte notata,vt. Cephal.conſi.454.
per to.vo.4.At circumſcripta diſpoſitione ſtatu
ti, onus probandi quem non eſſe bonæ vocis
transfertur in aduerſarium. gloſ.in c.ſi forte.in
ver.ſcientie.de elect.in 6.Pacia.de probat.c.36.
nu 30.& 31.vol.1.quem eſſe bonum eſt quali-
tas intrinſeca à iure præſumpta.d.l.merito,ideo
non expedit probare.vt inf.nu.123.niſi in ſupra
dicto caſu.& eſt quando quis amiſiſſet famam,
& per triennium eam acquiſiuerit. vt ſupra in
prima par.n.102. Quandoque apparet auaritia
proteruorum, quod Apodixia ſit ſcripta & ſub-
ſcripta manu alicuius in qua confitetur ſe debi
torem de certa ſumma verſus producētem ſcri
pturam in iudicio, & eſt falſa, tamen difficilli-
me probatur. vidi ego in ciuitate Ianuæ exactā
fieri diligentiam per quam ſcriptura fuit reper-
ta falſa: nam quædam mulier produxit contra
hæredes chirographum aureorum 500.ſubſcri-
ptum etiam à teſtibus qui mortui erant tempo
re productionis: & fuit probatum quòd tempo
re ſcripti chirographi,adhuc non erat in vſu ſpe
cies illius cartæ ſeu papyri propter impreſſionē
ſeu ſignum quod in medio folij remanet,in cō
ficiendo papiro,item fuit probatum,quod tem
pore ſcripti chirographi non vtebatur ſcribens
eo ſigillo quo ſigillatum apparebat Chirogra-
phum, & cum criminaliter fuerit contra hanc
mulierem intentatum vt procederetur,fuit ab-
ſoluta rebus ſtantibus. Verum quia tectum con
tra alium intentauit iſta mulier iudicium ob
aliud Chirographum,fuit tanquam ſuccūbens
habita tanquam vſui malo mala, & de huiuſ-
modi priuatis ſcripturis trad. Maſcar. de prob.

103 conſi.190.num.20.volum.1.& item fama fa
cit ſemiplenam probationem, ſecundum diſt.
quam facit Bart.in dicta l.admonendi.& prae.
Papienſ.in for.poſitio.gloſ.item,quòd de præ-
dictis eſt publica vox & fama. verſicu.ſeptimo
quæritur. Blanc.in repet.l.final.numero 313.&
ſequen.de quæſtio.& ibi fuſius habetur,in ma-
104 teria criminali, quænam ſemiplena,quæ ple-
na,& quæ pleniſſima ſit probatio,& ex quibus
ſemiplenis probationibus per auxilium vnius
teſtis efficitur plena probatio.vt.tex. in capitu.
fi.extra de ſucceſſ.ab inteſt. & in l.3.§.eiuſdem
principis.ff.eo.& per Bartol.dicta l.admonen-
di.numero 48.& Iaſ.ibidem numero 251. col.
105 94.& quando duo teſtes deponunt de confeſ-
ſione alicuius facta abſente parte, non probant
plene,ſed tantum ſemiplene. Alexand.conſilio
36.colum.ſecunda,poſt medium, & conſil.39.
volum.quinto,& Tho.Diplo.in addit.ad Bart.
l.admonendi.vbi ſupra lit.C.& D.vt. Maſcar.
de probat.conclu.279 numero 19. volumine 1.
vide ſup.pagin.46 *nell' Addit. verſ.* At.& nota,
quòd aliquando ſemiplena probatio poteſt con
fundere plenam probationem, vt eſt quando
accuſator probat q d per duos teſtes, & accuſa-
tus ſe defendit cum vno teſte tantum.vt per An
charan.conſil.285.in fin.quem allegat in prop.
Bened.in capitu. Raynutius.verſicu. qui eum
alia,&cæt.numero 253.& ſequen. qui duobus
exemplis dicit Senatum Romanum ita iudi-
M caſſe. No. quod ſi ſtatutum velit per vnum te-
ſtem haberi plenam probationem, tamen non
obſtante ſtatuto contrarium poterit probari. ſe
cundum Felyn.in capit.propoſuiſti de probat.
Gomeſ. var. reſol.tit.de delict.cap.1.2.& 3. &
cap.12.tom.3.ſed contrarium communiter Ca
no.tenent in clemen.1.de probat. & Tiraquel.
de retract.conſangui. § 4.numero 11.& quan-
do per ſtatutum datur plena fides teſti, ille de-
bet eſſe omni exceptione maior,ne duo concur
106 rant ſpecialia.ar.l.1.C.de dot.promiſſ. Nunc
ſciendum eſt,quòd regulariter actori incumbit
onus probandi.tex.eſt clar.in l.qui accuſare.C.
de edend.& eſt omnium ſcriben. doctrina,ſed
quando actor reconuentus factis prius per eum
107 probationibus, Reus deinde ſua facere de-
bet,quia efficeretur actor. Abb.in capit.1.col.
3.de mut.pet.laté Specu.in tit.de reconuentio.
§.videndum.colum.ſecunda,ſed ſi Actor obtu-
lit ſuam probare intentionem per teſtes, pote-
rit mutato propoſito dicere quod vult ſtare iu-
ramento litis deciſiuo antequam examen fue-
rit perfectè receptum, & hoc niſi ab initio tali
iuramento renuntiatum. Bal. in c.2. vbi Dec.de
probat.decit.Pedemon.92.& 97.per tot.dixi la
te in Apoſtil.ad ſtatutum Papiæ ſub rub. 14. in
Ciuilibus. Item etiam transfert onus proban-
di in Reum negantem ius. l. ab ea parte. ff. de
probat. ſecus ſi negauerit factum. capitu. quo-
niam contra.& ibi Panor.de probatio.& ratio
differentiæ aſſignari poteſt, quoniam facta nō
108 præſumuntur niſi probentur.l.in bello. §.fa-
ctæ.ff.de capt.& poſtl.reuerſ. ſed ius præſumi-
tur.l.nec non.§.hoc de eis, ff.quibus.ex cauſ.
maio. Bald. in l.in illa. de verborum obligat.
109 vbi ponit quoſdam caſus ſpeciales. At in
omnibus exceptionibus (excepta exceptione
non numeratæ pecuniæ) onus probandi trans-
fertur in reum.l.prima, ff.de exceptio. l.in ex-
ceptionibus,ff.de probat.l.ſi ex cautione. C.de
non num.pecu.& late Spec.§.primo, de prob.

Digitized by Google

verſi. primum eſt nu.10. & tamen eſt, quia in ex
110 ceptionibus Reus efficitur actor. l. 2. ff. de
except. & per iura ſupradicta. Didac. Couarru.
in regula poſſeſſor num.4 de reg.iur. Nec huic
obſtat quod dicit Bartol. in l. in illa ſtipulatio-
ne.nu.5.de verbor.obligat. Nam illud procedit
quando poſt biennium Reus exciperetur, ſed ſi
ante biennium, tunc onus incumbit Actori.
Pract. Papien. in for. reſp. Rei. gl. ſaluis alijs ex-
ceptionibus. verſic. item quæritur. & eſſe hanc
commu. opinionem dicit Felyn. in c. ipſi. ſi cau
tio. de fide inſtrum. Curt. iun. in l. ſecunda. §. ap
pellata. nu.7. ſi cer. pet. Hipp. ſing. 463. quicquid
dicant Fulg. in l. ſi ſub ſpecie. num. vlt. C. de po
ſtulat. & Emanuel à Coſta in l. ſi ex cautione
limit. vlt. C. de non num. pecu. Hic nonnullas
ponam quæſtiones in materia probationum,
111 ne ſicco pede pertranſiſſe videar. Quæro igi-
tur principaliter quomodo probatur negati-
ua. & breuiter reſpondeo, quod probatur con-
N trario modo, quo proponitur affirmatiua. &
vi. Bal. in Rubr. C. de bo. poſſ. ſecundum tab. n.
7. vbi magiſtraliter ait, quod teſtis debet remo-
uere actum à ſenſu, & non ſenſus ab actu (hoc
eſt) dicere, talis actus non fuit factus quia præ-
ſens fui. nec fieri potuit quin viderem; quia ſi-
cut in facto proprio vera ſcientia cadit propoſi
tionis negatiuæ, vt puta ſi dico me non feciſſe.
iux. l. Panto. §. rei, ff. de acq. her. & Bart. in l. 1. §.
ſi quis neget. ff. quemadmod. teſt. app. ita in fa-
cto alieno ſic coarctato concluditur negatiua.
Bald. ita docet in d. rubr. C. de bo. poſſ. ſecundũ.
tab. ſed ſi Reus confeſſus delictum illud pluries
ratificauerit, an poſtea poterit probare non cõ-
miſiſſe, coarctando loco & tempore negatiuã.
Dico contra confeſſionem quãtumcunq; qua-
lificatam, geminatam & ratificatam, poſſe pro-
bari negatiuam, docto prius de errore. Doct. in
l. Aurelius. §. idem quæſiuit. de op. leg. & Gabr.
co. concluſ. tit. de confeſſ. conclu. 5. vbi in fi. eſ
ſe communiorem, & æquiorem op. Bal. in l. 1.
vbi Alex. C. de error. Calce. Beto. conſ. 201. ou.
30. vol. 3. & Rom. conſ. 391. & qualiter de erro
re doceri poſſit vi. Bar. in l. de error. C. de iur. &
fac. igno. Maſcard. de probat. conclut. 637. 638.
639. Vnde ſi dicis me tali die, loco & hora, ali-
quid feciſſe, poſſum excipere, me tali die, loco,
& hora, illud non feciſſe, ſed alibi fuiſſe. Immo
nec mei teſtes aliter concludere poſſent, nec ip
ſe illud facere potuiſſem, quin ipſi viderint. &
112 hoc modo negatiua dicitur coarctata loco &
tempore. tex. in l. optimam. C. de contrahen. ſti
pul. cap. ex tenore. & ſupra de teſt. Clar. §. final.
quæſt. 53. verſic. item poteſt. laté Franc. Hercu.
in ſuo tracta. de negatiua. per tot. Pract. Pap. in
for. opp. contr. teſt. in glo. ſatagunt negatiuam:
coarctatur etiam negatiua ex cauſa, puta quia
dictum ſit obligationem ex mutuo fuiſſe con-
tractam, & reſpondeatur fuiſſe donationem.
Item ex modo coarctari poteſt, puta teſtes tui
dicunt de animo deliberato, & mei dicunt ex
improuiſo, & impetu tunc iracundiæ ortæ deli
ctum ſequutum fuiſſe, qui animus deliberatus
ex pluribus colligitur, vt ponam infra nu. 26x.
Eſt aliud exemplum, quando vulnus diceretur
factum cum enſe, & alij teſtes ad defenſam de-
ponant cum baculo, vel etiam ſi dicatur deli-
ctum factũ eſſe dolo malo, & excipiatur, quod
per actum ſit ad neceſſariam defenſam; vt de
omnibus edoceri poſſumus à Franc. Herco. in
d. eius tract. Iul. Clar. §. fi. quæſt. 52. verſic. ſcias
etiam. & ibi addentes, & Negatiuam probã-
113 dam ab illo eſſe, cuius eſt fundamentum rei
propoſitæ, ſiue in agendo, ſiue in excipiendo.
vt communem aſſerit Iaſ. in l. qui ſe obtulit. §.
condemnatum. nu.7. ff. de re iud. idem in l. in il
la ſtipulatione. num. 14 de verbo. oblig. & quo
modo ciuiliter, & criminaliter procedatur in
iudicio per viam exceptionis. vide omnino
114 Iul. Clar. dicto §. fin. quæſtio. 9 per tot. & laté
Boſſ. in tit. Quomodo procedatur per excep. &
quomodo procedatur per actio. per to. in qui-
bus locis habetur quando affirmatiue, & quan
do negatiue excipiatur, & agatur, vt ponit Azo.
in ſum. C. de vſufruc. & habit. nu. 36. 37. & 38.
at pro aliquali terminorum ſcientia non præ-
115 termitto, negatiuam trifarie ſumi. Alia enim
eſt negatiua facti, alia negatiua iuris, alia quali-
N tatis. de quibus per Hoſtienſ. in ſum. eod. tit. &
quæ negatiua ſit probabilis & quæ improbabi
lis, pulcré ponit Pacia. de probat. C. 37. & 40.
116 per to. lib 1. Negatiua iuris eſt, quando aſſeri-
tur aliquem facere quod iura prohibent, vel
quando aſſeritur non feciſſe quod de iure face-
re tenebatur. tex. eſt ad literam. in reg. qui facit
id. de reg. iur. quem tex. etiam ad aliam prop. ſu-
pra allegaui, ſed & hic quidem adaptatur. &
hæc iuris negatiua transfert onus probandi in
negantẽ. vt prædixi. & de qua per Azo. in ſum.
C. de vſufruc. & habit. nume. 36. & ſequen. &
melius. in ſum. C. de probat. num. 5. vbi decla-
rat, quomodo ſit intelligenda regula illa, quod
negans debeat probare. cuius verba non refe-
ro, quoniam nemo eſt qui Sum. Azo. non ha-
beat, vnde ſequitur illud vulgare dictum.
*Non vada in palazzo chi non ha la ſumma d'A-
zo.* laté D. Pacia. d. tract. de prob. cap. 52. per tot.
117 lib. 1. Negatiua autem facti eſt duplex deter-
minata & indeterminata. prima habet Rei, lo-
ci, temporis, & perſonæ determinationem. di-
cta l. optimam. C. de contrah. ſtip. & hoc modo
dicitur probari per indirectum. gl. in l. Panto
nius. §. rei perduellionis. ff. de acquir. hæred. ibi
dicebatur, q certa die, & hora, & certo loco reli
querat, & hoc filius ſciebat non eſſe verum,
118 quia alibi ſecum tunc fuerat filius. Verum
negatiua indeterminata ideo ſic appellatur,
quia non aliud in ea concluditur, nec loco, &
tempore coarctatur, dicendo alibi tunc tempo-
ris fuiſſe, vt in d. glo. fin. ſed ſolum concluditur
negando ſimpliciter factum. à qua probatione
teſtis repellitur, cap. cum eccleſia. extra de cau-
ſa poſſeſſ. cap. iurauit. extra de probat. Iul. Clar.
dicta quæſt. 52. verſ. ſcias, vbi eam improbabi-
119 lem eſſe. teſtatur Igneus. in repet. §. non alias.
num. 77. ff. ad Sylla. & glo. in cap. bonæ. il pri-
mo, de elect. per eum allegat. Hercul. dicto tract.
num. 137. & circa hanc negatiuam indetermi-
natam, oritur quæſtio ſi in querela non ſit certa
dies expreſſa, & pars voluerit probare negatiuã
coarctatam loco & tempore, & petit querelan-
tem exprimere diem criminis & horam, an ex-
primere tenetur: idem de teſte. & videtur quod
ſic. Plot. in conſ. 94. per tot. lib. 1. Pacia. de pro-
batio. C. 40. lib. 1. nume. 36. Bario. in l. 15. qui
num. 10. de probatio. & iudex æquitate ſuaden-
te facere poteſt. Sed de conſuetudine in ſtatu
Mediolani ſeruari vidi contrariũ in cauſa præ-
libatorum Muſſiorum & Ratorum Dertoné-
ſium anno 1590. nam quo ad teſtem idem non
tenetur recordari de tempore. vt. Clar. §. fina.
quæſtio. 12. verſic. Dixi etiam cum ſequent. vbi
& quo

Digitized by Google

& quo ad partem dies non appoſita in querela non tollit delictum de quo conſtat. vt dixi. num.104.in præced.par.& inf.dicam.n.135.& 136. Item ſi teſtis ſuper hac negatioa indeterminata productus fuerit tanqoam præſena: & ipſe negat quod nõ fuit præſens,& de facto proprio deponat,puta,ſi Titius accuſauit Meuium quòd inſultum fecit, præſente Sempronio, dicendo quod Sempronius reprehendit Meuiũ quia præſens erat,& Sẽpronius negat interfuiſſe nec illum reprehendiſſe,probat. Pacia.de probat.c.48.per to.lib.1.vbi negatiuam docet probandam per duodecim capitulos.& licet negatioa ſit probanda ab eo, qui in ea ſe fundat. hoc verum eſt qoãdo preſumptio eſt pro affirmatiua. Hercul.in tract.de negat.prob.n.44. & ſeq. alioquin negando factum ſat habet intentionẽ fundatam. Burſat.conſ.307.n.55. & ibi Alciat. reg.3.præſump.2.n.11.D.Menoc.de præſump.
120 lib.4.præſom.1.n.7.& 9. Nihilominus licet negatiua ĩdeterminata ſit improbabilis, vt etiã teſtatur de communi Ruin. conſ.97.ad fi.li.4. Sex modis poteſt probari, & hos caſoa ponit Clar.dicta queſt.5 a. & text.in cap. extra eod.c. ſi.de iure iura.l.qui ſeruum. ff.de interr. actio. cap.lator.ad fin.extra de re iud. Spec. dicto §.1. probat.Sint igitur prudentes teſtes(vt admonet d. Clar.verſic.ſcias autem) quia eo ipſo, ꝙ deponunt ſuper negatiua, redarguontur de falſo. & Cott.in ſuia mem.in verb.teſtis cauere:vbi tãquam ab igne aduertit teſtem ne deponat ſuper negatiua non coarctata loco, & tempore. quia eo ipſo incidit in falſum. atteſtante Angel.in l. pen. §. docere.ff.ne quis eum. & de multiplici
121 pęnarum diuerſitate circa negantem factum. vi. Azo.in ſum.inſtitu.de pœna. tem.lit.n.5.& 6.vbi de eo qui negat propriam ſcripturam. & in ſum. C.de leg. Aquil. no.39. vbi de negante damnum dediſſe, & ſcias, quod ſi quis neget fa
122 ctum, quod factum iura pręſumunt,ei neganti incumbit onus probandi. vt eſt circa bonita-
123 tẽ,& malitiam,quia quilibet in dubio præſu-
X mitur bonus.l.merito. ff.pro ſoc. & vide Azo. in ſum.C.de prob.nu.6.l.cum de lege.ff.de probat. Apoſtill.ad Bar. in l.ſi conſtante n.7. lit. A. ff. ſolut.matr. Pacia.de probat.c.9.lib.1. & concluſ.1004.n.33.de prob.vol.2. Negatiua autem
124 qualitatis.alia dicitur ſcientiæ vel ignorantię quæ per examinatorem & non per producentẽ inueſtigatur, & probatur.dicto c.qualiter. etiã eo. Alia eſt ætatis. qoæ ætas per aſpectum pro-
125 batur.l.minor.25.ann ff.de minor.25. anno. Grammat.deciſ.48.n.18.& iudicis arbitrio relinquitur quomodo ex aſpectus intuitu dicitur probata ætas. Bar.in l.de ætate.nu.8.de minor.
126 Bal.in rubr. de prob.quæ ætatis probatio difficilis eſt probationis. vt per Bar.in d.l.de ętate, & pulchrè Menoch.de arbi.iud.caſ.116.& caſ. 117.& latè qualiter probatur ætas habeſ à Soc. iun.conſ.3.volum. 2.& quod per teſtes probari poſſit tradit Bal.mox allegat.n. 1.2.idẽ in cõſi. 8a. & qui ſuper ea ſe fundat illã probare debet. l.ſi minorem.C.de in integ.reſtitu. Bart. Bal.& alij in l.de ætate. ff.de minor. Cano. omnes.in cap.præſentia.de probar. Luc.de pen.in l. t.col. penult. C.de fide inſtrum.lib. 10. & quomodo teſtes debeant deponere reddendo rationẽ ætatis dicit Iacobin. in dicta l.de ætate. quem vna cum prædictis allegat Caball. milleloq. 549.p.
Y 2. Pacia.de probat.cap.53.per to.lib.1. vbi dicit cui incumbit onus probandi Negatiuam qualitatis accidentalis,& intrinſecę,idem in ca. 54 vbi de qualitate extrinſeca. quem vide quia molțoties occurrit tam in materia ſtatutorum quam interpretatione iuris communis, præcipue vbi de ſcientia loquitur; nam iſta qualitas dicitur intrinſeca & eſt probanda quando ius illam non præſumit. vt ſup.nu.102. lit.N. Ne-
127 gatiua alia eſt ordinis, alia cõditionis & eam negantem oportet probare.de quibus per Spec. dicto §.1.de probat.& no.quod indirecte proba
128 tur etiam directe probari poteſt. eſt caſus. in glo.& ibi Docto.l.ſecunda.C.de erro.vbi conſtat de venditione, licet ſit differentia, an venditus ſit fundus, vel Domus. eſt alius etiam caſus quando pars extra iudicium aliquid confeſſa eſt,ſed in iudicio aliter dixit. teſtis autem depoſuit, & dixit, quod eſt verum, quia audiuit, extra iudicium talem confeſſionem. vt in
129 cap.1.de confeſſ.lib.6. Alijs etiam modis negatiua probatur,directe, vt per inſtrumentum & libros. Doctor.in l.fin.de reb.cred. Menoch. de arb.iud.caſ.93.fol.128. & caſ. 105. fol. 137. latè Hercul.d.eius tract. negat. cap. . . . ad quẽ in materia negatiuæ ſemper eſt recurrendum. pro nunc ſat eſt; tandẽ teſtis ſuper negatiua deponens in cauſa criminali eſt ipſo iure & facto ſuſpectus. Farin.q.65.num.205. & ſequen. &, ideo ſolent priuaomoea teſtes retineri in partes ſeparati,nec dimittuntur, niſi omnibus examinatis, ut fortè illaqueati de mendacio vanũ
130 ſit currere retto illos. Secũdo principaliter ꝙ
A ro, quomodo tẽpus per teſtes probatur. de quo Pacia.de probat.c.25.lib.2.ſed quæro ſi quis articulauit Titium recepiſſe mutuum à dicto articulante,& fuit puta de Menſe Maij die 10. in apotheca Gaij. & proteſtatus eſt in productione dicti articuli cum clauſula non ſe aſtringẽs ad probandum, niſi ea, quæ pro fundamento eius intẽtionis ec.an locus & tempus ſit de neceſſitate quod vtiq; probentur.& Alb.eo.trac. par.1.q.7.n.130.tenet quod non. ſed ſi pars aduerſa obijciat vel interrogatoria exhibeat,tunc teſtis debet concludere etiam de loco & tempore quando veriſimiliter recordari poteſt. vt inf.num.143.lit.d.& circa.d.clauſulam. vi. Bar.in l.diuus.de reſcr. & Vital.clauſu. libello-
131 rum.papp.in for.lib.in aſt.reali.glo.non ſi aſtringens. Nunc quando tempus eſt de ſubſtantia,illud probandum eſt. not. gloſſ.in l. ob carmen.§.final.de teſt.Imol.conſil.202. columna ſecunda,Crot.eod.tract.num. 314. Item quando actor fundat intentionem ſuam in tempore, quia illud præcisè probari debet. Alexander
132 conſil.121.colum.quarta,volumine 1. idem etiam de Reo, quando exceptio ſumitur ex tempore. Soc.conſil.87.numero x.volumin.4.
B Item quando vnum tempus infringit aliud. vt in probando quinam contractus prior & qui poſterior, ſic de teſtamentis.inſtitu.§.ſed & poſteriore quib.mo.teſta.infir. Bal.in l.in Rebus. C.de donat.ante nupt. Afflict. Deciſ.387.numero 2. quo caſu teſtis tenetur de die & hora recordari, alias non probat, vt dicunt ſupradicti Doctor. Nell.eo.tract. par.2. num.209.& ſi teſtis in primo examine dixerit non recordari,& in ſecundo quod recordatur non vitiatur eius
133 dictum. Bar.in l.quæ bona.ff.de don. At probatio temporis nulli dubium eſt quin ſit difficilis probationis, ſicuti difficile tempus diffiniti poteſt. vt apud Cicero. in primo.de in-
134 uent. & apud Varro. Tempus eſt menſuræ

motus primi mobilis: quod & ſi continuũ ſit, diuiditur tamẽ in præſens, præteritum, & futu
135 rum. in propoſito noſtro ſumitur tempus pro neceſſitate, vt apud Cicer. pro Plan. ibi. ſed ego id ponderibus meis examinabo, non ſolũ quid cuique debeam, ſed etiam quid à me cuiuſque tempus poſcat & Terent. in Andr. vbi tempus (inquit) promiſſa iam perfici. & multifarijs modis tẽpus accipitur, vt eſt videre Calep. in verb. tempus. Nec bene de tempore recordari quis
136 poteſt, quia currit de momento ad momentũ, & hominum memoria eſt labilis. no. in l. 3. C. ſi minor. ſe maio. Saly. in l. teſtium. C. eo. & dixi ſupra num. 119. lit. v. & l. nu. 142. Bar. conſ. 20. præſertim in criminalibus. Nell. eo. tract. p. 2. nu. 209. etiam quod fuerit interrogatus. vi. inf. num. 143. ſed de ætate alicuius teſtes deponentes tenẽtur ſcire & recordari. eſt iſte vnus ex caſibus in quibus maior poteſt teſtificari de eo qđ vidit & ſciuit dum impubes erat proximus pubertati. de quo ſupra ſub numero 23. in 1. par. Maſcar. de probat. concl. 668. & nu 678. vol. 2. & teſtes ſuper ętate aut tempore anoquo puta 20 30. aut 50. annorum debent habere tantam ætatem, vt veriſimiliter recordari poſſint, ſaltẽ de facto ſecuto in 9. vel 10. annis eorum ætatis quando erant proximi pubertati. alioquin, nõ probant tanquam memoria incapaces, quia nõ habent tantam ætatem ob quàm veriſimile ſit eos recordari poſſe. Bar. in authent. qui ſemel. C. quomodo, & quando iudex. Alber. eo. tract. p. 2. c. 7. num. 127. vbi ait poſſe capitulari contra perſonam teſtium, quod non poſſunt veriſimiliter recordari de eo quod deponunt, niſi ſuper interrogatorijs generalibus interrogato teſte, quam ætatem habet; ex reſponſione apparet ipſum non poſſe recordari de eo quod deponit. vi. ſupra p. 1. nu. 28 & 29. & vi. Farinac. q. 47. nu. 174. de indic. vbi quando tempus eſt de ſubſtantia, non ſufficit dicere non recordor. idem in tract. de teſt. q. 64. nu. 62. cum mult. ſeq. vbi latè de teſtibus circa tempus probationũ. & circa diſcordantiam, & quando quis veriſimiliter recordari, & nõ recordari præſumitur, & ibid. num. 92. de loco tractat. Qua de re inuenta eſt
137 ſcriptura ad æternam rei & temporis memoriam. l. iubemus. C. de teſt. Bar. in tract. de min. iudic. in pri. & in tit. de natal. teſtim. Probatur ideo tempus ex circunſtantijs, & coniecturis.
138 Bal. in l. cum te. C. de prob. idem in conſ. 181. volum. 4. Probatur que per memoriam localẽ, vt ſi teſtis dicat ſcio fuiſſe tunc temporis, quando fuit illa maxima ſterilitas, vel illud prælium
139 contra Vgonotos, vel quando morbus ille appellatus Gaianino, alias *mal del Caſtrone*, exiuit per totam ferè Italiam, Galliam, necnon
140 Hiſpaniam. Vel erat anni illius in quo quindecim dies adempti fuere Menſi Octobri, ex quo miſer October potuit inuidere Februario, & in futurũ dicetur de Anno 1598. in quo Ferrariæ Status rediji ad Eccleſiam: & totus mundus commotus eſt ob aduentum Ferrariã ſummi Pontificis CLEMENTIS VIII. nedum Sanctiſſimi, verum & fortunatiſſimi, ob eius piam, ac rectam mentem, & felicem gubernationem; ob aduentum per tranſitũ & nuptias Reginę Hiſpaniarũ Ferrariæ à Beatiſſimo Põtifice celebratas: ob Mortem potentiſſimi Regis PHILIPPI: ob tàm mirandam pacem inter illas Coronas Religionis Chriſtianæ Hiſpaniarum & Galliæ: & ob recuperationem Iauarini, & acquiſitionem Agriæ, & feliciſſimos Chriſtianorum ſucceſſus, & ob inundationem Romæ. Annus quippe albo ſignandus lapillo.
141 & ſic circa vniuerſalia diſcutiens tempus probatur. & ita per relationem ad aliud probatur tempus, pauca enim ſunt aliquid eſſe certũ, vel
142 per relationem ad aliud. argu. l. ſi ſic ioto. ff. de hæred. inſtit. Sforz. Oddus de reſtitut. in integr. q. 47. num. 63. cum ſeq. vbi docet modum. Nec præſumitur, nec veriſimile eſt, quod teſtis præciſè habeat tempus in memoria præciſum. immo nedum ex decennio, ſed ex biennio indu-
143 citur, & præſumitur obliuio. Guid. Pap. quæ-
143 ſtio. 117. Cæphal. conſ. 177. num. 28. volum. 1. Crau. de antiq. temp. par. prima princ. Menoc.
D de arbitr. iud. caſ. 26. Sed ſi teſtis dixerit non recordari de tempore recenti, & nouiſſimo redditur ſuſpectus, & in cauſa criminali. Plot. in l. ſi quando nume. 824. dixi ſupra num. 137. niſi conſtaret teſtes eſſe memoria ferè priuatos, vt de Meſſala Coruino dixi nume. 156. par. 3. qui nec de proprio nomine recordabatur. & ad probandum, quòd memoria hominis non extat in contrarium, non omnes teſtes ſunt idonei, ſed requiritur quod ſint maiores 40. annorũ. Alex. conſil. 140. volum. 7 Bero. conſ. 136. & 152. Si-
145 gnorol. conſ. 70. num. 10. Fluria. in l. ſeruitutes. col. 15. de ſeruitu. & teſtes deponentes memoriam extare præferuntur dicentibus memoriam non extare. Spec. dicto §. 1. de proba. col. 6. verſic. quid ſi teſtes. ſecus ſi negatores coarctant negatiuam. Alexan. conſ. 110. primo volum. & conſ. 108. ſecundo volum. Franc. in cap. 1. cir. fi.
E de præſcrip. in textu. Prorogatio temporis per teſtes probari poteſt. Caualca. Deciſ. 13. nu. 28. p. 2. Decia. conſ. 13. nume. 32. & nc. quod ſi non ſit dictum quo tempore prorogatio incipit currere, quod tempus incipit à die conceſſæ prorogationis, etiam quod adhuc tempus primi termini duraret. At ſi tempus propter ſuſpenſionẽ dormiret, etiam prorogatio dormit: & ceſſante ſuſpenſione, tempus prorogatum currere incipit. & coniungitur cũ tempore primo. Caualc.
146 deciſ. 46. num. 37 p. 2. vbi infert * ad pactum retrouendendi. Buer. deciſ. 183. Aliquando etiã quæritur de tempore inſtantiæ, an dicatur lapſum, & tunc diſtinguitur, an loquamur de tempore vtili, aut continuo. in quolibet ſi petatur, inſtantiã eſſe deſertam pronuntiari prius eſt docendum de tempore, ſecus ſi adſit liber apud Acta, vt eſt Florentiæ, & Papiæ, in quo apparet manifeſtè de diebus vtilibus & continuis, & quanto tempore duret inſtantia. nam tunc non eſt neceſſe de tempore docere, quando ſcilicet tempus inſtantiæ eſt cõtinuum. Sed ſufficit citare partem ad videndum calculari inſtantiam, an ſit vel nõ deſerta, & cauſam remittere ad iudicem à quo. vt tradit de iſs omnibus Caualca. in deciſ. 6. num. 20. in prima par. aliud
147 enim eſt inſtare, vt pronuncietur inſtantiam eſſe deſertam, quod ſit quando dies ſunt vtiles, vt per Bald. in l. eos, nume. 10. C. de appellatio. aliud eſt citare ad videndum calculari ſuper dicto libro, an inſtantia ſit deſerta nec ne, vt per Imol. in clemen. ſicut. num. 7. colum. 1. de appellat. quod tenẽdum eſt perpetuo menti, quia prima facie videretur ità faciendũ quando dies ſunt continui, ſicuti quando ſunt vtiles, & ideo audiui plures ab excelſo Reg. Senatu Mediol. locum illum citatum dictæ Deciſionis fratris mei D. Borg. in ſenatu editum, perſæpe allegatum.

Digitized by Google

tum. & ità in eam ſententiam veniſſe. An au-
F tem perempta inſtantia ſint peremptæ atteſta-
tiones ante eatum publicationem in prima in-
ſtantia? & dico quod ſic. Marant. in 5. par. num. 55.
& 56. quod in ciuili cauſa tantũ procedit. Doct.
in l. properandum. C. de teſt. Bar. in l. 3. vbi glo.
ff. de ijs quæ in Frau. Cred. Nel. eo. ita. p. 2. nu-
me. 104. fol. 160. Secus in cauſa criminali, quia
perempta inſtantia, etiam pereunt dicta teſtiũ.
Marant. vbi ſup. nu. 57. Cauſæ enim criminales
omnino intra biennium finiendas eſſe abſ-
que ſpe prorogationis, diſpẽſationis, reuiſionis,
in integrum reſtitutionis, purgationis, moræ,
nec ex quauis occaſione, ſiue proxima, ſiue re-
mota vel ad inſtantiam rei, vel actoris. Franc.
Deciſ. 250. volum. 1. & de hac materia late Ca-
rer. pract. cri. §. obſeruare num. 369. & Carauit.
Rit. Mag. Vic. Neap. tit. 248. Menoch. de arbi.
148 iud. q. 8. Vltimo no. quod tempus aliquando
dicitur breue, quandoque longum, quandoque
perpetuum, quandoque antiquum: in materia
probationum. Menoch. de arbit. iud. caſ. 3. c. 79.
vbi de tempore antiquo (dicit) eſſe 30. annorũ.
Sed ſecundum rei qualitatem iudici eſſe arbi-
149 trarium. & caſ. 5. & 6. & quid ſit tempus mo-
dicum. caſ. 25. caſ. 361. caſ. 33. & quomodo in-
telligatur de tẽpore incontinenti quando quis
150 oblatus eſt probare. vide eundem Menoch.
caſ. 9. num. 4. & quoad tempus antiquum, illud
dicitur ſi eſt centum annorum, & poteſt proba-
ri per famam, quia in Antiquis fama multum
operatur. Innoc. in cap. veniens de verb. ſign.
ſicuti in ijs quæ longo vſu, & antiqua conſuetu
dine conſequuntur. l. Pomponius. ff. quib. mo.
vſufr. amittit. Soc. reg. 144. fam. ſic per præſum
ptiones tempus c. annorum per Guid. P P. de-
ciſ. 157. Menoch. de præſumpt. lib. 3. quæſt. 24.
151 Tertio principaliter quæro quomodo proba-
tur dominium: & breuiter diſtinguendum eſt;
152 aut quæritur de dominio directo, aut de vtili.
directum dominium dicitur habere ille qui ci-
uiliter tantum poſſidet. l. 3. §. ex contrario. ff. de
acquir. poſſ. ſ. vtile autem dominium, dicitur
habere, ille qui alium ſuperiorem recognoſcit,
& is dicitur naturaliter poſſidere, vt in emphy
teuta vſufructuario, & feudatario. Bart. in l. ſi
quis. vi. num. 5. vbi diſtinguit. ff. de acqu. poſſ.
Iaſ. & docto. in rubr. ff. de acquir. poſſeſſ. & latè
Balb. tract. præſcript. verſ. ſecundo quæro. nu. 5.
153 prima parte. tertiæ par. princip. Quo ad domi-
nium directum illius probatio eſt difficilis, vt
inquit Bart. in l. rem quæ nobis. ff. de acq. poſ-
ſeſ. Alexan. conſ. 4. num. 40. volum. 2. & proba-
tur mediatè, hoc eſt per alias circunſtantias, ſi-
cut de tempore diximus, pulchrè Menoch. de
arbit. iudic. caſ. 42. cat 89. & de recuperan. poſſ.
remed. 15. quæ circunſtantiæ egent pariter pro-
G batione. Mascar. de probat. concluſ. 548. vol. 1.
vbi in ſpecie de probando Dominio per teſtes.
Spec. in tit. de locat. & conduc. num. 71. vbi di-
cit, quod in iure quinque ſunt modi iã ſtãn pro
bandi Dominium. Primus, ſi quis probaue-
rit rem habuiſſe a Titio. l. cum res. C. de probat.
Secundus, ſi probet iuſto illam habuiſſe titulo
& præſcripſiſſe. l. in rem. ff. de rei vend. l. acqui-
ritur. §. non ſolum. ff. de viu cap. lege pertinente
& non reſiſtente. vt per Caualc. deciſ. 28. nu. 21.
in prima parte. Plot. in l. ſi quando. nume. 262.
C. vnde vi. Tertius caſus eſt quando probatur
ex iuſta cauſa, & traditione illam rem acquiſi-
uiſſe, quamuis nõdum ſit præſcripta. l. 1. & ſeq.
ff. de public. Bart. in l. Celſus. de præſcrip. Quar-
tus caſus ponitur, ſi probetur 30. annis cũ titu.
& bona fide, vel etiã ſine tit. poſſediſſe. l. ſi quis
emptionis. C. de præſcript. 30. ann. Quintus &
vltimus caſus eſt, quando longiſsimo tempore
probaretur rem eſſe poſſeſſam. quoniam longiſ
154 ſimum tempus loco tituli habetur. glo. ſingu.
& mod. in cap. 1. de præſcript. Bart. in l. arbiter.
de probatio. quod declaratur, quando agitur de
modico præiudicio. Bart. & Doct. in l. cum de
in rẽ verſo. ff. de vſur. & pluribus modis limit.
Balb. de præſcrip. in 1. parte quartæ partis princ.
quæſtio. 10. num. 22. fol. 85. & longum tempus,
155 inquit eſſe 10. ann. ibi. num. 33. fol. 91. Doct.
in rubr. quæ ſit long. conſuet. tex. in l. ſi cum fi-
deicommiſſaria. §. Ariſt. ff. qui, & à qui. Proba-
tio dominij non debet exigi ab eo qui agit cum
venditore vel cum eius hærede, vt communem
eſſe opinionem teſtatur Afflict. deciſ. 40. Practi
156 ca eſt, producere in teſtes illos qui tradiderũt
rem, vel qui in traditione & in inueſtitura inter
fuerunt, vel ſaltem alios qui ſæpe audierunt à
Petro, & Martino dum viuebant dici, quòd ipſi
quidem interfuerunt traditioni illius rei, de cu-
ius dominio diſputatur; & ita ipſos quoque vi-
diſſe illam rẽ poſſideri à Titio libere, & quiete,
ſine moleſtia, & eam etiã alijs alienaſſe, & tra-
ditam fuiſſe: nam abſque vera traditione do-
minium non transfertur. Alexan. conſ. 11. nu. 1.
157 volum. 4. & ibi quomodo procedit, habetur.
Gomeſ. in l. 40. Tauri, num. 30. Item quod eam
præſcripſit; de qua præſcriptione latiſsime per
Balb. in ſuo tract. per to. & de ea penſionem ſo-
litam à conductore recepiſſe, vt etiam eſt publi
ca vox & fama, vt cõcludit Alex. conſ. 4. vol. 2.
158 Nam & hoc modo probatur dominium pro-
bando ſolutionem onerum, vt eſt comm. opi.
Caſſan. in conſuet. Burgun. rubr. prima, §. 2. gl.
& *la prouue* num. 15. quam communem opin.
declara, vt per Soarez. recept. ſent. in verb. do-
minium, vel cõmuni, nu. 119. Turaz. opin. 116.
& quod ea fecit & percepit ex tali re, quæ face-
re & percipere ſolitus fuit; & tunc eſt, ſicuti ce-
teri veri Domini rerum ſuarum ſolent, & ita
vere dominus in omnibus ſe geſſit, ita etiam
docet Alexan. conſ. 10. num. 3. vol. 4. Quinim-
mò poſtquam res illa peruenit ad Titium, nul-
lo vnquam tempore alium ſiue re, ſiue verbo
H recognouit ſuperiorẽ. Bar. & Alex. in l. ſi quis
diff. etiam. ff. de acq. poſſ. Pariſiens. in conſue.
Pariſiens. §. 37. gl. 2. Sed quid ſi probaretur rei
Dominium inſolidum, & duo teſtes diuerſi-
modè deponant, vt quia vnus dicit, quod Do-
mus eſt tota Titij, alter dicat de dimidia tantũ,
an dicantur conteſtes ſaltem in dimidia, per l.
diem proferre. §. ſed ſi plures in fi. & ibi gloſ. in
verb. conſenſerunt. ff. de recept. arb. ſed in con-
trarium videtur tex. in l. teſtium. C. de teſta. vbi
diſcordantes in quantitate, non ſunt conteſtes;
& ideo teſtes diſpares in hoc caſu non probãt,
at ſi duo deponerent ſuper quota, licet vnus de-
ponat de toto, vel atteſtatio duorũ: Item ſi fue-
rit capitulatum vt ſupra de dominio inſolidũ,
& omnes dicant de toto, concludunt; quia qui
poſſidet inſolidum, habet partem in toto, & to-
tum in qualibet parte, tot. titu. communi. dimi-
dium. Doct. in l. ſtipulationes non diuiduntur.
de ver. ob. ſed ſi duo teſtes deponant de toto, &
non dicant ſimul, aut inſolidum, non probant;
quia extra capitulata deponũt, & ideo ſunt cla-
re inſtruendi teſtes de hoc verbo inſolidũ, quia
fortè

Digitized by Google

fortè ignorant vim dictæ locutionis, Bar. in l.
ſeducto.§.Iulianus,ff.de iur.iuran. doc. Cano.
in cap.inquiſitionis,& ibi glo.in ver. id facere,
ff.de Hæret.Brunor.à ſole.q.51.nu.59. ſed ſi ca
pituletur quem eſſe dominum pro dimidia,
teſtes debent concordari in eo quod fuit capitu-
latum expreſſe. & licet vnus deponat de toto,
alter de dimidia, ſi capituletur pro indiuiſo (qd
differt, à dominio inſolidum.) tenet horum at-
teſtatio. Rimin.ſenio.conſ.259.num.14.vol.2.
conſ.426. nu.28. vol.3. & poſſet eſſe quod Pe-
trus eſſet iam dominus ſolus, deinde acquiſita
ſit pars dimidia Iacobo pro indiuiſo; & habita
conſideratione prout olim poſſidebatur tota à
Petro,ſic vnus teſtis deponat de tota, alter verò
deponat de dimidia prout de præſenti, & ideo
non ſunt contrarij, ſed reducuntur faciliter ad
concordiam. iux. illud: diſtingue tempora, &
concordabis ſcripturas. l. apud Antiquos. §.ſin
autem, glo.diſcretis.C.de fur. nam tempus di-
ſtinguit. Nell. eo.tract. nu.159. datum & rece-
ptum.& de teſte deponente ext.capitulata,dixi
ſub nu.132.in hac par.ex ſupradictis igitur om-
nibus directum probatur dominium. Hinc in
159 fertur ad præſcriptionem & titulum proban-
dum Practica.quod teſtis dicat, vidiſſe par.10.
20.30.& 40. annos pſcripſiſſe, ſiue titulo one-
roſo, ſiue lucratiuo: & actus poſſeſſorios feciſ-
ſe metendo, ſeminando,& fructus recolligen-
do probat Barto.in l.Celſus.de præſcriptio. tex.
in l.2.C.de præſcript.long.temp.Balb.d.repet.
160 l.Celſus. verſ.1. Quærit Bartolus. & præſcri-
ptio requirit probationem ſcientiæ, & patien-
tiæ aduerſarij,vt latiſſimè Balb.in ſuo tract.pre
ſcript.artic.10.num.8. par.prima princip.ſecus
ſi probetur poſſeſſio tanti temporis,cuius initij
memoria non extat. Alex. conſ.6. col. penult.
volum.1.vbi communem teſtatur eſſe op. om.
Doct.quam ſequitur Iaſ. in l. imperiũ. col.11.
in fi.de iuriſd. omnium iud. Dec. conſ.85.col.
prima,& ita eſſe tenendam ait Balb. de præſcr.
par.2.tertiæ par.princip.q.6.nume.22. cum ibi
per eum adduc.& quæſt.10. num.1.2.par.2.ter-
161 tiæ par.princip.fol.mihi 71.& ad talem pro-
bandam præſcriptionem tanti temporis, cuius
initij memoria non extat ſufficit teſtimonium
de auditu. tenet Bal.in cap.cum à nobis ad fin.
162 de præſcript. & de modo articulandi in ma-
teria præſcriptionis vid. pract. Papien. in for.
reſp.rei.gloſ.præſcriptionis.colum.5. verſ.quid
ſi teſtis. & Balb.d.tract.preſcrip.in repet. dicta
l.Celſus. 5.par.q.1.num.18. verſ. ſexta elicitur
concluſio. vbi dicit,quòd debet articulari nedũ
quod poſſedit per 10.vel 20. annos, ſed termi-
nare quando incepti ſunt currere,& quando fi-
nierunt; & ſic ſpecialiter, & non in genere cõ-
163 cludi debet, aliàs probatio redderetur dubia,
quæ poſtea non releuaret. cap. in præſentia. de
probat.Natt.conſ.620 nume.13. lib.3. Crauet.
conſ.203.nume.31.lib.2.immo contra produ-
centem interpretanda eſſet,vt per eſidem Natt.
d.conſ.620.& Silua.conſ.56.num.11.lib.1.&
Crauet. dicto conſ.31. aliàs etiam ponit Balb.
rationes vt ſupra proximè allegaui, quas con-
ſulto omitto,cum ad eum hac in materia ſem-
164 per ſit recurrendum. Et quia dictum eſt de ti-
tulo, ille regulariter probatur per inſtrumenta,
vt per glo.in §.ſunt & aliæ. Inſtitut. de vſucap.
Lanfranc.de Oria.eod.tract.de teſt. nume.93.
at quandoque patientia longi temporis proba-
ta vtique probatus præſumitur titulus, quando

ſcilicet tractatur de paruo præiudicio,& ius cõ-
mune ei non reſiſtit. tex.in cap.1. de præſcript.
in 6.tex.in l.competit,C.de præſcript. 30. ann.
Iaſ.in l.1.colum.5.C.qui admit. Balb. d.tract.
præſcript.q.10 num.9.par.2.princ. & num.12.
ibid.ſol.mihi 79. & ſic etiam per teſtes probari
poteſt,qui deponunt de ſcientia & patientia,de
fama, de tempore, de confeſſione poſſidentis,
aut àduerſarij, & de huiuſmodi actibus qui ca-
dere poſſunt in ſenſum teſtis;vt de omnibus re-
ſpectiuè tractat Maſcard. de probat.per multas
165 concluſiones, ad quem remitto. Et eſt aduer-
tendum, quòd titulus requiritur verus, & non
putatiuus,aliàs malam fidem cauſaret,nec poſ-
ſet inducere præſcriptionem, Ferret. conſ. 235.
num.7.& ſequen. volum.2.Caualca. Deciſ.28.
num. 19.cum plur.ſequ.in prima par.ſecus ſi iu-
ſto errore titulus eſſet cauſatus. inquit Balb. de
præſcript.par.5.num.6.car.mihi 586. vbi decla
rat. Ideoq; in præſcriptione rerum incorpora-
166 lium requiritur titulus,ſecus in corporalibus.
& ratio eſt, quia in incorporalibus maius ver-
ſatur periculum.ſecundum Balb.eo tract.2.par.
quartæ par.princip.quæſt. 4.ſol.mihi 84. Dyn.
167 in regula poſſeſſor.nu.31.& quando obligatio
eſt perſonalis,titulus debet allegari,ſecus quan-
do eſt realis,vt tenet Dyn.in d. reg. poſſeſſ. nu.
32.& 33. Sed quia bona fides præſumitur, ideo
eam probare non eſt neceſſe. immo contrariũ
dicenti incumbit onus probandi. vt in l.penult.
C.de præſcript.& ibi Cyn.Bar.Saly. & Cæpol.
in l.ſeruitutes,C.de ſeru.vrbano.nu.120. Alex.
conſ.299.volum. 3.Bald. in d.l.Celſus nu.104.
Boer.deciſ.42.num.35.& eſt tex.in l.ab ea par-
169 te.C.de prob.& ex quibus bona,vel mala pre
ſumitur fides tradit Alcia.regu.3. preſumpt. 5.
Menoch. de recuper. poſſeſ. remed.13.nu.64.
fol.122. vbi latè hoc explicat.& Bal.in rubr.de
præſcript. vbi probato de iuſto errore preſumi-
tur bona fides. item ex decreto iudicis rite in-
terpoſito,& ex inueterata poſſeſſione. de quib.
per eundem Balb.dicta l.Celſus. par.3. num.3.
& nu.24.& latè Bart.qui ſequutus eſt ab eodem
Balb.in dicta l.Celſus. ſed licet bona fides quan
do preſumitur,non ſit neceſſe, vt probetur, ni-
170 hilominus oportet eam allegare pro ſuo titu-
lo, vt l. igitur. de lib.cauſa. glo. in l.penul.C.de
euic. alias, non allegata nunquam præſumere-
171 tur,arg.glo.in clemen. appellanti. de appella.
Quia regula; ſi releuor ab onere probandi,non
tamẽ ſequitur,quòd releuor ab onere rem pro-
1 ponendi. Aretin.§.ſed iſte inſtitu.de Actio.Ca-
ualca.deciſ.23.num.30.par.2.& debet proponi
bonam fidem adfuiſſe vſque ab initio, videli-
cet tempore celebrati contractus,traditionis,&
continuatæ poſſeſſionis. Bart. in l.2. ff.pro em-
pto.& eſt comm.opinio. Quamuis de iure Ca-
non.tempore contractus bona fides non requi-
ratur in ijs, ſcilicet quæ de iure communi poſſi-
deri poſſunt, in alijs verò ſemper requiritur.
Dyn.in reg.poſſeſſor.num.37.in 6. Aret. in in-
ſtit. de rerum diui. §. ſi quis à non domino. in
prima glo.& in §.actionum. colum. 2.de actio.
172 Qualiter autem probatur mala fides in præ-
ſcribente vi. Pract.Pap.vbi ſup.in for.reſp. rei.
glo.in verb.præſcriptionis, colum.5. verſ.dein-
de. igitur ſunt multi caſus in quibus præſumi-
tur mala fides, de quibus latè Menoch. de arb.
iud. caſ. 225. per teſtes etiam extraiudicialiter
receptos probatur, vt inquit Menoch. vbi ſup.
nu.11.Bal.c.1.§.ſi duo de pac, tenen. Alexand.
conſ.

conſ.54. nu.9. volum.6. & eſt vnus ex caſibus
in quibus teſtis recipi poteſt nō citata parte, nec
in for. iuridica probat. & poterit etiā probari à
teſtimonio extra iudicium deponente. Maſcar.
de probat. concluſ. 1003. num. 53. & probatur ſi
teſtis dixerit vidiſſe Petrum clam poſſidere. ff.
quod vi aut clam: per to. item quod audierit
poſſeſſorem rem alterius occupare, & confiteri
rem alterius eſſe. Maſcar. de probat. d. concluſ.
1003. num. 43. 44. & 45. & malæfidei probatio
excludit præſumptionem bonæ fidei, idem Ma-
ſcar. concluſ. 1219. num. 54. reliqua vi. ibi & in
173 d. concluſ. 1003. Alio etiam modo probatur
directum dominium, vt ponit Alexā. d. conſ. 4.
num. 10. vol. 2. & tradit Bart. practicam d. l. rē
quæ nobis. de acquir. poſſeſ. videlicet, quod fiāt
bannimenta, ſeu proclamata, ad hoc, vt ſi for-
tè quis prætendit ius habere in illa re, compa-
reat infra terminum, quo termino elapſo, ſi nul
lus comparuerit, tunc probato de poſſeſſione,
vtriq; probatum dicitur dominium directum.
174 Addit etiam Alexan. d. conſ. 4. per famam in
antiquis probari dominium, allegat glo. in l. at
qui natura, §. cum me abſente, ff. de negot. geſt.
per quam gl. Ang. in l. Titius, ff. quib. mod. pig.
vel hypote. ſol. inquit in facti contingentia ob-
tinuiſſe. Menoch. de arbitr. iudi. caſ. 89. nu 88.
& ſeq. fol. 125. & caſ. 42. num. 4. vbi latè. Quan-
175 do autem eſt probandum vtile dominiū tan-
tum, res non eſt difficilis probationis, quia om
nibus vijs per inſtrumenta & teſtes aptè proba-
ri poteſt: probata enim poſſeſſione, conſequen
ter probatum intelligitur vtile dominiū. Alex.
conſ. 12. num. 1 lib. 4. Teſtis ergo in hac proba-
tione debet concludere, quia vidit coli, ſemina-
ri, & fructus percipi, & recolligi, prout vſufru-
ctuarij, & ijs ſimiles, qui ſuperiorem recogno-
ſcunt, facere ſolent. no. in glo. in l. 3. C. fini. reg.
Alexan. conſ. 3. in 2. volum. gl. in l. qui vniuer-
ſas, §. qui per colonum. ff. de acquir. poſſeſſ. tē
176 eſt valde clara probatio ſolutionis collecta-
rum, quarum onus regulariter pertinet ad vſu-
fructuarium, & ſic ad habētem vtile dominiū,
vt eſt commun. opinio & obſeruantia. & tenet
Curt. ſenio. conſ. 36. quem Clar. refert in §. em-
L phyteoſis. q 46. vbi omnino vide. Iaſ. in l. 2. C.
de iur. emphy. nume. 138. vbi dicit ſolutionem
tributorum publicorum non poſſe probari per
teſtes, ſed per ſcripturam, ſecus quo ad Canonē
& priuatam penſionem. Idem Iaſ. d. l. 2. col. 89.
& ſi quis vellet opponere, quod non teneatur
ad ſolutionem collectarum & aliarū publicarū
functionum, tenetur probare ſe eſſe in poſſeſ-
ſione non ſoluendi, & eam præſcripſiſſe ſpacio
40. Annorum. l. omnes, C. de præſcript. Balb.
de præſcript. 2. p. 2. par. princip. Pract. Papienſ.
in for. lib. in act. conſiſtoria. glo. plenam iuriſ-
dictionem num. 17. & requiritur titulus & bo-
na fides, & quod alias fuerit obtentum in con-
tradictorio. Viui. commun. op. in verb. immu-
nitas fol. 106. Doct. communiter in l. licitatio,
177 §. eorum, ff. de publica. & hæ ſolutiones talia-
rum, ſeu collectæ, mercedis, & penſionis, quā-
uis quælibet de per ſe non ſit ſufficiens, tamen
adiuncta quælibet cum perceptione fructuum,
erit ſufficiens: vt tenent communiter Doct. in
capit. licet cauſam, de probat. & ibi Felyn. in 3.
cauſa: latè Lanfranc. de Oria. de teſt. nume. 93.
178 & 94. cum Add. & num. 95. vbi quærit an ex
poſſeſſione præſumatur dominium; & diſtin-
179 guit: aut agitur de dominio per viam contra-
dictionis, aut per viam petitionis; iterum ſub-
diſtinguit: primo caſu, aut quæritur in iudi-
cio ſummario, aut ordinario; ſi in ſummario,
tunc ex poſſeſſione præſumitur dominium. l. à
Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, ff. de re iud. Barto. in
l. in rem alienam, ff. de pign. act. col. Sed non
ſufficit docere de poſſeſſione, niſi etiam allege-
tur dominium. Alexan. conſ. 92. num. 3. vol. 5.
vt in ſimili de bona fide & titulo ſuperius dixi.
Secundo caſu quando dominium deducitur in
iudicio per viam contradictionis, non præſumi
tur ex poſſeſſione dominium. l. præſes. C. ad leg.
Falcid. de plag. Bart. in d. l. in rem. ff. de pig. act.
Sed quando de dominio quæritur per viam pe-
titionis, & principaliter, tunc etiam ex poſſeſ-
ſione non præſumitur dominium, niſi probe-
tur. facit tex. in l. inditia. C. de rei vendic. multi
enim ſunt factores, & alienorū bonorum admi
niſtratores, qui pro dominis in iudicio agunt,
poſſuntq; & pro ipſis agere in bonis illis, & pro
pterea agendo tenentur de dominio probare,
ne dolo faciat qui petit quod reſtituturus eſt.
vulg. int. & notate, quia dixi ſi principaliter
quæritur de dominio: nam ſi per quandā con-
ſequentiam de dominio agere tur, vt cum ego
poſſeſſor ſim, ideoque dominium ad me perti-
nere dico; conſequens eſt, quòd ſi poſſideo, q.
in dubio præſumor dominus, niſi contrarium
probetur. l. prima, ff. famil. erciſcun. l. ſicut. §. ſi
quærarur, ff. ſi ſer. vend. Lanfranc. vbi ſupra nu-
mero 95. Poſſeſſio enim transfert onus probā-
180 di in aduerſarium. tex. in l. circa. de prob. Rip.
in cap. ſæpe. de teſt. Menoch. de arb. iud. caſ. 48.
181 num. fi. vbi inquit, quòd poſſeſſio nō eſt mo-
dus probandi, ſed ab onere releuatio. & quo ad
M ſummariſſimum poſſeſſorium remediū illud,
poſſet probari per vnum teſtem tantum, ſi non
opponatur aliquid contra teſtem: quia exceptio
quod ſit vnicus nō elidit, niſi alias exceptiones
pateretur. Bal. in l. qui accuſare, C. de eden. col.
fin. Viui com. op. verſ. in ore duorum, Bart. ex-
trauag. in verb. ſummarie. ex quo de modico
agitur præiudicio, & poteſt vnus probare vnū
factum, alter alterum, & ſic de vno ad aliud, &
teſtes coniūguntur. Farinac. de teſt. q. 64. ſub
num. 164. & ſeq. Hinc eſt quod neceſſe non eſt
teſtem iurare, nec publicari, nec repulſari, nec
conſideratur falſitas ſecūdum Menoch. de reti.
poſſ. nume. 39. cum ſeq. tandem & ſi poſſeſſio
probanda ſit teſtibus, tamen miſſio in poſſeſ-
ſionem probatur ex Inſtrumentis, & actis pu-
blicis; niſi etiā ſcriptura fuerit deperdita. Guid.
Pap. deciſ. 356. vbi de l. fi. C. de edic. Diui Adri.
toll. Maſcar. de probat. concluſ. 1062. volum. 2.
Qualiter autē per teſtes probetur poſſeſſio con-
tinuata, puta 30. annorum, ponit Bal. de feu.
in tit. ſi de feudo fue. controuerſ. in cap. ſi quis
per triginta. vbi ait ſat eſſe, dicere teſtē ſic ſem-
per vidiſſe poſſidere: nam verbum videre, par-
tim fertur ad viſum, partim ad intellectū. Bar.
in l. 1. ſol. matr. verum non ſic poſſeſſionis im-
miſſio, vel miſſio in poſſeſſionem poteſt proba-
ri per teſtes, ſicut cætera acta, Boer. in d. l. edicto
in fi. C. de edict. Diui Adri. toll. quem cæteri ſe-
quuntur. Ro. ſing. 6. & Hipp. de probat. nu. 30.
ſed actis & ſcripturis deperditis vtique probari
poteſt. Maſcar. de probat. concluſ. 1066. vol. 2.
vbi etiam ait, ſi acta non fuiſſent deperdita, ta-
men ad coadiuuandum ſcripturam teſtes recipi
poſſunt, num. 5. & quinque teſtibus probari de-
bet fide dignis, quamuis à Iudice ex officio re-
ceptis,

Digitized by Google

ceptis.vt ibi. Reliqua in hoc prop.habentur per
Spec.in tit.de probat.§.1.num.27. vſque ad fi.
182 Quandò ſunt quędam probationes quæ fiunt
per coniecturas & præſumptiones; exemplum
de adulterio,quod probatur,ſi teſtis deponat vi
diſſe ſolum cum ſola,deoſculari ad inuicem,&
manus ponere ad mamillas, vel qđ vidit ama-
ſios thalamum introire,& eo clauſo poſtea ru-
morem,& ſtrepitum (vt ita loquar) aliter quã
ſonitus tympani,& tubæ, audiuitq; etiam oſcu
la,& riſus,aliaque facere,quæ iudicantur amo-
ris blanditiæ,immo luxurioſa voluptas; de qua
quidem probatione tex.& glo.& Doct. in l.ca
pite quinto,& in l.quod ait.ff.de adult.cap præ
terea.extra eo.& c.literis. de præſon pi. & hæc
eſt materia legiſtarum,in rub.C.de eden. & ſu
pradictę demonſtrationes vt cõuiuia, baſia, col
loquia, tactus, & ſimilia ſunt indicia quæ ſuffi-
183 ciunt ad torquendum, ſecundum Parid. Put.
tract.ſynd.in verb.tortura. cap.primo, num.2.
ſed ſi hæc mulier comm. opinio. habita fuerit
pro tali,quod adulterare ſit ſolita, cùm ſupradi-
ctæ cõiecturæ,& præſumptiones ſint iuris,ideo
poterit condẽnari.tex.in l.ſi ij qui. C.de adult.
Spec.in tit.de præſump.§.1. Angel.de malef.in
verb.fama publica.& ibi Auguſt.in add 8.col.
& eſt communis opinio,vt per Cyn.& Docto.
in authent.vt li.ma.& auiæ.§ quia vero. collat.
8.tex.in authent.ſi quis ei, C. de adult.Gomeſ.
va ia reſolut.tom.3. cap.12.tit.de prob. delict.
ſub num.25 pulchrè Put.tract.ſynd.in verb. of
ficialis offenſa.nu.3.cap.1.fol.mihi 252. Marſ.
in rubr.de probat. nu.231. Quod ſi mulier in-
cedat in habitu meretricali,punitur,& priuatur
dote, & poteſt impune offendi ſecundum glo.
in l. ſi ignorans, ff. locat. l. item apud Labeo-
nem, §. ſi quis virginem, ff. de incur. Quæ
autem ſint iuris præſumptiones & coniectu-
ræ dicam infra interim, vt plene per Gand.
in tract.malef. ſub rubr. de præſumpt. & iudic.
in dub.ex quibus cõdemnatio ſequi poteſt, col.
pen.& vlt.Menoch.de arbit. iudic.caſ. 115. nu.
6.7.8.& ſeq.& ibi allegat.Balb.in l.1. num.18.
C.de fideicõm.dicentẽ probationes per conie-
cturas & præſumptiones iuris plenam fidem fa
184 cere, & probatio per coniecturas dicitur eui-
dens probatio: idẽ Menoch.de præſumpt. li.5.
præſumpt.41.cum ſeq.& conſ.274.& vt.Baiar.
ad clar.in §. Adulterium,nu.32.cum mult.ſeq.
Barr.in l.licet Imperator.t.deleg.1. Marſil.in ſua
pract.§.1. num.14. nimirum ſi in adulterio pro-
bando ſufficiãt coniecturæ,& præſumptiones;
quandoquidem adulterium difficilis probatio
185 nis eſt Dec.conſ.577.num.11. Pari.conſ.57.
num.14 & conſ.54.nume.61.lib.4 Soc.iunio.
conſ.3. lib.2. quia a communiter accidentibus
N non vocantur teſtes in conſummationem hu-
ius peccati carnis,ideo per coniecturas,& ex fa-
cto deinde ſecuto, vt ſi mulier prægnans remã-
ſit, vel morbo gallico correpta, & huiuſmodi
quæ ſunt fructus peccati. vt inquit Bart.o.tract.
de Tirania. verſ.ſecundum velamẽ ibi, ſed hoc
186 qualiter poterit probari.colum.vlt. circa fi.&
vt. Maſcar.de probat.concl.59.volum.1.nu.20.
vbi per teſtes domeſticos ait probari Adulteriũ
concluſ.65.per tot.volum.1. Gomeſ.var. reſol.
tit.de Delict.tit.de Homic.tom.3.nume.27.&
28.vbi de teſte aſſini,quàmuis aliqui dicãt pro-
bari etiam per teſtes ſingulares. nihilominus
horum probatio reſpicit genus, hoc eſt adulte-
rium,non autem in ſpecie. quod quis, puta ea
die & cum illa muliere, adulterauit, vt omnes
ſcribentes in propoſito adducunt exemplũ Su-
ſannæ. Maſcar.de probat.concl.65. lib.2. Spec.
eo.de teſt.§.iam de interrogatorijs. verſ. quod
ſi vnus teſtis. nihilominus quando teſtes actus
diuerſos ad eundem finem narrant,coniungun
tur etiam ad probandum in ſpecie. Gabriel.
concluſ.de teſt. concluſ.2.nu.50. Gramat. De-
ciſ.107.nume.9. Bertaz.conſ.20.Boer. Deciſio.
23.num.44 Nat.conſ.478. Rimi.iunio.conſ.7.
num.59. Bonacoſſ.in q.crimin.in prima par.in
ver.teſtis ſingularis. Burſat. conſil.218. Crauet.
conſ.73.num.36. Laur.Chircoui.comm. opin.
lit. A.vbi pulchrè vt.Farinac.q.74. nume. 223.
cum mult.ſeq. & nu.197 198.& 199. 207.210.
& 212.tamen Iudex extraiudicialiter poterit ſe
informare de qualitatibus Viri, & mulieris,
187 vt tutius agatur. Et ex hac probatione cõclu-
ditur communiter mulierem dote priuari, &
etiam bonis paraphernalibus, quæ marito adiu
dicanda ſunt. Clar.§.adulterium.verſ.ſcias.Vi-
uia.commun.opinio. lib.1.op.447. Rip.in rub.
colum.7.ad fi.extra.de iud.Soarez.recept.ſent.
ver. adultera. nu.86. quam opinio. ipſe ſuſtinui
188 inter alias in Academia Piſarum, in illo cele-
brattiſſimo collegio Sereniſſimi magni Ducis
Aetrutiæ, Franciſci Medices, vbi virtutis eſt
ſchola, nobilium palæſtra,pauperum auxiliũ,
& morum, ac vitæ documentum.ex quo almo
collegio tanquam ex equo Troiano fluxerunt
in omnibus artibus & ſcientijs viri eruditiſſi-
mi, qui hodie mundum virtutibus illuſtrant;
189 inter quos eſt Excellentiſs. D. Ioannes Bapti-
ſta de Honeſtis,alias *il Peſcia*, Dominus & prę-
ceptor meus valde colendiſſimus,nec non Ex-
cell. D. Iacobus Angelios, alias *il Barga*, à quo
lauream maximo honore Deo dante conſecu-
tus fui. Qui duo ſunt luminaria iuris, vnus de
mane à quo ordinarium profitetur: alter de ſe-
ro, à quo maximo decore ordinarium legitur.
Quorum luminibus Piſana academia gaudet,
& fruitur, & exultant tot tantique virtuoſiſſi-
mi iuuenes. Nec taceo de illis famoſiſſimis
Philoſophis & Medicis celebratiſſimis,videli-
cet Domino Andrea Camutio,qui mille aureo
rum ſtipendio extraordinarium legit, Domino
Hieronymo Borra, Domino Iulio Angelio
Bargenſi nemini ſecundo,& Domino Ceſalpi-
no de Aretio.nec omittam Excellent. D.Ioan-
190 nem Tallentonum patritium meum Flore-
nenſem, publicè Logicam, ſuper omnes doctiſ
ſime legentem, quẽ qui non audit,ignorat Por
phyrium,& Dialecticam. eſt tamen inimicus
Galatey, cum quo ab initio non potuit adapta-
ri, nec hactenus cũ eo reconciliatus fuit. & cũ
fratre vno Authoris ambo pari paſſu ambulãt.
teſtantur ſcolar. Ticin. modò ad rem noſtram.
Suſtinui (inquam) prædictam concluſionem
contra ornatiſſimum iuuenem D. Martinum
Lambardum de Aretio, Alias cognatũ & meũ
aduerſarium doctiſſimum.ex doctr. Bart.in l.2.
§.fin.de adult. Anchar. Regiens.q.75.lib.3 Bal.
in l.neque tales.de probatio. Menoch. conſ.31.
per to.& ad materiam. ſtat. Ang.in l.mater §.
mulier. de adult. Callan.in rubr.de conſue.Bur
gun.de rapt.nume.53. Cotta in ſuis memorial.
in verb. mulier ſuſpecta de adulterio. Rolan. à
Vall.conſ.33 Brun.tract. ſtat. artic..... tandẽ
coonclusum fuit ex magis communi obſeruan-
tia,quod & ſi vir lucretur propter vxoris adul-
191 terium dotem, tamen facta thori ſeparatione

vir

Digitized by Google

Vir tenetur eam alere, ſi ipſa nõ habeat aliunde
viuere. Cardin. Alexan. in cap. ex parte, colum.
fi. de ſpon. & Clar. d. §. adulterium. vbi latè. quæ
192 adulterij cauſa eſt communis fori. & eſt cõm.
opin. de qua Alcia. in cap. primo, num. 18. de of
fic. ord. & Clar. quæſt. 73. verſic. quæro. vide etiã
Hip. Bonacoſſ. in ſuis quæſt. crim. in verb. adul-
193 terium. Teſtes verò ſuper adulterio deponen-
tes tenentur rationem reddere, etiamſi nõ fue-
rint interrogati, vt per Bart. in d. l. capite quin-
194 to, de adult. in qua probatione teſtis, de credu-
litate etiam admittitur. quandu ſcilicet rationẽ
aſſignat congruentem, de quo eſt glo. no. in l. 2.
c. item Labeo, ff. de acq. plu. arcen. quod intelli-
gite vt ſupra, de circunſtantijs à iure poſitis ad
probandum adulterium. à nu. 192. vſque huc.
item depoſitio teſtis de credulitate ſi fuerit pro
ducta, valet ad præiudicium producentis. Ro.
conſ. 104. ad fi. dum tamen ſit publicata. Crau.
de antiq. temp. p. 1. nume. 13. & vna coniectura
aliam tollit Bart. in conſ. 202. proponitur 2. vol.
& multa ponit Marſ. in pract. §. diligenter. nu-
mero 190. vſque ad num. 197. Maſcar. de prob.
concluſ. 147. num. 4. & concluſ. 405. nume. 6. &
D. Menoch. de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 29.
& infra nu. 202. Et vi. D. Fann. d. tract. de teſt.
q. 70. à num. 60. quæſt. 64. num. 223. cum plur.
ſeq. vbi de rõnis cauſa, de ſingularitate teſtium,
de loco & tempore probãdi adulterium. Poſt-
quam autem verba fecimus, de coniecturis &
præſumptionibus, pro terminorũ ſcientia ſcire
debemus, triplicem eſſe pręſumptionem, teme-
rariam, probabilem & violentam: temeraria
ortum habet à malis hominibus, in quibus ſi
cadat talis præſumptio, teſtimonium nõ valet.
2. quæſt. 1. cap. 1. Probabilis dicitur veriſimilis,
ut quando per accidentia ad ſemiplenam per-
ducimus probationem. to. tit. de præſumpt. vbi
Spec. violenta autem eſt illa, quando ius præſu-
mitur. de qua 33. quæſtio. 1. & in l. filium, ff. de
ijs qui ſunt ſui vel alien. iur. & hæc ſubdiuidi-
tur. quia alia iuris tantum, alia iuris, & de iure.
Primo modo eſt, quãdo lex aliquid præſumit,
ſed ſuper præſumpto nec ſtatuit, nec deliberat.
exemplum, quando chirographum, ſeu apodi-
xa eſſet cancellata, tunc præſumitur ſolutio; ſed
quod re vera hoc verum ſit, ius non affirmat,
quia verum eſſe, & etiam non eſſe poteſt. tex. in
l. ſi chirographum, ff. de proban. Item quando
quis viſus eſt fugere cum cultello ſanguinolen-
to de domo vulnerati, præſumitur contra eſt:
ſed tamen lex non reſoluit, quod in effectu ille
fuerit qui vulnerauit, ſed tãtum præſumitur. ar.
cap. litteris. extrà de præſumpt. & Blanc. de ind.
nu. 197. & præſumpta probatio contra dolum
præſumptum ſufficit. cap. 1. de præſump. & ideo
teſti de credulitate creditur in hoc. Iaſ. in rubr.
de iur. iuran. Marſ. in rubr. de probat. nume. 10.
197 Præſumptio verò iuris, & de iure dicitur ne-
ceſſaria, quia lex ſtatuit, & vult illam præſum-
ptionem pro ipſa re haberi, & per eã iudex po-
198 terit pronuntiare, nec recipit probationem in
contrarium. 11. q. 1. ſi qui clericorum, & §. pen.
& §. fina. in Authent. vt li. matr. vel aui. Alber.
Brun. tract. iudic. quæſt 8. Caſſa. eod. tract. iudi.
num. 11. car. mihi 397. inter tract. cri. diuerſo.
exempla poſſent poni in qualibet cauſarum, pu
ta ſi Titius promiſit per verba de præſenti velle
ſe nubere cum Berta. deinde contraxerit cũ ea,
199 ante conditionis euentum. Ex verbis præſu-
mitur conſenſus, vt in regula. nuptias. de regul.
iur. & tanto magis cum ad actum copulæ deue-
200 nerit, ſtatuit lex has eſſe nuptias: item quãdo
quis dum de ſuo tractaretur incõmodo tacuit,
cum loquendo reparare damnum potuiſſet, pręſumitur conſenſiſſe, dixi infra in 5. nume. 179.
ideoque lex ſtatuit, vt in l. qui patitur, & ibi Do
ctor. ff. de manda. quod intelligendum eſt ſecũ-
dum Dec. & Cagnol. in l. is qui tacet, & in l. qui
tacet. de reg. iur. & declara. Dyn. in cap. qui ta-
cet, vbi ponit exempla. de reg. iur. in 6. & Abb.
Fely. & Cano. omnes. in c. nonne. de præſump.
vbi ponunt fallent. & magna caterua Docto. in
addit. ad Dyn. dicto cap. qui tacet, quod magis
procedere dicunt, quando tacens facit actũ con
formem Actui, quia videtur ratificaſſe illum. c.
ad quod, & cap. veniens, extra. de ſponſ. Bal. in
l. ſiue, de probat. quo caſu factum dicitur men-
tem declarare. ar. §. pauonum. inſtitu. de re. diui.
Nã facta ſunt potiora verbis. l. de pupillo. §. me-
miniſſe. de oper. nou. nunc. In cauſa criminali
201 exemplum poteſt poni, quãdo quidam inimi-
cus è domo mortui, vel vulnerati aufugere vi-
ſus fuit cum gladio ſanguinolento, & iam mi-
natus fuerat velle tale delictũ peragere, & de
delinquente nõ conſtat niſi per minas, quæ ma
lum indicant animum. Imol. in l. fi. ff. de hæ. re.
202 inſtit. vbi concludit, quod per minas quis tor-
queri poteſt, quando ſcilicet eſt ſolitus delicta
committere. communem eſſe teſtatur Clar. §.
fin. quæſt 21. §. minæ. Duen. reg. 192. ampliat. 4.
Blanc. dicta l. fin. num. 297. & augetur præſum
ptio quando poſt minas etiam viſus fuit fugere
cum gladio ſanguinulento. ex quo vna præſum
203 ptio aliam conualidat. at. ca. officij. extra de
elect. ſicut etiã vna præſumptio contraria, con-
trariam tollit pręſumptionem, Bru. dictu tract.
indic. 5. q. prima par. nu. 1. car. mihi 337. & for-
tior tollit debiliorem. Bald. in l. ſiue poſſideris,
P C. de probat. & tex. in l. diuus, C. de in integr.
reſtit. vt ſup. nu. 194. ſic vnum indicium aliud
tollit. Alexand. conſ. 77. in cauſa Accuſationis.
volum. 1. Hinc eſt, quod ſi vnus teſtis dicit Ti
tium commiſiſſe delictum, alter dicat qđ non;
Titius non poteſt torqueri alio non conſtito.
Marſ. pract. §. Diligenter nu. 190. cum ſeq. & ſic
in fuga facit inditium contra carceratum, aut
carcerandum, quod qualiter procedat, vi. Bart.
diſtinguentem ante accuſationem, vel poſt ac-
cuſat. in l. 1. ff. de Bon. eorum & Clar. fi. §. q. 21.
verſ. fuga cum verſ. ſeq. Sic ſi fugiens iurauerit
non fugiſſe, tollitur illud inditium. Marſ. pract.
§. diligenter, nume. 43. & 44. & vi. Maſcard. de
probat. concluſ 819. nu. 21. volum. 2. vbi de illo
qui fugit è manibus ſatellitum, ſi vocatus po-
ſtea ſe ſpõte conſtituat, tollitur illud inditium.
& de illo qui fugit e carceribus, & iuit ad ſupe-
riorem. ui. Paul. Ghirlan. tit. de relaxat. Carce-
rato. num. 10. aut ſi ſponte reuertatur. Maſcar.
concluſ 820. uolum. 2. ubi, an fugiens habetur
pro conuicto & cõfeſſo, ui. Clar. §. fi. q. 21. uerſ.
fuga Delinquentis. Grammat. conſ. 42. nu. 18.
ubi de eo qui fugit ad Ciuitatem Metropolita-
nam, ubi eſt caput iuſtitiæ, & ui. Baiar. ad Clar.
q. 34. num. 37. ubi qui uadit ad ſuperiorem, non
dicitur fugere. fallit, niſi debilior præſumptio eſ
ſet pro accuſato, & fortior contra eundem nam per
debiliorem fortior eliderctur. per tex. inn. glo.
in cap. ex litteris. de in integr. reſtit. & uide Iaſ.
in l. 1. C. commun. de leg. ubi idem de indicijs,
Boſſ. eod. tit. de indic. num. 90. Aliud exemplũ
habetur ex. l. fina. C. de adult. de quo ſupra dixi
nu. 182.

Digitized by Google

204 nu.182. Quæ præſumptiones iuris, & de iure
appellãtur liquidiſſimæ probationes. ſ. licet im-
205 perato. de leg. no. gl. in l. penult. C. de per. tut.
& iſtæ præſumptiones legis exteris prævalent
præſumptionibus. Pariſ. conſil. 12. volum. 2. &
vt dixi nullam probationem in contrarium ad-
mittunt: niſi ſolam partis confeſſionem, in cu-
ius partis fauorem cadit præſumptio. Doctor.
Cano. dicto cap. nonne de præſump. Benedict.
in cap. Raynutius, num. 9. par. 3. verſic. quæ fi-
206 lium ex eo ſuſpiciens. & ex ijs præſumptioni-
bus communis opinio eſt, quòd iudex poſſit
ſententiam proferre, imò ſecundum Boſſ. etiã
corporaliter condemnare, vt in tit. de conf. ſſ.
& conuic. num. 29. refert etiam Clar. d. §. fina.
quæſtio 20. verſic. item ſcias: ſed, quia hæc opi-
207 nio controuerſiam patitur, rigoroſi iudices
potuerunt condemnare; æqui verò iudices, gra-
no ſalis, ſemper in minorem pœnam dirigent
judiciũ ſuum, & certè tutius agetur. ar. l. abſen-
tem, de pœn. l. quod ſi exploſi, ff. quod cer. loc.
& hæc ita incidenter tacta ſufficiãt; quia in ma
teria præſumptio. vltra adduc. ſemper eſt recur-
rendum ad doctiſs. tract. de præſump. D. Andr.
Alcia. & nouiſſime ad elegantiſſimum de mo-
208 re tract. D. Menoch. de præſump. ſed ad pro-
bandam præſumptionem duo teſtes requirun-
tur. gl. in l. fin. C. fam. ercisc. Proſequendo alias
quæſtiones. Quæro ſexto & principaliter, quo-
modo probatur filiatio, & certè eſt vna ex dif-
ficilioribus probationibus. glo. in l. de probat.
tex. in l. Lucius, ff. de conditio. & demonſtr. &
in l. ſi vicinus, C. de nupt. Menoch. de arbitr. iu
dic. caſ. 100. & caſ. 89. num. 1. & ibi per tot. do-
cetq; practicam probandi filiationem num. 96.
fol. 121. & nouiſſime D. Pacia. de probat. c. 6.
lib. 2. ante eum. Maſcar. de probat. conclu. 790.
vſque ad concl. 798. volum. 2. & Florentia ex-
tat ſtatutum Rubr. 2. in 2. volum. vbi Filiatio
Paternitas, Iuriſdictio, & Tabellionatus poſſũt
probari per 4. teſtes de publica voce & fama.
Similiter Mors, & conſanguinitas. & vi. Re-
format. 151. De anno 1477. & 5. Hæc igitur fi-
209 liatio plurib. modis probatur. primo per affe-
ctionem ambarum partium, quæ talem in ſuum
nominat vere filiũ, & vt filius ab eis tractatus,
habitusque fuit. ſuper quo teſtes debent depo-
nere nedum de viſu, verum & de auditu. Fely.
in capit. per tuas, de probat. Secundo probari
poteſt per fidem obſtetricum & commatrum
quæ partui adfuerunt. Barto. in l. 1. ff. de ventre
inſp. vbi ponit caſus in quibus teſti creditur de
credulitate. Item per fidem curati, & compa-
trum, & librum Natalium, quem habẽt penes
ſe rectores, ſeu curati animarum, & quandoq;
patres, ſecondum glo. in §. fin. inſtit. de inge. Be-
nedic. in capit. Raynutius. in 3. par. verſ. quæ fi-
lium. num. 14. in fi. & meminit vidiſſe, quod in
prima par. Bart. ff. vet. Clariſs. olim D. Carolus
Cauale. Iuriſconſ. & pater meus honor. ſcriptũ
reliquit, quot filios habuit, qui fuerunt, nu. 24.
ex legitimo matrimonio, diemque, menſem,
annum, & horam Natalium, & ipſe ne videre-
tur nimis feſtinanter ad annos multos perueniſ-
ſe, ſicuti re vera D. Pater meus dixit me ortum
fuiſſe die 24. Februarij 1553. aboliut & cancel-
laui, & ſcripſi 1555. Quia de repeto huc an pro-
poſito veniam. Tertio probatur filiatio per cõ-
munem opinionem & famam. Alexand. con-
ſil. 90. nu. 9. volum. 6. & puto eſſe verum quan-
do aliud in cõtrarium non appareret. Menoch.

d. caſ. 89. num. 80. cum ſeq. vbi inquit quod fa-
ma nõ eſt vana vox populi quãdo res per con-
iecturas poteſt probari. Et vanæ voces popu-
li ſunt, quando habent ortum à maleuolis, &
non admittuntur. l. decurionum, C. de pœn. de
quibus pulchre Benedic. in c. Raynutius. verſ.
primo mortuo teſtatore, & facit illud Ariſtot.
in 3. Reth. quanto maior populus, tanto minor
intellectus, & vox populi inconſtans & volu-
bilis; qui vincit, viuat, dicere ſolet; & in trium-
pho Domini Noſtri Ieſu Chriſti omnes cla-
mabant dicentes: Benedictus qui venit in no-
mine Domini; ſed in paſſione blaſphemabant
dicentes: crucifigatur, tolle hũc & dimitte Bar-
rabam: & exauditæ fuerunt vanæ voces populi
contra Innocentem, quia ipſe voluit. Sed inter
nos vanæ voces populi non ſunt audiẽdæ. Clar.
§. fin. q. 8. verſ. ſed nunquid. vt. ſupra num. 126.
in 2. par. vbi de fama tractaui. Quinto proba-
tur, ſi apparet de confeſſione facta à parẽtibus,
ſiue in iudicio, ſiue extra iudiciũ, vel in aliquo
contractu, aut in aliqua vltima voluntate; quia
dixit, vel confeſſus fuit nominando & prote-
ſtando, talem eſſe filium ſuum, de hoc eſt glo. l.
eccleſiæ, ff. de prob. & in d. l. filium. ff. de ijs qui
ſunt ſui. Barto. in d. l. Lucius, ff. de conditio. &
demonſtr. idem in l. 2. vbi etiam glo. ff. de lib.
agnoſc. Lanfranc. de Oria. eod. tract. nume. 98.
Bened. in dicto cap. Raynutius. verſic. quæ filiũ
ex eo ſuſpiciẽs. per to. vbi inquit quod reſpectu
matris clara haberi poſſit probatio, ſed reſpe-
ctu patris res eſt valde dubitabilis: & oportet
ſcire, quomodo B. ita vxor filiabat, faciũt verſ.
Homer. quos etiam Menoch recitat. d. caſ. 89.

Ex illo natum mater me dicit, at ipſe
Neſcio, nam certum quis poſſit ſcire parẽtem?

211 præterea noſtris temporibus, & in partibus
Meridionis, vbi ſol nimium calet, adeo, quod
plures generantur homines, quam in Apulia
muſcæ, & tamen præſes prouinciæ nullã præ-
ſtat prouiſionem, quid ergo erit in partibus oc-
cidentalibus? (credo) pluere homines: vnde
quam ſit difficile quo ad patrem probare filia-
212 tionem, conſiderate. Ideo per confeſſionem,
per librum Natalium, ſiue à patre ſcriptum, ſiue
à parocho quando baptizat filios, vt per Caual.
in repett. deciſ. verb. libri Canonicorum, rat.
1063. prima parte, & deciſ. 12. nu. 23. par. 2. per
tractationem, nominationem, & reputationẽ
filiorum, filiatio probari poteſt, quia probatio
erit ſtoris & de iure, ſi vsque probatũ erit coniu
ges fuiſſe habiles, ad procrea ndũ. tot. tit. de frig.
& maleficiatem quod ſimul cohabitauerint: vn-
213 de, quia præſumitur in dubio quamlibet ſer-
uare fidem viro ſuo, vt indiuidua vita ſeruetur.
Rlate Benedic. in cap. Raynutius, in verb. quæ
214 filium, num. 1. 2. 3. 4. & 5. Hinc eſt, quod poſt-
quam mulier peperit, præſumitur in dubio ex
proprio viro ſuo procreaſſe. Duen. in reg. 76. fi-
lij, & tex. in cap. dudum, de præſumpt. Accedit
215 etiam phyſionomia, ſeu ſimilitudo parentũ,
quæ tamen eſt probatio non concludens. gl. in
l. quod ſi nolit. §. ſi emancipatum, ff. de ædilic.
ædic. & non attenditur communiter per Bal. &
alios in l. Gallus. §. 1. colum. vlt. de lib. & poſth.
& datur exemplum Reginæ quæ Aethiopẽ pe-
216 perit, dum rem habebat cum eius viro, licet
ambo eſſent albi; intuebatur enim & cogita-
bat de Aethiope depicto ſuper Thalamo, vel
cubili. de qua Auguſt. in 5. lib. de ciuita. Dei, &
Benedic. d. verſic. quæ ex eo filium ſuſcipiens,
num. 16.

Digitized by Google

num.16. vbi in materia phyſionomiæ,& ſimi-
litudinis alia ponit exempla. cœtera de filiatio-
ne, vi. per Menoch.d.caſ.89.per to.& Duen.in
regul. 341. 342. 343. & 344. Blanc. de Indic.
num.406. Septimò, principaliter quæro quo-
217 modo probatur matrimonium, & certè pro-
batur ex neceſſarijs, & nō leuibus præſumptio-
218 nibus. eſt enim matrimonium primum in-
ſtitutum ſacramentorum.capit.debitum,de bi-
gamis,& Concil. Trident.ſeſſio.24. Lancellot.
Peruſ.inſtitu.cano.in tit.de ſacram. matri.§.2.
lib.2.Benedic.d.cap. Raynutius. in verb. cuidā
Petro trad.num.20.fol. 149.in 2.par.vbi dupli-
ci de cauſa inſtitutum fuiſſe ait matrimonium
Caualca. deciſ.12. nume.22. parte ſecunda, &
maximè eſt præiudicij tractare, an verum, vel
nullum ſit matrimonium,& eſt queſtio ardua.
vt in cap.literas. de præſumpt. & capit.licet ex
quodam,de teſt.Concil. Trident.d.ſeſſ.24.Can.
1.2.3.4.& 5.cum alijs ſequent. tradit Alexand.
conſ.156.num. 12. volum.5. vbi multa in ma-
teria huius probationis adducit, & Menoch.
S de arbitr.iud.caſ.205.nume.7.fol.210. & ideo
inimicitia prouenient ex cauſa Matrimonij di
citur ardua & capitalis, ſecundum gl. & Doct.
in l.quæcunque ff.de tut.iuran.Blanc. de iudi.
num.319. circ.fi. & in omnem caſum eſt arbi-
trarium iudici. Menoch. d.caſ.205. vt infra in
219 3 par. ſub nume. 69. Verum enim vero opus
fuit hominum falacijs, noſtris temporibus ob-
uiam ire per ſacroſanctos Cano. vt cauetur in
Concil. Trident.decret de reform. matr. cap.1.
Lancellot.in titu.de cland.deſponſat.§.1.lib.2.
inſtit.cano.videlicet,quòd prius ter à curato de-
nuntietur, & publicetur in eccleſia, inter quos
matrimonium ſit contrahendum; aliàs matri-
monia clandeſtina ipſo iure non tenent, vt in
220 dictis decret. quamuis quilibet fidem ſeruare
221 cogendus eſſet, l.conuentionum, vbi Docto.
communiter. ff. de pact. ad inſtar iuramenti,
222 quando illud poteſt ſeruari ſine diſpendio ſa-
lutis æternæ, tunc eſt omnino ſeruandum: ita
& fides quæ iuramento æquipatatur. tex.in ca-
pit.ad aures. extra. quand met. cau. Menoch. de
arbitr.iud.caſ.367.num.4. & ſequ.fol.308. Nā
223 fidei implementum deſcendit à iure.naturæ,
& diuino.d.l.conuentionum. de pact. ideoque
meritò in quolibet negotio debet ſeruari; &
quanto magis in matrimonio? Gomeſ. varia.
reſolut.de delict.tom.3.cap.12.num.7.ne mi-
ſeliæ nugis hominum proſtitute, impudicæ di-
cantur.quare hac in re rogo curatos animarum
bonæ eſſe conſcientiæ & diligentiæ,quorum li-
ber probat matrimonium. Caualca.d.deciſ.12.
num.23.parte ſecunda. Nec ad probandū ma-
224 trimonium ſufficit probare longæuam coha-
bitationem vna cum fama, vt eſſe communem
opinionem teſtatur Soc.conſ.39.viſis & inſpe-
ctis. colum.2.lib.1. Turaz. op.108. quia etiam
concubinæ multæ reputantur vxores, ſed ſi per
40.annos cohabitatio ſola fuerit probata, tunc
ſecundum Præpoſi.in c.conſulationi.de ſpon.
videtur probatum matrimonium. Nec etiam
ſufficit nominatio ſola,nec ſola fama,nec annu
li poſitio. Lapp. Allegat.56. Maſcar. de probat.
T concluſio.1020.volum.2. niſi de cœteris etiam
225 qualitatibus ad validitatem matrimonij re-
quiſitis ſimul fuerit probatum, de quib. tradit
Alexand.in d.conſ.150. Felyn. in cap. illud. de
præſumpt. Curt.iun.conſil.95. num.5 Soarez.
recept.ſententia. in verbo. matrimonij probatio.

nume. 113. & quicquid legatum eſt à viro mu-
lieri,quam tanquam vxorem diu tenuit,nō va-
let,ſi ſub nomine vxoris relictum ſit, & matri-
monium ſit prohibitum abſque diſpenſatione,
quam impetrare vir non curauit. & ſine diſpen
ſatione mortuus ſit.eſt tex.in l.fin.de legat. pri-
mo cum concor.Bart.in l.miles ità. §. mulier
229 ff. de teſt. & licet per inſtrumentum dotis nō
probetur matrimonium.vt per Fely.d.capit.il-
lud,de præſump.illud procedit quo ad tertium.
ſecus verò quo ad ipſos contrahentes. Alexan.
conſil.21.colum.2.volum.1. Bald. auth. ſi quis
in aliquo.C.de æden.& nouiſſime. Prac.Sirac.
V capit.21.num.2.& an matrimonium non con
ſummatum, dici poſſit matrimonium, dicam
infra nu.231. in fi. Ad probandum autem ma-
227 trimonium,parentes & affines admittuntur,
qui aliàs regulariter non admittuntur, vt dicā
infra latius. iudicisq; arbitrio relinquitur, nū-
quid eis credendum ſit,quando inter coniuges,
vel eorum affines eſt diſparitas dignitatis, vel
228 ſtatus. Nell.eod.tract.de teſt.num.7 facit Be-
nedic.in dicto cap. Raynutius. in verbo. cuidā
Petro,num.22.vbi docet cum quibus,quando,
& qualiter matrimonium ſit contrahendum,
& vide Bald. in l. ſi qua per calumniam, C. de
epiſcop.& cler.tenere, quod matrimoniū inter
valde nobiles non poſſit probari,niſi per inſtru
mentum,quem refert Marſil.in rubr. de prob.
nume. 22.de qua neſcio videre rationem differ-
rentiæ,niſi quod iſti ſint magnates, & tractetur
de rebus magnis, quæ tamen mihi re vera non
quadrat,niſi fortè habeant ſpeciale priuilegium
contrahendi matrimonium, diuerſo modo ab
229 alijs: & licet probatio matrimonij ſit valde
præiudicialis,tamen nū concludenter probatur,
illis ſcilicet modis,quibus probari debet,dico il
lam eſſe vtilem vni, & dam noſam alteri, quia
tractatur de alimentis præſtādis & alijs.de qui-
bus. Capell.Toloſa.q 72.& 380.& ibi add. Af-
flict.deciſ.152.& Caualc.in repert. ſuarū deciſ.
in verb.maritus.par.1. Rimin.iun.conſ.255.co
lum.1. & 2. volum.3. facit etiam ad priuilegia
230 dotis,nam ſine matrimonio de iure ciuili,nō
eſt dos. latè ſcrib.in rubr. ff.ſolut.matr.& in l.ſi
conſtante. cod. tit. concludo igitur ad proban-
231 dum matrimonium die, & anno, cum Beta
& Mæuio contractum,iuxta ritum S.R. Eccl.
X cum Benedictione & congratulatione nuptia-
rum. iuxta diſp.Concil. Trident.ſeſſ.24. cap.1.
De reformat. matri. & ideo Affines non erunt
teſtes idonei,niſi tu teſtes à parocho fuerint vo-
cati. Alex.conſ.152.vol.5. quod ſit, ſi ex aliqua
cauſa alij teſtes non poſſint haberi, vel ità paro
cho expediens videatur,& vt.tex.in l.etiam ma
tris,ff.de prob.Nell.eo.tract. in ver.conſangui-
nei,qui ſimul cohabitauerunt,& ad inuicem ſe
tractauerunt,& nominauerunt in virū & vxo-
rem,vt eſt publica vox & fama,& ita ab omni
bus vicinis, affinibus, & conſanguineis coniu-
ges habiti & reputati fuerunt, proſequentes af-
fines ſe ad inuicē mutuis beneuolentijs.eundo,
Y & bibendo,vnus in domū alterius, & econtrà;
vt dicā ſtatim, & Virginitas probatur per obſte
trices,& per virū.c.requiſiuiſti.35.q.1.& tpe ve
teris teſtamēti per oſtenſionē panni ſanguino-
lēti.c.22.in Deut.& Iudices de hoc ſolent inter
rogare,& in Regno Neapol.in Ciuit.Nulę mo
ris eſt mulierem oſtendere pannum ſanguino-
lentum conſanguineis, ad probandum copulā
Matrimonij. Afflict. deciſ.a 36. nume.2. & ſe-

eundum mores dictæ ciuitatis infertur, quòd
matrimonium non conſummatum matrimo-
nium non dicitur, contra tex. in l. nuptias non
concubitus, ſed conſenſus facit. de reg. iur. niſi
dicas quòd differũt nuptiæ a Matrimonio, tan-
quam præparatoriũ ad præparatum. vt. Couarr.
in Epito. ad quartum. Decret. c. 1. & Fanut. de
luer. dot. gloſ. 2 nume. 44 Menoch. de arbi. iud.
caſ. 103. Paria. de probat. capit. a. 3. & 4. lib. 2.
232 Octauò quæro principaliter, quomodo proba
tur conſanguinitas, vel affinitas, & hæc quæ-
ſtio valde vtilis eſt pro ſtatutis vbique de ſucceſ
ſionibus diſponentibus, eſtque in hoc conſide-
randũ, quia ad duplicem effectum duplici mo-
233 do probari poteſt conſanguinitas. Primò ſi
ſimpliciter quæratur de conſanguinitate, vel af-
finitate, nec vltra quæritur, tunc ſufficit proba-
ri per teſtes qui ſint perſonæ graues, deponẽtes
etiam de auditu tantum, tex. in cap. licet, de teſt.
& addẽtes, quod ita credant, vt ſentit Crot. eod.
tract. ſub num. 366. Specul. eod. titu. de teſt. §. 6.
verſic. hoc etiam nota. Lanfranc. de Orta. et d.
tract. nume. 99. Sed ſi de viſu etiam deponant,
tanto melius, dicendo vidiſſe Petrum, & Fran-
ciſcum adinuicem mutua beneuolentia cõſan-
guinitatis ſe tractaſſe, & frequenter ſimul man
ducaſſe & bibiſſe, & obſequia præſtaſſe, & pro
conſanguineis, vel affinibus ab omnibus repu
234 tatos & habitos: & quod ſit verũ, Petrus fuit
filius Iacobi, & Franciſcus filius Antonij; qui
Iacobus, & Antonius erant fratres, ex Berta &
Titio geniti, quam Fract. tradit honor. frater
meus. in ſua deciſ. 12. num. 10. in prima par. &
eſt valde notanda, quia hoc modo concluden-
ter probatur conſanguinitas ad prædictum effe-
ctum. At ſi quæratur de probanda conſangui-
nitate, vel affinitate, ad hoc vt quis vt proxi-
mior præferatur, retenta ſupradicta practica, eſt
235 aduertẽdum circa ſucceſſiones aſcẽdentium,
vt computetur primus gradus incipiendo à pa-
tre, ſi deſcendentium, primus gradus incipit à
filio. quod eſt vtriuſque iuris conſtitutio. Inſti.
de grad. cog. vbi glo. & Porc. & ibi Iaſ. in Add.
Doct. in l. 1. C. de Carb. edic. tex. in authent. de-
functo. C. ad Tertull. vbi omnes communiter
concludunt ita gradus computari tam quo ad
ſucceſſiones & hæreditates, quam quo ad tute-
las defferendas, & tam de iure cano. quàm de
iure ciuili, & municipali, etiam in ſucceſſione
bonorum feudalium, vt recenſet D. Craſſ. d.
tract. vlt. volum. §. ſucceſſio. quæſt. 1. Benedic.
dicto cap Raynutius, verſ. quæ filium. nu. 88.
Sed differunt ſupradicta iura in computatio-
ne graduum, per lineam collateralem. Primus
236 gradus incipit a fratribus quo ad contrahen-
dum matrimonium, ſecundùm ius Cano. ſed
de iure ciuili, frater, & ſoror ſunt in ſecũdo gra-
237 du; nam frater eſt vnus, & ſoror alius gradus,
ratio eſt, quia ius ciuile per vnamquamq; per-
ſonam vnum conſtituit gradum; ius autem
Cano. conſiderauit, nempe quod duæ perſo-
næ de eodem corpore natæ tribuunt initium
lineæ tranſuerſali, ideoque in primo illius lineę
gradu ſunt fratres, & ſorores, ſed de iure Cano.
ad cauſandum vnumquemq; gradum duæ per-
ſonæ ex vnomet corpore natæ (ſiue plures ſint)
requiruntur, vt 35. quæſtio. prima, c. ad ſedem.
Iaſ. in addit. ad Porc. inſt. de grad. cog. Benedic.
d. cap. Raynutius, verſ. & vxore nomine Ade-
238 laiam. n. 83. cum ſeq. Computatio graduum
ciuilis dicitur directa, propria, & naturalis, tan-
quam aſcendendo & deſcendendo de gradu in
gradum. At computatio iuris cano. fit per ſal-
tus & impropriè ſecundum ius Ciuile: Benedi.
vbi ſupra num. 89. Ex quibus notate quando
ſimpliciter eſt probanda conſanguinitas, vel
affinitas, nec aliud quæritur, quomodo ſit ca-
pitulandum: idem quando probanda eſt affi-
nitas ad hoc, vt quis proximior præferatur, vel
239 actum matrimonij contrahere poſſit, in qua
materia ad cognoſcendum cum quibus poſſit
contrahi matrimonium, & cum quibus non,
videnda eſt omnino regula breuiſſima, facilis,
& miranda D. Borg. Cauale. fratris mei honor.
quàm poſuit inter eius deciſio. in 3. par. de con-
tract. deciſio. 12. Mandatum procuratoris per
teſtes probari poteſt ſecundum commun. opi.
per glo. in l. maritus, ff. de procurat. & ibi dd. &
Iaſ. in l. prima, C. de eden. vbi colum. 3. limitat.
quinque modis. vide Vant. de Nullita. ex de-
fec. manda. numero 70. Boer. deciſ. 154. & qua-
liter probetur mandatum ad delinquendum.
Maſcar. de probat. concluſ. 1317. volumine 2.
vbi de fide etiam mãdatariorum ait, & Decia.
tract. crim. cap. 24. num. 10. volumine ſecundo,
& latè, c. 36. & Ang. de malef. in verb. & Sem-
pronium Rodulphi barbitonſorem. per tot.
vbi aug. ſub numero 39. & an teſtes pro man-
dante proſint mandatario, & ècontra, ponit. &
allegat Bal. in l. iuriſconſulti, C. quibus res iud.
non nocet: ſed quo ad mandatum delicti re-
gulariter eſt probandum per ſcripturam, niſi à
vicinis, & ab alijs notis iuſtificaretur dictum
mandatarij aſſerentis habuiſſe mandatum ad
delinquendum. Batt. & alij in l. 1. C. de man-
da. Gramma. conſil. 54. numero 17. & Deciſ.
36. numero 25. & 17. & poterit etiam probari
mandatum per coniecturas, videlicet, ſi Domi
nus dixerit famulo, vade, & non reuertaris, niſi
illud feceris, ſecundum exemplum Clar. in q.
89 verſic. ſed hic incidenter. vel ſi quis dixerit,
da al traditore, & inde ſecutum fuerit homici-
dium: item ſi dixerit quiſpiam. *Io ſtò di mala
voglia, vorrei, che il tale mi fuſſe leuato dauanti d
gli occhi*, &c. de quibus per Baiar. ad Clar. d.
quæſt. 89. verſic. ſed quid; vbi ait, quod in pro-
bando hoc mandato per coniecturas, tria requi-
runtur; Primò, inimicitia capitalis; Secundo
allocutio ſecreta; Tertio, quod poſt talia verba
incontinenti fuerit ſecutum homicidium, pro
vt dictum Bart. in l. ſi quis mihi bona, §. ſi man
dauerit, ff. de acquir. hær. declarare. ait Dec. in
conſil. 214. nu. 5. ſed quo ad mandatarium facit
inditium ſi non acceptauit mandatum contra
mandantem. Marſ. pract. & diligenter, nu. 37.
cum aliquo adminiculo quo ad probandũ man
datum non quo ad delictum. Bal. conſ. 97. incip.
an mandatarius, qua de re concurrente querela
& conſtito de delicto opp. Bald. impugnata à
Marſ. procedere poteſt. Clar. q. 21. verſ. ex hac
concluſ. & de hoc per Baiar. ad Clar. d. q. 89. nu.
8. cum ſeq. vbi defendit hanc op. & dicit facere
inditium ad torturã: ſed re vera in caſibus ex-
ceptuatis, leſ. Mai. Aſſaſſinij, falſæ monetæ, ac
aliorum, mandatarius ſemper facit inditiũ ad
torturam dummodo ipſe primò probet illam,
vt in ſimili de ſocio criminis dicam. num. 68.
in 4. par. quid autem in cauſa ciuili ſeruetur, vide
in d. 4. par. ſub num. 111. lit. R. Nono, quæro
quomodo mors probãda ſit: ad quod ſcire prius
oportet in iure noſtro triplici modo mortem
conſiderari, naturalem, ciuilem, & ſpiritualem,
de

Digitized by Google

de quibus Imo. & alios. in l. Gallus. §. & quid ſi
tantum. cum materia de liber. & poſthu. in tot.
tit. de capt. & poſtli. reuerſ. Inſti. de cap. dimi. de
ſpirituali eſt glo. in §. quæritur. in auth. de con-
ſang. & vter. fr. collat. 6. Ciuilis mors probatur
per ſententiam, relegationem, & deportationē,
ſpiritualis per excommunicationem, & ſepara
tionem ab eccleſia, ſed ijs duobus omiſſis, lo-
quendo de morte naturali præmitto regulam
generalem, quod primo quilibet præſumitur
241 viuere vſque ad centum annos. l. fina. C. de ſa-
croſan. eccle. Pract. Pap. in for. libel. quod peti-
tur hæreditas. ex teſtamento. gloſ. in verb. poſ-
ſidebat. circa princip. ſed quia pauci ſunt hodie
qui ad illam ætatem perueniāt, dicetur melius
242 fortè præſumptionem eſſe, quod vita huma-
na non durat centum annos, vt tenet Aret. in
l. ſedet ſi de ſua. colum. 4. ff. de acqu. hære. Viui.
comm. op. 310. lib. 2. & alios. quos refert Soa-
rez. recept. ſent. in verb. vita humana. num. 66.
Arius Pinell. l. 2. capit. vlt. nu. 33. C. de reſcind.
vēd. ſed in probatione mortis natur alis nil me-
lius arbitror dici poſſe, quam ex doctr. Bart. in
dict. ſuo tract. de teſt. nu 37. vbi inquit, quan-
do probanda eſt mors ob cauſam magnam, pu-
ta ſuccedendi vel alicuius commoditatis alla-
turæ (quod mihi vſque huc nunquam contti-
git, nec contingere ſpero, minusq. opto) tunc
probatur ſaltem per famam, ortum habentem
243 non à perſonis vilibus, ſed ab hominibus gra
uibus; at ſi tractaretur de morte accidentali, vt
de homicidio, & ſic de caſu irreparabili, de illo
244 ante omnia conſtare debet. Clar. § fina. q. 3.
vbi latè, deinde debet deponi per teſtes, à quo
fuit talis occiſus, vel ſaltem dicat, quia publicè
dici audiuit talem à tali vulneratum fuiſſe, &
inde mortuum. caſus eſt in l. Neratius, § ſi cum
l. ſeq. ff. ad leg. Aquil. In cauſis verò parui præiu
245 dicij ſat eſt per debilem præſumptionē mor-
tem probari, puta quia vicinus dicit audiuiſſe
illos de familia mortui plorare, & quod ideo lu-
ctum portabant. tenet gloſſ. & doct. in l. ſecun-
da, §. ſi dubitetur, ff. quemadm. teſta. aper. Alexand.
conſil. 172. num. 8. volum. 6. & Bart. dicto ſuo
tract. de teſt. inquit. quod etiam inſpecta ætate
246 mors alicuius probari poteſt, vt ſi quis cum
eſſet annorum 70. peregrè proficiſcens, per
triginta annos non redierit domum, nec vn-
quā de eo notitia ad ſuos peruenerit: vel ſi adeò
quis eſſet debilis & infirmus, & iter malum fe-
ciſſet, ſeu ob longitudinem, ſeu per vias aſpe-
ras, & deſertas tranſeundo tēpore hyemis quan-
do barba blanca cadebat de cęlo, prout hac pre
ſenti hyeme, in qua nix nō ceſſat cadere diu no-
ctuque in terris Lombardiæ. & quod commu
niter de eius vita ſuſpicari potuerit, quā ius non
conſtet aliter de morte, hoc modo probari poſ-
ſet. item & alio modo, ſi quis nauigaret, & na-
uis tempeſtate maris fracta inueniretur, deinde
nihil amplius de illo de quo quæritur, audi-
tum fuerit, vel ſimili in exercitu fortuna, &
marte cōtrario, ferro & igne exercitus, vel ſi ci-
uitas irruit, & de iſto de quo quæritur nil noui
auditum poſtea fuerit, tūc in ijs ſupradictis ca-
ſibus quando non aliter de morte conſtare poſ-
ſet, ſatis probata cenſetur. quod etiā tollit om-
nem difficultatem ſi per teſtes deponatur om-
ni debita diligentia ipſum mortuum perquiſi-
tum fuiſſe à ſuis & notis. & mors in antiquis
A probatur per conjecturas. Pacia. de proba. c. 12.
num. 22. lib. 2. Afflict. ſuper 1. feud. Quo temp.
miles, num. 31. & quæ probatio in Antiquis re-
quiritur, vt. Menoch. de arb. iud. caſ. 115. vbi ait
ait ſufficere probationē per coniecturas. quod
eſt notandum in probanda proſapia, ſeu linea
alicuius, ſiue feminina, ſiue maſculina, & quo
ad probandum quem fuiſſe occiſum, expedit
conſtare de corpore delicti per viſum, vt quis
condemnari poſſit. Clar. §. fin. quæſtio. 4. & ibi
Baiar. ſed quo ad procedendum ſtatuta diligēti
perquiſitione, ſi adſunt indicia contra delinquē-
tem Iudex poteſt etiam torquere indiciatum,
vt doceat de corpore delicti: idem Clar. q. 55.
verſ. quomodo autem, et lom. 2. ibi bene verū
eſt Grammat. vot. 20. & Gabri. l. com. concluſ.
lib. 7. concluſ. 17. Farinac. quæſt. 2. nu 6. & nota
quod ſolent cadauera incognita exponi in loco
publico puta in plateis, vt recognoſci poſſint.
Non mitto etiam in propoſito mitius, quod ſi
quis equum conduxiſſet in longinquis partibus,
& mortuus equus fuiſſet in itinere, caſu fortui-
to, quod ſic erit probari de morte per teſtes (li-
cet nō citata & abſente parte) ſi teſtētur animal
hoc mortuum fuiſſe caſu fortuito, ipſi tamen
probabunt ſufficienter, & releuabunt condu-
ctorem ne teneatur ad emendā, vt inquit Bald.
in l. quæ fortuitis. nume. 2. C. de dign. act. D. e.
in l. contractibus, num. 26 de regu. iur. & alios
quos in propoſito allegat. D. Cauালca. in deciſ.
7. num. 23. in fi. & ſeq. fol. 140. in ſecunda par.
vbi dicit bonum eſſe habere ſcripturam à teſti-
bus & peritis illius loci, cum approbatione præ
B toris, ſeu conſulum communitatis cum ſigillo,
& facere fidem. Bonacoſſ. tract. de equo. q. 16.
& 19 81 91 92 93. 212. 371. 377. Alexan. conſ.
7. vlt. volum. 7. & ſi dubitetur an quod equus
ſit mortuus ex morbo, aut percuſſionibus ſit
ſi tes quod per prius ceciderimus, qua fiue facta
transfertur onus probādi contrarium in aduer-
ſarium: niſi conductor equi eſſet Scolaſticus.
Rim. in conſ. 360 idem ſi eſſet Venetus. non di-
co etiam Italianus, qui ſicut mores ibi premo
ere nequit, ita equum ſine calcaribus non defi-
nunt, & conductor tenetur proſoluere cauſam ob
quam mortuus eſt equus. Gomet. Var. reſolut.
de locat. cap. a 2. ſic ad illum ſpectat probare qui
habet cuſtodiam Animalis Cuiac. de locat. iur.
de Dol. & culp. Bonacoſſ. vbi ſupra ſic de Hæ-
rede qui tenebatur tradere legatario animal le-
gatum. Bal. in l. cum ità, §. ſpecies. de legat. 2. &
in omnibus alijs qui ratione officij tenentur pro-
bare non culpam. Iaſ. in l. quod te. colum. 4. ſi
cert. pet. At ſi quæratur de cadauere mortuo re-
247 perto abſque ſignis, ad probandum numquid
ſibi ipſi mortem conſciuerit, vel repentino fa-
cto ceciderit, tunc medici adhibendi ſunt, qui
248 iuxta artis peritiam fidem faciant, & eis in hoc
particulari negotio eſt credendum. Plaz. lib. 1.
delic. cap. 13. num. 6. imo ſi iuratuerint de cre-
dulitate, illis ſtandum eſt. Paris de Put. tracta.
ſind. in verb. tortura 111. cap. 6. in princ. Bart. in
procem. ff. tecitās. Odofr. & Paris. de Put. d. trac.
in verb. officialis, vbi in ijs quæ naturalia ſunt,
medici debent deponere de veritate, ſed in ijs
quæ accidentibus incognitis perueniunt, ſuffi-
cit ſi de credulitate deponāt: Franc. Caſſan. de
249 Tor. capit. 10. numero ſeptimo, & iſti medi-
ci ſicut alij periti, ſecundum eorum peritiæ
ſcientiam deponere debent cum iuramento de
veritate dicenda, vt practicari dicit Felyn. in
capit. propoſuiſti, de probatio. & Bartol. in l.
Theopompus, ff. de dot. prælég. Mascar. de pro-

bat.concluſ.1036.volum.2. At ſi de communi
partiũ cõſenſu tales periti vocentur, non oportet
ipſos iurare, quia eorum fides videtur appro-
250 bata. Rom.conſ.204. Fely. d.cap.propoſuiſti,
& duo ad minus medici, ſeu periti ſunt adhibendi,
ſi haberi poſſint: ſin minus vnius dictũ
ſufficiet. vt eſt comm.opin. Ana. in cap. ſignificaſti.
num.14. in fin.de homicid. Anton. Columba.
inter tracta. crimi.diuerſ. de modo proced.
extraord. in controuer.cri.art.29 ſol. 463.
Clar.dicto §.fin.§ homicidium.verſic.nẽ ſcias.
& verſic. ſed quomodo. Barto.in l.in rixa.ff.de
ſicar.& inquit Clar.dicto verſic. ſed quomodo,
251 quod ſi quis exceperit occidiſſe, vel vulneraſſe
aliquẽ ad eius neceſſariam defenſam, ſat erit
probare vidiſſe eius aduerſarium armatum enſem
enudare, quia ſibi obuiam venit. glo.in l.j.
in verb.moderatione, C.vnde vi. Bertran.conſil.
128.nume.3.& eſt communis opinio teſtatur
Riminal conſil.13.num.30. immo per ſolas
aduerſarij minas quis poſſet excuſari feciſſe
ad neceſſariam defenſam: ſecundum Afflict.
in prima conſtit.Regn.rubr.9.nume.33.& rubri.
23.num.30 qui meminit quendam ita abſolutum
fuiſſe: ſed non ita paſſim eſt tenenda
hæc opinio, quia iudex multum cõſiderare debet,
an iſte ſit ſolitus talia facere, & delicti cauſa,
an ſit leuis, vel magna, & an minæ fuerint
magnæ, vel leues.& inſuper conditiones agentis
& patientis animaduertere debet, vt conſiderandum
ponit Blanc.d.repet.l.fin.num.1.5 &
Iaſ.in l.vt cum, de iuſt. & iu. Caſſa. inter tract.
crim.diuerſo.de indic.tract.7.num.15.& 16.&
nota vnum, quod vbi de homicidio non conſtaret,
niſi per confeſſionem accuſati, qui dixit
occidiſſe ad neceſſariam defenſam, ex tali qualificata
confeſſione non eſt puniendus pœna
mortis, vt conſuluit Ange. in conſil.27 & poſt
eum Panor.quos in prop.allegat. Guilie.Benedict.
in cap.Raynitius, verſic.qui cum alia &c.
num.259 & 262. vbi dicit opinionem Alexã.
in dicto conſ.27. procedere data paritate occiſoris,
& occiſi, præſtito iuramento purgationis
ab eo qui dicit feciſſe ad neceſſariã defenſam;
quomodo autem fiat defenſio tutelæ inculpatæ
vltra alios habetur per Abb. in cap.olim, de re-
C ſtitutio.ſpoliat. Et in materia defenſionis plura
accumulat. Boſſ. tit.de defenſ. Reorum. Follet.
in ſua pract. & ad defenſam. Et cauſa defenſionis
in omni re adeò eſt fauorabilis, vt magis
credendum ſit paucioribus teſtibus quàm alijs
numero maiori. & verba teſtium ſunt potius
impropria nda ad deſtruẽdum delictum, quàm
ad illud concludendum, vt ſup. num. 178. cum
ſeq.par.præced.Cepol.conſ.crimi. 1. & conſil.
ciuil.60.& defenſio probari poteſt per teſtes nõ
idoneos, quamuis non tantam bonam rationẽ
reddant. Maſcar.de probatio. concluſ.491. volum.
1. & admittuntur teſtes qui alias non admitterentur.
Farinac.eo.tit.quæſt.43. num.16.
quæſt.62 num 90.cum ſeq. etiam quod de credulitate
depõnant. quæſtio.68 numero 77. ſed
aduerte ne concurrant plura ſpecialia cõtra regul.
l.1.C.de dot.promiſſ. item de auditu, etiam
ſi non reddant ſufficientẽ cauſam eorum ſcientiæ.
q.69.num.56.& quæſt.70. num.18. nec attenditur
ordo temporis quæſtio.76. nume.64.
Sed vt ingenuè fatear in caſibus arduis ſẽto pede
credendum: nam faciliime teſtes ad defenſam
reperiuntur qui exiſtimãt nil eſſe pro defendendo
Reo dicere mendacium. & certè non errãt,
ſi illud nihil pro peccato intelligimus: nam peccant
valde, & ideò tu magis ſcire potes quanta
fides teſtibus ſit adhibenda, l.3.eo. de teſt. & in
concernentibus, defenſiones ordinis præpoſterario
non vitiat. quo caſu ſi finis eſt fauorabilis.
& non principium, attenditur finis, & è cõtra.
& ſi ambo fuere illiciti, attenditur id quod
minus nocet. Boſſ.de fauor. defenſ. numero 7.
& 8. Marſ.§.quoniam num.90.91.& 92. Alex.
conſ.299. viſo themate. volum.2.conſil.75.volum.
3. Bal.in l.qui cum maior. de Bo.liber. &
in l.quod ait lex. ad leg. Iul. de Adult. Item defenſiones
à ſtatuto reiectæ de quibus intelliguntur.
vi. Marſ.in ſua pract.§.vltima. num.1.2.3.
& 31.cum ſequen.& quibus caſibus renuntiari
licet vi. eundem. §.examinanda. nume.113.
252 Hic ſumpta occaſione quęro decimo quomodo
probatur animus deliberatus ad delinquen-
D dum. Et non eſt dubium quin probatio animi,
ſeu cordis non ſit difficilis probationis: nã
ſolus Deus dicitur ſcrutator cordium, nec probari
poteſt niſi ab extrinſeco. Inſtitu. §. Pauonum,
& §.fere.de Rer.diuiſio. Maſcar. de probat.
concluſ.nu.3. vbi per teſtes ſingulares probari
an, volumine 1. & qualiter cognoſci poſſit
quem non habuiſſe animum offendendi tantum,
quantum offendit: vi. Marſ. in l.Diuus,
253 nu.4 & 5. de ſicar. Nam etiam de iure communi
punitur attentatum, & ſi effectus non ſit
ſecutus: gloſſ.no.in l.ſi quis non dicam, & ibi
Doct.communiter, C.de ſacroſanct.eccl. Ioan.
de Lign.conſ.20.num.15.quod poſitum eſt inter
conſil.crim. diuerſorum, quem refert Clar.
d.§.fina.quæſtio.92. in princip.vbi plene, licet
ex generaliſſima conſuetudine non ſeruatur, vt
inquit Iaſ.in l.1.in fi.ff.quod quiſque iur. Boer.
deciſ.313.num.3. Alexan.conſ.15. ſub num. 2.
volum.1.& tamen in ſtatu.Mediol. viget conſtitu.
in tit.de pœn.§.homicida, ad cuius declarationem
omnino eſt videndus Boſſ. in tit. de
homicid. num.49.cum mul. ſequent. & Clar.
lib.5.ſent.eo.§.homicidium. verſic.ex propoſito,
& nouiſſimè & latiſſimè Menoch.de arbit.
iud. caſ.391.per to. fol.301. Quia conſtitutione
cauetur, quod etiam ſi non ſit effectus ſecutus,
tamen probata qualitate animi deliberati quis
capite punitur, immo quod magis eſt, ſicuti in
pura rixa calore iracundiæ delictum committitur,
& propter hoc quis in contumaciam ſit
bannitus, ſolent gubernatores, ſeu vice Duces
ſtatus Mediol. ſæpenumero gratiã facere, præuia
pace ab eis quibus competit actio iniuriarum.
Sed ſi delictum aut fuerit ſecutum, aut
non, dummodo fuerit attentatum cum animo
deliberato, etiam ſi pax habita fuerit ab offenſis,
nihilominus gratiam facere nõ ſolent Prin-
255 cipes, & animus iſte deliberatus non eſt com
256 præhenſus in decreto gratioſo, & nil aliud eſt
animus deliberatus, niſi quando parratur delictum
in perſonam aduerſarij, vt vulgo dicitur,
à ſangue freddo. & ſic prudẽter, data opera, poſt
lapſum.20. vel 30. dierum poſt ortam occaſionem
rixæ vel alterius cauſæ, quæ cauſam dedit
delicto, vel quando probatur quẽdam occidiſſe
nulla præcedente cã vel rixa. Menoch.de arbit.
iud.caſ.361.nu.55.in fi.& ſecũdũ Boſſ. d.tit.de
homic.nu.49. animus deliberatus eſt ꝑmeditatio
quædã ad delinquendũ, & facit ad declaratione
animi deliberati in arg.reg.in l. quicquid calore
iracundię.de reg.iur.quem tex.adhuc allegatum
vſque huc non inueni. Barto.in l.Iulia. §.
hodie,

Digitized by Google

hodie.ff.ad l.Iu.repet.eſt etiam notatu dignū,
quod ille qui condemnatus eſt de animo deli-
berato, non gaudet immunitate eccleſiæ. vt
eſſe communem opinionem teſtatur Cla.d.§.
q.40.50. verſ.punctus eſt.quamuis Alex.con-
trarium ſentit.conſi.145. volum.7.magis ta-
men communis eſt,quod non gaudet,vt teſta
tur Didac.2.libr.reſolut.c.20.& ita practicare
258 video. Sed cum ſoli Deo, qui eſt ſtrutator
cordium,ea quæ in animo cōſiſtunt nota ſint
259 omnia,vt in clem.exiu:,§.quamuis.de verb.
ſign.ideo animi deliberati probatio valde dif-
ficilis eſt,ſecundum Blanc.de indic.n.57.& ar
260 bitrio iudicis relinquitur an quis animo de-
liberato vel non,deliquerit,vt per Anch.Sali.
& Calderin. quos refert Menoch. de arbitr.
iud.d.caſ.361.n.1.fol.301.Nec poteſt animus
deliberatus probari niſi per coniecturas, ex
quibuſdam exterioribus.ar.§:fere. & §.Pauo-
num.Inſtitu.de rerum diuiſ. Nam animus &
261 propoſitū diſtinguuntur a maleficijs & ecō-
tra.l.qui in iure.ff.de fur.l.primo.de Sicar.l.is
qui cum telo.C.eo: Brun.de indic. in 5. quæ-
ſtio.ſecunda parte nu.29.Menoc.vbi ſup.n.2.
262 Sed multa ſunt indicia per quæ perpenditur
animi deliberatio.de quibus vltra Blan. dicta
l.fi.n.33.cū plur.ſeq.vide Menoch.d.caſ.361.
per to.& multæ ſunt qualitates demonſtrātes
animum deliberatum,Maſcar. latè de proba.
concluſ. 98.vol.1. &c. Præcedens inimicitia
grauis, & non leuis:niſi delinquens eſſet ſoli-
tus grauia delicta facere, etiam ob minimam
muſcam,quæ intus nares illum fortè tāgeret.
Modus percutiendi,ſi punctim, quando in vē-
tre tettigit, & vulnerauit; quia cęſim vulne-
rādo non ita malus occidendi animus iudica-
tur,niſi ſuper caput. Ex loco percuſſo etiā co-
gnoſci poteſt genus armorū quæ animū delin
quētis, pariter demonſtrāt: nam ſi iuxta qua-
litatem armorū vulnerauit,puta cū enſe pun-
263 ctim,cū ſcimitara cęſim,an ſclopo vel ſagit-
ta,quia hæc arma animi deliberationē oſten-
dunt, & ſicū fuernt (vt dicitur) oleum ſanctū
parcat Deus inuentori ſcloporum, quia olim
omnes erant paladini,nunc verò ſunt Pigmei
brauoſi.De quibus per Lyran. in 2. reg.5.quē
locum citat Guliel.Bened.in cap. Raynutius.
verſic.qui cum alia matr.eiſcap.n. 67. extra de
teſta.vbi dicit quod iſti pigmei ſunt altitudi-
nis vnius cubiti tantum. Item cognoſcitur
animus deliberatus, ex loco in quo quis ſtetit
in inſidijs, & in abſcondito expectans illum
quem occidit, vel vulnerauit, aut occidere,
vel vulnerare tentauit.ex loco etiam vulnerū
cognoſci poteſt. nam ſi ſuper cruribus ſolum
vulnerauit,non iudicatur animus deliberatus
264 ſicut nec ſolū ſuper brachijs: vulnera enim
in ventre, & ſuper caput illata omnia quidē
mortalia ſunt, exceptis cruribus & brachijs.
Et ex facultate & poteſtate vulnerādi poſſu-
mus cognoſcere animum deliberatum: nā ſi
quis fortè cum eſſet debilis nequiuerit perfi-
cere delictum, vel impeditus ab aliquo reli-
quit,ſecus ſi non impeditus, hoc in caſu cum
potuerit facere,& non fecit animus delibera-
tus non iudicatur ad occidendum,ſed ad vul-
nerandum tantum. & ita ijs diebus reſcripſi
ad excellentiſſimum ſenatum Mediol. cū vo-
to in cauſa cuiuſdam Ioannis Petri Migliari-
ni de Santo Nazario,contra quem fuerat for
mata inquiſitio à D. Prætore anteceſſore

meo,de animo deliberato ad occidendum, &
ego tenui,quod eſſet deliberatus ad vulneran
dum tantum.ex tradit.per Mant.in conſ.152.
& 236.vol.1.& præcipuè quia non fecit vt di-
citur *a ſangue freddo.* ex quo magis recepta eſt,
quod ſi delictum factū fuerit intra 30. dies il
lud factum dicatur calore iracundiæ. teſtatur
Luc.de pen.in l.omnes. C. de decurio. lib.10.
tenent alij quos in prop. allegat Menoch. de
arbit.iud.d.caſ.361.n.21.& 22.videtur tribuē
dum hoc velle arbitrio iudicis.qui conſidera-
re debet an difficulter potuerit quis commit-
tere illud delictū, quod cōmiſit intra 30. dies
poſt rixam.nam hoc in caſu potius calore ira
cundiæ feciſſe iudicandum eſt. facit illud: cū
166 potui nolui,cum volui adimplere nequiui.
ſi verò faciliter adimplere potuerit,& per ſpa
tium quindecim vel triginta dierum ſtetit, &
poſtea deliquit,tunc iudicatur animo delibe-
rato feciſſe, in quo eſt maxime conſideranda
eius natura, nedū vt dixi ſi ſit ſolitus talia per
parum facere delicta, ſed an ſit facilis ad bilē,
vel temperatus, quia in eo qui conſtat ex hu-
moribus tēperatis, & tamē facit delictū intra
decē dies, vel vltra,præſumitur animi delibe-
ratio. Armorum item præparatio & cętus cō-
gregatio malorū notāda,vt & tueri Reos poſ-
ſimus,& capitulare,& defendere dico amicū,
vel confirmare ad ſe defendendū. & vt iudi-
167 ces illud quod ad eos pertinet ſcire, intelli-
gant & aduertant. & ſi ſtatutum dicit, quòd
omnes qualitates animi deliberati ſint adim-
plendę & probandæ, nec ſufficeret generalis
præſumptio. Anchar. regiens. q. 55. in 2. par.
168 Caualca. deciſ.12.n.53.& ſeq. in prima par.
Nam quando ſtatutum requirit probationes
fieri ſimpliciter, nec dicit quales eſſe debent,
tunc intelligi debet de veris, & non de præ-
ſumptis, vt dicunt prædicti DD. ſed ſi diſpo-
nit ſtatutum aliquid cum certa qualitate, illa
qualitas eſt probanda.facit tex.in l.prætor. §.
docere.ff.de vi.bo.rap.Bar.in l.1.§.ait prætor.
ff.ne quid in flu.pub. Dec.conſ.13.co.2. Care.
pract.cri.§.circa.ſub n.13. Sed in hac materia
animi deliberati cum grano ſalis eſt procedē-
dum, & præcedente rixa graui, & an inſultra-
tio eſt facta poſt octo dies vt dicitur cum *ogni*
auantaggio, & ſuperchiaria,tunc ſi abſq; cauſas
E concludo animu eſſe liberatum. Impedimē-
tum verò probatur teſtibus aut inſtrumentis.
Menoc.de arb.iud. caſ. 118. & alia dixi n.38.
p.3.& duo ſunt probanda, primo quod impe-
dimentum minimè remoueri poterit. Bar.in
l.quibus diebus.ff.de cond.& Demoſtr. ſecun
do eſt probanda omnis diligentia poſſibilis.
qua non obſtante obſtitit impedimētum, ſci-
licet,quod fieri nō potuit id ad quod quis te-
nebatur.l.qui comeatus.de re. iud. & alia per
D.Menoc.d.caſ.18.n.7.& 8.& impedito non
currit tempus.vt infra in 5. par.n. 138. & nu.
196.lit.R.ver.item notandum eſt, cum ſeq.&
ideo qui promiſit aliquod opus facere intra
certum tempus,vel bene facere ſub certa pœ-
na, non erit excuſatus ob impedimentum,
quando per alium facere poterat. l. viam,
veritatis ff. locati. nam ſi non eſt electa indu-
ſtria perſona, & res per manus vnius perſo-
næ tantum non poteſt perfici,tunc tenetur ad
pœnam conuentionalem adiectam facto. §.
alteri. verſiculo pœnam. Inſtitu. de inut. ſtip.
quia non dicitur adimpleuiſſe qui per aliū fa-

cere poterat.l.qui per alium,ff.de reg.iu. vel po
tius,§.qui per alium de reg.iur.in 6.ſecus ſi nec
fari vel loqui non potuerit, vt quia infirmitatis
graui dolore detentus quaſi exinanitus,vel obli
tus fuerit; quia hoc in caſu,etiam quod per aliũ
adimplere poterat, excuſatur. l.impoſſibilium.
de reg.iur. Caroc.de locat.& conduct.par.a.tit.
de induſtr.perſ.nume.40 Caualca.deciſ.25.nu.
37.par. Hinc eſt quod ille qui poteſt comparere
per procuratorem non excuſatur ob infirmita-
tem vel carcerem. Caualc.deciſ. 14.num.40. p.
1.ſed qualiter probabitur diligentia, dic quod
in dubio in perſonis & rebus priuatis præſumi
tur.l.ſi conſtante. §.ſi maritus.ff.ſolut.matr. &
quilibet præſumitur diligens in officio ſuo. ar.
l.meritò.ff.pro Soc. Menoc. de arb.iud. caſ.40.
num.10. & caſ.241.nu,7. vbi aliud dicit,quod
in perquirendis Inſtrumentis, ad hoc vt de no-
uo produci poſſint,diligentia probatur ſola pro
teſtatione cum iuramento præcedente,& in ter
mino producendi iura: ſecus ſi non præceſſerit
talis proteſtatio.& de modo probandi diligen-
tiam habetur à Bar.conſ.102. cariſſime Domi
ne.vbi ait pariter qualiter ſit probanda negligẽ
tia.& vtramq; probari per teſtes & actus exte-
riores quæ in facto conſiſtunt, & probatur eo
ipſo quod quis habuit poteſtatem agẽdi per ſe,
vel per alium,& non fecit. Gozad.conſ. 38.nu.
11.Maſcar.de probat.conclu.1088.num.6 vol.
2. & non poteſt directe probari per teſtes ſed p
indirectum,vt num.8.& nume.9. Hercula.de
negatiua.nume.26.. & hæc omnia ſunt quoti-
diana, & reſpectu pœnæ cõuentionalis ibi doc.
269 declarant an impedimentum excuſet. Vnde-
cimo quæro nũquid probationes factæ in vno
iudicio fidem faciant in alio,circa quod diſtin-
guendum eſt;ſed primo dico quod dictum eiuſ
dẽ teſtis in vna cauſa pro alio, facit fidẽ in cau-
ſa ſua contra eumdem ipſum teſtem. Boſſ.titu.
de opp.contra teſt.num.6. Vnde licet dictum
vnius teſtis regulariter non valet, vt ſup. fallit
tamen quando idem teſtis litem moueret con-
tra alium,nam hoc in caſu non poteſt probare
pro ſua intentione contra id, quod pro alio de-
poſuit ſine nota periurij. ſecũdo quæro an pro-
bationes factæ in cauſa ciuili, & in prima inſtã
tia fidem faciant in ſecunda, ideſt in cauſa ap-
pellationis; & regula eſt quod ſic; & eſt om-
nium,tam antiquorum, quam modernorũ ſen
tentia.in l.is apud quem. C. de eden. vbi Curt.
num.93.Rip.num.36. Declaratur primo habe
re locum inter eaſdem perſonas.Curt.iun.d.nu
mero 63.ſecus ſi īter alias perſonas, vt per Rip.
ibidẽ,numero 36.& facit to.titu.res inter alios
acta.Crauet.conſ.29.colum.1.lib.1. quæ decla
ratio eſt communiter approbata in d. l. is apud
quem. C. de eden. Declaratur ſecundo habere
locum quando probationes fuerunt factæ corã
iudice ordinario ſeu delegato & competenti. c.
ad noſtram.de conſuet.l.fin.& ibi Bart.in rub.
C.ſi non à compet.iud.cap.clericorum.11.quę
ſtio.1. alias non plus operarentur probationes
270 factæ coram iudice incompetenti: ac ſi factæ
fuiſſent coram priuata perſona.arg.earum quæ
dicit Paul.de Caſtr.in d.l.ſecunda, C. de eden.
Vanti.de nullit.ex defectu iuriſd.num.101.107.
& num.170.fallit ſi partes vtræque in iudicem
aſſentiant incompetentem ſiue tacite, ſiue ex-
preſſe,iux.l.apertiſſimi.& l.cum ſpecialis.C.de
iudic.l.exceptiones,C.de probat.Abb. & Doc.
in cap.inter monaſterium.de re iud. Bart.Alex.
Imo.in l.quidam conſulebat.ff.de re iud. Boſſ.
in tit.de for.compet.& Spec.in titu.de compe.
iud.addit.§.2. Declaratur tertio procedere quã-
do teſtes fuerunt publicati. Felyn.in capit. cum
cauſa.de teſt.Curt.d.num.93.Bart.in l.cum li-
te mortua.ff.iud.ſol. Alexand.d.l.ſecunda. col.
6.in fi.C.de eden. & rationem aſſignat Pau. de
271 Caſtr.ibi,quia ante publicationem non plus
operãtur teſtes, quam priuata ſcriptura, immo
non haberent locum etiam ſi iudex faceret eos
publicari, quoniam neceſſe eſt, ſi teſtes adhuc
viuunt,quod denuo repetantur examine. gloſſ.
Bat.Bal.& alij in l.geſta.C.de re iud. Anton.de
Butr.dicto cap.inter monaſterium.de re iudic.
qui dicit hoc habere locum quando ſunt viui,
& haberi poſſunt vt repetantur. aliàs publicari
poſſent,& plenam facerent fidem. Maran.Spe
cul. Aur.in 6.par.num.6. glo.in l.properandũ,
§.fin. C.de iud. Alexand.conſil 81.colum. vlt.
vol.5. vbi eſſe omnium ſententiam dicit. item
quando teſtes eſſent examinati in illis caſibus,
in quibus ante li.con.examinari poſſunt,vt di-
xit Ioan. Crot.d.tract.de teſt.ſub nu.273. Bart.
in auth.at ſi quis C.eo.obſeruatur tamen quod
ſi teſtes ante repetitionẽ fuerint mortui, quod
legitur eorum examen Reo loco repetitionis.
Clar.§.fi.quæſt.45.verſ.cæterum Paul.Caſt.in
l.fin.C.de teſt.Mille.pract.t.84.nume.17.licet
Follet.in ſua pract.in ver.& demum repetũtur
272 videtur tenere contrarium; Tamen acta &
teſtes coram illo iudice publicati intelliguntur
coram quo depoſuerunt, & illi fidem faciunt.
Crot.vbi ſup.nu.273. Innoc.in c.cum clamor.
extra eo.Bartol.d.l.geſta. c.de re iud. Menoch.
F de arbit.iud.q.33.in princip. quapropter valde
dolendum eſt de illis iudicatoribus permitten-
tibus officiali exhiberi magnam copiam Pro-
ceſſuum,& cogentibus officialem recipere co-
piam dictorum proceſſuum eamq; ſoluere, li-
cet non ſit neceſſe illam habere, quia ei nota
ſunt: tamen vt magis vexetur impenſis pauper
officialis cogitur eam fruſtra recipere & ſolue-
re. Declaratur quarto habere locum quando
iſtæ probationes erunt æditæ, & productæ co-
ram alio iudice mutato in ſecunda tuſtaoria,
aliàs fidem non facerent. d.l.is apud quem, &
ibi Doctor.& nouiſſimè.clariſs.D.Ioann. Ba-
ptiſta de Honeſtis,pceptor & Dominus meus,
C.de eden Caualca.deciſ.11.nume.11. & ſeq.
par.1.fol.139.Neuizan.conſ.93. nu. 14. & ſeq.
Felyn.in cap.cauſamque.de teſt. Ottau. Pede-
373 montan. deciſ.1.nu.53. Nam ſi integraliter
acta, & proceſſus non eſſent coram iudice ad
quem producta, non ſufficeret partem proceſ-
ſus duntaxat producere.vt in l.eos,§.ſuper ijs.l.
præcipimus.C.de appell.tex.in cap. cupientes,
ibi cum omnibus actis iuribus, & monumen-
tis ſuis.De elec.in 6. Vantic. tract. nullit.titu.à
quò,& à quibus mo.null.proba.poſſ. num.21.
274 car.64.& inf.nu 291. & an acta facta in vno
loco fidem faciant in alio:dico breuiter, quod
ſic.per tex.in d.l.is apud quem. l. a proconſule.
C.de appell.l.fi. C.de teſt.& eſt communis opi
nio.teſtatur Practic. Pap.in for.lib.quo petitur
hæredit.ex teſtamento.glo,vallatum legitimo.
verſic. melius tamen, quod intellige inter eaſ-
dem perſonas,ſecus inter diuerſas,vt ſup.num.
269.& inf.nu.285.& in 4.par.in fi.vi.Viu. De
ci.313.in 2.volum.& Fragr.ad 6.par.Frag 99.
A verſi. Holo. Sed quid ſi proceſſus fuerit pronũ-
ciatus nullus, an dicta teſtium publicata ſint
nulla.

Digitized by Google

nulla. vi. Bal.conſ.286.in 3.par. quid ſi acta iu-
dicij fuerint deperdita poterunt per teſtes pro
bari acta. Maſc.de prob.concl.32.vol.1.Bar.in
l.emancipatione. Imol. in c.quoniam contra.
ext.de probat. & differunt acta iudicij ab acti-
bus cauſæ, vt per Maraon.in 6.par.art. & in ſpe
cie quod citatio poſſit probari per teſtes tradit
Bal.in l.conſentaneum.colum.vlt.verſ.quid ſi
275 nuntius.C.quo.& iudex. Secunda diſtinctio
eſt,an probationes factæ coram arbitro locum
& fidem faciant in alio iudicio, & Spec.in tit.
de lit.cont.§. 4.inquit valere reijciendo prote-
ſtationem illam, quę fit in compromiſſis,nem
pe quod acta facta coram arbitro fidem faciant
276 coram bono viro,hoc eſt coram iudice ordi-
nario, qui bonus vir dicitur. Menoch.de arbit.
iud.in proœm.nu.6.& 7. & recenſet Spec.d.§.
4.opin. Vber.antiq.interpret. qui vult illa acta
nõ valere quo ad ſententiam diffinitiuam, ſed
in alijs caſibus ſic.Sed Pract.Pap.in for.op.cõ-
tro.teſtes.in glo.ſuntque publicatis,verſic.pro-
inde,diſtinguit;aut teſtes examinati coram ar-
bitro mortui ſunt, & publicati, & tunc plenè
probant inter eaſdem perſonas,coram quocũ-
que iudice,& in quacunque alia cauſa;aut ſunt
viui,& tunc ſi pars contra quem iterum eſſent
producendi, non impediat verbo vel facto, te-
nent horum dicta, & probationes. text.in l.cũ
antea.C.de arbitr.& tex.in dicta l.fi. C.de teſt.
limitatur niſi in compromiſſo eſſet conuentũ,
quod ſtãdum ſit prioribus atteſtationibus,quo
niam & ſi viui exiſtant teſtes,nõ ſunt amplius
repetendi,ex quo colligitur, quòd talis reſerua-
tio,ſeu conuentio in compromiſſo non eſt ſu-
perflua, quemadmodum ſuperfluã eſſe inquit
Spec.dicto §.4.de lit.cont. vide Ale.conſil.84.
volum.4 prect.Siiac.cap.28.num.58.vt.Maſc.
de prob.concluſ.33. volum.1. & arbiter poteſt
eſſe teſtis de conſenſu partium, vel quando res
ageretur coram alio Iudice. Blanc.de compro-
miſſ.q.8. verſ.arbitri.nume.25.cum plur.ſequ.
Abb.in c.cum olim.num.6.de reſcript. Blanc.
277 vbi ſupra in verſ. Tertia diſtinctio eſt, nun-
quid probationes factæ coram arbitratore fidẽ
faciant coram alio iudice,& breuiter reſponde-
tur,quod non.ita tenet Innoc.in capit. cum in
tua.extra.de teſt.lac. Butr.in l.fin.C.eo.& hęc
ſunt quæ adducit Pract.Pap.vbi ſupra, & ratio
eſt,quia arbiter debet iudicare, ſecundum acta
278 & probata, & ſeruare iuris ordinem.2. q.7.à
iudicibus. Bero.conſ.113.car.331. Abb.conſil.
93.volum.1. Alexan.conſ.65.num.2.vol.7. &
in conſ.22.num.15. volum.5. vbi ponit diffe-
rentiam inter arbitrum & arbitratorem. arbi-
279 trator autem alte, & baſſe ſententiare poteſt
æquitate ſeruata. Doctor.in cap. Quintauallis.
de iur.iura. Menoch.de arbi.iud.q.8. num.30.
& quæſt.13.per to.& iſte arbitrator poteſt cre-
dere teſtibus non iuratis & etiam extraiudicia
liter receptis virtute facultatis quæ à commu-
ter ſecidẽtibus datur eum dictis clauſulis. Cro.
co.tract.de teſt.par.7.num.230.immo teſtibus
ſingularibus quando res eſt modici præiudicij
Crauet.conſi.78.num.7.volum.1.Calca.con-
ſil.99.colum.pen. Marſil.ſing.433.& no quod
arbitramentum probatur per teſtes Maſc.con-
cluſ.26.volum. 1.num.4.maxime quando con
ſcientiæ ſuæ eſt remiſſa decſio.ſecundum Soc.
conſi.262.num 62.Marſi.ſing.114. Menoc.de
ar.iud.caſ.90.n.9.quicquid dicit. Cur.in conſi.
288.vol.3. & de effectu clauſularum harum
altè,& baſsè,habetur plenè per eũdem Menoc.
de arbit.iud.quæſt.7.nu.41. & operatur, quod
etiam enormiter lædere poſſit, dum tamen do
lus abſit. Bald.& Doctor.in l. & in maioribus.
C.de appel. Dec.conſ.39.incip. iudicium eſſe
arbitror.cir.fin.Cel.Vgo in tract.clauſ.in verb.
clauſulæ compromiſſorum.verſi. altè & baſſe.
& infra dicam in materia Brachij Regij. in 3.
281 par. Quarta diſtinctio erit, aut quæritur nun
quid probationes in cauſa criminali factæ, &
in prima inſtantia, fidem faciant in alio iudi-
cio criminali.& Pract. Pap.in for.opp. contro.
teſt.d.glo.ſuntq; verſic.proinde tenet quod quan-
do probationes habent originem ex diuerſis fa
ctis in delictis,fidem non faciant. ar.l.nunquã
plura.ff.de priu. delict.aut habent originem ex
eodem facto, & tunc fidem faciunt inter eaſdẽ
perſonas. argum.l.1.ff.arbor.fur.cæſ. ſed quia
282 in multis caſibus non defertur appellationi
in cauſa criminali, vt per Spec.in tit. de appell.
§.in quibus autem caſibus.per tot.& adſunt in
nonnullis prouincijs ſtatuta hoc expreſſe pro-
283 hibentia.vt in ſtat.Mediol.eſt conſtitutio. in
titu. de accuſat. quod à ſententia lata in cauſa cri-
minali non poſſit per quempiam appellari niſi
ſi per reſcriptum res eſſet circumſcribẽda. ideo
non inſiſto,ſed huius ſum opinionis,quod in il
lis caſibus, in quibus poteſt deferri appellatio-
ni,item quando per reſcriptum res eſſet circũ-
ſcribenda (dico) illas probationes per prius fa-
ctas non facere plenam fidem, quia exactiſſi-
284 mę requiruntur probationes in cauſis crimi
nalibus.l.fin. C.de probat.& tractatur de re &
perſonis pro quibus oportet valde laborare cir-
ca veritatis claritatem & certitudinem, & in
prop.vid.Tind.in ſuo tract.de teſt. cap.primo.
3.par.num. 5.qui mouetur per text.in l.epiſto-
lam.C.de epiſc.aud.per text. §. ſi verò crimen.
collat.9.in auth.de ſanc.epiſc. Proceſſus factus
a laico, an fidem faciat coram eccleſiaſtico con
tra clericum; regulariter non. Clar.q.36.verſi.
vltimo.q.96.verſ.quarto etiam.vi. Bal.in l.ma
giſtratibus.cir.fi.de iuriſd.om.iu. vbi dicit quo
ad inſtruendum iudicem fidẽ facere, ſecus quo
ad condemnandum.nec diſcrepat Fel.in c.at ſi
clerici.ſub num.14. de iud. quia circa teſtes in-
nuit procedere ſecus;quo ad confeſſionem. vi.
Afflict.ſuper conſtitu.in ver.damna Clandeſti
na.Nor.q.ver.4 quarto.Gramm.conſil.cri.42.
cir.princ.Farin.de Delict.titu. de inquiſitio.q.
7.num.43.Viui.com.opin.in verſ.iudex laicus
Cattar.de excep.ſen.capt.Bam.cap.fin.num.4.
5.& 6.Maſcar.in verb.acta. & Gui. Pap.deciſ.
136. Capel.Toll.deciſio. 196. & 198. vbi con-
cludunt non cogi ergo eſt ei arbitrarium, &
Bartol.in l.geſta. ſub numero ſexto,dixit quod
ſi proceſſus eſt authenticatus, quod fidem fa-
cit. C. de re iudic.matrim. in facto probanda.
Rip.in l.is apud quem.numero 33. C.de eden.
285 Quinta diſtinctio erit; aut quæritur nunquid
probationes factæ in cauſa ciuili fidem faciant
in cauſa criminali: & breuiter dico quod non,
vt tenent omnes,præcipuè Bart.in l.prætor edi
xit.§.primo.ff.de iur.iura. Clar.d.§.final.q. 54.
ver.item ſi producuntur. Villalob.co. opin.lit.
a,poſt nume.47. Rip.d.l.is apud quem, Soarez
recept.ſenten.num.41.& in 4.par.in ſi fallit ſi
teſtes fuerunt producti per Reum,ad abſolutio
nem,ſecundum Pract.Pap.d.glo. ſuntq; publi-
cati,& d.glo.proinde.per l.1.& l.ſi præſes.cap.
de plagia. fallit etiam ſi fuerint producti per
acto-

actorem non principaliter ad cõdemnandum,
ſed ſuper aliquo adminiculo, & incidenti.text.
in l.capite quinto.de adult.& in dicta l.prima,
& in l.ſi præſes. Boſſ.in tit.de plur.violent. nu.
117.vbi inquit, quod infamis in ſecundo iudi-
cio reijci poteſt,& quamuis ij plenam fidẽ non
286 faciant,tamen indiciũ probant. vt per Crot.
eod tract.num.63.in 3.par.& Hipp. ſingu.98.
G incip.laicus contra clericum.fallit etiam quan
do probatio ciuilis eſſet priuilegiata, vt eſt pro-
batio per iuramentum in litem, quia etiam in
criminali fidem faceret. Plot.in reper.l.ſi quan
do.nu.691.C.vnde vi.Item aduerte quod quã-
do eſſet actum ad intereſſe ciuiliter coram Iu-
dice habente vtramq; Iuriſdictionem procedẽ
di ciuiliter & criminaliter; quia cõſtituto ei per
dictas probationes de crimine (de quo poteſt
ex officio procedi) tunc poterit inquirere. Cla.
§.fi.q.19.ver.vnum tamen,nam per eas proba-
tiones eſt aperita viã iudici ad inquirẽdũ. aliud
eſt quod probationes illę fidẽ faciant in alio iu
287 dicio. Sed quid econuerſo,nunquid probatio
nes factæ in cauſa criminali fidẽ faciant in ciui
li. & communis ſententia eſt, quando res agi-
tur inter eaſdem perſonas, tunc fidem facere.
quam tenent Alexand. & alij, & potiſſimum.
Iaſ.in dicta l.is apud quem.C.de eden.ſed ſi res
agatur inter alias perſonas,& ſententia afferret
præiudicium ipſis,faciunt fidem,aliàs non,quę
intelligendi ſunt ſecundum declarationẽ Bal.
in conſil 74 in 2.volum.& Barbat.conſ.9.vo-
lum.1.Abb.in capitu. teſtimonium. de teſtib.
288 Sexta, & vltima diſtinctio erit,aut quæritur,
nunquid probationes factæ in iudicio ſumma
rio fidem faciant in plenario,& dico, quòd nõ,
per tex.in l.ſi iudex ff.de ijs qui ſunt ſui, vel a-
lieni iur. ibi alimentorum cauſa non facit ve-
ritati præiudicium. Anto.in cap.cauſam.extra.
de teſt. Tynd.eod.tract.cap.5.par.2.nume.2.&
289 quæ ſint cauſæ ſummariæ,vide plene per Ma
rant.Spec.aur.in 4.par.diſtinct.9. fallit primo.
quando in iudicio ſummario plene cognitum
ſit ſuper aliqua exceptione: nam hæc cognitio
fidem faciet in plenario. Bald.in dicta l.is apud
quem,& in l.ſi iudex.ff.de ijs qui ſunt ſui. Cro.
eod.tract.num 276.verſic.prima ſit concluſio.
fallit ſecundo quando iudicium erat plenarie fa
ciendum,ſed propter partis contumaciam, fa-
ctum fuit executiuum,& ſummarium. Nam
290 omnis proceſſus in contumaciam factus dici
tur ſummarius: quod tenet menti. Bartol.in l.1.
C.quorum appella.non recip. Franc.de Are.in
dicto cap. cauſamque,in fin. de teſt. quos refert,
& ſequitur Crot.vbi ſupra nume.277.Marant.
Spec.aur.dicta 9.diſtinct.in 4.par.num.61.ver
ſic.14. Dec.hoc vi. Menoc.de act.poſſ. Remed.
vlt.ſub num.37.& 38.vbi in verſic. declarauit
ſecundo, ait de probationibus ſumptis in poſ-
ſeſſorijs ſummarijs non probantibus plene in
cauſæ turbatæ poſſeſſionis.per Salic.in l.ſi quis
de fundamento, col.pen.cur aut condemnatio
nem,C.ad leg.Iul de vi publ. Et in ſumma me-
292 moriæ reperam, quod acta illa quæ in primo
iudicio ſunt facta,ad hoc,vt fidem faciant in a-
lio,ſemper debent denuo ædi integraliter. tex.
in authen.eos autem. C.de ijs qui ingred.ad ap
pell. Alexand.in l.nam & poſtea,§.ſi minor. co
lum.penult.ff.de iuriſiura. Guid. Pap. tractat.de
appel.quæſt.10.& idem deciſ.20.& 436.concl.
7.Dec.conſ.513.num.10. Abb.& Felyn.in ca-
pitu.ea quæ.in fi.de re iud. Vant. de nullit.tit.à
quo & quibus,num.21.verſic. & præmiſſã. &
in materia ſupradictarum concluſionum eſt re
currendum omnino ad Bar.in l.cum lite mot-
tua.ff.iud.ſol.& ad Pract.Papien. in for.op.cõ-
tra.teſt.poſt public.glo.in verb. ſintque publi-
catis.verſic.proinde quæri ſolet. Tynd.eo.trac.
nu.273.cum plur.ſequen.& Boſſ.in tit.de plur.
H violent.num.117. Poſtremo not. quod teſtes
qui in prima inſtantia nõ fuerunt aperti,& pu-
blicati fidem faciunt.ſecundum Bal.in alia.ad-
dit.ad ſpec.ritu.de appel.§.11.colum.5.circ.fi.
tex.in l.per hanc,C.de tempo.app.immò in cu
ria Romana ſeruatur quod feriur ſententia te-
ſtibus non publicatis etiam vſque ad tertiã ſen
tentiam nec generetur præiudicium in productẽ
dis teſtibus in cauſa appellationis, & ſic partes
procedunt oculis clauſis. ita Guid. Pap. quæſt.
58.& Anchar.conſil.53.in fi. Publicatio in pri
ma inſtantia non impedit examen in alia inſtã
tia. Fat.quæſt.75.num.102.ſed publicatis teſti-
bus pars contra quam probat ſi non deſiſtat à
lite poterit condemnari in expenſis,l.qui in al-
terius.de reg.iur.l.ſi quis inficiatus. ff.de poſtu-
lan.Iaſ.in l.properandum. §.ſin autem alteru-
trum de iudic. Item ſcias quod examinatio te-
ſtis non completa nihil probat.glo.in l.in ciui-
le de leg. Maſcar.de prob.concluſ. 681. vol.2.
ideo ſcias in propoſito quod ſi in prima inſtan
tia fuerit minus perfecte probatum,quod ĩ cau
ſa appellationis poterit plene probari. l.amplio
rem.§.1.C.de appel.vbi omnes doct. ſed de iu-
re Cano.non decet.ſecundum Bald. in addi.ad
Spec.§.ſi tit.de appell.colum.13.circa fin.verſ.
item quæritur, ſed de iure ciuili ſic. niſi aliter
ſtatuto caueatur. vt in ſtatutis Ianuæ in ciuil.c.
3.lib.3. ſed ſi quis non fuerit diffinitiue abſo-
lutus poterit de nouo agere coram eodem iudi
ce & non probatum probare.iuxt.cap. exami-
nata.de iudic.& in l.properandum. ff.eo. vt ſit
quàndo abſoluitur quis ab obſeruatione iudi-
cij.Guid.q.500. Menoch.de arbit.iud.caſ.239.
non obſtante dicto ſtatuto.& vid.inf. fol.129.
vbi alia ad propoſitum tradidi ſub lit. H.prope
292 fi. Cætera autem in hac probationum mate
ria vltra Spec.eod.titu.de probat. qui latiſſime
omnia tangit tanquam pater practicæ, videri
poſſunt per amplum & longum tract.D.Ioſe-
phi Maſcardi Sarzanenſis de probat. & nouiſ-
ſime D. Pacia. Mutinenſis in ſuo tractat.
etiam de prob.

SVMMARIVM.

1 *Reprobationes teſtium admittuntur præterquã in ſummariſſimo poſſeſſorio.*
2 *Appellatio non datur, in ſummariſſimo poſſeſſorio.*
3 *Reprobationes teſtium fiunt aut ipſo iure, aut ad inſtantiam partis.num ſeq.*
4 *Iudæus an teſtis eſſe poſſit.*
5 *Iudex officium ſuum quando impartiri non tenetur niſi petatur.*
6 *Infamis teſtis an ſit ipſo iure repellendus, aut parte ſic inſtante, & defectus quos patiuntur teſtes.nu.ſeq.*
7 *Reprobationes teſtium, ex quibus cauſis fiunt, et num.ſeq.*
8 *Reprobatio quæ reſpicit perſonam teſtis quando debet fieri.*
9 *Verba ambigua teſtiũ a iudice ſunt interpretãda.*
10 *Dictu teſtis ſine iuramento non arguitur de falſo.*

11 *Re-*

Digitized by Google

11 *Reprobationes quando fieri poſſunt contra teſtes per ſe productos.*
12 *Teſtes an dedicitis teſtificatis poterunt produci.*
13 *Reprobationes quando fieri debent.*
14 *Proteſtatio qualis eſſe debet, vt teſtes reprobare liceat.*
15 *Cautela abundans non nocet.*
16 *Proteſtatione non ſecuta producens teſtes debet iurare ſe non calumnia reprobare teſtes.*
Iuramentũ calumniæ eſt valde periculoſum. ibi.
17 *Iuramentum calumniæ dicitur neceſſarium.*
18 *Cautela effugiendi onus iuſiurandi de calumnia.*
19 *Reprobationes quæ ob defectum perſonæ teſtium fiunt.*
20 *Teſtium inhabilitas quæ conſenſu partium remitti minime poteſt.*
21 *Teſtes qui ipſo iure repelluntur, an poſtquam fuerint admiſſi, valeat eorum dictum.*
22 *Teſtes domeſtici qui dicuntur & an idonei ſint.*
23 *Teſtes qui dicuntur eſſe de familia, & an aliquo in caſu ſint teſtes.*
24 *Inimicus teſtis repellitur.*
25 *Par gradus & affectio habilitat teſtem.*
26 *Vaſſalus, ſubditus, & ſimiles, in cauſa domini an ſint teſtes idonei.*
27 *Iudicis arbitrio pẽdet an teſtes ſint idonei vel ne.*
28 *Aduocatus, procurator, tutor, negot. geſtor. & ſimiles an eſſe poſſint teſtes.*
29 *Religioſi in cauſa laicorum an teſtes eſſe poſſint.*
30 *Religioſi in ſacris conſtituti vbi pœna ſanguinis ingeritur, non debent teſtimonium perhibere, alias incurrunt irregularitatem.*
31 *Religioſi in ſacris, debent examinari coram ſuo iudice, etiam ſi cauſa ſit laicalis.*
32 *Religioſi clerici nec tacitè nec expreſſe poſſunt cõſentire in iudicem ſecularem.*
33 *Clericus nondum in ſacris perhibens teſtimoniũ ſine licẽtia ſui ſuperioris, an veleat eius depoſitio.*
34 *Monachi & fratres minores an teſtes eſſe poſſint.*
35 *Defectus perſonæ teſtium conſideratur tempore depoſitionis.*
36 *Exceptiones debent probari ſpecificè, & concludenter.*
37 *Pater pro filio, & econtra, an teſtis eſſe poſſit.*
38 *Pater quo caſu põt in teſtamento filij eſſe teſtis.*
39 *Legatarius poteſt eſſe teſtis.*
40 *Frater pro fratre vel contra fratrem nunquid teſtis eſſe poſſit vi. nu 47.*
41 *Pater plus diligit filium, quam diligatur.*
42 *Amor in deſcendentibus diminuitur, & quare.*
43 *Omne principium tendit ad ſuum finem.*
44 *Nullus amor vincit paternum.*
45 *Pater pro vel contra filium in cauſa criminali an teſtis eſſe poſſit. & econtra.*
46 *Adam ſi adhuc viueret, non poßet perhibere teſtimonium*
47 *Frater pro vel contra fratrem an teſtis eſſe poſſit.*
48 *Fratres peccant de duobus extremis, vel nimio amore, aut maximo odio.*
49 *Fratres in criminalibus an admittantur ĩ teſtes.*
50 *Fratres inuenti non coguntur perhibere teſtimonium.*
51 *Conſanguineus an pro conſanguineo teſtis eſſe poſſit.*
52 *Teſtis nemo in cauſa propria eſſe poteſt.*
53 *Affinis pro affine an teſtis eſſe poſſit.*
54 *Maritus pro vxore, & econtra an teſtis eſſe poſſit.*
55 *Donatio inter virum, & vxorem quæ prohibita.*
56 *Vxor & vir vna caro dicuntur.*
57 *Odium nullum peius, quam quod naſcitur inter coniuges.*
58 *Teſtimonium viri & uxoris quando aliter veritas haberi non poteſt, valet in certis caſibus.*
59 *Vir & uxor an poſſint cogi ad perhibendum teſtimonium.*
60 *Sponſa pro ſponſo, an perhibere teſtimonium poſſit.*
61 *Concubina pro concubinario an teſtis ſit.*
62 *Socer pro genero & contra an teſtis ſit.*
63 *Gener loco filij habetur.*
64 *Idem iuris eſt de ſocero & genero, quod de patre & filio.*
65 *Amor ſoceri mortua filia diminuitur in generum.*
66 *Mulier tranſiens ad ſecundas nuptias irritat ſocerum ex primo viro. & de pœnis tranſeuntis ad ſecun. nupt.*
67 *Statutum de lucro dotis fauore matrimonij contrahendi factum.*
68 *Socius criminis an pro ſocio teſtis eſſe poſſit.*
69 *Socius criminis quomodo repelli poteſt ab eo contra quem deponit.*
70 *Saluus conductus datur ſocijs criminis vt delictum manifeſtetur.*
71 *Saluus conductus quando eſt concedendus.*
72 *Saluus conductus cum alterius damno concedi non deberet.*
73 *Saluum conductum frangens qua pœna puniendus.*
74 *Infamis infamia canonica qui ſit, & an teſtis eſſe poſſit.*
75 *Non ſufficit abſtinere à malo niſi fiat bonum.*
76 *Nullus in dubio præſumitur immemor ſuæ ſalutis.*
77 *Ab ĩfamia canonica quãdo quis dicitur purgatus.*
78 *Nemo ſine crimine viuit.*
79 *Homo malus et in peccato obſtinatus eſt penitus à teſtimonio repellendus.*
80 *Fragilitas excuſat.*
81 *Infamis infamia iuris an teſtis eßе poſſit.*
82 *Infamis quando cum tormentis admittitur ad teſtificandum*
83 *Iniuria leuis non infamat.*
84 *Infamis an contra æquè infamem admittitur.*
85 *Iudex debet perquirere toto poſſe veritatem.*
86 *Infamis infamia facti an teſtis eße poſsit. & de diuerſis Doctorum opinionibus.*
87 *Opiniones quando ſunt diuerſæ, licitè poſſumus adhærere cui magis placet.*
88 *Infames infamia facti in quatuor caſibus indiſtincte admitti poſſe.*
89 *Iudex quid conſiderare debet circa defectus teſtium & qualitatem negotij.*
90 *Conſuetudo in vna Prouincia poteſt haberi pro bona, quæ in alia reputatur mala.*
Conſuetudo mala Ianuenſium circa Maſcheros, quibus permittitur colloqui cum mulieribus in ſecreto licet coram cœtu multorum
91 *Iudex circa admiſſionẽ teſtium quid facere debet.*
92 *Differentia inter teſtes infames, & viles.*
93 *Viles perſonæ an teſtes idonei ſint. & quæ ſint.*
94 *Homo liber non eſt torquendus regulariter.*
95 *Teſtis vacillans licet perſona in dignitate conſtituta, poteſt torqueri & nu. 145.*
96 *Mendax omnibus dicitur odioſus.*
97 *Falſitas per mendacium concluditur.*
98 *Quod eſt veriſimile non arguit falſitatem.*
99 *Extrema omnia ſunt vitioſa.*
100 *Teſtes infames infamia facti ſine tortura non debent admitti.*

101 *Igno-*

101 *Ignotæ et viles perſonæ quando torqueri poſſint.*
102 *Pauperes, & viles perſonæ & plebei partem ciuitatis faciunt.*
103 *Cuicunque licet licitè panem quærere.*
104 *Infamia quid ſit.*
105 *Vilem eſſe non refertur ad malos mores.*
106 *Pauper an teſtis ſit idoneus.*
107 *Diues qui dicitur, & qui pauper remiſſiue.*
108 *Iacobus Menochius vir doctiſſimus.*
109 *Illuſtris, grauis, & nobilis perſona quæ dicitur. & nu. 110.*
111 *Cauſa propria quot modis eſſe dicitur.*
112 *Venditor pro emptore & econtra an teſtis ſit.*
113 *Legatarius quando poteſt eſſe teſtis, et quãdo nõ.*
114 *Commodum ſentire principaliter, & in conſequentiam differt, & quando quis dicitur ſentire commodum in conſequentiam.*
115 *Teſtis de collegio, capitulo, aut de vniuerſitate qui eſt an eſſe poſſit, pro collegio aut capitulo.*
116 *Teſtis ille qui eſt de vniuerſitate in cauſa nemorum eſſe non poteſt.*
117 *Amicus Socrates, amicus Plato, magis amica veritas.*
118 *Cautela mala qua quis vtitur in delinquendo, ne indiciatur.*
119 *Dicta teſtium quomodo impugnantur.*
120 *Publicatio proceſſus eſt de ordine Iudicij.*
121 *Publicatio proceſſus quo caſu non eſt neceſſaria.*
122 *Iudex facit litem ſuam ſi petenti deneget publicationem proceſſus.*
123 *Sententia non præuia publicatione proceſſus, an valeat.*
124 *Publicationis effectus & practica.*
125 *Teſtes ſingulares qui dicuntur.*
126 *Singularitas quotuplex.*
127 *Teſtes ſingulares an probent.*
128 *Teſtis ſingularis quibus caſib. probat.*
129 *Teſtes ſingulares aperiunt viã Iudici ad faciendam præſumptionem.*
130 *Teſtium ſingularitas verſatur circa decem prædicamenta.*
131 *Modus non attenditur, ſed concluſio.*
132 *Iudex non debet eſſe nimis pronus ad credendũ.*
133 *Omnia prudenter fiunt, quæ conſilium præcedit.*
134 *Qualitas aggrauat delictum.*
135 *Singulares mille teſtes minus probant quam vnus ſolus.*
136 *Cautela eſt ne producantur teſtes ſingulares, niſi vnus tantum.*
137 *Iuramentum ſuppletorium non defertur ei qui plures teſtes & omnes ſingulares produxit.*
138 *Fides vnius teſtis ſingularis poteſt debilitari per ſingularitatem dicentis.*
139 *Teſtes varij qui dicuntur.*
140 *Teſtis vacillans quando dicitur.*
141 *Differentia videtur inter vacillare, & variare.*
142 *Vacillare & variare tamen ſunt ſynonima.*
143 *Teſtis vacillans torquetur quando circa principale vacillat*
144 *Teſtis varius qualiter punitur.*
145 *Dictum teſtis varij in diuerſis inſtantijs, quodnam attendi debet*
146 *Dictum teſtis cum iuramento præualet dicto ſine iuramento.*
147 *Teſtis eſſe inter duo iuramenta, quando dicitur.*
148 *Dictum vnum extra torturam, & aliud in torturis præualet poſterius cum tormentis.*
149 *Citatio partis non requiritur quando teſtis in tormentis examinatur.*
150 *Contrarietas teſtium medicina torturæ purgatur.*
151 *Tormenta torturæ, et alia ſunt inuenta ad eruendam veritatem.*
152 *Dicta duo contraria non valere quo modo intelligitur.*
153 *Dictum magis fauorabile attenditur & illud quod eſt magis veriſimile.*
154 *Teſtis tortus in primo examine repetendus eſt in tortura.*
155 *Dictorum duorũ cum tortura ſtatur poſteriori.*
156 *Teſtis vltra tertiam vicem regulariter non torquetur. 161.*
157 *Reus multoties torqueri poteſt, & quomodo.*
158 *Teſtis varius & ſemel tortus quomodo amplius non torquebitur.*
159 *Appellans à tortura, iterum non debet torqueri.*
160 *Reus nolens iudici reſpondere poteſt torqueri.*
161 *Tortura eſt materia quotidiana, ſed periculoſiſſima.*
162 *Teſtis infamis, etiam ad informandam curiam ſine tortura non eſt admittendus.*
163 *Iudex in materia torturæ ad quem recurrere debet vt inſtruatur.*
164 *Reo quot ictus cordæ dãtur pro quolibet inditio.*
165 *Indicia quæ ſunt ſufficientia ad repetitionem torturæ*
Torturæ materia à quibus tractatur.
166 *Teſtes quando dicuntur contrarij.*
167 *Teſtes qualiter dicuntur contrarij.*
168 *Teſtis ſibi contrarius, ſi incontinenti dicat melius ſe recordari excuſatur.*
169 *Incontinenti fieri quando dicitur.*
170 *Teſtis quando dicitur incontinenti ſe corrigere.*
171 *Correctionis cauſa debet allegari a teſte ſibi contrario, alias punietur.*
172 *Contraria duo ſimul ſtare non poſſunt.*
173 *Iudex debet omni conatu teſtes reducere ad concordiam.*
174 *Iura nobis ſunt concordanda.*
175 *Contrarietas eſt euitanda quantum fieri poſsit.*
176 *Iudex quando concordare teſtes non debet.*
177 *Concordia quem effectum pariat in teſte.*
178 *Concordia teſtium quibus modis fieri poteſt, & ad quid.*
179 *Concordia ſaluat dictum, quando compatibile eſt.*
180 *Teſtes hinc inde contrarij qui præualent.*
181 *Teſtes didictis teſtificatis, non debent recipi.*
182 *Aequitate ſuadetur ne detur materia falſos producendi teſtes.*
183 *Terminus iſte didicitis teſtificatis quomodo intelligitur.*
184 *Iudex etiam ex conſenſu partium didicitis teſtificatis non debet recipere teſtes.*
185 *Renunciatio productionis teſtium debet continere ſibi ſaluum ius fore opponendi contra teſtes.*
186 *Practica publicationis atteſtationum.*
187 *Teſtes quibus caſibus etiam poſt publicationem recipi poſſunt.*
188 *Capitula noua, & quæ vetera dicuntur.*
189 *Teſtes an, & quando ſuper iiſdem capitulis reproduci poſſint.*
190 *Paria ſunt non fieri, vel minus legitime fieri.*
191 *Cautela qua didictis teſtificatis teſtes reproduci poterunt.*
192 *Terminus datus ad probãdũ dicitur perẽptorius.*
Termino tranſacto ad producendum teſtes, quando nihilominus poterunt produci, ibid.
193 *Terminus ad probandum eſt de ſubſtantialibus iudicij.*
194 *Dies termini quando computetur, & non computetur in termino.*

Sta-

Statutum Papiæ diſponit, quod dies termini non computetur in termino.
195 *Dictio vſque, ſtat excluſiuè.*
196 *Teſtes quando poſt publicationem pars produxit, tenetur iurare, quod eos non ſubornauit.*
197 *Exceptiones teſtium quando ſunt probandæ.*
Iudicis arbitrio pendet quando exceptiones teſtium ſint fiendæ.
198 *Iudex præſumitur ignorare teſtium qualitates.*
199 *Exceptiones quæ parte inſtante teſtem repellũt, debet incontinenti probari.*
200 *Dictio incontinenti in materia probationum quomodo intelligitur.*
201 *Terminus ad probandum obiecta & exceptiones allegatas contra teſtes debet peti à parte.*
202 *Repulſa eſt odioſa.*
Repulſa non admittitur in remedio attentatorum, ibid.
203 *Exceptionum probatio quæ per partem omitti non poteſt.*
204 *Exceptio inimicitiæ ſtatim probari debet.*
205 *Inimicitiæ capitales quæ ſint.*
206 *Exceptionum probatio quando ante teſtium publicationem fieri poteſt.*
207 *Iuditis facto impeditus poterit probare, id quod ſuis loco & tempore nequit.*
208 *Tempus aptum & proportionabile probandi exceptiones dicitur poſt publicationem.*
209 *Repulſa non conceditur niſi petatur.*
218 *Exceptiones quæ altiorem requirunt indaginem in finem litis reſeruari debent.*
211 *Interlocutoria ſuper exceptionibus quomodo à iudice pronuntiari debet.*
212 *Exceptiones aliquando ſtatuta diſponunt reſeruari in fine litis.*
213 *Cauſæ requirentes altiorem indaginem quę ſint.*
Iudicis arbitrio relinquitur quænam ſint exceptiones altiorem requirentes indaginem.
214 *Dicta teſtium quando ſunt impugnanda.*
215 *Pars teſtē quem produxit, an reprobare poterit.*
216 *Reprobationes in tribus caſib. non admittuntur.*
217 *Teſtes propter enormitatem delicti minime reprobantur.*
218 *Probationes exceptionum non perfectæ in prima inſtantia, an perfici poterunt in alia.*
219 *Reprobationum probationes poſt publicationem fiendæ.*
220 *Iudex quid facere & conſiderare debet antequã admittat reprobationum, ſeu exceptionum probationes.*
221 *Crimina teſtium in ſpecie & concludenter probari debent.*
222 *Exceptio vna ex pluribus propoſitis, ſi erit ſufficiens ad repellendum teſtem, non etiam alias oportet probare.*

DE REPROBATIONE TESTIVM.

Pars Quarta.

1 NVNC de Teſtium reprobatione dicendum venit, poſtquam de eorum probatione ſuperius dictum eſt, quorũ reprobatio regulariter admittitur preterquam in ſummariſſimo poſſeſſorio. Paullus de Caſt. conſi. 39. volum. 1. Maran. Specul. aur. actu. 2. in 1. p. Didac. pract. cap. 17. ſub nu. 4. Innoc. in c. in præſentia. nu. 2. de prob. & alios quos in propoſito allegat. D. Caualc. frater meus. in deciſ. 19. nu. 4. in prima par. & Fel. in c. veniens. de teſt. vbi ponit regulam communiter approbatam cum fall. & tradit Rebuff. eo. trac.
2 de teſt. nu. 12. Nec ẽt in hoc defertur appellationi, quando ſumus in ſummariſſimo poſſeſſorio. Lancelot. de attenta. fol. 214. ampl. 3. & 5. num. 4. Rolan. conſ. 77 num. 3. vol. 2. Rim. iu. conſ. 149. nu. 7. vol. 4. Caualca. deciſ. 19. n. 4. ſo. 268. Soarez recept. ſent. in verb. poſſeſſio. num. 165. cum ibi per eum adduc. nu. 167. Tempus autem reprobandi teſtes de iure communi eſt ante publicationem. vt infra dicam nu. 8. verũtamen ſtatur conſuetudini, ſeu diſpoſitioni ſtatutorum, ex quibus aliquando diſponitur ſtatim fieri, aliquando in fine poſt teſtium publicationem. Menoc. de arb. caſ. 239.

3 Fiunt autem reprobationes aut ipſo iure, vt quando lex expreſſe prohibet quem eſſe teſtẽ. exemplum de ſeruo, & impuberi, & de alijs infra dicendis, etiam abſq; partis inſtantia per iudicem ſtatim ſunt repellendi. l. teſtium, §. l. Iul. ff. eod. & tex. & Doct. in l. hac conſultiſſima. C. eod. Butrig. eod. tract. in prin. Pet. Reb. d. tract. nu. 31. eſt optimus tex. in c. pia. in fi. extra. de except. lib. 6. vbi exemplificat in excommunica-
4 to. Paris de Put. tract. ſynd. c. 2. fui ſemel. vbi la
A tè de iudæo, in cauſa criminali. Et iudex poteſt ex officio ſe informare de inhabilitate teſtium quando inhabilitas cauſatur defectu & odio ipſorum teſtium; vt puta ſi eſſent infames, Hæretici, vel iudæi, aut excommunicati. Bart. in l. 2. §. Hoc autem iudicium. nu. 8. de dam. inf. Oct. Ped. deciſ. 22. nu. 18. vi. inf. nu. 118. & ſub nu. 218. in ciuili verò eſt neceſſaria proteſtatio. de qua inf. num. 14. an & quando teſtis eſſe poſſit inter Chriſtianos, & concludit quando veritas aliter haberi non poteſt, quod iudæus admittitur: quibus iudæis crederemus in ijs, quæ ad eorum vſurariam prauitatem pertinerent, poſtq̃ in aliquibus ciuitatibus nimis facti ſunt amici & domeſtici, & vi. Maſc. de prob. concluſ. 945. nu. 14. vol. 2. vbi ait Iudæum eſſe teſtem contra Chriſtianũ concurrentibus bonis præſumptionibus. Aut reprobationes fiunt non ipſo iure, ſed iudicis officio implorato, & repelluntur teſtes ex triplici cauſa, vel quia ſint criminoſi, vel non rite recepti, vel quod in eorum depoſitione non concludant, ſint varij, ſingulares, falſi, & ſeu contrarij, vt per Clar. §. fin. q. 54. per tot.
5 quia in ijs, quæ partium fauore ſunt introducta, iudex officium ſuum non impartitur, niſi petenti. Rebuſ. eod. tract. nu. 53. Caual. dec. 46.
6 num. 258. in 1. p. vbi inquit teſtem infamem à iudice minime repellendum, niſi parte inſtante, & eſſe generalem hanc conſuetudinem Galliæ, teſtatur Rebuf. d. n. 53. ſumpta ex l. 4. §. hoc aũt iudicium. ff. de dam. infect. Nec ipſe in partibus noſtris aliter obſeruari vidi vſque huc: & faciunt dicta Saly. in l. ſi quis teſtibus. C. eo. & Fel. in c. cum clamnt. col. fi. de teſt. & intellige, vt inf. nu. 87. Item ſciendum eſt, non eſſe neceſſarium ſemper admittere repulſam teſtiũ. Nã quando Actoris intentio non eſt plene probata nec iuramẽto ſuppletorio corroborata. l. qui accus. C. de edēn. non expedit reprobare teſtes, Item quando exceptiones teſtiũ ſunt notoriæ, vt ex actis; non oportet eas probare, ſat eſt allegare illas. Saly. in l. ea quidem. ff. de q. l. neq; na tales. C. de prob. Item quando repulſareũr pau

ci teſtes, ſed alij plures adeſſent teſtes contra
quos non obijceretur. nã fruſtra illud fit quod
non releuat. & de materia vi. Rebuff. eo. tract.
nu. 37. cum mult. ſeq. & vt. ſup. nu 95. cũ ſeq.
p. 1. & in fi. 3 p. Reprobantur etiam non ſolum
per iudicem, verum etiam per alios teſtes con-
trarios partis aduerſæ. tex. eſt in cap ſertes extra
de excep. & in c. licet. de probat. & qui poſterio
res, & veriores ſunt præualent, vt ſupra dictũ
7 eſt. ſtat igitur firma concluſio iſta, quod teſtes
reprobãtur, vel ipſo iure, vel officio iudicis par
te inſtante, aut propter inhabilitatem perſonę,
vt eſt tex. in cap. in præſentium. & ibi Franciſ.
Aret. extra eo. & laiè Alber. de Malc. eo. tract.
8 c. 5. Quæ perſonæ reprobatio fieri debet ante
publicationem proceſſus, eo maxime ſi iudex
cognouit illum ipſo iure fore repellendum, vt
paulò poſt dixi: ſed obiectiones quæ ipſo iure
non fiunt, poſſunt fieri etiam poſt publicatio-
nem, ſi præceſſerit proteſtatio. de qua inf. dixi
num. 14. & tradit Rebuff. d. tract. nu. 28. & ſeq.
Aut quia ſunt minus debito & legitimo nume
ro, vel plures magis quam decet negotio, vnde
propter effrenatam multitudinem reijciuntur,
vt ſup. dixi. Item reprobantur propter eorum
9 dicta de directo contraria, & ambigua, quam-
uis teſtium verba ambigua à iudice debent in-
terpretari, vt quam poſſibile ſit, ſaluetur dictũ
teſtis per l. voluntati: C. de fideic. & ſentit Pa-
ris de Put. d. tract. ſind. c. 7. nu. 29. quod eſt ve-
rum, ſi aliter clara reddi nõ poſſunt: quia iudex
tenet teſtẽ repetere ſuper vobis obſcuris, vt inf.
nu. 190. ver. quinto fallit. eadem par. Itẽ repro-
bantur, quia minus legitime cõcludunt: & nõ
ſunt ritè recepti, non citata parte, nec depoſue-
runt cum iuramento. Doctor. in l. ſolam. C. eo.
Tind. eo. tract. in princ. ibidem. nu 8. Caualc. d.
deciſ. 46. nu. 315. in 1. p. Maria. ſoc. eo. tra. n. 32.
10 Quinimò ſecundum Bar. in l. ſi quis legatum.
nu. 4. ad l. Cor. de falſ. teſtis depoſitio ſine iura-
mẽto, facit illum ſuſpectum de falſo. vi. in ſup.
11 3. p. nu. 38. Quandoq; etiam teſtes reprobãt
ab eodemmet producente, precipuè in alia in-
ſtantia vel circa aliam cauſam aut perſonam. ſe
cundum Odofr. in l. ſi quis C. de teſt. qui dicit
communiter ita obſeruari. Boer. deciſ. 245. nu.
3. qui dicit dictam. l. ſi quis eſſe canonizatam:
vi 4. q. 3. c. 3. vi. Viuot. dec. 216. & exemplificãt
Doct. in d. l. ſi quis. C. de teſt. & Boſſ. eo. trac. n.
13. verſ. item ſcias. & Spec. d. titu. §. 7 vbi vł di-
ſtinguere: nam ſi ſuperuenerit inimicitia inter
teſtem, & producentem, abſq; culpa producẽ-
tis teſtẽ, hoc in caſu poterit ab eo reprobari, in
C telligo ante quam deponat, ſed poſtquam depo
ſuerit, non poterit pars producens teſtem illũ
reprobare; & ita procedit iſta communis opi.
de qua ſupra dictum eſt; & tenet eam Bar. in d.
l. Carbonianum, §. duæ cauſæ, ff. de carb. ædic.
ſecus ſi facto producentis inimicitia ſuperuene
D rit: ex alia cauſa vel ob aliam cauſam nó poteſt
teſtis reprobari à producẽte. eſt magis commu-
nis op. doc. in d. l. ſi quis teſtib. C. de teſt. Boer.
deciſ. 245. nu. 3. & altera pars poterit vti dicto
teſtis producti contra ſe; ſecundum gl. in c. fra-
tris in fi. de teſt. & an pars repulſans teſtem poſ
ſit poſtea vti dicto teſtis dicam inf. nu. 18 & te
ſtis contra producentem probat etiam deponẽ
do per verbum credere. Maranta 6. p. de teſtiũ
productione nu. 16. Ro. conſ. 104. & nota vnũ
in practica, quod ſi teſtes ſint mortui poſt eorũ
depoſitionem tamen poſſunt & repulſari poſt
mortẽ, ante publicationem. Carauita in Mag.
Vic. titu. 73, in fi. Nam eſſet patens aditus repro
bandi teſtes quos quis produxit, quando pro ſe
non depoſuerunt. Reprobantur pariter teſtes,
quia poſt terminum producti fuerint, & poſt
didicita, & teſtificata. Bart. & Docto. in auth. at
qui ſemel. C. de probat. Menoc. de arbit. iud. q.
34. per to. car. 22. vbi cautelam ponit per quam
12 teſtes etiam poſt didicita, & teſtificata poterũt
produci, quæ cautela eſt, ſi petatur acta declara-
13 ri nulla. Sed regulare eſt, quod teſtes quouis
modo reprobantur ante ſententiam, poſt eorũ
publicationẽ. C. ad hoc extra. eo. vi. inf. n. 120.
& 123. & nu. 214. eſt tñ aduertendum, vt prius
præcedat proteſtatio, ante publicationẽ, in qua
14 proteſtans dicat ſibi reſeruari facultatem tam
obijciendi contra perſonas, quã contra teſtium
dicta, ſi & quatenus expedierit, & ita in factis
ſcribere talem faciat proteſtationẽ ad effectũ,
vt qñ reprobatio petetur à iudice, tunc tale poſ
ſit oſtendere proteſtationẽ iudici; q̃ practicam
ſemper obſeruari conſulo, & eam ponit mod.
Pract. ſtrac. c. 17. n. 53. Prac. Pap. in for. iur. teſt.
gl. in ver. alias non audiretur, & eſt tex. in d. C.
in præſentium. extra. eo. Reb. d. tra. art. 34 n. 6.
Bal. d. l. ſi quis. n. 7. c. de teſt. alias non præceden
te tali proteſtatione, pars videretur acconſenti-
re, & approbare, quod nota; & talis proteſtatio
quando tendit ad odium teſtium, vt quia ſint
excommunicati, Iudæi, vel Banniti, & ſimiles,
neceſſaria non eſt; ſecus quando tendit tãtum
ad fauorem reprobare volentis, nã tunc eſt om
nino neceſſaria. & hanc eſſe communem opi-
nionem, & declarationẽ teſtantur omnes. can.
in d. c. in præſentium. & Maran. de teſt. repulſa
ſub n. 2. p. vi. item qñ teſtes recipiuntur abſen-
te parte non eſt neceſſaria talis proteſtatio ſecũ
dum Alex. Strac. in d. eius Pract. c. 17. nu. 34. &
ibi de modo faciendi talem proteſtationẽ prac.
ponit. Ipſe autem laudo vtroq; caſu talem fieri
15 proteſtationem, abundans enim cautela non
nocet, & cauti procuratores eam nõ omittũt,
vt ſentit Bald. in d. l. ſi quis teſtibus. col. 2. in fi.
C. eo. Bart & Doc. in l. non ſolum. § morte, cũ
16 materia, ff. de noui nper. nunt. At ſi facta erit in
tempus non congruum, volens reprobare ſuſci
piet magnum onus iuriſiurandi, ſe nõ malitia,
nec calumnioſe reprobare teſtes. quod iuramẽ
tum eſt valde periculoſum nec poteſt remitti,
quia eſt iuris diuini. Exo. c. 22. refert Menoch.
de arbit. iud. q. 20. car. 17 Affectio. n. & nimia
paſſio ſæpe homines fallit, & ideo, omnis quiſ-
que priua ſe ipſum probet: non enim vitari po-
17 teſt quo minus hoc non ſuſcipiatur iuramen-
tum, quia neceſſarium eſt; vt eſt cõmunis opi.
Doc. in d. c. in præſentium. Dani tamen caute-
18 lam, vt quo ad perſonas obijciatur, & excipia-
tur ante publicationem, quando. ſ. teſtes iurãt
nam eo in caſu euitabitur onus talis iuramen-
ti malitiæ, & ita dicit Lanfr. de Oria. eo. tract.
E nu. 46. & ibi Celſ. in addit. lit. o. & proteſtatio
præcedens poterit fieri in primordio & genera
liter. Io. And. in c. in præſentium. de teſt. & iu-
uat etiam, quia iudex poterit ex officio teſtem
repellere quando ex actis nó apparebit eſſe ido
neum. Bal. in l. etiam iuri. C. de teſt. eſt verum
quod pars tenet allegare iudici dictas teſtis ex-
ceptiones in ſpecie poſtquam ex actis conſtite-
rint, ſed exceptiones quę ex actis non conſtant:
debent probari cum ſuis circunſtantijs neceſſa
tijs, & qualitatib. Boet. deciſ. 321. quãuis nó ſit
neceſſe

neceſſe exprimere diem neq; horam. Rot.de-
ciſ.295.in nouis.& dicam.n.36.& proteſtatio
alium operatur effectum cõſeruatiuum quia
ſi erit facta debito tempore, & teſtes qui non
erant examinandi fuerint examinati nõ pro-
bant.Marſ. pract.§.diligenter.n. 145.eſt etiã
aduertendum quod proteſtatio fiat cum clau
ſula: quatenus opus ſit; alioquin poſſet eſſe
quod teſtis depoſuerit etiam ad fauorem pro-
teſtantis, qui proteſtando ſine dicta clauſula
ſibi præiudicaret.Marãta.Actu.13.n.14.Quid
ſi proteſtans vellit recedere à dicta proteſta-
tione,an poſſit;& in hoc ſunt contrariæ opi-
niones,tamẽ verior op.& co. tenet quod poſ-
ſit,dũmodo proteſtatio ſit facta in genere, ſe-
cus ſi in ſpecie, & re integra. text. cum glo. &
ibi.doct.ca.111.in præſentium. de teſt.Boer.
deciſ.245.n.5.& 6.Rurſus poſt quã partes ap-
probauerunt dicta & perſonã teſtium non po
terit poſtea probare contrarium.reg.ꝙ ſemel
de reg. iur. & facit illud Brocardicum , quod
approbo non improbo,l.ſicut maior.C.de re-
pud.quia per approbationẽ vim ſumit proba-
tio,vt per Saly.in l.quæſtionem.C. de fideiuſ-
ſo.& Bal.in l.bonæfidei.C.de reb.cred. & eos
ſequitur Blanc.de compromiſſ.q.8.nu.29.re-
iectis tribus fundamentis Alciat. qui contra-
rium tenet in l.1.§.fin.de verb.ob. dummodo
de tali approbatione conſtet in actis;& Nota
ꝙ ſi Reus in termino reprobatorio nihil pro-
duxit,vel reprobãit, ꝙ nec actor aliqđ de no-
uo producere , vel primas eius ꝓbationes co-
adiuuare poterit,ſm Carp.de ſta. c.24.n.37.p.
1.Et ibi per eũ adduc. & ſtãte ſupradicta pro-
teſtatione,pars poterit ꝓ parte approbare, &
ꝓ parte reprobare atteſtationẽ etiã à produ-
cẽte c.Rayn.& c.Raina.extra de teſt.Spec.de
teſt.§.1.nu.69.verſ. quid ſi pro vtraq; parte ,
ſed circa dictum teſtis qualificatum illud cum
ſua qualitate eſt recipiẽdum.per l.Aurelius.§.
19 idẽ de lib. legat. Cauſæ autẽ quæ ob defectũ
perſonæ teſtes repellunt, ſunt hæ; opponitur
primo, vt dixi in prin.quod teſtis eſt pupillus.
l.inuiti.ff.eo.Itẽ qđ eſt ſeruus.l.qui teſtamẽto
§.ſeruus.ff.de teſta.Alberi.eo.tract.nu.19.c.5.
& per to.Itẽ,quod eſt infamis de iure. tot.tit.
ff.quib.vt indig.& to.tit.de ijs qui not.infa.&
iſti ſunt,qui per ſententiã damnati ſunt capi-
taliter,vt homicidæ,latrones,lenones,mulie-
bria paſſi,meretrices,& ſimiles Albe. d. c.5.n.
24.tex.in c.2.extra eo.no.in ca.in primis. 2.q.
1.Item quod ſunt viles,& ignoti,& pauperes.
auth.ignoti.& ibi Doct.C.eo.l.ob carmen. ff.
eo,& de quib.pulchrè habetur apud Horat.in
ſermo.incip.Ambubaiarum collegia, Phatina
copola,mendici,mimi,Balatrones , &c. Item
quod ſunt criminoſi , adulteri , blaſphemato-
res,mendaces, homicidæ , falſarij , & qui diu
mala fecerunt,adeò qđ in malum habitum na
turã conuerterint , & pro talibus digito ſunt
cõmuniter notati.de quib. in c. teſtimonium.
de teſt.ext.& 4.q.3.verſi.ſi teſtes.Spec.eo.tit.
§.1.ver.itẽ oponitur, quod eſt criminoſus,vel
opponitur quod teſtis ſit omnino ſurdus, mu
tus vt de Brac.reg.4.p.nu.466.vt per Farin.q.
61.nu.43.& fallit ſi per ſenſũ in quo non eſt
defectuoſus deponat n.45.furioſus ; de ebrio
F tangit Vulp.conſ.87.nu.4. Sed furioſus habẽs
dilucida interualla de eo quod ſcit aut vidit
pacato furore,etiam quod furor ſuperueniat,
eo ceſſãte poterit teſtificari. Alber.eo.trac.n.
32.verſ.quãdo repellatur teſtis . & debet con
ſtare de interuallo.Gomeſ.var.reſſo.tit.de ex-
emplari.ſubſtit.c.7.n. 11. Farinac.q.61.de fu-
rioſo.fol.124.eo.trac.de teſt.Fatui vero & mẽ
te capti,qui neſciũt quid dicant,& extra pro-
poſitũ loquuntur ac reſpondent, non ſunt te-
ſtes idonei , ſed ſi de recẽti examinẽtur ad re-
cognoſcẽdum aliquem admittuntur. Bar.eo.
trac.de teſt.n.98.cum ſeq.aperiunt tamen viã
iudici: idẽ de prodigo quando a dementia ori
tur prodigalitas. Gomeſ.var.reſſ. tit.de ſubſt.
exemplari.nu.4. Secus ſi prodigalitas oritur à
praua cõuerſatione,vel ab amore,quia reuer-
ſus admittitur.Luc.c.15.vi. Maſc.de prob. cõ
cluſ.827. volu.2. & in recognitione Hominis
mutus & ſurdus per ſigna admittit. & Zacha
rias ſcripſit in terra,cum fari non poſſet,& il-
lico apertũ eſt os eius.vt in lib.Nu.c.17.exod.
.c.14. Iudic. ca.6.Iſa. c.38. de blaſphematore
vi Clar.§.blaſphemia verſic. Reperio. mulier
vel talis cui bonis interdictum eſt,vt eſt prodi
gus.§.teſtes autem.inſtitu. de teſta. & ibi glo.
Itẽ quod eſt hæreticus, apoſtata , ſimoniacus,
G vel excommunicatus, ſi fuerit abſolutus ſaltẽ
ad cautelam vt teſtimoniũ dicat erit admittẽ-
dus.Abb.in c.veniens. vbi etiam Fely. de teſt.
& debet abſolui ab ordinario non autẽ à dele
gato. & poſt examen remanet ſub eadem ex-
cõmunicatione. Capell.Toloſ. q.33.vt dixi,&
ſeparatus à victu, & conſortio fidelium Chri-
ſtianorum.c.1.extra. eo. l.quoniam.C.de hæ-
ret.c.teſtimonium.eo.Alber.ca.4.& no.quod
Iudex eccleſiaſticus poteſt iubere Iudici laico
ne recipiat teſtes excõicatos.Decia.tract.Cri.
cap.to.nu.6.tom.1.& horum inhabilitas con
ſenſu partiũ tolli nõ poteſt.vt tenet Soc.trac.
20 fallentiarum.fal.4. Par.de pur.de ſind.c.2.in-
cip.fui ſemel rogatus . De Hæreticis Farinac.
q.64.nu.201.De Apoſtatis.q.56.n.444. De Si-
moniaco.ibidẽ.nu.356.vbi de vſurario,& nu.
240.de excõicato. Itẽ ſi teſtis eſt reus perduel
lionis,rebellis, & crimen læſæ Maieſta. com-
miſit. Bart. in extrauag. ad repri.verſ. qui ſint
rebelles,& in ijs caſibus ipſo iure repellũtur,
vt dixi ſup. & tene menti quòd tales qui ipſo
21 iure repelluntur,etiam ſi admiſſi fuerint par-
te ignorante , non valet eorum depoſitio per
ſupra dictura: ſcias quod homicida dicitur per
ſona vilis.Bal.in auth. ſi dicatur. in vlt.col.C.
de teſt. vbi ait quod in facto graui non poteſt
recipi in teſtem ſine tortura. quod ipſe habe-
re locũ exiſtimo quãdo eſt homicida doloſus
vt ſup.in 3.p.ſub n.252.ſecus ſi caſualiter, vel
in pura rixa , vel ad ſuam neceſſariam defen-
ſam occiderit,vt nu.251.eadem par.vel hono
ris ſui cauſa aſtrictus homicidium fecit , non
negligendo propriam famam . Item opponi-
22 tur,quod teſtis eſt domeſticus,affinis,conſan
guineus,ſiue cognatione carnali, ſiue ſpiritua
li,vt ſunt compatres,& commatres,& de car-
nali cognatione ſunt pater,& filius, frater, &
ſoror,vir,& vxor, ſocer, & gener,nouerca, &
priuigna, & cæteri omnes de familia,vt famu
li,ſerui,liberti,maſſarij,aſcriptitij,& tales qui
bus a producente imperari poteſt , de quibus
per nepot.à Mont.Alba.d.tractat. numero.7.
H appellatione familiæ qui veniant , recolligit
Molig.in tract.de Appellat. à nu. 370.vſq; ad
nu.387.& vi.Petr. Moncand. addit. ad Crot.
de teſt.par.4.nu.39.& vi.infra num. 28. lit.L.
& De ijs omnibus vi.Farinac. De Teſt. q. 55.

vbi de Domeſticis.q.54. De affinibus. ibidem
De patre ſpirituali & de compatre ibi num.
198.De Parentibus naturalibus. nu. 145. De
fratre ibi nu.54. De vxore & marito. o.210.
De ſocero & genero.num.79. & ſeq.& de fa-
mulis,& familiaribus.q.55.nu.117.qui famu-
li poſtquam ſunt licentiati vel ante in ijs quæ
Domi ſiunt, & in inſtrumentis.vt num. 161.
162.& 163. & coloni ſeu laboratores circa
qualitatem & quantitatem terrarum plene
probant. falij. in l. quoniam liberi.C. de ſe-
cus quo ad fructus ex quibus commodum ſen
tiunt,Farinac.d.q.55.nu.219.228.& 229.car.
38.& quem eſſe de familia probatur per alios
eiuſdem familiæ.Alex. in l. ex pacto. §.ſi quis
rogatus.ff.ad Trebellia.Maſcar.de probat. cõ
cluſ.756.vol. 2. quod nota pro legato facto à
Domino, vel pro exemptione, & immunita-
tibus.& vi.Maſcar.concluſ.758. vbi de famu-
lis teſtificantibus pro Domino.attamen ſi ſan
23 guine coniuncti non ſint (quamuis de fami-
lia largè quodammodo dici poſſunt. vt in l.fa
miliæ.de verbo. obl.) conſuetudo tales non
reſpuit,non tamen tanta eis adhibetur fides.
facit tex.in l.tertia.ff.eo.Spec.eod.tit.§.1. nu.
12.Alber.eod.tract.ca.1.& 2. & vide omnino
Menoch.de arbit.iud.q.73. nu. 32. vbi inquit
teſtes domeſticos eſſe idoneos in cauſa domi,
& ſecreto tractata.ibi car.49.& Doct. omnes
in l.in omnibus.C.de teſt.ca.inſuper. vbi Fe-
ly.eod.tit.Boſſ.tit.de opp.contr.teſt.num.59.
& Bened.in cap.Raynutius. verſic. qui cum
alia.&c.n.251.vbi dicit domeſticos & cubicu
larios probare innocentiam accuſati ſecundũ
Bal.in l.in teſtimonium.eod. tit. idem de pa-
rentibus accuſati tenet Felyn.in c.in literis.4.
collat.de teſt.& conſuluit Alex.conſ.166.vo.
2.& Put.de ſindic.in verbo.teſtis ca. 3.vbi te-
ſtes Domeſtici in cauſa domeſtica ſunt teſtes
idonei per c.veniens.de teſt.& regulariter ad
mittuntur, quando veritas aliunde haberi nõ
poteſt; item in cauſa ſindicatus pro & contra
officialem, & creditur teſtibus domeſticis ſi
ſint viri probi.Innoc.& Cano.in ca.in literis.
de teſt.Marſ.pract.§.1.n.10.& ideo debet pro
bari iſta qualitas probitatis. Item per dome-
ſticos probatur Adulterium. & in antiquis
etiam de auditu domeſtici probant. Maſcar.
de probat. concluſ.103.vol.1.& concluſ.534.
24 eo.vol. Item excipitur,quod eſt inimicus eius
contra quem producitur, & amicus tantum
producentis,de qua materia Docto. latè in l.
edita.C.de eden.Gramat. conſ.45.n.18. cum
I ſeq.in crimi.vbi idem de Inimico præſumpto
ait.nam in recipiẽdis teſtibus idem operatur
inimicitia præſumpta ſicut vera. ſecundum
Innoc.in c.cum I.& A.de re Iud. Bar. in tit. t.
ff.de ijs quib.vt indig.Abb.in c.repellãtur. de
Accuſat.& in numero Inimicorũ ponitur Ad
uerſarius cũ quo lis eſt ciuilis.Alex.conſ.143.
vol.5.Ro.conſ.379.& Abb.c.1.de Iud.Bar. &
eo.Doct.in l.3.in prin.de teſt.Minſing. obſer.
27.Cen.3. & exceptio Inimicitiæ non habet
parem.pract.Sciac.c.5.n.28.Marſ.prac. cri.§.
diligenter.n.69.vbi diſtinguit Menoc.de arb.
Iud.caſ.78.quia inimicus teſtis nec etiã in ca-
ſibus exceptuatis vt læſ.Maie.Hereſ. & ſimo.
Aſſaſſi.nec in priuilegiatis fidẽ facit.Plot.in l.
ſi quando.n.799.C.vnde vi.Ro.ſing.315. Al-
ciat.de præſump.reg.3.præſum.11. Menoch.
caſ. 100. qui de cõmuni teſtatur. & Inimicus
eſt exceptuatus ab habilitationẽ.c.ſciſcitatus
de reſcrip.Corſet.ſing.in verb.teſtis. n.3.Ma-
rani.de ord.iud.par.6.Crot.eõ.de teſt.3. par.
n.97.cũ plur.ſeq.& in Addit.lit. mm. Nec re-
cõualeſcit dictum inimici, etiam quod poſtea
ſequatur recõciliatio. Io.And.ad Spec.de teſ.
§.1.addit.2.& vi.diſtinct.Marſ.vbi ſup.§.dili-
genter.n.69.Et de fide Inimici vi. Maſcar. de
proba.conclu.899.& 1048.vo.2.& vi.Clar.q.
24.verſ.Itẽ quæro vbi ait,quòd inimicus teſtis
repellatur quando inimicitia eſt capitalis. &
eſſe communẽ teſtatur Fely.in ca. cum opor-
teat.poſt n.8.de accuſa. & ideo inimicitia le-
uis concurrente probitate non repellit teſtẽ.
vt ibi per eũ. eſt etiam verum quod ſi primo
eſſet examinatus vir probus,& non ſuſpectus
& poſtea alter teſtis inimicus grauis inimici-
tiæ; quod hoc in caſu, ſi cõcordat cũ dicto pri
mi teſtis,illud multũ conualidat; non tñ Reus
redditur conuictus,ita vt condẽnari poſſit.vi.
inf. ſub n.138. in hac par.& ſub nu.205.lit.A.
Præterea amici adhærẽtes,& affines,ac Socij
inimici mei, ſunt mihi inimici. Marſ.in l.1.§.
præterea.de quæſtio,ſi cõiunctio iſta amicitiæ
vel cõſanguinitatis ſit magna. per Marſ.ibi n.
12. ſed in cõſanguineis cõſideratur ſaltẽ quar
tus gradus.ſ.in l.lex Cornelia.de iniu.tñ eſt in
arbitrio Iudicis,vt inquit D.Men.de arb.iud.
caſ.161.& 162.qui iudicabit. & in omnem ca
ſum reſpectu adherentiæ vel amicitiæ amicus
inimici mei non dicitur meus capitalis inimi-
cus. Maſc.de prob.concl.898.n.25.& 28. Sed
& in hac inimicitiæ materia iudex debet ad-
uertere,an inimicitia præcedat aut poſt exa-
men ſequatur; & ſi teſtis dedit cauſam inimi-
citiæ, vel pars contra quã depoſuit affectauit
talem inimicitiam ad effectũ debilitandi eius
dictũ,poteſt etiam ſtare quod vnus ſit vir pru
dẽs & Chriſtianus, alienus à malo,& aduerſa
rius odio eũ proſequatur, per hoc ſi depoſue-
rit,propter eius probitatẽ,& fidem,non eſt re
pellendus, niſi etiã de ſuo intereſſe tractare-
tur.nã quilibet abundat in ſenſu ſuo.& faciũt
quæ dixi in 5.par.ſub n.191.lit. D. & nu.194.
verſ. Nec debet. & ex ijs percipitur quantum
ſit arbitrium iudicis in hac materia, qui ſi erit
prudens & timoratus Dei omnia recte,riteq;
aget.& hic nota,quod ſi teſtis, ſit affinis,con-
ſanguineus,vel amicus tã producentis, quam
eius contra quẽ deponit, idem ſi cõmuni par-
tiũ voluntate produceretur, par gradus & af-
25 fectio,& voluntatis vtriuſque concurſus,om
nẽ remouet ſuſpitionem.vt in l. non ſolũ.vbi
Bal.ff.de rit.nupt.quæ ſententia ab omnibus
paſſim approbatur.quid de vicino;& certè in
illis rebus quæ domi geruntur eſt optimus te
ſtis,& non poteſt reijci.l. vicinus. C. de nup.
& d.l.a.vbi Bar.C.de edẽ.fici.l.Octaui.C.vn-
de cogn.late Farin.eo.tit.q.70.n.164.cũ mul.
ſeq.Lafran.de Oria.eo.trac.n.25.& ibi Addi.
quia lex de eis valde præſumit, & indiſtinctè
teneo eorũ valere teſtimoniũ, niſi vltra vici-
nitatẽ cõcurreret nimia familiaritas, quia eo
in caſu ratione amicitiæ repellitur. vt ſup. &
26 hoc niſi eſſemus in cauſa criminali. Itẽ excipi
tur,ꝙ teſtis ſit vaſallus,ſubditus, ſeu in cauſa
ſubditi dominus, ij propter affectionem re-
pelluntur,vt per Alberic.eod.tract.c.4.ſed in
ſubſidium aliquo modo admitti poſſunt. ſe-
cundum Saly.in l.2.C.eo.& Spec.vbi ſupra.§.
1.nu.20. non tamen poſſunt dici teſtes omni
exceptio-

exceptione maiores. Bar. in l. idonei. ff. de teſt.
tex. in cap. cauſam. de offic. deleg. iudex ergo
animum ſuum mouebit arbitrando iux. rei &
27 perſonarum qualitatem huiuſmodi teſtes ad-
28 mittendo, & nō admittendo. Item obijcitur,
quod eſt aduocatus, procurator, tutor, cura-
tor, ſocius bonorum, & negociorum geſtor,
qui dum talia faciunt, & cauſæ patrocinan-
tur, haud magna ſuſpitione carent. l. fi. C. de
teſt. Bald. conſ. 50. n. 1. lib. 2. Caualc. dec. 1. nu.
50. in 2. par. vbi exemplificat in negotiorum
geſtore, famulo, & ſocio bonorum. & eſt tex.
vbi Doct. in l. omnibus. C. de teſt. & l. fin. ff. eo.
Secus ſi ante patrocinium, curam, & negocia-
tionem in teſtes producti fuerint. iux. glo. cō-
muniter approbatam in l. fi. ff. eo. Alber. eod.
tract. cap. 4. n. 4. & optimam ponit diſtinctio-
nem pract. Pap. in formula. teſt. in gl. proteſtan
L te. col. 3. quoad aduocatum vi. Farinac. dict.
tract. quæſt. 60. num. 155. vbi ponit reg. nega-
tiuam, cum multis declarationibus, quando
poſſit, & quando non vſq; ad num. 195. & De
procuratore num. 196. vſq; ad num. 243. vbi
dat. 6. ampliat. & 17. limit. & de ſolicitatore.
num. 244. At de Tutore pariter negatiuam po
nit cum. 5. amp. & 2. limit. & De Socio pro ſo-
cio negatiue cum. 4. ampl. & 8. limit. num. 386.
vſq; ad num. 405. ſimiliter de negotiorum
geſtore, factore & huiuſmodi in quæſt. 55. vbi
ampliat. 4. mo. & totidem limit. car. 25. idem
tenet de Adminiſtratore. 161. & quod ſupra
dictum eſt de Aduocato & procuratore intel-
lige etiam de clientulo pro eis. Quid de fide-
iuſſore: is poteſt teſtis eſſe pro creditore in a-
lia cauſa ſi creditor eſt vir probus & ita eius
fideiuſſor, de quo vi. late Farinac. eo. q. 60. nu.
568. cum mult. ſeq. ſed quanta fides ſit danda
Iudex arbitrabitur. Sed clientulus non poteſt
eſſe teſtis pro Aduocato niſi demum finito pa
trocinio & clientela. ſpec. §. 1. de teſt. num. 13.
& quia ſupra dictum eſt de teſtibus domeſti-
cis & familiaribus, non æque omnes tanquā
ſuſpecti ſunt reijciendi, etiam quod non aga-
tur de cauſis domeſticis. Nam ſi Princeps, vel
alius Dominus qui Nobiles & egregias perſo-
nas in ſua domo tenet, & quæ illi ſeruiunt, li-
tem haberet cum aliquo, ij viri Illuſtres vel
egregium officium apud Principem gerentes
teſtes ſunt idonei. nam de ijs iura valde præ-
ſumunt. vt de Secretarijs, domus Magiſtris,
Conſiliarijs, Auditoribus, & ſimilibus, de qui-
bus apud Menoc. de ar. iud. caſ. 67. 68. & 69. &
dixi ſup. num. 42. p. 1. & ſub nu. 168. in 2. par.
& huiuſmodi teſtibus etiam creditur ſi veriſi-
milia non deponant quando ſunt nobiles val
dè, & in dignitate conſtituti. Marſ. in rubr. de
probat. n. 112. & ſing. 273. & Fely. in c. quia ve
riſimili. col. 10. de præſumpt. & in ijs quæ mo
dici ſunt præiudicij, vnus teſtis valde dignus
probat. Gabr. col. concluſ. de teſt. concl. 1. nu.
16. & ſeq. lex enim de perſonis egregijs omne
bonum præſumit. Bar. in l. ſi quos. de quæſtio.
Aret. in §. Pater inſtit. de teſta. Capell. Toloſ.
q. 4. nu. 1. vbi limitat regulam quod familia-
res nō ſint teſtes idonei 12. modis, primo, quā-
do quis eſt familiaris alicuius magnatis, 2. in
cauſa Matrimonij. 3. in probanda extimatio-
ne rerum ablatarum in domo, ſeu Naui. 4. ad
probandam innocentiam. 5. in cauſis & rebus
domeſticis. iux. l. conſenſu. C. de rebus pub.
ſublimita in probāda fornicatione, vt dixi ſu.

nu. 187. lit. n. in præcedenti par. quod eſt con-
tra d. l. conſenſu. 6. in probando tractatu par-
ricidij aut vxoricidij. 7. in factis antiquis. 8. in
interpretandis ſignis Muti. de quo ſup. nu. 19.
lit. f. 9. in inſtrumentis, & vltimis voluntatibus.
10. domeſticus contra domeſticum. 11. fauo-
re Eccleſiæ. 12. quando domeſticus deponit
pro & contra. & alia in propoſito videnda
Addit. ad Capell. Toloſ. in d. q. 4. per Bal. & Sa
ly. & alios. in l. etiam. vbi glo. cum materia. C.
de teſt. de ijs omnibus per Maſcar. de probat.
concluſ. 1253. ſub nu. 93. cum mult. ſeq. vol. 2.
quantum proſit probitas vnius viri. vi. apud Ti
raq. trac. de pen. temp. Cau. ſi. & vide de Brac.
Reg. p. 3. n. 421. in fi. car. 595. Item excipitur,
quòd teſtis ſit religioſus (non ex eo, quia mi-
nus idonei ſint religioſi) ſed ſi abſque licentia
ſuperioris depoſuerint, eorum nō valet dictū,
vt 16. quæſtio. 1. cap. monachi. & eſt commu-
nis opinio, annexa omnino praxi. Alber. eod.
30 tract. cap. 5. Et in cauſis, in quibus pęna ſan-
guinis ingeritur non debent, qui ſunt in ſacris
conſtituti, vllo modo teſtimonium perhibere
aliàs incurrunt in irregularitatem, ita vltra
alios, tenet Didac. in repet. clement. furioſus.
fol. 314. quem Clar. allegat. in ca. fi. q. 24. verſi.
vlterius. & verſic. ſeq. & q. 14. verſi. dixi in pri-
mis. per tex. in cap. poſtulaſti. de homic. Albe.
eod. tract. cap. 6. n. 35. 36. & 37. & 38. vbi am-
pliatur hoc procedere etiam ſi veritas alter
haberi non poſſet, idem tenet Abb. in dicto c.
poſtulaſti. & in ca. fi. de poſtulan. & in illis ca-
ſibus, in quibus poſſent de iure teſtimonium
dicere, licet cauſa inter ſeculares, & coram iu
dice ſeculari ageretur, tamen iſti religioſi in
ſacris coram ſuo iudice eccleſiaſtico debent
31 examinari, vt 14. quæſt. 2. cap. quanquam. &
Alber. vbi ſup. num. 3. & ſeq. cap. 5. Dixi §. 1. 3.
nu. 63. vi. Farinac. de teſt. q. 61. per to. vbi late
de Clericis teſtibus. Quoniam nec tacitè, nec
expreſsè teſtes religioſi poſſunt conſentire in
32 iudicem ſecularem, abſque licētia iudicis ec-
cleſiaſtici, vt tenet Caualca. in eius realibus
Deciſionibus præcipuè deciſ. 45. nu. 77. in 1.
par. Nat. conſ. 445. n. 17. & ſeq. vol. 3. ea enim
quæ ſunt Dei Deo, & in terris eius Vicario Pō
tifici maximo. Na. con. 33. vol. 1. gl. in proœm.
clem. §. hæc ſanctio. At ſi clericus nondum in
33 ſacris abſque licentia ſui ſuperioris depoſuiſ-
ſet, valet talis depoſitio ſecundum Abb. in ca.
Nuntius. de teſt. ſequitur Boſſ. eod. tract. num.
92. Soc. conſ. 17. colum. vlt. in prima par. Car.
conſ. 97. Alex. conſ. 64. volum. 1. & de commu
ni teſtatur Viui. comm. opin. in verb. mona-
cus. tamen religioſus cum licentia ſuperioris.
& vbi ignorat pœnam, vel proteſtetur nolle
deponere in cauſa vbi ingeritur pęna ſangui-
nis, non ſit irregularis, per tex. capitulo ſecun-
do, de Homic. Gomeſ. Var. reſolut. de delict.
capitulo primo, num. 33. Clar. quæſt. 24. verſ.
vlterius & verſi. ſeq. vbi dicit talem proteſta-
tionem non releuare Clericum ab irregulari-
tate. & clericus vacilans poterit concurren-
tibus alijs adminiculis etiam torqueri. vt de
communi teſtatur Foller. pract. Cano. nume-
ro quadrageſimo ſeptimo, fol. 127. quem re-
fert Clar. quæſt. vigeſimaquinta, verſiculo ſed
nunquid. vbi à ſuo iudice eccleſiaſtico, & non
à laico hoc procedere ait. vi. Maſcar. de prob.
concluſ. 1364. num. ſexageſimoprimo, & ſeq.
& ſi eſſet citandus ad dicendum teſtimoniū, ci

tari debet,vbi reſidentiam facit.idem Maſcar.
34 conclu.1272.n.3.Quod ſi adhibentur monachi,ſeu religioſi teſtes in aliquo teſtamento, communis opinio eſt, quod monachi, & fratres minores non prohibeantur per gl. in authen.de monach. §. cogitandum. Secundum quam conſuluere Franc.& Ang.de Are.& Sally.quos recenſet pract.Pap.in for.opp. contr. teſt.poſt publ.glo.in verb.proteſtatione,circa fin.& ita obtinuiſſe inquit, tamen conſulo ad euitandum omnia impedimenta ſedari difficultates quæ inde oriri poſſent, & dico quod tales monachi,fratres, & religioſi, non deberent in teſtes adhiberi,ſi ad minus fieri poſſet.
35 in ſumma concludendum eſt quod teſtes, quando defectu perſonæ, ſeu eorum cōditionis reprobantur,debet iudex animaduertere, an tempore depoſitionis erant defectuoſi, vel non,vt in l.ad conditionem.ff. de teſta.& in l. 1.C.eo.nec attenditur,quod ante,vel poſt depoſitionem fuerit ſecutum, ſat eſt enim tempore depoſitionis,& iuramenti fuiſſe habiles ſecundum ea quæ ſuperius dicta ſunt. à n.95. in prima par.prin.& & tradit etiam Spec. eo.
N §.1.n.17. Et aduerte quod quilibet minimus defectus in teſte impedit ſemiplenæ probationis effectum, & iuramenti Delationem.vt firmat Nat. conſ.53.viſo.co.fi.n. 10.cōl. 179.n. 5.Rim.in conſ.39.n.42.veg. Ro.iuc. Deciſ.9. n.22.ſed quid e contra laicus contra clericum non poteſt eſſe teſtis.Spec.eo.de teſt.§.1.verſ. Item quod eſt laicus, & in c. forus. & etiam ſi veritas aliunde haberi non poſſet in cri.eſſe co.apud Cano.in c.de cetero.& in c. teſtimonium.11.q.1.teſtatur Viui co.op.fol.286.Plo. in l.ſi quando.n.145.C.vnde vi.& licet in criminali laicus non facit plenam fidem contra religioſum,nihilominus quo ad torturam facit inditium.Abb.d.c.de cetero.de teſt. Marſ. pract.§.diligenter.n.132. vi Maſcar. de prob. concluſ.963.vo.2.& fauore Reorum laici pręferuntur clericis.c.clerici.diſtinct.81.in cauſa criminali.Maſcar.concl.104.vo.2.vc. Farina. qui ampliat duobus modis regulam negatiuā q.61.nu.98. & limitat vndecimmo. Item ad-
36 uertatur opponens,vt ſpeficet locum, tēpus, & circunſtantias,& eas probet in ſpecie,quando ſcilicet excipitur, quod teſtis ſit infamis, vel alias patitur exceptiones ob defectum perſonæ, aliàs fruſtra eſſet excipere. Boer. deciſ. 321.n.2.qui de communi teſtatur, & teneretur actione iniuriarum.ſecūdum eundē Boer. deciſ.4.n.37.Clar.§.fi.q. 54.verſi.1.2.& 3.niſi in proteſtatione dictum eſſet reſeruari ſibi ius opponendi,non animo tamen iniuriandi, vt per Iaſ.in l.non ſolum.§.morte.n.47.ff.de no. oper.nunc.Rip.in c.cum M.n.90.de conſtitu. dicit tamen.Boer.d.deciſ.4. hoc non rectè obſeruari, & verum dicit, prout etiam affirmat Rebuff.eod.tract.nu.44. ſunt multi alij caſus repulſandi teſtes de quibus Affli.t.40.recēſet. in Conſtitu.Reg.rubr.53. de Aleat.lib.3. à n. 1.vſq.ad n.12. & infra per diſcurſum quoſdā ponam exempli gratia vt eadem ratione militante idem ius ſtatuatur.l.illud.ad le.Aquil.
37. Nunc proſequendo materiam,per nonnullas quæſtiones.Primò, quæro nunquid pater pro filio & contra teſtis eſſe poſſit, & regula eſt, quod nedum in iudicio, verum etiam nec in teſtamentis neuter admittitur. minuſque in contractibus,ſiue pro,ſiue contra,nec in ciuilibus,nec in criminalibus,vt per ſcrib.in l.qui teſtamento.§.per contrarium. cum materia. ff.de teſta.vbi Bar.Ia.Are.& Mod.& facit deciſ.tex.in l.teſtis.ff.eod. Farinac. de teſt.q.54. n.171.& ſeq. & in criminalibus ſi pater & filius eſſent tanquam cōplices accuſati, & vnus neget,alter fateatur, non poteſt adhiberi tortura vni ad effectum vt inditium faciat cōtra alium. vt de Socijs criminibus fieri ſolet de quibus dixi infra n.68.Nam plures ſpecialitates concurrunt, primo quia pater & filius nō admittuntur vt ſup. ſecundo, quia non ſunt ſumenda arma de Domo Rei.n.162.in 3.par. tamen in atrocioribus delictis,vt in aſſaſſinio & cri.lęſ.Maieſta. poſſunt confrontari Pater & filius, quando veritas aliunde haberi non poteſt vt inf.n.48.ſunt enim hæc duæ ſpecialitates videlicet Atrocitas criminis,& quando veritas aliunde haberi non poſſit. Teſtis idoneus filio.& filius patri non eſt. concor. l. parentes.C.eo.& Spec.§.1.verſ.pater autem. & procedere hoc dicunt, ſiue pater teſtetur, vel contrahat,ſiue in teſtamēto hæres inſtituitur, quæ opinio communis eſt,ex glo.in d.l.qui teſtamento.de teſta.& Alberic.eod.tract.in prima parte.& Doct.in d.l.parentes.C.eo.& per tex.4.q.3.Guliel.de Suz.antiq.interpr.in l.prima.ff.de fer.vbi dicit, quod etiam ſi tales teſtes à iudice approbarentur,nō tamen eorum valeret teſtimonium. Eſt tamen caſus in quo
38 filius teſtando poteſt patrem & inſtituere, & illum ſibi in teſtem adhibere, vt ſi filius ſit miles, & in militia teſtetur ſecundum Bart.& alios in dicta l.qui teſtamento.§.qui per contrarium.de teſta.& ibi gl.. communiter approbata.quamuis glo.in dicta l.teſtis. velit, quod pater poſſit eſſe teſtis in teſtamento filij de caſtrenſi peculio ante miſſionem. & ſupradicta communis opinio confirmatur per Spec. dicto §.primo.verſi.pater. vbi idem de matre intelligendum ait,ar.l.patroni.ff. de verbo.ſignific. quod extendendum eſt, etiam ad patruos magnos,& amitas magnas. At Albe.eo. tract.n.17.c.1. concludit indiſtinctè, quod ſi acquiratur aliquid vtriq;ſcilicet patri,& filio, neuter teſtis eſſe poſſit:at ſi alteri tantum tūc eſſe diſtinguendum;aut quod acquiritur,in cōtractibus acquiritur, & tunc neuter admittitur; aut in teſtamentis, & tunc alter cui non quæritur rectè admitti poteſt. dummodo pater,aut filius hæres non inſtituātur,& intelli-
39 ge in teſtamento pagani,ſed tanquam legatarius non prohibetur etiam teſtis eſſe alter eorum in proprio teſtamento, in quo res ei legatur,per l.dictantibus.C.de teſt.& Io.Dilet. de art.teſta.tit.2.cau.9.Craſſ.de vlt.volunt. §.teſtamentum.q.57.nu.15. & declara, quod pro ſuo intereſſe tantum,nec etiam legatarius teſtis eſſe poſſit,vt in cap.nullus.4.quæſt.3.& in l.in omnibus.C.eo.tit.& pra. Pap.in for.opp. contr.teſt.gl. in facto proprio. vt infra dicam
40 num.52.& per Curt.d.tract. de teſt. concl. 4. Farinac. eod.tract.quæſt.60.num. 287. cum ſeq. ampliat 4.num.& limitat octo. & executor teſtamentarius poteſt eſſe teſtis in illo teſtamento. Maſcar. de prob. concluſ. 710. vol.2.vi.infra num.114.lit.L. Idem de fratre. pro fratre dicendum puto in caſu ſimili iux. tex.in c.ſed neque hæres.Inſtitu. de teſta. de quibus ſtatim dicam. Not. quod facilius ad-
41 mittitur filius pro patre, quā pater pro filio; ratio

Digitized by Google

ratio eſt, quia pater magis diligit quam diliga-
tur, vt no. gloſ. in d. l. qui teſtamento. §. quæ-
cunque. verſic. ſed quidam, & Bart. ibi Caual-
ca. in tract. de tuto. & cura. n. 301. & 167. iux.
ſecundam impreſſionem. Ratio autem ratio-
42 nis aſſignatur, quia in deſcendentibus amor
ideo diminuitur, ſicuti caro, & ſanguis in alios
ſibi deſcendentes aſpergitur & dilatatur relin
quendo fontem à quo originē ſumpſit, ſed in
aſcendentibus amor augetur eadem ratione,
43 quia omne principium tendit ad ſuum finem
ſecūdum Ariſt. in 3. Topic. & delectatur in fu-
tura ſua, non ſic econtra, vnde ſurrexit regu
la, quod nullus amor vincit paternum. Docto.
44 in l. quoniam nouella. C. de inoffic. teſta. Soc.
45 Iunio. conſ. 99. nu. 10. fol. 142. par. 1. tamen in
probanda ętate, filiatione & alijs de quibus
per Fari. q. 54. nu. 177. & ſeq. idem in aliena
Cauſa in qua alter eorum ſit Procurator vel
Aduocatus. nu. 152. In criminalibus autem
cauſis neuter, nec pro nec contra admittitur,
quia aſcendentes, & deſcendentes, pro aſcen
dentibus, & deſcendentibus vſque in infinitū
nullo modo admittuntur, adeo quod ſi Adam
46 adhuc viueret teſtimonium perhibere nō poſ
ſet, quia omnes Adæ filij ſumus, & eſt cōmu-
nis opinio, de qua omnes in dicta l. parentes,
& in l. quique. ff. de in ius voc. Io. And. in addi.
ad Spec. §. 1. verſi. item quod eſt parens. lit. F.
vi. Aret. in §. pater Inſtitu. de teſta. vbi diſtin-
guit. & procedit etiam in liberis emancipatis,
aut naturalibus tantum, aut legitimis tātum,
aut ſi ſint ſpurij, ita omnes conueniunt in di-
cta l. parentes, & quod dixi, de patre, & filio,
idem intelligo de vxore, & viro, & ſocero, &
nuru, de quibus infra nihilominus dicam. Sed
P in omni alio negotio pater & filius ſunt teſtes
idonei, ſi filius non eſt impubes, & de re ſua
non tractetur. licet ex dicto filij impuberis &
bonæ indolis & qui ſciētia ætatem ſupplet, te
ſtimonium Patris coadiuuetur quando pater
eſt omni except. maior. Capell. tolo. q. 3. & ibi
Addit. lit. A. Farinac. d. q. 54. nu. 208. Secundò,
quæro quid de fratre contra fratrem, vel pro
47 fratre, & breuiter concludo, idem de fratre,
quod de filio, & (vt mox ſuperius dictum eſt)
quemadmodum filius in cauſa patris, & econ-
tra teſtis eſſe, vel non eſſe poteſt, ita & fratrem
pro fratre teſtem eſſe poſſe exiſtimo, & hoc,
tam in contractibus, quam in vltimis volunta
tibus, ea enim pari paſſu ambulant per text. &
Docto. in d. l. parentes. C. eo. exiſtimant tamē
Alberic. vbi ſupra & Are. quod in cauſa ciuili
teſtes idonei ſint, at in contrarium eſt veritas,
vt tradit Cor. conſ. 122. lit. T. & eſſe comm. o-
pinionem teſtatur idem Aret. in c. cum oppor
tear. num. 11. de accuſat. eo minus ſi adhuc in
communione ſint, l. prima. ff. eo. ar. l. ſi ſorore.
C. qui accuſa. non poſ. & d. l. teſtis. de teſt. ſed
inſpecto fauore aliorum fratrum cōtra quos
frater in teſtimonium producitur, ſi non ap-
ponatur, videtur renunciatum, & per conſe-
quens non eſſet frater repellendus. ar. l. quod
fauore. ff. de leg. ar Bal. in d. l. parentes. vbi etiā
glo. tenet, quod ſi frater adhibeatur in teſtem
in caſu in quo rogitus eſt neceſſarius, tunc ha
bilitatur propter rogitū, & conſequenter non
prohibetur eſſe teſtis, quæ opinio, vt de more
ſubtiliſſima, non videtur omnino ſecura, nam
dato caſu, quod ſuper illo actu eſſet exami-
nandus, non careret ſuſpitione propter iura
ſanguinis. A communiter quidem accidētibus
videmus fratres de duobus extremis peccare,
48 aut de nimio amore, aut de peſſimo odio, exē
plo Cain, & Abel, Ioſeph, & fratrum ſuorum,
& facit illud Ouid. *Fratrum quoque gratia rara
eſt.* tutius erit fratres nullo in caſu in teſti-
monium dare, ſiue ſimul, ſiue ſeparatim exi-
ſtant, & hoc modo albedini conſcientiæ lo-
cus erit, & partes immunes euadent ab omni
ſuſpitione. vide Felyn. in cap. literis. col. vlt. de
reſt. vbi regulam, & fallentias ponit, & in cri-
minali non admittuntur, præterquam in cri.
49 læſ. maieſt. & hæreſis, per tex. aureum. in cap.
literas de præſumptionibus. vbi teſtimonium
fratris iuuat fratrem, etiam in cauſa hęreſis ad
ſui defenſionem, ne de hæreſi puniatur. item
in cauſa ſimoniæ, & quando aliter veritas ha
beri non poſſet, licet eorum fides ſeruiret pro
adminiculis, vt ſentit Clar. §. fin. q. 24. verſic.
Farinac. latè eo. tract. q. 54. nu. 84. cum mult.
ſeq. vſq; ad nu. 143. item ſcias, & in illis caſi-
50 bus, in quibus fratres admitti poſſent, non ta-
men inuiti admitterentur, propter. l. lege Iu-
lia. ff. eod. & eſt de mente omnium. ita per Al-
beric. d. c. 6. n. 2. cum plur. ſeq. exceptis tamen
prędictis tribus caſibus. Et tranſgreſſio Adam
Q & Æuæ fuit cauſa mei & tui, & hodie pecu-
nis primum locum obtinet immo vita Homi
nis tex. cum gl. in l. Aduocati. C. de Ad. Di. Iud.
& in fratribus eſt primus ſanguis, & inter ex-
traneos ſecundus ſanguis. Petra ſancta ſing.
73. nu. 5. car. mihi. 421. & in ijs procedit quod
Menoc. dicit de arb. iud. caſ. 70. nu. 6. vbi vide.
& gl. in l. Aduocati. C. de Aduoc. diuerſo. iud.
& ſicuti inęqualitas eſt digitorum in vna ma-
nu, ita inequales ſunt fratrum mores, & hu-
mores. & ille qui habitat cum alio fratre, præ-
ſumitur magis diligere illum quam alterum
cum quo non habitat. Bal. in tract. de duobus
fratribus. in fi. per l. cū allegas. C. de caſtr. pec.
lib. 12. idē in l. parentes. C. de reſt. Corſet. ſing.
in verb. teſtis. il ſecundo. & ex conſeruatione
præſumitur Amor & Dilectio. ſed per cōtra-
rium ſi ad inuicem cruciantur, fac argumenta
ab abſurdo nimirum ſi repetentes latè tractāt
materiam. l. qui Romę. §. duo fratres. de ver.
51 oblig. Tertiò, quæro quid iuris ſit de conſan-
guineis, & dico tales contra, vel pro conſan-
guineis teſtes idoneos eſſe non poſſe, vſque ad
tertium gradum incluſiue. 4. quæſtio. 3. cap. 1.
Spec. §. 1. n. 10. ſed in contractibus, & vltimis
voluntatibus, abſque ſcrupulo intellige de fra
tribus, vt ſupra, ſed remotiores admitti poſ-
ſunt. gl. & Dock. in c. conſanguinei. 3. q. 5. Bal.
dicta l. parentes. C. de teſt. ſecus ſi in eadē cō-
munione permanerent, nam in cauſa propria
teſtes dicerentur, contra regulam allegatā. in
d. c. nullus. 4. q. 3. & in l. lex Cornelia. ff. de iniu.
Steff. Aufrer. eo. tract. nu. 29. vbi ponit limit.
Ipſe verò arbitror poſſe admitti in duobus dū
taxat caſibus. Primo ſi repellātur non fauore
publico, ſed partis, quæ non contradicat, ex
mente Bal. in l. ſi quis teſtis. ff. eo. & in l. vltima
C. de temp. appellat. Ioan. And. ad Spec. §. 1.
verſi. ſed nunquid frater. lit. F. Nell. à S. Gemi.
eo. trac. n. 9. Bal. in authen. ſed ſi quis. C. eo. de
declaratur hoc habere locū qn̄ pars potuit cō
tradicere, nec cōtradixit; iux. Dy. in ca. is quis.
n. 5. & ibi magna caterua. Add. de reg. iu. in 6.
idē ſi ipſo iure abſq; partis inſtātia repellātur
52 fauore priuatorū. vt dixi ſupra. Secūdo caſu

G 3 poſſunt

Digitized by Google

poſſunt admitti, & eorum valet teſtimonium
quando eſſent coniũcti pari ſanguine, & amo
re ambabus partibus. vt dicta l. ſolam. vbi Bal.
ff. de rit. nup. & eſt glo. communis in dicta l. le
ge Iulia. ff. eod. Alberic. eod. tract. c. 6. n. 6. dixi
ſupra n. 25. non tamen, & ij cogi poſſunt, vt in
R fine ſecundæ præcedentis quæſtionis dixi.
Sed ſi in cauſa ciuili non admittuntur, multo
minus erunt admittendi in criminali: quia cõ-
ſanguinei dicuntur participare de iniuria fa-
cta conſanguineis. Clar. §. fi. q. 24. verſi. quæro
an, & in c. nullus. 4. q. 3. vi. infra nu. 511. in hac
4. par. vbi nullus teſtis eſſe poteſt in cauſa pro
pria; & ibi quot modis dicatur cauſa propria
adeo, quod eſt verum vt nunquam teſtimoniũ
facit. Saly. in l. ea quidem. C. de Accuſa. Gram
mat. conſ. 45. in cri. n. 19. Nec etiam ſoli regi
eſt credendum in cauſa propria per glo. in l. is
qui in iudicio. ff. de Accuſat. Afflict. de feud. ex
quib. cau. feu. amittatur. nu. 32. fo. 177. ſed vbi
teſtis proteſtaretur nolle ius aliquid acquire-
re ſibi ex ſua depoſitione, conſtito de integri-
tate & probitate ſua admittitur. Feret. cautel.
40. Bal. in l. dictantibus. C. eo. de teſt. ſed etiam
de conſenſu partium poteſt admitti. Bald. in d.
quæſtionem. nu. 4. C. de fideico. & nedum vbi
commodum, verum etiam vbi laus aut vitu-
perium ob teſtimonium eis obueniret imme-
diate, non autem mediate. Fely. in c. a. inſuper.
de teſt. Et nota quod aliud eſt teſtificari in cau
ſa propria. per d. l. nullus C. de teſt. aliud eſt te
ſtificari de facto proprio; quia in hoc teſtis fa-
cit plus quam ſemiplenam probationem, in
ijs ſcilicet quæ ſunt eius peritiæ, ſeu ad eius of
ficium ſpectant. ac cõmodum alienũ. Menoc.
de ar. iud. caſ. 99. n. 17. Alios adducit D. Surd.
conſ. 7. n. 45. vo. 1. ſecus ſi deponat ad eius exo
nerationem. Dec. conſ. 56. & 84. Pacia. de pro-
53 bat. ca. 48. n. 27. lib. 1. vi. infra nu. 67. lit. V. Ce-
phal. conſ. 152. nu. 31. vo. 4. Soc. Iun. conſi. 62.
n. 6. vo. 2. Bar. in l. 1. §. Item Cornelio nu. 3. ff.
de quæſt. Crauet. conſ. 35. n. 6. Quartò, quid de
affinibus, & regulariter omnes affines in ciui-
libus admittuntur. 3. quæſt. 5. ca. abſens. & ibi
glo. communiter recepta, & 3. q. 8. & in c. acce
dens. vt lit. non conteſt. quæ glo. ponit differẽ
tias, eſt etiam tex. & gl. in l. lege Iulia. vbi Doc.
ff. eod. & Alberic. d. tract. parte prima. n. 53. vi.
Maſca. de probat. conclu. 843. vo. 2. Cæterum
in criminalibus cõmunis opinio eſt, quod nõ
admittantur. d. ca. primo. 3. q. 5. & quia in nõ-
nullis adeo eſt annexa mutua dilectio, & be-
neuolentia, per quam ſuſpitione non carent.
Clar. q. 24. ver. Item affinis vi. infra nu. 67. lit.
m. De affine vi. Farina. late d. opp. contu. teſt.
q. 54. & quod affinis procuratoris admittitur.
vi. eundem q. 60. num. 239. vbi alios allegat.
Quinto quæro an maritus pro vel cõtra vxo-
54 rem, & econtra, teſtis eſſe poſſit. iſta dubita-
tio ſumitur, ex c. in literis. extra eod. vbi Fely.
& ferè omnes Cano. concludunt, quod neu-
ter admitti debeat, idem communiter legiſtæ,
præſertim Bal. Cyn. Salyc. & alij in l. 2. & in l.
etiam. C. eod. Aret. in cap. cum oporteat. de
accuſat. & Doct. per gl. in l. 2. C. de teſt. quam
veram dicit Clar. §. fi. q. 24. verſic. quæro mo-
55 do. quicquid dicit Placen. Hinc eſt, quod pro-
pter nimiam dilectionem coniugũ inter eos
prohibentur donationes. to. tit. de dona. inter
vir. & vxor. l. in rebus. C. de iure dot. & Inſtit.
quib. alie. lic. vel non, vxor enim vna caro cũ

56 viro ſuo dicitur. ca. debitum. de bigamis in qua
conſideratur reuerentia. 33. q. 5. in viro prudẽ
tia, & in vtroq; mutua dilectio. At per contra
rium, ſi iugales malè ſe adinuicem habuerint,
oh quam inteſtinus dolor, oh quã odium peſſi
mum inter coniuges permanet, quo nihil pe-
57 ius excogitari poteſt. veh autem hominibus illi
cui talis ſors contingit, nam nedum veritatẽ
deponerent, ſed quicquid ad perditionem al-
terius ex ore poſſet exire, non tacerent, & qui
dem ſi quis vellet pulchrum tractatum. ſcribe
re de compatibili, & incompatibili, videat
huiuſmodi habere uxorem. Pone modò quod
S maritus accuſauit quendam propter adulte-
rium per vim commiſſum cum eius vxore, &
prætenſus adulter ſe obtulit ſtare dicto d. Mu
lieris quæ in iudicio conſtanter negauit, an
Adulter dicatur excolpatus & exoneratus ſuf
ficienter à dicta imputatione adulterij, & vi-
detur dicendum quod non, quia ipſa mulier
dicitur ſocia criminis, & tractandum ſe exone-
randa, & ſicuti teſtis in ſua cauſa dicto non de-
ſto, non facit fidem, præſertim ſi vltra querelã
aliud obſtet, & de conſenſu partium, non ſit
receptus, vt ſtandũ ſit dicto d. vxoris. ſic quod
Iudex debeat ei ſimpliciter credere nec, pro
nec contra maritum, non eſt iure cautum, vt
ſentiunt ſupradicti. Doct. d. l. 2. & in l. etiam. C.
de teſt. & Cano. in d. c. literis. extra eo. de teſt.
Hip. pract. cri. §. reſtat. n. Sed quia mulier non
eſt accuſatrix, immo per uim dicatur, vt quere
la cognita, talis exculpatio ſimul cum proba-
tione quod accuſatus ſit bonæ vocis & famæ
prodeſt ad liberandum inculpatum. ſecus vt
mox dictum eſt, ſi vltra querelam. eſſet etiam
aliquod inditium, natura probatio bonæ fa-
mæ non eſſent ſufficiens ad liberandum incul
patum. maxime in huiuſmodi delictis quæ oc-
cultè fieri ſolent. Cla. §. Adulterium. dixi ſup.
par. antecedenti n. 189. & vi. Alex. con. 24. ſub
nu. 15. vo. 2. An ſuper adulterio tranſactio fiat
vi. Decia. lib. 3. tit. Pactum & tranſactio c. 34.
n. 31. tom. 1. & infra dicam de Brachio Reg. in
4. par. Sed quid ſi uxor nedum negauit, uerum
dicat fuiſſe cognitam carnaliter de eius bona
uoluntate & non per uim, ut in querela? dico
quod tollitur illa qualitas per uim, & ſolum
remanet probatum ſimplex adulterium à
quo non excuſatur. Marant. diſput. 57. nu. 5.
maxime quando maritus reuocãdo iniuriam
ad ſe accuſat, quæ ſibi dicitur facta, nec per cõ
ſenſum uxoris fit remiſſio, quia uir eſt caput
mulieris. late Guglıel. Bened. in c. Raynutius.
uerſ. cuidam Petro tradiderunt. ſecunda par.
n. 41. & 45. & quando uir reuocat ad animum
ſuum iniuriam & querelat Adulterum, & exo
nerat uxorem propter illam clauſulam, quod
per uim cognita fuerit, Hoc aliud non eſt, ni-
ſi cornua oſtendere. & ideo, mulier affectat il
lud uerbum per uim. & teſtes circa uim poſ-
ſent faciliter ſe decipere, quia uſus mulierum
eſt, exterioribus fictionibus oſtẽdere ſe pudi
cas, licet interius diligant quod foris deſpue-
re uidentur. & propterea nulla tam fatua erit
quæ adulterium fateatur in iudicio, ut rẽ gra-
tam faciat uiro; quia ipſa luet pœnas. de qui-
bus dixi ſup. nu. 186. in præcedenti par. & tot.
tit. ad leg. Cor. de Adult. & Clar. d. §. Adulte-
58 rium Sed ad rem, omnes in hac materia ſcri-
bentes uelle uidentur, quod ubi aliter ueritas
haberi non poſſit, tunc uterque ſit admittẽn-
dus,

Digitized by Google

dus, nam pro quam contradicto ca. primio. &
cap. cum peruenerit. de teſt. cog. l. quoniam. &
l. ſi quando. in princ. C. eod. Alberic. in prima
parte. n. 5. Spec. §. 1. verſi. quid ſi aduerſarius
& in repert. n. 91. lit. Q. quamuis in §. de com-
pulſione teſtium ipſe Spec. contrarium vide-
tur ſentire, ſed non ſine magna vrgēte neceſ-
ſitate, ipſe tales admitterem. & ſi admitteren-
tur, eſſent admittēdi pro teſtibus, & informa-
tionibus leuibus, & adminiculationibus ad
aperiendam iudici viam, vt ad alias legitimas
informationes deuenire poſſet, vt tenet Blan.
in repet. l. fin. n. 722. ff. de quæſtio. Floer. in ſua
59 practica crimi. verſ. capiat informationem. n. 18.
Sed eſt controuerſa opinio; aliqui enim volūt,
quod ij poſſint in cauſa ciuili cogi ad perhi-
bendum teſtimonium, ut in cauſa criminali,
quod non poſſint cogi, ſed tantum admoneri,
ſecundum Cano. in cap. ex parte, extra eo. verū
tum interpretum ciuilis iuris ſententia eſt,
quod non ſint vllo modo cogendi, per tex. in
l. etiam. C. eo. & ibi glo. & Bal. & alij, quā opi-
nionem tenere ſicuti peccatum non eſt, iam
etiam tutius agetur, ea ratione; quia multum
poſſet inter eos amor, vel odium, vt dixi; &
ita habetur per Angel. de Peruſ. eod. tract. n.
26. Ant. Gomeſ. in cap. 11. delictorum. nu. 25.
vbi inter alios diſtinguit, quod ad defenſam
poſſunt compelli, tenet etiam Bal. in rub. ff. de
teſt. cog. tit. ſi. ad offenſam autem minime, &
Bal. diſtinguit inter cauſam criminalem, & ci-
uilem, ſed Spec. aliam tradit diſtinctionem, &
dicit aut alter coniugatorum meticuloſus eſt,
& tunc compellitur, aut potens, & audax, &
nō compellitur. ſed re vera mihi videtur, hoc
eſſe Mariam Rauennis quærere, cum nec ſpō-
tè, nec coactè debent admitti, niſi valde ma-
gna vrgente neceſſitate, in illis ſcilicet caſibus
in quibus, propter enormitatem delicti, etiam
ſuſpecti admittuntur, quos recenſet Clar. dicto
§. fi. quæſtio. 24. ſciendum eſt, vbi citat Ant. de
But. in c. 3. lo. de probat. dicentem, hoc habe-
re locum, quando veritas, neque actu, nec ha-
bitu aliter haberi poteſt, vnde notatur, quod
non ſufficit, veritatem aliter haberi nō poſſe,
ſed oportet apparere, quod niſi per huiuſmo-
T di teſtes, aliàs inhabiles haberi non poſſit. vi.
Capell. toloſ. q. 3. vbi videtur tenere quod ma
ritus admittitur contra vxorem. vi. Addit.
161. & Bal. & Doc. in l. parentes. C. de teſt. vbi
in ijs in quibus fides domeſtica non eſt ſuſpe-
cta, vt in actibus voluntariæ iuriſdictionis, iſti
& ſimiles poſſunt eſſe teſtes. & quod dictū eſt
de vxore, idem dicitur de ſponſa Albe. de ma-
let. co. tract. c. 2. n. 3. Gabr. com. concl. de teſt.
concluſ. 16. Maſcat. de probat. concluſ. 1420.
lib. 3. idem in omnibus alijs qui amore carna-
li nimis aſtricti ſunt, vt de Concubinatijs, &
Amaſijs. & Bal. & alij in d. c. in literis. extra de
teſt. Maſcar. de probat. concl. 533. n. 8. lib. 3. &
ſicut ex cauſa nimij amoris repelluntur, ita, ſi
facta erit ſeparatio thori, quia odium inteſti-
num oritur. vt ſup. dixi. Quiſnam profecto eſ-
ſet, qui in teſtem, vel pro, vel contra virum, ea
rum produceret vxorem, & econtra, & quod
dictum eſt de vxore, ampliatur etiam proce-
60 dere in ſponſa. Alberic. eod. tract. n. 3. par. 1.
Bal. in l. etiam. C. eo. quæ ampliatio extēditur
ad eam ſponſam, quæ de recenti matrimoniū
61 conſummauit, & quamuis idem de concubi-
na videtur teneri magis communiter, nihilo-
minus propter amorem laſciuum, & infamiā,
non ſunt idonei teſtes, niſi in illis caſibus, in
quibus ad faciendam aliqualem informatio-
nem, & in ſubſidium admittendos eſſe dicta-
Y ret neceſſitas, vt in crim. læſ. maieſt. hæreſis, &
ſimoniæ, per Clar. vbi ſup. q. 24. verſ. ſciendū.
& per text. in cap. tanta. & cap. licet extra de
ſimo. Alex. conſ. 112. n. 12. vol. 1. vbi de meretri
ce loquitur. in contractibus verò & in vltimis
voluntatibus eſſent tanquam teſtes in cauſa
62 propria, ideo nullo modo adhibendi per ſu-
pradicta. Sextò, quæro nūquid ſocer, pro vel
63 contra generum teſtis idoneus ſit, & econtra,
quandoquidem loco filij gener reputatur. l.
qui parentes. ff. ſolut. matrio. Maſcar. de pro-
bat. concluſ. 839. vo. 2. quo in caſu diſtinguen-
dum eſt, aut quæritur nunquid ſponte alter
horum poſſit perhibere teſtimonium, aut nun-
quid cogi poſſit, vtilis eſt quidem caſus diſtin-
ctio. nā cū nō poteſt cogi, conſequēter nec
debet inuitus admitti, niſi pœnitentia, & ſi
producatur, nec à parte oppoſita, ſi nihilo-
minus debet admitti, & in hoc iudex defe-
ctum partis nō ſupplet. vi. infra n. 118. lit. M.
at ſi poſſunt cogi, & aduerſarius opponat, eo-
rum dictum non tenet, quia iſti comprehen-
duntur ſub diſpoſitione dictæ l. legē Iulia. vbi
glo. & in l. inuiti. ff. eod. vnde idem iuris eſt de
64 ſocero, & genero, quod de patre & filio; glo.
d. l. teſtis. ff. eod. Bart. in d. l. qui teſtamento. §.
quicunque. de teſta. & eſſe commu. opinionē
teſtatur Felynus. in literis. extra. eod. Ancha.
conſ. 63. col. 3. ſed mortua filia fortè admitte-
rentur, tanquam medio adempto. ar. à cau-
ſa ceſſante, & per ea, quæ tradit Bar. in d. l. etiā
65 n. 5. C. eo. Nec vllum eſt dubium, quod mor-
tua filia, amor ſoceri erga generum valde di-
minuitur, propterea quod ſtatim deuenitur
ad materiam inforciati, in titulo ſolut. matri.
vel ſi moriatur filius, ſocer cadit ab amore nu-
rus, præſertim quando ad ſecundas conuolat
66 nuptias; hinc eſt quod mulier tranſiens citò
ad ſecundas nuptias, alī non debet in domo
viri defuncti; ſed ſtatim atque ſecundo viro
nupſit, eijci debet de domo primi viri, & alias
olim propter hoc patiebatur pœnas, de qui-
bus text. & Doct. in l. prima & ſecunda. C. de
ſecun. nupt. hodie verò ſunt ſublatæ per ius
Cano. cap. fin. extra. de ſecun. nupt. in hoc au-
67 tem non inuenitur correctum. Quinimmo fa
uore matrimonij, & vt matrimonio facilius
coniungantur, adſunt ſtatuta in multis parti-
bus Italiæ, præſertim Papiæ, de locris matri-
monialibus, quibus cauetur mulieres ſecundo
viro nubentes, poſſe totam dotem dare, nec
teneri relinquere filijs primi matrimonij
quidquam, de cuius ſtatuti intelligentia, vide
Bart. in l. hac edictali. C. de ſecun. nupt. Rom.
conſ. 44. Soc. conſ. 52. vol. 3. conſ. 35. volum. 4.
Phanut. tract. de lucr. dot. glo. 5. Craſſ. vlt. vo-
lun. §. ſucceſſ. ab inteſtato. queſt. 37. Cephal.
con. 229. Iaſ. & Dec. in auth. præterea. C. vnde
vir, & vxor. Quid de priuigno contra Nouer-
V cam & è contra, iſti non debent admitti vllo
modo, nam ſunt peioris conditionis ad inui-
cem fratribus. Bal. in l. affinitatis. C. commu.
de ſucceſſ. & mortuo communi Patre diſſolu-
ta dicitur affinitas, immo etiam in vita patris.
Vnde dici ſolet Cornix albeſcit quando ſan-
cta Nouerca quieſcit. vt notat. Borg. tract. de
Vſufr. mul. relic. nu. 138. fo. 325. & in tantum
eſt

Digitized by Google

eſt verum quod Priuigni dedignantur voca-
re Nouercas per nomen venerandum & ho-
norabile (vt decet etiam filios erga Matrem,
licet priuignos) quia honor eſt honorantis, &
eo magis quando Nouerca eſt vxor viri ex-
celſi & perſonæ egregiæ, vxor enim radijs vi-
ri illuſtratur. Menoc. de Arb. iud. caſ. 70. Dec.
in l. femine. nu. 7. de reg. iur. tex. in l. mulieres.
de dignita. lib. 12. & vxor Doctoris & Militis
debet Domina appellari vt inquit Dec. vbi ſu.
Hodie contrarium compertum eſt. Nam Pri-
uigni Ancillas vocant Dominas, & Nouercas
abſq; vllo honore ſed ſimplici nomine. vnde
verſus, *Canis Priuigno latrat. dum Cata pelle nō
valet*. & redeundo vnde digreſſus ſum, teſtes
conſanguinei non admittuntur niſi quando
veritas aliter haberi non poſſit ab alijs non
conſanguineis, item in omnibus caſibus crimi
num exceptuatis & in caſibus atrociſſimis,
Item ad defenſam. ſecundum Clar. d. §. fin. q.
24. verſ. ſciendum. verſ. ſcias. & verſ. vide etiā.
& in hoc multum verſatur religio Iudicis ſi-
cut in tota iſta materia. Nam quandoque quis
eſt conſanguineus (ſed remotus valde) & quā
doq; plus operatur bonus amicus quam ma-
lus conſanguineus. Item probitas & integri-
tas conſanguinei vel affinis poſſet eſſe tanta,
vt abſorbeat omnem ſanguinem aut parente-
læ ſuſpitionem, & vi. ſup. in 1. par. circa fin.

68 Septimo, quæro an ſocius criminis, pro ſocio
teſtis eſſe poſſit, & regulariter dico non poſſe.
tex. eſt in l. fin. C. de accuſat. in ca. nemini. 15.
quæſt. 3. & eſt communis opinio. teſtatur Ant.
Gom. trac. delictorum. Tom. 3. cap. 12. nu. 16.
car. mihi. 366. vbi ait in fi. d. num. 16. quod in
illis delictis, quæ veriſimiliter non poſſunt cō-
mitti abſq; ſocijs, tunc ſocius criminis poteſt
teſtimonium perhibere. per l. prouinciarum.
C. de fer. vbi glo. & Doct. communiter in d. l.
fin. quæ ſupradicta regula fallit pariter in cri-
mine læſæ maieſt. cap. 1. de confeſſ. Item in cri
mine hereſis. c. 1. & c. in fidei fauorem. de hæ-
ret. lib. 6. item in crimine falſæ monetæ. l. 1. §.
1. C. de fal. mon. item in crimine ſimoniæ, eſt
gl. in c. 2. de teſt. vnde verſus.

Per teſtem ſocium ſceleris ſimonia probatur.
Muneris, & ſceleris teſtis ſocius reprobatur.

Concubinarij in cauſa concubinę nullo mo-
do teſtes ſunt idonei. Sed deſeruiunt in crimi-
nalibus quando contra concubinam vel con-
cubinarium ſuum vel aliorum ſolūmodo ad
aperiēdam viam Iudici ad indagādam verita
tē ad fauorē & defenſā teſtātur is eſt vnus de
illis caſibus in quib. fallit. reg. fauorabiliores.
ex quo ſunt criminoſi, & peccatum, & amor
excęcat illos. etiam quod eſſent nobiles. vi. Fa-
rinac. q. 56. nu. 284. vſque ad nu. 288. & ſup. in
ver. criminoſi. Et vide Alber. eod. tract. nu. 65.
cap. 4. car. 403. vbi inquit ſocium criminis ad-
mittendum, ſi ſit ſocius tantū criminis, & non
X muneris, concurrentibus alijs adminiculis, &
quando veritas aliunde haberi non poteſt. at
ſocio Mantuæ creditur ad conuincendū ſtan-
te ſtatuto. ſub rubr. de probat. ſtat. 9. Marſ. in
rubr. de fideiuſſ. nu. 369. Viui. co. op. nu. 264. &
quod in alijs criminibus ſocius criminis, non
eſt interrogandus de alio ſocio, quia alias nō
eſſet ei credendum, quod eſt notandum, quia
ſæpenumero euenit, in teſtem dari ſocium ſo-
cij criminis, cuius dicta totam fiſci intentio-
nem deſtruunt. & tradit ipſe Alberic. formam

69 qua ſi accuſatus vult opponere contra alios
conſocios criminis poteſt ei reſponderi, dico
vos non poſſe probare contra me; quia tale
crimen commiſiſtis, de quo nunc agitur, & of
Y fero me probaturum. dicam infra. practica
autem quando examinantur ſocij criminis, vt
in principio præcedat in ſcriptis proteſtatio
videlicet quod quis examinetur tanquam te-
ſtis quo ad alios, & principalis quo ad ſe: &
ſub ſimili forma debet iuramentum præſtari
de veritate dicenda tam pro ſua cauſa quam
tanquam teſtis contra alios, alioquin ſi ſimpli
citer iuraret, non probaret quo ad ſocios no-
minatos. Marſ. pract. §. Diligenter. ſub nu. 66.
verſ. modo in propoſito. Eſt etiam no. quod
perſona leuis infamata poteſt conuinci à So-
cijs criminis ſi ſint concordes. vt puta duo pu
blici latrones contra ęque publicum latronē,
Gom. c. 12. n. 18. alioquin ſi diſcordarent om-
nes, etiam quod eſſent centum non faciunt
niſi vnū inditium [illegible] pract. cri. in c.
frāgens pacem. n. [illegible] & [illegible] ad hoc vt cō
tra alium Socium [illegible], ſunt recipien
di cum tortura. Boſſ. tit. de indic. ante tortu.
n. 151. Clar. §. fi. q. 21. verſ. [illegible] & q. 25.
ver. 1. & ſeq. & dicam infra nu. [illegible] & vi. Soc.
Reg. 517. fall. 3. Etſi faciunt inditium ad tortu
ram, non tamen ad condemnandum. Salv. in
l. fi. C. de Accuſat. Dec. conſ. 189. lætatus ſum.
quod Marſ. adducit. d. §. Diligenter. n. 68. & n.
554. vbi ſi ſocius non ratificat ext. torturam
non facit inditium. Gomeſ. var. reſol. tit. de
Delic. c. 3. ſub nu. 58. d. c. 11. n. 16. & ſocius cri-
minis poterit torqueri etiam quod pœna eſſet
pecuniaria. vt in 3. par. n. 141. In cauſis autem
ciuilibus ſocius poteſt pro alio teſtificari, qd
intellige vt per Spe. in §. 1. verſ. quid ſi. & Are.
conſ. 61. in cauſa. latiſſimè Farinac. tract. crim.
q. 43. per to. vo. 2. Chircoui. com. opp. conclu.
38. 39. & 40. Cent. 1111. & in Criminibus ex-
ceptis admittitur Socius criminis etiam ſine
tortura. Maſcar. de prob. concluſ. 857. n. 8 &
33. lib. 2. vbi loquitur in crimine Hereſis. ſed
tutius eſt adhibere torturam maxime huiuſ-
modi ſceleſtis hominibus. Ploc. in l. ſi quando
n. 144. verſ. ſocius. & in materia furti ob huius
delicti frequentiam fur facit inditium contra
furem vt ſup. de publico latrone. & vi. inſta in
5. par. ſub. n. 43. lit. F. vi in hac materia Socij
criminis. Baiar. ad Cla. §. fi. q. 21. verſ. ſed pone
vbi plures allegat. & omnino Maſcar. de pru-
bat. concl. 1311. & 1357. vo. 3. & in materia
falſæ monetæ vi. Decia. tract. cri. tit. de atro.
ſing. c. falſ. ma. ca. 24. ſed de conſuetudine fa-
cit inditium, Bene verum eſt, quod ab iſtis
cōſocijs criminis abſentibus peti ſolet ſaluus
70 conductus, qui publica fides dicitur, & iudex
pro veritate habenda illum cōcedere poteſt,
per Bar. in l. is qui reus. de publ. iud. quod in-
telligendum eſt, vt per Saly. in l. indulgentiā.
C. ſi u. paſſ. qui dicit tunc concedi debere, quā
71 do iſte ſocius adhuc non eſt bannitus, aliàs à
Principe tantum conceditur, quia iudex fun-
ctus eſt officio, & iuriſdictione ſua, quo ad il-
lum, & ita tenet Boſſ. in tit. de citatio. n. 39. &
in tit. de remed. iuſt. contra ſent. n. 58. dicam.
infra in tract. Brachij Reg. nu. .. conceduntur
pariter iſti ſalui conductus alijs etiam, qui nō
ſunt conſocij criminis, ſed propter aliud ſunt
contumaces, de quo vide Claud. tract. clauſul.
clauſu la nihil innouari ſi. cuntate pendente

& Arg.

& Ang.in l.vtimur.ff. de ſepul. violat. & licet
ſaluus conductus non deberet concedi cum
alterius damno,vt in l. 2. §. ſi quis à principe.
ff. ne quid in loc. publ. tamen non ſeruatur,
vt inquit Mar. Laud. in tract. crim. læſæ ma-
73 ieſt. quæſtione 6.vbi etiam dicit, quod fran-
gens ſcienter ſaluum conductum tenetur leg.
Iul.maieſt. & ad hoc vide Hipp. Bonacoſſ. in
ſuis quæſtio.crim.in verb.ſaluusconductus.&
Menoc.de arb.iud.caſ.336.337.& 338.vbi la-
tè & nouiſſime in practica.& vide Iulium Ho
rium à Sancto Geminiano in quodam ſuo cri
minali opuſculo.fo. 76. vbi ait, quod debitor
fiſci ad perhibendum teſtimonium præſumi-
tur habere ſaluumconductum, quod re vera
non eſt in practica receptum, nec Glar. ab eo
allegatus.q.32.verſ.tu ſcis.& q.34.ver.allega-
tur.hoc dicit, caueat igitur teſtis debitor, vel
Bannitus,aut delinquens de non comparẽdo
abſq; ſaluoconductu expreſſo,à Principe, vel
à iudice obtento,iudex enim cõcedere poteſt
teſtificari ſaluumconductum.C.hortamur. 4.
q.9.& vi.D.Menoc.de ar.iud.q.81.& caſ.337.
& Magalor. in ſuo tract. de ſaluoconductu.
74 Octauo,quæro an infamis infamia canonica,
hoc eſt ille qui eſt in peccato mortali poſſit
eſſe teſtis,& glo. in l.3.§.lege Iulia. ff. eod.tit.
noſtro,tenet quod non,quæ communis vide-
tur,per Io.Crot.eod.tr.n. 50.& quattuor per
eum recenſentur opiniones, tamen ex gene-
rali abuſu admittuntur à conſuetudine, quod
vere non eſſet concedendum,vt tales verecũ-
dia tacti emendarentur abſtinentes à malo,
75 & facerent bene.vt iura omnia volunt, & no.
glo.in l.iuſtitia.§.iuris præcepta,de iuſt.& iu.
nec ſufficit eligere bonum, niſi etiam ample-
ctatur iux.illud Ouid.Metamorph. & cũ quis
ſaltem nomine Chriſtianus reputatur, nõ eſt
credendum, quod nunquam conuerſus ſem-
per in peccato mortali exiſtat. intellige de
corrigibili & pęnitente,ſecus in ſolito pecca-
re,vt de eo qui eſt ſolitus litigare.3.q.5.c.quia
ſuſpectus. Caſſa.conſuetu. Burg. tit. des iuſti-
ces.§.fi.n.9. & ſubintelligitur quando veritas
aliunde haberi poteſt,& quando eſt diffama-
tus,tanquam publicus peccator,verum eccle-
ſia ſancta orat pro humana fragilitate. vt in
76 lib.Macab. In dubio.n. quilibet præſumitur
bonus.vul.tex.l.merito. ff.pro ſoc. & nullus
præſumitur immemor ſuæ ſalutis. no. in l.vl-
tima.C.ad leg.Iul.in l.repet. At aſſeſſores be-
ne interrogant teſtem,ſi eo anno fuit confeſ-
ſus peccata ſua, at ſi reſponſum acceperint,
quod non, per hoc circa dictum vim non fa-
77 ciunt, quod non laudo, ſi verò reſpondetur,
quod ſic,tunc talis, à tali infamia canonica
purgatur,quia angelicum eſt emẽdare. aliqui
volũt hoc onus potius eſſe iudicis eccleſiaſtici
iux.illud,elegi vos de mũdo,vt curam habea-
tis,& fructum faciatis,ſed quo ad propoſitum
78 noſtrum qui teſtem vellet arguere de pecca-
to,prius lapidem accipere deberet, cum ne-
mo ſine crimine viuat,no.glo.in verſi.conſtãs
Inſtit.de iuſt.& iu.& habetur apud Ioan.cap.
8.& facit illud vulgare, carere debet omni vi-
tio,qui in alterum paratus eſt dicere & quãuis
opinio Cano.in cap.ſuper eod.tit.& in ca. te-
ſtimonium.extra eo.ſit,quod tales infames re
pellendi ſint à teſtimonio, tamen vt dixi gene
ralis abuſus eos non repellit. aliqui etiam vi-
dentur facere differentiam inter peccatum
mortale continuum,& frequentatum, & non
cõtinuum,puta lapſum propter fragilitatem,
vt Felyn.in cap.inquiſitionis.n.14.de accuſat.
79 quem refert Clar.§.fin.q.24.verſi.quæro nũ-
quid, mihi videtur bene loqui in primo caſu,
propter malum habitum hominis obſtinati,
80 qui omnino eſt reijciendus à teſtimonio, in
ſecundo caſu,quia humanum eſt peccare, fra
gilitas eum excuſat,& per hæc ſemper animũ
ſuum mouere debent iudices in quolibet ca-
ſu,& quibuslibet perſonis, an ſcilicet ſint ſo-
litæ delinquere,peccare, & deierare. Nono,
81 ſequitur videre an infamis infamia iuris in te-
ſtem ſit admittendus,& dico, quod regulari-
ter,nec in ciuili, nec in criminali admittitur,
facit primo tex.in l.prima.ff.de iis qui not.in-
fa.& communem hanc opinionẽ firmat Clar.
§.fi.q.24.verſic. item infamis, nepos à mont.
Alba.eodem trac.n.24.quæ procedit quotieſ-
cunque aliter veritas haberi poteſt, ſecus in
ſubſidium admitti debere, inquit Bar. in l. 1.
C.de ſum.trinit.& fide cath.in criminibus au-
tem læſæ maieſt.hęres.& ſimo.indiſtinctè ad-
mittuntur.in cæteris non admittuntur niſi cũ
82 tormentis.vt infra n.97.per Boſſ.in tit. de tor
tura teſtium,n.3.quicquid dicit And. Barbat.
eod.tract.n.15.cum ſeq. ſed ſi ob vnicum de-
lictum,quis ſemel cõdemnatus extitiſſet, hoc
in caſu rigor non eſſet ita ſeruandus. ar.quod
dicitur de fure,qui ob vnicum furtum non de
bet ſuſpendi, ita breuiter apud Aug. ad Ang.
83 de malef.in ver. & veſtem cœleſtem. hic eſt,
quod pro leui iniuria,quis non infamatur, ſi-
cuti per grauem. quæ opinio communis eſt.
Apud Fely.in ca.cum tu.n.9. de re iud. & tex.
in l.ſcio,ff.de in integ.reſtitu.& in omnem ca-
ſum hoc iudici relinquitur conſiderandum,
qui iudex non curat de minimis. ſed mira vi-
84 detur alia limitatio,ad ſupradictam regulam,
quæ limitatur non habere locum, quando in-
famis contra æquè infamem admitteretur, &
excommunicatus contra excommunicatum,
& criminoſus contra criminoſum.ita dicente
glo.in l.tertia.§.lege Iulia.ff.eo.& multa dicit
Iaſ.in l.1.ff.de fer.& Marſ. in ſing. 112. incip.
in ore duorum.mihi autem videtur cum turpi
turpia quærere, iux. illud nil Iudæus iudæo,
nil doloſus doloſo l. ſi diuus. ff. de dolo. facit
Vulp.conſ.84.n. 5. cum in propoſ. De Brach.
Reg.in ver.Reconuentio par.1.& 4. & eſt de
inimicis vindictam inimicorũ facere:vel iux-
ta illud ait latro ad latronem. ſed veritas eſt
inueſtigãda, amanda & ſperanda in Delictis.
Marſ.pract.§.2.q.n.15.& 16. Nam veritas eſt
mater iuſtitiæ vt inquit Bar.in l.libertini.ff.de
ſtatu.hom.vi. infra par.5. ſub nu.241. & ideo
opinor magis veram ſententiam eſſe in con-
85 trarium,vt tenet glo.in cap.teſtimonium.ex-
tra eo. & ratio eſt, quia iudex quantum fieri
poteſt,debet inueſtigare veritatem,non à per
ſonis maleuolis, & infamibus, nec ſuſpectis,
ſed à fide dignis.ſecundum omnes criminali-
ſtas,præſertim Angel. de malef. in verb. hæc
eſt quædam inquiſitio. & ibi Gand. in verſic.
non quidem à maleuolis.pract.Pap.in for.in-
quiſitionis. eodem verſic non quidem,& Cla.
§.fin.quæſt.6.verſic.amplius. & verſic. ſeq. &
ſimiles infames iudex ex officio, parte non pe
tente, repellere poteſt.glo.in cap.nulli. extra.
de accuſat. Franc.Cur.eod.tract. concluſ.24.
Innoc.in cap.primo.extra de crim. falſ. quod
intelli-

Digitized by Google

intelligendum,ſecundũ ea quæ ſupra dixi. nu.
77. cum ſeq. verum odio malorum hominum
poſſet tollerari quod infamis cõtra infamem
admittatur. &ſi princeps reſcripſerit quod in
inquirenda veritate procedatur, nulla iuris ſo
lemnitate ſeruata, tunc infamis infamia iuris
admittitur. Abb.in capit.dilecti.num.6.de iu-
dic. Idem ſi dixerit remota ſolemnitate facti,
infamis facti admittitur, ſed ſi dixerit proce-
datur abſque ſolemnitate iuris & facti,tunc in
famis iuris vel facti admittitur. vi. Barto. in l.
cum lege,de teſta.vbi Gloſſ.& Docto.& Viui.
com.op.ver.infamis. Afflit. conſt. pena carc.
86 num.5.& 8. Decimo,quæro nunquid infamis
infamia facti teſtis eſſe poſſit, & ij ſunt leno-
nes, meretrices, vſurarij publici, ſerui, & ijs
ſimiles. De quibus, & infra dicetur ſub nu.97.
& tractat Farinac.q.56.nu.439. vbi de Hiſtrio
nibus, & d.quæſt. num.52. & 53. vbi de leno-
nibus, & De luxoribus,& Baraterijs conſuetu
dinarijs, & ludentibus ludis prohibitis d. q.
56.num.429.430.& 431.& ſeq.& num.57.ubi
de tabernarijs, & huiuſmodi, & Andr.Barba.
in ſuo tract.nu.21.vſque ad nu. tres recenſet
opiniones.Prima eſt Anto.de Butr.in l.ob car
men.§.pen. ff. eod. qui vult in cauſa criminali
hos non eſſe admittendos, niſi in ſubſidium,
& cum tormentis, quam opinionem teſtatur
communem Clar.d.quæſt.24. verſic. item in-
famis; ſecunda opinio fuit gloſſ. in §. ſi verò
ignon. Authen.de trien.& ſemiſ.quæ indiſtin
ctè videtur velle, quod cum tortura admitti
poſſint; tertia opinio eſt alterius glo.in l.cun-
ctos populos,vbi Bar.nu.12. & alij,C.de ſum.
trinit. & fide catho. ex qua ſimpliciter admit-
tuntur; quarta opi.fuit eiuſdemmet Barba.&
mouetur per gloſſ.in l.Caſſius, ff.de ſenato.&
per alia iura, & dicit, quod in cauſa ciuili ſint
repellendi,& hanc opinion. dicit tenere anti-
quos,& mod.Docto.vt ibi per eum.nume.25.
Quæ quidem opinio eſt contraria opinioni
Spec.in §.primo,verſi. item quod eſt infamis,
& pro quo vti patre practicæ teneo, coadiu-
uante doctr.Bart.§.2.in authent.de teſt.qui di
cit, & ſi de iure ciuili repellantur, tamen ius
Cano.tenet non eſſe repellendos,tam in ciui-
li,quam in criminali cauſa ciuiliter intentata.
per tex.in cap.teſtimonium,cum glo.eod. tit.
noſtro; quinta op.fuit Card. qui negat vtro-
que caſu eſſe admittendos, vt idem recenſet
Barba.ſub num.19.ſexta op. fuit Cyn. & Alb.
per l.primam, C.de ſumm.trin.& fide cathol.
dicens eos repelli à iudicando, non autẽ à te-
ſtificando; ſeptima op.fuit quorundam Doc.
quos refert Ant.de Butr.in dicto cap.teſtimo-
nium. extra eo. diſtinguentium, aut infamia
ortum habet à delicto de quo conſtat,& tunc
non admittitur infamis, aut traxit originem à
carceratione,vel a iudicis repulſione, & tunc
in ciuili tantum admittuntur. octaua opi. fuit
Bal.in d.l.prima,C.de ſumm.trinit. & fide ca-
thol. qui vult non eſſe admittendos, propter
infamiam, quæ ipſo iure cadit in homine, &
hoc in ciuili cauſa; ſed in criminali, tenet eſſe
admittendos,nõ vt teſtes idoneos,ſed ad ape-
riendam iudici viam,quando aliter veritas ha
beri non poteſt, quę quidem opinio de iure
procedit: de conſuetudine aliter obſeruatur;
quia nõ attenduntur huiuſmodi ſubtilitates
nec in ciuili,nec in criminali, licet veritas ali-
ter haberi poſſit, ſed ad coadiuuandum dicta
aliorum, & ad euacuandum proceſſus huiuſ-
modi teſtes cum tortura, video ſemper admit
ti, & ſupradictorum Doct. opinionũ quæ li-
bet fundata eſt in iure, ſed non quælibet eſt
87 tuta, nec eſt inconueniens ex multorum opi-
nionibus adhærere magis vni, quam alteri,
quando omnes ſunt diuerſæ, Bald.in cap. pri-
mo.§.iudicis.n.4.de pact.tenen.vſi.feud. & in
l.obſeruare.§.proficiſci. q.30.ff. de offic. pro
con.& legat.Abb.cap.1.nu.15. de conſtitu.&
88 vide Soc.reg.415.qui vult hos in quatuor ca-
ſibus eſſe admittendos. primo.in crim. læſæ
maieſt. ſecundo quando infamia alterius eſt
detegenda.tertio cum à ſuperiore eſt diſpenſa
tum.quarto in ſubſidium cum tormentis,quo
rum caſuum meminit in propoſ. Menoch. de
arbit.iud.quæſt. 27.n.7.& ibi allegat Soc. reg.
416.punentem affirmatiue, quod infames in-
diſtinctè admittantur, & quomodo procedit
declara,vt ibi per Menoc.d.quæſt.27.Ipſe au-
89 tem has ponam recollectas conſiderationes.
Primo, conſiderari debet qualitas cauſæ, an
grauis,vel leuis ſit,qualitas negotij, an pericu
lum ſit in mora, ſi per tales infames teſtimo-
nium non perhibeatur, an huiuſmodi infa-
mes examinentur ex officio, vel ad inſtantiã
partis,an in præparatorijs,aut in præparato,
& an tales ſint notorij infames, vel eorum in-
famia apud paucos innoteſcit, & an ex loco,
& conſuetudine, tales neceſſario admittun-
90 tur,quoniam illa conſuetudo,quæ in vna pro
uincia eſſet mala,in altera videtur fortaſſe bo
na & approbabilis, vt eſt in ciuitate Ianuæ, in
qua videtur permiſſum,quod iuuenes maſche
rati alloqui poſſint cum qualibet ex mulie-
ribus, per ſpacium duarum, & trium hora-
rum. quid dicant modo, ipſi ſciunt, & Deus
ſcit. tamen paulatim abijt in deſuetudinem
auxilio Diuino. at mala conſuetudo excuſat.
Lodo. Ro. ſingu. 20. incip. conſuetudo,
Marſ. practic. 9. quoniam numero.97. tamen
ſi excuſat, non eſt obſeruanda, contra bo-
nos mores. Nam iudex qui teſtes recipit cun-
91 cta rimare debet,& ſi ei videbitur eos admit-
tere, & non admittere poterit. ſunt ta-
men quidam iuuenes ſanguine nobiles,qui ni
mia laſciuia ducti,& à malorum hominũ con-
uerſatione ſubuerſi, quandoque degenerant,
ſed pęnitentia ducti, ad bonos mores conuer-
tuntur,iſti quidem non æquè ad inſtar aliorũ
infamia notatorum ſunt repellendi, ſed eorũ
teſtimonium valere decet arg.eius, quod dici
B tur de filio prodigo, Et eſt de mente Barto.ac
aliorum.in d.l.cum de lege.ubi etiam gloſſ. ff.
de teſta. item valet dictum vnius teſtis inhabi
lis quando coadiuuatur à dicto aliorum habi
lium.l.3.de teſt.capit.fin.de teſt. cog. Gomeſ.
var.reſol.de probat.delict.capit.11.nume.21.
Ang.conſ.122.num.19.volum.4.niſi ipſo iure
repellatur,ſicut de ſtricto iure tenet, Farinac.
de teſt.q.60.num.193.& ſeq.& q.62. nu. 341.
cir.fi.& per tot.illam q. & quando veritas ali-
ter haberi nõ poteſt etiam infames admittun-
tur,vt ſupra, & in omnibus criminibus exce-
ptis.Maſcar.de probat.concluſio.464.fallit in
teſte infami & pecunia corrupto.Spec.eo.tit.
§.2.ver.quid ſi recepit,quia iſte dicitur falſus,
& tenetur pœna falſi,etiam quòd pecuniã re-
ceperit pro dicenda veritate,tex.cum gl.ſing.
in l.diuus,colum.penult. ff.de re iudic. Vanti.
de nullit.ex defect.proceſſ.num.138. dixi ſup.
num.65.

Digitized by Google

num. ſexageſimoquinto,in 3.par. Teſtis cor-
ruptus non poteſt interrogari de corrumpen
te niſi in tribus caſibus. 1.in ijs quæ ſunt diffi-
cilis probationis. 2.ad inſtā: iā mādatarij uel
ſocij criminis. 3. quia agitur de æſtirpando
hoc vitio tāquam peſte publica. vt colligitur
ex Boſſ. tit. de indic. & conſ. an. tor. nu. 156.
quem refert & ſequitur D. Farinac. de In-
dic.q.45.nu.7. & alleg. ſeq.43.num. 67. & in
practica ſeruatur. Sunt etiam aliquæ perſonæ
infames non per delictum, aut per ſentētiam,
ſed ab operibus eorum. vt Lenones, Meretri-
ces, Barri, & huiuſmodi de quibus ſup. nu.86.
Item Nautæ, caupones, ſtabularij. tot. ti. naut.
caup. ſtab. contra quos ius præſumit; tamen in
ijs quę in ludo, in proſtibulo, in caupona, Na-
ui & ſtabulis geruntur, Item quando veritas
aliter haberi non poteſt, licet alibi ſecutum
ſit delictum, poſſunt in teſtes recipi. per l. quo
ties. C. de Naufrag. lib. 11. & Plot. in d. l. ſi quā
do. nu. 144. C. vn. vi. Cor. conſ. 181. viſa. in 3.
par. Fely. in c. ſuper ijs in fi. vlt. col. de Accuſa.
So. reg. 415. D. Menoc. de arb. Iud. q. 27. Marſ.
pract. §. Diligenter. nu. 124. & etiam creditur
infami qui exercet plebeium officium depo-
nenti circa eius officium. Port. concluſ. 5. lib.
1. Præterea Banniti ob turpem cauſam infa-
mes dicuntur infamia facti. Nell. de bannitis.
p. 1. 2. temp. ſub nu. 49 & 50. iſti nō admittun-
tur niſi in criminibus exceptis, læſæ Maieſta-
tis, Hæreſis, Simoniæ, & Aſſaſſinij, falſæ mone
tæ, falſificationis ſigilli principis, ac vſurpatæ
iuriſdictionis, ſed cum medela torturæ. quo
ad Bannitos & infames vt hic, vi. Farinac. de
teſt. q. 56. nu. 52. vbi de Lenone. & nu. 365. vbi
de viro qui vxori eſt leno. iſte quidem coronā
oſſiam meretur. & de alijs vt ſup. vi. eundem
Farinac. q. 56. nu. 45. & etiam q. 37. vbi late. &
de Bannitis. q. 56. num. 328. cum mult. ſeq.
vbi dicit repellendos. etiam quod in contu-
matiam ſint banniti, vel habeant ſaluum con
ductum, vel fuiſſent tolerati. & limitat non
procedere quādo examinaretur extra locum
Banni, quando ſine accuſatore ſed ex officio
eſſet bannitus. Ex quo ſi eſt perſona malæ vi-
tæ non concurro; item quando veritas aliter
haberi non poteſt. quando non contradicere-
tur. & quando eſt rebannitus & reſtitutus. ta
men dico quod ſemper bonum eſt examinare
illos ad informandam curiam, & cum alijs ad
miniculis multum operatur eorum dictum.
Sed nunquid bannitus reſtitutus à Principe
dicatur famam recuperaſſe, adeo vt teſtis ido
neus dici poſſit, videtur quòd ſic per tex. in l.
1. §. lege. de teſt. Alex. conſ. 147. n. 11. vo. 7. ve-
rum diſtinguendum eſt: aut rebannitus can-
cellatus eſt à banno, quia ſoluit pœnam, &
tunc non dicitur reſtitutus ad famam: aut eſt
reſtitutus ob gratiam Principis, tunc recupe-
raſſe famam dicitur, pulchrè Alex. conſ. 112.
vo. 2. & Nell. de Bannit. 1. par. 3. temp. Quid
ſi fuerit bannitus ex cauſa læſæ Maieſta. & po
ſtea reſtitutus. vi. Bal. in cap. licet vniuerſis. de
teſt. & Doct. in l. cancellauerat. ff. de ijs quę in
teſta. delent. At D. Sforz. Od. in ſuo eleganti
tract. de reſtitu. in integ. q. 96. art. 1. n. 7. aliter
diſtinguit, quòd ſi quis ex cauſa falſi tam fuit
bannitus, ex gratia Principis nō erit idoneus
teſtis; ſecus ſi ob aliam cauſam fuit bānitus. &
ſola cōtumacia non infamat. Vlterius ſi quis
erit infamis & inimicus etiā q̄ veritas aliunde
haberi non poſſit, non eſt admittendus teſtis,
ſed ſolum poſſet aperire viam iudici ad inqui
rendū. Boſſ. ti. de Inquiſitio. n. 55. & 56. Alciat.
cōſ. 398. Fely. in c. ſuper eo. de teſt. dixi ſup. in
prima par. n. 22. & in hac par. ſub nu. 68. Exu-
les vero in cauſa ciuili, & in loco vbi quis non
eſt exul, ſunt teſtes idonei dummodo non pa-
tiantur alias exceptiones. c. ſuper. il primo de
teſt. vbi Fely. n. 4. Bal. in l. 1. n. 17. ff. de Hered.
inſtit. Item in cauſa criminali qn̄ eſt bonę vo-
cis & famæ. vt in fi. 3. par. ſub n. 122. & vi. Cla.
in §. fin. q. 66. verſ. præterea, vbi diſtinguit. &
ibi Baiard. nouiſſime & poſtremo ſcias quod
ſi produxi teſtem infamem contra te, nō poſ-
ſum quidē repellere prætextu infamiæ illum
contra me in alia cauſa. Spec. de teſt. §. ſepe. n.
7. & ibi add. lit. C. & D. niſi poſt primam depo
ſitionem adhuc reddiderit ſe infamem ob alia
crimina. ca. quæmadmodum. extra. de iur. iu-
92 ran. & eſt pariter notandum, quod eſt diffe-
rentia inter teſtes infames, & teſtes viles; nam
infames in criminalibus cum tortura dictum
93 fuit admittendos eſſe, non idem dico de vili-
bus perſonis, quibus ex ſorte ſua, non ex ma-
lis operibus datum eſt vilia exercere officia,
ſeu artes neceſſarias, Cęphal. conſ. 238. vo. 2.
At ſi in eorum examine non ſubſiſtant, & mo
do negent, modo affirment, vel reddant iudi-
cē ambiguum adeo, quod neſcit in quam par
tē ſui dicti inclinare debeat, poterunt torque
ri iux. l. ex libero. & ibi Bar. ff. de quæſt. idem.
in l. cunctos populos. C. de ſum. trin. & fide ca
thol. Boſſ. eo. ti. de tortura. n. 2. & n. 12. vbi po
nit exemplum quot modis teſtis vacillare di-
catur, & n. 14. vbi diſtinguit inter cauſam ciui
lem, & criminalem; & qn̄ deponendum ſit ad
torturam eſt recurrendū ad eundem Boſſ. di-
centē liberum hominem non eſſe torquendū
94 niſi vacillet ſuper principali, & non ſuper
emergentibus, vt diſtinguit Bar. in l. eos. ff. de
falſ. & eſſe communem teſtatur Boſſ. ibidem,
vt ſupra n. 31. item torqueri debet, qn̄ præſu-
mitur ſcire, quod negat, & ita Bar. debet intel
ligi in d. l. ſi ex libero. tenet Soc. conſ. 235. col.
2. ſed ſi iſte teſtis caret alijs circumſtātijs ido-
neis, nullo modo facit inditium, etiā cum tor
tura. Bar. in l. 2. §. ſi quis. ff. de quæſtio. Bru. de
Indic. & tortu. q. 4. par. 2. n. 10. Fallit in Crim.
exceptis, videlicet læſæ Maieſt. Hereſ. & Sym.
falſæ monetæ, aſſaſſinij, & ſimilium, & in tan
95 tum hoc eſt verum, quod teſtis vacillans, etiā
ſi conſtitutus eſſet in dignitate, eſſet torquen
dus, vt tenet Bar. in d. l. ex libero, quem refert
D & ſequitur Boſſ. vbi ſupra nu. 4. & 5. Clar. d. l.
ex libero, & debet torqueri ſuper principali
& non ſuper emergentibus, ſecundum Bal. in
l. eos. ff. de falſ. & de cōmuni teſtatur Boſſ. de
tortu. nu. 12. vbi ponit quot modis teſtis vacil
lare dicitur. & n. 14. vbi diſtinguit inter cauſā
ciuilē, & criminalem. n. 31. & Soc. conſ. 235.
col. 2. verum ſi teſtis nolit reſpondere etiā cir
ca acceſſoria & circunſtantias, poterit torque
ri. Bal. in l. accuſationē. col. pen. C. qui accuſa.
non poſſ. & de hoc inf. dicā. & dat limitatio-
nes ad regulā, quæ vult hominem liberum nō
eſſe torquēdum. & de trac. Farin. q. 65. n. 212.
& q. 66. num. 98. & ex profeſſo. q. 79. tot. car.
391. vbi quid de iure, & quid de conſuetudine
& vide Pe. Duaren. in reg. 190. ibi decuriones
conſtituti in dignitate nō debēt torqueri, vbi
dat decem ampliationes, & quatuor limitatio
nes,

nes, hanc tamen de vacillante non ponit, ſed
non ad vnguem hæc omnia ſeruantur in pra-
ctica, partim ex paſſione, amore, aut uindicta
iudicis, partim ex qualitate perſonarum, quæ
degenerant, & partim ex facti qualitate, vnde
tu iudex roga Deum, vt propitius ſit omnibus
peccatoribus: & tu fiſcalis reſponde amen.
Non carent maxima ſuſpitione teſtes, qui per
eundem præmeditatum ſermonem reſpon-
dent verba ferè eadem proferētes, quaſi duo-
rum reſponſiones ab vno ore prodeāt. Spec.
eo.titu.§.2. Suſpecti qui verè dicuntur, in ijs
quatuor conſiſtit, vbi amor, odium, precium,
& timor militant. item ſponte ſe ingerentes
veriſimilia tacentes, aut renitentes, & mala vi
ta. Item varij, contrarij, vacillantes, præmedi-
tato eodem ſermone, aut non veriſimilia de-
ponentes, nimis, animoſe, vel per vim, & inte-
reſſati quouis modo, ſāguinis cauſa, vel amici
tia, & huiuſmodi, vt per tot. hanc prac. in di-
ſcurſu. verum viris probis, & Dei timentib. ac
vere viſu, verbo, & opere nobilib. prędicta nō
obijciuntur, & ideo in dubio ſunt teſtes ido-
nei, & omni exceptione maiores. vide ſup. an
te num. 25. verſ. & ex ijs. Et perquam maxi-
mè redditur ſuſpectus ille qui dicit ignorare
factum iamdiu ſecutum, ſed recenſet diem &
horam, cū multis circūſtantijs vbi erat, quid
fecit, quod edit & bibit, quos ſermones habuit
& cum quibus, nam licet quis non tenetur re-
cordari de tempore, ſi tamen ait non recorda
ri de facto memorando, & de non memoran-
dis adamuſſim recordari dicat, veriſimiliter
ſuſpectus eſt, dixi inf. in 5. par. n. 151. ſicuti de
eo qui dicit non recordari de facto recenti,
vel ignorare id quod omnes alij ſciunt, cum
& ipſi veriſimile ſit ſcire, vt inf. p diſcurſum
dixi, & ijs omnibus caſibus ſecundum qualita
tem facti & perſonarum poterit deueniri ad
torturam. Bru. de indic. & tort. q. 1. 2. 3. 4. & 5.
in 2. par. Boſſ. titu. de indic. & conſiderat. ante
tor. per tot. practica inueniendi veritatem in
occultis: & ſi vis veritatem inuenire contra ſu
ſpectos examinabis conſiliarium, ſuper ab eo
geſtis Domi, & foris tempore delicti, poſtea
examinandi ſunt illi de eius Domo, ac alij ab
eo nominati, & ab eorū dictis videbis, an eo-
rum depoſitiones conuenientes erunt, & ex
inde maxima īditia habebis, quādo caſus erit
difficilis probationis, occultus, & grauis, & ali
ter veritas haberi non poterit, quod in practi
ca ſeruatur. Adhibetur pariter tortura teſti vi
li, quando apparet ipſum eſſe mendacem: vt
96 in l. vnius. §. teſte. de quæſtio. Nam mendax
omnibus eſt odioſus. c. quærendum. verſ. quo
niam. 2. quæſt. 7. quod procedit in eo, qui per-
ſiſtit in mendacio, text. in l. 1. C. de falſ. quia
97 tunc concluditur falſitas. Tyn. eod. trac. cap.
2. num. 2. Item teſtis infamis torqueri debet,
quando ex ſe ipſo mouetur ſponte ad perhi-
bendum teſtimonium, quia redditur omnino
ſuſpectus, vt inf. nu. 98. Maſc. concl. 1368. vol.
3. idem ſi ſit vilis, & ignota perſona. §. ſi verò
ignoti, & ibi Bar. authen. de teſt. verſ. feſtinan
tis, & Boſſ. vbi ſupra nu. 9. ad quod videre iu-
uat pract. Stiac. in c. 16. allegat. Marſ. in conſ.
35. & Alex. conſil. 91. in 4. vol. ſed hoc in caſu
potius repellendus, quam torquendus eſſet,
niſi in ſubſidium aliquid veritati proximum
ex eo haberi poſſit, & veriſimile: nam quod veri-
98 ſimile non eſt, falſitatis imago eſt. Rebuf. eo.
tract. nu. 64. Fel. in cap. quia veriſimile. de præ-
ſumpt. ſed per hoc non plena eis datur fides,
vt no. gloſ. in l. cum probatio. ff. de probat. &
E T vnd. eod. tract. nu. 40. Plot. in l. ſi quando n.
392. Menoch. de arb. iud. caſ. 85. vbi exemplifi
cat quæ dicantur veriſimilia & quæ nō. & ve-
riſimilitudo eſt cognita naturæ Crau. de An-
tiquit. temp. par. 1. num. 213. & quod veriſimi
le non eſt ſaltem arctiores & clariores exigit
probationes. Cephal. conſil. 189. numero 40.
par. prima. text. in l. fin. ff. de eod. quod metus
cauſa: idem intelligo, quando nimis coactè ad
teſtificādum veniret: nam ea ratione, qua red
ditur ſuſpectus (ſi ſponte veniat) nō vocatus,
eadem ratione, quādo nimis coactè deponit,
eſt tex. in l. qui teſtamento. §. ſi. de teſt. Angel.
in l. fin. ff. quod met. cau. Spec. d. §. primo. nu.
97. idem ſi vocatus non expectaret iudicem il
lum interrogare, ſed feſtinanter deponeret an-
tequā ei capitulum legeretur, vt 2. quæſtio. 5.
& Caſſ. in tit. de tor. cap. 10. nu. 19. inter tract.
99 crim. diuerſo. car. mihi 416. omnia namque
extrema ſunt vitioſa. no. glo. in authen. vt de-
ter. ſit nu. circ. prin. col. 1. eſt tex. in l. ſolent. §.
fi. ff. de offi. proconſ. & legat. & ita videtur vel
le Barb. eod. trac. ſub nu. 18. in ſecunda parte
declarando Bart. in dicta l. cunctos populos.
C. de ſum. trin. & fide cathol. & in l. Caſſius. ff.
de ſenato, & ex ijs cōcludo teſtes infames in-
100 famia facti, & notatos nullo in caſu abſque
tortura eſſe admittendos, qui verò non ſunt
notorij, iſti in certis caſibus, de quibus ſupra
admittendi ſunt cum tortura, & in certis caſi
bus abſque tortura, prout negocij qualitas, &
perſonarum loci, & temporis cauſa popoſcit,
qui verò ſemel per laſciuiam ceciderunt, &
demum reuerſi ſunt (vt dicitur) ad bonas fru-
ges, iſti in omnem caſum ſine tortura debent
admitti, quamuis de eis ſcriptum ſit:

Quem ſemel horrendis maculis infamia nigrat,
Ad bene tergendum multa laborat aqua.

101 quos verſus Barb. ponit vbi ſupra par. 2. nu.
9. Qui verò ſunt viles & ignoti, ij non probat
ſiue ipſi à partibus non cognoſcuntur ſiue ip-
ſi non cognoſcant litigantes. Farin. de teſt. q.
71. nu. 31. præſertim in criminalibus, Abb. &
alij can. in cap. cum cauſam. extra de teſt. Lan
celot. de præ tor. rubr. de non cognoſcentibus
litigantes. Sed in contractibus ſat erit, ut co-
gnoſcantur ſaltem à Notario. licet Farinac. d.
q. 71. num. 52. aliter dicat. Nam conſuetudo
ſeruat quod Notarius debet eſſe informatus
de cōtrahentibus, ac de teſtibus, & ſolent No
F tarij vocare perſonas ſibi notas, Si per literas
ſubſidiales ſint examinandi, aliquando ſolent
depingi in cauſis arduis ex quo malam habēt
effigiem, & apud Hiſpanos dicitur, *Ayde puta
mala chara tiene*. pract. Stiact. c. 16. nu. 403. &
de phyſonomia, pilis, ſqualore, auribus & na-
ſo longo ac aduncis habetur inquodam paruo
tract. comp. Theolog. & tortura, eſt inchoan-
da ab eo qui eſt malæ phyſonomiæ, ſicuti ab
eo qui habet malam denominationem, Brun.
de indic. & tortu. quæſt. 5. nu. 55. in 2. par. iſti,
ſi vacillant, ſi ambigua dicant, ſi contrariantur,
tur, ſi ſponte ſe ingerant, ſi nimis coactè citen-
tur, ſique feſtinanter non interrogati reſpon-
deant, ijs omnibus caſibus cū tortura admitti
debēt. Aliàs abſque tortura poſſunt teſtimonium
perhibere, & valet eorum dictū, & ita æquitas
ſuadet, & practicatur, Quis enim eſt arguen-
dus

dus de mala fortuna, quæ ſuæ domui attulit mi
niſteria vilia, quibus in ſudore vexētur, vt mun
dare latrinas, lauare homines, ſpazzare cami-
noa, mangonizare lebetes, ſtagnare candela-
bros, reſarcire rupta, & rumpere ſolida, & de
quibuſdam alijs, de quibus no. to. tit. naut. cau-
po. ſtabula. ſi diuitum domui fortuna attulit au
rum & argentum, laudent Deum diuites, & de
eis ſoluant mercenarios, & eleemoſinam faciāt
102 pauperibus. Non & iſti viles artifices partem
ciuitatis faciunt? vt inquit Ariſt. lib. 2. Politi.
Nam ciuitas conſtat ex plebe, & populo. Inſtit.
103 de iur. na. gen. & ci. §. plebs autem. cuilibet
quærere panem datū eſt eo meliori modo quo
poteſt. Mala quidem conſequentia fuit iſta:
eſt vilis; ergo, vt infamis cum tortura debet ad-
104 mitti. quid enim aliud eſt infamia, quàm no
ra quædam malorum operum, & verborum,
vitam malam, habitu malo, quis ducena ſuſpi-
tione, & ſcandalo annexam, capit. ex litteris, &
ibi glo. de homicid. ſed vilem eſſe non refertur
105 ad malos mores, quia compatibile eſt, quem
G eſſe vilem, & probum. eſt tamen verum quod
à communiter accidentibus huiuſmodi perſo-
næ vna cum vilitate ſunt pauperes, de quibus
dici ſolet *non è virtù, che pouertà non guaſti.* Ideo
eis minus creditur. & propterea in materia pro
bationum argumentum à cōmuniter acciden-
tibus valde concludit. Bal. in l. conuenticulam,
C. de epiſc. & cler. & plura per Euerar. in ſua
Cent. loco 56. & ideo in pauperibus & vilibus
quibus regulariter non eſt credendum, fallit ſi
ſint perſonæ bonæ vocis & famæ, per ſupradi-
cta, alioquin Pauperi non datur iuramentum
in ſupplementū probationis, nec vigore ſtatuti
de damno dato, niſi expreſſe permiſſum ſit. &
multo minus pauperi creditur, quando ſua cul
pa egenus factus eſt. Bal. in l. ſi quis teſtium. ex-
ara de teſt. Pariſ. conſil. 164. nu. 2. Illuſtriſſi me-
volum. 4. Spec. eo. tit. §. 1. verſic. teſtis pauper. &
paupertas ſemper nocet. Porc. in §. ſed paupe-
res. inſtit. & Iuuenalis ſat. 3. ſcribit, *pauper pul-
ſatus rogat; & pugnis conciſus adorat.* vt etiam
trad. Bart. in l. illicitas, §. fin. ff. de offic. præſ. &
de fide danda perſonę vili bonæ vocis & probi
tatis. vi. Marſ. pract. §. Principium, num. 8. & 9.
Menoch. de Arb. Iud. caſ. 96. & de turpi perſo-
na. vi. Boſſ. in tit. de indi. ſub nu. 351. & Blanc.
de indic. num. 381. In ſumma infraſcriptę ſunt
perſonæ quæ regulariter non admittuntur in te
ſtes, niſi cum tortura, vt ſupra per diſcurſum di-
ctum fuit. Teſtis infamis, ſeu infamia iuris, ſeu
facti. Socius criminis. Teſtis varius & vacil-
lans circa ſubſtantialia. Fallit ſi ſit in dignitate
conſtitutus, quod eſt verum in alijs caſibus prę
ter exceptuatis. Perſona vilis, ſed hoc relinqui-
tur arbitrio Iudicis. Suſpecti quod nolint di-
cere veritatem. Veriſimilia non deponentes.
Lenones, Meretrices & huiuſmodi, de quibus
per Clar. q. 25. per to. vbi ait Iudicis arbitrio re-
mittendum eſſe circa modum & qualitatē tor-
turæ. vi. infra in 5. par. ſub num. 149. lit. E. & ſi
teſtis huiuſmodi plures alios defectus patere-
tur, nec etiam cum tortura ſit idoneus, vel ali-
ter habilis, quia nec etiam cum tortura ei cre-
ditur. Marſ. conſil. 102. num. 12. teſtes verò mi
nores 14. annis ferula ceduntur & manchi, ſeu
debilitati igne pedibus torquentur. Clar. §. fi. q.
106 64. & quod dixi de vili, idem cōcludo de paupe-
re, vt pulchrè explicat Menoch. de arbitr. iudic.
caſ. 96. c. 132. ſecus ſi vnà cū paupertate eſt malę
vitæ, & ita Bart. & ſequaces d. ff. 2. in authen. de
107 teſt. credo intelligi debere. vi. etiam Farinac.
eo. trac. q. 57. per to. vbi ſola paupertas non eſt
cauſa repellendi teſtem. tamen periculoſa cor-
rumpendi bonos mores, impatientibus: quiſ-
nam dr̄ diues, & quis pauper habetur apud eū-
dem Menoch. de arb. iud. caſ. 55. & 56. car. 106.
qui nēs antiquos & mod. recenſet, & qui non
hēt D. Iacob. Menoch. virum doctiſſimum, &
108 modern. multo lumine caret. recurrat ad Bar.
in l. ſi conſtante. nu. 14. vbi Alex. nu. 13. & Iaſ.
nu. 144. ſol. matr. & quæ nobilis, quæ illuſt. quæ
109 grauis perſona dicatur proſequere eundē Me
110 noch. caſ. 57. 58. & ſeq. Et quia ſuperius firma
ta eſt regula, quod nemo poteſt in cā propria eſ
111 ſe teſtis, notandum eſt, quod quatuor modis
cauſa dr̄ propria, quos no. Bal. in l. dictantibus,
C. de teſta. idem in l. omnib. vbi Paul. de Caſt.
C. eo. & vide tex. in l. 2. & ibi glo. ff. quando ap-
pell. ſit. tex. in c. biduum. verſic. in propria. 2. q.
6. Quarto an fideiuſſor pro principali teſtis eſſe
H poſſit, dixi ſup. p. 1. ſub nu. 98. lit. & re vera ubi
commodum vel incommodum ſentiret, non
eſt teſtis idoneus. d. l. nullus, ff. de teſt. & l. in
omnibus, C. eo. remotis autem ijs duobus pōt
eſſe teſtis vbi aliæ non concurrunt cauſæ ſuſpi-
tionis. Cy. Bal. Ang. Salyc. & Iaſ. in l. dictanti-
bus. in fi. C. de teſta. Marſ. in rubr. de fideiuſſo.
nu. 182. Anch. reg. q. 32. lib. 1. Alber. eo. de teſt.
nu. 51. c. 3. Nell. nu. 33. Viui. com. opi. in ver. te-
ſtis fideiuſſor. Quid de interprete? & videtur te-
I ſtis idoneus. Bar. in l. 1. §. eadem. nu. 3. & 4. ff.
de verb. obl. Alex. conſ. 179. vol. 2. Gaſpar. Ca-
ball. milleloq. 252. in prima par. vbi interpretē
ait eſſe pluſquam teſtem integerrimum ſi non
adeſt cum eo alius cointerpres. Docto. d. l. 1. de
verb. obl. Gomeſ. eo. ti. verſ. ſi. col. 3. de ver. ob.
& interpres eſt ille qui declarat verba vnius lin
guæ in aliam. Bald. l. 3. C. de liber. præter. ſed ſi
alia de cauſa eſſet ſuſpectus, vt quia affinis, vel
magis Amicus vnius quam alterius, tunc tantā
fidem non faceret. per ſupradictos Doct. vi. inf.
nu. 128. in 3. par. Quid de mandatario contra
mandantem? dico qđ ſi non accepit mandatū
ad delinquendum, ſed duntaxat fuit requiſitus,
facit inditium. ſecundū Marſ. pract. §. diligēter
nu. 37. concurrenti alio adminiculo ſicut in ſo
K cio criminis dictum eſt, quoad mandatū, non
aūt quo ad Delictu. Bal. conſ. 97. an Mandata-
rius. vi. Clar. §. fin. q. 11. verſ. dictū ſoc. j. in fi. &
verſ. ex hoc & ſic probaretur mandatū præce-
dente querela & præſumptione aliqua, vi. Gab.
com. concl. in verb. Aſſaſſinus nu. 25. in cā ve-
rò ciuili, vbi quia diceret de ordine Titij portaſ
ſe pecuniā Meuio, iſte probaret ad exoneratio-
nē debitoris, ſed ipſe remaneret illaqueatus. Vi-
ui. eo. op. in verb. teſte deponēte pro ſui exone-
ratione. Rui. cōſ. 105. n. 2. vol. 4. Alex. ad Bar. in
l. differre. lit. C. de iur. fiſc. ideo cautela erit, vt
iſte teſtis faciat prius ſibi liberationē fieri à debi
tore à quo recepit pecuniā, vt portaret Meuio.
ſed ſi detegeretur iſta liberatio videretur collu-
ſio inter mandatariū, & Debitorem, adeo quod
non faceret fidem. quicquid dicit Tho. de Plo.
ad Bar. d. l. differre. lit. D. de conſenſu aūt amba-
rum partiū non eſſet timendū. & mandatū pro
bari pōt etiam per teſtes qn̄ eſt deperditum in-
ſtrumentum mandati. Maſcar. de probat. con-
clu. 1011. vol. 2. vbi contrariam partē tenentes:
ait conſuetudine & melioribus rōnibus fulciri.
& approbari, vi. ſup. in 3. par. ſub nu. 328. lit. S.

H Vnde

112 Vnde quæro etiam, an venditor pro empto
re,ceſſionarius pro eo cui cedit , Proxeneta
pro mercatoribus , creditor pro debitore , &
huiuſmodi,de quibus Eman. Soarez. recept.
ſent.in verb.teſtis idonei.nu. 185. cum mult.
ſeq.teſtes eſſe poſſint, & econtra.breuiter di-
co,quod non niſi negocium attingat eos non
principaliter,ſed in conſequentiam. prout te-
nent Doct.communiter omnes in l.omnibus.
& in l.nullus.C.de teſt. ſimile dicitur de lega-
113 tario, in §.legatarius. & ibi pulchrè Faber.
inſtitu.de teſta. pract.Pap. in for. opp. contr.
teſt.glo.in facto proprio.Curt.d.tract.de teſt.
concl.4.Crot.n.185.Boſſ.eod.n.123.cum ſeq.
Nep.à mont.Alb.idem.num. 10. & Lanfr. de
Oria.n.66.vbi in venditore loquitur,& diſtin
guit iux.gl.in dicta l.in omnibus. aut véditor
promiſit de euictione,aut non,primo caſu nõ
admittitur, ſecũdo caſu ſic,& quomodo quis
114 dicitur ſentire commodum in conſequen-
tiam ponit Ioan.Faber.d.§. legatarius. inſtit.
de teſta.&eſt gl.in l.ſi quis ita.ff.de rebus dub.
Alex. conſ.175.col.4.vol.2.Didac. Couarru.
in pract.ca.8.Ioan.de Amic.con.8.Viui.com.
op.lib.1.op.352.&lib.2.op.293. qualiter au-
L tem probetur emptio vi. Maſcar.de probat.
concluſ.609.nu.4.& 22.vo.2.Quid de proxe-
neta,& certè poteſt ſi vult, ſed non compelli-
tur inter partes ipſas, quas concordauit tan-
quam bonus mediator , vel ad emendum, &
vendendũ , ſeu ad contrahẽdum,vel diſtrahẽ-
dum,de quo plene in authen.de teſt.§.quoniã
verò collat.7.& Nep.à mont.eo.tract.de teſt.
n.120.vbi dicit id quod verum non eſt , vide-
licet,quod non poſſit eſſe teſtis, quia pretium
accepit ab vtraque parte, quem declarat Frã.
Curt.d.tract.concl.43.n.89. vbi Bart. in l.de-
ferre.§.idem decreuerunt.ff. de iur. fiſc. alle-
gat,& declarat, vt ſupra non compellitur , ſi
ab altera tantum parte producatur , ſecus ſi
de voluntate vtriuſque. nam in ijs quæ ſunt
M voluntariæ iuriſdictionis,poſſunt partes vel-
le & nolle.l.ſicut.C.de oblig. & de proxeneta
& mediatoribus , & ſimilibus vi. Benintend.
deciſ.61. vbi fauore alicuius cauſæ priuilegia-
tæ,puta Matrimonij,dotis , & alimentorum,
admittitur illa probatio quę alias non admit-
teretur.allegat.Bar.in l.admonendi. verſ. Itẽ
quæro. quid ſi inſtrumentum. de iure iuran.
Zaſ.lib.2.reſp.2.reſp.5.num.48. Maſcar. de
probat.concluſ.1038.& ſeq.vol.2. De Proxe-
neta vi.Farinac.tract.ſuo de teſt.quæ.60. vbi
ampliat.5.modis.& limitat.19.modis.&q.63.
num.93.vbi de teſte Deponente in facto pro-
prio.Nam ijs multum fidei tribuendum eſt ſi
ſint viri probi, & non acquirant commodum
vel incommodum ob eorum teſtimonium,&
nñ poteſt veritas ab alijs haberi. De Abbate,
& Rectore. pro Monaſterio & eius admini-
ſtratore ij poſſunt eſſe teſtes , dummodo non
ſint Actores, vel ſaltem alius agat pro mona-
ſterio. quamuis dicatur in mãdato, Abbas vel
rector conſtituerunt talem procuratorẽ.Spe.
eo.§.1.verſ.ſed nunquid rector.Nell.eo.trac.
num.14. intellige quando abbas cum alijs de
Monaſterio conſtituerunt procuratorem, ſe-
cus ſi ſolus Abbas conſtituit,quia cauſa ſua vi
detur.& ideo repellitur. per l. nullus. ff. de
teſt. idem ſi ageretur cauſa menſæ ſeu de bo-
nis Menſæ , & patrimonialibus;quia puto in
ſua cauſa diceretur teſtificari.quod non licet.
Auſter.eod.tract.in primo de teſt.ſed de cau-
ſa cõmuni pro Monaſterio poſſunt. De Abba
te vi.Farinac.d.tract.de teſt.q.60.vbi ampliat
115 6.mo. & limitat alijs. 6.mo. Proſequendo
quæro etiam,an ille qui eſt de collegio, aut de
capitulo,vel de vniuerſitate, pro collegio,ca-
pitulo,aut pro vniuerſitate teſtis eſſe poſſit;&
regulariter huiuſmodi perſonæ teſtes eſſe nõ
poſſunt. ſecundum gl.in ca. perueniens. in fi.
extra eod.& in l.in tantum de rerum diuiſio.
& in l.ſecunda.ff.quod quiſque iur.& capitu-
lo quos. 14. quæſtio. ſecunda Doct. in capi-
tulo tertio, loco.de probat.quam declara pro
cedere quando ex victoria commodum ipſis
principaliter veniret. ſecus ſi in conſequen-
tiam,vt per Didac.a Couarru.d.ca.8.& Io.de
Amicis.dict. conſilio octauo , numero 30. &
Viui.com.opin.libro 1.opin.352.& lib.2. op.
293.Emanuel Soarez. recept.ſent. verſiculo
teſtes idonei. numero 110. Declara ſecundo
non procedere in ijs quæ fiunt in capitulo ,
nec ſciri poſſunt , niſi ab eiſdem inter de capi-
tulo,vt per Federic.Schenc.eo.tract.numero
29.pulchrè Menoc.de arbitr.iud.caſ.106. nu.
1.& 2.lib.2.car.139.Marſ.ſing.73.Plot. in l.ſi
quando.C. vnde vi. numero 542. Docto.in l.
quædam.§.vniuerſitas.ff.de rerum diuiſio.Fir
mia. in ſuo reperto.in ver.teſtes qui.verſi.98.
Curt.eo.tract.concluſ.3.numero vndecimo,
tex.in l.quæro.§.ſi.C.de Edic.Diui.Adri.toll.
Soc.reg.515.& teſtes de vniuerſitate ſiue lai-
ci ſiue eccleſiaſtici his duabus declarationi-
bus præmiſſis probant. ſicut de Vaſallis pro
Domino dicitur.Alex.conſ.68. viſo. numero
17.vol.2.Fulgoſ. conſilio 174. Item teſtis qui
eodem modo laborat aut conſimilem habet
cauſam repellitur à teſtimonio.cap.per ſonas.
de teſt.& in l.quoniam.C.eod.quod intelligo
quando ſuper facto in quo plures interuene-
runt , examinaretur. quia ratione commodi
vel affectionis diceretur ſuſpectus.ita Io.An.
in d.c.per ſonas.ead.ſpec.eo.tit.§.1.verſ.item
quod habere.& dic. vt ſup. in ver. ſocius cri-
minis.Verum ſi delictum eſſet diuiduum & ſe
paratum vt in pluribus deferentibus ſclopũ
contra prohibitiones, tunc admittuntur , &
de hoc vi.Alber.eo.tract.cap.quarto, vbi pul
crè.ſed in ijs quæ extra capitulum fiunt , vel
extra collegium,non ſunt idonei teſtes. Bart.
in dicta l.ſi hac lege.vbi tex.in §.qui manumit
titur.ff.de in ius voc.idem in l.in tantum. §.v-
niuerſitates.ad quem tex. omnes animaduer-
tant. de rerum diuiſ. quibus in locis dicunt
Doct.aut negocium tangit vniuerſitatem vti
vniuerſitas,& non ſingulariter ſingulos de v-
niuerſitate, & tunc quilibet teſtis eſſe poteſt:
aut tangit principaliter commodum ſingulo-
rum,de vniuerſitate , & tunc nullus admitti-
tur,quia in cauſa propria teſtimonium darẽt,
pract.Pap.d.glo. in facto proprio. Firmia. in
eius aur. repert. verſic. teſtis qui. numero 38.
vbi plene,& Franc.Curt. eod. tract. concluſ.
3.nu.11.vbi pulchrè.& Paris de Put. in tract.
ſind.ca.3. vniuerſitas.n.1. vbi dicit, quod ne-
gocium reſpiciens cauſam vniuerſitatis , iſta
116 dicitur cauſa omnium , & non ſingulorum.
Hinc eſt , quod ille qui eſt de vniuerſitate in
cauſa nemorũ non eſt idoneus teſtis.Men. de
arb.iu.d.caſ.106.n.13.car.139.fallit in probã
dis finibus,ut per Rui.conſ.vl.n.16.li.4. pro-
batur.in c.3.loco de probatio.Hier.de Mõte.
trac.

Digitized by Google

tract.de finibus,capit. 57. & 58. vi. Carpa. ſuper
Statu Mediol. capit.87. par.1. vbi aliqua addu-
cit in propoſito. In cauſa autem criminali, ſi
negocium aliquod de vniuerſitate tangit, a-
lij de vniuerſitate teſtes adinuicem eſſe poſ-
ſunt, quia par præſumitur inter eos affectio, ni-
ſi euidenter teſtis magis amicus eſſet, vel forte
ſanguine proximior Socratis, quam Platonis.
alias dicit: amicus Socrates, amicus Plato, ma
gis amica veritas, vt eſt apud Aul. Gel. & an
amicus pro amico ſit teſtis idoneus. vi. Farin.
d.trac. de teſt.q.55.nu.114.car.31.vbi recenſet
plurium Doct.op.& concludit pro parte affir-
matiua, dummodo ſit omni exceptione maior
vel ab alijs veritas haberi non poſſit, vel aga-
117 tur de re leui. At ſi res agatur inter quoſdam
ſingulares de vniuerſitate, & extraneos, poſſũt
admitti, ſed cum magna rectitudine, & vigilan-
tia iudicis, ar.l.j.ff.ſi pars hær. petat. ſi verò res
agatur inter totam vniuerſitatem, & extraneos
diſtinguendum eſt, vt ſupra, & memoriæ man-
dandum in caſibus, quibus iura non prohibent
eos admitti, vt cum grano ſalis admittantur. d.
cap.ſuperueniens.14.q.2.& Io. And.in c.nun-
tius.extra eod. Aret. Inſtit. de rerum diuiſ. §.1.
in princip. Petr.ſanct.ſing.24. Felyn. dicto c.ſu
perueniens.& ibi Docto.nu.7. Menoch.d.caſ.
N 106.n.9. Et nota, quod ſi multi de vniuerſitate
vel maior pars congregaretur in conſilio con-
tra officialem ad remouendum illum quẽ non
elegerunt, Nullus congregatorum in cauſa ſin-
dicatus erit teſtis idoneus contra dictum offi-
cialem. Paris de Put.in materia ſindicatus. in
verb.teſtis.c.3. quia inimici reputantur: idẽ de
querelantibus officialem dicit Bar. in l.poſt le
gatum.§.his verò. ff.de his quib. vt indig. nam
querelantes non debent nec poſſunt teſtificari
contra illum ſuper querela aliorum. Cepol.cau
tel.40.quo ad teſtes de vniuerſitate vi. Farinac.
d.q.60.de teſt.nu.450 451.car.117. cum mult.
ſeq. ſimiliter carcerati ab aliquo iudice nõ ſunt
idonei teſtes contra illum Bertazol. conſil.71.
num.11. Grammat.conſ.46. Maſcard. de prob.
conclu.899.nu 22. D. Menoc.de præſump. lib.
5.præſump.42.n.17. & in probanda ſuborna-
tione & corruptela, & teſtes carcerati cõtra car
ceratum ſubornatum probant, per ea, quæ dixi
nu.97.ſub lit.B.vi. Farinac.de teſt.q.56. ſub n.
180. & in ſumma nota, quod teſtes inhabiles
euidenti, vel notoria inhabilitate, vt ceci, ſurdi,
fœminæ impuberes, Hæbrei ſignum croceum
portantes, ſerui quos ſclauos appellamus, & ſi-
miles, qui viſu, & verbo, & habitu, noti ſunt in
habiles reijciendi ſunt parte opponente: illi ve
rò qui ob delicta vel vitia eorum, & peſſimas
qualitates exceptiones huiuſmodi patiũtur, vt
Aſſaſſini, Hæretici, Excommunicati, & inimi
ci, & ſimiles, etiam parte non opponente reijci
poſſunt. Gomeſ. var. reſolut. tit. de Prob. delic.
c.12.n.22.to.3. Affines verò, & nimium fami-
liares & huiuſmodi, nequaquam poſſunt à iudi
ce ſine partis oppoſitione reſpui. Fel.in c. inti-
mauit col.4.de teſt. Io. And.ad Spec.§.1. verſi.
ſed quid ſi. Crot.eo.trac.p.3. n.40. vi.quæ dixi,
ſup.& per Farinac.eo tit.q.60.car.88. D. quon-
dam Carol. pater meus Reſp.20.& Reſp.21.&
118 vi.inf. numero 218.& nota diabolicam cau-
telam, quod ſi quis videt ſuum inimicum aſſo-
ciatum, quemque inſultare armis velit, & fe-
riat, poterit vtique leuiter prouocare dictum
conſocium, ne poſtea contra illum teſtifican-
do valeat eius dictum. De creditore, cedente,
legatario, debitore, fideiuſſore, & ſimilibus
idem dicitur; quando commodum in quan-
dam conſequentiam venit. Crot.de teſtim. nu-
mero centeſimo octuageſimoquinto, cum ſe-
quent. & in cauſa criminali admittuntur in
practica, maxime quando veritas ab alijs habe-
ri non poteſt, & ſufficit quod alij ibidem non
adfuerint, reiecta à conſuetudine illa opinio-
ne, quod actu & habitu, & in potentia adeſſe
non potuerint.
119 Quatenus autem teſtium dicta reprobantur
non reſpectu perſonæ, obijciunt quod ſint ſin-
gulares, varij, vacillantes, contrarij, minuſque
legitimè recepti, ſine iuramento, non citata par
te, & non publicati, nec dicicitis teſtificatis: vel
quia poſt terminum fuerunt recepti, aut non
rogati, vbi opus erat iux. tex. in l. rogati Cod.
eodem.
120 Publicatio etenim proceſſus eſt de ordine iu
dicij, apud Marant. Specul.aut.actu.11. par.6.
pract. Stiact.cap.28.nume.23. Barto. & Docto.
in l.prolatam, C.de ſentent.& Pract. Pap.in for.
121 public.teſt.& ibi habentur requiſita ad talem
publicationem. quæ licet in ſummarijs non ſit
neceſſaria, tamen ſi à parte petatur, non debet
omitti. vt tradit Barto.in extrauag. ad reprim.in
verſic. & figura in tertia columna quem ita de-
bere intelligi, inquit Marant. de ord.iud.diſtin-
ctio.9.nume.22.& Fely. in capitu.cum I.& A.
122 colum.2. & iudex faceret litem ſuam ſi peten
ti denegaret publicationẽ, nihilominus ea non
123 obſtante ſententia valeret, ſi à parte appella-
tum non erit à tali non admiſſione publicatio-
nis. pract. Stiac. dicto capitulo 18. numero 31.
cum ſequen. optime Sebaſt. Vant. de nullit. ex
defectu. proceſ.numero 40.& licet Menoch.de
arbitr. iudic.quæſtio.33. dicat magis commu-
nem eſſe, quod publicatio non ſit de ſubſtantia
iudicij, tamen ſi petatur non eſt deneganda.
Marant. vbi ſupra numero 28. in 2. par. Vant.
vbi ſupra d.nume.40. mox allegatus. Et publi-
X catio teſtium non poteſt peti niſi ab ea parte
quæ teſtes produxit. Nell.eod.tract. nume. 121.
& ideo tertius pro ſuo intereſſe non poteſt ob-
tinere, vt ad eius inſtantiam publicatio fiat. Fe-
lyn.in capit.conſtitutus de teſt. D. Pater meus,
Reſponſ.78. Socin. Iunio. conſil.34. nume.5.
par. 1. Et ſi teſtes vnius partis fuerint prius ſic
inſtante parte publicati, vtique poterunt publi-
cari alia vice, aliquando teſtes poſt primos rece
ptos. Marant.de ord.iud.par.6. actu 11. num.5.
& 6.& ſequen.& termino tranſacto publican-
di teſtes, altera pars nõ poterit obtinere, vt eius
capitula admittantur, ſi iam publicatis teſtibus
aduerſ. partis erunt dicicita teſtificata. Octaui.
Pedamont. deciſ.22. nume.6.& publicatio nul-
liter facta, non impedit examen ad vlteriora,
vt ſupra dixi in ſecunda par. ſub numero 51.
nec ligat iudicem quando poteſt ex officio pro
cedere, quo minus etiam alios teſtes non reci-
piat in criminalibus. Bal. in l. data opera. nu-
mero quinquageſimoſexto, ff. qui accuſa. non poſ.
& ſi pars in calculo ferendæ ſententiæ petierit
publicationem teſtium, quæ tempore congruo
petere neglexerit, nihilominus concedi debet,
quia ſecundum magis commun.opin. publica-
tio reſpectu partium eſt de ordine iuſtitiæ, &
non de ordine formali iudicij. Innoc. in c.cum
I. & A.& ibi etiam Fely. de re iud. & ibi Can.
Vant. de nullita. ex defect. proceſſus. num.40.

Digitized by Google

& quouis modo procedatur, cum quibuſcunq;
clauſulis, circũſcriptis, ſtatutis, ſemper debet fie
ri publicatio parte inſtante. Matani. diſt 9. nu.
22. Menoch. de arb. q. 33. & à denegata publica
tione, vti à denegata iuſtitia quandocunq; ap-
pellari poteſt ante ſententiam. Bart. & alij. in l.
probatum. C. de ſent. & interloc. om. iud. Rip.
Reſp. 1. n. 3. de conſt. & ſtatu. & ſi non fuerit ap
pellatum: nihilominus ſententia valebit. An-
cha. conſ. 53. Guid. Pap. quæſt. 185. & ſententia
lata non viſis teſtibus ob negligentiam partis,
non erit nulla, ſecus ſi ob negligentiam iudicis.
Rip. d. Reſp. 1. nu. 9. Gab. de teſt. concl. 21. Nõ
tamen poterit quidquam contra dictos teſtes
probari, eo in tempore, ſ. in calculo ferendæ ſen
tentiæ, niſi facto iudicis pars impedita fuerit
Gabr. d. concl. 21. de teſt. ſecus ſi culpa ſua pars
negligens fuerit per ſe aut per alium facere, &
curate ea quæ debet. l. 1. ff. de diuerſ. temp. præ-
ſcrip. D. Menoc. de arb. iud. caſ. 118. num. 7. At
vbi ſola facti veritate inſpecta procederetur, mo
ra partis, non noceret. Bar. in extrauag. ad repr.
in ver. ſine figura. Vant. de nullit. ex defect. pro
ceſſ. n. 48. Doct. in l. præpoſteri. C. de teſt. & in
propoſito huius publicationis alia poteſt ſolui
quæſtio, nam ſi quis querelatus fuerit penden-
te proceſſu, & ante publicationem proceſſus à
Principe liberatus fuerit ex gratia, iſte non po-
terit poſtea obtinere publicari proceſſum, vt
quia velit arguere teſtes contra ipſum de falſo,
ex quo ordo præpoſteratus eſt. no. gl. in §. item
ſi quis. Inſt. de inut. ſtip. Indulgentia enim prin
cipis non debet in conſequentiam trahi. cap. q.
ob gratiam. de regu. iur. & ipſe ſeruaui in cauſa
Boſſij, & Pauanelæ, De anno 1598. Mant. poſ
ſent adduci aliæ rationes, quas ſtudioſo iudici
relinquo. Notandum eſt etiam, quod ſi pars cõ
ſenſerit teſtium publicationi ab aduerſa parte
productorum, ſi tales teſtes non fuerint rite, re-
cteq; recepti vt debuere, deficit ordo iuris, qui
per cõſenſum partium haud mutari poteſt. In-
noc. in c. cum cauſam de teſt. & in c. ſignifica-
uit. ſic ait Iaſ. in l. patre furioſo. nu. 25. ff. de ijs,
qui ſunt ſui vel alie. iu. & quando fuerit ex cau
ſa alteri commiſſum examen teſtium ſecundũ
ea quæ dixi. ſub nu. 116. & 120. in 5. p. publica-
tio tamen eſt fienda a iudice cauſę. Bern. Roch.
in d. eius pract. lib. 4. de publ. teſt. Et quia ſunt
aliqui iudices qui argum. l. inciuile. de leg. ſunt
adeo ſcrupoloſi quod negant fieri publicatio-
nem proceſſus, niſi prius euacuato toto proceſ-
ſu, & eo magis inualeſcunt Actuarij auidi alle-
gantes adhuc examinandos fore alios teſtes in
proceſſu nominatos, ideo ſi ſatis probatum ſit
per paucos, pro vt religioni iudicis videbitur
iux. tex. in l. 3. de teſt. & c. iudicantem. 30. q. 5.
tunc ſuperfluum erit reijciendum, pro vt dixi.
in ſecunda p. n. 45 & 46. Sic quando iudex in
obſcuris vagaret circa remota, ſi antequam cæ
teri teſtes remoti examinentur aperta erit via
conuolandi ad proxima inditia, nõ curabit, de
dictis teſtibus remotis. ar. l. ſed ſi plures. §. in ar-
rogato. ff. de vulg. & pup. & facit tex. in l. prope
randum. C. de iud. & vide D. Aegid. Boſſ. in tit.
de publi. proceſſuum. n. 2. vbi dicit, quod practi-
123 ca eſt, vt proceſſus publicetur, & detur copia
indiciorum, aliter denegarentur Reo defenſio
nes, & debet dari copia tàm ſubſtantialium pro
ceſſus, quàm emergentium, & totius proceſſus
quãdo fuit petita, & ideo totus proceſſus eſt pu
blicandus, & pars debet citari alias nõ valeret

Soc. tract. de citat. art. 7. nu. 57. vbi vide. & de-
bet apponi dies, Mẽſis & annus. Bernar. Roch.
in ſua pract. lib. 4. de publicat. teſt. vbi quæ hic
deſunt breuiter inuenies. Veruntamen aſſaſſi-
nis, publicis latronibus & illis qui publica infa
mia notati ſunt, non cogitur iudex dare copiã
inditiorum. quinimmo denegari poteſt Patro-
cinium. ſic aug. ad Ang. in verb. fama publica.
nu. 37. Tiraq. de penuli. mitig. cauſ. 49. n. 30 &
Cano. in c. qualiter & quando de accuſ. item ſi
à ſtatuto permittatur procedi ex mero officio.
ſecundum Ang. in l. ſi vacantia. C. de bo. vacãt.
item quãdo proceditur ad denuntiam ſindici,
item niſi captus ſit homo malæ famæ, de quo
mox dixi, non eſt huic danda copia de mala fa-
ma, ſed aliorum inditiorum ſic de quibus add.
ad Saly. in d. l. de tormentis. n. 9. lit. H. & de ve
ritate omnium videndi ſunt Doct. per eum ad-
duct. Ceterum omnibus miſerabilibus perſo-
nis ẽi copiam non petentibus æquum eſt eã da
ri, ità Baiar. ad Clar. q. 49. ver. & adde. nu. 9. vbi
in hac materia publicãdi proceſſus allegat Ber-
tazol. in conſ. 130. & add. & n. 11. ait dari copiã
etiam tertio petenti pro ſuo intereſſe, ſed hoc ĩ
cauſa ciuili, ſed in criminali non datur niſi ſe
conſtituat; immo copia inditiorum non datur
Reis qñ iudex habet arbitrium latum procedẽ
di. de quo inf. latius dicam in tract. de Brachio
regio. Nec datur copia quarundam inſtructio-
num iudici datarum ad eum informandũ. Aſ-
ſin. in eius prac. c. 22. verſ. præcedens concluſio.
ſicuti non datur copia interrogatoriorũ per gl.
not. in 2. in ver. interrogatoria de teſt. in 6. & te
net Iaſ. d. l. 2. nu. 5. C. de eden. Bal. in l. data ope
ra. nu. 19. C. qui accuſ. non poſ. Nec nominum
teſtium ante aperturam. Dec. & alij in l. 2. C. de
eden. ſed fui eiuſdem opinionis. Baiar. ad Clar.
d. q. 49. n. 45. vbi copiam examinum de ſubor-
natione teſtium dandam eſſe exiſtimaui ſi pe-
tatur, ne auferantur reo defenſiones, ſed verum
in ſuo caſu dicit Vulpel. in conſ. 102. a Baiar. re-
darguitus, caſu, quo ſuſpenderetur cauſa princi-
palis ob cognitionẽ falſitatis, qua cognita proce
deretur ad vlteriora, & ſimul poſtea iudicium
ſeqni deberet: ar. eorum quæ dicuntur de cõuẽ-
tione & reconuentione, de quib. apud Maran.
de or. iud. in 4. par. diſtin. 6. vbi late ſed ſi cauſa
ſubornationis tractaretur ſeparatim, & princi-
paliter poſt cauſam principalem finitam; tunc
ſi qui produxit teſtem non fuit iudicialiter peti
tus, ſeu interpellatus iux. ea quæ dixi in 3. parte
ſub numero 69. vel in hac cauſa ſubornationis
nõ ſit vocatus, ſed actor agere intentat tantum
contra teſtes, tunc non dabitur copia dicto pro
ducenti, quia nihil ad eum, per ſupradicta, niſi
fortè eſſet Procurator, vel Aduocatus Doctor.
in dicto capitulo qualiter, & quando de accuſ.
vel de ſuo intereſſe in conſequentiam tractare-
tur; & ratio cur non ſit etiam danda copia ſub-
ornationis Reo, ea eſt quia ſi iudex quoad
ſubornationem non procedat contra Reum,
ſed ob delictum tantum pro quo illum Reum
conſtituit tunc non tenetur; ſic intelligendus
Vulpel. dicto conſilio centeſimo ſecundo, nu-
mero quinto, & ita dicit Iul. Corbel. à ſancto
Martino in eius ſubſcriptione quam facit a-
pud. dict. conſil. 102. Vulpel. Item ſcias quod
Reus confrontatus cum teſtibus, nõ poteſt do-
lere quod publicatio ei facta non ſit; ſecundum
Bart. in extrauag. ad repri. in verb. & figura vbi
vide. Nam dicit rebus non publicatis, non poſ-
ſis

Digitized by Google

ſe eorum perſonam, & dicta impugnari. Notarius verò non cogitur copiam dare atteſtationum niſi debita mercede ſoluta. doct. in L. argentarius, ff. de eden. nec poteſt eam dare, ſine mandato Iudicis. Bal. 1. cap. & doct. in l. 2. C. de eden. & ſi pluries pars copiam voluerit toties ſoluta debita mercede dari debet. Caſtr. in l. veluti. §. hæc vox eo. tit. & quid in Notario archiuij publici vi. Bal. in Rubr. C. de fid. inſtr. Tandem in materia editionis copię in practica iuridicè ſeruatur qđ ſiue de principali, ſiue de emergentibus copia petatur dari debet, quãdo iudex, aut fiſcus vult eis vti contra Reum, ſed ſi vti nolit de eo, quod vti non volt non tenetur edere copiam, per l. fi. & Doct. in l. 1. §. editiones, C. de eden. & pulcrè: ſed conſ. Vulp. 102. Corbel. & capio in fragranti crimine copia inditiorum non datur ſecundum Bal. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. vt per Doct. & præcipuè Bart. in l. 2. C. de eden. in 2. lectura, & non eſt dubium, quod in ciuilibus cauſis publicatio fieri practicatur, at in criminalibus publicatio proceſſus offenſiui omnino eſt neceſſaria, ſed publicatio proceſſus defenſiui non eſt de ſubſtantia, quoniã acta ſunt ſemper nota illi, penes quem, ſeu coram quo facta ſunt, vt firmat Clar. §. fi. quæſt. 61. in princ. & vide Spec. eo. tit. noſtro. §. 8. tans vtiliter, & compendioſe, & per quæ verba fiat, vide Pract. Pap. in for. public. & Pract. Stiae. vbi ſupra. Notandum eſt etiam quod publicatio teſtium nõ eſt ſemper neceſſaria, niſi petatur, vt in cauſis ſummarijs. Afflict. ſuper conſt. Regn. Rubr. 8. num. 45. lib. 1. Marant. d. Diſtinct. 9. nume. 22. D. Menoch. de arbit. iud. quæſt. 33. per tot. Nec quando partibus præſentibus ſunt teſtes examinari. Marant. par. 6. artic. 11. num. 7. Nec etiam quando teſtes poſſunt examinari lit. non conteſtata. vt not. Iaſ. in d. l. 2. num. 21. C. de eden. & in materia publicationis vi. adductos per Carpa. ſuper Statu. Mediol. cap. 22. nume. 142. cum ſeq. p. 1. vbi ſi teſtes non fuerint publicati in prima inſtantia, & dixi ſupra in antecedenti par. cit. fi. ſunt tamen ſtatuta per Italiam ex quibus abſque alia ſolemnitate, vel ſiue partis inſtantia teſtes ipſo iure intelliguntur publicari tranſacto certo limitato termino. quibus ſtantibus reſecantur multæ quæſtiones, & diſputationes circa publicationem teſtium. Redeũdo modo, & ſingulariter de ſingulis obiectionibus ſupradictis loquendũ amplector, primo teſtiũ ſingularitatem: vnde ſciendum eſt, quod te-
125 ſtes dicuntur ſingulares, quando ſcilicet alium, non habent conteſtem. ca. quoties. de teſt. & l. iuſiurandum, ff. eod. item quando vnus deponit circa idem factum de vno, & alius de alio, non tamen ad eundem finem. exemplũ ponit glo. in cap. nihilominus. 3. q. 9. & tradit Abb. in conſ. 42. colum. 2. volum. 1. Bal. & Docto. in l. qui ſententiam, C. de pen. Butr. in capitu. cum oporteat. vbi latè, & diſtincte, de accuſatio. Et multa exempla ponit Berna. Roc. in d. pract. lib. 4. de teſtibus ſingularibus, & teſtes qui nullo modo coniungi poſſunt circa punctum de quo quæritur, dicuntur ſingulares. Corad. pract. de preto. tit. de teſt. ſed teſtes dicuntur conteſtes quando tendunt ad eundem finem in ſubſtantia ſubiecti de quo quæritur, licet per diuerſa verba. Bal. in rubr. de Controuer. inueſtit. & in l. teſtium, C. de teſt. colum. 1. 2. & 3. Marſil. in rubr. de Controuer. inueſtit. & in l. teſtium, C. de teſt. colum. 1. 2. & 3. Marſil. in rubr. de prob.

nume. 355. & 356. ideò quando habent alium conteſtem, concurrentẽ in eius dicto, idem ferè deponentem, dicuntur conteſtes, ſed ſi per eundem met ſermonem deponant, tunc tanquam ſuſpecti reijciendi veniunt. vt dixi, & in dubio teſtes præſumuntur conteſtes in illis caſibus, videlicet in quibus pluralitas non præſumitur. Cephal. conſil. 250. in ſecundo volum. etiam quod non faciat mentionem alterius teſtis. Surd. conſil. 273. num. 47. volum. 2. & conſil. 12 num. 42. conſ. 44. nume. 9. vol. 1. Aimo. conſ. 151. num. 15. Item ſi quid probandum eſt in genere per teſtes ſingulares probari poterit.
126 Rimin. in conſil. 85. volum. 2. & dicam infra 222. & eſt duplex ſingularitas vna obſtatiua, quando ſcilicet agitur de probãdo aliquo actu in ſpecie, & inſtantaneo. in quo caſu etiã quòd ambo teſtes, vel plures dicant (puta) vidiſſe per rimulam aliquid fieri, & non poſſint ſimul & ſemel videre, ſed vnus poſt alium, tunc non dicuntur ſingulares, quemadmodum in factu qđ fieri nequit vno inſtanti, ſed per temporis ſpatium, tunc ſi vnus primo aduenit, alter ſucceſſiue venerit, & ſic vnus vidit principium, alter medium, & alter finem, non dicuntur ſingulares Gomeſ. var. reſol. tit. de prob. Delic. cap. 12. num. 12. Quia deponunt ſuper actu ſucceſſiuo, & inſtantaneo. Crot. de teſt. nu. 351 dicam infra nu. 138. vi. Gramm. deciſio. 34. nu. 35. Crau. conſ. 35. num 6. Nat. conſil. 369. in fi. Rimin. Iunio. conſ. 359. nu. 4. volum. 4. Angel. in conſil. 3. num. 3. vbi ſi concordant in factu licet diſcordent in tempore coniungũtur, ſed ſi diſcordarent in tempore, quia vnus diceret de medio die, alter de nocte, tunc non coniungerentur, & vi. ſupradictos Doctor. diſtinguentes quando coniunguntur tantum ad procedendum, ſeu ad torturam, & quando ad condemnandum in cauſa criminali, & infra, ſub nume. 138. prope fin. quando cõpatiuntur ad euitandum periurium. Sed in ciuili valeret coniunctio coadiuta iuramento ſuppletorio de quo Afflict. Deciſ. 36. & 48. Capie. deciſio. 35. D Menoch. de arbit. iud. caſ. 72. quod iuramentum conceditur perſonæ quæ ſit legalis: idem Menoch. caſ. 190. num. 12. ſecus ſi actor in alio fuerit periurus. Afflict. d. deciſ. 39. & perſona teſtis adeo legalis & probatę vitæ eſſe poteſt veriſimilia deponẽs, quod Iudex credens indubitanter veritatem dicere non curabit, quod ſit teſtis ſingularis, ſed ſingulariter iudicare poterit. Caſtr. in l. admonendi, ff. de iur. iura. Marſ. ſing. 114. Pariſ. conſil. 57. colum. fi. volum. 1. Soci. iunio. conſ. 32. vi præſentis conſultationis, nu. 19. vol. 2. vi. inf. ſub num. 222. Alia eſt adminiculatiua, quando tractatur de actu in genere probãdo, qui ſit reiterabilis, & hoc caſu dictum teſtis licet aliquo reſpectu ſingularis adminiculatur alteri, & cũ eo coniungitur ad probandũ. verba ſunt Soc. iun. in conſ. 99. col. 2. vol. 2. quem refert Rimi. conſ. 7. vol. Moder. in l. admonendi. de iur. iura. Crui. tract. de teſt. nu. 316. verſ. prima concl. ubi
127 dicit ponendũ regulam negatiuam, videlicet, qđ teſtes ſingulares nullo modo probant. d. l. iuſiurandi, C. eo. c. licet cauſam. de prob. Ceph. conſ. 141. nu. 12. Viu. cõ. op. lib. 1. op. 340. Emanuel Soarez. recep. ſent. verſ. teſtes ſing. nu. 115. quæ opinio ẽt procedit, ſi agatur de conuincendo aliquo de vſuraria prauitate. Federi. de Sen. conſ. 63. Butr. in cap. eum oporteat. de accuſatio. Alexan. conſ. 72. volum. 1. Ampliatur etiam

procedere quando probarentur aliquæ cauſæ, ex quibus reſultaret multiplicatio alicuius rei, exemplum de miraculis. Alexan.d.conſ.72. & conſi.100.qui omnino eſt videndus. Ampliatur etiam quãdo ſingularitas verſatur circa medium, ex quibus medijs, extrema coniungũtur ad indiuiduum totum probandum, vt per Bal. in l.ſi quis ex argentarijs, §. primo, ff. de eden. & Butr. dicto cap.cum oporteat.vid.ſup.in 3.p.
O num.116.Marſ.in rubr.de proba.num.355 & 356.mox relatus ſup.lit. P.ſed in cauſa ciuili ſi vnus teſtis concludat de veritate, vt quia vidit, audiuit, & præſens fuit, tunc ſi alter deponat de fama tantum, hoc adminiculum coadiuuat ita & taliter quod ex ijs duobus teſtibus fit plena probatio. Afflic.deciſ.337.num.4. & non dicũtur ſingulares; quia concurrit ratio vtriuſque Marſi.in ſua pract.§.diligenter.nu.9. cum ſeq. Maſcard.de probat.conclu.379. num.8. par.1.
128 Boſſ.de conuict. ſub num.17. Fallit primo, quando probaretur aliquid in genere tendentibus teſtium depoſitionibus ad eundem finem, vt per Doct. mox allegat. in d. l. qui ſententiã. C.de pœn.& Ruinald.d.conſ.7.num.91.vol.1.& Soc.d.conſ.90.vol.2. Alex.conſ.53.vol.1. Cephal.conſ.141.nu.2. Cranet.de antiq.temp. par.4.ſub num.157.verſi.& quod ſingularitas. Bal.in cap.cum cauſam.de appell. Boer.deciſi. 23.num.44.fol.62. Alexand.conſi.85.viſo themate.volum.2. vt puta in probando legatum, ſeu debitum in genere ſine expreſſione quantitatis. Bald. in l.penul.C.de ſent.ſin.cer.quanti. quando eſt legatum vniuerſale, aut debitum de rebus emptis, ſed de quantitate teſtes non deponant: quia vel non recordantur, quãuis memoriam habere debent, l.qui tabularum. ff. de fur. vel quia audierunt Titium confiteri ſe eſſe debitorem Sempronij, ſed de quare, vel quantitate non deponunt, quo caſu hęc probatio quamuis generalis transfert onus probandi contrarium in negantem debitum Doctor.in l.qui accuſare, C.de edẽn.& in cap.in præſentia.de probat. Maſcar.de probat.concluſ.ccc. item ſi eſt probandum adulterium, quem eſſe furioſum, vſura, fama, iuriſdictio, dominium, hæreſis, poſſeſſio, infamia, & ijs ſimilia. Nam genus conſtat ex pluribus ſpeciebus & particularibus, ideo licet teſtes deponant de diuerſis actibus, tamen quia huiuſmodi actus tendunt ad eundem finem, & ad probationem vnius generis non repelluntur tanquam ſingulares. Barto. in l.ob carmen, §.ſi. de teſt. Bal.in l.de quibus. colum.penul.ff.de leg.& alios quos videre potes in tract.co.op.rubr.de prob.cap.30.lo.6. nẽ teſtes ſingulares probant de minori ſumma, ſi deponant aliquid de maiori. Corn.conſil.181. num.60.lib.2.Dec.conſ.10.num.4.vi.vbi ſup. in co.op.d.c.30.de prob. Fallit ſecundo, quando teſtis ſingularis deponit ſuper actu reiterabili, dummodo circa eundem finem deponat, licet in particularibus ſecus. Soc.d. conſi.99.nu. 15.& ſeq.vol.2. Alex d.conſil.53. & Ruinal. d.conſ.7.num.104.Doctor. poſt glo.in l.ob carmen. § ſi teſtes.ff.de teſt. Tertio fallit ratione officij, dignitatis, & honeſtatis, de quibus ſigillatim, & plene per Menoch. de arbit.iudic.caſ. 92.car.133. Marſil diligenter.num.17. Quarto fallit in crim.læſ.Maieſt. Crot.co.tract.par. 7.num.335. Aric.conſil.140.& Crot.num.97. p.4. idem in alijs criminibus exceptis. Et ſciendum eſt, quod licet teſtes ſingulares plene non probant, tamen iudici aperiunt viam ad inducendam præſumptionem.glo.in cap.nuper. extra de teſt. Marſ.conſ.1.num.25. & vide Spec. eod.tit.§.de numero teſtium. vbi ponit.30. caſus in quibus ſtatur dicto vnius tantum, & quoniam iſta materia ſingularitatis teſtium eſt admodum quotidiana, vt facilius adipiſci poſſit allego doctiſſimum Bal. in dicta l.teſtium.nu, 14 vbi exemplificat, C.eod.ad quem eſt recurrendum, qui ponit decem prædicamenta circa
130 quæ tota teſtium ſingularitas verſatur. & vltra ea quæ ſuperius dicta ſunt, & circa ſubſtantiam, qualitatem, quantitatem, locum, & tempus, quoties rationabilis poteſt ſequi cõcordia etiam impropriando verba, teſtes, qui prima facie videntur ſingulares, poſſunt tanquã coadiuuantes alter alterum admitti, & eis eredẽdum erit. Bal.d.l.teſtium per tot. vbi docet modum reconciliandi teſtes, C.de teſt. No.eſt, quod ſingularitas bifarie conſideratur, vno modo ablatiua, ideſt quæ non habetur in conſideratione, alij dicunt obſtatiue, vt ſupra dixi, quia fides non adhibetur, exemplum de teſtibus Suſanæ. de quo tex.in cap.19. Gen. extra de electio. altero modo dicitur adminiculatiua, vt iam dictum eſt, quæ ſemiplenam probationem facit, & adiuncta cum alia ſemiplena fit plena, de quo videe etiam Fran. Cur.eod.tract.concl.46. & Albet.de Maler.cap.11.num.32. exempla ſunt, ſi quis voluerit probare quem fuiſſe homicidã, vnus teſtis dicit, vulneraſſe punctim, alius cęſim, vnus in domo, alius extra domum, & ſic de ſingulis, quomodocunque ſit, coniunguntur ad probandum homicidium. Nam conſtat de homicidio, conſtat etiam de occiſore, qui pluribus vulneribus occidit, incipiendo fortaſſe ext.domum, & inſequendo intus domum quẽ occidit. vt. Bru.in tract.de indic.& tortu.q.2.o. 5.vbi quando teſtes ſingulares eſſent notæ authoritatis & dignitatis iudex non curat de ſingularitate. Caſtr.in l. Lucius. ff.de infam. ſecus ſi deponerent contra virum bonæ vocis. Bru. num.7. vt per Bald. dicta l.de quibus. ff. de leg.
131 & l.teſtium.ff.eo. Non enim attenditur modus, dum factum vniformiter probatum eſt, ꝑ modum difformem, ar.l.3.C.de inſtitu.& ſubſtit. ſed quando per modum, & tempus, vel per alterum, ex decem prædicamentis, quæ ponit Bald.in dicta l.teſtium, eſſet aliqua inter teſtes diſcrepantia, ex qua pars aggrauaretur, tunc iu-
132 dex animaduertere debet, ne nimis prorſus, & feſtinanter credat, vt admonet Abb. in cap.
132 ex parte.n.8.verſ.adde quartum, de teſt. Nã nihil poteſt prudentius fieri, quàm quod pede plumbeo, maturoque conſilio fit. Neuizan.in Sylua.nupt.fol.230. Luc.de pœn. in l.is tantũ-
P modo. C.de curſu publ. lib.12. Et præcipitatio dicitur ruina omnium rerum, & dicitur nouerca iuſtitiæ.cle.paſtoralis.de re iu.& vi.omnino Benedic.in d.c.Raynu. verſ.mortuo ita quæ teſtatore, il primo, num.198.& 199.& in Principe eſt deſtructio populorum, ſicut eſt prima impreſſio, à qua Deus omnes ſubiectos liberet. dicam inf.de Brachio Regio. nec eſt dubiũ, quin qualitates valde aggrauant delictum, vt plene ſupra in prima parte, ſecundæ partis tenus circa animi deliberati qualitates, num.263. et qui in qualitate ſe fundat probare debet quãdo eſt facti. l.in bellis. §.facti.ff.de capt.& poſtli.reuer. Caualca.deciſ.23.nu.21.deciſ.24.nu.5.p.1.vid. in reper.de Brach.Reg.in verb.qualitas; ſi ve-

io

Digitized by Google

rō eſt qualitas iuris debet allegari, & oſtendi.l.
illicitas.§.veritas.ff.de offi. præſc. & ſemper no
135 tandum eſt, quod mille ſingularitates minus
probant, quam vnicus teſtis, qui cum adiuncto
ad eundem finem contingeretur, ad plenā pro
bationem fiendam. ſecundum Bart. Bal. Alex.
Iaſ. Caccialup. & omnes Repet. in l. admonen
di.ff.de iniura. Sicuti nec mille ſcripturæ pri-
uatæ probant. Marſ.ſing.pract.§.diligenter. nu.
136 15. & 16. Hinc traditur cautela quam ſeduli,
& peruigiles procuratores, & cauſidici ſeruāt,
ſi habent plures teſtes, & omnes ſingulares, nō
producunt niſi vnum bonum teſtem tantum,
& de melioribus, ne concurſu aliorum deſtitua
tur, quod probare volunt: nam etiam aliud in
conueniens naſceretur, quod non poſſet ei de-
137 ferri iuramentum ſuppletorium. ſicuti poſſet
producendo vnicum teſtem, vt cōmuniter te-
nent Doct. in d.l.admonendi. & Bal. in dicta l.
138 de quibus. de leg. & etiam, quia fides vnius te
ſtis ſingularis debilitare poſſet fidem alterius,
123 ca eſt, vt proceſſus publicetur, & detur copia indiciorum, aliter denegarentur Reo defenſiones, & debet dari copia tàm ſubſtantialium proceſſus, quam emergentium, & totius proceſſus quãdo fuit petita, & ideo totus proceſſus eſt publicandus, & pars debet citari alias nõ valeret Soc. tract. de citat. art. 7. nu. 17. vbi vide. & debet apponi dies, Mẽſis & annus. Bernat. Roch. in ſua pract. lib. 4. de publicat. teſt. vbi quæ hic deſunt breuiter inuenies. Veruntamen aſſaſſinis, publicis latronibus & illis qui publica infamia notati ſunt, non cogitur iudex dare copiã inditiorum. quinimmo denegari poteſt Patrocinium. ſic aug. ad Ang. in verb. ſama publica. nu. 37. Tiraq. de penult. mitig. cauſ. 49. n. 30 & Cano. in c. qualiter & quando de accuſ. item ſi à ſtatuto permittatur procedi ex mero officio. ſecundum Ang. in l. ſi vacantia. C. de bo. vacãt. item quãdo proceditur ad denuntiam ſindici, item niſi captus ſit homo malæ famæ, de quo mox dixi, non eſt huic danda copia de mala fama, ſed aliorum inditiorum ſic de quibus add. ad Saly. in d. l. de tormentis. n. 9. lit. H. & de veritate omnium videndi ſunt Doct. per eum adduct. Ceterum omnibus miſerabilibus perſonis & copiam non petentibus aquum eſt eã dari, ità Baiar. ad Clar. q. 49. ver. & adde. nu. 9. vbi in hac materia publicãdi proceſſus allegat Bertazol. in conſ. 130. & add. & n. 11. ait dari copiã etiam tertio petenti pro ſuo intereſſe, ſed hoc ĩ cauſa ciuili, ſed in criminali non datur niſi ſe conſtituat; immo copia inditiorum non datur Reis qñ iudex habet arbitrium latum procedẽdi. de quo inf. latius dicam in tract. de Brachio regio. Nec datur copia quarundam inſtructionum iudici datarum ad eum informandũ. Aſſin. in eius prac. c. 22. verſ. præcedens concluſio. ſicuti non datur copia interrogatoriorũ per gl. not. in 2. in ver. interrogatoria de teſt. in 6. & tenet Iaſ. d. l. 2. nu. 5. C. de eden. Bal. in l. data opera. nu. 19. C. qui accuſ. non poſ. Nec nominum teſtium ante aperturam. Dec. & alij in l. 2. C. de eden. ſed fui eiuſdem opinionis. Baiar. ad Clar. d. q. 49. n. 45. vbi copiam examinum de ſubornatione teſtium dandam eſſe exiſtimaui ſi petatur, ne auferantur reo defenſiones, ſed verum in ſuo caſu dicit Vulpel. in conſ. 102. a Baiar. redargutus, caſu, quo ſuſpenderetur cauſa principalis ob cognitionẽ falſitatis, qua cognita procederetur ad vlteriora, & ſimul poſtea iudicium ſequi deberet: ar. eorum quæ dicuntur de cõuẽtione & reconuentione, de quib. apud Maran. de or. iud. in 4. par. diſtin. 6. vbi late ſed ſi cauſa ſubornationis tractaretur ſeparatim, & principaliter poſt cauſam principalem finitam; tunc ſi qui produxit teſtem non fuit iudicialiter petitus, ſeu interpellatus iux. ea quæ dixi in 3. parte ſub numero 69. vel in hac cauſa ſubornationis nõ ſit vocatus, ſed actor agere intentat tantum contra teſtes, tunc non dabitur copia dicto producenti, quia nihil ad eum, per ſupradicta, niſi forte eſſet Procurator, vel Aduocatus Doctor. in dicto capitulo qualiter, & quando de accuſ. vel de ſuo intereſſe in conſequentiam tractaretur; & ratio cur non ſit etiam danda copia ſubornationis Reo, ea eſt quia ſi iudex quoad ſubornationem non procedat contra Reum, ſed ob delictum tantum pro quo illum Reum conſtituit tunc non tenetur; ſic intelligendus Vulpel. dicto conſilio centeſimo ſecundo, numero quinto, & ita dicit Iul. Corbel. à ſancto Martino in eius ſubſcriptione quam facit apud. dict. conſil. 102. Vulpel. Item ſcias quod Reus confrontatus cum teſtibus, nõ poteſt dolere quod publicatio ei facta non ſit; ſecundum Bart. in extrauag. ad repri. in verb. & figura vbi vide. Nam dicit rebus non publicatis, non poſ-

Digitized by Google

ſe eorum perſonam, & dicta impugnari. No-
tarius verò non cogitur copiam dare atteſtatio-
num niſi debita mercede ſoluta. doct. in L. ar-
gentarius, ff. de eden. nec poteſt eam dare, ſine
mandato Iudicis. Bal. 1. cap. & doct. in l. 2. C. de
eden. & ſi pluries pars copiam voluerit toties
ſoluta debita mercede dari debet. Caſtr. in l. ve-
luti. §. hæc vox eo. tit. & quid in Notario archi-
uij publici vi. Bal. in Rubr. C. de fid. inſtr. Tan-
dem in materia editionis copię in practica iuri-
dicè ſeruatur qđ ſiue de principali, ſiue de emer
gentibus copia petatur dari debet, quādo iudex,
aut fiſcus vult eis vti contra Reum, ſed ſi vti no
lit de eo, quod vti non vult non tenetur edere
copiam, per l. fi. & Doct. in l. 1. §. editiones, C.
de eden. & pulcrè: ſed conſ. Vulp. 112. Corbel.
& capto in fragranti crimine copia inditiorum
non datur ſecundum Bal. in l. vt vim. ff. de iuſt.
& iur. vt per Doct. & præcipuè Bart. in l. 2. C. de
eden. in 2. lectura, & non eſt dubium, quod in
ciuilibus cauſis publicatio fieri practicatur, at in
criminalibus publicatio proceſſus offenſiui om-
nino eſt neceſſaria, ſed publicatio proceſſus de-
fenſiui non eſt de ſubſtantia, quoniā acta ſunt
ſemper nota illi, penes quem, ſeu coram quo fa
cta ſunt, vt firmat Clar. §. fi quæſt. 61. in princ.
& vide Spec. eo. tit. noſtro. §. 8. ſatis vtiliter, &
compendioſe, & per quæ verba fiat. vide Pract.
Pap. in for. public. & Pract. Stiac. vbi ſupra. No
tandum eſt etiam quod publicatio teſtium nõ
eſt ſemper neceſſaria, niſi petatur, vt in cauſis
ſummarijs. Afflict. ſuper conſt. Regn. Rubr. 8.
num. 45. lib. 1. Marant. d. Diſtinct. 9. nume. 22.
D. Menoch. de arbit. iud. quæſt. 33. per tot. Nec
quando partibus præſentibus ſunt teſtes exami
nati. Marant. par. 6. artic. 11. num. 7. Nec etiam
quando teſtes poſſunt examinari lit. non con-
teſtata. vt not. Iaſ. in d. l. 2. num. 21. C. de eden.
& in materia publicationis vi. adductos per
Carpa. ſuper Statu. Mediol. cap. 22. nume. 142.
cum ſeq. p. 1. vbi ſi teſtes non fuerint publicati
in prima inſtantia, & dixi ſupra in antecedenti
par. cir. fi. ſunt tamen ſtatuta per Italiam ex qui-
bus abſque alia ſolemnitate, vel ſine partis in-
ſtantia teſtes ipſo iure intelliguntur publicati
tranſacto certo limitato termino. quibus ſtan-
tibus reſecantur multæ quæſtiones, & diſputa-
tiones circa publicationem teſtium. Redeūdo
modo, & ſingulariter de ſingulis obiectionibus
ſupradictis loquendo amplector, primo teſtiũ
ſingularitatem: vnde ſciendum eſt, quod te-
12 ſtes dicuntur ſingulares, quando ſcilicet alium,
non habent conteſtem. ca. quoties. de teſt. & l.
iuſiurandum, ff. eod. item quando vnus depo-
nit circa idem factum de vno, & alius de alio,
non tamen ad eundem finem. exemplũ ponit
glo. in cap. nihilominus. 3. q. 9. & tradit Abb. in
conſ. 42. colum. 2. volum. 1. Bal. & Docto. in l.
qui ſententiam, C. de pen. Butr in capitu. cum
oporteat. vbi latè, & diſtinctè, de accuſatio. Et
multa exempla ponit Berna. Roc. in d. pract.
lib. 4. de teſtibus ſingularibus, & teſtes qui nul-
lo modo coniungi poſſunt circa punctum de
quo quæritur, dicuntur ſingulares. Corad. pract.
de preto. tit. da teſt. ſed teſtes dicuntur conteſtes
quando tendunt ad eundem finem in ſubſtan-
tia ſubiecti de quo quæritus, licet per diuerſa
verba. Bal. in rubr. de Controuer. inueſtit. & in
l. teſtium, C. de teſt. colum. 1. 2. & 3. Marſil. in
rubr. de Controuer. inueſtit. & in Licitum, C.
de teſt. colum. 1. 2. & 3. Marſil. in rubr. de prob.
nume. 355. & 356. ideò quando habent alium
conteſtem, concurrentē in eius dicto, idem fe-
rè deponentem, dicuntur conteſtes, ſed ſi per
eundem met ſermonem deponant, tunc tan-
quam ſuſpecti reijciendi veniunt, vt dixi, & in
dubio teſtes præſumuntur conteſtes in illis ca-
ſibus, videlicet in quibus pluralitas non præſu-
mitur. Cephal. conſil. 250. in ſecundo volum.
etiam quod non faciat mentionem alterius te-
ſtis. Surd. conſil. 273. num. 47. volum. 2. & con-
ſil. 12 num. 42. conſ. 44. nume. 9. vol. 1. Aimn.
conſ. 151. num. 15. Item ſi quid probandum eſt
In genere per teſtes ſingulares probari poterit.
126 Rimin. in conſil. 85. volum. 2. & dicam infra
222. & eſt duplex ſingularitas vna obſtatiua,
quando ſcilicet agitur de probādo aliquo actu
in ſpecie, & inſtantaneo, in quo caſu etiā quòd
ambo teſtes, vel plures dicant (puta) vidiſſe per
rimulam aliquid fieri, & non poſſint ſimul &
ſemel videre, ſed vnus poſt alium, tunc non di-
cuntur ſingulares, quemadmodum in facto qđ
fieri nequit vno inſtanti, ſed per temporis ſpa-
tium, tunc ſi vnus primo aduenit, alter ſucceſſi-
ue venerit, & ſic vnus vidit principium, alter
medium, & alter finem, non dicuntur ſingula-
res Gramm. ſ. var. reſol. tit. de prob. Delic. cap. 12.
num. 12. Quia deponunt ſuper actu ſucceſſiuo,
& inſtantaneo. Ciui. de teſt. nu. 351 dicam in-
fra nu. 138. vt. Gramm. deciſio. 34. nu. 35. Crau.
conſ. 35. num 6. Nat. conſil. 369. in fi. Rimin.
Iunio. conſ. 359. nu. 4. volum. 4. Angel. in con-
ſil. 3. num. 3. vbi ſi concordant in facto licet de-
ſcordent in tempore coniungũtur, ſed ſi diſcor-
darent in tempore, quia vnus diceret de medio
die, alter de nocte, tunc non coniungerentur,
& vt. ſupradictos Doctor. diſtinguentes quan-
do coniunguntur tantum ad procedendum, ſeu
ad torturam, & quando ad condemnandum in
cauſa criminali, & infra, ſub nume. 158. prope
fin. quando cōpatiuntur ad euitandum periu-
rium. Sed in ciuili valeret coniunctio coadiu-
ta iuramento ſuppletorio de quo Afflict. De-
ciſ. 36. & 48. Capic. deciſio. 35. D. Menoch. de
arbit. iud. caſ. 72. quod iuramentum conceditur
perſonæ quæ ſit legalis: idem Menoch. caſ. 190.
num. 12. ſecus ſi actor in alio fuerit periurus.
Afflict. d. deciſ. 39. & perſona teſtis adeo legalis
& probatę vitæ eſſe poteſt veriſimilia deponēs,
quod Iudex credens indubitanter veritatem di-
cere non curabit, quod ſit teſtis ſingularis, ſed
ſingulariter iudicare poterit. Caſtr. in l. admo-
nendi, ff. de iur. iura. Marſ. ſing. 114 Pariſ. con-
ſil. 57. colum. fin. volum. 1. Soci. iunio. conſ. 32.
vt præſentis conſultationis, nu. 19. vol. 2. vt. inf.
ſub num. 222. Alia eſt adminiculatiua, quando
tractatur de actu in genere probādo, qui ſit rei-
terabilis, & hoc caſu dictum teſtis licet aliquo
reſpectu ſingularis adminiculatur alteri, & cũ
eo coniungitur ad probandũ. verba ſunt Soc.
iun. in conſ. 99. col. 2. vol. 2. quem refert Rimi.
conſ. 7. vol. Moder. in l. admonendi. de iur. iura.
Croi. tract. de teſt. nu. 316. verſ. prima concl. ubi
127 dicit ponendo regulam negatiuam, videlicet,
qđ teſtes ſingulares nullo modo probant. d. l.
iuſiurandi, C. eo. c. licet cauſam. de prob. Ceph.
conſ. 141. nu. 12. Viu. cō. op. lib. 1. op. 340. Ema-
nuel Soarez. recep. ſent. verſ. teſtes ſing. nu. 115.
quæ opinio ēt procedit, ſi agatur de conuincen
do aliquo de viuraria prauitate. Federi. de Sen.
conſ. 63. Butr. in cap. cum opporteat. de accuſa-
tio. Alexan. conſ. 72. volum. 1. Ampliatur etiam

H 3 proce-

procedere quando probarentur aliquæ cauſæ,
ex quibus reſultaret multiplicatio alicuius rei,
exemplum de miraculis. Alexan.d.conſ.72. &
conſi.500.qui omnino eſt videndus. Amplia-
tur etiam quãdo ſingularitas verſatur circa me
dium,ex quibus medijs, extrema coniũgũtur
ad indiuiduum totum probandum, vt per Bal.
in l.ſi quis ex argentarijs, §. primo, ff. de eden.
& Butr.dicto cap.cum oporteat.vid.ſup.in 3.p.
O num.116.Marſ.in rubr.de proba.num.355 &
356.mox relatus ſup.lit. P. ſed in cauſa ciuili ſi
vnus teſtis concludat de veritate, vt quia vidit,
audiuit,& præſens fuit,tunc ſi alter deponat de
fama tantum,hoc adminiculum coadiuuat ita
& taliter quod ex ijs duobus teſtibus fit plena
probatio. Afflic.deciſ.337.num.4.& non dicũ
tur ſingulares; quia concurrit ratio vtriuſque
Marſi.in ſua pract.§.diligenter.nu.9.cum ſeq.
Maſcard.de probat.conclu.379.num.8.par.5.
128 Boſſ.de conuict. ſub num.17. Fallit primo,
quando probaretur aliquid in genere tendenti-
bus teſtium depoſitionibus ad eundem finem,
vt per Doct. mox allegat. in d. l. qui ſententiã.
C.de pœn.& Runinald.d.conſ.7.num.91.vol.
1.& Soc.d.conſ.90.vol.2. Alex.conſ.53.vol.1.
Cephal.conſ.141.nu.2. Crauet.de antiq.temp.
par.4.ſub num.157.verſi.& quod ſingularitas.
Bal.in cap.cum cauſam.de appell. Boer.deciſi.
23.num.44.fol.62. Alexand.conſi.85.viſo the-
mate.volum.2. vt puta in probando legatum,
ſeu debitum in genere ſine expreſſione quanti
tatis. Bald.in l.penul.C.de ſent.ſin.cer.quanti.
quando eſt legatum vniuerſale,aut debitum de
rebus emptis,ſed de quantitate teſtes non depo
nant:quia vel non recordantur,quãuis memo-
riam habere debent,l.qui tabularum. ff.de fur.
vel quia audierunt Titium confiteri ſe eſſe debi
torem Sempronij,ſed de qtate, vel quantitate
non deponunt,quo caſu hęc probatio quamuis
generalis transfert onus probandi contrarium
in negantem debitum Doctor.in l.qui accuſa-
re,C.de eden.& in cap.in præſentia.de probat.
Maſcar.de probat.concluſ.ecc. item ſi eſt pro-
bandum adulterium,quem eſſe furioſum, vſu-
ra, fama, iuriſdictio,dominium, hæreſis, poſ-
ſeſſio, infamia, & ijs ſimilia. Nam genus
conſtat ex pluribus ſpeciebus & particula-
ribus,ideo licet teſtes deponant de diuerſis acti
bus, tamen quia huiuſmodi actus tendunt ad
eundem finem,& ad probationem vnius gene
ris non repelluntur tanquam ſingulares. Barto.
in l.ob carmen, §.ſi.de teſt. Bal.in l.de quibus.
colom.penul.ff.de leg.& alios quos videre po-
tes in tract.co.op.rubr.de prob.cap.30.li.6. nẽ
teſtes ſingulares probant de minori ſumma, ſi
deponant aliquid de maiori. Corn.conſil.181.
num.60.lib.2.Dec.conſ.10.num.4.vi.vbi ſup.
in co.op.d.c.30.de prob. Fallit ſecundo,quan-
do teſtis ſingularis deponit ſuper actu reiterabi
li,dummodo circa eundem finem deponat, li-
cet in particularibus ſecus. Soc.d.conſi 99.nu.
15.& ſeq.vol.2. Alex d.conſil.53. & Rininal.
d.conſ.7.num.104. Doctor. poſt glo.in l.ob car
men.§ ſi teſtes.ff.de teſt. Tertio fallit ratione
officij,dignitatis,& honeſtatis,de quibus ſigil-
latim,& plene per Menoch. de arbit.iudic.caſ.
92.car.133. Marſil diligenter.num.17. Quar-
to fallit in crim.læſ.Maieſt. Crot.eo.tract.par.
7.num.335. Anc.conſil.240.& Crot.num.97.
p.4.idem in alijs criminibus exceptis. Et ſcien-
dum eſt,quod licet teſtes ſingulares plene non
probant, tamen iudici aperiunt viam ad indu-
cendam præſumptionem.glo.in cap.nuper. ex
tra de teſt. Marſ.conſ.1.num.25. & vide Spec.
eod.tit.§.de numero teſtium. vbi ponit.30. ca-
ſus in quibus ſtatur dicto vnius tantum,& quo
niam iſta materia ſingularitatis teſtium eſt ad-
modum quotidiana, vt facilius adipiſci poſſit
allego doctiſſimum Bal. in dicta l.teſtium.nu.
14 vbi exemplificat, C.eod.ad quem eſt recur-
rendum, qui ponit decem prædicamenta circa
130 quæ tota teſtium ſingularitas verſatur.& vl-
tra ea quæ ſuperius dicta ſunt,& circa ſubſtan-
tiam,qualitatem,quantitatem,locum, & tem-
pus, quoties rationabilis poteſt ſequi cõcordia
etiam impropriando verba,teſtes,qui prima fa
cie videntur ſingulares, poſſunt tanquã coadiu
uantes alter alterum admitti, & eis credẽdum
erit. Bal.d.l.teſtium per tot. vbi docet modum
reconciliandi teſtes,C.de teſt. No.eſt,quod ſin
gularitas bifarie conſideratur,vno modo abla-
tiua, ideſt quæ non habetur in conſideratione,
alij dicunt obſtare, vt ſupra dixi,quia fides non
adhibetur, exemplum de teſtibus Suſanæ. de
quo tex.in cap.19. Gen. extra de electio. altero
modo dicitur adminiculatiua, vt iam dictum
eſt,quæ ſemiplenam probationem facit,& ad-
iuncta cum alia ſemiplena fit plena,de quo vi-
de etiam Fran. Cur.eod.tract.concl.46. & Al-
ber.de Maler.cap.11.num.32. exempla ſunt,ſi
quis voluerit probare quem fuiſſe homicidã,
vnus teſtis dicit, vulneraſſe punctim, alius cę-
ſim, vnus in domo, alius extra domum, & ſic
de ſingulis,quomodocunque ſit,coniunguntur
ad probandum homicidium. Nam conſtat de
homicidio, conſtat etiam de occiſore, qui plu-
ribus vulneribus occidit, incipiendo fortaſſe
ext.domum,& inſequendo intus domum quẽ
occidit.vt.Bru.in tract.de indic.& tortu.q.2.o.
5.vbi quando teſtes ſingulares eſſent notæ au-
thoritatis & dignitatis iudex non curat de ſin-
gularitate. Caſtr.in l.Lucius. ff.de infam. ſecus
ſi deponerent contra virum bonæ vocis. Bru.
num.7.vt per Bald.dicta l.de quibus. ff.de leg.
131 & l.teſtium.ff.eo. Non enim attenditur mo-
dus,dum factum vniformiter probatum eſt, p
modum difformem,ar.l.3.C.de inſtitu.& ſub-
ſtit.ſed quando per modum,& tempus,vel per
alterum, ex decem prædicamentis, quæ ponit
Bald.in dicta l.teſtium, eſſet aliqua inter teſtes
diſcrepantia,ex qua pars aggrauaretur,tunc iu-
132 dex animaduertere debet, ne nimis prorſus,
& feſtinanter credat, vt admonet Abb. in cap.
132 ex parte.n.8.verſi.adde quartum, de teſt. Nã
nihil poteſt prudentius fieri, quàm quod pede
plumbeo, maturoque conſilio fit. Neuizan.in
Sylua.nupt.fol.230. Luc.de pœn. in l.is tantũ-
P modo. C.de curſu publ. lib.12. Et præcipitatio
dicitur ruina omnium rerum,& dicitur nouer
ca iuſtitiæ.cle.paſtoralis.de re iu.& vi.omnino
Benedic.in d.c.Rayo.verſ.mortuo ita quæ te-
ſtatore,il primo,num.198.& 199.& in Princi-
pe eſt deſtructio populorum, ſicut eſt prima im
preſſio,à qua Deus omnes ſubiectos liberet.di-
cam inf.de Brachio Regio.nec eſt dubiũ, quin
qualitates valde aggrauant delictum, vt plene
ſupra in prima parte, ſecundæ partis tetigi cir-
ca animi deliberati qualitates, num.263.et qui
in qualitate ſe fundat probare debet quãdo eſt
facti.l.in belli. §.facti.ff.de capt.& poſtli.reuer.
Caualca.deciſ.23.nu.21.deciſ.24.nu.5.p.1.vide
in reper.de Brach.Reg.in verb.qualitas; ſi ve-

ro

rò eſt qualitas iuris debet allegari, & oſtendi.l.
illicitas.§.veritas.ff.de offi.præſe. & ſemper no
135 tandum eſt, quod mille ſingularitates minus
probant, quam vnicus teſtis, qui cum adiuncto
ad eundem finem coniungeretur, ad plenã pro
bationem fiendam. ſecundum Bart. Bal. Alex.
Iaſ. Caccialup.& omnes Repet.in l.admonen
di.ff.de iu.iura. Sicuti nec mille ſcripturæ pri-
uatæ probant. Marſ.ſing.pract.§.diligenter.nu.
136 15.& 16. Hinc traditur cautela quam ſeduli,
& peruigiles procuratores, & cauſidici ſeruãt,
ſi habent plures teſtes, & omnes ſingulares, nõ
producunt niſi vnum bonum teſtem tantum,
& de melioribus, ne concurſu aliorum deſtrua
tur, quod probare volunt: nam etiam aliud in
conuenieos naſceretur, quod non poſſet ei de-
137 ferri iuramentum ſuppletorium, ſicuti poſſet
producendo vnicum teſtem, vt cõmuniter te-
nent Doct.in d.l.admonendi.& Bal.in dicta l.
138 de quibus. de leg.& etiam, quia fides vnius te
ſtis ſingularis debilitare poſſet fidem alterius,
vt refert Bat.Soc.in dicto conſ.99.num.2.vol.
2.Dec.conſ.133.viſo proceſſo.colum.3.& vide
omnino Crot.eo.trac.num.318.& ſeq.& Soc.
in reg.2.fallen 74. Felyn.in cap.quoties.eo.tit.
Alex.d.conſi.100.volom.1.Pau.de Caſt.conſi.
93.in fi.& conſi.133.& latiſſime D. Riminal.
d.conſi.7.per to.in ſecunda par.ſed fides vnius
teſtis inhabilis poſſet adiuuari per fidem alte-
rius teſtis idonei, vt per add. ad Dyn. in regula
vtile per inutile. in 6. Bald. in l.ſi quis. §. quid
enim, & ibi Bologn. C.de eden. vbi inferunt
etiam ad duos notarios, vnum habilem tantũ,
qui ambo rogati ſint, quod valet nihilominus
ſcriptura.& in practica nota, quod teſtes depo-
nentes ſuper aliquo negotio ſeu re vniuerſali
quamuis deponant ſuper diuerſis actibus, qui
tamen ad eundem finem tendunt, vt ſi in cauſa
poſſeſſionis, vnus dicat vidiſſe ſeminare alter re
colligi, vel in cauſa Homicidij vnos dicat vidiſ
ſe admenare cæſim alter punctim, hoc in caſu
coniunguntur, nec dicuntur ſingulares. Cepha.
conſ.250.num.33.cum ſeq.& Bal.d.l.teſtium.
C.de teſ.& teſtis vnicus qui facit tantõ ex eius
dicto præſumptionem in perſonam, vel in rem,
fidem non facit, nec etiam in cauſa priuilegia-
ta quando alias patitur exceptiones. Cephal.d.
conſ.250.num.53.apperit tantum viam iudi-
ci, vt ſup.num.128.vi.Soc.in conſi.32.volum.
2, Mar.in ſua pract.§.diligenter.num.17. Præ-
terea ſolet dici: diſtingue tempora & concordã
bis teſtes, & in actu reiterabili puta Adulterio,
Blaſphemia, Vſura, & ſimilibus, vt etiã in fur-
tis, poſſunt teſtes faciliime reduci ad concordiã,
quæ fit ſuper diuerſitate actuum, non quod per
eam integra remaneat probatio, ſed ad euitan-
dum periurium. Io. And. Addit.ad Spe.§.nunc
de interrogatorijs.& Goid. Pap.in l.apud Anti
quos. num. 1.de fur. Sed in actu non reiterabi-
li concordia difficilime fit, vt in Homicidio,
nam teſtes diſcordantes non probant.cap.cum
cauſam.de teſt.& in cap.qualiter & quando.de
Accuſat.ſpec.d.§.iam de interrogatorijs. verſi.
quid ſi vnus teſtis. Nihilominus, ſi rixa dura-
uit, poteſt eſſe quod vnus teſtis viderit initiũ, al
ter, medium, & tertius finem, quãdo quis mor-
tuus remanſit, vt dixi ſupra ſub num.126. & ſic
diſtinguendo horam & modum cõcordari poſ
ſunt: teſtes. d.l.apud Antiquos vbi Guid. PP.
de fur. Item concordia poterit etiam fieri circa
depoſitionem vnius teſtis ne videatur contra-
rius, vt inf.dicetur. Ant.d.c.cum tu.de teſt, Ca-
pell.toloſ.deciſ.11.& ibi Addit.& iudex omni
no concordare curabit ſaltem ad euitandũ per-
iurium. vi. Docto.in repet.l.ſi quis pro emptio-
re.ff.de vſucap. Tandem in materia ſingulari-
taris teſtium vi.D.Farinac.de teſt.q.64.per to.
vbi per teſtes ſingulares probant aliquid in ge-
nere, & quod ex diuerſis actibus fit, vt iuriſdi-
tio. poſſeſſio. ſolutio publicarum functionum,
conſuetudo, vſus, ſtilus, vſura, hæreſis, crimen
læſ. maieſt. vita inhoneſta. meretricium, adulte
rium, & alia delicta carnalia. Dolus, ſymonia,
Minę. Metus, Sęuitia, ſocietas; habitatio, mala
fides. Baratraria, Fama, infamia, Scientia, Con-
feſſio, furor, conſanguinitas. ętas, amor, filiatio,
chriſtianitas, iudaiſmus, blaſphemia, rumor,
lis, Rixa, & alia quæ non ſunt ſcripta. Nam ea
quæ fiunt per diuerſos actus, & ſunt reiterabi-
les per teſtes ſingulares probentur. pulcre Ga-
briel. 10.conclu.2.de teſt. & Doct. dant etiam
exemplum in probanda celebratione Miſſæ, vt
ſi vnus teſtis deponat de epiſtola, alter de euan
gelio, alius de præfatio. vt per ſoc.reg.252.iura-
139 mentum.verſi.fallit 67. Secundò, principali-
ter teſtes varij dicuntur, quando quis teſtifican
do dicit vnum, & poſtea totũ diuerſum. l.eos.
ff. de fal. non aſſignando bonam cauſam quare
a primo dicto diſceſſerit, puta dixit primo te-
ſtis interfuiſſe alicui actui, in tali loco, & die,
ſed in ſecundo dicto deponit ea die alibi fuiſſe,
ita exemplificat etiam Marc. Ant. Blanc. in re
pet.l.fin.ff.de quæſt.num.264. vbi etiam dicit,
140 quod vacillantes dicuntur teſtes, quando du-
bitando, tremendo, & ferè extra propoſitum ex
eunt, quo caſu poſſent tormentis ſubijci. Marſ.
ſing. 103.& Boſſ.in ti.de tortura teſtium. n.27.
quod procedere (inquit) ſi ſuper negocio prin-
cipali, & magnæ importantiæ vacillarent, & n.
141 16.& 17. vbi videtur etiam diſtinguere inter
vacillare, & variare, & idem videtur velle Ino.
in cap.præterea.in fin.de teſt.cog.tandem Boſ.
ſub num.21.dicit, quod in practica, vnum pro
132 alio accipitur, & ſic ſynonime, & ipſe Boſſ. n.
12.& 13.exemplificat, & declarat in l.vnius. §.
teſtes, & ibi glo.ff.de quæſt.& ſub num.27. in-
143 quit, quod habetur ratio, quãdo varietas ver-
ſatur circa negocium principale, & non ſuper
acceſſorijs, licet fides diminuitur. Dec.conſil.
105.colum.6.quem Boſ.ibidem allegat. & Iaſ.
144 in l.2.colum.2. C.de bon.poſſ.ſecundum tab.
vbi ponit qualiter teſtis varians puniatur. Mẽ-
Q dacium ſeu variatio etiam ſine alijs indicijs ex-
trinſecis facit inditium ad torturam quæ debet
ſcribi in actis. Bar.in l.de minore.§ plurium de
quæſtio. ſed niſi iudex ob aliud vehementer ſu
ſpicaretur non deberet ex ſola variatione, trepi
datione, ſeu inconſtantia torquere aliquem, nã
nonnulli ſunt puſilanimes, & locus iudicij di-
citur terribilis, & vultus iudicis iratus terret
hæc omnia, & reos & teſtes: adeo vt quandoq;
ignorant quid reſpondent tanquam non ſanæ
mentis. vi. Mar.l.§.diligenter. num.58. Vulper.
27.nom.6.volum.1.& pulcrè Clar. §.fin. q. 21.
ver.cæterum, & vide Caſon. de tor.cap.10. vbi
145 de vacillatione ait, eſſe ciuiliter torquendum.
Quæro nunc ſi teſtis in prima depoſitione di-
xit vnum, & in repetitione quid diuerſum, quod
nam dictum attendi debet; primum an ſecun-
dum, & breuiter pro reſolutione dico, quod ſi
alterum de duobus eſt ſine iuramento, illud at
146 tendendum, quod eſt cum iuramento firma-
tum.

Digitized by Google

tum.tex.in l.iuſiurandi.de teſt. quæ opinio cõ-
munis eſt.teſtatur Alex.in conſil.66.volum.6.
R Marſil.ſing.212. Menoc.de arbit.iud.caſ.108.
Viu.co.op.in verb.teſtis dicens pulcre. Vital.
tract.clauſu.clau.nõ errore.iur.de errore teſtis.
num.4 7.& 8.fo.mihi 221. Item ſi aliquid erat.
iudicialiter teſtis depoſuerit, & coram iudice
aliter teſtificatus ſit; nam dictum ſecundum at
tenditur.c.ſicut nobis.de teſt.& teſtis qui in iu
dicio primo dixit vno modo, & ſecundo alio
modo, ſi non allegat cauſam condignam erro-
ris poteſt puniri de falſo.l.eos.ff.de fal.Viu.co.
op.in verb.teſtis oſtendens. fol.mihi 291. Ce-
pol.caut.13.D.Menoch.de arbi.d.caſu 108. &
teſtis ad inſtantiam iudicis, & nõ partis poteſt
dictum ſuum quandocunque ante ſententiam
declarare; vt in cap.cum clamor de teſta. idem
quando à ſe ipſo teſtis redit ad iudicem ante-
quam allocutus ſit partem, quia corrigere po-
teſt errorẽ ſuum quando congruentem rationẽ
aſſignat.cap.præterea.de teſt.cog.& hoc ſi teſtis
vltra rationem congruentem etiam erit vir ho
neſtæ & bonæ opinionis. Vital.tract.clauſul.in
clauſula. Non errore.verſic.de errore teſtis.vbi
etiam dicit, an primo, vel ſecondo dicto teſtis
ſtandum ſit; vbi omnino uide quia pulcrè lo-
quitur. Verum etiam ſtãte probitate vitæ teſtis
non poteſt ſe corrigere qoandocunque ſi ſuſpi-
tio probabilis oritur, quod vel allocutus ſit
partem, vel alios quos pars potuerit certiorare,
aut conſilio vel metu, amore, vel odio remoue
rit: nam iis ceſſantibus poterit corrigere ſponte
eius dictum, quia ceſſante cauſa ſuſpitionis ceſ-
ſat ſuſpitio. Tiraq.tract.ceſſante cauſa. nu.146.
verſic.ſuſpitionis.cæterum ſi ambo eſſent cum
iuramento, & tunc dicitur teſtis eſſe inter duo
147 iuramenta, quo caſu ad eruendam veritatem
148 adhibetur tortura, & quod rarum habet in
tormentis illud dictum attenditur. Clar.§.fi.q.
54.verſi.1. Boſ.latè in titulo de tortura.teſt.n.
29.cũ ſeq.facit arg.tex.in l.ſi poſtulauerit.verſ.
ſed ſi negauerit, vbi etiam Bartol. ff.de adulter.
Pract.Pap.in for.opp.contr.teſt.gl.ac etiam va
rij, tenet Tind.eo.tract.cap.3. & c.11. nom.3.
firmat Brun.inter tract.crim.diuerſo.tit.de in-
dic.& tor.4.q.2.par.num.16.car.141. Bal.in l.
verba, nom.3. C. ad leg.Iul.de adulter.pulcre.
149 Boſſ.eod.tit.de oppor.cont.teſt.nume.1. vbi
inquit, quod pars non citatur de conſuetudine,
quando teſtis eſt examinãdus in tormentis; ad
effectum, vt firmet, quod nam dictum ſit verũ,
& ſtatur ſecundo dicto in torturis, modo nõ ſit
ei publicatus proceſſus: nec aliud puto obſeruã
dum, quicquid dicit Alc.de præſump.præſum-
ptione 29.in fi.quem in propoſi.allegat Clar.d.
§.fin.q.54.verſ.tertius eſt caſus, licet & ipſe ſit
in eadem ſententia: niſi quis fuiſſet interroga-
tus de ſe, & de aliis conſociis, vt ſup.dixi num.
69. Nam hoc caſu ſtatur primæ depoſitioni li-
cet contrarium dicat in tortura: vt no.Bar.in l.
1.§.quæſt.ff.de quæſt. quem refert & ſequitur
Dec.conſ.175.num.8. Menoch.de arb.iud.caſ.
108.vt.Tind.eo.tract.c.3.& c.4. Nam talis con
150 trarietas minime purgatur, niſi medietna tor
turæ, ſiue ſit perſona quæ admittitur cum tor-
mentis regulariter, vt dixi ſup.num.101.ſiue ſi-
ne tormentis, vt regulariter ſunt omnes homi
nes liberi.dicta l.ea libero.vbi Barto.de quæſt.
idem in l.eos, ff.de fal.& ita vidi huc video ob-
ſeruare, & ita teneo, nam hoc caſu teſtis præſu-
mitur potius velle affirmare, & perſiſtere tã ſu-
per dicto vero, quam ſuper falſo, dum propter
hoc tormẽtis ſubiicit. Nec obſtat regula, qui ſe-
mel malus.de qua in l.ſi cui.§.iidem.de accuſ.
Alexan.conſ.120.num.11.lib.1.quia ſi vtrum-
que dictum contrarium eſt ſine tormentis, tũc
neutri ſtandum eſt, ſi primum ſine tormentis
& ſecundum cum tormentis, amboque dicta
ſint, cum iuramento, tunc ſecundo ſtãdum eſt,
& hoc caſu non eſt locus regulæ, propter adie-
ctionem tormentorum. Bart. ab omnibus ap-
probatus in l.ſi quis in graui.§.ſi quis moriẽs,
ff.ad Syll. ſed & hoc limitatur habere locum ſi
primum dictum ſine tortura eſſet veriſimilius,
ſecundum Bar.Soc.conſ.253.in cauſa.& Dec.
in conſil.175.nume.8.& dicam inf.num.154.
151 Quia tormenta ſunt inſtrumenta pro eruen-
da veritate, & non pro mendacio ſubſtinendo
inuenta, vt tenuit Bal.in rubr. C.de pœ.iud.qui
male iudica.Clar.d.§.fin.quæſt.70.verſic.ple-
runque.& Gui.de Suza.inter tract.crim.diuer
ſorum.titu.de indic.& tortu.& ibi Bolog.in ad
dit.num.5.& Boſſ.in tit.de conf.il.per tot.nu.
26.Andr.de Iſer.capit.1.§.inſuper.colum.1.de
contr.inter Dom.Federic.de inueſt.feud.Ma
rant.Spec.actu.14.num.12.par.6. & quamuis
nonnullas diſtinctiones Clar.tradit in d.q.54.
verſic.tertius eſt caſus, quas videto:. & Gand.
de quæſt.& tor.q.1.num.6. nihilominus ipſe
ſic dicendum exiſtimo, duo dicta contraria ſi-
152 ne iuramento, vel cum iuramento non vale-
re, in cauſa criminali, etiam ſi vnum eſſet extra
iudicium, vt tenet Caroccius.quem refert Clar.
q.54.dicto verſi.tertius eſt caſus, & verſicu.ſeq.
quem ipſe ſequor, qui Camer allegatur in quo-
dam conſilio matrimoniali, poſt conſilia Zaba
rell.ſed vt quid ſentio dicam, illud dictũ, quod
eſt in iudicio receptum, magis videtur obtine-
re propter loci, & iudicis additionem, vt eſt ca-
ſus in l.2.§.1.ff.de iureiur.ibi. Prætor id iuſiu-
randum non tuebitur, ſibi enim iurauerit, alio
quin facillimè quiſque ad iuſiurandum decur-
rens nemine ſibi deferente iuſiurandum, one-
ribus actionum ſe liberabit, quem tex.declarat
Tynd.eo.tract.de teſt.lib.2.cap.4. & cap.1. &
cap.5. fallit etiam prædicta concluſio, ſi de duo
bus dictis, alterum ſit fauorabile.capit.odia.de
153 reg.iur.faciunt in argum.quæ dixi ſup.in ſe-
cunda primæ par.prin. Secundo duo dicta con
traria ſine iuramento non tenent, & eſt expe-
ditum per text.in l.iuſiurandi.C.eod. Tertio,
duo dicta contraria cum iuramento in cauſa ci
uili, in qua non eſt adhibenda tortura non te-
nent, quæ opinio eſt cõmonis, & teſtatur Rui.
conſ.75.poſt nu.8.li.1. at de periurio impunis
non eſſet dimittendus, de qua periurij pœna, tra
154 dit Clar.lib.5.ſent.§ periurium. Et quando
quæreretur, cui ſtandum ſit dicto, dico illi ſore
ſtandum, quod eſt magis fauorabile, & magis
veriſimile.l.in ambiguis.de reg.iur. Barto.in l.
ſcripturæ.num.4.C.de inſtrum.& latius de te-
ſtium variatione, tradit Tynd.eod.tract.cap.1.
cum plur.ſequ.ad quem eſt omnino recurrẽn-
dum, quoniam & latè, & diſtinctè nih.l intra-
ctum relinquit, & in tantum eſt verum, quia
V dictum veriſimilius ſine iuramento prææualet
iurato, Tynd.eo.tract.num.7. quamuis Bar.in
l.ſi poſtulauerit, dicit ſtandum eſſe ſecundæ de-
poſitioni: ſi facta eſt ante publicationem pri-
mæ depoſitionis; & ſtatur primo dicto quando
ſecunda depoſitio eſt facta poſt publicationem
primæ ex quo ſubeſt timor ſubornationis. Miſ-
ſing.

ſing.obſer.86. Centu.2. Guid. Pap. deciſ. 546.
Fely. in cap. propterea. de teſt.cog.vid. Vulpel.
155 conſil.27. & 104. per tot. Sed retenta prima
concluſione ſciēdum eſt, quod teſtis, qui primo
X tortus fuit tanquam vilis, vel infamis, vel quia
ſit varius, vel quia præſumitur ſcire quod negat,
vel deponat non veriſimile, vel nolit ad inter-
rogata reſpondere, vel ſit conuictus ex ſuiſmet
depoſitionibus, vel ab alijs inditijs de menda-
cio. ijs omnibus modis poteſt torqueri, vel qa
ſit ſocius criminis de quibus ſupra ſuis locis ſū
locutus, & Bart. in l.1.§.quæſtionem, ff.de quę-
ſtio. Brun. de indic. & tor. num. 52. huiuſmodi
teſtis tortus, & nota qđ ſi duo teſtes ſibi contra-
dixerint, primus examinatus negat interfuiſſe,
ſecundus, dicit quod primus teſtis interfuit, ſi in
denuntia, ſeu querela eſt nominatus tanquam
teſtis, tunc poterit torqueri quando ſecundus te
ſtis eſt dignior, & primus dicitur cōuictus, licet
à ſolo teſte, ad hunc effectum tantum torquen-
di. Boſſ. in tit. de tortur. teſt. nume.10. & in titu.
de indic. num.37. Marc. Deciſ. 780. ſub num.10.
Marſ. in l. vnius, §. teſtes torqueri, ff. de q. foll.
Pract. cri. in ver. capiat. num. 23. eſſet iterum in
tortura repetendus, & ſi in hac repetitione va-
ſium dixerit à primo, tunc nec primo, nec ſecū-
do dicto ſtandū eſt, ſed tertio debet ſubijci tor-
mentis, & ſtabitur deinceps illi dicto, quod ra-
tum habet in tortura tertio loco adhibita, vt te
net gloſſ. in l. fina. de quæſtio. quæ approbatur à
Parid. Put. tract. ſind. verſic. tortus, c.6. num.3.
156 & ſic notandū eſt, quod ſtatu illi dicto, quod
ratum habet in torturis, nec teſtis vltra tertiam
vicem, tanquam teſtis torqueri debet ad no. per
Ang. in dicta l. ſi. C. de quæſtio. Pau. Caſtr. cōſ.
157 107. circa fin. quæ ratio non procedit in reo,
qui & tertio, & quarto, & vltra torquebitur, ſi
noua ſuperuenerint inditia. ſecundum Bart. in
l. vnius. §.1. de quæſtio. & Saly. in l.2. ff. de cuſt.
reo. & Folet. in pract. crim. uerſic. & confite-
buntur. par.3. nu.78. & in aliu caſu de quo per
Parid. Put. de ſind. d. uerb. tortus. cap.6. num. vt
eſt quando reus confitetur quoties in tormen-
tis, toties negat extra tormenta, & non ſic rati-
ficat, ſed Iu. Clar. q.21. uerſic. ulterius, dicit non
eſſe torquendum, ultra tertiam uicem, quod no-
tandum eſt, cōtra illos iudices, qui diu noctu-
que Reum in tormentis fatigant. quos, ut dicit
Clar. grauiter reprehendit Augu. ad Angel. de
malef. in uerb. compasuerunt, & confitentur
totum. poſt nu 10. Sed bene dicit Clar. in fi. d.
uerſ. ulterius. quod reus quoties negauerit, id q
prius dixit in tormentis, toties ſit torturæ ſubij-
ciendus, ſed non ultra tertiam uicem, rebus ſic
ſtantibus, & ita obſeruari uideo, at Parid. de
Put. puto intelligendum eſſe, quando ultra ter-
tiam uicem, noua ſuperuenerint inditia, prout
obſeruatum fuit ijs diebus præteritis Mediol.
158 in cauſa cuiuſdam nobilis de Lunate. eſt ue-
rum, quòd ſi quis propter uariationem torque-
retur. ut debet fieri iux. tex. cap. in poſitionibus.
de iur. iura. in 6. & tex. & glo. in l. nullam. C. de
infami. in tortura confeſſus fuerit, & poſt tor-
turam confeſſionem ratam non habuerit, ſi al-
legat cauſam erroris, probato errore, non pote-
rit iterum torqueri, ut no. Doct. in l. prima. de
confeſſ. & in l. error. de iur. & fac. ignor. l.1.§. ſi
quis. de quæſt. & Ratificatio qualiter fienda
uid. infra in materia Brachij regij. & Clar. §. fi.
q.64. uerſ. cæterum cum ſeq. ubi extra locū tor-
turæ ad bancum iuris præſente iudice & poſt
horas ſaltem duodecim fieri debet, nam ſi in di-
cto termino, qui videtur congruus, vt in Euan
gelio legitur, perſeuerauerit & ratura, vt ſup. ha
buerit, dicitur ſponte quodammodo cōfeſſum
fuiſſe, ſaltem ita interpretante generali conſue-
tudine, per quam etiam nō requiruntur teſtes
in actu ratificationis, ſed ſtatur ſcripturæ actua-
rij, vt per Clar. d.q.64. verſi. Debet quoque. ſed
omnino eſt neceſſaria iudicis præſentia, dies &
hora in qua quis ratificauit. Eſt & alius caſus p
159 quem iterum torqueri non poſſet, ſi appella-
ret à tortura illicita, nam eius etiam confeſſioni
non ſtaretur. l. ſi cui. ff. de quæſt. Bal. in l. ſimili
te. ff. de quæſtio. Cano. in cap. graui. depoſiti. &
idem Paris Put. hos refert. in dicto capit.6. ſub
nume.1. Sed in multis partibus per ſtatuta eſt
ſublata appellatio in criminalibus, vt eſt Med.
in conſtit. ti. de appel. & Mantuę. vbi vero non
adſint hæc ſtatuta aduertatur, vt decretum tor-
turæ ſecreto interponatur, & executioni mitta
tur facto & non verbo: quia à facto non appel-
latur, ſed ab īterlocutione iudicis, ideſt ab eius
160 ordinibus ſic, & nedum quando reus variat
poteſt torqueri, ſed quando non vult reſponde
re, niſi teſtis interrogaretur, an ſit criminoſus,
vel de ſuo crimine, quoniam non tenetur re-
ſpondere. Can. in cap. inquiſitionis. §.1. Bart. in
l.3. nu.3. ff. de teſt. l. ſi duo. §. Iulianus. de iur. iu-
ran. idem in l. decem, colum. 2. de ver. obligat.
ſicuti dixi non vere reſpondere reū quando nul
la eſſe reperiuntur inditia contra illum trac. de
Brac. Reg. p.3. num. 62. & 72. & Clar. q.64. ver.
debet igitur iudex; ait quod pro quolibet indi-
tio dantur tres ictus torturæ, ideſt ſquaſſi di cor
da, ſecundum Marſ. in pra. §. nunc videndum.
num.53. & alios quos ibi allegat; ſed quod in
ſtatu Mediol. non dantur niſi duo, vel tres in to
tum quot quot ſint inditia, quia omnibus cō-
putatis dantur duo aut tres ictus funis: intelli-
ge in vna vice tantum: nam ſecunda die pote-
rit repeti tortura, non reſpectu illius inditij ob
quod prima die illata fuit, ſed pro alio inditio
diuerſæ ſpeciei, modo, vt ſupra, & tertia die ſi-
militer concurrentibus alijs pluribus inditijs
vrgentibus, & hoc eſt quod Clar. innuit per il-
la verba interpellatis vicibus. vid. Carer. pract.
crim. in tract. de indic. & tor. fol. 163. Gramm.
conſi.45. num.37. Caſtr. conſ.299. cir. fi. vol.2.
& alios quos alleg. Baiar. ad Clar. d.q.64. verſi.
debet igitur. nu.98.99. & 100. vbi in aſſaſſinis,
famoſis latronibus, & facinoroſis hominibus,
non attenditur iſta temperantia, vbi magnitu-
do ſcelerum, & ampla facultas procedendi con
currant. de qua late dicam in tractat. de Brach.
Reg. Sed non omitto hic quod ſemel tortus ſuf
ficienter ſuper vno inditio, ſi adhuc tale inditiū
per nouos teſtes comprobaretur, non per hoc
tortura repetenda erit, vt admonet Clar. d. qō.
64. verſ. vltimo videndum eſt, prope fi. vbi exē
plificat in inditio famæ, & D. Menoch. de arb.
iudic. caſ. 272. Quare concludendum eſt quod
tortura eſt repetenda nouis ſuperuenientib. in-
ditijs ſpecie diuerſis, vel quando eſt data pote-
ſtas regia libera, quam præeminentiam appel-
lant Regnicolæ, vt per Carau. in. Rit. 259. item
quādo teſtis non admittitur ſine tortura, quia
debet in tortura repeti, item quādo quis minus
ſufficienter fuerit tortus. & iudex ſcribi fecerit
qualiter D. pro nunc dimittit de tortura manda
uit animo eam diuidendi; reliqua quæ hic de-
ſunt Deo dante dicentur in materia Brachij
Regij.

Digitized by Google

161 Regij. Et ad intelligentiam ſupradictarum
in hac nedum quotidiana, ſed etiam peri nlo-
162 ſiſſima materia torturæ, quando teſtis de il-
lis eſſet, qui ſiue ad offenſam, ſiue ad defenſam
non admitteretur, abſq; tormentis, vt ſupra po
ſui. num. 110. cum ſequen. talis etiam ad infor.
proceſſum non eſſet admittendus niſi adhibita
tortura. deinde ſi eſſet repetendus, ſimiliter cũ
tortura, & ſi in repetitione varium dixerit, rur-
ſus, & tertio in tortura examinabitur, de virib.
dicti, & depoſitionis ſuæ, & ita declarat. Clar.
d. quæſt. 45. verſic. cæterum, & ex hoc declara-
tur etiam dictum Parid. de Put d. verb. tortus.
cap 6. num. 3. & ne erremus in caſibus irrepa-
163 rabilibus præcipue, qui vt plurimum efficia
geritis in ſtatu Mediolan. in hac materia, vltra
alios ſemper animaduertendum ad Clar. d. q.
54 verſi debet igitur iudex. vbi dicit, quòd pro
164 quolibet inditio dantur reo duo ictus funis,
& ſi plura, & valde vrgentia ſint inditia, tunc
tres ictus cordæ, & non vltra dantur omnibus
computatis indicijs, quotquot ſint, & quæ in-
ditia ſint ſufficientia ad repetitionem torturæ
165 in reum, recurrite ad D. Par. Put. d. trac. ſind.
in verſic. tortus. cap. 1. ſub num. 3. & ſucceſſiue
per omnia c. in d. verb. tortus. & in verb. tortu-
ra. per tot. & Boſſ. in tit. generali. de tort. & in ti
tulis. de tort. accuſatoris. & in alio tit. de tortu-
ra teſtium, prout eſt materia noſtra principalis,
reliqua vid. per Angel. de malef. loc. ſupra cit.
& Blanc. & alios, in l. fin. de quæſt. vbi. Gui. de
Suzaria. Franc. Brun. & Franc. Caſſoni. Bal. de
Perigl. Iacob. Arena, & Pau. Ghirl. qui omnes
Inſeruntur, in vol. tract. crimin. diuerſorum. &
Y poſtquam ſumus in materia torturæ, ſup. in fi.
primæ par. dictum eſt quod teſtis, qui non de-
buit examinari, ſi examinatus fuerit, quod non
faciat inditium; hic addendo quæro quid ſi hu-
iuſmodi teſtis fuerit tortus, & non facere indi-
tium ad torturam ait Marſ. in ſua pract. §. Dili-
genter. num. 135. & 141 & in ſingul. 19. & vid.
Clar. in §. fi. q. 24. verſ. fi. vbi diſtinguit in teſte
166 a lege reprobato, vel ab homine. Tertio, prin
cipaliter dicuntur teſtes contrarij, quando ſcili
cet vnus teſtis deponit Papiæ, quod præcedenti
die dicti factum Romæ, cum impoſſibile ſit,
vel ſi duo ſint teſtes, & vnus aſſerit, alter neget,
Z vt cap. in noſtra. de teſt. & 3. q. 8. nulli creditur.
Ceſal. conſ. 233. nu. 17. vol. 2 & ſi duo teſtes ad
infor. curiam vnus negat alter affirmat. ij non
ſunt torquendi niſi affirmans eſſet omni exce-
ptione maior, vel niſi negans obijceret affirmã
tem eſſe inimicum, vel alter eorum ſuſpectus
eſſet, & alius diceret velle probare in tortura
quod contra alterum teſtem dixit, & illi in fa-
ciẽ ſubſtinere, qua ex cauſa fieri permittitur.
Boſſ. in ti. de indic. & conſ. an. tot. num. 37. vbi
quãdo par eſt numerus teſtium & hinc, & hinc
par cõditio: dicta omnia eliduntur & reus gau
det: quia cõdemnari non poteſt rebus ſtantib.
verum nõ ſic, & etiam quando quis dixit vnũ
in primo dicto, & totum contrarium, in alio ſe
cundo. idem, quando quis dixit quod veriſimi
le, & aliud penitus à veriſimili alienum, in eo-
demmet dicto; vel quando duo teſtes produ-
cuntur, & vnus deponit de ficu, alter de pinu, vt
de teſtibus Suſanæ, vnde ratione rei, cauſæ, lo-
167 ci, & temporis, & modi quis in ſuo dicto con
trarius eſſe poteſt, vel duo teſtes adinuicem con
trariantur. Alber. eo. tract. c. 6. nu. 29. & 30. At
168 teſtis qui ſibi ipſi contradicit, ſi appareat, quod
ſtatim voluerit ſe corrigere, non eſt tanquã cõ-
trarius reijciendus. cap. prætetea. extra eod. &
ibi Abb. qui dicit. poſt Innoc. quod iudex de-
bet attendere diligẽter modum, & cauſam cor-
rectionis. eſt gloſſ. magna. in authen. de teſt. §.
quia verò, & eſſe communem opinionem, &
eam ſeruari teſtatur Tynd. eod. tract. cap. 4. nu.
4. Viuius lib. 1. op 400. & Decio. paſſim. in d. c.
prætetea. & ibi notatur, illud dici incontinenti
169 fieri, quod fit antequã diuertatur ad alios act.
extraneos. Bar. in l. 1. §. qui præſens. de verbor.
oblig. pulchrè Cephal. in tract. de ſimulat. con-
tract. colum. 18. Maria. Soc. cap. 1. de mut. pec.
latè Tiraqu. in verb. reuertatur. num. 114. C. de
reuocan. donat. & in propoſ. Tynd. d. nume. 4.
170 inquit, quod teſtis antequam vadat conſpe-
ctum iudicis, & antequam allocutus fuerit par
tem, tũc ſi aliter rem ſe habere dicat eius, quod
dixerit, incontinenti dicitur ſe correxiſſe. Me-
noch. de arb. iud. vbi pulchre. caſ. 108. num. 5. &
per 101. & error in teſte eſt punibilis & teſtis te
netur ad intereſſe partis, nam vt inquit Bal. eo.
tract. de teſt. nu. 24. in 2. par. error in Notario
& teſte dicitur lata culpa. tex. in l. fin. ff. de Ma-
giſtr. conue. Boſſ. in tit. de torm. nu. 26. & 27. iu
dicat communem eſſe opinionem, & prodeſt
171 teſti. præſertim allegando cauſam ſuæ corre-
ctionis, alias puniretur, quod nota. eſt text. in l.
eos ff. de falſ. Tyn. dicto cap. 4. num. 1. & eſt ra-
tio, quia in eodemmet ſubiecto, duo contraria
172 ſimul, & ſemel ſtare nõ poſſunt. l. 1. C. de fur.
no. in l. ſi is qui ducenta. §. virum. ff. de reb. du.
& optimum erit remedium, vt inſtruatur teſtis
quod petat ſibi legi examen ſtatim eo finito, &
deinde ſe corrigat, vel dicat credo (ni fallor) id
ita fuiſſe, vel ita vidiſſe ſi fui præſens, vel ita au
diuiſſe; poſſem obliuiſci, ideo referuo me corri-
gere, te melius recollecta; quia etiam ex interual
lo poterit ſe corrigere ſi ſponte. & amota collu-
ſione, & ſubornationis ſuſpicione, ſe corrigat,
& multum prodeſſe poterit bona qualitas, &
integritas teſtis. vt Farinac. d. tract q 66. num.
227. vſq; ad nu. 254. & Prudens Iudex animad
uertit, an correctio ſit poſſibilis, veriſimilis, &
congrua: an vero affectata, exorbitans, & non
quadrata; & teſtis notæ fidei poteſt vſque ad pu
blicationem proceſſus teſtium, dictum ſuũ cor
rigere. Bal. in cap. prætetea. colum. 2 ver. in con
tinenti. de teſt. cog. Tiraq. de pœn. temp. cauſ.
51. nu. 127. iudex nihilominus tenetur concor-
dare teſtes quantum fieri poteſt. cap. cum tu. de
teſt. Boſſ. in ti. de opp. contr. teſt. num. 10. & 11.
174 nam ſicut iura iuribus ſunt concordanda. Ale
xan. conſi. 141. nu. 5 vol. 2. ita contrarietas om
175 nis eſt euitanda, vt per Bar. d. l. eos. & in l. in-
ter ſtipulantem. §. 1. de verbor. oblig & in l. ſcri
pturæ. num. 4. C. de fide inſtrum. ſed ſi teſtes ſuf
176 ficiunt pro integra, & plena probatione, iu-
dex eos ad concordiam non inducit. Bartol. &
alij in dicta l. 2 §. fin. ff. ſi cer petat. Cau. in cap.
cum tu. de teſt. quod eſt, quando concordia fit in
A dicto vnius teſtis tantum, vel in dictis diuerſo
rum: Et licet teſtimonia eſſe ſtricti iuris dicat
Tiraquel. de retract. conſang § 35. gloſ. 1. alleg.
cap. in præſentia. de prob. tamen teſtium dicta re-
ctè interpretari poſſunt. & concordiam fieri ex
pedit ſuper factu principali, non curãdo de cor-
tice verborum. glo. 1. de offi. deleg. gl. 2. extra de
reg. iur. Cur. eo. tract. conclu. 11. num. 24. & nu.
25. vbi ait eſſe attendenda verba quãdo illa ſunt
formaliter probanda. Anton. in c. nihil obeſt.
de

Digitized by Google

de verb.ſig. Bal. in l. 1. & 2. C. de ſecun. tab. Bar.
in l. 2. ff. quemad. teſta. & D. Surd. conſi. 12. nu.
43. volum. 1. & ſat eſt quod verba concordent
in ſubſtantia. Alexan. conſi. 47 num. 2. volum.
2. & concordia teſtium fieri debet ſecundum
eorundem teſtium intentionem; aliter dicere-
tur extorſio. Anchar. conſi. 191. Rom. conſilio
301. Oldrad. conſ. 168. dummodo circa ſubie-
ctam materiam verſetur. ar. l. ſi vno anno. ff. lo
ca. Nec putes teſtem diſcordare, quando poſt re
ctum examen factum interrogatus, reſpondet
neſcire: quia ſubauditur ſcilicet neſcire vltra id
quod depoſuit, quia iſta ſubauditio eſt rationa-
bilis, ne depoſitio pereat, vt ſupra num. 67. in 2.
par. & Nell. eo. tract. par. 2. num. 225. & in ſimi
li docet Bal. d. l. teſtium. num. 9. C. eod. & ope-
177 ratur concordia, quod non ſaluatur dictum
teſtis, vt eſt com. opin. Alex. conſil. 20. volum.
4. ſed teſtis ſolum liberatur à pœna periurij: ſe-
cundum Bar. in l. 1. C. de vſufr. & Tyn. eo. trac.
cap. fin. Iacob. Butrig. in l. de ætate. C. de prob.
quæ communis opinio declarationé recipit, vt
per Boſſ. in d. tit. de opp. contr. teſt. ſub num. 11.
178 qui dicit duobus modis poſſe fieri concor-
diam, vno modo ad probandum, alio modo ad
euitandam falſi pœnam; illa fit ad probandum
quoties ſine maxima difficultate fieri poteſt,
ſed quando fieret cũ maxima difficultate, tunc
operaretur tãtum, id quod ſuperius dictum eſt.
num. 177. quę declaratio valde placet: quamuis
Alex. in l. inter ſtipulantem. §. 1. colum. 4. quẽ
Boſſ. audet reprobare, non male ſentiat. at quã-
do vnus teſtis cõtrariat pluribus, vel par ſit nu-
merus hinc inde contradicentium, tunc cõcor-
dia fieri debet, & ad illum finem per quem vi-
deretur iudici, in re ſe tutius ire: ſi autem vnus
ſit contrarius pluribus, vel par ſit numerus con
tradicentium, qui ab vna parte tãtum ſunt pro-
ducti, tunc magis debet concordia fieri, & hoc
duplici de cauſa, primo ne arguantur de falſo,
vt inquit Bart. dicta l. prima. C. de vſuf. & Butr.
dicto cap. cum tu. de teſt. ſecundo ne dictum te
ſtis pereat: vt per Alber. de Malet. eod. tract. c.
fin. num. 30. & eſt communis opinio Tynd. in
cap. 7. nu. 7. & ſeq. & in cap. fin. p. 3. & Franciſ.
Curt. eod. tract. conclu. 112. Imo in l. ſtipulan-
tem. §. 1. de verbor. obligationib. Boſſ. vbi ſup.
de opp. contra. teſt. nu. 13. & vide Sebaſt. Maff.
de ſtatu præſcrip. nu. 23. cum ſeq. vbi dicit, quã-
do concordia eſt facienda ad fauorem rei, &
quando ad fauorem actoris, & concluditur in
dubio pro reo eſſe faciendam, ſed in claris pro
actore concordia teſtium fieri debet, vt per Do
ctor. præcipuè Felyn. & Hoſtienſ. in dicto cap.
cum tu. de teſt. & vid. in hac materia concordã
di teſtes omnino Anto. à Petra. in ſuo tract. de
fideicom. q. 12. a num. 901. vſque ad nu. 1214.
vbi diffuſiſſime tractat & diſtinguit omnes ca
ſus quem valdè & iure meritò magnificat. Ba-
iar. ad Clar. §. falſum. verſ. ſcias. num. 46. & alle
gat. Decia. conſ. 40. volum. 2. Gramm. vot. 18.
179 19. & 30. & Crot. de teſt. num. 127. Menoch.
caſ. 109. Rurſus ſi quæratur de contrarietate, cir
ca dictum vnius teſtis tantum, de quo mox di-
xi, ſi eſt compatibile, & facile concordia poteſt
fieri, ſaluatur dictum, ſed quando tractatur de
concordando teſtes hinc inde ab vtraq; partiũ
productos adinuicem contradicentes, tunc ma
gnum prælium eſt in curia, vnde fortiores in
180 ſuo dicto, & ratione præualent debilioribus,
nobiliores, digniores, & magis periti pręualent
cæteris, vt in l. ob carmen. §. 3. & fin. ff. eod. Bar
tol. d. l. ſcripturæ. la prima, num. 2. C. de fide in-
ſtrum. & latè dixi ſupra num. & vi. quibus ma-
gis ſit credendum ſupra, in 2. par. ad num. 182.
cit. ſi. ſed quando teſtes ſunt hinc inde contra-
rij, in ſubſtantia neutri credendum eſt. Farin.
q. 65. num. 16. & in d. q. latè examinat quando
ſunt contrarij in verbis, vel in aliquo puncto
ſubſtantiali, aut in aliqua qualitate: & ſub nu.
37. dicit quod teſtes cõtrarij ſunt reducendi ad
concordiam vſq; ad nu. 105. ſat eſt quod poſſit
ſaluari eorum dictum iuxta bonam, & iuridi-
cam interpretationem, amotis cauillationibus
quo ad probandum, ſed quoad effugiendam pę
nam falſi, dicta aliqualem pati poſſent difficilẽ
interpretationem. vt ibi. nu. 76. cum mult. ſeq.
& idem q. 65. num. 245. cum ſeq. nonnulla ad-
ducit ſpecialia ex quibus teſtes reducuntur ad
concordiam. Reliqua videri poſſunt per Boſſ.
eo. tract. ſupra cit. & Alb. de Malet. eo. per mul
B ta capitula. Quæro pro maiori declaratione.
Teſtis deponit audiuiſſe, Titium dicere quod
vidit Meuium cum Berta carnaliter adultera-
ri: an valeat hoc dictum. certe non, quia loqui-
tur de auditu alieno. l. teſtium. ff. de teſt. dixi
ſup. num. 157. par. 3. & eo minus ſi Titius inter
rogatus negat ſcire, nec de hoc locutum fuiſſe.
neutri creditur. Spec. §. iam de interrogatorijs.
d. verſ. quid ſi vnus. Fed. de Sen conſi. 162. quo
caſu non eſt expediens quærere concordiam:
ſed ſi plures teſtes dicant quod Titius dixit vi-
diſſe Meuium cum Berta, Titius verò negat, ſi
ſint conteſtes loco & tempore quando audie-
runt Titium ſic dicere, Titius dicitur conui-
ctus, & poterit torqueri ad eruendam verita-
tẽ: ſed ſi plures teſtes ſint diſcordes de loco aut
tempore, debet quæri concordia quoad cõuin
cendum Titium, ſed ad euitandam pęnam fal
ſi. ſecundum com. opin. legiſtarum. ſequentiũ
Bar. in l. 1. C. de vſufr. ſed ſecundum opinionẽ
Canoniſtarum. in allegato. c. cum tu. de teſt. ta
lis concordia operatur probationem, vide ta-
men. Alber. de mal. d. tract. vbi cap. 9. num. 30.
& 31. videtur concordare has opiniones: ſi ve-
rò nullo modo poſſunt ad concordiam reduci,
tunc debet examinari cauſa mendacij inter te-
ſtes. iux. pract. Bar. in l. vnius. §. iudex. ff. de quę
ſtio. Boſſ. in tit. de oppoſ. contra teſtes. nu. 12. &
hoc quo ad teſtes. Sed quo ad reum, ſi duo te-
ſtes affirment, & vnus tantum negat, nihilo-
minus reus poterit torqueri, quia duo præua-
lent; ſecundum ea quæ dixi ſup. nu. 173. cum
plur. ſeq. par. 2. primæ, & nu. 164. in 3. par. Item
inter teſtes ſingulares non eſt opus quæſtione.
Bald. d. l. teſtium. C. de teſt. & tantò minus de-
ponentes teſtimonio. Alexan. conſ. 77. conſ. 82. vo-
lum. 1. conſ. 68. n. 7. vol. 3. Curt. eo. tract. concl.
41. Præterea quid proſit excuſatio dicam in
181 materia brachij regij. Quarto principaliter
obijcitur, quod fuerunt producti didicitis teſti
ficatis: nam poſt didicita, & teſtificata teſtium
productioni amplius locus non eſt. tex. in l. per
hanc. C. de temp. appel. §. ſi verò. authen. de teſ.
182 & æquitas ſuadet, ne detur materia inſidijs,
& falſitatibus. auth. qui ſemel. C. de prob. cap.
fraternitatis. eod. tit. no. in gl. liberabit. l. ait prę
tor. ff. de iur. iura. & hunc terminum didicitis
teſtificatis docet Bart. in auth. at qui ſemel. nu.
11. & nu. 19. vbi etiam Iaſ. C. de prob. qui termi
nus intelligitur, quando teſtes ſunt publicati,
& eorum productioni renũciatum eſt: & pars
de

de eis copiam à iudice decretam habuit in ſcri-
ptis, & commode videre potuit, & intelligere
eorum dicta. Pract. Pap. in for.opp. contr.teſt.
gloſ.ſuntq; publicati.pulchrè etiam Bald. in c.
184 vltra tertiam,n.4. & 5.de teſt. quo caſu etiam
ex partium conſenſu iudex teſtes nō admittit.
vt in l.quos prohibet.de poſtul. Bald.d.authen.
at qui ſemel.& ibi Doctor.communiter. C. de
probat.pract.Suac.cap.18 num.67.& ideo qui
C perſunctorie, vel caſu fortuito legit Atteſtatio-
nes, non dicitur didiciſſe teſtificata. Bal.in cap.
conſtitutis.il 2.circa fi.de teſt. & Gem. in cap.
cum perſonæ.ad fi.vbi gl.de priuileg.in 6. Ant.
d.c.fraternitatis.de teſt.& alios adducit Cot.in
memorial.in verb. legere aliquid; vbi logiſtice
diſtinguit inter legere intrinſece, hoc eſt men-
taliter, & extrinſece, hoc eſt oculo:& mixtim,
ſcilicet,mente & oculo.ſed parum videtur face
re:nam ſufficit quod dicta teſtium ſint publi-
cata,& de eis copia decreta,& tradita partibus,
vt ſupra:nam ſi pars legerit,vel non legerit,ſibi
imputet;præſumitur legiſſe. Spec.eo.tit. §.ſatis
vtiliter.de teſt. vbi inquit quod ſupradicta con
cluſio procedit etiam ſi pars aliūde quam à ſuo
iudice didicerit teſtificata. & Fel.in cap.præte-
rea.de teſt.inquit ſat eſſe quod pars locuta ſit cū
teſte poſtquam fuit examinatus, & ſufficit pu-
blicationem eſſe factam ad inſtantiam vnius
partis tantum, vel pro parte aduerſa tātum, ſed
vi.Gabriel.conclu.21. de teſt. vbi ad dictā reg.
de qua in d.cap.fraternitatis. de teſt. Videlicet
quod didicitis teſtificatis teſtes nō poſſunt am-
plius recipi, ponit decem ampliationes, & 70.
limitationes,quarum antequam nonnullas at-
tingam,eſt aduertendum quod in renuntiatio-
ne,quæ publicationem teſtium præcedit, vt di
xi.nu.149.par. ſecunda proteſtetur ſibi ius ſal-
uum fore opponendi, tam contra teſtium per-
ſonam,quam contra eorum dicta, vt meminit
Butrig.eod.tract.num.15.& vide Pract.Pap.in
fo.opp.contro.teſt.d.glo.ſuntq; publicatis;vbi
multas ponit diſtinctiones, ſed dicta proteſta-
tio fieri debet cautè, adhibita clauſula, ſi opus
fuerit,& non aliter. alioquin ſi in fauorem pro
teſtantis teſtis depoſuerit; non prodeſt prote-
ſtanti, qui dicitur renuntiaſſe fauori ſuo Ma-
186 rant. Actu 13.nu.4. hoc in ſumma ſeruatur,
in practica nempe, quod facta publicatione cū
omnibus illis qualitatibus, de quibus nouiſſi-
mè mod.pract.Suac.d.cap.18.nu.19.cum plu.
ſeq.& Pract. Pap.in for.publ.teſt.vbi dicit, qđ
ad eam fiendam requiritur partis citatio, & qđ
petatur à parte, vt iudex teſtium dicta publicet
poſt terminum lapſum,ad probandum, ac pro
batum habendum,& datur copia atteſtationū
parti in publicam formam redacta. Rip.in l.2.
C.de eden.nu.30.Bal.d.l.per hanc. C.de temp.
D appell. Deinde nullo modo ſolent admitti te-
ſtes, niſi vt infra. Et in tantum hoc videtur ve-
rum,quod ſecundum vnam opinionem,etiam
minor non reſtituitur,ſi poſt publicatas atteſta
tiones ſibi ſuperuenerint alij teſtes quorū igno
rantiam prius habebat. Bar.in l.1.§.nunciatio.
num.33.de op.no. Nunt. Fely.d.c.fraternitatis.
colum.5.fall.prima.extra de teſt. Cephal.conſ.
7.num.7.par.1.ſed Capell. Toloſ.deciſio.54.&
ibi Add.ait minorem reſtitui in cauſa ciuili &
criminali,quando litigat per Procuratorē,non
autem quādo ipſe ſine procuratore litigat. Bart.
d.l.minor.25. Annorum.ff.de minor. ſed re ve
ra,ſi eſt minor 18. annorum vtique reſtituitur.

vi.inf. & etiam reſtituitur aduerſus probatio-
nem neceſſariam nulliſſam.abſq; eo quod de læ
ſione doceat. Abb.in c.audiitis. cum concor. de
integ.reſtitu. Sforz.od.in eius trac. de reſtitutio
ne in integrum.q.65.art.11.vbi ad partes. & po
teſt reſtitui etiam tranſacto termino probato-
rio. Alexand.d.l.1.§.nunciatio.num.34 glo.in
cap.non poteſt & ibi Cano. de proc.vi.tamen.
Gomez. Var.reſol.tit.1.de delic.num.6.cir.fin.
& Crot.eo.tit.num.265.& inf.nume.189. vbi
de ruſtic. & minor quando reſtituitur poſt pu-
blicationem; practica eſt quod teſtes dicant,
quod idem teſtificati fuiſſent ſi ante publica-
tionem examinati fuiſſent: vt docet Spec.in ti.
de reſtitu.in integr.§.1. verſ.quid ſi cauſa.& So
cin.eo.tract.de teſt.num.130. Maſcar.de prob.
conclu.1658.volum.2. nu.4. vbi ait minorem
debere allegare ſe læſum abſq; eo quod probet.
& ibi etiam dicit qualiter minor ætas ſit probā-
da,modò dico quod illa regula didicitis teſtifi-
187 catis, Fallit primo,in cauſa criminali, ad de-
fenſam. Nam etiam poſt publicationem teſtes
recipi poſſunt.pract. Foller.verſi.reijciantur de
fenſiones.pract. Marant.actu.3.par.6.pract.Ca
rer.fol.627. qui de communi teſtatur. poſt nu.
128.pract.Clar.q.61.vbi concludit,poſt publi-
cationem proceſſus, ſuper nouis capitulis à ve-
teribus depēdentibus, teſtes produci poſſe, quā
communem teſtatur Marant.d.actu.6. nu.22.
& Viu.comm.op.lib.1.op.375.ſed hoc in cau-
ſa ciuili;ſed in criminali.vi.in 5.par. ſub num.
49.lit.I.in fi. Et quæ ſint noua capitula, & quæ
188 vetera ponit Pract. Pap.in for.opp. cont.teſt.
E glo.ſunt publicatis. Vide Bartol. Roc.in d.eius
pract.ciu.lib.4.de publicatione teſtium,vbi cir
ca noua & vetera capitula optimè, & breuiter
declarat, & in quibus caſibus publicatis teſtib.
alij nouiter recipi poſſunt,& Marſ.in ſua prac.
§.ſeq.num.39.vſque ad num.47. & Prac. Pap.
in fo.opp.contra teſt.glo.ſuntq; publicatis. Sa-
lyc.in l.per hanc.C.de temp.repar. app. & quæ
dicantur connexa ponit Do.Menoch. de arb.
iud.caſ.93.& q.73. & in ſumma dicitur nouū
capitulum quod eſt penitus diuerſum à veteri,
vt eſt ſi quis primo capitulauit vnum, ſecundo
capitulauit alterum: quia per diuerſas rationes
& probationes,ac diuerſos titulos & iura diuer
ſa, poteſt quis probare eius intentionem exem
plum;capitulaſti te domum poſſidere, deinde
vis capitulare quo titulo,dominium & poſſeſ-
ſio tibi obuenerit, ex cauſa ſucceſſionis,aut do
nationis acquiſitionis,ſiue ex cauſa onероſa, ſiue lu-
cratiua,quæ concurrere poſſunt: & hoc eſt ca-
pitulum nouum dependens à primo.idē quan-
do capitulatum eſt de equo, ſecundo vis capitu-
lare de ephypio,ſeu ſella,& habenis: vel capitu
laſti de promiſſione facta in vno loco, modo
vis capitulare de eadem promiſſione facta in
alio loco. Nouū penitus capitulum dicitur &
ſeparatum,quādo, puta, capitulaſti de Boue,po
ſtea vis capitulare de equo. Albet.de malef.eo.
tract.cap.7.num.121.par.1. capitula verò con-
nexa dicuntur quando vnum eſt cōſequens al-
terius:puta fateor me per apocham eſſe confeſ-
ſum à te accepiſſe centum, ſed illud aſſeueraui
dixiſſe ſub ſpe futuræ numerationis: vel dicam
à te decem accepiſſe,quæ tibi ſolui, vt exempli
ficat. D. Menoch.d.caſ.95.num.16.& eſt mate-
ria.l. Aurelius.§.idem quæſiit.de libera. leg.il-
ludq; dicitur nouum capitulum dependens à
veteri, quod ita ſe habet ad antiquum, vt ſi ad
illud

illud ageretur in nouo iudicio, rei iudicatæ nõ
obſtaret exceptio: ita declarat Cyn. in d.l. per
hanc.C.de temp.appell.& omnino videnda eſt
Pract. Papienſ.loco præcitato,vbi multa ponit
189 exempla,& quando teſtes poſſunt produci ſu
per ijſdem capitulis; vel de directo contrarijs,
& quomodo in prima inſtantia, & quando in
ſecunda. Secundo principaliter fallit,ſi non ri-
te recteque, nec ſeruatis ſeruandis, facta fuerit
publicatio. Bartol.d.authent.at qui ſemel.C.de
probat. Boer.deciſio.35.in fi. Hyp.in l.prima,
§.cum quis latrones, numero 51.ff.de quæſtio.
Roman.ſingul.31.viſo exemplo. Vant.de nul-
lit.in titu. quoties, & intra,quod tempus.num.
39.& ſequen. Paria enim ſunt aliquid non fie-
190 ri, vel minus legitime fieri.no.in l.1.§.penul.
ff.quorum legat. Matth.ſingul.8. vbi de citatio
ne non rite facta, inquit, & de citatione latè.
Vant.tract.nullit.rub.de cit.num.25.Innocen.
in capitu.præterea. de dilat. Tertio fallit, fauo-
re minoris ætatis,& perſonæ ruſticę. Afflict.de
ciſio.216.numero ſecundo. Soc.reg.403.fallen.
27. Alexand.d.l.1.§.nuntiatio.numero 34.Mi-
nor, Ruſticus,& Eccleſia etiam poſt lapſum tẽ
poris reſtituuntur in cauſa ciuili. Secus in cri-
minali. Doctor.in d.§.nuntiatio,& Maria.Soc.
eo.tract.de teſt. numero 123.& ſequen.vbi nu
mero 126.ait maiorem reſtitui,& reſtituto mi-
nore etiam aduerſarius maior debet reſtitui, vt
in iudicijs ſeruetur æqualitas: vide Sfor.odd.de
reſtitu.in integr.quæſt.9.articu.5. Ruſticus &
Mulier pari paſſu ambulant. Item fallit etiam
in maiore,quia ex clauſula generali,ſi qua mi-
hi iuſta cauſa etiam reſtituitur. Gabr.co.concl.
de teſt.concl.21.numero 51.cum plur. ſequen.
Quarto fallit, ſi ceſſauerit timor ſubornatio-
nis,cauillationis,vel litis in longum protrahẽ-
dæ: vt cauetur in l.properandum,& ibi Docto.
communiter. C.de iudic.ibi nullus tam audax
inuenitur qui poſſit inuito iudice litem prote-
lare. Item quando tractatur de paruo præiudi-
cio. Innocen.in cap.coram. de reſtitu. in integ.
Item quando ſententia debet ferri per peritos
in arte, nam dicta ſententia non tranſit in rem
iudicatam. Albet.eod.tract.capit.7.num.32.&
33.& dicit hanc eſſe egregiam concluſionem,
& in peritis non cadit timor ſubornationis. D.
Pacia. de probat.cap.47.numero 77. libro 1.&
Gabriel.co.conclu.titu.de teſtibus concluſ.21.
vbi latè etiam ad ſatietatem ponit quando di-
dicitis teſtificatis ſuper ijſdem capitulis,vel dire
cto contrarijs poſſint recipi teſtes. & vi.Doct.
in capit.fraternitatis.extra de teſt. vbi Paris. &
alij. Sed cantela eſt quod pars quæ vult teſtes
producere didicitis teſtificatis det nomina ipſo
rum teſtium iudici,& ſe abſentet,quam caute-
lam docet Bald.in l.ampliorem.in fi.colum.1.
C.de appell.& eam recenſet Marſil.in ſua pra.
§.ſequens.numero 46.vbi multos allegat.& vt
de eundem Bald.in authen.atque ſemel. C. de
probat. Sed hæc eſt indubitata limitatio ad di-
ctam regu.quod etiam ſi teſtes poſt publicatio
nem fuerint recepti, & ab altera parte nequa-
quam ſic oppoſitum, tũc valet eorum dictũ.ſic
Iaſ.vltra alios.in l.parte furioſo. numero 20. ff.
de ijs qui ſunt ſui, vel alie. iur. num.22.dicit
quando ſententia fuiſſet tranſacta in rem iudi-
catam, nam nouis receptis ſuper meritis tenet
eorum depoſitio parte non opponente, dum-
modo non ignorauerit, vel ignorare nequaquã
potuit. Quinto fallit,quando nihil obeſt parti.
Abb.& alij,in dicto capitu.fraternitatis. nume
ro 25.de teſt. Socin.fallent.30.ſed hoc perraro,
aut nunquam cõtingit. Sexto fallit,ſi iudex ex
officio velit teſtes repetere, vt puta ſi prius ob-
ſcure, & confuſe locuti ſint, adeò quòd varios
F intellectus habeãt, ſecus ſi nullum intellectum
haberẽt: ſed ſi ſuper capitulo obſcuro teſtis vti-
que obſcure depoſuerit, non debet repeti, quia
obſcurum dictum pro non dicto habetur. Bal.
in l. Lucius.colum.2. ff. de ijs qui not.infa.vbi
intelligit obſcurum quando dictum nõ poteſt
recipere aliquem intellectum, vel quia iudici
ita expediens fore videbitur. Cano.in cap.cum
clamor.vbi Innocent. eò.de teſt. & declara,vt
inf. & de alijs fallen. videri poteſt Socin.d.reg.
403.& Menoc.de arbit.iud.quæſt.40.vbi idem
ſeruandum coram arbitro dicit,& quod didici
tis teſtificatis, teſtes produci poſſint, octo mo-
191 dis declarat.& numero 14.dat cautelam, vide
licet, quòd pars inſtet & faciat, vt per iudicem
acta omnia iam facta declarentur nulla. & tũc
erit locus nouæ teſtium productioni: vt.addit.
Ad Felyn.in cap. canonum ſtatuta, ſub nume-
ro 41. vbi tenet quod teſtis qui obſcure loqui-
tur dicitur in lata culpa,& ideo teneri ad inter-
eſſe,quia falſarius teſtis dicitur. 12.quæſt.1. ne
quis. Bartol.in l.ea quæ.ff.de contrahen.empt.
Bald.in l.nullum.C.de teſt. Angel.in authent.
de teſt.in princip.& pulchre Farinac.eo.tit.no
ſtro.quæſtio.68.per tot.vbi de varijs verborum
dubijs conceptibus, dubito, poteſt eſſe, neſcio
quid dicam: forte,nõ recordor, quid ni. Sic vel
ſic.eſſe vel nõ eſſe, mihi videtur, credo iudicio
meo,& huiuſmodi: ibi & alibi,& in ſumma te
ſtis dubia locutio pro cauſa fauorabiliori inter
G pretanda. Item fallit quando vel ex conſuetu-
dine alicuius Magiſtratus procederetur de bo-
no & æquo, ſola facti veritate inſpecta, vel vir-
tute ſtatutorum, aut reſcripti, ita procederetur,
quia etiam poſt publicationem teſtes recipi
poſſunt ſecundum Alexand.conſil.84. colum.
final.volum.quarto, & Rot. Pedem.deciſio. 1.
numero 26. cum ibi per eum adduct. Hinc eſt
quod didicitis teſtificatis coram arbitratore ſi
poſtea eatur coram iudice ordinario ex muta-
tione iudicij poſſunt recipi. Rot.deciſio. 10. de
probat.& deciſio.13.de teſt. Guid. Pap.deciſio.
72.& vid.omnino Gabr.d.conclu.21.numero
59.vſque ad numerũ 68. Item publicatis atte-
ſtationibus teſtes admittuntur vbi producitur
inſtrumentum,& cum inſtrumento exhiben-
tur teſtes, capit. ſertes. de teſt. nam ceſſat timor
ſubornationis.ita Alexand.conſi.46.volum.6.
Alias ponit fallentias Pract. Pap. & patet pra-
cticæ Specul.eod.titu.§.ſatis vtiliter. & Nell. à
Sancto Gemin. circa quas ne laboretis, prima
fallent. eſt, quando res agitur inter alias perſo-
nas: ſecunda ſi ſit diuerſus modus agendi: tertia
ſi ſit nouus articulus dependens à veteri: quarta
ſi primæ atteſtationes fuerint deperditæ: quin-
ta ſi mutato iudicio pars aduerſa cõſentiat: ſex-
ta in cauſa inquiſitionis; ſeptima in crim. falſi.
& in alijs quibuſdam caſibus, de quibus per
Specul.vbi ſupra. Item ſi tertius ignorans li-
H tem in quo nam termino exiſtat & pro ſuo in-
tereſſe compareat, vt Florentiæ dr. *à cõmodo di
proceſſo*, poſt publicationẽ ẽt didicitis teſtifica-
tis poterit nouos producere teſtes. Inn. in c.cũ
ſuper.de re.iud. Bart.in l.ſæpe.ff.de re iud. quia
nõ dr ſcire q ſcit factũ, ſed neſcit eius qualitates.
gl.no.in c.cõu.de ap.li.6.Dom.d.S.Ge.161.niſi

Reus colluſiſſet cum tertio. Afflict. deciſi. 235.
num. 5. & per tot. Alias octo limitationes ponit
Marian. Socin. eo. tract. de teſt. prima quando
proceditur ex officio. 2. in cauſa matrimonia-
li. de qua Maſcar. conclu. 1826. 2. vol. 2. 3. quan
do dubitatur an aliqua qualitas comprehenda
tur ſub articulo antiquo. 4. quãdo examen fuit
nullum. 5. quando producens eſſet vir notæ in-
tegritatis. 6. quando dictum eſt ambiguum. 7.
de minore & ruſtico, vt ſupra. 8. quando publi-
catio fuit facta parte contradicente. Item quan
do teſtis intempeſtiue fuit examinatus, poterit
iterum examinari. Sforz. od. de teſtitu. in inte.
q. 13. articu. 1. nu. 3. At D. Farinac. d. tract. q. d.
q. 75. ſub nume. 68. tradit regulam negatiuam,
quod poſt publicationẽ teſtes non poſſunt exa
minari nec etiam repeti. nu. 72. nec in cauſa ap
pellationis. nu. 75. etiam quod non fuerint di-
dicita teſtificata. n 76. non ſolum ſuper iiſdem
ſed nec etiam ſuper diuerſis. nu. 77. præſertim ſi
ſint impertinentia. nu. 82. nec in cauſis ſumma
riis, ſed publicatio non fit in ijs ſolemniter. &
quid ſuper capitulis incluſis in primis. nu. 91.
& ſeq. & quid ſi superuenerit hæres. nu. 94. qui
d. regulam limitat quando publicatio eſt nulli
ter facta. num. 99. item ſi prius actum ſit in poſ
ſeſſorio, poſtea in petitorio num. 106. & ſeq. &
alias innumerabiles ferè limitationes tradit diſ
ſert a d. num. 106. vſq; ad num. 407. vbi quid in
criminalibus. cat. 339. vbi ampliat ſeptem mo-
dis cũ declarationibus. vt in delictis exceptua-
tis. Item quando proceditur ex officio, vel ad
inſtantiam fiſci, num. 413. & tam ad offenſam,
quam ad defenſam: ſed cum iudici noſtro qui
per proceſſum informatiuũ procedere poteſt,
hæc ſi nolit non ſeruãtur: vt ſup. De Brae. Reg.
192 in ver. publicatio. Non omitto, quando termi
nus eſt datus ad probandum, & ſimpliciter, qđ
eo tranſacto teſtes etiam produci poterunt, qui
terminus dicitur peremptorius. Bar. & Docto.
in l. 1. C. de dilat. Duen. in reg. 201. ſecus ſi da-
tus ſit ad probandum, & probatum habẽdum.
193 Spec. tit. de dilat. §. 1. verſic. quod ſi, qui termi
nus eſt, de ſubſtantialibus, vt ſcribit Vant. trac.
nullit. ex defect. proceſſ. n. 59. qui etiam ponit,
194 quando dies termini non computatur in ter-
mino, in tit. de nullit. ex defect. iuriſdictio. nu.
60. vbi dicit communem eſſe, quod dies termi
ni non computatur in termino, & ideo ſtat ſta
tutum Papiæ, quod in qualibet dilatione dies
termini minime computatur: fallit niſi dictũ
ſit: probãt hinc ad decem dies, l. placet. cum glo.
ad hinc. C. de ſacroſanct. eccl. fallit etiã ſi dictũ
195 ſit prob. vſque ad talem diem: quia illa di-
ctio vſque ſtat excluſiue. Bal. in l. à caligato. C.
de nupt. Bart. in l. patronus. §. Sempronio. de le
gat. 3. Menoch. de arbitr. iud. q. 80. nu. 92. f. 61.
& 20. & quando dies termini computatur in
termino habetur per Tiraq. de vtroq; retracti
lignagier. glo. 12. Duen. reg. 197. non computa
tur in termino. Alexan. conſ. 42. ſub nu. 5. vol.
3. per gloſ. in l. ratio. §. ſi venditio nemo de act.
emp. niſi etiam extaret ſtatutum, quod dies ter
196 mini computaretur in termino. Sed ſi ſtatu-
tum diceret, quod terminus currere incipiat à
die tali, illa dictio, à, ſtat excluſiue, & dies termi
ni. Sed illud potiſſimum obſeruandum eſt, qđ
in illis caſibus, in quibus poſt publicationem
teſtis, adhuc recipi poſſunt, pars tenetur iurare,
quod eos non ſubornauit, quod nota. aliàs ſine
tali iuramento non debent admitti, vt firmat
Bal. in capitu. iurauit. per illum tex. de probat.
Hippol. ſingu. 128. in verb. teſtis, quem refert,
& ſequitur Rebuff. eo. tract. numero 33. artic.
I 33. & nota quod aliud eſt ſubornare, aliud in-
ſtruere teſtes vt veritatem dicant: quia ſi inter-
rogatus teſtis reſpondit rogatum, & inſtructũ
à parte ad dicendum veritatem, non dicitur
ſubornatus. Bald. in l. fin. C. ſi ex falſ. inſtrum.
Rebuff. eo. tract. gl. 7. numero 41. cum ſequen.
Maſcard. concluſ. 688. num. 9. volum. 2. incip.
vt conſuetudo obſeruat, & ita tenet Farinac. eo
dem titu. quæſt. 67. numero 286. cum pluribus
ſequen. Item eſt etiam notandum in practica
quod terminus ad probãdum non currit dum
diſputatur an articuli ſint admittendi, penden-
te termino ſuper admiſſione. Item pendente
termino an poſitiones ſint admittendæ, Item
pendente termino ad repulſam. Item quando
diſputatur ſuper legitimatione perſonæ. Item
quando tempus labitur propter priuilegium
vel inducias. Item quando labitur tempus ob
culpam, malitiam, vel tergiuerſationem partis
aduerſæ, vel propter impedimentum aut fa-
ctum iudicis; nam ijs omnibus ſupradictis caſi
bus proteſtatione facta nõ currit tempus. Min-
ſing. obſeru. 90. & 99. Centu. 2. Cæpanus ſuper
ſtatu Mediolan. cap. 19. numero 37. & termi-
no tranſacto ad publicãdum teſtes, altera pars
obtinere non poteſt, vt eius capitula admittan-
tur. Otta. Peda. deciſio. 21. & dixi ſupra nume-
ro 123. litera N. vide infra in fin. huius par. ſub
numero 222. & cognitio iſta an teſtes vel capi-
tula admitti debeant dicitur emergens, ſecun-
dum gloſ. in l. quod iuſſit, ff. de re iudic. vi. in 5.
197 pat. ſub numero 171. Supradictum fuit, quan
do per actorem fiendæ ſint probationes, &
quando per reum proponendæ exceptiones, re
liquum eſt, vt dicamus, quando, & qualiter ex-
ceptiones debent probari; & licet ab arbitrio
iudicis pendeat, quando tales probationes ſint
fiendæ, vt per Ioan. And. in capitu. ex parte. vbi
etiam Hoſtien. eod. titu. & Alber. eod. tract. ar-
ticu. 3. numero 52. & Menoch. de arb. ind. caſ.
139. car. 230. tamen pro faciliori intelligentia
ſciendum eſt, quod illæ exceptiones quæ ipſo
iure teſtem repellunt, de quibus in princ. huius
partis dixi, iſtæ non ſunt probandæ. Cano. in ca
pitu. in præſentium. vbi præſertim Abb. & Fe-
lyn. de teſt. Socin. in regu. 129. fallent. 7. tamen
tutius erit, vt ſaltem per reum etiam huiuſmo-
di exceptiones proponantur. iuxt. regu. quod ſi
releuor ab onere probandi, non tamen releuor
198 ab onere proponendi, vt in ſimili de bona fi-
de dixi, ſupra numero centeſimo & ſeptuageſi-
moprimo, in prima par. huius ſecundæ par. eo
maxime, quia vt plurimum iudices ignorant
conditiones teſtium. argum. text. in l. in bello.
§. factæ. ff. de capt. & poſtli. reuerſ. niſi ex aſpe-
ctu notorie conſtaret vt in pupillo, ſeruo publi
co, Iudæo, & huiuſmodi, qui vel ætate, vel habi
tu ſignum ſuarum qualitatum palam demon-
ſtrant, vt ſupra dixi, numero centeſimo & de-
199 cimooctauo: illæ autem exceptiones quæ te-
ſtem non repellunt, niſi ad inſtantiam partis,
ſtatim atque fuerunt propoſitæ debent pro-
bari, ſi re vera probari incontinenti poterunt,
& pars oblata eſt, ſtatim eas probare. Abb.
in dicto capitulo ex parte, & in capitu. præſen-
tium, vbi etiam Felyn. de teſt. Afflict. deciſio.
351. numero nono, & expediens erit, alias fru-
ſtra fieret quod non releuat. arg. l. neq; natales.

C. de

C.de probat. Rebuff.eo.tract.num.40.exceptio
autem infamiæ an valeat probari ante aut poſt
publicationem, eſt in arbitrio iudicis: ſecun-
200 dum Ioan.And.in cap.ex parte. in verb.infa-
mes extra de teſt. & intellige m. & menti, id eſt
infra illum terminum datum ad probandum
obiecta, terminus repulſarum datus ſecundum
ſtatuta locorum ſeparatè, & diſtinctè: à termi-
no primo dato ad probandum intentionem
agentis, & facta publicatione, ſecundum ea quę
dixi, ſub nu.120. & 123. Alex.conſ.44 num.8.
vol.2.ſecus de iure communi. Capa. de ſtat.c.
24.num.22. qui terminus à parte peti debet, vt
201 notia eſt omniũ practicantium: alias ſi quis
poſt illud tempus vellet probare, nõ poſſet, niſi
facto iudicis fuerit impeditus ab initio, vt tenet
Afflic.decſ.351.& Marant.de repulſa.num.7.
202 actu. par.6.& hoc ideo (vt inquit ipſe,) quia
repulſa eſt odioſa. c.odia.de reg.iur.in 6. Abb.
in cap.dilectus. in fi.de teſt. Hinc eſt, quod re-
pulſa non admittitur in remedio attentatorũ,
& cum agitur de legitimanda perſona in iudi-
cio, & quo ad perſonam teſtium, non quoad di-
cta, vt per Afflict.decſ.351.nu.7 Aret.in capit.
ſeries.nu.17.de teſt.& Menoch. de arbi.iud.q.
92.nu.4 & 9.nec in caſu.l.fi. C.de edic.D.Adr.
toll. & quid in practica ſit ſeruandum in cauſa
repulſæ, dicam etiam in 5.par. ſub nu. 16. eſt &
alia ratio, quia expectãdo probare obiecta, poſt
publicationem videtur malitioſe agere: vt att
Menoch.de arb.iud.l.caſ 229.nu.2. Niſi obie-
ctio eſſet de illis, quæ odio teſtis ante, & poſt
publicationem poſſet probari facto iudicis im-
peditus vel non, Socin.reg.129 fallen.4. nec per
203 partem poſſet obmitti talium exceptionum
probatio, Bal.& Saly. in l.ſi quis teſtib.colum.
vlt.C.de teſt. Rom.ſingu.8. & tex. in c.ſeries.
eo.Iaſ.in l.admonendi.num.116.vbi de multis
204 exceptionibus & diuerſis repellentibus teſtẽ.
tractat, & per Farin.de teſt.q.62.nu.93.& ſeq.
vbi de materia repulſæ. Exceptio etiam inimi-
citiæ ſtatim, antequam procedatur ad vlteriora,
debet probari, vt communiter Docto. in dicto
cap.in præſentium. Bartol.in authen. ſi quis to-
ſtis. C.eo. & debet talis exceptio probari cum
omnibus ſuis qualitatibus Maſcard.concl.692.
205 volum.2.Lanfranc. de Orta.eod.tract.n 49.
& 50.vbi ponit quæ ſint inimicitiæ capitales,
& melius ponit. Menoc.de arbit.iud.q.28. vbi
dicit nullo modo teſtes inimicos eſſe admitten
dos; immo nec in cauſia priuilegiatis, vt in cri.
laſ.mateſt.hæreſia.& ſimo.nec in alijs. in qui-
bus alias inhabiles admitterentur, quinimmo
nec ſecuta deinceps reconciliatione eorum te-
ſtimonium valeret ſecundum Pior.in l.ſi quan
do.nu.799.C.vnde vi. Rom.ſingu.315. Alciat.
præſump.12.reg.3. & hanc opinionem veri ve-
K riorem & crebriorem tenet Menoch. d. q. 28.
num.8. dixi ſup.ſub num.24.& inimicitia Ac-
cuſatoris, Iudicis, & teſtis probatur per duos te-
ſtes.d.l.vbi inimicus.de teſt. Decia.de delict.li.
4.in verb.inimicitię cauſa.cap.25.num.34.vbi
late de multiplici effectu inimicitiæ: & quam
periculoſum & damnoſum ſit cauſam agere co
rã iudice ſuſpecto, qui probauit dicat; ſed Deus
malorum vindex: verum ſi teſtis inimicus, in-
famis, criminoſus non fuerit reiectus per partẽ
ſcientem, tunc probat plenè; nec poſt receptio-
nem poteſt iudex eos repellere ex officio. iux.
l.quos prohibet.de poſtul.Iaſ.in l.patre furioſo.
206 numero 24.de ijs qui ſunt ſui. Tertius eſt ca-

ſus, in quo ante teſtium publicationem poſſet
fieri exceptionum probatio, ſi eſſent probatio-
nes fiendæ à teſtibus infirmis, aut ab externis
viatoribus, & periculum eſſet in mora: text.in
l.aliquando ff.de offic.proconſ.& in cap.final.
extra de iudic. Alber.de Maler.eod.tract.num.
53.capitu.3.& hæ obiectiones, quę ante publi-
cationem eſſent probandæ, ſi intra debitum tẽ
pus haud probatæ fuerint, etiam poſt publica-
tionem, aliquo in caſu poſſent probari: primo
207 ſi facto iudicis pars fuit impedita, & in illis
tribus caſibus, ſcilicet læſ.mateſt. hæreſis, iudai
cæ prauitatis, & excommunicationis, vt paulo
poſt dixi, addo Bartol. in l.ſi quis teſtibus. co-
lum.ſecunda, verſicu. dubitatur hic.C.eod.ſe-
cundo ſi pars fuerit abſens: vſque ad publicatio
nem incluſiue, licet citata fuerit. gloſ.in l.vlti-
ma. C.eod.& ibi Cyn.tertio ſi probationes de-
nuo ad notitiam partis deuenerint, vt per Grã-
mat.addit.ad Afflict.l.deciſio.351.numero 8.
& ita eſſe, pars iurauit. Rebuff.eod.tract.num.
30. Extra hos caſus regulariter exceptionum
probationes debent reſeruari, & fieri in fine,
208 id eſt, poſt publicationem, quia illud tempus
dicitur aptum, & proportionabile debitumque
diſputationis. Alberic.eod.tract.cap.3.numero
52. Felyn.dicto cap.in præſentium, & in capit.
ex parte.de teſt. & eſt de more omnium practi-
cantium, & ita iudicio meo loquitur, in dicto
caſ.239 ſub numero 1. ſecundum ea quæ ſupe-
rius dicta ſunt. eſt tamen verum quod poſſunt
teſtes redargui de falſo etiam poſt ſententiam
tranſactam in rem iudicatam, per l.querelam.
C.de falſ.& pẽdente cognitione ſuſpendere exe
cutionem ſententiæ, vt inquit Marhl. in ſua
pract. §. opportonè.in princip.in ſine & retra-
ctare illam, quod qualiter procedit, vide. Boſſ.in
tit. de.q.1.ex falſ.inſtru. vel teſtibus per tot.& Iuſ.
in fi.5.par.dicam. Farinac.eo.tract.reg. quod
exceptio oppoſita non impedit examen, ſed re-
ſeruatur in fine litis, & ampliat tribus modis,
& limitat.8.eod.tracta.quaſt.62. numero 351.
vſque ad numero 365. vbi vide. & præſertim
de inimico, & excommunicato, quæſtio.46. &
quæſt.53 per tot.& quæſt. 56.num.240. & per-
petuo notandum, quod repulſa non datur niſi
fuerit à parte petita. Pract. Folet. crimin. verſi.
& ſi confitebuntur.par.3.numero 50.cum plu.
ſequen. vel niſi intentio actoris fuerit probata
alioquin eſſet fruſtratoria.capit.in præſentia. de
probat.cum ſimil.& Menoch. ſub numero 3.
videtur velle, quod etiam cauſa debet exprimi,
ſi obiecta in tempore non fuerint probata, &
pars poſt tempus probare velit, & vide Beũn-
tend.deciſio.ſeptima,& Viu.comm.opin.367.
libro primo, & Ruinus conſilio trigeſimoter-
tio, columna quinta, in fine, libro quarto,
vbi habetur, quando ante teſtium promulgatio-
210 nem exceptiones ſunt probandæ, ſed om-
nes quidem exceptiones, quæ altiorem re-
quirunt indaginem, debent reſeruari in fine,
id eſt, in tempore diſputationis, vt prædixi, ita
firmante, Lap.de Caſtellio.in dicto cap. ex par
te, qui plenè hanc quæſtionem tangit, & ibi per
Innoc.de teſt.& Bar. in authen. ſi dicitur, & in
211 authen. ſi teſtis productus. C.eo. quo in caſu
practica eſt, quod iudex dicat, interloquitur eſſe
ad vlteriora procedendum, ſaluis exceptioni-
bus iſtis, quæ verba operantur, quod ſi demum
verè apparuerint, tunc proceſſus retro redditur
nullus, & quicquid poſtea factum eſt, pro

non facto habetur.glo.no.in cap.cum contin-
gat,& ibi Docto.communiter.extra.de off.de-
leg.& in terminis Bal.in l.ille à quo. §.ſi de te-
ſtamento.verſi.fin.ad Trebell. quam pract.tra
dit Iaſ.in §. præterea.nu.58.de actio. & ſi extа-
rent ſtatuta, prout in multis partibus verè ex-
212 tant,quod omnes exceptiones in fine reſeruē
tur,illa ſunt intelligenda ſecundum ea quæ di-
cta ſunt,nec opus eſſet vltra quærere,vt per Me
noch.de arbit.iud.caſ.47.car.168.vbi talia ſtatu
ta non habere locum in cauſis ſummarijs, di-
cit, ſicuti nec in cauſis ſummarijs reprobatio-
nes teſtium admittuntur. Aret.in cap.veniens.
vbi Abb.il ſecondo, de teſt. & ibi etiam Fel.&
213 dixi ſupra in princ.huius ſecundæ part. Quæ
autem dicātur altiorem requirere indaginem,
tradit Alex.in conſi.105.volum.4. alios allegat
Cuualc.dec.9.nu.43.in 1.par.Iaſ.in dicto §.præ
terea,nu.58.de act.Hipp.ſing.365.Menoch.de
arbit.iud.caſ.20.num.3.fol.84.Rom.con.244.
in fi.Soc.Sen.conſi.159.colum.2.lib.3.Neuiz.
conſi.161.num.3.in fi.& eas arbitror dici exce
ptiones altiorem requirere indaginem,quæ in-
continenti probari non poſſunt,quæ res conſi-
deranda eſt,& arbitranda per iudicem. Meno.
de recuperan.poſſeſſ.remed.primo,num.530.ſi
ergo excipiatur: non es filius, non es legitimus,
nō es libertus, & de ſimilibus, iſtæ debent pro
bari,antequam ad vlteriore procedatur,quam-
quam altiorem requirent indaginem,& de ex-
ceptione hæreſis , & excommunicationis , vel
crim.læſæ maieſt.hæres.& ſimon.idem dicunt
Doct.in d.auth.ſi quis teſtis productus.C.de te
214 ſtam. Cæterum quando contra teſtium dicta
ſit obijciendum,curioſum, immo ridiculoſum
eſſet quærere: niſi ſtatutum reſeruat huiuſmo-
di exceptiones in fine litis , vt in omnibus ferè
partibus ſimilia ſunt ſtatuta : ſed nihilominus
non obſtante ſtatuto, ſi exceptionum probatio
erit in promptu & parata , non reſeruabitur in
fi.litis.Spec.de teſt.§.1. verſi. quid ergo ſi præ-
miſſa, vide ſup.num. 12.120.& 123. Nam niſi
aperto proceſſu, & de eo habita copia, non po-
teſt ſcire pars, an bene,vel male teſtes dixerint.
L Sed facta publicatione proceſſus, ſi vna pars pe
tat ab altera parte quæ produxit teſtes vt decla
ret an velit vti dictis teſtium, tenetur reſponde
re præciſe & non ſub conditione illa,videlicet,
quod vult vti ſi apparebit veritatem dixiſſe, ſe
cundum Bartol. in l.Diuus.la ſeconda , ad leg.
Cor.de falſ.ſed ſi non fuerit interrogata,poterit
talem proteſtationem facere ſic conditionali-
ter ſua ſponte; ſecundum Bald. in l.ſi aduerſus.
C.de fid.inſtru.Cepol.caut.9. Afflict. dec.189.
Fulg.conſ.177.publicato proceſſu,vid.Clar.§.
falſum.verſ. vtens dicto falſi teſtis, vtens falſo
inſtrumento,& verſ.vbi ait talem interrogatio
nem procedere ex conſuetudine & parte inſtā-
te,ſed non ex officio. Hinc eſt,quod pars pro-
215 ducens poterit teſtem quem produxit repro-
bare.iux.cap.ſi quis teſtibus.4.quæſtio.3.Lan-
cellot. in tt.de prob.§.ſed interdum, & ibi gloſ.
lit.A. & dixi ſupra nu.11.lit. B. & C. & D.quo
ad perſonas pars reprobare nō poteſt teſtes pro
ductos per l.generaliter.C.de reb.cred.& l.Pō-
ponius,ff.de neg.geſt. quia eos ab initio appro-
bauit : ergo non poterit improbare perſonam
teſtium , ſed eorum dicta poſt publicationem
ſic quia ab initio pars nequiuit præmediari quid
teſtes dicturi eſſent. Angel.tract.de teſt. nu. 10.
in add. cuius timore ſolet adhiberi clauſula nō
ſe aſtringens ec.de qua Marant. in ſua pract.6.
par.Membr.3.nu.11. & dixi ſup.nu. 131. lit. A.
p.3. & apponi ſolet alia clauſula in productio-
ne teſtium , in parte & partibus pro ſe facienti-
bus: tantum & non aliter. iux. c.Raynal.extra
de teſtam.& de quib. Pract. Pap.in for. Capitu-
lorum Actoris; dixi de Brach. Reg.p.2. ſub nu.
181. ſed an producens inſtrumentum vti verū,
poſſit poſt modum falſum arguere. pulchre,
Guid. Pap.dec.131. Adhuc ſciendum eſt quod
obijcitur contra teſtes in iudicio ad duplicem
effectum,ſcilicet ciuiliter & criminaliter,ciui-
liter quando petitur non adhiberi fidem teſti-
bus,crimine, vel alia exceptione notatis ob quā
non datur teſti fides. Criminaliter quādo prin-
cipaliter agitur , vt teſtis criminoſus vel falſa-
rius puniatur: primo caſu non poteſt crimina-
liter procedi,ſed poteſt nouus proceſſus inchoa-
ri,& ex illo puniri ab illo Iudice iux. ſupra tra-
dita,nu.60. in 3.par. hoc eſt vtile ſcire propter
Iuriſditionem diuerſorum iudicū: vt per Cla.
§.fi.q.1.verſ.fi.& in q.19.verſ. per exceptionē,
& cum quis in iudicio ciuili probauerit exce-
ptionem contra teſtem non vt puniatur , ſed vt
ei non credatur, vt ſup.talis probatio poſtea in
iudicio criminali ad eum puniendum nō facit
fidem,vt per eundem Clar. §.fi.q.54.verſ.item
ſi producantur acta.cum §. ſeq.vi. quæ dixi nu.
285.in 3.p.& quinq; modis cognitio falſi intē-
tari poteſt contra teſtes vel inſtrumenta. 1. ad
querelam partis.l.querelam. C. de falſis. 2.per
Actionem in factum.c.lator. vbi doct.extra de
ore iud.3. Item per officiū iudicis. d.c. lator.4.
Item per reſt.in integrum poſtulata ob falſita-
tem.l.diuus, ff.de re iud.5. per viam exceptio-
nis: Boſſ.in tit. quo pro.per viam exceptio.Do-
ctor.in d.l.diuus.& Oldrad.conſil.78.& Ang.
de Maleſi.in verſ.falſario.nu.39.& ſeq. & Luc.
de Pen.in l.1.num.13.C.de nu.Actuar. lib.12.
216 Hę probationes autem regulariter admittun-
217 tur , ſed fallit in tribus caſibus: nam propter
grauitatem delicti non reprobantur teſtes , qui
delictum probauerunt, primo in crim.læſ.ma-
ieſt.ſecundo hæreſis: tertio ſimoniæ. Adde quar
to in crimine blaſphemiæ , magis eſt enim of-
fendere diuinam maieſtatem, quam humanā:
de quibus omnibus Docto. in l.quæſtionibus.
ff.ad leg. iul. Maieſt. & ibi Barto. Pariſ. Put. de
ſyn. verſ.condemnatio, item in cauſis ſumma-
rijs. Marant. in ſua pract.in verb. repulſa.nu.2.
dixi,& infra latius dicam. Felyn. in c. veniens.
nu.13.cum reg. de teſt. Rebuff. qui Fely. quo-
que allegat eo.tract.nu.12. Nota in ſumma pro
reg. quod omnes illi qui non ipſo iure repellun
tur,ſed ope exceptionis propoſitæ, & probādæ,
vt de Affinibus particip.intereſſatis,& ſimi-
libus; ſi fuerint admiſſi parte non opponente ,
valet eorum depoſitio.latè Oria.de probat.ca-
pit.8.& Doctor.in l.patre furioſo. ff. de ijs qui
ſunt ſui, vel alien.iur. vid. ſupra, numero 118.
lite. M, ſimiliter omnes aliæ probationes quas
fauore partium ſtatutum, vel decretum prohi-
bet nō odio teſtium, ſi fuerint admiſſæ, & pars
non contradixit Cremens. ſingul.43.Cor mo-
mor.in verſic. ſtatuto. Mediolani cautum eſt.
Dec.conſil.11. & alij de quibus per Carpa. de
ſtatu.par. 1.cap. 88.per tot.vid.ſup. ſub num.8.
& ſub nu.14.
218 Quæro nunc ſi exceptiones non erunt ple-
nè probatæ in prima inſtantia, an in alia , ſci-
licet in cauſa appellationis poterunt perfici . de

iure

iure videtur, quod ſic. vt tenet Guid. Pap. deci.
Delphi. quæſt. 500. Abb. & Fely. & cæteri om-
nes in cap. 1. de except. Menoch. eos allegans.
in tract. de arbit. iud. caſ. 239. in fi. cat. 231. & li-
cet videtur obſtare, quod ante teſtium publica-
tionem ſunt fiendæ probationes. l. exceptionē.
219 C. de prob. Spec. eod. tit. de probat. §. 2. verſic.
eſt autem, mihi videtur dicendum nullo modo
obſtare, quando per reum non ſtetiſſet, quomi-
nus in prima inſtantia, omnia obiecta plene eſ-
ſent probata, arg. eius quod dixi ſupra num. . . .
& per ea quæ Doct. communiter tenent. in d.
cap. in præſentium, facit in arg. tex. in reg. quod
idem ius eſt de toto quo ad totum, quod de par-
te, quo ad partem; vnde cum potuerim ante pu
blicationem probare, & facto iudicis nequiui,
& poſſum poſt publicationem probare, idem
dico ſi in prima inſtantia non meo facto impe
ditus adimplere non potui, in alia potero, & ab
hac opinione arbitror non diſſentire pract. Di-
dac. q. cap. 18. n. 5. & Pariſ. in d. cap. 1. de excep.
& ſic non probatum probabo. C. ſi. vbi Cano.
extra de excep. Hipp. de Mar. ſing. 360. num. 3.
M vbi reg. declarat. Poſtremò nota quod ille qui
crimina obiecit, & exceptiones infamatorias
contra teſtes oppoſuit, non tenetur actione in-
iuriarum ſi non probauit, quando fecit cauſa
ſui iuris proſequendi, & lege permittente. text.
in l. libertus. ff. de in ius uoc. & Bal. in l. fi. ff. qđ
quiſque iur. Fel. c. 1. de excep. cir. teſtes. & ideò
ſolet proteſtari, quod non animo iniuriandi re
pulſare intendit teſtes, ſed cauſa iuris ſui conſer-
uandi, & tuendi, niſi repulſi eſſet notoriè infa-
matoria, & nullo modo verificanda, quia ap-
pellatur hæc repulſa temeraria, & ideo non ad-
mittenda. Inſtit. de pen. tem. litig. §. 1. Sed obij-
ciens crimen contra patrem & patronum tene
tur actione iniuriarum, niſi prius petita fuerit
venia, l. ſed ſi hac lege. ff. de in ius voc. Put. de
ſindic. in verb. iniuria officialium. cap. 2. Item
ſcias quod ſi reprobationes erunt didicitæ teſtifi
catę, & apparebit omnes teſtes repellendos eſſe
propter propoſitas, & probatas obiectiones, &
ſecuta ſententia non datetur appellatio, hoc in
caſu ille qui ſuccubuit, poterit in integrum re-
ſtitui, & per alios teſtes melius ſuam cauſam
probare. Io. And. in c. auditis de in eg. reſtitut.
ſecus ſi appellari poterit: quia ſine reſtitutione
adhuc poterit in cauſa appellationis probare. l.
per hanc. C. de temp. appel. Rebuff. eo. tract. de
teſt. tl 2. nu. 34. & 35. vbi reprobationes propo-
ſitæ in prima inſtantia, poterunt probari in ſe-
cunda inſtantia Appellationis. Guid. Pap. dec.
220 500. & ibi Addit. Sed antequam iudex obie-
cta probari admittat, multa conſiderare debet,
quarum in ſeq. tertia par. huius tractat. aptius
ſuo loco dicam: hoc tamen rurſus memoriæ
221 repetam, quod crimina teſtium ſunt in ſpe-
cie, non autem in genere obijcienda, & conclu
denter obiecta probanda, de loco, tempore, &
circumſtantijs, vt ſupra dixi, nu. 111. & ita om-
nes in vnum conueniunt in l. teſtium. §. l. Iul.
ff. eo. tex. & ibi Bart. in auth. ſi dicitur. & in au-
then. ſi teſtis product. C. eod. idem in l. 1. in fin.
C. de teſta. Petr. Rebuff. eod. tract. nu. 66. ſcrib.
in d. cap. in præſentium. & in cap. ex parte. eo.
titu. noſtro. Sed aduerte quia nonnulla ſunt cri
mina reiterabilia vt adulteria, furta, blaſphe-
miæ, vſuræ, hæreſis, & ijs ſimilia quæ ſine læſio
ne corporis fiunt, toties enim delictum com-
mittitur, quoties fiunt, non ſic in homicidio
quia circa eundem ſubiectum non poteſt reite
rari; ſic in incendio, & ſimilibus quæ reiteratio
nem in eodem ſubiecto, & circa eandem rem
non recipiunt, ideò in criminalibus reiterabili
bus ſufficit obiecta crimina contra teſtes in ge
nere probari ad diminuendam fidem teſtibus,
& teſtes ſingulares in huiuſmodi probant, di-
cendo Petrus vidit Meuium fornicari cū Ber-
ta, Meuius etiam vidit Bertam fornicari cum
Titio, vel vnus vidit deoſculari Bertam ponen
do manus ad mamillas ſignum luxuriæ, alter
dicat vidi rem carnalem habuiſſe etiam diuer-
ſis temporibus deponentes. Alexand. conſi. 24.
lib. 7. & alios adducit Clar. quæſt. 54. verſi. dixi
etiam Gabr. co. concluſ. tit. de teſt. concluſi. 2.
Viu. com. opi. in verſ. teſtes ſingulares. pulchrè
Soc. iun. conſil. 32. vt præſentis conſultationis
per tot. volum. 2. & ſic in procedendo ſufficit
probari in genere. Sed in condemnando proba
tiones debent fieri in ſpecie, & in indiuiduo
quando lex non præſumit. Clar. d. quæſtio. 54.
verſ. dixi. & Boſſ. tit. de conuic. per tot. facit tex.
in l. capite quinto. de adult. & nota poſtremo,
222 quod licet excipiens plures exceptiones pro-
ponat, ſi quæuis illarum eſt ſufficiens ad victo-
riam, ſat erit vnā duntaxat probari: ita inquiunt
Doctor. in l. interpoſitas. C. de tranſact. quos re
fert, & ſequitur pract. Stiac. capit. 22. num. 51.
quomodo autem, & quis ordo ſeruetur in re-
probatione teſtium, dicam in ſeq. 5. par. princi
pali, & ita alia in præſenti reprobationum arti
culo inueſtiganda relinquo ſtudioſiſſimo iudi-
N ci, ne laboribus aliorum penitus pigreſcat. Et
in ſumma ille qui teſtes defectuoſos ſeu ratio-
ne perſonæ, ſeu ratione dicti poſt eorum teſtifi
cationes ſibi notos produxit, nō poterit eos im
pugnare: vt ſupra in prima par. dixi ſub nu. 91.
& contra eum valebit teſtimonium etiā quod
teſtis eſſet vnicus: & deponeret de credulitate.
Rom. conſ. 104. ad fi. vel ſi de iudicio, aut de au
ditu alieno depoſuerit, aut malam rationē red-
diderit. c. damnum. de reg. iu. & facit reg. quod
approbo non improbo. l. ſicut maior. C. de re-
pud. & l. Pomponius. de neg. geſ. & parum pro
ficeret proteſtatio quando tales depoſitiones
fuerint ei publicatę, & notę. Crauet. de Antiq.
temp. par. 1. p. temp. nu. 13. & 14. Sicuti etiam
creditur teſti pro fiſco etiam de auditu deponē
ti, quamuis ſit vnicus. Rom. d. conſil. 104. Soc.
iu. conſ. 69. nu. 11. vol. 1. Cephal. conſ. 65. n. 55.
Poſtremò poterit etiam retardari executio ſen
tentiæ dum diſputatur ſuper oppoſita exceptio-
ne contra teſtes, ſecundum Marſi. in eius prac.
§. opportunè in princ. cum ibi adduc. quod ve-
rum ait niſi ſupereſſent tot alij teſtes ex quibus
Reus legitimis probationibus poſſet condem-
nari, quia morbida pecus & ſi corrumpit oui-
le, tamen in caſu noſtro vtile per inutile nō vi-
tiatur. Bal. in l. Lucius. ff. de ijs qui not. infa. ſed
videtur dubium quomodo ſententia ſuſpendi
poſſit, cum omnes probationes & reprobatio-
nes fiant ante ſententiam, vt dixi ſup. nu. 206.
& ſequen. et ſic ſententia lata, non eſt tempus
reprobandi. Reſpondetur quod ſicuti omnes
exceptiones ſunt reſeruatæ in fin. litis de iure
ſtatutario, ſententia retardari poteſt. Item lata
ſententia executio retardari poteſt etiam quod
tranſiuerit in rem iudicatam prætextu falſo-
rum teſtium. l. querelam. C. de falſ. et to. ti. C. ſi
ex falſ. ca. Boſſ. in titu. ſi ex falſ. teſt. iud. fuerit
per tot.

SVMMARIVM.

1 Iudicis officium & arbitrium, quale ſit in materia teſtium.
2 Teſtium materia quare difficilis & periculoſa.
3 Iacobus Menoc. Iuriſc. doctiſſimus.
4 Iudex quare magis vni, quam alteri teſtium fidem præſtat, debet facere, quod in ſcriptis appareat.
5 Iudicis officium circa teſtes quale eſſe debet.
6 Iudicis arbitrio relinquitur qualitates & numerum teſtium approbare.
7 Practica quando, & quomodo teſtes producũtur.
8 Capitula probanda per teſtes non ſemper ſunt admittenda.
9 Capitula admiſſa, quæ alias non erant admittenda, valeat eorum probatio.
10 Admiſſa, quæ erant admittenda, per iudicem obſeruari debent.
11 Citatio præcedere debet teſtium productionem, et de effectu talis citationis. num. ſeq.
13 Contumacia accuſata debet etiã intimari parti.
14 Terminus datus ad probandum regulariter, ſecundum ſtatuta locorum.
15 Terminus datus ad probandum dicitur peremptorius.
16 Dilationes quot dantur ad probandum, & de productionibus.
17 Productiones quot conceduntur teſtium, & de quarea quæ dicitur optima legum interpres.
18 Productio quarta teſtium, qualiter, & quomodo obtineri debet.
19 Quarta examinatio non conceditur.
20 Peremptorium vnicum continere poteſt tres teſtium productiones.
21 Productio vnica teſtium quando verificatur.
22 Productio quarta, quando locum habet.
23 Peremptorium vnicum tres citationes continere poſſe.
24 Citatio vnica non ſufficit, quando ſtatutum tres requirit citationes fieri.
25 Forma tradita à ſtatuto debet ad vnguẽ ſeruari.
26 Forma data à ſtatuto quomodo intelligitur.
27 Quis ex ſola vnica citatione condemnari non poteſt.
28 Peremptorium vnicum, ſeu vnica citatio, quando ſufficit pro tribus.
29 Dilatio quot dierum eſſe debet.
30 Dilatio poteſt à iudice coarctari & abbreuiari.
31 Iudex recedens à diſpoſitione iuris communis cauſam exprimere debet. & 32
33 Dilatio qualibet eſt communis, tam actori, quam reo.
34 Dilatio per iudicem poteſt dari longior reo, quam actori.
35 Iudex arbitrium ſuum impartitur cui malit.
36 Dilationes in criminali, quot dentur accuſatori, & quot reo.
37 Dilationes quando dilatari poßunt.
38 Iuſtum impedimentum, quod dicitur.
39 Dilationes dilatantur reſpectu cauſæ temporis, et iuriſdictionis, & perſonæ.
40 Citatur pars in qualibet dilatione danda.
41 Iudicis arbitrio relinquitur, an per paucos teſtes ſufficienter probatum ſit.
42 Iudex teſtium numerum maiorem, & minorem adhibere poteſt, iux. rei, & perſonæ qualitates.
43 Numerus ingens teſtium inhabilium, an ſupplebit eorum defectus.
44 Integritas vnius non ſupplet vitium alterius.
45 Cauſæ ciuiles teſtes non æquè idoneos exigunt, vt cauſæ criminales.
46 Teſtis vnicus, cum iuramento ſuppletorio in cauſa ciuili facit plenam probationem.
47 Terminus ad probandum bifariè dari poteſt.
48 Depoſitio teſtium qualis ſit refertur ad tempus iuramenti.
49 Concluſum in cauſa, quando eſſe dicitur, & allegare in iure quando debet.
50 Ordo ſeruandus in producendo teſtes.
51 Teſtes actoris primo producuntur, poſtea rei.
52 Iudex ex officio poteſt informationes ſumere.
53 Iudex ex officio, quando procedere poſſit.
54 Iudex ex officio in cauſa ciuili, non ſumit informationes, fallit ſi à peritis deberet inſtrui. nu. 56.
57 Iudex ex officio in cauſis mixtis informationes ſumere poteſt.
58 Cautela qua rei poßunt citari per præcepta pœnalia non obſtante ſtatuto.
59 Iudicium regulariter non debet incipi à præceptis pœnalibus.
60 Accuſatio eſt remedium ordinarium, & inquiſitio extraordinarium.
61 Præcepta pœnalia, quando intimanda, & in quibus cauſis.
62 Præceptum pœnale, etiam in ciuili mitti poteſt.
63 Iudex quomodo procedere debet per præcepta pœnalia.
64 Iudicium ab executione incipi non debet.
65 Clauſula iuſtificatiua quæ ſit.
Citatus per præceptum pœnale, quando non tenetur comparere. ibid.
66 Mulcta quanta eſſe debet, pendet ab arbitrio iudicis.
67 Teſtes quando recipiendi.
68 Teſtes quibus caſibus ante lit. conteſta. recipi poſſunt.
69 Teſtium receptio in criminalibus, an alteri ſubdelegari poſſit.
70 Teſtium receptio alteri demandari poteſt in cauſis ciuilibus.
71 Cauſæ ciuiles ſunt minoris periculi, quàm criminales.
72 Notarius cui commiſſa eſt teſtium receptio, & examinatio non facit fidem de tali cõmiſſione.
73 Exceptiones contra perſonam teſtium, quibus caſibus non admittuntur.
74 Exceptiones teſtium non ſemper oportet probari.
75 Exceptiones friuolæ ſunt reijciendæ.
76 Exceptio ob defectum perſonæ ab initio non probata poſtea reijcitur.
77 Actore non probante reus abſoluitur.
78 Probatio fruſtra ſit quæ nihil releuat.
79 Exceptio notoria non eget probatione.
80 Teſtes quando iurare debeant.
81 Iudex quid facere debeat antequam faciat iurare teſtem, vt poſtea examinetur.
82 Teſtis falſus tribus perſonis eſt obnoxius.
83 Caput, membra oportet ſequi.
Non datur medium inter Deum & Mãmonam, ibidem.
84 Teſtis falſus ſibi iudicium manducat.
85 Teſtis falſus ſibi, & proximo damnum affert.
86 Teſtis falſus efficitur reus pœnæ.
87 Iuramentũ quando, & qua forma datur teſtib.
88 Teſtis debet ſecreto examinari, examen enim ſecreto fieri op.
89 Teſtes examinari debent in iudicio, & non extra. fallit. vt infra.
Egregiæ perſonæ ſunt priuilegiatæ, ibid.

90 Te-

90 Teſtes qui habere legitimum impedimentum dicantur, nec teneantur ire ad iudicem.
91 Egregiæ quæ ſint perſonæ, ad quas mittitur examinator.
92 Qui conueniri non poſſunt niſi coram ſupremo magiſtratu.
93 Iudex inferior, an cogatur ire ad maiorem magiſtratum teſtimonij perhibendi cauſa.
94 Iniuria non fit dicendo, quod de iure decet.
95 Iuriſconſulti vocantur clariſſimi.
96 Doctor dicitur egregia perſona.
97 Authoritas iudicis ordinarij quanta ſit.
98 Iudex ordinarius non debet relinquere officium ſuum, vt alteri deſeruiat.
99 Par in parem non habet imperium.
100 Maioris magiſtratus authoritas quæ ſit.
101 Decretum Mediol. de maiore magiſtratu, et eius interpretatio.
102 Maius dignum trahit ad ſe minus.
103 Prætores feudatariorum rogati eandem iuriſdictionem habent in eorum iuriſdictione, quam habet maior magiſtratus in ſua, reſpectiuè.
104 Iuriſdictio eſt limitata, tam maiori quam minori iudici.
105 Cognitio inter milites & ſubditum feudatariorum ad eorum iudicem pertinet.
106 Decret. Mediol. de delict. milit. declaratio.
107 Maior magiſtratus non habet merum, & mixtum imperium.
108 Argumentum de maiori ad minus, & econtra, quomodo procedit.
109 Senatus Mediol. rex dicitur.
110 Prætor feudatarij, an teneatur parere maiori magiſtratui.
111 Cognitio iuriſdictionis dum diſputatur inter maiorem, & minorem magiſtratum ad quem ſpectare dicitur.
112 Terra Sancti Nazarij eſt locus inſignis.
113 Terra Sancti Nazarij eſt, de nobilioribus Lumellinæ.
114 Ratione adiuncti conceditur, quod ſimpliciter non concederetur.
115 Literæ ſubſidiales conceduntur, quando teſtes ad iudicem venire nequeunt.
116 Literæ ſubſidiales ad quem effectum concedi ſolent.
117 Literæ ſubſidiales quando ſint concedendæ.
118 Examinatio teſtium in criminalibus alteri committi non debet.
119 Neceſſitas non habet legem.
120 Examinatio teſtium, an alteri delegari poſſit, diuerſæ ſunt opiniones legiſtarum & Cano.
121 Literæ ſubſidiales, & dimiſſoriæ quando locum habent.
122 Literæ ſubſidiales impetrans tenetur iurare de calumnia. & 123.
124 Teſtes cuius expenſis alendi, num. 125 & 126. Salarium iudicis, & examinatoris à quo ſoluendum ſit. 125. & 126.
127 Iudex quid facere debet poſtquam teſtis iurauit, & incipit eum examinare.
128 Dicta teſtium debent ad vnguem in actis ſcribi.
129 Notarij & cæteri actuarij qui teſtiũ dicta prout deponunt ſcribere omittunt, tenetur parti.
130 Actuarij qui omittunt ſcribere, quòd contra fiſcum teſtes deponunt, malè faciunt.
131 Actuarij non debent dicta vnius teſtis referre ad dictum alterius teſtis, ſed ſingulatim omniũ dicta ſcribere.
132 Actuarij rationem vnius teſtis non debent referre ad rationem aſſignatam ab altero teſte.
133 Teſtis an veriſimilia deponat qualiter cognoſcit.
134 Iudex debet prius oretenus teſtem audire antequam examinetur ſuper proceſſu, & quãdo hoc facere debet.
135 Iudex, quando timet ne teſtis ſuſpectus ſit, quod facere debet ad eruendam veritatem. nu. 141.
136 Iudici quando licet dicta teſtium cauillare.
137 Dicta teſtium ſunt potius adiuuanda, & concordanda, quam deſtruenda.
138 Iudex quando habet teſtem ſuſpectum, de ſuſpitione debet facere, quod appareat in actis.
139 Iudex quid conſiderare debet, dum examinat teſtem.
140 Tortura quibus caſibus adhibetur, quando teſtis eſt ſuſpectus.
141 Iudex quando habet teſtem ſuſpectum, de loco, tempore, & de indumentis interrogare eum debent.
142 Teſtes Suſannæ capti fuerunt in ſermone.
143 Teſtium materia optimè à Spec. tractata.
144 Verba teſtium ſunt ponderanda.
145 Teſtimonium de credulitate an valeat.
146 Teſtis deponẽs per verba iudicio meo, an probet.
147 Credulitas magis ſpectat ad iudicem, quam ad teſtem.
148 Teſtimonium de credulitate in ijs quæ per coniecturas, & præſumptiones probari poſſunt, valet.
149 Teſtis deponens per verbum, mihi videtur, an probet.
150 Teſtis non præſumitur præciſè recordari.
151 Teſtis ſuſpectus eſt, quando dicit non recordari de eo, quod veriſimiliter recordari poteſt.
152 Memoria in factis antiquis non præſumitur.
153 Teſtis quando præſumitur verum, vel falſum dicere.
154 Tempus antiquum, quod dicitur.
155 Delictũ quando conſtare dicitur, ſiue facti permanentis, ſiue facti tranſeuntis.
156 Meſſala Coruinus immemor eiuſdem nominis.
157 Teſtis de auditu alieno deponens, an valeat eius dictum, & num 152.
158 Teſtimonium de auditu alieno, quando tenet, & nume. 163.
159 Fama publica probatur per auditum alienum.
160 Teſtimonium de auditu alieno, quando nunquã valere poteſt.
161 Teſtimonium de proprio auditu tantum, quando tenet.
162 Teſtes, vt de auditu tantum rectè teſtificentur, debent eſſe omni exceptione maiores.
163 Teſtimonium de auditu alieno, vt valeat, duodecim requiruntur.
164 Teſtes de auditu proprio tantũ, deponentes onus probandi inducunt in alteram partem aduerſã.
165 Interrogare ad iudicem pertinet.
166 Iudex ex officio poteſt adhibere alia interrogatoria.
167 Interrogatoria non dantur contra fiſcum.
168 Interrogatoria quare contra fiſcum non dantur.
169 Publicè intereſt delicta punire.
170 Interrogatoria circa quæ fieri debent.
171 Teſtis precium accipiens ne teſtimonium dicat, dicitur corruptus.
172 Iudex vti optimus confeſſor eſſe debet.
173 Teſtis nolens reſpondere ad interrogata cogi põt.
174 Teſtis qualiter cogendus ſit.
175 Cenſura eccleſiaſtica quando comminatur.
176 Teſtes poſſunt cogi indicta mulcta, & minis.
177 Teſtis toties quoties iudici non obtemperat poterit mulctari.
178 Teſtes ciues, an poſſunt cogi à prætore feudatariorum

rum ad perhibendum teſtimonium.

179 *Teſtes omnes indiſtinctè tenentur perhibere teſtimonium.*

180 *Tacens veritatem falſum committit.*

181 *Priuilegiati tenentur allegare priuilegium*

182 *Priuilegiati priuilegium probare debent.*

183 *Priuilegiatus debet comparere, alias multari poteſt.*

184 *Magiſtratus ignorare præſumitur, quæ ſunt facti.*

185 *Priuilegiatus debet oſtendere priuilegium, antequam ſententia feratur.*

186 *Priuilegiatus teſtis quando aliter veritas haberi non poteſt tenetur perhibere teſtimonium.*

187 *Priuilegiatæ perſonæ, quæ teſtimonium perhibere non tenentur.*

188 *Correlatiuorum eadem diſpoſitio.*

189 *Arma non licet ſumere de domo rei.*

190 *Veritatẽ quando aliter haberi non poſſe dicitur.*

191 *Paria ſunt aliquid non eſſe, vel eſſe inutiliter.*

192 *Priuilegiatæ perſonæ, quibus caſibus compelluntur ad perhibendum teſtimonium.*

193 *Veritatem aliter haberi non poſſe dicens probare tenetur.*

194 *Priuilegiatæ perſonæ diuerſimodè intelliguntur quo ad perhibendum teſtimonium.*

195 *Priuilegiatæ perſonæ, quæ nullo in caſu teſtimonium perhibere tenentur.*

196 *Dicta & depoſitiones teſtium in ſcriptis redacta debent iterum legi teſti, & ad quid.*

197 *Tribunalia ſunt tremenda.*

198 *Fiſcus regulariter eſt odioſus.*

199 *Iudex ſuper omiſſis interrogatorijs rurſus poterit repetere teſtem.*

200 *Repetitio teſtium, & qualiter facienda.*

201 *Repetitio in cauſa crim. eſt penitus neceſſaria.*

202 *Repetitio quare neceſſaria ſit.*

203 *Nomen rei receptum, quando dicitur inter reos.*

204 *Dicta teſtium ante lit. cont. quam vim habent.*

205 *Lis conteſtata, quando eſſe dicitur.*

206 *Repetitio quando fienda.*

207 *Repetitio teſtium, quid ſit.*

207 *Repetitionis practica.*

209 *Confrontatio rei, & teſtis quando fieri debet.*

210 *Confrontationis practica.*

211 *Defenſiones reis ſemper dandæ.*

212 *Defenſionis terminus debet dari debito tempore.*

213 *Reus quando dicitur eſſe inter duo iuramenta.*

214 *Confrontatio ad quid ſit.*

215 *Oppoſita iuxta ſe poſita magis elucefcunt.*

216 *Confrontatio & repetitio fiunt eo modo, quo ab initio prius examen factum eſt.*

217 *Teſtis falſum deponens coram iudice alias incompetenti efficitur de eius foro.*

218 *Clericus licet falſum depoſuit coram ſeculari, tamen remittendus eſt ad ſuum iudicem eccleſiaſticum.*

219 *Teſtis falſus qualiter eſt puniendus.*

220 *Iudex laicus nolens remittere clericum ad ſuũ iudicem eccleſiaſticum incidit in cenſuram.*

221 *Remiſſio rei de uno iudice ad alium, qualiter fienda.*

222 *Iudex oſtendens parti atteſtationes, ante aperturam tenetur pœna falſi.*

223 *Notarij oſtendentes dicta teſtium, ante aperturam incidunt in pœnam falſi.*

224 *Pœna falſi propter viſionem teſtium, ante aperturam eſt extraordinaria.*

225 *Pars quæ ante aperturam teſtium, apparuit, tenetur pœna falſi.*

226 *Atteſtationes debent partibus eſſe ſecretæ.*

227 *Atteſtationes dicuntur arcana iudicis.*

228 *Iudex reuelans ſententiam ante probationem tenetur & vt ſuſpectus remoueri poteſt.*

229 *Atteſtationes publicari debent a iudice.*

230 *Ordo ſeruãdus in tota materia iudiciaria teſtiũ.*

231 *Exceptiones contra dicta teſtium, qualiter & quando probandæ ſint.*

232 *Publicatio repulſæ, quando facta intelligitur.*

233 *Terminus ad repulſam repulſæ qualiter, & quãdo petitur.*

234 *Quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio.*

235 *Lis debet terminari, ne in infinitum tranſeat.*

236 *Actor quot productiones teſtium habet, & quot reus.*

237 *Reus quando ſubijt locum actoris ſapit eius naturam.*

238 *Terminus datus repulſam, & ad repulſam repulſæ quot dierum eſſe debet.*

239 *Succumbens in exceptione, vel in aliquo emergenti ſtatim in expenſis debet condemnari.*

240 *Iudex ſecundum acta, & probata ſententiare debet.*

241 *Iudex qualiter ſe gerere debet in iudicando & ſententiando.*

DE OFFICIO, ET ARBITRIO Iudicis circa materiam teſtium, & de Brachio Regio.

Pars Quinta.

1 RESTAT nũc vt de officio, & arbitrio iudicis, quale eſſe debet circa præſentem materiam, diſpiciamus; & quidẽ bonus iudex duos ſales habere debet, videlicet ſal ſcientiæ, & ſal ſecuræ conſcientiæ, vt pulchrè dicit Bald. in l.2.cir.fin.C.de ſent.ex peric.recit.vide infra in materia Brachij Regij poſt primũ Alphabetũ lit.F. & inficiari non poteſt, quin onus non leue ad [illegible] conſcientiæ iudicis, tum propter partium paſſiones, tum propter teſtium falſitates, tum etiam ob Notariorum Actorum pace bonorum, ingluuiam, aut ignorantiam qualiter intelliguntur, & aliter ſcribunt: vnde bene aduertunt Crauet.de antiq.temp.vt Notarij ab huiuſmodi ſuſtineant, Nam (cum ille) Qui talib⁹ lauatricijs vtuntur ad gehennã ędificant; vt per eundum in Rubr.de legat.1.ſub nu.154. & [illegible] proceſſus coram iudice referrant [illegible] fit, vt qui obtinere debet ſuccumbat, & Iudex facit litem ſuam, & ſuppoſiti remanent deſtituti omni humano Remedio ſub prætextu rei iudicatæ, quo fit vt nedum difficile, verum
2 etiam valde periculoſum, hoc totum reddatur negotium, capit.cum æterni.de ſent. & re iudi. lib.6. Amadæ.tract.ſynd.in fi. pro citius ſaniori doctrina eſt recurrendum ad Lancell.in eius tract.de prætore, quem allegat ſæpiſſimè pract. Stiac.cap.22. nu.59. cum plur.ſeq. & præcipuè multa doctè, & late trad.doctiſs. Iuriſcon.mod. Menoch.de arbit.iud per to. ſine quo neſcio, an hodie in multis eſſet ambulare in tenebris, ſed vt ea dicam, quæ mihi tãtum neceſſaria, & proportionabilia huic tractatui videntur, amplector tex.in l.3.§.1.ff.eo.ibi tu magis ſcire potes, qualis & quanta fides teſtibus ſit adhibenda, &

ſuper

ſuper hoc tex.vid.Sociu.iunio.in conſil.52. vt
præſentis conſultationis,nume.10.& 11.& 12.
volum.2.& tex.in cap. iudicantem.30.q.5.vbi
iudicantem oportet cuncta rimari, & ordinem
rerum plena inquiſitione diſcutere, & ſi magis
vni, quam alteri iudex fidem præbeat, cauſam
4 ſcribere faciat in actis, vt admonet Curt. eod.
tract.concluſ.20.& concl.29.pulchrè,Menoch.
de arbit.iud.caſ.90.per tot.car.126.Iaſ.in l.vnica,num.11.C.de error.calcu. Pariſ. conſil. 57.
num.48. lib.1. de qua cauſæ aſſignatione iudices verba faciút in motiuis, vt obſeruari video,
nec aliter in actis ſcribere eam neceſſe eſt,& in
A omnibus eſt maximum iudicis arbitrium, ità
vt etiam quod expreſſe caueatur quid agendũ
in hac teſtium materia, nihilominus ex cauſa,
Iudex poteſt recedere.per d.cap.iudicantem,&
eo magis,quia in hac materia credendi teſtibus
certa doctrina non datur,ſed quaſi in ænigmate
vagatur. poteſt enim eſſe quod duo teſtes clare
deponant & ſint conteſtes, tamen Iudex iuſta
ſibi ſubſiſtente cauſa ſi ità ſibi videbitur poterit
non adhibere fidem, Bart.in l. Lucius, ff.de infam. Par.de Put.de ſindic.in ver.arbitriũ cap.1.
num.7. & ibi Bar.Soc.conſ.235. viſa in 2.par.
& ità ſi non adeo clare deponant, tamen Iudex
ſi ſibi videbitur poterit præſtare,fidem ſtantibus alijs probationibus, per hũc tex.l.3.de teſt.
ſed debet ſibi videri id quod iuſtũ eſt. Menoch.
de arb.iud.quæſt.8. nume.2.3. & 4. vt infra in
hac par.ſub num. 193.lit.R. cit.ſi.Soc.d.conſil.32.volum.2.& qualiter,& quando iudex poteſt credere teſtibus,vid.Minſing.in eius centuria.4.obſeruatio.38. quæ partes, & Grammat.
conſ.24. num.20. & ſequen. & Caualca. multos allegans deciſ.1.num.38.ſecunda par.& nu.
46. vbi ponit regulam illam vulgarem, quod
non eſt credendum teſtibus, quorum repelluntur authores, & cap.licet ex quodam,de teſt.&
no.Rimin.iun.conſ.60.num.3.lib.1.idem Ca-
5 ualca.deciſ.12.num.41.par.1. Ad iudicem pertinet teſtes recipere,examinare interrogare, &
reijcere. caue igitur aperiat oculos, erigat aures, mentem componat, ne litem ſuam faciat,
ne teſtes incidant in periurium,neve partes ſuo
iure iudicis ob imperitiam fraudentur: ad quæ
omnia bonum eſt videre pract. Stiac. capitu.8.
nume.4. cum ſeq. & Ianus,in cap.16.17.& 18.
6 multa quidem pendent ex arbitrio iudicis, ſiue
circa qualitates, ſiue circa quantitatem teſtiũ,
& omnia perpendere debet iux. perſonarum,
loci, temporis, & cauſæ qualitates. de quibus
Doct.paſſim multa ponunt exempla. in c.cum
oporteat,de accuſ. & in cap.ſignificantibus, de
offic.deleg.& in l,1.de iur.deliber. & in l.ſi cõſtante. ſolut. matrim. & in auth. quod locum.
de collat.cap.cum electus. extra. quòd mei.cauſa. ponit Patis de Put.tract.ſind. in verb. iudex
cap.2.ſub nu.17.Spec.eo.tract. §. nunc tractandum in princip.& infra nume.127. & tandem
B D. Menoch. per eundem tract.de arbit.iud. per
tot. Verum, quia capitula ſunt producenda ſuper quibus teſtes ſunt examinandi, quæro an
nomina teſtium vtriq; edenda ſint partit & breuiter in cauſa ciuili hoc ſeruatur quod regulariter edenda ſunt. Marant. Spec. aur. de ord. iud.
6.par.actu. to.nume.49.& 52. eſt materia gloſ.
in l.1.§.editiones,ff.de eden.quamuis Doctor.
dicant illam glo.de teſtibus in inſtrumento inſertis, vt ibi per Alexan.in d.§.colum.ſi. nu.21.
tenet Bald.in l.non ex omnibus, ff.de arbitr.in
1.lect. & quod nomina aliorum teſtium ſint
edenda.docet Spec.de teſt.§.qualiter.cum alijs
adduc. à Stiac.in eius prac.cap.17.num.20. 21.
& 22. Sed quando ſubeſt timor ſubornationis
non ſunt edenda. ità doc.in d. §. editiones vbi
communiter.& Fely.in cap.1. ſub num.9. ver.
item habet locum de proba. Item quando Aduerſarij eſſent potentes,& timeretur de impedimento vel alio ſcandalo, vt in cauſa Hæreſis,
quia in confuſo dari debent.Clar.§.fina. q.49.
verſ.habet.Blanc.in pract.cri. num.80. fol.38.
Homod.conſ.31.nume.49.& ſat eſt partem iurare quod verè timet de ſubornatione. Stiac.
pract. vbi ſupra nu.24.& 25.& 29.& etiã ſat eſt
nomina ſecreto dari Iudici. ſpec. d. §. qualiter.
verſ.poſt hoc dicet Reus. Nec refert ſi dicatur
ob talem denegatam editionem Aduerſarium
lędi, quia fortè teſtes eſſe poſſent eius inimici
vel de illis, qui ab initio repelluntur, vt ſupra
dixi in 4. par. Nam duplici remedio ſuccurritur; primo quia non poſſunt teſtes iurare, niſi
citata parte, & tunc poteſt incontinenti exceptionem deducere; ſecundo quia poteſt proteſtari ſibi ſaluum ius eſſe opponendi iam contra
perſonam teſtium, quàm contra eorum dicta,
vt ſeruatur præcipuè ſtãtibus ſtatutis, quòd omnes exceptiones reſeruentur in fine litis. Stiac.
d.cap.17.ſub num.27.& de hac proteſtatio. ſupra dixi in 4.par.hanc eſſe magis com.op.teſtatur.Stiac.d.nu.23.& 24.Bal.in l.ſi. C. de eden.
7 & vt. infra ſub nu.10. Sed vt proximè attingã,
primo,ſcire oportet, quòd productis capitulis,
quę quandoque articuli, quandoq; poſitiones,
quandoque partium aſſertiones dicuntur, vt in
cap.in præſentium,& ibi omnes Cano.eod.tit.
& Spec.eod.tit.in princip. facit, cap.cum contingat.extra de offic.deleg. cum concord. ſolet
dari eorumdem capitulorum copia partibus cũ
termino ad faciendum ſua interrogatoria. dicto capit.in præſentium,& Spec.eo.tit. §. nunc
videndum,nu.10.§.iam de interrogatorijs. per
10.Marant.pract.art.7.par.ſexta, ſed antequam
vltro progrediar aduertere debet iudex circa huiuſmodi capitulorum admiſſionem, quoniam
8 de iure in multis caſibus,quædam non admittuntur capitula, forte quia probanones nõ ſint
faciendæ per teſtes,ſed per inſtrumenta, & ſcripturas,vt latè tradit Spec.in tit.de inſtrum.edit.
§. reſtat.verſic.ſed ſi alij, dixi in 2.par. nu.158.
& dicam quando capitula ſunt de directo contraria. de Brachio Regio. alias ſic plura admiſ-
9 ſa eſſent quæ non erant admittenda,valeret probatio. vt per Spec.in tit.de proba.§.videndum,
verſic. ſed quid ſi debitor. Dec.in cap. 2. nu.82.
eod. tit. & iudex eam probationem admiſſam
obſeruare debet,vt per Innoc.in cap.cum Ber-
10 toldus,de re iud.Bal. in l.illicitas, §. veritas, ff.
de off.præſſ. prout ſequitur Iaſ.in l.patre furioſo,nume.22.ff. de ijs qui ſunt ſui.pulcherrimè.
Alexand.conſ.77. nu.13. volum.2. & conſ.63.
nu.21.volum.4. Petr. Rebuff. in l. quod iuſſit,
num.49.de re iud.Gomeſ. varia. reſol. tom. 3.
cap.13.num.32.Doct.in l.conſtitutiones, ff. de
C appellat. Et numquid etiam ſine capitulis, ſed
ſolum ſuper libello tantum poſſint teſtes recipi, dico quod ſic. ſecundum Bald. in l. ſi duo.
num.7. & ibi Alexan.num.14.in §.idem Iulianus,ff.de tut.iuran. Docto.in cap.fraternitatis,
de teſt. Spec.eo.tract.§.nunc videndũ in princ.
Fely. in cap. vltra tertiam de teſt. ſed an etiam
cum capitulis ſint teſtium nomina edẽda,dico
ſtandum

ſtandum eſſe coofuetudini, ſed de iure com-
muni videtur quod non & eſſe comm. opi. ait
pract. Suact. cap. 17. numero 20. & Doc. in l. 1.
§. editiones. ff. de edendo. verum de iure Cano.
videtur quod debent dari circumſcripta ſuſpi-
tione subornationis, vt per Felyn. in capitulo
primo, ſub numero verſic. Item habet locum:
ſed in cauſa Hęreſis, & quando lis eſt cum Ad-
uerſario nimis Audaci, & potenti, nomina te-
ſtium debent in confuſo dari vel fortè nõ edi,
ſed tantummodo tenor teſtificaturum. Clar. §.
fin. quæſt. 49. verſicu. habet Bianc. pract. crim.
11 nu. 80. quod in cauſa criminali procedit. Pars
ergo (vt præmonui) quæ probare intendit eius
intenti onem facit citare teſtes, nec non partem
aduerſam, ad videndum eos recipi, & iurari ad
hoc, ne teſtes videantur ſpõte ſe ingerere: quia
12 talis citatio, hunc operatur effectum, vt admo-
net Barto. in l. poſt legatum, §. ijs vero, ff. de ijs
quibus, vt indig. Abb. in cap. 2. de teſt. vid. om-
nino Farin. d. tract. quæſt. 72. numero primo,
vbi an ſufficiat ad Domum quo ad teſtes, & vi
detur quod non numero 3. & in quæſt. 76. nu-
mero 141. & non ſufficit citare teſtes, ſi pars nõ
erit citata. d. quæſt. 72. numero 21. 22. 23. cum
ſequen. eſt verum quod penbant quando peri-
culum eſſet in mora, vel timeretur de morte
aut de periculo euidenti ob potentiam Aduer-
ſarij, & quando ad informandam curiam, & in
cauſis naufragiorum; item quando agitur ſola
facti veritate inſpecta, & ſecundum conſcien-
tiam quis poteſt iudicare, de quorum veritate.
vi. Farinac. d. quæſt. 72. numero 36. cum mult.
ſequen. ſed vi. ſup. tit. 3. par. numero 72. & ſer-
ua. vt ibi. At ſi pars vel teſtes ipſi, opportune nõ
13 comparuerint, accuſatur eorum contumacia,
quam iudex debet mandare, quod intimetur
parti non comparenti. Doctor. ita ſentiunt. in
l. Labeo. cum materia, ff. de iur. iqta. Marant.
actu, 3. numero 14. folio mihi. 176. pract. Suac.
cap. 7. numero 4. & abinde quandocunque te-
ſtes poterunt iurare, & examinari. no. glo. in cle
ment. prima, de offic. deleg. etiam poſt termi-
num datum ad probandum. Roman. conſilio
343. & alios, quos allegat Marant. actu. 6. nu. 2.
14 par. 6. Qui terminus, & omnes alij termini in
15 iudicio dandi regulantur ſecundum ſtatuta lo
D corum. & terminus ad probandum; an etiam
intelligatur ad producendum inſtrumentum,
vid. Aſſaſſi. in pract. ci. c. 18. §. 22. & regulariter
omnes fieri poſſunt ac debent probationes; ſo
let enim concedi dictus terminus cum clauſu-
la ad probandum per omne genus probationũ.
ſed ſi dilatio fuerit data ad producendum in-
ſtrumentum, non extenditur ad producendos
teſtes Spec. eo. tit. de dilat. §. videndum. ver. no.
& Corſet. ſingul. in verb. Dilatio. aliud eſt dare
terminum ad probandum, aliud eſt ad pro-
ducendum iura; ſed de iure communi vnica
tantum dilatio datur. ad probandum, & ſic
peremptorie. Alexand. in l. de fet. quæ opinio
communis eſt, tradunt Doctor. in rubric. ff. de
dilat. & Specul. cod. de dilat. Iaſ. in l. qui Ro-
mæ. §. duo fratres. num. 51. de verbor. obligat.
Bartol. in extrauag. ad repri. in verb. ſupradicto
16 crimine. Petr. Duc. reg. 201. in qua dilatione
tres dari ſolent productiones. cap. cum in cau-
ſis. & capit. ſignificaſti. extra de teſt. & faciunt
E quæ dixi infra nu. 29. cum ſequen. Poſt tertiam
dilationem non ſunt teſtes producendi. cap. vl
tra tertiam. de teſt. at cautela eſt quod non ob-
ſtante quod nulla ſubſit cauſa iuſta petendi di-
lationem, tamen antequam labatur terminus
pars petat illum prorogari, quia prorogatio nõ
dicitur noua dilatio. Specu. eo. tit. §. nunc dica-
mus. verſ. & ſunt cum alijs adduct. à Cepol. cau
tel. 13. Item valet quarta productio ſeu dilatio
ſine ſolemnitate de qua ſupra numero 18. ſcili-
cet ſi contradictum non fuerit. Abb. in cap. in
cauſis, & omnes in c. vltra tertiam. de teſt. add.
ad Capel. Tol. deciſ. 116. Verum circa dilatio-
num terminos, tam in probanda intentione,
quam in reprobanda per repulſam, ne procede
tur in infinitum, contra l. fin. C. de ſacr. ſanct.
eccleſ. & cap. cum in multis. extra de reſcrip. in
practica ſeruantur, quia ſi Actor petit, & Reus
tantum excipit, Reus poteſt reprobare teſtes
Actoris, vt ſupra late in antecedenti p. & Actor
pariter poterit reprobare poſtea teſtes Rei ad
repulſam productos, & Reo alia non datur re-
probatio, & articulus de directo contrarius nõ
admittitur ad reprobandum teſtes reprobato-
rios, niſi allegetur falſitas. Cano. in cap. fraterni
tatis de teſt. Sed in iudicijs in quibus vterque
eſt actor & Reus reſpectiue in eadem inſtãtia;
vt in tribus iudicijs finium regundorum, fami
liæ herciſcundæ, communi diuidundo, vel in
materia poſſeſſorij, aut in cauſa reconuentionis,
in ijs vtrique parti tres cõceduntur dilationes,
vna ad probandum. 2. ad reprobandum. 3. ad
reprobandum teſtes reprobatorios. Quarta au-
tem neutri datur. Cano. in cap. licet dilectus. de
teſt. Otra. eo. tract. numero 52. Et ſi teſtis non
fuerit repulſus in prima inſtantia non poterit
repulſari in cauſa Appellationis niſi de falſo re
dargueretur. Aret. in capit. extra de teſt. colum.
9. Marant. actu 13. nu. 13. ſecus in teſtibus quos
de nouo examinari licet ĩ cauſa appellationis,
quia eodem modo fit repulſa ſicut in prima in
ſtantia, vid. tamen ſup. in antecedenti par. ſub
num. 219. lit. F. in fi. vbi Guid. PP. deciſi. 500.
videtur tenere contrarium. Et ad declaratio-
nem harum productionum optime facit Prac.
Pap. in for. opp. contr. teſt. glo. ſuntq; publica-
tis. colum. penul. verſicu. ſed in hoc occurrit, &
dicam ſtatim, ex generali autem conſuetudine
17 adijcitur, etiam quarta productio, quæ dicitur
optima legum interprés. c. cum dilectus. extra.
de conſuet. l. ſi de interpretatione, ff. de leg. Bu-
trig. eod. trac. verſi. quædam forma. nume. 5. &
Abb. in c. in cauſis. & in c. pen. de teſt. not. 3. 4.
3. c. ſpacium. vbi etiam Abb. & in c. ſignifica-
uerunt. de teſt. & hæc quarta productio eſt pe-
18 tenda cum iuramento, quod non potuerit iu-
rans per prius habere teſtes. ita Barto. inquit in.
auth. qui ſemel. nu. 10. C. de proba. & Lanfr. de
Orta. eo. trac. num. 43. vbi inquit quod non nu
19 merus productionum teſtium, ſed numerus
examinationum facit producentem repelli; ex
qua declaratione ſumit practica, quod ſi pars
20 vnico peremptorio fuerit citata ad faciendum
quaſcunq; probationes intra terminum, puta
10. dictum, tunc in illis decem diebus, tres pro-
ductiones conceduntur. & adijcitur quarta ſi
opus erit, pro vt dixi. Capel. Toloſ. deciſ. 116. &
ibi additio. At ſi in illis tribus productionibus
teſtes fuerint examinati, deinde fieret quarta.
productio, non pariter quarta examinatio eſſet
concedenda, quia aliud eſt concedere quartam
productionem, aliud quartam examinationẽ,
vt tenent Doc. cõmuniter in d. auth. qui ſemel.
C. quom. & quan. iudex. vbi oẽs mod. vt mox
ſupra

ſupra dixi, & nota quod vna productio verifi-
21 catur quando teſtes ſunt producti & iurati tan-
tum, ſed non examinati, multo magis, ſi etiam
ſint examinari. Lanſr. de Oria. eo. tract. nu. 43.
Gemin. nume. 45. vbi inquit quartam produ-
22 ctionem locum habere in cauſa principali, nō
autem ſuper exceptionibus, quæ declaratio no-
tāda eſt, & ſi aliquod legitimum habebitur im-
pedimentum, nedum quarta, verum etiam mil
leſima concederetur productio, vt infra decla-
rabitur, & vide in Propoſ. Vant. in tract. nul-
lit. rubr. de nullit. ex defec. citationis, nu. 108.
23 vbi dicit, vnicum peremptorium tres citatio-
nes continere poſſe; fallit ſtante ſtatuto, quod
24 quis ter debeat citari, nam non ſufficit vnica
citatio pro omnibus. Bar. in l. ad peremptoriū:
vbi etiam mod. de iudi. Hipp. in rubr. ſub nu-
me. 304. de fideiuſſ. & Bal. quem allegat, in l. 2.
25 col. vlt. C. quo. & quan. iud. nam quæ pro for-
ma ſunt tradita à ſtatuto illa ſeruari debent ad
vnguem. l. cum ij, §. prętor, ff. de tranſact. c. cum
dilecta, vbi Fely. verſic. geſta: de reſcript. Bal. in
l. non eſt nouum, de leg. tex. eſt expreſſus, in l.
cōſtitutionibus, ff. ad municip. Hypp. Bonacoſ.
in eius q. criminal. in verb. forma. & Hon. fra-
ter meus D. Borg. deciſio. 13. num. 3. 18. & 23.
& Deciſ. 23. num. 1. cum ſeq. vbi latè de forma.
in prima par. vbi etiam declarat, illud dici in-
26 ductum pro forma, quando ſtatutum vlterius
diſponit, annullando actū ſi ſecus fiat, quæ de-
claratio deſeruit titonibus. Fely. in c. cum dile-
ctus, de reſcript. & Dec. conſ. 528. num. 11. Se-
baſt. Vant. de null. tit. quot & quibus, ſub n. 52.
27 & hic nota, quod ex ſola citatione, & vnica, nō
poteſt quis condemnari. iux. illud: Adam vbi
es, ter vocatus es, & facit tex. in l. abſentem, de
pœn. ibi ſi ſæpius moniti per contumaciam de-
ſunt; ſed quando quis contumax eſſet, & cita-
retur peremptoriè ad videndum ſe condemna-
28 ri, conſuetudo eſt, quod illud vnicum perem-
ptorium ſufficiat pro tribus citationibus, ſi nō
comparuerit: ita eſt communi calculo receptū
apud omnes, in l. ſi finita, §. Iulianus, ff. de dam.
infec. Blanc. in ſua pract. crim. nu. 19. fol. 10. &
tenet Iul. Clar. §. fina. q. 31. verſ. quæro modo.
29 Quot autem dierum debet eſſe dilatio, conclu
dunt Doct. relati per Menoch. de arbit. iud. caſ.
52. eſſe in arbitrio iudicis, dilationes dilatare,
& coarctare, qui iux. perſonarū, & negocij, de
quo quæritur, qualitates, ſe regulare debet, vt
per Bart. in l. 1. C. de dilat. Alex. & alij, in l. 2. ff.
de re iud. ſed glo. in l. nonnunquam de iud. non
dicit Iudicem, vt D. Menoch. allegat, ſtatuere
terminum decem dierum, ſed tex. cum illa ex-
preſſe hoc iudicis arbitrio reliquit, & licet tex.
in auth. qui ſemel. C. quomo. & quando iud.
velit eſſe tempus triginta dierum, nihilominus
30 ex cauſa iudex, & dilatare, & coarctare poteſt
dilationes, etiam ſi expreſſe à ſtatuto caueretur:
nam ex cauſa poſſumus recedere à regula cum
31 nulla lex nullumve ius ſit quin recipiat acti-
uam, & paſſiuam interpretationem, limitatio
nes, & ampliationes. l. ſi de interpretatione, vbi
Doct. de leg. & in l. ſi hominem, ff. mand. quæ
declara, vt per Bart. in l. de pretio, ff. de public.
in rem act. in l. proſpexit, ff. qui & à quib. Bart.
& Bal. in l. omnes populi ff. de iuſt. & iu. Eue-
rard. latè in centur. in ſuo loco à ratione legis ſtri
cta, &c. eſt bene verum, quod iudex debet ex-
32 primere cauſam quare recedat à diſpoſitione
iuris communis, aut ſtatutarię, vt in terminis,
inquit Menoch. de arbit. iud. d. caſ. 52. nu. 21.
& ſeq. prout admonuiſſe Abb. in cap. 1. nu 8.
de dilat. Fely. & Dec. in cap. cum ſit Rom. in 1.
de appell. & ſemper, & quando aliqua datur di-
33 latio, illa eſt communis actori, & reo. intan-
tum, quod non poteſt reus in præiudiciū acto-
ris, ei renunciare: ita Caualca. decii. 31. num. 9.
fol. 291. in 1. par. Arct. in §. ſi minus, ſub nu. 11.
inſtitu. de act. & Iaſ. quem allegat in l. 1. nu. 51.
& 54. de adopt. Tiraq. de vtroque retract. §. 36.
nu. 27. Nic. Ant. Grauat. ad Veſtrinum. li. 5. . 4.
34 nu. 6. Quamuis longior dilatio dari poſſit reo,
quam actori, vt per glo. ſing. in l. ſi cum, §. ſi quę-
35 ratur, ff. ſi ſer. vend. nec iudex redarguitur cum
id faciat ex arbitrio ita lege permittente, vt in
l. nonnumquam, ff. de iud. & Iaſ. in l. pro tribu-
nali, de re iud. iudex enim cui male, arbitrium
ſuum impartiri poteſt, Rot. Luc. deciſ. 3. nu. 12.
car. 19. & Caualc. frater meus deciſ. 45. nu. 67.
36 in 1. par. At in criminali dantur duæ dilatio-
nes accuſatori, & tres reo, quod firmat Iaſ. in l.
37 ſi. C. de ferr. Mirant. Spec. aur. actu 3. par. 6. vbi
octo modis limitat, quando dilationes amplia-
ri poſſunt, ex cauſa, tempore, & perſona, primo
38 ex iuſto impedimento, & dicitur iuſtum impe
dimentum quando per me non ſtetit, arg. reg.
non dicitur veniſſe, de reg. iur. faciunt dicta in
hac par. nu. 23. & Roma. ſing. 242. & Doct. in
terminis in l. 2. §. quod diximus, ff. ſi quis cau-
tio. Boer. q. 42. & Menoch. de arb. iud. caſ. 153.
fol. 163. vi. ſupra ſub nume. 268. par. 3. & ſupra
nu 196. lit. R. verſ. item eſt notādum in par. 4.
& Sfort. od. ceſtit. in integ. q. 38. vbi art. 6. docet
qualiter impedimētum debet probari, & q. 13.
& 14. per tot. ſecundo, ex noua ſuperuenienti
probatione. tertio, quando cauſa examinatur
in conſiſtorio Principis. quarto, quando facto
aduerſarij quis impediretur, quod idem vide-
tur cum primo. quinto, quando actor adderet
in libello, propter reſeruationem, quam ſibi fie
ri proteſtatus eſt. ſexto, ex incidenti ſuperue-
nienti. ſeptimo, quando ſecunda dilatio dare-
tur partibus vtriſque audientibus, & non con-
tradicentibus. octauo, quando dilatio eſſet data
abſenti; ſed Menoc. d. caſ. 52. alios caſus ponit,
primus quando lis eſt de re minima. authen. ni
ſi breuiores. C. de ſenten. ſecundus, quando agi
tur de alimentis. tertius, quando cauſa eſſet à ci
uitate, vel vico tractanda tunc poſſet dilatare di
lationem, vt per ſcrib. & præcipuè Rip. in l. 2.
39 de re iud. & hæc reſpiciunt cauſam ob quam
dilatationes coarctari, & ampliari poſſunt, re-
ſpectu verò temporis, quando res tempore peri
tura eſſet, tunc abbreuiabuntur: ſiue reſpectu
inſtantiæ, ſiue reſpectu iuriſdictionis, quo verò
reſpectu perſonæ dic, vt per Menoch. d. caſ 52.
nu. 18. & ſeq. Nam hæ cauſę concluduntur ſub
caſu illo iuſti, & legitimi impedimēti, ſiue oria
tur à tempore, ſeu à diſtantia loci, ſeu à qualita
te perſonæ, vt per Bar. Alex. Iaſ. Rip. & alios in
d. l. 2. de re iudi. vbi plenè, & Abb. in dicto cap.
1. de dilat. Sed multoties omnibus terminis la-
pſis ob negligentiam partis quę produxit teſtes
& fuere iurati, ſed non curauit realiter eos exa-
minari facere tunc ex abundanti ſolet dari ter-
minus peremptorius tot dierū quot teſtes fue-
re producti & iurati, quo elapſo poterit cauſa
40 expediri, vt dixi etiā ſupra in 3. par. n.... Inſu-
per aduertatur, quando dilationes ſunt dandæ,
quod pars citetur, quia agi poteſt de præiudicio
tertij, ſiue arctetur, ſiue dilatetur dilatio. iuxt.
Pract.

Digitized by Google

Pract. Stiac. cap. 7. in prin. & hoc procedit, ſiue tempus ſit ſtatutum à iure communi, ſiue à ſtatuto, ſiue ex arbitrio iudicis pendeat, vt per eundem Stiac. cap. 17. 18. & 19. & hoc ſatis in materia noſtra: an autem iudex poſſit vno & eodem tempore dare plures dilationes ad diuerſas ad Actus diuerſos. vi. Abb. in c. ſignificanti, nu. 10 de appell. vbi ait in ſeparatis non viciando ordinem iudicij poſſe fieri. vid. Spec. de

41 dilat. §. 1. ver. deliberatiue. Quatenus verò ad teſtium productiones iudicis arbitrio relinquitur, an per paucos teſtes ſatis probatum ſit, adeo quod ſi pars maiorem vellet producere numerum teſtium poſſet eam reijcere; tenet gl. in capit. cum cauſam. de teſt. qui iudex ſecundum

42 rei, & perſonarum qualitatem, maiorem vel minorem numerum adhibere, & non adhibere poteſt, vt ſupra in prin. ſecundæ partis, & tradit Menoch. de arb. iud. caſ. 249. Afflict. in prima conſt. verſi. ſi damna clandeſtina. num. 17. vnde ſi quis multos produxerit teſtes non æque idoneos, immo aliàs inhabiles, qui eſſent in grã

43 di numero, numerus ille ſupplebit eorum defectus, vt per Butrig. in l. 3. in princ. de teſt. quem in caſu amicitiæ citat Ioan. Crot. eod. tract. ſub num. 193. & Alexand. conſil. 78. in primo vol. & in conſi. 43. vlt. col. vol. 4. quod non intelligo, quando adeſſet vnus teſtis habilis, & multi alij inhabiles, vt pulchre per Alexan. conſ. 131. num. 4. & 5. volum 6. & in iſto caſu, quando eſſent omnes amici tantum, & non ambo, vel omnes amici producentis tantum, & eorum vnus, vel duo inimici eſſent eius, contra quem

F producuntur: Et in cauſa ciuili non tamen ardua, quia æquiparatur criminali Iaſ. in auth. ſi verò contigerit. nu. 6. C. de iudic. Menoc. de ar. iud. caſ. 110. nu. 5. & Pract. Corrad. de offi. præt. in cau. ci. § 2. tit. de teſt. vbi idoneitas aliorum concurrens cum inhabilibus teſtibus faciat eos habiles, alioquin ſi omnes eſſent imperfecti non coniunguntur ad perfectionem propter multitudinem. Gram. conſi. cri. 35. num. 30. in cauſa criminali, vel ciuili ardua de qua Men. de arb. caſ. 110. nu. 5. Marſil. Pract. §. expedita. nu. 82. idem ſing. 477. nu. 3. licet Bal. in l. ſi quis ex argentarijs, §. 1. ff. de eden. velit quod ex multitudine tollantur exceptiones perſonales teſtiũ: ſed in cap. ad noſtram. de prob. idem Bal. videtur ſe declarare, in cauſis ciuilibus, vt. D. Farin. de teſt. q. 60. num. 192. 194. & 195. eo. tit. Duæ autem ſemiplenæ probationes concordes licet diuerſo tempore coniunguntur ad faciendam plenam probationem. ca. fraternitatis. de teſt. Rurſus in materia multitudinis aliter dico, quod multitudo teſtium in ciuilibus ſupplet defectũ inhabilitatis, ſi omnes inhabiles examinati fuerint, tex. glo. & doct. in l. teſtium, ff. de teſt. multo magis quando inter examinatos eſt ſaltem vnus teſtis habilis, authent. multo magis. C. de ſacr. ſanct. eccleſi. quod facit pro eo qui talem teſtem habet proſe inter tantos inhabiles, & pars aduerſa omnes habet teſtes inhabiles, vt de hoc dixi par. 2. ſub nume. 179. & 180. ſed in cauſa criminali, vel ciuili ardua hoc non procedit. Iaſ. in Authen. ſi verò contingeret, num. 6. C. de iud. Marſil. Pract. §. expedita, num. 82. & in ſingul. 477. Grammat. conſi. crim. 45. num. 30. & decil. 11. etiam quæ ſit cauſa ciuilis ardua eſt verum quod in cauſa criminali de conſuetudine etiam quod teſtes ſint omnes inhabiles, tamen propter eorum multitudinem faciunt indicium ad torquendum. Bertazol. conſil. 474. numero 3. & 4. Clar. §. fin. quæſt. 64 quia indicium eſt minus quam ſemiplena probatio. gloſſ. in l. cum probatio. ff. de probat. vi. add. Baiar. ad Clar. d. quæſt. 20. ver. ad torturam. Natta conſ. 361. numero 10. Hinc eſt quod ex multitudine ſociorum criminis, non elicitur niſi vnum tantum indicium. Boſſ. in ti. de indic. num. 159. Boer. dec. 319. & Clar. hos etiam allegãs. q. 21. verſi. ſed pone, & hoc ad torturam, non autem ad condemnandum. Boſ. tit. de confeſſ. nu. 212. dummodo iſti Socij cũ tortura deponant. Rolan. conſ. 16. nu. 18. vol. 1. & dicam inf. ſub nu. 140. lit. E. Mod. Sarza. de prob. concl. 1311. ſed in delictis exceptuatis probant, vt dicam infra de Brachio Regio, & illud met indicium faciũt iſti Socij criminis pro ſocijs ad fauorem Sociorum, quod faciunt contra Socios, qua de re ſi ex eorum dictis tantum Socius damnari nõ poteſt, nec etiam ex eorum excuſationibus ſeu exculpationib. correus criminis poterit abſolui. Bal. in l. quoniam liberi. n. 2. C. de teſt. Maſc. de probat. d. concl. 1311. vol. 3. idem indicium faciũt duo teſtes infames. Gram. conſ. 1. nu. 4. & Bru. de indic. 1. par. q. 2. n. 7. & dixi ſup. in 4. par. nu. 68. & licet Bal. in l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. ff. de eden. velit, quod per multitudinem teſtium tollantur exceptiones quæ contra perſonam eorum tantummodo opponi poſſunt. Hoc dictũ verificatur in cauſis ciuilibus non autem in criminalibus, vt ipſemet Bal. ſe declarat in cap. ad noſtram de probat. & videndi ſunt. doct. in c. fraternitatis. extra de teſt. ſed ſi defectus ſit ĩ dictis teſtium, tunc nec etiam in ciuilibus multitudo teſtium ſupplet. Maſcar. conclu. 358. nu.

44 13. vol. 3. quia alias numerus teſtium, & integritas vnius non ſupplet vitium alterius teſtis, quod ſecus eſſet, quando vnus teſtis, eſt vir probus, alter infamis, & tamen concordarent, quia integerrima fides vnius ſupplet imperfectionem alterius. Bald. in l. ſi quis ex argentarijs. §. quid enim. & ibi Bolog. ff. de eden. Soc. in l. Gallus. §. ille caſus. colum. pen. ff. de lib. & poſthu. Alexan. conſi. 56. & conſ. 212. vol. 2. & alij add. ad Dyn. in reg. vtile per inutile. lit. A. & hoc in criminalibus & quo ad torquendum, vt inquit & bene Boſſ. in ti. de confrc. nu. 21. Iaſ. in l. prætor ait. §. cogentur. col. 3. ff. de eden. quem ipſe Boſſ. allegat, & inquit, quod in ciuilibus, non ita attenditur an omnes teſtes, ſint omni exce-

45 ptione maiores, nec in mille annis, aliter poſſet dici, vt ibi ſub dicto nu. 21. nam tunc ſi in ciuilibus vnum teſtem quandoque ſat erit ſuperæ

46 re concludere, quia in ſupplementum defectum iuramentum, non ſic in criminalibus, vel in ciuilibus arduis, vt latè dixi, ſupra in tertia par. nu. 58. Et quo ad terminum aduertendum eſt,

G quod aliud eſt dare terminum ad producendũ iura, aliud verò ad probandum; primo caſu non poſſent teſtes examinari, ſecundo caſu ſic. Specu. de dilat. nu. 7. Cortez. ſing. in ver. dilatio.

47 Terminus petitus ad probandum bifariè dari poteſt, vel ſimpliciter, vel compoſitè, vt ſi iudex dixerit: do tibi terminum decẽ dierum ad probandum, aut do tibi terminum decem dierum ad probandum, & probatum habendum, de quo dixi ſupra in proxima præced. par. num. 192. ſed ſi datur à lege vel à ſtatuto, hæc verba, ad probatum habendum, ſubintelliguntur, licet in ſtatuto, aut in lege non ſint adiecta. Aret. in cap. licet cauſam. extra de probat. Rot. Bonon.

con-

Digitized by Google

concluſ.11.num.5.primo modo ſufficit teſtes
48 iurare in termino licet eo elapſo deponant,
nam eorum depoſitio refertur ad tempus iu-
ramenti.Rom.conſil.343.col.2.Abb. & Fely.
in cap. licet cauſam, de probat. ſecundo caſu
tenetur pars facere iurare teſtes, & deponere
intra terminum, alias poſtea non deberet ad-
mitti,ita Bal.in conſil.123.volumine 5.Socin.
conſil.47.col.5. volum.4. Abb. in d.cap.licet
cauſam,quos refert & ſequitur Maran.d.actu
49 3.& Angel.de Peruſ.eod.tract.num.18. & eſt
ratio,quoniam, tunc habetur pro concluſo in
cauſa,quo caſu omnis probatio facti excludi-
tur,dixi ſup.in 2. par. nu.150. niſi ex cauſa vi-
H deretur concedenda reſtitutio ad probádum,
vt ſupra nu.192.in par.antecedenti;vel niſi fa
cto Iudicis aut examinatoris examen perfici
nequiuiſſet.Capic.Deciſ.39. nu.2. quia etiam
poſt terminum debet examinari, vel niſi facta
fuiſſet cóclusio in cauſa, ſeu renuntiatio cum
clauſula ſaluo iure producendi;quo caſu ſi ex
poſt vna pars ponit aliquid in facto, & petat
reſpoudeti, & altera pars negat, tunc ponens
poterit probare poſitionem per teſtes. Capel.
Toloſ. deciſ.14. Rot. Deciſ.5.& 6. vel ſi non
fuerit contradictum productioni facti poſt
concluſum in cauſa. Abb.in cap. cum Dile-
ctus,de fide inſtru.Capell.Toloſ.& ibi Addit.
deciſ.116.in cauſa verò criminali non conclu
ditur in cauſa,ſecundum Bald.in l.1. in 3.col.
verſ.quæro,C.de cond. indebit. vide omnino
Marſ. in ſua pract.§.ſequens, vbi hanc q.exa-
minat an in cauſa cri. concludatur in cauſa,
vbi num.2. allegat Bar.in l.diui fratres, ff. de
pen. dicentem quod in cauſis criminalibus ad
defenſam poſſunt teſtes produci atteſtationi-
bus publicatis etiam ſuper iiſdem capitulis, ſe
cundum Saly.in l.fi.vlt.col. C.de quæſt.ſecus
in ciuilibus. Mar.vbi ſup.nu.8.vid.ſupra in 4.
par. nu.187. & illud eſt tempus proportiona-
bile ad allegãdum in iure, vt omnes inquiunt
pract. & Alex.conſ.101. vol. 2. & alij quos in
propoſ.allegat.pract.Stiac.c.20.nu.29.& quã
do allegationes iuris ædi debeant,vide omni-
no Men.de arbit.iud.caſ.175.qui pulchré pro
50 diuerſis fori conſuetudinibus explicat ordiné
ſeruandum in productione teſtium.infra dicã
in fi.nu.230.ſat pro nunc eſt dicere, quod pri-
51 mo actoris teſtes producuntur, deinde teſtes
rei,vt laté tradunt omnes ſcriben. in l.ædita,
C.de eden. & Spec.eod.tit.noſtro, §. qualiter
autem.Bald.in l. Neſenius, ff.de neg.geſt.at ſi
criminaliter procedatur,porrecta querela iu-
52 dex ex officio, poteſt ſumere infor. & teſtes
cogere, in dicta mulcta ad perhibendum teſti
monium veritatis,vt communem aſſerit Lan-
franc.in c.quoniam contra,verſ.teſtes,nu.31.
de prob.& Iul.Clar.q.24.verſic.ſucceſſiue, &
verſic.ſeq.& q.5.verſic.ſcias etiam, vbi habe-
tur quando iudex ex officio procedere poſſit,
53 multoſq; caſus ponit Ang. de maleſ. in verb.
hæc eſt quędam inquiſitio,& ibi Auguſt.in ad
dit.à nu. 12. vſque ad nu. 48. prout eos refert
54 Clar.d.q.5.in cauſa verò ciuili non ſumuntur
informationes ex officio, niſi ſuper aliquo fa-
cto modici præiudicij,quod expediri debet in
duobus pedibus, vt prouerbio dicitur, vel ſi
daretur caſus,in quo iudex à peritioribus, ſu-
55 per negocio ſumeret informationes,vt regu-
lariter fit in cauſis ruſticorum & laborerij, &
facit Innoc. in c.ad noſtram,extra. de iur.iur.
& Bal.in eod.tra.in verb.cerdonem, & ita præ
cticatur,facit tex.vulg.in l.ſeptimo menſe,de
ſtat.hom.ſed ſi cauſa eſſet mixta,tunc poſſunt
56 ſumi ex officio informationes, quando prin-
cipaliter ageretur criminaliter,ſecus ſi in con
ſequentiam,per l.quod ad ſtatum,ff. de pœn.
57 qué in propoſ.allegar.Doct.Menoch.de arb.
iud.q.82.vbi inferr an iudex cauſæ ciuilis,poſ
ſit cognoſcere de cauſis criminalibus,& econ
tra,concludit quod non,niſi cauſa criminalis
ageretur ciuiliter,vel ciuilis ageretur crimina
liter,& ita decidiſſe Rot.deciſ.19.Fel.in c.me
minimus,num.11.de accuſat.& vide omnino
Boſſ.in tit.de Decret.Mediol.nu.28. vſque ad
fin.qui optimè in hoc prop.loquitur.Stat igi-
tur firma concluſio,quod iudex poteſt ſume-
re informationes ex officio,& de vi talium in
formationum dicam infra,& ſi nolint venire,
poteſt eos cogere indicta mulcta,ex quo colli
gitur cautela qua rei poſſunt citari per præce-
58 pta pœnalia non obſtante ſtatuto,licet etiam
59 iudicium regulariter non debeat incipi à præ
ceptis pœnalibus, ad quod facit optimus tex.
in l.abſentem, ff.de pœn. & aliud,quod nemo
ſine accuſatore damnatur,& facit inſtit.de pu
blic.iud.in princ.& to.tit.C.comminat. vel e-
piſt.& l.1.C.de execu.rei iud.Bar. & Doct. in
l.de pupillo,§.meminiſſe,ff.de no.op.nunc.&
60 vide Clar. dicto §.fin.q.verſic. ſcias etiam, &
q. tertia, vbi concludit accuſationem eſſe re-
medium ordinarium. Poſſet ergo reus præce-
dente accuſatione, vel querela citari per præ
ceptum pœnale ad informandam curiam, &
parendum mandatis, &c.& eo comparente
poſtea interrogari, vt in iis terminis videtur
loqui.Boſſ.in tit.quom. proced. per præcept.
61 pen.nu.7.& ibi habetur plene de materia, vbi
dicit, quod in cauſis ciuilibus, vbi tortura in-
teruenire poſſet per præceptum pœnale pro-
62 cedi poteſt:& practicatur etiam quod ab ini-
tio fiq; aliquod præceptum etiam in ciuilibus
reo,qui ſi cópareat illud præceptum tollitur,
& res reducitur ad viam ordinariam,& reſol-
uitur in vim ſimplicis citationis. Abb. in c.ex
parte,nu.8.de verb.ſign.Boer.deciſ.283.n.13.
Marant.Spec.aur.in 6.p.nu.27.28. & 29.actu.
vlt.Rimínal.ſenio.conſ.270.volum.2.& alios
multos quos in prop.allegar D.Borg. dec. 19.
nu.1.2.& 3. in prima parte, & ibi docet quo-
modo iudex ſe gerere debeat in præceptis exe
63 cutiuis, & quod iudicium non debet incipi
64 ab executione,iux.l.1.§.qui à me,ff.de vi & vi
arma.cum mul.ſimil.Bart.in l.Carbonianum,
§.duæ cauſæ,de Carbo.edic.Plor.in l.ſi quan-
do,num.95.C.vnde vid. Rolan. conſ.8.vol.4.
Nat.conſ.121.vol.1.& talia præcepta debent
65 fieri cum clauſula iuſtificata, quæ eſt in ciuili
bus videlicet, ſi ſenſeris te grauatum compa-
reas,&c.de qua Plot.d.l.ſi quando,nu.100. &
ſeq.C.vnde vid.Spec.in tit.de ſent.§. ſpecies,
nu.4.& ibi Io.And.in addit.& Bar.in l. ſi fini-
ta,§.Iulia,col.2.ff.de dam.infect.& nota ſem-
per, quod quis non tenetur parere iudici, &
poteſtati, vbi aliquod præceptum faceret ex-
tra iudicium, quod non ſpectaret ad eius offi-
cium,vt per Dec.conſ.72.nu.2.in 1.p.& eum
refert Bonacoſſ.q.81.ver.præceptum. Et mul
66 cta quantum eſſe debeat, pendet ex arbitrio
iudicis,quam ſecundum magnitudinem nego
cij,& perſonarum maiorem,vel minoré adhi
bebit,no.in l.eos,C.de mod.mul.& ibi Bar. &

Digitized by Google

tot. tit.ff. ſi quis iuſdic. non obtemp. & l. 3.§.
exhibere,ff.de tab.exhiben.& Doct.in l.ſi quã
do,C.de teſt.Innoc.in cap. 1.tit.de teſt.cog.&
Azo.in ſum.C.eod.Menoc.de arbitr. iud.caſ.
280.nu.2.car.248.ſed an iudex,qui liberum ar
bitrium habet poſſit cogere teſtem ſub pœna
publicationis bonorum,vid.in f.tract. de Bra-
chio Regio.

67 Recipiuntur pariter teſtes à iudice non in
qualibet parte iudicij,vt dixi. Sed regulariter
poſt li.conteſtatam.§.ſi vero, & §. & hoc ve-
rum, authent.eod.cap.1.& 2. extra. vt li. non
con.Spec.eod.tit.§.nunc tractamus,commu-
nem eſſe dicit Lanfran. dicto cap. quoniam
contra, nu.33. de probat. & Soc.reg.242. vbi
68 fallent. ponit, ſed excipiuntur nonnulli ca-
ſus,in quibus etiam,ante lit.cont.teſtes recipi
poſſunt, vt in cauſis criminal. ad informan-
dam curiam,item ad æternam rei memoriam,
quando teſtes eſſent valetudinarij, vel foren-
ſes citò migraturi, vt ponit Menoc. de arbitr.
iud.61.& 62.& Spec.alios caſus ponit d.§.nũc
tractamus,eod.tit.Butrig.nu.12.& 56.eod.tra
ctat. ad quos breuitatis gratia me remitto ſi-
69 mul & vos:& an receptio teſtium in cauſa cri
minali,alij ſubdelegari poſſit, dic qđ non, l.3.
§.teſtes,ff.eod.Nep.à mont.Alba.eo. trac. nu.
80. & hanc opinionem communem declarat
Viuius, lib.1.opin.363. & Iul.Clar.§.fi. q. 26.
verſic. ſed quæro, quod ampliatur procedere
in cauſis ciuilibus,arduis,vt in cauſa matrimo
nij, aſſerit Abb. in cap. ſi qui teſtium, de teſt.
Ant.Grauar.ad veſtrium,lib.6.cap.vlt.nu.15.
70 ſed in alijs cauſis ciuilibus, regul. poteſt com
mitti alij examinatio teſtium, vt frequenter
placitum eſt,apud omnes, in l.apud eloquen-
tiſſimum,vbi Bart. præcipue, C.de fide inſtru.
71 & Curt.eod.tract.concluſ.29.quia cauſæ ciui
les ſunt minoris periculi,quam criminales, vt
ſæpe dictum eſt,& tradit Hipp. in l. de mino-
re, §.plurimum quoque, numero decimoſex-
to,de quæſt.& Cæphal.conſil.100.numero vi
72 geſimoquarto,& Viui. libro primo, numero
342.fallit in cauſa neceſſitatis, & quando exa
minatio committitur notario à iudice, idem-
met notarius nullam fidem de illius commiſ-
ſione,vel ſuo teſtimonio,vel ſuo inſtrumento
faciet, vt de communi teſtatur Boer. deciſio.
258.numero quarto Matth.Afflict.deciſ.317.
Viui.libro primo. opin.374. Curt.iun. conſil.
169. numero tertio Soarez, recept. ſentent.
verſic. teſtium examinatio, numero 262. cum
I plur.ſequent.reliqua in hoc propoſ. dicam in
fra numero 128. Farinac. de teſt. quæſtio.77.
numero 185. limita.numero 186. & 187. Ca-
gnol.in l.Librarius, numero 46. de regul.iur.
trad. Doct.in l. more, ff. de iuriſdictione om-
nium iudicum Bart.in l. ex ſententia, ff.de te-
ſta. tut. Nec valet examinatio teſtium facta à
notario ſine iuſſu iudicis in ſcriptis penes a-
cta,non tenet niſi periculum eſſet in mora, vt
quando teſtes eſſent forenſes ſtatim receſſuri,
vel in mortis articulo. Marſ.in pract. crim.§.
conſtante,numero nono, Ro.in l.ſi ver.54.fal
lent. ff. ſolut.matrim. item quando vna cum
Procuratore,vel D.Aduoc. fiſcali ſolent ſumi
informationes ſuper delictis,quia non eſt ne-
ceſſaria iudicis commiſſio, ſed in alijs caſibus
præcedere debet, quia ad Iudicem, & non ad
Notarium ſpectat recipere teſtes, & proba-
tiones fiunt Iudici, ſed notarius ſcribit & eſt
Actorum rogatus, tantum.l.ſi eos.& l.ſi quan-
do.C.de teſt.Marſ.in §. poſtquam nu. 19.ead.
pract.& recipere teſtes eſt quid iuriſdictionẽ,
ſed Notarius Iuriſdictionem non habet ſicut
iudex. tot.titu. de iuriſd.omn.iud. Caſpa.ſu-
per ſtatu.Mediol.c.400.nu.11.p.1. Et inſuper
aduertendum eſt quod receptio teſtium mul-
tum differt ab examinatione teſtium. nam cõ
miſſa receptione non dicitur commiſſa exa-
minatio.Abb.in in c.ſignificauit in 4.not.col.
2.de teſt.& Felyn. in c.licet cauſam. col.3.de
prob.& Boiſ.de opp.contr.teſt.nu.27.& hinc
oritur alia indagatio, quod comiſſo examine
ſuper cauſa principali non intelligitur etiam
commiſſum ſuper capitulis reprobatorijs,de
quo vi.Fely.vbi ſup.col. 3. verſ. Nota quinto.
Exceptiones contra perſonã, & teſtium dicta
admittuntur,vt ſup.in prox. præceden.parte.
nu.199.dixi.ſed in cauſa attentatorum, & quã
93 tractatur de legitimanda perſona in iudicio
quo ad perſonam teſtium, tñ non admittun-
tur,vt ex.tradit.ab Afflict.in d.deciſ.351.& ab
alijs de quibus per Menoc.de arb.iud.q.32.&
& quia dixi, ꝙ iudex multa conſiderare debet
antequã exceptiones admittat,meritò hic lo-
cus cadit opportune,&iux.id ꝙ et Rebuff.eo.
74 tract.nu.36.memoriæ recolit, dico igitur nõ
ſemper fore neceſſariũ obiecta probari. Pri-
mo ſi actor plene non probauerit.ad tradita
per Doct.in l.qui accuſare.C.de eden.facit in
arg.tex.in l.1.C.de theſau.lib.9.& ibi no.Bar.
Nam, quod mihi nõnocet, cur reprobare vo-
75 lo? Secundo quando obiecta ſunt friuola,
debet iudex illa reijcere.l. litigatores. in fi.de
arbit.Bald.in l.ſi defenſor. ff.de interrogatio.
76 actio. Tertio quando actor plene probauit,
reijciuntur obiecta, quoniam quo ad perſo-
nam,ſi ab initio non fuerit exceptum,videtur
77 approbata, & ſi concludenter probauerit
77 intentionem actor, reus debet ſuccumbere,
d.l.qui accuſare cum materia.C.de edẽn.Ma-
ſcard. de probat. concluſ.36. vol.1. ergo fru-
78 ſtratoria eſſet obiectio, ex poſt facto,quæ ni-
hil releuaret.arg.tex.l. neq; natales, & d.l.ad
79 probationem.C.de probat.Quarto illa obie-
ctio, quæ eſt notoria non eget probatione.l.2.
prima.ff.de dot.prælegat.Rebuff.eo.tract.nu.
K 37.& ſup.n.85.in præced.par. & ex hoc infer
tur, ꝙ teſtes reiecti ob cauſam vnius non pro
bant in cauſa alterius, quando ſcilicet exce-
ptiones quæ eos repellunt fuerunt tanquam
notoriæ allegatæ coram iudice. Nam acta rẽ
notoriam faciunt. Bar.in l.geſta. verſic. quæ-
ro. C.de re iudic. c. quoniam contra.de pro-
bat.Maſca.concl.1101.Quinto ſi pars renun-
ciet reprobationi reprobationũ,ſecundũ Re-
buff.vbi ſup. nu.43. Sexto in criminibus læſæ
Maieſta. hæreſis, ſymoniæ,& blaſphemiæ, vt
dixi ſupra. Septimo quando obiecta tendunt
ad reprobandum dicta teſtium, quos teſtes
pars reprobare volens produxit. Marãt.actu.
13.nu.10.pract.Stiac.cap.17.nu.44.Fely.in c.
licet tertio.in prin.extra eo. quæ ſunt intelli-
genda, vt ſup.nu.74. Modò receptis teſtibus,
80 in loco iudicij & non ext. Marant. in 6.part.
de teſt. nu.6. (quamuis de conſenſu partium
hæc nullitas poteſt remitti.Bar.in l.2.nu.4.de
fer.Diax.reg.353.dixi ſup. nu.37. lit. C.in 2.
par.princ.) antequam examinentur, debent
iurare de veritate dicenda, pro vtraq; parte,
dixi num.39.in tertia parte,& vide Neil.eod.

tracta,

Digitized by Google

tract.num.59. verſic.iurare,ſed antequam iu
81 rent, ad iudicem pertinet prius admonere te
ſtem de importantia iuramenti, & quantum
damnoſum ſit,tacere veritatem, & dicere mē
dacium, vid.Bernardum Rocham in eius pra
82 xi de iuramento vbi late.nam teſtis falſus tri
bus perſonis eſt obnoxius,Deo principaliter,
qui cum ſit ipſa veritas,& vbique, ob menda-
cium contemnitur,& cum ſit Chriſtus caput,
& nos membra, iuxt.illud Pau.caput ipſe,vos
autem membra Chriſti;ſi ergo caput in via iu
83 ſtitiæ, & veritatis,membra minime ſecura
fuerint, conſequens eſt dicere membra eſſe ſe
gregata a capite Chriſti.ſi ergo ſint ſegregata
alia ſequitur conſequentia, quod teſtis qui ex
membris Chriſti erat,factus ſit poſtea de mē-
bris Diaboli ob falſitatem,quia non datur me
dium: aut ſumus Dei, aut Diaboli; non enim
poſſumus ſeruire Deo,& Mammonæ, iuxta il
lud Euangelij: qui non eſt mecum contra me
84 eſt. quare omnes aduertere toto poſſe debe-
mus, a falſo teſtimonio. ſecundo teſtis falſus
ſibi iudicium manducat, animæque ſuæ detri
mentum affert perpetuę damnationis,cum a-
gat contra præceptum diuinū; teſtis iniquus.
tertio teſtis falſus proximum damno afficit,
85 & non obtemperat legi naturę: quod tibi nō
86 vis,alteri ne facias.Quare teſtis falſus, in hoc
mundo reus efficitur, & ſi non in hoc, ſaltem
L in alio luet pœnas; & contra teſtem à parte
corruptum poteſt iurari in litem, item quādo
recuſaret teſtificari ob quod pars intereſſe pa
teretur. Plot.in l.ſi quando,nu.653.cu.n plur.
ſeq. vel ſi amore, odio, cupiditate, veritatem
depprimeret. Maſcar.de probat.q.5.nu.22.par.
1.his teſtium memoriæ per iudicem recolle-
87 ctis,datur iuramentum teſti de veritate dicē-
da, & debet iurare dicere veritatem ſuper ne-
gotio, de quo quæritur, & non aliter: tactis
ſcripturis,vt iam dictum fuit,& ad for.talis iu
ramenti vide pract. Pap. in for.iur.teſt. & ibi
apoſtilla. lit. D. vbi habetur forma de verbo,
ad verbum,& dixi ſupra in 3.par.ſub num.51.
cum ſeq.& in Addit.lit.L.num.72. in hac par.
88 Præſtito demum iuramento teſtes ſecreto de
bent examinari, in iudicio, & non extra iudi-
89 cium,vt ſupra nu.80.lit.N.niſi eſſent perſonę
egregiæ, vulg.l.ad perſonas egregias, vbi Iaſ.
de iur.iura.tex.& glo.in cap.2.de iud.lib.6. &
communis eſt opinio. Alex. & cæterorum in
d.l.ad perſonas,verum in practica coram ma
gnis tribunalibus parum ſeruatur, l. ad egre-
gias perſonas,de iureiurando,niſi eſſent infir-
mitate oppreſſi, vel Decrepiti, vel aliter legi-
timo impedimento excuſati, vide tamen Fa-
rinac. qui ampliat regulam negatiuam, 17.
mo.& eam limitat, 5.modis,eodem titu. quæ-
ſtio.77.a num.202.vſque ad nume.244. & ne-
dum in iudicio debet examinari.ſed notarius
debet ſcribere tunc eius verba,nec poteſt de-
ponere pro vt in cedula, Barto.in l.iuiurandi,C.de teſt.Couarruu.reſ.iur.ci. & Can.cap.
13.nu.6.lib.2. Hoſtien.gl. hanc tangentem in
cap.nobis,vbi Io.And.Qui matr.acc. nō poſſ.
Viui.com.op.fo.154. vbi contrariam partem
eſſe co.teſtatur,quā tenet Bar. in l. Theopom
pus,ff.de dot.prælega. niſi teſtis ſuam depoſi-
tionem in cedula ſcriptam ipſe legeret Iudi-
ci & Notarius ſcriberet,ſed re vera non caret
ſuſpitione, quia teſtis videtur inſtructus ſi ſe-
cum fert cedulam,niſi dum interrogatur paſ-
ſim ipſe ſcribat ſuam reſponſionem coram iu
dice. Item quando teſtis eſſet diuerſæ linguæ,
& opus eſſet interprete,vt inf.num.128. cum
ſeq.teſtatur Viui.lib.1.op.verſic.teſtium exa-
90 minationem, fol. 265. vbi habetur ad quos
mittere debemus examinatorem illis, videli-
cet qui legitimum impedimentum habent, vt
ſunt ſenes ſeptuaginta annorum, & infirmi,
vel qui maximo perfulgent honore ſimulat-
que dignitate. Spec.eod.tit.§.de teſtiom com-
91 pulſione, in princ.& quæ ſint iſtæ perſonæ e-
gregiæ, ad quas debet mitti examinator, in
ſpecie tradit D. Menoch. de arbitr. iud. caſ.
70. car. 109. qui tandem, de more concludit
iudicis arbitrio relinquendum eſſe,& Epiſco-
pus egregia perſona dicitur. Ro. ſing. 172. tu
audiſti;multò magis Cardinalem appellamus
noſtris temporibus,& quemlibet alium in di-
gnitate conſtitutum, Auditorem ſacri palatij,
& omnes qui Illuſtres appellari poſſunt, qui
tamen non degenerant ab eorum ſanguine;
& Aduocatum fiſcalem, & Doctorem de illis
videlicet de quibus ſupra in 1.par. ſub nume-
ro locutus ſum, cæterum ignari, ambitioſi,
& audi non ſunt in hoc numero,contra quos
inuehit Tull.lib.ſecundo, de offic.de ijs omni
bus egregiis perſonis recenſet Carauit. in rit.
142.numero ſeptimo,cum ſeq.& numero de-
cimo, ait quod ex magis communi op.non po
teſt renunciari priuilegio, d.l. ad egregias, &
92 citat.præcipuè Fely.in cap.ſi qui teſti. nume-
ro tertio,de teſt.& tot.tit. vbi Senato. vel cla-
riſſ. qui non poſſunt conueniri niſi apud ſu-
premum magiſtratum. Hinc eſt, quod annis
93 præteritis oppoſitum fuit per Dom. præto-
rem Sancti Nazarij tanquam iudicem ordi-
narium,non potuiſſe,nec debuiſſe de iure con
ueniri coram maiore magiſtratu Papiæ ad
perhibendum teſtimonium, & ſi aliquid di-
cam hoc in propoſito non faciam alicui iniu-
riam loquendo,quod de iure decet,arg. inſti-
tu. de iuran princ. & quod Domin.Prætor
feudatarij non tenetur ire, ad perhibendum
teſtimonium coram Dom.Prætore Papiæ, li-
cet maiore magiſtratu, eſt text. glo. & com-
muniter Doct. in dicta l. ad perſonas egre-
gias,eſt alius tex.in l.nec magiſtratus,de iure-
iurand. quæ iura, volunt ad perſonas egre-
gias, & ad magiſtratus teſtimonij perhibendi
gratia iuſiurandum mitti ad eorum domum;
verum in cauſa criminali non habere locum
diſpoſitionem dictæ legis ad egregias teſta-
tur. Clar.quæſtione vigeſimaſexta,ver.ſecun-
do, vbi limitat in caſu impotentiæ. Sed hoc
eſt iudici arbitrarium, at prætor feudatarij
cum ſit iudex ordinarius, & iuris æquè con-
ſultus, meritò non tenetur ire ad Domin.
95 Prætorem Papiæ, quia Iuriſconſulti ab Im-
peratore clariſſimi vocantur, in l. ſi ſenator,
C. de dignit. lib.12. Dec.in l.1.numero vigeſi-
moprimo, de offic. eius Menoch. de arbitr.
96 iud. caſ. 68. numero vigeſimoſeptimo, & in
ſpecie, in caſ.70. numero nono, vbi egregiam
perſonam Doctorem inquit eſſe & benè, li-
cet à nonnullis parui pendantur, maximè
quando iudicandi ius habent. Tiraquel.de no
bil. cap. vigeſimoſecundo, numero ſecundo,
quanto magis cū præturæ officium exercent,
faciunt dicta Spec. in tit. de iud. delegat. §. 2.
numero nono, & Federic. Schenc eod. tract.
numero 41. & de authoritate, & dignitate

iudicis ordinarij, vide Docto. omnes. l. 1. de
offic.eius,& de authoritate prætoris, latè ſcri
ben.in repet.l.qui admitti.ſecundo facit,quia
97 iudex ordinarius nō debet relinquere onus,
& officium ſuum,vt alteri deſeruiat. Iaſ.in di
cta l.ad perſonas. & Federic. Schen. eod.tra-
ctat.num.41. vbi exemplificat in ijs, qui ma-
giſtratu reip.cauſa abſunt, eſt quidem diſtan-
tia de vno loco ad alium plus 14. milliarium.
ſat eſt, quod perhibere teſtimonium, debeat
abſque eo, quod etiam relinquendo officium
ſuum pergat ad alium iudicem, qui licet ma-
ior ſit, non tamen eſt ſupra dictum Præto-
rem,vt ſtatim dicam,& declaratur tunc teſti-
monium dare debere, quando aliter veritas
haberi non poſſet, vt per Cano.omnes com-
muniter in cap. 1. & in cap. cum peruenerit.
de teſt.Alber.eod.tract.cap.6.nu.23.24.& 25.
& infra dicam, velle igitur, quod prætor te-
neatur ire,& cogatur teſtimonium perhibere
eſſet dare duo ſpecialia,quæ à iure prohiben-
tur. d. l. prima. de dot. prælegat. tertio facit
99 vulg.reg.quod par in parem non habet impe
rium.l.nam & magiſtratus. ff.de arbit Socin.
iun.conſ.128.vol.1.nu.15.Iaſ.in l.imperium.
cum man.de iuriſd. omn. iudic. nec miranda
cano. opin. nam & ſi Dom. Prætor Papiæ ſit
100 illuſt.& dicatur maior magiſtratus,iſta ma-
ioritas non extenditur niſi ad ſuos ſuppoſi-
tos,vel quando ſubditi, ſiue mediati, ſiue im-
mediati principis ciuilitate ciuitatis gauden-
tes ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter agerent cū
ſubditis feudatariorum, vt latè declarat Boſſ.
in titu.de for.compet.à nu.8.vſque ad nu.45.
101 & ne diuerſæ ferantur ſententiæ, fit quod
maius dignū trahit ad ſe minus dignum.no.§.
fin.inſtitu. de iur.nat.gent. & ci.& in propoſ.
quo ad iudicia.vide Boſſ.in titu.de foro com-
pet.num.111.& per tot.illum titu.in quo de-
claratur declaratum de maiori magiſtratu,
vt in nou.conſtitu.titu.de feud.ideo hoc caſu
declaratur ſuam iuriſdictionem extendi poſ-
ſe, ſecus quo ad prætores feudatariorū. aliud
enim eſt exercere iuriſdictionem in ſubditos
etiam feudatariorum, aliud in D. Prætorem
Feudatarij, vt cauetur in nouis conſtitu. Me-
diol.in d. tit.de feud. & in tit.de iure & priui-
leg. fiſc.§.vbi ſubditus feudatarij delictum.&
103 tam eſt iudex ordinarius prætor feudatarij
in ſua iuriſdictione, quàm D. Prætor Papiæ
N maior magiſtratus in ſibi ſubiectos. eſt opti-
mus tex.in §. & iudicare. in auth. de defenſo.
Ciuita.& in propoſito facit Ro. conſ.393.ſub
nu.11.verſ.aut enim. vbi late tractat materiā
iuriſdictionis ſpecialiter datæ alicui Iudici,
an & quando derogет illi qui habet generalē
iuriſdictionem.Bal. in l.ſi adducta.nu.3. C.de
ſur. vbi ait quòd quilibet in ſuo territorio eſt
maior.per tex.& glo.in l.apud eum.ff.de ma-
numiſſ. & qualiter iuriſdictio per teſtes pro-
betur,ponit Maſcar. de probat. concluſ.946.
& 947.vbi.per teſtes ſingulares poteſt proba-
ri, & in materia iuriſdictionis nota vnum,
quod licet atteſtationes inualidę poſſint cō-
ſenſu partium validari, tamen fallit quando
ſunt inualidæ reſpectu iuriſdictionis. Fely.in
c.cum cauſam.col.14.ext.de teſt.quem refert
& ſequitur Marſ. pract.§. opportune. nu.29.
vid.5.in 3.par.ou.37.lit.C. & quilibet limita-
tam habet iuriſdictionem, immo cauetur ex-
104 preſſe in addit. Decret. quòd maior magi-
ſtratus vllo modo non audeat ſe intromitte-
re,in ſubiectis iuriſdictioni feudatariorū, &
decretum maioris magiſtratus ad vnguē ſer-
uandum, prout excell. Senat. Mediol.reſcri-
pſit D. Capitaneo Marteſanæ, die 19. Maij
1552.& idem reſcripſit Domini Prætori Pap.
de anno 1584.Ne ſe intromitteret in cauſa cu
iuſdam militis leuis armaturæ Hiſpani, qui
vulneratus animo deliberato remanſit a quo-
dam ſubdito feudatarij, cum iuriſdictio hæc
pertineat ad Dom. Prætorem feudatarij, &
non ad D.Prætorem Papiæ, vt cauet.in decre
to nouo edito die 12.Maij 1559. de delict.mi
106 lit.§. ſi verò ſint communia ad quamuis de-
clarationem, vide omnino Ægid. Boſſ. in tit.
de for. compet. à nu.8. cum plur. ſeq. nec D.
Prætor. Papiæ, licet maior magiſtratus ſit,ha
bet merum,& mixtum imperium, quia reco-
gnoſcit Principem,& Excellentiſſ. Senatum,
& eodem modo tenetur ſeruare iura, & con-
ſtitutiones, ſicut quilibet alius iudex ordina-
rius feudatariorum,quod optime demonſtrat
Menoch.de arbitr.iud.q.91.n.10.car.73. Nec
obſtat,quod per Dom. Iudicem Pap. Aſſeſſo-
rem in contrarium deductum fuit, videlicet
quòd Excel.Senatus non obſeruat. l.ad perſo
nas egregias. de iur.iuran.niſi in quibuſdā ca
ſibus valde neceſſarijs,quia non licet arguere
108 de vno ad aliū, nec de maiori ad minorem
deſtructiuè, nec de minori ad maiorem pote-
109 ſtate abſoluta; nam Excell. Senatus dicitur
rex repręſentans regiam maieſtatē, & poteſt
O facere & non facere.& miratus ſum aliquan-
do audiuiſſe meis auribus, Virum principalē
in magna poteſtate conſtitutum, cuius calcea
menta tangere neminem poſſe autumant, de
tali ac tanto tribunali obloqui, & irridere. ve-
rum enim vero,eſt Senatus Mediolani omni-
bus Principibus exemplum Iuſtitiæ, & ſcien-
tiæ,nec vnquam ſatis laudatus erit.ſed D.Prę
tor eſt iudex & inferior ab Excell. Senatu.er-
go & de vi.huius are.habetur latè per Euerar.
in ſua centu.& Menoch. de arb.iud. q6.54.n.
28.car.37.vnde cum de vno ad aliud non be-
ne inferatur propter rationem diuerſam,me-
ritò obiectio ſupradicta vana eſt in propoſi-
to noſtro. ſtat igitur firma opinio hæc, quòd
110 prætor feudatarij non tenetur ire nec pare-
re maiori magiſtratui, niſi in caſibus à iure ex
preſſis; vel aliter appareat de mandato princi
pis,vel Senatus.& re vera eſt admiratione di-
111 gnū, quòd ſi diſputatur de iuriſdictione in-
ter maiorem,& minorē magiſtratum,ꝙ videa
tur conceſſum maiori magiſtratui cognoſce-
re ſuper huiuſmodi diſputatione,contra regu
lam in l.qui iuriſdictioni. ff.de iuriſdict.omn.
iud.& to.tit.C.ne quis in ſua cauſa iudicet.fa
ciunt in ſimili adducta per Felyn. in cap.pru-
dentiam.num.4.de offic.deleg. Nicol. Anto.
Grauar.lib.5.cap.9.nu.20.ad veſtrium. quos
refert,& ſequitur Soarez. recept.ſent.in ver-
bo iudex alterum iudicem. nu.239.vbi perpe
ram inquit ſenſiſſe Rot.in contrariū. Deciſ.
153. ſcio etenim quid per hæc verba inferre
volo, Vnde concluditur, quòd prætor feuda-
tarij,qui eſt rogatus, dicitur egregia perſona,
& non tenetur relinquere officium terræ San
112 cti Nazarij, quæ eſt terra inſignis, & ita ab
Excellen.Conſilio ſecreto Mediolan.de anno
1584. decretū fuit in contradictorio iudicio,
113 & meritò quidem, cùm ſit de nobiliori-
bus

bus terrarũ Lumellinæ prouinciæ, & excepta
Papiæ ciuitate, forte dici poteſt prior cætera-
rum omnium, ſiue reſpectu magnitudinis do-
morum, habitationis, & ſitus, ſiue reſpectu ha
bitatorum, in qua nobiliores Papienſes vitam
quietam, & felicem ducunt pro maiori parte
anni, de qua late ſcripſit D. Saccus, in eius de-
ſcriptione Lumellinæ in Chronicis Ticinenſi
bus, ad quē propriè vos remitto; ſat eſt quod
Do. Prætor feudatarij, ſi ad eum tanquam ad
perſonam egregiam mittatur examinator ab
Illuſt. D. Prætore Papiæ, quod poſſit ferre te-
ſtimonium, in ijs quæ reſpicere videtur Reg.
Cameram, alias non teneretur de iure, & vide
pract. Stiac. in materia, in c. 17. a num. 1. vſque
ad nu. 20. vbi citat omnes. Quare mi Domini
Prætores feudatariorum vigilate, ne iuriſdi-
ctio dignitaſq; veſtra euaneſcat, qui vero non
ſunt togati & preturam exercent in paruis vi
cis, & locis non inſignibus, arbitror nō ita de
facili excuſari poſſe. Nam ratione adiuncti
114 conceditur, quod ſimpliciter non concede-
retur, l. Imperator, la 2. ff. de ſtat. hom. vi. Mar
ſil. in pract. §. diligenter, nu. 123.
115 Ad propoſitum nunc redeundo, ſi iudex ne
queat habere ad ſe teſtes, vt quia ſub aliena iu
riſdictione exiſtant, ex conſuetudine concedũ
116 tur literę ſubſidiales, & mittitur ad iudicem
illum; qui aut teſtes examinandos mittat, aut
ipſe examinet, & referat, ita Feder. Schen. eo.
tra. nu. 9. cum ſeq. tex. in c. ſi quis teſtium. ext.
eo. Carauit. ſuper rit. magn. Curiæ. 157. num. 7
& Augu. ad Aug. in verb. qui iudex ſtatuit cir.
fi. Curt. eo. tra. concl. 29. n. 60. & ſeq. Clar. §. fi.
q. 26. qui dicit examinari teſtes ab alijs iudici
bus, per literas ſubſidiales, hoc concedendum
117 non eſſe, niſi ex vrgenti neceſſitate, propter
timorem ſubornationis, vt aduertit Bal. in au
th. apud eloquentiſſimum, C. de fide inſtrum.
quam Auth. non habere locum in Principe ſe
culari, aut Eccleſiaſtico ait Clar. d. q. 26. verſi.
vnum ſcias. Hipp. in l. de minore, §. plurimum
quoque, nu. 16. de quæſt. Fel. in c. cum cauſam
nu. 29. de teſt. Cæph. conſ. 300. nu. 24. Viui. cō.
opi. li. 1. op. 362. & Soarez. recep. ſent. verſi. te-
118 ſtium examinatio. num. 262. quod procedit in
ciuilibus; ſed in criminalibus de iure commu-
ni fieri prohibetur: quia in criminalibus, nec
alteri eiuſdem, vel alterius ditionis iudici te-
ſtium examinatio committi poteſt, vt eſſe
communem teſtatur Viui. lib. 1. opin. 263. &
Clar. d. q. 26. ver. ſed quæro. & Soarez. hos al-
legans d. ver. teſtium examinatio, num. 263. &
Florentiæ nunquam vidi in cauſis criminali-
bus committere examen teſtium alteri iudici
ſed opus eſt vt teſtes veniant, vel ob impoten
tiam examinator mittitur ad eos & multo mi
nus eſſent concedendæ literæ ſubſidiales ad
illos iudices qui quæſtui inuigilant, & de qui-
bus in tract. de Brac. Reg. par. 5. num. 148. vbi
de ementibus officia. Nec ad illum locum in
quo de malo more teſtes illius loci faciliume
deierare ſolent, vt aduertit Rot. Bonon. Deci
ſio. 74. & Grammat. Deciſio. 41. num. 37. alios
etiam adducit Farinac. eo. tractat. quæſtio. 77.
ſub nume. 25. 26. & 27. & per tot. illam quæſt.
vbi de multis requiſitis circa conceſſionem re
miſſorialium.
P Eſt tamen dare caſum quando cauſa eſt cri
minalis, & veniret pœna pecuniaria leuis, &
multum expenderetur, ſi examinator mittere
tur, vel teſtis exiſtens extra, vel longe a iuriſdi
ctione veniret ad teſtificandum, quia per lite
ras ſubſidiales deberet examen committi. tex.
in l. generaliter. §. Hijs. C. de iur. iura. & in Au
thent. apud eloquentiſſimum, C. de fid. inſtru.
Corſet. ſingu. in verb. expenſa. num. 2. Abb. in
cap. cum cauſam, de teſt, tamen in hoc ſtan-
119 dum eſt conſuetudini, vt dixi, & obtempe-
randum neceſſitati, vti maximæ Reginæ, quæ
legem non habet, non iubet, non habet impe-
rium, nihil boni affert, & tamen omnes obe-
diunt ei. Federic. Schenc. eod. tracta. num. 13.
Grammat. conſil. crim. 41. num. 16. Afflict. ſu-
per prima conſtit. Reg. rub. ſi princ. poſt num.
2. & hæc forma examinandi teſtes ext. territo
rium habetur etiam ab Aſin. §. 21. c. 4. & Car-
pa. de ſtatu. c. 66. nu. 44. vbi multa cumulat. &
hoc locum habet inter iudices ſub eodē Prin
cipe, & ſub eadem ditione ſubiectos, & non
aliter, vt trad. Doc. in l. 1. ff. de req. reis, & com
munem teſtatur Aret. conſ. 135. col. fin. teſta-
tur Iaſ. in l. fi. nu. 14. de iuriſd. om. iud. Quam-
uis contrarium teneant Cano. prout refert A-
ret. d. conſil. 135. & Foller. pract. crimin. folio
120 40. nume. 27. Nihilominus in foro eccleſiæ
ſua ſeruabitur opinio, & in foro Cæſaris opi-
nio legiſtarum, quæ etiam videtur magis ap-
probata, nec reijcitur in pract. etiam a Curia
Romana, nec verſatur peccatum quamlibet
harum tenere, ſed a communi legiſlatorum
opinione non eſt recedendum, vt inquit Clar.
Q §. fin. quæſt. 31. verſic. poſſet. in fin. Sed in om-
nem caſum non poteſt Delegatus ſimpliciter
ad examinandum teſtes alteri dictum examē
ſubdelegare. Abb. in c. cum Bertoldus, de ſen-
ten. excommu. niſi partes aſſentirēt. Minſing.
obſeru. 41. centu. 3. & vi. glo. in cap. ſtatutum,
de præſcript. lib. 6. vbi nudum miniſterium e-
xaminandi teſtes committi poſſe dicitur. Ca-
pell. Toloſ. deciſ. 2. vbi loquitur de ſubdele-
gato, ac de alijs. ſed vi. Capic. Deciſio. 141. nu.
3. & 4. vbi dicit quod non poſſit delegari quia
videtur electa induſtria perſonæ. ſed quo ad
dictamen, & interrogandum certe per alium
Actuarius non poteſt ſeruire, ſed quo ad ſcri-
bendum tantum ſic. & ita opinor reconciliari
dictas opiniones, & in cauſa ciuili ſecus in cri
minali, vt inf. num. 127. & Spec. eo. tit. §. qua-
121 liter autem, in fin. & de ſupradictis ſubſidia
libus literis, & de remiſ. & dimiſſorijs, habe-
tur penes Fely. in cap. cum cauſam, vbi etiam
alij, extra de teſt. vi. D. Pacia. conſil. 13. & con
ſil. 138. & pract. mod. Stiac. cap. 6. per to. & ibi
122 dicit ex quibus cauſis literæ dimiſſoriæ non
ſunt concedendæ, primo in cauſa modici præ
iudicij; ſecundo quando quis producere po-
tuit teſtes, & non produxit; tertio quando ap-
paret per calumniam illas petere. hinc eſt,
quod pars impetrans litteras iuramentum ca
lumniæ ſubire tenetur, l. de die, §. iubetur, ff.
R qui ſatiſd. cogan. & pendente termino exami
nandi teſtes extra territorium, ſi pars aduerſa
vult interim quod coram iudice examinen-
tur ſui teſtes, poteſt iudex concedere, dummo
do pars citetur ſi compatibilis erit citatio. A-
ſin. quæſtio. 31. cap. 6. Item ſi teſtis iurauit co-
ram iudice cauſæ, ſed antequam examinare-
tur iuit extra iuriſdictionem, ſi impedimen-
tum eſt legitimum, poterit eius examen com-
mitti habita fide de impedimento illi iudici
in cuius iuriſdictione degit. & talis fides

per iuramentum fieri ſat erit,ſi ita etiam iudi
ci videbitur,Menoch.de Arb.iud.caſ.118.nu.
2.quia iuramentum teſti præſtitum coram iu
dice cauſæ intelligitur,niſi ſuperueniente le-
gitimo impedimento, glo.1.c.breui,ɛ.de iure
iuran.& Menoc.vbi de impedimento.de arb.
iud.d.caſ.118.& multa congerit Maſcard. de
probat,conſil.884. volum.2. & teſtis qui ſine
examine aliquid confitetur ex dicta confeſſio
ne non debet damnum pati, Fran.Mar.deciſ.
123 95.par.2.vid.inf.num.177. Eſt etiam ſcien-
dum,quod teſtes alendi ſunt expenſis produ-
centis,quæ opinio communis eſt,& tenet Bu-
trig.eod.tract.num.2.Alberic.nume.85.Boſſ.
num.133.cum plu.ſequen. vbi etiam dicit idē
de mercede examinatoris, & de ſalario iudi-
cis, quæ omnia ſunt ab vtraque partium ſol-
uenda,ſi ad vtranque partis inſtantiam teſtes
ad teſtimonium perhibendum ſint vocati, ſe-
cus ſi ad inſtantiam vnius partis tantum;quia
pars iſta tenetur ad ſupradicta omnia. At quā
125 do ex officio iudex vocat teſtem pauperem
diſtantem a loco iudicij,tunc expenſis fiſci ar
bitror eſſe alendum,quia pro fiſco, ſeu ad in-
ſtātiam fiſci veniret,ſed ſi cauſa eſſet eius ſpe-
ciei in qua tractaretur de publica vtilitate,
forſan ſecus dicendum eſſet,& in hoc propo-
126 ſito eſt videndus Aret.& Fel.in d.c.teſtium.
de teſt.& quādo per iudicem examinator mit
titur ad aliquam perſonam egregiam, expen-
ſæ debent ſubminiſtrari communibus partiū
impenſis,ita dicente D.Menoch.de arbit.iud.
caſ.228.car.225.licet viderim expenſis tātum
producentis fieri, & videtur tex.de hoc.in ca.
mulieres . de iud.tenet Gaſpar Caball. mille-
loq.936.par.2. & nouiſſime per Aſini. in eius
S practic.§.23.vbi latiſſime. Et ſalarium deberi
teſtibus de longinquo venientibus ait Caroc.
tract.locat.& conduc.tit.de teſt.cog.in 2. pa.
quæſ.6.quia teſtimonium non debet eſſe dam
noſum teſti,per l.ſi quādo,C.de teſt.& ibi ſub
num.5.d.quæſt.6. ait ſignatores cogendos eſ-
ſe ad recognoſcendum ſigna. l.cum ab initio.
ff.quem ad.teſta. ape. & in reſarciendo dam-
num teſti habenda eſt ratio, de eo quod ſoli-
tus eſt lucrari in tanto tempore, quantum ſte
tit ad teſtimonium perhibendum. Silua.nup.
lib.3.in ver.monitorie.Feli.cap.1.de teſt.Ca-
roc.vbi ſup. num.9.qui tamen ſub nu. 17.con
trariam partem veriorem ait cum declaratio
nibus de quibus ibi,nihilominus pro victu, &
alimentis poteſt recipere pecuniam,maxime
quando de eius induſtria viuit,habita ratione
qualitatis eius. in quibus expenſis comprehē
duntur expenſæ equorum, cap. veritatis, 4.q.
3.Alber.in l.ſi quando,de teſt.idem Caroc. v-
bi ſup.nume.48. & quando ſunt teſtes alendi
præſertim in cauſa ciuili(quia in cauſa crimi-
nali ſolum ad defenſam venientes ali ſolent)
eſt habenda pariter ratio de expenſis quas Do
mi ſuæ feciſſent. Alber.eo.tract.de teſt.nume.
84.ea.7. de quo tamen dubito,& qualiter ſint
probandæ expenſæ,vid.Maſcar. de probatio.
concluſio.715.& 721. vbi per teſtes domeſti-
cos probantur,& de multis alijs modis probā
di expenſas habetur apud eundem Maſcard.
concluſio.724.725.726.vo.2. Sed ſi refricare-
tur in dubium, an in cauſa ciuili ambæ partes
teneantur ſoluere ſalarium, aut mercedem,
vel vna pars tantum,vel altera pars tantum li
tigantium pro capitulis ab eo productis, an
alia pars pro interrogatorijs, dico quod in
practica ſeruatur quod pars quæ fecit exami-
nari teſtes tenetur,& non pars aduerſa, Ioan.
And.ad Spec.tit.§.nunc tractandum & §.qua
liter , Rot.deciſ.27. in antiquis,ſed in repeti-
tione qui dat interrogatoria ſoluit expenſas.
Homod.conſil.101.num.25.tenet Tranquill.
Ambroſ.de proceſſ.infor.lib.3.cap.2.num.10
cum ſequen. vbi de expenſis pro teſtibus Re-
peten. Teſtis autem qui cogitur ire ad perhi-
bendum teſtimonium,ſi forte litem ciuilē ha
bet in ſuo foro,ſi pro cauſa criminali cogatur
reſtituendus eſt ad ea quæ occaſione talis ab-
ſentiæ ſibi præiudicare potuerunt.ex clauſul.
generali.de qua in l.dolī.de ver.ob. D.Sforz.
eod.tract.de reſtitut.in integ.quæſt.6. nu.39.
& 177. ſed ſi pro cauſa ciuili , cum non poſſit
cogi,& tamen vadit ſibi imputet.c.damnum,
de regul.iur.in 6.niſi cauſa eſſet principis, aut
communitatis, vel valde ardua, & priuilegia-
ta,vt eſt cauſa Eccleſiaſtica,& Matrimonialis
In quibus tenentur omnes perhibere teſtimo
nium,& cogi poſſunt,cap.1.2.& 3.de teſt.co-
g. bonum eſt proteſtari ne ſibi labatur tēpus
in ſua cauſa ciuili,& ſtent omnia in ſuſpenſo,
donec ceſſauerit tale impedimentum, & qui-
bus cauſis ſuſpenſiones fiant,vi.Iaſ.& Doc.in
l.1. de fer. & ſuſpenſionis cauſa ceſſante om-
nia priſtina iura recuperat.per adduct.a Tira-
quel.in tracta.cauſ.ceſſant.in verb.ſuſpenſio-
nis cauſa ceſſante, & Ianuæ extat ſtatutum in
materia ſuſpenſionum, tit.de temporibus, &
inſtantijs cap.23.lib.2.vid.ſup.in 3.par.num.
127 37.lit.C. Dum ergo iudex examinare in-
cipit teſtem , debet ei capitula legere de ver-
bo ad verbū,apta,clara, & intelligibili voce:
nam quandoque teſtes ſunt vltro citroque
montani,aliquando rudes, aliquando non ha
bent perfectum auditum , ideo in hoc eſt ani-
maduertendum, vt quam poſſibile ſit intelli-
gant,& audiant omnia ad vnguem,ſuper qui-
bus, & circa quæ ſunt examinandi, vt in pro-
poſito,& non extra propoſitum vagentur , l.
ad probationem,C.de proba.cap.per tuas,de
128 teſt.l.1.C.eod.Pariter ad vnguem ſunt ſcri-
bendæ depoſitiones teſtium , & eorum dicta
de verbo ad verbum, tam pro, quam contra,
& per actuarium penes acta redigenda, Spec.
§.nunc tractandum,verſic.fidelis, num.22.eo
dem titu. & vide omnino Hoſtien.in cap. ni-
129 hil,de verbo.ſign.qui valde reprehendit no
tarios de pigritia,& de imperitia quoad hanc
omiſſionem,& prac.Stid.cap.16.nu.45.cum
plur.ſequen.Farinac.eod.titu.quæſt.80,num.
99.& teſte practi.cap.16.fol.128. vtinam No-
tarij in recitandis proceſſibus coram Iudice
vel Magiſtratibus, ne aliquod ſubſtantiale o-
mittant,vel addant oretenus, licet inaduerte-
ter,quoniam valde periculoſum eſt, ne iniuſti
tia pro iuſtitia fiat . Veh vobis qui dicitis bo-
num malum,& malum bonum, & infr.dicam
alioquin ea menſura menſurabuntur,qua mē
ſi erunt , & digito liga tu qui legis , vt intelli-
gas,& vi.ſup.in 4.par. num.132. lit.P. & de-
T bent in ſcriptis redigi geſtus, titubationes, ac
vacillationes , ſqualores , & trepidationes te-
ſtium,pro vt ſeruatur in practica, & docet Bal.
in l.presbiteri, num.1.& 2. C.de Epiſ.& Cler.
& ſi iudex mandauerit notario,vt aliquid præ
dictorum,vel ſimilium ſcribat, quod ipſe no-
tarius dum ſcribebat non vidit, debet ſcribe-

re tunc Dominus Iudex &c.ordinauit hic ſcri
bi teſtem hunc trepidare, & in vultu ſqualidũ
veniſſe,ad prædictam,vel infraſcriptam inter
rogationem.iux.dicta Feiy.in c.quoniam con
tra.col.27.verſ.4.de probat.vid. infra, n.139.
tamen notarius quantum fieri poteſt curabit
videre, & audire omnia; vt fidem verè faciat.
& ſi verba teſtis ſint in vulgari ſermone prola
ta,non poſſunt redigi in latinum, Vel quia oc
currere poteſt quod teſtes ſint aduerſarũ lin-
guarum Hiſpani,Galli,vel Teutonici, vel ali-
ter, & iudex & notarius non intelligant illo-
rum ſermones,tunc duo interpretes (ſi habe-
ri poſſunt) ſin minus ſaltem vnus eſt adhiben
dus ſecundum ea quæ ſupra dixi,n.250.in an-
teced.par.& Notarius debet ſcribere talis te-
ſtis talis nationis iuratus ſuper articulis ſibi à
tali interprete bene explicatis, & interpreta-
tis depoſuit vt inf. in ſua tamen lingua à tali
interprete Domino Iudici, & mihi Notario
intelligenti declarata;ſi vero non poſſit habe-
ri interpres, eſt tranſmittenda copia ad Iudi-
cem nationis dicti teſtis, vel expectare quòd
interpres veniat.vid.Bar.in l.1.§.fi.de ver.ob.
Nell.eo.trac.n.88.oria.n.18. Nec teſtis debet
deponere pro vt in cedula. Bal.in l.ius iuran-
di C.de teſt.Couarru.reſol.iur. Cano.c.13.di-
xi ſup. nu. niſi forte eſſet mutus qui legere,
& ſcribere ſcit vt infra, nu.172.lit.m.& ſupr.
nu.89. fit. P.quando daretur occaſio referen-
di proceſſum, tunc eo modo vulgariter prola
ta ſcribenda ſunt, vt admonet Bar.in l.ſi quis
filiabus, nu.5.ff.de teſta.tut.& nuperrime dũ
eſſem delegatus in quadam cauſa,& teſtis co-
ram me examinaretur per quendam actuariũ
fori Papiæ, volens ille verba illius teſtis redi-
gere in lingua Tuſca, vt melius intelligeretur
eius depoſitio, ſcribebat quidem, id quod te-
ſtis non depoſuerat, immo quod diuerſũ,quo
caſu valde de eo actuario admiratus, dixi illã
nõ eſſe nec veram, nec iuridicam practicam,
130 & ſimplicitas notarij nõ debet nocere.text.
in l.fi.ff.de fideiuſſo.Marſ.prac.§.ſupereſt.nu.
13.& 14.Aſt caueant Notarij ne aliqua verba
ſcribant, vel in recitandis proceſſibus coram
Iudice proferant quorum virtus aliter ſit pro
lata à teſtibus; quoniam qui talibus vafricijs,
& fortè ſubdolis cautelis vtuntur ad gehen-
nam ędificant,vt ait Crauet. in Repet. Rubr.
de lega.1.ſub nu.154.car.702.& Iudicum bo-
na mens, & recta intẽtio eos non excuſabunt
quia tenentur videre. ſunt etiam alij, adeo a-
mici de ſecundo ſanguine, id eſt, de pecunia,
qui omittunt ſcribere, id quod contra fiſcum
teſtes deponunt, ſed quod facit pro fiſco tan-
tum actuarius ſcribit,& iſte faciens pro fiſco,
non facit pro Chriſto, meritò redarguendus
tanquam carnifex Diaboli,vt etiam redarguit
131 Clar.§.fi.q.24.verſic.1.Aliqui etiam abutẽ-
do ſcribunt teſtem talem dixiſſe in omnibus,
& omnia,vt alius teſtis dixit, quod eſt contra
veriorem omnium ſententiam,vt per Hoſtiẽ.
vbi ſupra dicto cap.nihil, & Dec. conſil.448.
132 nu.24. Aliqui dum de ratione teſtem inter-
rogant, ſcribunt depoſuit, prout ſupra. & re
vera abutuntur,quoniam reſpectu verborum
poteſt cognoſci an falſitatem dicant, ſeu de
tempore,ſeu de cauſa,& an clarè, vel obſcurè,
trepidè, vel intrepidè, Itẽ an teſtis ſe ingerat
ſua ſponte, vel extra interrogata reſpondeat,
vt in l.de ætate.§.tacuit. ff.de interro. act.vel
verba aliqua dicat, vt putà *certo è vn gran tri-
ſto*, aut, *ne hà fatto dell'altre*, & huiuſmodi
quia videtur ſuſpectus.Innoc.in c.inquiſitio-
nis.vbi glo.in ver.id facere.de Accuſat.Bruni
à Sole.q.51.nu.59.Bald.in l. peremptorias,in
fi.verſi.quæro.C.de ſent. reſcin.non poſſ.Pe-
trus Raue. ſin.446. vi.Rip.in Auth. ſed nouo
iure.C.ſi cer.pet. & alios vt ibi in Apoſtill.ht.
a.Federic. Schenc. eod.tract. nu.2.fol.108.&
nu.35.fol.111.ſpec.eo.tit.§.1.nu.64.Et in pro
poſ. de ijs qui nimis audacter deponunt, & cũ
magna affectione,vel affectate. vi. Farinac.d.
tract.q.60.nu.29. vſq; ad nu.40. vbi etiam de
teſte dubioſè moroſè,verboſè,repẽte animo-
ſè ac beneuolè reſpondente. Eſt pariter ſuſpe
ctus teſtis qui deponit vltra,vel extra capitu-
lata. Bart. in l.ſi duo patroni. & ibi Dec. ff.de
iur.iuran. intantũ quòd teſtis ſuper fama pro
ductus non probat,etiam ſi de veritate depo-
nit.Bald.in l. momentaneum poſt gloſ. C.qui
legit. perſo. niſi producens ignoret, quòd te-
ſtis eſſet de veritate productus, idem quando
interrogatur de poſſeſſorio, & reſpondet de
proprietate: ſed quando non valeret dictum
niſi extra capitulata teſtis deponeret,non di-
citur ſuſpectus.Item quando ſuper emergen-
tibus deponeret Maſcar.de prob.concl.1365.
conferunt dicta ſupra.in 2.par.princ. nu.158.
lit. h. Poterit tamen teſtis interrogari extra
capitulata, & non dicitur in hoc ſuſpectus,
quia interrogatus reſpondet, & ſic non ſe in-
gerit. maximè ſi iurauit dicere veritatem ſu-
per tota cauſa. Oria.in c.quoniam contra. de
probat. nu.51. & iurando ſimpliciter dicitur
iuraſſe ſuper tota cauſa. Felyn. in c. fraterni-
tatis de teſt. & intelligitur etiam iuratum ſu-
per deponentibus,& connexis.Alex.in l.2.de
iuriſd.omn.iud. Pacia.de probat. c.26.nu.56.
lib.1.& quæ dicantur dependentia,& connexa
ibi ponit,& in c.28. in Addit. Menoc.ante cũ
pulcrè caſ.95.de arb.iud. & q.45.vid. ſup.nu.
68.lit.S.p.2.vi Farinac. d.tract.q.71.car.183.
nu.1.& 2. cum ſeq.& q.72.& 73.74. & 75.vbi
latè circa qualitatem reſponſionis Articulo-
rum,& huiuſmodi. Aduerte tamen, quòd li-
cet teſtis non debet reſpondere extra inter-
rogata,ſeu capitulata.Spec.de teſt.§.1.nu.64.
nihilominus ex cauſa poteſt interrogari ext.
capitulata, & non reprobatur, ſpec.nu.65. &
an per vnum eundemque præmeditatum ſer
monem deponant,vt dicta l.2. ff.de teſtam.&
Iaſ.in l.2.C.de bon.poſſ.ſecun.tab.Alex.con-
ſil.53. vol.5.& conſ.91. volum.4. vbi dicit an
133 teſtes veriſimilia deponant, colligitur ex
narratione verborum. Riminal. in l.1. col.5.
in princ. de no.oper.nunc. Spec.§. 1.verſicu.
Item quod eſt verboſus.eo.tit.noſtro.& prac.
Striac.dicto cap.16.à nu.45.vſque ad num.65.
134 quibus in locis habetur, quantum ſit neceſ-
ſarium verba teſtium ad vnguem in ſcriptis
redigere. Sed quando teſtis eſſet examinan-
dus in cauſa criminali, conſilium eſt,vt prius
ſuper facti ſerie iudex oretenus audiat illum,
deinde ſuper negocio recipiatur eius depoſi-
tio in ſcriptis, vt per Clar. §.fin. qõ.23. quod
iuuat plurimum, vt apparere poſſint, an fue-
135 rint ſubornati necne, vt dicunt Docto.in l.
teſti. ff.de prob. & ſi in aliquo teſtis apparue-
rit ſuſpectus, tunc cautela eſt variare circa in
terrogatoria,nec ordo ſeruandus, immo mo-
do ſuper primo, modo ſuper quarto, rurſus
ſuper

Digitized by Google

ſuper ſecundo interrogatorio licebit examinare teſtem, quam cautelam ponit Spec. dict. §. nunc tractandum. nu. 3. & quod hoc poteſt fieri, tam in proceſſu informatiuo, quàm etiá in proceſſu defenſiuo, quãdo ſubeſt timor ſub
136 ornationis, vel falſitatis, quo caſu licet iu-
136 dici in hoc cauillare dicta teſtium, vid. inf. nu. 171. lit. L. licet regulariter ſint potius adiuuanda, & concordanda, quam deſtruenda, vt dicit Clar. d. quæſt. 23. verſic. 1. in fi. allegat Azo. in ſum. C. eo. & Grammat. conſi. crimin. 1. num. 9. & quo ad concordiam vi. etiam Sebaſtian. Marſ. in reper. l. ſi quis pro emptore, nu. 23. fol. 17. vbi diſtinctè loquitur, & in ſumma concordantur teſtes quando obſcure loquuntur, quando concordia eſt compatibilis, quando æquiuocè loquuntur, ſecus quando claré, & aperte, & vno modo, vt probent, alio modo, vt euitent periurium. vt dixi ſupra, d.
138 nu. 178. lit. g. p. 4. & paſſim per to. hunc trac. & teſtem eſſe ſuſpectum, in actis redigi oportere, ait idem Clar. ibi, & de mente Bar. & aliorum in l. iuſiurandi de iur. iuran. & Bal. in l. fi. C. de eden. & an ſuſpitio falſitatis habeatur pro falſitate in criminalibus, vide Boſſ. in titu. de falſ. n. 14. & archid. in cap. memoriam. 19. diſtinctio. qui dicit per ſuſpitionem tantum nunquam ſequi condemnationem. in titu. de conuict. nu. 54. fol. 91. quod intellige, vt ſupra dixi nu. 178. in ante. & quo ad interrogatoria à parte exhibita ſcias, quòd non datur eorum copia parti aduerſæ, ne inſtruatur ad ſubornandum teſtes. vt trad. Doct. in l. is apud quẽ. C. de eden. & Cano. in c. per tuas de teſt. ſicut etiam non datur copia de nominibus teſtium examinandorum. Marant. pract. de ord. Iud. in 6. par. actu. 10. nu. 49. & 52. Alber. eo. tract. p. 1. q. 7. nu. 102. vid. ſupra. nu. 10. lit. C. in hac par. ſed copia articulorum bene eſt danda parti contra quam quis probare vult, & tam capitula quam interrogatoria ſunt in actis ponenda. c. quoniam contra falſam. extra de proba. vid. ſup. nu. 126. lit. Y. verſ. ſed ſi refricatur. vi. Clar. §. fi. q. 23. verſ. Item quæro. In examina-
139 tione autem teſtium multa conſiderare debet iudex, vltra ea quæ ſuperius dicta fuere, & primo an vacillet, aut trepidet, vel mutetur facies, aut verba ex ore prodeant pedetentim per vim, & vt vulgo dicitur *ſi faccia cauar le parole fuori di bocca con le tanaglie*, quia iis ſupradictis modis poſſet in certis caſibus deueniri ad torturam, ſecundum Doct. in l. nullũ. C. eo. & Boſſ. in tit. indic. conſiderat. ante torturam. nu. 41. & ſeq. Bald. in l. & presbyteri, col. 2. in princ. C. de epiſ. & cler. & ita poſſent teſtes torqueri, tam in ciuili, quàm in criminali, §. ſi vero ignoti. vbi Doct. in authen. de teſt. Cephal. conſil. 40. Alex. conſ. 63. vol. 1. & eſt communis opinio. teſtatur Viui. co. opinio. in verb. ſuſpectus teſtis Marant. actu 14. num. 6. qua de re, illi qui aciem occulorum diſtortam habent, & vt vulgo dicitur ſunt luſci, vel viſum habent curtum, & indigent ſpecillis, non poſſunt diſcernere, quo vultu, quo colore, qua trepidatione teſtis aut Reus deponat, & ideo carent hac qualitate viſus, quæ ſummopere neceſſaria eſt in iudice, alioquin falli poteſt, nec per ſpecialia ſatis puiſum eſt cũ vel plus vel minus videre faciant. Et vltra ea, quæ ſupra in proxima præcedenti parte ſcripta ſunt nu. 105. lit. g. & num. 155. cum ſeq. in materia torturæ, & ea, quæ infra dicentur in fi. huius §. par. vbi de Brachio Regio verba factum, dico quòd in cauſis ciuilibus quando aliter veritas haberi non poteſt, ſerui etiam alieni torqueri poſſunt, per l. Diuus. ff. de quæſtio. Item liberi homines viles, quando aliquis liber argueretur de falſo. ca. 1. Depoſ. & l. ſicut falſi. C. de falſ. ſecundum diſtinctionem, Bart. in l. ex libero. ff. de quæſtio. vide. ſed in cauſa criminali etiam quod ageretur de pœna pecuniaria, ad eruendam veritatem teſtes liberi & ſuſpecti vtique torqueri poſſunt, vt per eundem Bart. in d. l. ex libero diſtinguentem, & ita obſeruatur, & etiam quo ad reos principales poſſet deueniri ad torturam, quæ dicitur remedium extraordinarium, vt not. Bald. in l. 2. D. quorum appell. non recip. non obſtante eo quod dicit Clar. §. fi. q. 64. verſic. præterea contra quem tenet Paul. Ghirlan. tract. de quæſtio. & tortu. quæſt. 7. & ſeq. vbi ait procedere in cauſa ciuili habente annexũ delictum, & in criminali ſi teſtis ſit perſona vilis, & vacillet, etiam non præcedentibus inditijs alijs. ſed ex ſola variatione poterit torqueri, per l. fi. C. ad leg. Iul. de ſicar. & Bart. d. l. ex libero de qua viltate prius cõſtare debet, & interloqui. per l. vnius, §. teſtes. ff. de quæſtio. Bru. de indic. & tortu. 4. q. 2. p. num. 12. & 15. vbi non eſſe diſputandum cum Aduocatis ait, circa inditia contra teſtem, nam arbitrio iudicis hoc relinquitur. l. 1. de teſt. ſecus circa inditia quæ ſunt contra Reum, nam exiſtentibus alijs inditijs validis, viles & ignoti nõ debent torqueri, tamquàm viles, niſi in caſu falſitatis, vel veritatis tacendæ. Bar. in l. in criminalibus. §. idem Cornelio, num. 2. de quæſt. & quamuis arbitrio iudicis relinquatur quænã ſunt inditia contra Reum ad hoc vt teſtes tanquam viles & ignoti torqueri poſſint. l. 3. §. eiuſdem, quoque de teſt. & Exc. D. Menoch. de arb. iud. caſ. 270. nu. 2. tamen Bart. in l. qui ſine num. 5. de quæſtio. id exemplificat pluribus modis, quibus cognoſci poteſt certitudo indiciorum: & ideo ſi contra Reum nullum aliud eſſet inditium, niſi illius teſtis qui propter ſolam vilitatem eſſet torquendus in ſuo, non poſſet deueniri ad torturam contra huiuſmodi teſtem; aliud eſt enim torquere teſte tanquam vilem, aliud tanquàm vacillantem, & ſuſpectum, ad quod recurrendum eſt, & allegat Bart. diſtinctionem in d. l. ex libero, & in adhibenda tortura teſtibus aduertendum eſt, vt à magis ſuſpecto incipiatur, niſi ab alio veriſimilius veritas haberi poſſit. Bald. in l. 1. de quæſtio. Marſ. in ſua pract. crim. §. expedita, num. 49. multa alia in propoſito docet. Et quia ſupra dictum eſt quod teſtes poſſunt torqueri, quando ſcilicet ſunt viles, infames, l. 1. in, & ignoti, & vagabundi pauperes, de quibus ſupra in 4. par. nu. 105. lit. g. & num. 155. cum ſeq. quæritur nunquid debet dari terminus huiuſmodi teſti ad ſe defendendum, ne propter illam qualitatem ob quam eſt torquendus, torqueatur. & Bart. hanc q. mouet, & reſoluit in l. vnius, §. Iudex, nu. 2. ff. de quæſtio. per text. in l. cuſtodias. ff. de pub. iud. & dicit quod iſtæ qualitates non tangunt negotij principale, & ideo debet aſſignari dictus terminus: nam poſſet teſtis oſtendere ſe non eſſe talem qualem alij teſtes dicunt, vel per partem deducitur, & propterea non debere

torque-

torqueri. Boſſ. verò in titu. de manda. ad occiden. nu. 30. inquit prius debere examinari exceptiones quæ contra teſtem opponuntur, & ita ſeruat vniuerſus mundus, ſed Clar. in §. fi. q. 25. §. ſolet in fin. dicit quòd ipſe in practica nunquam vidit ſeruari, nam Iudices ſemper torqueri faciunt teſtes abſque vlla diſputatione, quod tutius eſt propter timorem ſubornationis. ſed idem Boſſ. in titu. de tortura teſtiũ. num. 38. ait, quòd copia Indiciorum eſt danda teſti ſi petat, quãdo ſcilicet tractatur de exceptionibus tangentibur perſonam teſtium, ſecus quando teſtis eſſet torquendus tanquã varius, vacillans, aut mendax. de quibus, ſup. nu. 86. 139. & alibi dictum eſt; nam hæ exceptiones tangunt negotium principale, reſultant enim ex examine, & depoſitione teſtiũ, ideò relinquitur arbitrio Iudicis; qui ſi non debet prius examinare dictas exceptiones, vt per Bar. in d. l. vnius, §. Iudex. de quæſtio. nam ex actis conſtat de eis, & acta faciunt rem notoriam. c. quoniam contra. de probat. Lap. allegat. 81. nume. 3. & 5. & in notorijs ordo eſt ordinem non ſeruare. vt ſup. num. 67. par. 1. Cæterum ſi tractaretur de ſtatu hominis, vt quia tanquam ſeruus eſſet torquendus, & teſtis allegaret ſe liberum, licèt plures teſtes dixerint eſſe ſeruum, nihilominus in hoc caſu vbi tractatur de libertate tam precioſa. l. libertas de reg. iur. etiam terminus cum copia Indiciorum deberet dari teſti antequam torqueatur, ne liber tanquam ſeruus crucietur, cõtra tex. l. ex libero, & l. Diuus. vbi Bar. ff. de quæſtio. & ideo aliæ exceptiones tangẽtes perſonam teſtium ſi ex actis conſtabunt, non erit opus eas examinare, nec etiam ſi Iudex ipſe erit certus ex alio illas eſſe veras, & ita eſt intelligendus Clar. in d. verſi. ſolet, & propterea Iudex debet ſcribi facere in actis eſſe ipſum certum, & rationem certitudinis etiam in actis ponere, & hoc modo verſabitur eius arbitrium: ſed vbi Iudex non eſt certus, tunc debẽt examinari prius exceptiones, & ſic cum Boſſ. in d. titu. de tortu. teſtium, ſub num. 396. maneo. faciunt quæ dixi ſup. n. 145. in 2. par. & vi. Baiar. ad Clar. q. 25. verſ. torque
141 tur teſtis. Et quando oritur ſuſpicio contra
teſtem, quod falſum dicat, tunc de loco, & tẽpore, & de veſtimentis eſt diligenter interrogandus, vt docet gloſſ. in ver. ex tempore 5. q. 5. in teſtib. & §. licet dudum. Auth. de teſt.
142 Federic. Schenc. eo. tract. nu. 46. Hinc eſt;
143 quod teſtes Suſanæ capti fuerunt in ſermone, quia vnus depoſuit de ficu, alter de pinu. & in hac interrogatoriorum materia minimè diſcedas à documentis Spec. patris pract. eod. titu. §. iam de interrogatorijs, nu. 11. vſq; ad nu. 19. & reliqua de interrogatorijs proſe-
144 quimini vt infra. Item ponderanda ſunt ver
ba teſtium, nunquid deponant per verbum, credo, mihi videtur, aut non recordor, vel de auditu alieno, vel quia longe à veriſimili deponat, aut nimis confuſè obſcureque: nam re-
145 gulariter teſtimonium de credulitate non
tenet, quæ opinio eſt communiter recepta à Doct. in l. teſtium. C. eod. vbi Cyn. & Alex. & Bar. in l. 1. ff. de ventr. inſpic. teſtatur Panorm. in ca. quoties. de teſt. Viui. comm. opin. lib. 1. op. 373. vbi limitat pluribus modis. Spec. eod. titu. §. 1. verſic. item quod depoſuit de credulitate, pract. Pap. in for. op. contr. teſt. glo. vlt. ratio aſſignatur, quia videtur teſtis magis iudicium facere, quàm teſtimonium perhibere, niſi tale teſtimonium de credulitate daretur à peritis, quia eo caſu valet, vt ſupra dixi. nu. 51. in 1. par. vel niſi teſtimonium tenderet ad innocentiam adiuuandam, vt per Panorm. in cap. 1. de ſum. trin. & fide cath. quod ſine dubio procederet præſtito iuramento calum-
146 niæ, & communis eſt ſententia teſtem depõ
nentem per verba, iudicio meo, non tenere, vt dicit Cur. Iun. conſil. 165. nu. 17. niſi etiam affirmet expreſsè, vt declarat Crot. eod. tract. num. 343. Tind. ibidem par. 1. cap. 1. num. 1. Clar. §. fi. q. 54. verſic. vnum etiam, & Soarez. recept. ſent. in verb. teſtis verba. num. 136. debet namque teſtis deponere per alterum ex quinque ſenſibus corporeis, vt dixi ſupra numero 85. in ſecunda parte, & quod credulitas
147 magis pertinere dicitur ad iudicem, quàm
ad teſtem, eſt text. in l. 3. §. primo, ff. eod. ibi, quid aut cui credas, aut quid probatum tibi opinaris, & facit Bart. in l. 1. C. de vſur. quæ communis ſententia declaratur etiam proce-
148 dere, quando neceſſe eſt aliquid probare di
rectè. ſecus in ijs, quæ non niſi per coniecturas veriſimiles ſat eſt probari, exemplum in probando matrimonio, filiatione, adulterio, & ijs ſimilibus, quia de credulitate tenet dictum, vt dixi ex quo ſunt difficilis probationis, & tradit Tynd. d. cap. 5. per totum, vbi pulchrè, & per Boſſ. eod. tractat. de teſt. num. 43. Poſſet tamen adeo coniunctum eſſe teſtimo-
Y nium credulitatis cum tali bona, ac ſufficien-
ti ratione, quod valeret, Viui. co. opi. fol. 271. verſ. interpretatur. vbi in antiquis limitat habere locum. Item in ijs, quæ tantum per auditum probari poſſunt. Item in peritis quo ad deponendum de ſcientia eorum artis, & in alijs quam pluribus caſibus, de quibus Canon. in c. quoties. de teſt. & Soc. reg. 518. & ſpecul. vbi ſup. §. 1. verſic. itẽ quod depoſuit, & Doct. in l. ſolam. C. de teſt. Cepol. caut. 43. item quãdo deponit de eo, quod non vidit, vt in recognitione literarum, & ſeu characteris, et manus alterius, tamen conſuetudine induci poteſt quod teſtibus credatur deponentibus per verbum, credo, in illis caſibus ſcilicet in quib. de iure communi non requiritur vera probatio, Dec. conſ. 37. num. 6. quæ conſuetudo per plures actus vniformiter ſequutos probari debet, Doct. in l. de quibus & in l. minimè. ff. de leg. At eo caſu quo alias teſti nõ creditur, circumſcripta conſuetudine non creditur plene, ſed taliter qualiter. Anto. in cap. extra de Appellat. Cur. iun. conſ. 19. nu. 13. par. 1. Item ſi in primo examine depoſuit per verbum credere, & in ſecundo examine per verbum aſſertiuum veritatis, conualidatur eius dictum, & valet ex ſecundo dicto. ita Clar. §. fi. q6. 51. verſ. etiam & teſtes ſuper peritia ſatis concludenter deponunt dicendo ità credo, ita mihi videtur, ſic iuditium, abſque alia ratione, quia eorum peritia ſapit naturam Iudicij. l. ſeptimo menſe. ff. de ſtatu hom. Alijs verò teſtibus non peritis, non creditur niſi addant bonam & concludentem rationem. Ceppol. caut. 43. & viui. com. op. verſic. interpretatur fol. 271.
149 Et tria requiruntur ad hoc ut teſtis de cre-
dulitate plene probet ſentẽtiam. Farinac. eo. tit. q. 68. num. 111. cũ ſeq. quod bonam reddat rationem credulitatis, ita firmiter dicendo cre-

Digitized by Google

credere quæ poterant ſub vna oratione ſtare.
Ex quibus idem dicendum concluditur, quan
do teſtis deponeret per verbũ, mihi videtur.
nam præcisè videtur teſtis indicium facere, vt
per Bar. in l. 3. ff. de ventr. inſpic. l. diem pro-
ferre. §. ſi plures. ff. de arbitr. Alexã. conſil. 74.
volum. 2. & plenius conſil. 109. vol. 1. Tynd.
vbi ſupra capit. 6. Aret. conſil. 64. volum. 3. ni-
ſi in ijs, quæ ſecundum eius peritiam depone-
ret, vt dixi ſupra. & quamuis teſtis præcisè nõ
150 præſumitur recordari ſecundum ea, quæ di-
151 xi ſupra num. 136. in 4. par. tamen ſi dixerit
ſe non recordari de ijs, quæ veriſimiliter re-
cordari potuerit, puta de facto proximo, &
de re admodum notoria, vt dixi in dicta 4.
par. tunc redditur penitus ſuſpectus. iux. l. pe-
regrè. ff. de acqui. poſſ. Bart. in l. 2. §. ſi quis au-
tem. C. de vet. iur. enucle. text. in l. emptor. §.
Lucius, ff. de pact. Innoc. in capit. qualiter, &
quando extra. de accuſat. Tynd. cap. 9. num. 1.
& ſeq. par. 3. ſecus eſt in factis antiquis, de qui
bus non præſumitur memoria. Alciat. de præ
152 ſump. præſumpt. reg. 3. Barbat. conſil. 65. co-
lum. 4. lib. 4. & Aret. in cap. in noſtra. de teſt.
& Menoch. de arbitr. iud. caſ. 308. num. 7. fol.
153 262. vbi ponit quãdo teſtis præſumitur ſciẽ-
ter, aut ignoranter falſum depoſuiſſe, & caſ.
3. num. 2. car. 79. vbi dicit, tempus antiquum,
154 quòd etiam dicitur, arbitrio iudicis relin-
quitur, & tempus immemorabile dici centũ
annorum, vt magis communem opinionem
teſtatur Felyn. in cap. ad audientiam, col. 8.
verſic. limita quinto de præſcr. Didac. in cap.
poſſeſſor. 2. par. §. 3. de reg. iur. & Menoc. vbi
ſupra caſ. 3. Item quando teſtis diceret ſe non
recordari de eo, quod eſt facti tranſeuntis, li-
cet de proximo, non argueretur de falſo, &
vid. ſup. fol... Clar. §. fin. q. 4. verſic. ſcias, vbi
155 ponit quando dicitur conſtare de delicto fa
cti permanentis, & quando de delicto facti
tranſeuntis, vel niſi eſſet natura, vel acciden-
taliter memoria adeo labilis, vt vix ſuum no-
156 men retinere poſſet, vt ſcribitur de Meſſala
Coruino, qui ſui nominis oblitus fuit, de quo
apud Per. Crinitum legitur lib. 1. de honeſta
157 diſciplina cap. 12. Nec de auditu alieno
tantum teſtimonium valere dixi. per d. l. te-
ſtium, co. & in authen. de hær. & falc. §. hinc
nobis, & cap. cauſam, extra de conſanguin. &
affin. cap. de ijs. 9. q. 3. & eſt magis recepta ſen
tentia. Bart. in l. 2. §. Item Labeo. ff. de acquir.
plu. arcen. Dec. conſil. 153. colum. pen. Thob.
Nomi. conſil. 25. num. 23. Rom. conſil. 104. &
pulchrè Rumin. iun. conſil. 6. num. 2. cum ſeq.
facit tamen in paritate probationum iſta præ
ſumptio de auditu alieno obtinere, eum qui
talem præſumptionem habet ſecundum Rui.
conſil. 106. num. 17. D. Carol. pater meus. in
Reſp. 346. in fin. Maſcard. de probat. concluſ.
137. num. 4. volum. 1. ſup. num. 80. in 2. parte.
Regula igitur eſt, quòd teſtis de auditu alieno
non probat. fallit 1. in antiquis, d. cap. de ijs,
9. quæſtio. 3. & d. l. 2. §. item Labeo. vbi Barto.
fallit ſecundo, in computandis gradibus affi-
nitatis, cap. licet ext. de teſt. Federic. Schenc.
eod. tract. num. 45. Marani. eod. trac. num. 18.
Ioan. And. ad Spec. dicto §. 1. & in cap. 3. ext.
eod. vbi diſtinguit, & quando teſtis deponit
de auditu alieno debet dicere ſe audiſſe ante
158 litem motam, ſi dictum de auditu alieno va
lere debet, vt no. dicit Rom. ſing. 860. & Boſſ.

eod. tract. num. 42. quod eſt notandum in illis
caſibus in quibus valere põt tertio ſi teſtis di
159 xerit à multis audiui dici eſſe de hoc publi
cam vocem, & famam. quia tunc probat. Ro.
conſil. 76. num. 5. Alex. conſil. 66. in 3. volum.
conſil. 87. volum. 2. præſertim in ijs, quæ diffi
cilis ſunt probationis. Ioan. Cro. eod. tractat.
num. 151. & in ijs, quæ ſunt modici præiudi-
cij, ſecũdum glo. in l. vbi adhuc, C. de iur. dot.
Bart. in l. de minore, §. plurium. in fin. de quæ-
ſtio. & alias fallentias proſequere, vt per eun-
dem Crot. num. 140. cum ſeq. & intellige, vt
Z prædixi. Nam co. op. aut communis vſus lo-
quendi tunc probatur ſi teſtis dicat audiuiſſe
à multis perſonis, licet dicat non recordari à
quo in ſpecie audierit. l. in ſumma, §. item La
beo de acq. plur. arcen. Hiero. de Mont. tract.
fin. reg. cap. 56. num. 5. & 6. & in antiquis, te-
ſtis de auditu alieno probat. Duen. regu. 299.
fallent. 7. ſi concurrat etiam aliquod aliud ad
miniculum, Hoſtien. in cap. licet, vbi car. ex-
tra de teſt. & quando poſſunt recordari a quo
audierint debent nominare eos. Fulgo. conſi.
136. conſil. 73. Capell. Toloſo. deciſ. 379. & de
bent dicere audiuiſſe è pluribus, non ſufficit
ab vno tantum. Aret. in cap. tam literis. col. fi.
de teſt. latè Cephal. conſ. 250. per to. volum. 2.
& valet argum. de teſte ad Notarium, vel ad
inſtrumentum notarij, Decian. conſi. 18. n. 8.
volu. 2. per l. Domitius de teſtam. nam ſicuti
non creditur teſti deponenti de auditu alie-
no, ita nec Notario aſſumenti exemplum in-
ſtrumenti ab alio recepti, quia fides de fide fi-
dem non facit. Doct. in auth. ſi quis in aliquo.
C. de eden. & in concludenda publica voce,
& fama debet reddi rõ quid ſit publica vox,
& fama. Burſat. conſ. 20. num. 64. Ferer. conſi.
246. num. 2. volum. 2. & quod ortum habuit
ante captum iudicium, vt dictum eſt de teſte
deponente de auditu alieno. ſup. ſub nu. 158.
& ſi vis plene inſtrui quo ad teſtem de auditu
vi. D. Farinac. d. tract. de teſt. q. 43. à nu. 164.
vſque ad nu. 215. qui nil intactum relinquit.
verum teſtis de auditu alieno in cauſa aſſaſſi-
nij, & enormiſſimi delicti facit præſumptio-
nem, ex qua fit indicium in huiuſmodi caſibus
ad torturam. Marſil. pract. §. examinanda. nu.
28. & 29. nec refert quando teſtis deponit de
160 publica voce, & fama, an dixerit eſſe publi-
cam vocem, vel communem vocem, & famã,
vel ita publice per totum dici, quia idem ſunt,
vt per Ioan. Bapt. Ferret. conſil. 364. num. 3.
lib. 2. quem in prop. allegat Caualca. deciſ. 1.
in 2. par. num. 41. & aduerte, quòd teſtis de au
ditu alieno non probat etiam in caſibus, in
quibus ſpecialiter probatio valeret, quando
diceret audiuiſſe a parte illud, quod deponit,
vt per Thob. Nomi. d. conſil. 24. nume. 23. &
ſequen. & ad ſupradicta omnia vide Felyn. &
Aret. in dicto cap. quoniam de teſt. & Alexand.
conſil. 79. circ. fin. & conſil. 109. colum. ante-
pen. volum. 1. & ſi teſtis deponat de ſuo audi-
161 tu tantum, & non de viſu, ei penitus credi-
tur, vt infra num. 193. quæ opinio eſt regula-
ris, & communis, & procedit, quando notam
habet vocem contrahentium, vel delinquen-
tium, vt teſtatur Alex. conſil. 190. lib. 7. Pariſ.
conſil. 33. num. 1. lib. 2. Viui. comm. opin. lib.
primo, opin. 406. qui dicit, quod hoc non pro
cedit in teſtamentis, in quibus, & teſtatorem
videre, & audire loqui debent, vt præmonui

ſupra

ſupra num.80.par.2.& tradit Corn. conſi.18.
lit.D.lib.2.& Clar.lib.5. ſent.§.teſtamentum
q.59.& in alijs tribus caſib. neceſſe eſt, quòd
teſtes omnino videant contrahentes, vt pri-
mo in probando factum, ſecundo quando im
peritus, ideſt ille qui neſcit ſcribere contrahit
in ſcriptis. tertio quando fit inuentarium per
tex.& glo in l.fin.§.ſubſcriptionem. C.de iur.
deliberan.ita Bald. in dicto noſtro tracta.nu.
7.pat.3. & in pactis, teſtis non ſufficit, quod
dicat ſe fuiſſe præſentem tractatui, niſi etiam
dicat interfuiſſe concluſioni, glo.in l.elegan-
ter. ff.de cond.indeb. Gomeſ. var. reſol. titu.
de perfe. contrahen. verſic. proſequendo: &
teſtimoniũ de proprio auditu, vbi plene pro-
bat, vt per ſcrib.in l.teſtium de teſt. & in cap.
quoties, eod. & vt ſupra per adhuc.num.157.
operatur, quod transfert onus probandi in
Aduerſarium. Pacia.de probat.cap.10.nu.94.
lib.1. & ij teſtes qui de proprio auditu depo-
nunt etiam quòd dici poſſint ſingulares, quã-
do non eſſent conteſtes de tempore, nihilo-
minus coniunguntur ad cõuincendum illum
qui negat non dixiſſe id quod teſtis audiuiſſe
ab eo deponit; nam de proximo, & non de re-
moto probat. Guid.Pap. in ſuis deciſ.9. adde
quæ ſupra dixi num.130. lit. S. parte 2. ſecus
quando de alieno, & tales qui deponunt de
auditu tantum proprio, & non etiam de viſu,
debent reddere rationem, quomodo eum co-
gnouerunt, & qui tempore noctis deponunt,
cognouiſſe aliquem per viſum, debent expri-
mere, an luceret luna, vel quomodo cognoue-
runt illum. Cæp. caut.316. Cat. cor. memor.
162 verſic. teſtis deponit de eo. & debent teſtes
qui de auditu alieno deponunt, & quorum in
aliquibus valet teſtimonium, vt ſtatim dixi,
eſſe omni exceptione maiores, vt communẽ
ponit Ceph. conſil.82. num.45. & vide Cra-
uet.de antiq.temp.ſect. viſo de fama.nume.6.
cum ſequen.vbi ponit duodecim, quæ requi-
163 rũtur ad hoc, vt teſtis de auditu ſuo valeat,
& Curt.de teſt.concluſ.31. Dec.in l.1.nu.28.
ſi cert.petat.& ibi Curt.iun.num.57. Cephal.
conſil.140.num.29. vbi dicit, hos teſtes depo-
nentes de auditu proprio tantum, inducere
164 onus probandi in partem aduerſam. Socin.
conſil.45.colum.3. Nat. conſil.245. colum.1.
& ſequen.& Soarez. recept. ſent.verb. teſtis,
& ſi regulariter de auditu proprio fidem fa-
ciat, num.161.162.163.& 164. Cephal. conſi.
452.num.20.volum.4.Rom.ſing.45. Alexan.
conſil.77.lib.2.Gozad.conſil.15.nu.25.Curt.
de teſt.num.concluſ.31. & teſtis qui dicit co-
gnouiſſe aliquem ad vocem de die, vel etiam
de nocte, facit contra illum inditium ad tortu
ram. Iaſ.in l.non minorem, num.5. verſic.li-
mita ſingulariter. C. de tranſact. Bald. in l.ſi
non ſpeciali colum.1. C.de teſtam. Ploт.in re
165 pet.l.ſi quando, nu.845.verſi.fallit quarto.
Ad iudicem igitur ſpectat teſtem interroga-
re, vt dixi, & iuxta interrogatoria partis ad-
uerſæ in ciuilibus, & vbi videret caſum dubi-
tabilem, etiam iudex ex officio alia adhibebit
166 interrogatoria. text. in cap. in præſentium
de teſt. Spec. eod.tit.§. nunc tractandum, nu.
12.verſic.& aduerte, tex.in cap.cum cauſam,
de teſt.& ibi glo.in nouella.& eſt communis,
& practicabilis opinio, de qua Albetic. eod.
tract. cap.8.num.1.& 2. & circa interrogato-
ria quæ, & quando ſint admittenda vi.D.Me-
noc.de arb.iud.caſ.51. vbi late, Decia.cap.35.
num.38.in 1.volum. Nota tamẽ vnum, quod
in criminali, non datur de conſuetudine in-
terrogatoria contra fiſcum, ideſt ad deſtruen
dam fiſci intentionem iam fundatam, quod
eſt de communi ſtylo curiarum, vt pract. Fol-
ler.crim.fol.252. num.32.& Clar.§. fin.q.23.
verſic.item quæro; vbi rationem dixit eſſe,
168 quia fiſcus non ſolet probare contra defen-
ſiones reorum, neque datur ei aliquis termi-
nus ad repulſam, & allegat Carauit. idem te-
nere ſuper rit.mag.cur.258. num.3. quam ra-
tionem ceſſare inquit quãdo eſſet accuſator,
nihilominus concludit conſuetudinem, vt ſu
pra obſeruari, quod nullo in caſu contra fi-
ſcum dantur interrogatoria, & ratio etiam iu
dicio meo eſſe poteſt, quia fiſcus ſemper pro
bono Reipublicæ debet operari, cum publicè
interſit delicta puniri. l.ita vulneratus ad leg.
169 Aquil.aut facta.in fin. ff.de pœn. cum vulg.
ergo contra publicum fauorem eundum non
eſt, cap.odia.de reg.iur.facit tex.in l.nemo po
teſt.de legat.1.l.ius publicum de pact.& l.nul
la.de legat. Nihilominus ſolent, vt Mantuæ,
& alibi (præterquàm in ſtatu Mediolani) trãſ
miſſa inquiſitione, repeti teſtes ſuper ea cum
interrogatorijs ad inſtantiam inquiſiti, quæ
inquiſitio debet legi teſti repetendo, vt de mo
re ſuper capitulis, quando ſuper eis examinan
tur teſtes ad defenſam, qui pariter examinan-
tur ſuper interrogatorijs fiſci; & ſic par pari
referto, nam quemadmodum licet Reo dare
interrogatoria in repetitione teſtium ad of-
fenſam, ita & fiſco in examinatione teſtium
ad defenſam. iux.l.non licet actori quod Reo
permittitur, & hoc modo iudicium non clau-
dicat. eſt tamen aduertendum pro tutanda in
tentione fiſci, quãdo inquiſitus vult teſtes cõ
tra eum examinatos repetendos eſſe cũ eius
interrogatorijs, quod iudex admittat tãtum
interrogatoria, quæ reſpiciunt declarationẽ,
& non defenſionem Rei inquiſiti, ſed ea quæ
faciunt ad declarandum circunſtantias facti,
vt puta, ſi luna lucebat, vel quo genere armo-
rum vulnerauit, vel quibus præſentibus, vel
in quo loco, vel quomodo actus ſe habuit, &
de ijs ſimilibus interrogatorijs circunſtantia-
libus, prout ſubiecta materia poſtulat; ſed ſi te
ſtis pro curia examinatus dixerit vidiſſe vul-
nerari, & in repetitione pars inſtet interroga
ri, puta quòd erat obſcura nox, vel quòd luna
non lucebat, vel quòd paries aut homines
erant intermedij, non debet huiuſmodi inter
rogatorium admitti, itẽ ſi teſtis dixerit, quod
vidit Titium vulnerare Meuium ſclopo, & fa
ctum ſit ad inſtantiam Titij inquiſiti, interro
gatorium, quod dicat an viderit pilam intro-
eũtem, vel quod ibi alter erat cum ſclopo qui
vulnerauit, vel alio genere armorum, hæc &
ſimilia interrogatoria non ſunt admittenda,
quia ſunt capitulanda per Reum, & proban-
da capitula per alios teſtes ad inſtantiam ip-
ſius Rei. & hinc addendo ijs, quæ ſupra dixi
in 3.pat. vbi de negatiua loquutus ſum, Dico
quòd ſi Reus vult probare directo negatiuã,
videlicet non fuiſſe commiſſum delictum, vel
vult probare indirectè quod teſtes qui con-
tra eum depoſuerunt ſunt falſi, probando,
quòd ipſe accuſatus tempore commiſſi deli-
cti erat abſens iux. l. optimam. C. de contra-
hen.empt.& primo caſu teſtes debent remo-

uere

Digitized by Google

uere actum à ſenſu, non ſenſum ab actu, nam debent dicere quòd illa die, & hora qua dicitur fuiſſe factum delictum in tali loco, non fuit factum, quia ibi præſentes erant, & non potuiſſet fieri quin ipſi vidiſſent, & audiuiſſent, ita vt quod non ſufficit dicere ſimpliciter quod non viderint, nec audierint, nã hoc modo non remouent actum à ſenſu, ſed ſenſum ab actu, quia virtus ſtat ĩ ratione, vt quia addant, non potuiſſet fieri quin ipſi viderint, vel audierint, vt per Bald. Caſtr. & alios in d. l. optimam, & ideò ſi Sempronius accuſatus eſt, quòd impediuerit iuſtitiam, dum Beruarius capere volebat Meuium, dicendo *ſtate indietro*, & inclinando enſem, ſtansque in medio Beruarij, & Meuij: & teſtes examinati ad defenſam dicãt, quod Sempronius nullo modo, nec facto, nec verbis impedierit, ſatis probant, quia iſta probatio non dicitur generica, vt videtur in diuerſis terminis ſentire Nat. in conſil. 96. num. 5. vol. volum. 1. & Pariſ. conſi. 74. num. 45. lib. 1. quia per dictionem nullo modo complectuntur omnes ſpecies ſpecificè, l. quod ſi Meuius, & l. 1. ff. de penu. legat. no. glo. in l. à procuratore. C. manda. addendo quia erant præſentes, & multò magis tollunt dictum ad offenſam, quia per aliam rationem mouent actum enſis demiſſi, ſeu inclinati, quia Beruarius nimis furiosè irruens in Meuium impulit Sempronium, ex quo facto nimirum ſi Sempronius inclinauit enſem, & licet teſtes Sempronij non dicant, quòd propter impulſionem enſis inclinata fuerit, nihilominus infertur, quia intellecto à Beruario, quod exequi volebat iuſtitiam Sempronius enſem eleuauit, quod eſt ſignum pacis & vbidientiæ, ſicut inclinatio eſt ſignum offendendi, & eo magis, quando vna cum eleuatione; ſed declarauit verbis dicendo nequaquam velle impedire, ſed quod iter latus eſt, & cauere debebat, ne ipſum Sempronium impelleret, quæ impulſio declarat cauſam ob quam actus ſecutus eſt, vltra quod teſtes Sempronij numero, & dignitate præualent. quamuis probatio ad defenſam dubia. & non plenè cõcludens ſufficit. Dec. in l. non videtur, §. in pęnalibus, de reg. iur. vt per Doct. in l. vt vi. ff. de iuſt. & iur. & Boſſ. in tit. de defenſio. reorum. nu. 12. vbi dicit etiam ad defenſam credendũ teſtibus affinibus, & conſanguineis, & ipſe alibi dixi in hoc. tract. modò redeundo ad ſecundum caput, ſi Reus vult probare per indirectum ſe alibi fuiſſe eo tempore quo dicitur delictum fuiſſe factum, tunc neceſſe eſt vt teſtes deponant coarctatè, & de momento ad momentum temporis, dicendo quod continue per id tempus totum de quo depoſuerunt teſtes accuſatoris, Sempronius, accuſatus fuit in alio loco, & hoc quando locus non erat multum diſtans: quia ire, & redire poterat de dicto loco ad locum delicti in illo tempore, ſed ſi delictum fuit factum Mantuæ, & teſtes dicant, quòd Sempronius eo tempore erat Veronæ, vel Cremonæ, ſeu in alio loco in quo impoſſibile ſit, quod potuerit eo tempore ire, & redire, vel adeſſe in loco delicti, tunc non eſt neceſſe quod teſtes deponant de momento, & continuatione temporis, ſed ſat eſt, quod dicant ea die fuiſſe puta Mediolani, ita Doct. in d. l. optimam. C. de contrahen. empt. vbi Alberic. & pulcrè Boſſ. d. titu. de defenſ. Reorum nu. 15. & 24. & 29. vbi declarat Fely. & Doc. in c. ex tenore, de probat. loqui in probatione directa, & non indirecta. Qua de re ſunt bene conſiderandi iſti termini circa remotionem actus à ſenſu, & ſenſus ab actu. Nã remouere actum à ſenſu, eſt quando quis dicit tale quid, quia ſi factum fuiſſet ipſe vidiſſet, & audiuiſſet quia præſens ibi ſemper fuit, vel ſi dicat ego fui ſemper præſens, nec fecit Sempronius impedimentum vllo modo, nec verbis, nec facto, vel non potuit fieri quin vidiſſem, & audiuiſſem: remouere autem ſenſum ab actu eſt quando quis dicit ſimpliciter, eram præſens non vidi, quod factum ſit, vel non audiui, quia ſi non vidit, vel non audiuit, fortè defectus fuit in oculis, vel auribus, vel propter rumorem, vel diſtantiam, vel interpoſitionẽ alicuius perſonæ, vel rei, qđ videre, vel audire nequierit, & hoc caſu non probat, niſi diceret eram in domo, & mecum ſemper in domo ſterit Sempronius, & non vidi quod fecit id de quo imputatur, quoniam ſi conſtaret Sẽpronium manſiſſe in domo, & delictũ fuiſſe factum extra domum, probat ad defenſam non obſtante illa inſipida ratione quia non vidi, nam virtualiter colligitur quòd non fecit, per aliam rationem bonam quod ſterit ſemper in domo. Nunc redeundo ad materiam Interrogatoriorum dico non eſſe dandam copiam eorum propter timorem ſubornationis. Doc. in l. ſi is apud quem. C. de eden. Cano. in c. per tuas de teſt. ſicuti etiam dixi ex cauſa non dari copiam nominum teſtium examinandorum, neque examinatorum quando contra potentem depoſuerunt manu prom-
170 ptum. Debent pariter fieri interrogatoria in omnibus cauſis, tam circa eorum dicta, quã circa perſonam, quia toto poſſe curare debet iudex, vt veritas magis appareat. 30. quæſtio. vlt. cap. iudicantem, & in l. is apud quem. C. de eden. interrogabitq; diligenter de tempore, de loco, de indumentis, de viſu, de auditu, de geſtu, & odoratu, & de tactu, prout negocij qualitas expoſcit, item de vita, & moribus & de qualitatib. an pauper, affinis, inimicus, & quem ipſe mallet vincere, amicus plus vni quam alteri partium, & de qualitate amicitiæ, & inimicitiæ nunquid leuis, aut magna ſit, nũquid precium acceperit ad perhibendum teſtimoniũ, iux. §. Iulianus. l. 3. ff. eo. quod procedit quando accepit ne teſtimoniũ perhibeat, ſecus ſi iudicialiter datum ſit, quia poteſt ſecundum Specu. eod. tit. §. 1. verſic. ſed quid ſi dedit, & vide Put. de ſynd. in verb. corruptio. num. 18. & facit tex. & glo. in l. 1. de falſ. quam ſingularem dicit Iaſ. in l. Diuus. colum. pen. ff. de re iud. vi. Farinac. de teſt. quæſt. 67. ſub nu. a 30. cum multi ſeq. vbi de pena illius qui teſtem corrumpit, & ſub num. 255. aſt producens quod ſiue pars, ſiue dolus punitur etiam quod illius dicto vſus non ſit circa cautelam adhibendam in hoc caſu contra producentem teſtes, 5. parte 3. ſub numero 65. verſicu. item cautela. Clar. §. Falſum, verſicul. vtens falſo. & ibi Baiard. nu. 119. & an pars teneatur reſpõdere an vti velit vel nõ dixi ſup. nu. 15. in hoc. 5. par. Producens ergo teſtem corruptum ſecundũ Farinac. d. q. 67. nu. 282. perdit cauſam. & allegat inter alios Capic. Deciſ. 67. Boer. Deciſ. 291. n. 1. Bertazol. cõſ. 218. & alios vi. in criminalibus Clar. & ibi Abb. in d. §.

d.§. Falſum,verſ.producens,& quibus caſibus
teſtis corruptus probet, vi. eundem Farinac.
d.q.67.nu.280.281.& 282.vbi contra corrum
pentem quando eſt productus à parte contra
quam corruptus fuit, l. neque natales, C. de
probat. ſicut dictum eſt in materia ſuborna-
tionis, ſi eſt Chriſtianus, & confeſſus ſit hoc
anno peccata ſua, & ſanctam ſumpſerit Eu-
chariſtiam, & de cauſa ſcientiæ eſt potiſſi-
mum interrogandus in illis caſibus de quibus
latè ſupra nu. 85. in 2.par. alias iudex tenere-
tur parti ad intereſſe, ſecundum Aegid. eod.
tract. nu.19. & de omnibus ſupradictis inter-
rogationibus,vide omnino Spec.autigam om
nium pract.eod.tit.§.iam de interrogatorijs,
per tot.& Alber.eod.tract.cap.8.per to.& te-
A ſtis corruprus pecunia non facit fidem. Spec.
de teſt.§.2.verſic. quid ſi recipit, eſt tex. cum
glo. in c. licet de probat. & in cap.quoties de
teſt.& iſte non facit fidem, nec etiam ad pro-
bandam falſitatem alterius.Grammat.conſil.
35. nu.35. & Marſ.conſil.89.vol.2. & in ſing.
353.Bar.in l.s.de falſ.& pars,quæ teſtem cor-
rumpit non releuatur à pena etiam ſi eo non
vtatur. Angel. & Salyc. in l.falſos, C. de falſ.
quam legem de Iudice extendunt ad teſtem,
& ità fuiſſe obſeruatum inquit Boer. deciſ.
319.nu.6.fo.792. ſed ſi teſtis non eſſet corrup
tus pecunia, ſed ſubornatus, pars quæ talem
produxit teſtem deberet moneri oretenus,vel
in ſcriptis, an vti velit dicto ſui teſtis, quia ſi
dicit, quòd non,alio non conſtito eximitur à
pena falſi producentis. Marſ. omnino viden-
dus in l.1.per to.ad leg. Cor. de falſ. ſed ſi di-
cat,vti velle,conſtito de ſubornatione punie-
tur,vid.ſup. nu.69. & practica huius interro-
gationis ſumitur ex l.ſi vetis,C.de fid. inſtru.
& debet petens reſponderi proteſtando,& de
clarare velle argui de falſo teſtem,aut Inſtru-
mentum,ſecundum Bal.in l.diuus,ff.de falſ.ta
men in practica non detegitur animus perqui
172 rentis hanc proteſtationem,in ſumma ſicu-
ti diligens confeſſor examinando ſe gerit in
pœnitentem,& medicus in infirmum,ita & bo
nus,& prudens iudex erga teſtem ſe gerere de
B bet, iux.iuſſum,l.primæ,ff.eo.& l.primę,ſup.
ff.de Carb.edic.& in interrogando mutu de-
bet adhiberi confidens,qui diu per conuerſa-
tionem intelligat mutum, & intelligatur ab
eo.Mutusque interrogabitur per ſigna,& cir-
cunſtantias,& ſi ſcit ſcribere, legat capitula,
& interrogatoria, & ſcribat ſuam reſponſio-
nem,& illis qui notam habent muti intelligen
tiam datur iuramentum, vt in ſimili de inter-
prete dictum eſt ſupra nu. 128.c.teſtes, 3. q.9.
Iaſ.& glo.in l.diſeretis nu.9.& 10.nec eſt cum
tortura mutus in teſtem admittẽdus. Gomeſ.
var.reſol.tit.de Delic.nu.69.in fin. præſertim
quando eſt Mutus à natiuitate,vi.ſup. in 3. p.
173 ſub nu.36. Et ſi forte teſtis nollet reſponde-
re ad interrogata,eſt cogendus, tam in ciuili,
quam in criminali cauſa, arg.tex. in l.Labeo,
§. ſ.ff.de arbitr.pract.Foller.cano.fol.21. nu.
34. Clar. §. fin.quæſtio.24. verſic.ſucceſſiue,
vbi inquit ita obſeruari, & practicari. Ange.
de Peru.eod.tract.nu.21.Lanfran.in cap. quo
niam contra,in verb.teſtes, nu.31. de probat.
qui de communi teſtatur, & dixi ſupra in 1.
parte num.9.Alber.de Malet.eod.tract.par.2.
nu.55.& ſeq.vbi inquit,qualiter ſint cogendi,
174 & damnat hanc impulſionem fieri per miſ-
ſionem in carceribus,ſed hoc pendet ab arbi-
trio iudicis, datque modum, quod ſi teſtis ſit
175 eccleſiaſticus,cogendus eſt per cenſuram ec
cleſiaſticam,quæ cenſuræ, & comminationes
ſolent fieri,etiam generaliter contra illos,qui
de aliquo negocio occulto, puta de furto, &
re aliena ſubtracta non curant dicere verita-
C tem. An illæ qui iurauit non reuelare ſecreta
Amici teneatur ſub comminatione cenſuræ
Abb.in cap.dilectus,nu.5.de except.præl. vbi
quod ſi in iudicio cogatur dicere ſub iuramen
to veritatem, tenetur reuelare, & Rip.dicit,
quòd ſic tract.de remed. peſtis num.121. dixi
ſupr.in 1.par.num.5. lit.A. & in ſecunda par.
ptin.nu.59.lit.N. & Rip.vbi ſupra dicit,quòd
qui ſcit alium iuſte poſſidere non tenetur ſub
comminatione cenſuræ propalare, quia cen-
ſura intelligitur de iniuſtè detentoribus; inſu
per notandum eſt, quòd exceptiones quæ re-
pellunt perſonam teſtis propter delictum, vt
quia ſit infamis,latro,homicida,vel turpis per
ſona, non debent prouenire ab ore teſtis, niſi
à ſe ipſo dicat,nec debet de eis interrogari, vt
admonet Spec.tit.noſtro,§.iam de interroga-
torijs,quia nemo tenetur detegere hoc in ca-
ſu turpitudinem ſuam,l.alias,de iur. iura. nec
ſunt teſtes circumducendi niſi ſint malitioſi,
& videantur ſcire quod negãt,vt ſup. nu.135.
& ſeq.ſi verò eſt laicus, debet cogi per impul-
ſionem,& mulctari captis pignoribus,ar.l.pri
mæ,ff.ſi quis iud non obtemp.ſed hoc in ciui-
li, & leui cauſa,at in criminali, ſecundum vr-
176 gentiam negocij, nedum in dicta mulcta
ſed & minis,& carceribus, & quandoque vſ
que ad torturam deuenietur,vt per Clar. d.q.
24.& Lanfran.cap.quoniam contra,nu.55.&
ſeq. de probat. quod eo magis procederet,
quando alij teſtes,hunc teſtem reſpondere rę
cuſantem conteſtem dederint.Sed quando te
ſtis non eſſet in actu examinis, ſed ſolum vo-
catus,& citatus non veniret, tunc debet mul-
177 ctari tantum, & toties quoties iudici non
obtemperauerit,to.tit.ff.ſi quis iuſd. non ob-
temp.niſi aliqua excuſatione ſit dignus, puta
ſenectutis,infirmitatis,litigij,vel abſentiæ aut
officij publici,vel detentionis,quo caſu debet
mittere excuſatorem,faciunt quæ ſup.dixi, in
hac par.ſub nu.122.lit. X.circ.fin. & quamuis
in aliquo loco quis dicitur minor iudex reſpe
ctu maioris magiſtratus, adeo quòd non po-
teſt iubere illis, qui comprehenduntur ſub de
creto maioris magiſtratus, nihilominus in
178 hoc omnes poſſunt cogi indiſtinctè à quo-
uis iudice, ſcilicet ad perhibendum teſtimo-
nium,quia hoc non inuenitur prohibitum, er
179 go remanet ſub diſpoſitione iuris commu-
nis, per quod omnes tenentur perhibere te-
ſtimonium,to.tit.de teſt.cog. nam ille qui re-
cuſat dicere veritatem mortaliter peccat, vt
dixi ſupra in princ.huius tract.per diſpoſitio-
nem tex.in cap. ſi quis, 11. quæſtio.3. num.5.
lit.& conferunt ea quæ in 3.par. nu.59. lit.N.
ſcripta ſunt verè in cauſa ciuili teſtes omnes
cogi poſſunt quando eſt neceſſaria eorũ depo
ſitio (licet ſint Parentes Affines, inimici Par-
ticipes rei,vel affectionis, vt hic) ſed in cauſa
criminali nequaquam niſi quando veritas a-
liunde haberi non poſſit, ſed eorum dicta nõ
ſunt ſufficiunt niſi ad aperiendam viam Iudi-

L ci

Digitized by Google

ci ad inquirendum,vt practica ſeruat, & non
in delictis leuibus,ſed grauibus,& atrocibus.
nimis durum eſſet quod vxor contra maritũ,
filius contra Patrem,frater contra fratrem,&
huiuſmodi teſtificantes probarẽt taliter quod
ex eorum depoſitionibus ſui cari punirentur,
natura repugnante.vi.ſup.in 4. par. & latè de
teſtibus cogendis,vel non vi.D.Farinac.q.53.
61.77.& alibi, vbi de teſtibus ſubtrahentibus
ſe à teſtificando odio,gratia,pręmio,vel timo
re, car. 386.& 388. vbi ex quibus cauſis cogi
poſſunt, & ſi quis interrogatus cur aliquid fe-
cit mali, vel dubitatiue an tale quid fecit, vel
interuenit,& taceat, in criminalibus ſibi præ-
iudicat,quo ad forum fori.Marſ. §.cri. §. dili-
genter nu.134.quod in Reo procedit,ſecus in
teſte,vi.ſup.in 3.par.nu.200. niſi teſtis interro
gatus nollet reſpondere,quia poteſt torqueri
tanquam ſuſpectus. Maſcard.concluſ.1368.
vol.3.dixi ſup.nu.173.& tacens veritatem fal
ſum committere dicitur, vt dicit Bal. de Pe-
ruſ.eod.tract.parte ſecunda,num.5.quodque
notandum ait. quatuor enim modis opprimi
tur veritas,timore,cupiditate,odio,& amore,
180 cap.quatuor,11.quęſt.3.& patet ſenſui,quia
alias iuſtitia non ſortiretur effectũ ſuum,con-
tra iura tam diuina, quam humana, quod ve-
rum dico,quando iſti nobiles comprehenſi in
decreto maioris magiſtratus ſunt in loco, in
quo de delicto cognoſcitur,& ibi permanent,
ſat eſt applicari cui de iure ſpectat, & ideo D.
Siluius Saluaticus Papienſis ciuis valde po-
tuit erubeſcere, cum diebus præteritis hac de
re mecum ſine legibus loqueretur, §.erubeſci
mus in authen.de trien.& ſemiſſ. ſed illæ per-
ſonæ priuilegiatæ, quæ alias non compellun-
tur teſtificari de quibus in l.Iulia, & in l.inuiti,
la t.de teſt.& de quibus latè Docto.in l.pa-
rentes,C.eod.& infra dicam num.187.in hac
181 parte, ſi eorum priuilegium minime allega-
uerint,quare compellendi non ſint, & teſtifi-
care cogantur, non eſt præſumendum poſtea
quod inuiti teſtificauerint, vt per Frãc. Brun.
182 inter trac.crim.diuerſo ti.de indic. & tortu.
nu.13.& ſi ſuum allegant priuilegium, & non
probent,pariter poſſunt compelli,quia priui-
legium eſt facti,& facta non præſumuntur ni-
ſi probentur,l.in bello,§.factæ,de capt. & po-
ſtli.reuerſ.& in terminis tradit Bart. in repet.
l.ex quacunque nu.24.& ſeq. ſi quis in ius vo-
can. non ierit, vbi priuilegiatus non compa-
rens mulctari poteſt, intellige de priuilegio
183 principis. Nam in magiſtratu præſumitur
ignorantia, non quo ad ius, & ſtatuta ex qui-
bus quis eſt priuilegiatus, ſed quo ad alia,niſi
probetur ſcientia,tex.in l.prima, §.magiſtra-
tus,ff.de magiſtr.conuenien. quem ad hoc al-
legat Pariſ. tract.ſynd.in verb.negligentia,c.
3.nu.2. & eſt tex.in l.ſi vnus, §.pactum, & ibi
glo. verb. in opponendo do pact. & facit Ga-
ſpar Caball.milleloq.856.nu.3.in 2.parte,vbi
185 dicit prius oportet priuilegium probare an
tequam ſententia feratur, exemplo militis,
186 qui fundatur in priuilegio.Item quamuis de
priuilegio conſtaret, ſi veritas aliter haberi
non poſſet, etiam hoc in caſu huiuſmodi per-
ſonæ priuilegiatæ compelli poſſunt ad teſtifi-
candum. Imo.in cap.ſuper,de teſt.Hoſtien.&
communiter Cano.in cap.primo, de teſt.cog.
Bal. in cap. delictorum, co. quem omnes ſe-
quuntur,vt refert Blanc.in trac.indic.nu.357.
& 350.Io.Crot.eod.tract.nu.199. niſi aliter à
ſtatuto caueatur,vt Mantuę rub.8.& perſonę
187 priuilegiatæ à iure ſunt pater & filius,frater
& ſoror,vir,& vxor,gener & ſocer,ſobrinus,
vitricus & priuignus, qui omnes de iure non
debent compelli ad teſtificandum cõtra ſuos
correlatiuos,quia diſpoſitum in vno correla-
188 tiuorũ, in altero diſpoſitum vniformiter in
telligitur,l.fi.de acceptil.l.fi.in princ.C.de in-
dic.vid.tollen.Alb.Malet.eod.trac.c.6.par.3.
& ratione,quia nequaquam licet arma ſume-
189 re de domo rei,vt not.Doct.in rub.& l.1.&
2.C.de eden. Hinc eſt quod ille, qui produxit
teſtem pro ſe non cogitur eundem pro Aduer
ſario producere,per l.nimis graue, C. de teſt.
190 vi.Clar.q.24.ver. penult.& veritas aliter ha
beri non poſſe dicitur, quando ex natura ne-
gocij,etiam veriſimili haberi nõ poteſt: item
quando veriſimiliter plures teſtes illi actui
adeſſe potuerint,& tamen qui adfuerunt ſunt
191 inhabiles;& paria ſunt aliquid non adeſſe,
vel adeſſe inutiliter, & non apparere, l. eum
qui circa, de priuil. cred. l.duo Titij,in fin. de
teſta.Item quando probatio non poſſet plene
haberi, niſi etiam admitteretur alter inhabi-
lis,caſu quo ibi pariter adfuerit,ita ex declara
tione Anto.de Butr.in cap.tertio loco, de pro
D bat.& Iaſ.in l.1.C.de ſum.Trin. & fide catho.
Item quando cadit difficultas probãdi,admit
tuntur probationes minus integræ,c.tertio lo
co,de probat.cap.illud de præſumpt.l.conſen
ſu de repud.Clar.q.24.verſic.ſciendum, & D.
Menoch.de ar.iud.caſ.116. ab ijs tamen exci-
piuntur inimici,& partes principales. Gram-
mat.conſ.45.nu.15.& 16. cum ſeq. & in pro-
banda inueſtitura admittuntur teſtes de do-
mo aduerſarij,Bald.in tit.ſi de inueſtitu.inter
do.& vaſſ.c.1.de feud.& ſufficit de conſuetu-
dine quod veritas ab alijs haberi non poſſit,
quando à communiter accidentibus alij te-
ſtes haberi non poſſunt,abſque illa conſidera
tione actu,& habitu,de qua Gram. deciſ. 34.
nu.7. & in practica tam habiles quàm inhabi-
les omnes, qui ſunt informati examinantur,
& fit poſtea trituratio, & melior elicitur pro-
batio, omneſque deſeruiũt iudici, nam aliqui
probant,alij viam aperiunt iudici,alij faciunt
numerum, & partem notariorum marſupijs,
& teſtes illi qui ſunt inhabiles inhabilitate vi-
tioſa ab eis cauſa admittuntur cum tortura
ſi veriſimilia deponunt, & propter difficulta-
tem probationum, & in cauſis arduis, & etiã
leuibus.Maſcard.de probat.concluſ.1359.Ca
rer.prac.cri.nu.56.& Marſ.prac.cri.§.diligen
ter.Alex.conſ.112.vol.2. Grammat. conſ.26.
Gabriel.concluſ.8.de teſt.teſtes vero qui ſunt
inhabiles inhabilitate non vitioſa, vt affines,
conſanguinei, domeſtici, familiares, compa-
tres,minores,fœminæ, & huiuſmodi admittũ
tur in criminalibus ad defenſam, vt ſupra di-
xi ſub nu.186.in ciuilibus verò indiſtinctè ad-
mittuntur quando ſunt probatæ fidei, & inte
gritatis.Crot.de teſt.num.85.& 86. Gigas, de
cri.læſ.Maieſt.lib.2.tit.quomo. & per quem,
q.9.nu.7.Doc.in cap.in literis de teſt. & alios
multos cõgerit Baiar.per to.illã q.64.ad Clar.
& quia ſunt ſtatuta per Italiam quibus reſer-
uantur exceptiones teſtiũ in fi.litis,vt eſt Me-
diol.rub.23. vbi Carp. ideo ne conteratur tẽ-
pus

pus circa inueſtigandas teſtium qualitates, attenditur cauſa principalis, & poſtea in fine examinantur obiecta, & in hoc caſu ſtante hac diſpoſitione ſtatuti, ſi teſtis fuerit examinatus ſuper repulſa, qui non debuerat examinari, ſaltem ante tempus, non probat Bar. in l. maritus, de quæſtio. vi. Maſcar. de probat. concluſ. 1359. Crot. eod. tractat. num. 71. & pract. Stiac. capit. 18. num. 9. Blanc. d. tract. de indic. num. 354. Alex. conſil. 65. num. 8. in 2. volum. in ſumma omnes teſtes inhabiles non ipſo iure, ſed ope exceptionis, vt domeſtici, familiares, affines, pauperes, viles, & intereſſati de quibus ſupra, & infra dicam, admittuntur quando veritas aliunde haberi non poteſt, & inhabilitas ex vna cauſa tantum, ſcilicet vnius tantum exceptionis prouenire debet: nã ſi teſtis plures pateretur exceptiones non eſſet etiam hoc caſu admittendus. Gabriel. cõcl. 3. nu. 13. de teſt. & alios quos adducit Pacia de probat. in Addit. lit. D. e. 10. lib. 1. vbi dicit, quod teſtis inhabilis admiſſus propter difficultatem, ſeu neceſſitatem probationis, non facit plenam, ſed qualem probationem, ſecundum Grammat. conſil. 59. nu. 12. & Rol. conſil. 24. nu. 69. vol. 1. & alios vt ibi per eum, verum in practica aliter ſeruatur ne delicta remaneant impunita. Nec debet eſſe in facultate partis, aut Iudicis aſſeuerantis veritatem aliunde haberi nõ poſſe, ſed expedit, & ſat erit vt ex actis colligatur, non obſtante illa addit. aſt Capell. Toloſ. q. 4. vbi nec actu, nec habitu veritatem haberi non poſſe conſtare debere, et Marſ. in ſua pract. d. §. diligenter, nu. 81. & 84. ſed Clar. §. fi. q. 24. verſ. ſciendum, ait ſat eſſe quod alij teſtes ibi non fuerint, ſed ipſe dico, ſat eſſe ſi ibi alij teſtes non fuerint, vel ſi fuerint non audiuerint, vel viderint, vel abſentes, aut mortui, vel impediti adeo ſint quòd minimè haberi non potuerint, immo, & ſi alij ibi fuerint, ſed non nominati in proceſſu, nec Iudici quamuis facilimè haberi potuerint, & à Curia ignorantur, in hoc caſu teſtes inhabiles admittuntur, & ſic verificatur dictum Plot. in l. ſi quando, nu. 38. & 39. C. vnde vi. qui cum alijs dicit arbitrarium eſſe iudici veritatem aliter haberi non poſſe, alioquin ſi dicta duo requiſita videlicet actu, & habitu forent neceſſaria, non eſſet arbitrarium Iudici vt ſupra, & Iudex à ſe ipſo poterit ſe informare an alij teſtes haberi potuerint. Soc. conſil. 136. præſtantiſſimè, vol. 1. Sfor. od. de reſtitu. in integr. q. 48. nu. 47. Vltra quod ſunt certi caſus, qui ferè ſciri nequeant niſi ab intereſſatis, vt in ijs quę in conſilio, aut in capitulo, ſeu collegio tractantur. Alexand. conſ. 152. nu. 11. vol. 5. Graminat. conſ. 45. nu. 31. ſicuti de ludentibus in ijs, quæ in ludo fiunt in quibus etiam Barri admittuntur. Saly. in l. ea quidem nu. 103. & ibi apoſtill. C. de accuſat. & de ijs quæ fiunt in proſtibulo, quia lenones, & meretrices probant. doc. in l. teſtium fides, vbi limitant. ff. de teſt. Compelluntur etiã
192 perſonæ priuilegiatæ ſiuè à principe, ſiue etiam ſi iure communi ſunt priuilegiatæ perhibere teſtimonium in crimin. læſæ maieſt. hæreſ. & ſymo. vt ſupra dixi nu. 6. in 1. parte, ea ratione: quia in ijs criminibus teſtium omnium, vna eſt conditio, propter immanitatem
193 ſceleris. Sed quando exciperetur veritatem aliter haberi non poſſe, ideò que teſtem priui-

legiatum cogendum fore ad teſtificandum, tunc excipienti hoc onus incumbit probandi, vt inquit Butr. in cap. ſuper, de teſt. & Alber. Miler. dicto cap. 6. nu. 25. & eſt tex. in l. eius militis, §. militia miſſus, ff. de re milit. Fely. poſt Abb. in dicto cap. ſuper eo. de teſt. cogen. vnde concludendo dico, quod quædam ſunt per
194 ſonæ priuilegiatæ, & licet non compellantur ire ad perhibendum teſtimonium, ſed debeat mitti ad eas examinator, iux. diſpoſitionem tex. in l. ad egregias de iureiuran. de quibus ſupra dixi, nu. 89. hac eadem parte, tamen teſtimonium tenentur perhibere. Aliæ ſunt quæ ſunt priuilegiatæ ad hoc, vt non compellantur dicere teſtimonium, & iſtæ ſunt quas mox ſupra adduxi, num. 212. tamen compelluntur ire ad iudicem, alias mulctantur tot. tit. ſi quis iudic. non obtemp. & Barto. in l. ex
195 quacunque, num. 24. ff. eod. ſi quis, &c. Sunt quædam aliæ perſonæ, quæ nullo in caſu compelluntur teſtimonium dicere, nec etiam iudici obtemperare, & iſti ſunt, qui non recognoſcunt ſuperiorem, ſed quando in actu ſacramentalis confeſſionis confeſſori dictum eſt aliquod ſecretum, ille confeſſor non tenetur, nec poteſt compelli, etiam quod veritas aliunde haberi non poſſit reuelare. Bar. in l. Archigerontis, C. de epiſc. audi. tex. in cap. omnis vtriuſque ſexus, de pœnit. & remiſſ. niſi fortè Confeſſor habuerit licentiam à pœnitente reuelandi: Item ſecus eſt quando amico fideli aliquid confertur ſub ſigillo, confeſſionis, quia in cauſis arduis quando veritas aliunde haberi non poteſt tenetur, dixi ſupra nu. 175. lit. N. ſed Sacerdos poſſet reuelare delictum, non autem perſonam delinquentem quando ſub ſacramentali confeſſione ſciuit. Innoc. in d. c. omnes vtriuſque de pœnitent. Cum igitur
196 dicta teſtium erunt per notarium actorum in ſcriptis redacta, iux. ea quæ ſupra dixi, nu. 125. & cauetur in l. curent, ff. eod. & in l. plures, C. de fide inſtrum. Illa ſunt legenda apte, & clare teſti audienti, vt ſi forte vellet addere, minuere, aut corrigere, & ſtatim dicat ſe melius recordari poſſit; & intellige hoc ſecundum ea, quæ ſuperius dicta ſunt, num. 170. in proxima præceden. par. vi. pariter Felyn. in c. per tuas, col. pen. de teſt. Bal. in l. fin. C. plus valere, & hanc practicam, vltra quod valde conſonat rei, & pollet ratione, Boſſ. in titu. de tortura, nu. 24. dicit vidiſſe obſeruari, à quodam Doctore maximo, & reuera eſt ſeruanda, nam ſæpenumero locus ipſe iudicij, & tribunali,
197 præſentia iudicis, & terror timidos reddit teſtes, confuſóſque immemores, & ambiguos,
198 præſertim propter nimiam quandoque ſubtilem, & odioſam fiſci perquiſitionem, vt de more, qui non ceſſat continuo interrogare, increpare, & terrere in omni impatientia, & modica doctrina, cuius quidem nomen eſt odioſum, quia certat de pœna, & lucro odioſo cum iactura alterius, arg. l. ſi quis vxori, §. 1. de fur. ſecundum Saly. in l. parentes, C. de teſt. & ſequuntur alij quos allegat Benedic. in cap Raynutius, verſic. qui cum alia, &c. numero 259. vi. ſup. numero 168. & hoc timore cauſæ criminales non deberent delegari fiſcalibus, arg. l. prima. C. ne quis in propr. cauſ. Demum ſi iudex videtur omiſiſſe teſtem interrogare ſuper aliquo interrogatoriorum

Digitized by Google

partis, poterit rurſus parte ſic inſtante repetere teſtes ſuper omiſſis interrogatorijs, dicto cap. per tuas, vbi Innoc. extra de teſt. alias nõ tenetur niſi petatur, l. quarta, §. hoc autem iudicium, ff. de damn. infect. alioquin appellari poſſet Fely. in cap. per tuas extra de teſt.

200 Hic vltra ea, quæ dicta ſunt opportune de repetitione teſtium ſciendum eſt, quod in cauſis ciuilibus teſtes minime repetuntur, authent. qui ſemel, vbi Doct. C. de probat. d. cap. per tuas, de teſt. glo. in cap. cum clamor, & ibi Fely. eo. & eſt generalis opinio. Fallit primo, quando iudex omiſiſſet eos interrogare ſuper aliquo capitulorum partis, quia inſtante parte rurſus repeti poſſunt, vt dicto capit. per tuas, de quo mox ſupra dixi numero 119. & trad. Boſſ. d. tit. numero vigeſimoſexto, quæ opinio cõmunis eſt, vt omnino Nell. de teſt. numero 99. Fallit ſecundo, quando teſtes obſcure depoſuiſſent, adeo quod opus eſſet iudicem rurſus eos repetere ad declarandum eorum dicta, vt per Cano. omnes in dicto cap. cum clamor, & in dicto cap. per tuas vbi iudicem ad hoc compelli non poſſe aiunt, & latiſſimè per celeberrimum Iuriſc. D. Carolum Caualcanum patrem meum honor. in ſuis reſp. numero 237. Tertiò fallit quando ſubeſt aliqua rationabilis cauſa repetendi ſecundum Dec. conſil. 175. col. penult. verſic. tertio reſpondetur, & quæ ſint iſtæ cauſæ, infra dicetur, & ſub numero 212. Quarto fallit quando teſtis confuſe teſtimonium perhibuit, quia ex officio, & non ad inſtantiam partis propter periculum ſubornationis eſt repetendus, glo. in cap. in præſentia, in verſic. verbum, lit. D. in fin. extra de probat. Quinto, fallit quia ſuper nouis interrogatorijs, tam ex officio, quam ad inſtantiam partis poterit teſtis iterum examinari, vt in cap. per tuas, de teſt. Sexto fallit, quando contra debitorem ſuſpectum ſumptæ fuerint ſummariæ informationes, nam eo capto debet fuga iuſtificari legitimo modo, & D. Menoch. caſ. 109. numero primo, & Fely. in cap. ſecundo, ſub numero decimo, de teſt. & ibidem Aret. vbi alias fallentias ponunt, vt quando ad perpetuam memoriam, & quando ſuper comminatione excommunicationis depoſuerunt, in cauſa criminali eſt omnino neceſſaria repetitio, non obſtante quacunque libera procedendi facultate conceſſa, etiam omiſſis ſolemnitatibus, Marſ. in repet. l. de vnoquoque, numero decimo, de re iud. vſque ad numerũ 20. Boſſ. in tit. de opp. contr. teſtes, num 34. & Clar. quæſt. 45. verſic. Cæterum, & quid importet clauſula, ſupplentes omnes defectus, vi. trac. clauſ. Vgo. Celſ. in clauſul. reſcript. fo. mihi 672. vbi operari dicit circa defectus iuris poſitiui tantum, & non iuris naturalis. Cat. in clem. 2. §. ceterum de re iud. Alex. conſil. 79. vol. 1. Abb. in cap. 1. nu. 5. verſic. ſupplentes extra, de tranſact. Caualca. deciſ. 46. num. 402. in 1. par. fallit in crimine læſæ Maieſtatis, Aſſaſſinij, Hæreſis, & huiuſmodi atrociſſimorum delictorum, de quibus Foller. prac. crim. par. 3. verſ. & demum repetantur. Fely. in cap. frequenter in princ. vt lit. non conteſta. Diaz. prac. cap. 92. num. 20. Gramat. conſ. 40. nu. 7. Capic. deciſ. 155. col. antepenult. contra quos Burſat. ſentire videtur in conſil. 201. num. 113. vol. 2. cuius opinio videtur de iure verior; ſed quando datum eſt liberum arbitrium & abſolutum, vt in materia Brachij Regij, tunc videtur poſſe deueniri ad condemnationem, abſque repetitione, nec diſſentire videtur Burſat. ibi in d. conſil. 201. ſub num. 113. 114. & 115. Verum in Dominio Veneto Capelleti maiorem habent authoritatem: Nam habita quali informatione oretenus de huiuſmodi ſceleſtibus viris, ſi reperiantur ab eis, ſtatim captis, & genuflexis delicta confitentibus amputant eorum capita, quæ ferunt ad illum iuſdicentem ſub quo degunt, & cadauera ſinunt in aruis, & via publica, ita vt ſine proceſſu, executio fiat ſtatim contra hos facinoroſos ob frequentiam iſtorum latronum, ſed Foller. vbi ſupra numero 41. videtur quod in dictis criminibus teſtes non repetiti probant quo ad torquendum: vnde ſi Reus fateatur non ſit opus alia repetitione, ſecus ſi neget. Boſſ. in tit. de conuic. per tot. non enim quis poſſet ex teſtibus, vti conuictus damnari, niſi ipſis ritè receptis, & ita practicatur quotidie.

Quid ſi Reus fuerit poſitus in Banno, ſed ante ſententiam diffinitiuam compareat, an etiã ſit neceſſaria repetitio, & dico quod ſic, quia ex illo banno adhuc non dicitur omnino bannitus, vt haberi poſſit pro confeſſo, & conuicto, ſed requiritur ſententia diffinitiua, vt per Clar. quæſt. 44. verſic. quæro nunc, & ibi Add. Baiar. & Cartar. de execut. ſentent. capt. Bannito, §. fin. numero 174. & ſub numero 175. allegat Rim. iunio. conſil. 647. numero 49. volumine 6. & ratio eſt, quia tale bannum extinguitur per comparitionem ante ſententiam. Soc. in cap. qualiter, & quando il ſecundo, numero 994. de accuſat. & non poteſt ex tali banno torqueri ſine alijs inditijs. Foller. pract. in 3. par. in ver. & ſi confitebuntur, num. 8. vſque ad num. 32. vbi plures tradit limit. ſed quando eſt bannitus, & in banno per ſententiam diffinitiuam confirmatus, tunc non ſit repetitio quando eſt captus, vel ad nouas defenſiones admiſſus. Clar. d. §. fi. d. q. 44. verſ. quæro nunc; & ratio eſt, quia poſitus in banno ſimpliciter habetur pro confeſſo reuocabiliter, ſed poſt ſecutam ſententiam habetur pro confeſſo irreuocabiliter, pulcrè Caſtrenſ. conſ. 3. ſuper primo quæſito, vol. 3. vbi de materia huiuſmodi banni. Sed nunquid dictum Socij criminis, iterum parte inſtante ſit repetendũ poſtquam eius dictum fuerit in tortura repertum (vt fieri ſolet) antequam Reus conſtituatur, ad hoc, vt faciat indicium contra conſocium, vt ſupra dixi in 4. p. ſub nu. 68. & reſolutiue hoc dictum non valet etiam quod in tortura depoſuerit, & cum iuramento, niſi parte citata. Marſ. ab omnibus ſequutus in ſua prac. §. Diligenter ſub nu. 59. cum mul. ſeq. idem in conſ. 65. nu. 64. Bertazol. cõſ. 342. nu. 30. cum ibi per eum adduct. lib. 2. pulcre Burſat. conſ. 201. num. 144. verſ. 8. Gomeſ. var. reſol. tit. de Delict. c. 12. nu. 38. Qua de re ſi pars non citata repetitionem teſtium fieri requiſiuerit, concedi debet; idem quando ſuper ſuis interrogatorijs Socium repeti requiſierit, alioquin eius dictum nõ tenet. Homod. conſ. 101. nu. 26. cũ ſeq. vi. inf. de Brach. Reg. & Bertazol. conſ. 359. nu. 23. lib. 2. & Vim. co. opp. 26. Maſcar. de probat. concluſ. 336.

200 Rurſus in materia repetitionis ſi Iudex fue
rit requiſitus examinare etiam ad inſtantiam
Rei teſtem, qui fuit examinatus ad inſtantiam
Actoris, remota probabili ſubornationis ſu-
ſpitione tenetur concedere, vt in iudicio ſer-
uetur æqualitas, l.fin.C.de fruct.& lit.expenſ.
in iudicijs de regul.iur.non enim debet licere
actori, quod Reo non permittitur, ſimiliter te-
ſtes producti pro fiſco qui ſint, ſiue idonei, ſi-
ue non, & ſiue ſuper capitulis, ſiue ſuper inter
rogatorijs Reorum ad eorum inſtantiam de-
bent examinari. Homod.conſil. 101. numero
vigeſimoſexto, quia in hoc fiſcus non inueni-
tur priuilegiatus, ſed quod ei licet, vtique Reo
permittitur. Peregr. de iur. fiſc. vnde ſi ex ali-
qua cauſa vrgenti Pater contra filium, frater
contra fratrem, vxor contra maritum, & econ
tra, & ijs ſimiles fuiſſent examinati, ſiue ad in-
ſtantiam actoris, ſiue inſtante fiſco pro fun-
danda eorum intentione, vtique pro Reis re-
cipi poterunt, ſed iudex vtroque caſu arbitra-
bitur quãta fides eis adhibenda erit, iux.l.3.de
teſt. & capit. Iudicantem, tertia quæſtione
quinta, ſed an iſti ſint admittendi, dixi ſupra
in tertia par. Nec teſtes deberent iterum ad-
mitti ad deſtruendum de directo eorum di-
cta, quando maxime ſubeit timor suborna-
tionis, per ſupradicta; ſed ad fauorem defen-
ſioonum pro Reis, teſtes recipi poſſent ad de-
fenſam, etiam ſi noo eſſent omni exceptione
maiores, Mazol. conſil. ſeptuageſimoſepti-
mo, numero decimo, Maſcard. de probation.
concluſ.904, Gabriel.concluſ.vigeſimoſecun-
do, Viui. comm. opp. 960. ſed in ſocio crimi-
nis nullo modo procedit, niſi, vt ſupra Ma-
ſcard.concluſ.1311.& 1357. verum Bertazol.
conſil.538.volumine ſecundo, contrarium te-
net, tamen remitteodum eſſe cenſeo religio-
ni recti indicis, & ſi admittuntur contra
Reum (qnod magis eſt) cur non deberent ad-
mitti, pro & ad defenſam, per ſupradicta. ad
repulſam tamen admitti noo debent, quam-
uis defenſiones reſpiciat, quia repulſa eſt res
odioſa. Doc.in l.parcores, vbi Bald. & Salyc.
C.de teſt.& dixi ſupra, in quarta par. Item in
cauſa reconuenrionis teſtis pro Actote reci-
pi poterit etiam pro Reo, immo ſi cauſa fue-
rit annexa, dictum teſtis examinati pro Acto-
re, poterit exhiberi pro Reo (ſi petierit) at ſi
cauſa erit diuerſa, denuo teſtis pro reo exa-
minabitur eo inſtante, Bar.in l.nimis graue, &
Fely.in cap.de teſtibus, eo.tit.vi.ſupta in ver.
teſtis qui contta aliquem, &c.
201 Modo redeundo ad ipſam repetitionem
dixi illam in cauſa criminali penitus neceſſa-
202 riam, quoniam antequam oomeo delin-
quentis receptum ſit inter reos, ſumuntur in-
formationes ſæpenumero ex officio, vt docet
Saly.in l.fio.in fin.ff. de quæſtio, & ibi Blanc.
numero 335.qui dicit, tunc oomen receptum
fuiſſe inter reos, quando citatur delinquens,
vt ſtatim dicam: immo aliud eſt eſſe Reum,
vel quod nomen rei ſit receptum inter Reos,
primo caſu ſit Reus per citationem, ſecundo
caſu per contumaciam, ſed penes me hæc ſub
tilitas non tenet; ſolum attenditur qnod no-
men rei ſit receptum inter Reos, & facit Grã-
mat. conſil. crimin. 15. numero primo, & ſe-
204 quent.& ita in effectu practicatur. Et quia
hæc dicta recepta ad informandum tanquam
ante litem conteſtatam non tenent, vt dixi ſu
pra numero trigeſimoſeptimo, in ſecunda
parte, & melius in tertia par.ſub numero ſep-
tuageſimooono, lit. B. & vide de conteſtatio-
ne litis in cauſa crimin. Farinac. de Inquiſit.
quæſtione decima, numero quinquageſimo-
205 ſeptimo, fo. 82. & dicitur lis conteſtata
quando nomen rei eſt receptum inter reos,
206 ideo fit, quod citato reo, & comparente, ſi
neget delictum iam indiciatum, tunc opus eſt
fieri repetitionem teſtium, deinde teſtium, &
rei adinuicem confrontationem: & repetitio
207 nil aliud eſt quam noua examinatio ſuper
eodemmet examine iam facto, ar.l. repeten-
di, ff.de quæſtio. pulcrè Octa. Pedamon. deciſ.
vigeſimooctauo, vbi dicit quod quando facta
eſt propalario, ſiue in iudicio ſummario, ſiue
coram iudice eccleſiaſtico metu cenſuræ ec-
cleſiaſticæ, tunc repetitio teſtium debet fieri
cum pleno examine, & non per ſolam rela-
tionem, videlicet remittere ſe ad iam per eum
depoſita, ſed extensè, ac ſi non fuiſſet alias exa
minatus iterum examinari debet coram Iudi
ce cauſæ. Doct. Menoch. de arb. iud. caſ. 109.
vi. Bal.in l.fin. C. de teſt. & hoc quotidie eue-
nit. Boer. deciſ. 108. numero quarto, & nono,
eſt verum quod ſi teſtis petat ſibi legi totum
eius examen, & illud de verbo ad verbum con
firmet, ſat erit, d.caſ. 109. num. 11. & Marant.
de ord.iud.6.par.de productione teſtium, nu-
mero vndecimo. Petr. Grillan. inter tractar.
crimin. diuerſ. de modo procedendi, artic.
215. & 221. ſed ſi iudex vult recipere iterum
dictum teſtis extenſe poteſt inuito teſte. Cau-
tela eſt ad euitandum falſitatem, quòd teſtis
petat ſibi exhiberi ſuam primam depoſitionẽ,
vt poſſit recte informari, et bene conſiderare,
& rememorare ea quæ iem depoſuit, nec inci
dat io errorẽ in ſecundo examine, et ſi eam ha
bere non poteſt, vt quia depoſuit corã alio Iu
dice, alia cautela vtatur proteſtando qd ſi ali-
ter dicere in repetitione acciderit contra, vel
præter id quod prima vice depoſuit, intendit
ſe conformare cum primo dicto, & ex nunc ſe
corrigere ſi aliter iam dixiſſe apparebit. Bart.
in l.ſi cum §.a me, ff.de public. Tind.de teſt.ca
pit.10.Doct.in authent.ſacramenta puberum
de iureiurando, vi.Barto.io l.eos, ff.de falſ. vbi
dat cautelam, vt teſtis dicat ſe referre ad eius
primum examen, quæ relatio eſt Admittenda,
vt inquit Natta conſilio 537.numero octauo,
D.Menoch.de arbitr.caſu centeſimodecimo-
nono. Ego autem non admitterem hanc re-
ſponſionem, ſiue in teſte, ſiue in Reo; in teſte
niſi factum eſſet antiqnum, vel non de recen-
ti, quia ſæpe imbecillitas memoriæ vacillare
facit, vt dixi ſupra numero centeſimoquinqua
geſimoſecundo: vel quando Iudici veriſimile
videretur teſtem oon recordari, per ea quæ di
xi in quarta parte, ſub onmero ducenteſimo-
nonageſimoſeptimo, & ducenteſimononage-
ſimooctauo, vel quando ageretur de cauſa gra
ui, vel ardua, & teſtes eſſent de recenti recepti
& repetitio coram eodem iudice eſſet fienda,
vel coram alio iudice ad quem cauſa eſſet de-
legata ob ſuſpicionem iudicis ordinarij, vel
quia Principi, ita magis opportunum viſum
ſit. & ſic tota hæc materia pro maiori parte eſt
arbitraria, & negari non poteſt quin teſtes qui
ita reſpondent, non ſint valde ſuſpecti.

partis, poterit rurſus parte ſic inſtante repetere teſtes ſuper omiſſis interrogatorijs, dicto cap. per tuas, vbi Innoc. extra de teſt. alias nõ tenetur niſi petatur, l. quarta, §. hoc autem iudicium, ff. de damn. infect. alioquin appellari poſſet Fely. in cap. per tuas extra de teſt.

200 Hic vltra ea, quæ dicta ſunt opportune de repetitione teſtium ſciendum eſt, quod in cauſis ciuilibus teſtes minime repetuntur, authent. qui ſemel, vbi Docto. C. de probat. d. cap. per tuas, de teſt. glo. in cap. cum clamor, & ibi Fely. co. & eſt generalis opinio. Fallit primo, quando iudex omiſiſſet eos interrogare ſuper aliquo capitulorum partis, quia inſtante parte rurſus repeti poſſunt, vt dicto capit. per tuas, de quo mox ſupra dixi numero 119. & trad. Boſſ. d. tit. numero vigeſimoſexto, quæ opinio cõmunis eſt, vt. omnino Nell. de teſt. numero 99. Fallit ſecundo, quando teſtes obſcure depoſuiſſent, adeo quod opus eſſet iudicem rurſus eos repetere ad declarandum eorum dicta, vt per Cano. omnes in dicto cap. cum clamor, & in dicto cap. per tuas vbi iudicem ad hoc compelli non poſſe aiunt, & latiſſimè per celeberrimum Iuriſc. D. Carolum Caualcanum patrem meum honor. in ſuis reſp. numero 237. Tertio fallit quando ſubeſt aliqua rationabilis cauſa repetendi ſecundum Dec. conſil. 175. col. penult. verſic. tertio reſpondetur, & quæ ſint iſtæ cauſæ, infra dicetur, & ſub numero 212. Quarto fallit quando teſtis confuſe teſtimonium perhibuit, quia ex officio, & non ad inſtantiam partis propter periculum ſubornationis eſt repetendus, glo. in cap. in præſentia, in verſic. verbum, lit. D. in fin. extra de probat. Quinto, fallit quia ſuper nouis interrogatorijs, tam ex officio, quam ad inſtantiam partis poterit teſtis iterum examinari, vt in cap. per tuas, de teſt. Sexto fallit, quando contra debitorem ſuſpectum ſumptæ fuiſſent ſummariæ informationes, nam eo capto debet fuga iuſtificari legitimo modo, & D. Menoch. caſ. 109. numero primo, & Fely. in cap. ſecundo, ſub numero decimo, de teſt. & ibidem Aret. vbi alias fallentias ponunt, vt quando ad perpetuam memoriam, & quando ſuper comminatione excommunicationis depoſuerunt, in cauſa criminali eſt omnino neceſſaria repetitio, non obſtante quacunque libera procedendi facultate conceſſa, etiam omiſſis ſolemnitatibus, Marſ. in repet. l. de vnoquoque, numero decimo, de re iud. vſque ad numerũ 20. Boſſ. in tit. de opp. contr. teſtes, num 34. & Clar. quæſt. 45. verſic. Cæterum, & quid importet clauſula, ſupplentes omnes defectus, vt. trac. clauſ. Vgo. Celſ. in clauſul. reſcript. fo. mihi 67 2. vbi operari dicit circa defectus iuris poſitiui tantum, & non iuris naturalis. Car. in clem. 2. §. ceterum de re iud. Alex. conſil. 79. vol. 1. Abb. in cap. 1. nu. 5. verſic. ſupplentes extra, de tranſact. Caualca. deciſ. 46. num. 40 2. in 1. par. fallit in crimine læſæ Maieſtatis, Aſſaſſinij, Hæreſis, & huiuſmodi atrociſſimorum delictorum, de quibus Foller. prac. crim. par. 3. verſ. & demum repetantur. Fely. in cap. frequenter in princ. vt lit. non conteſta. Diaz. prac. cap. 92. num. 20. Gramat. conſ. 40. nu. 7. Capic. deciſ. 155. col. antepenult. contra quos Burſat. ſentire videtur in conſil. 201 num. 113. vol. 2. cuius opinio videtur de iure verior; ſed quando datum eſt liberum arbitrium & abſolutum, vt in materia Brachij Regij, tunc videtur poſſe deueniri ad condemnationem, abſque repetitione, nec diſſentire videtur Burſat. ibi in d. conſil. 201. ſub num. 113. 114. & 115. Verum in Dominio Veneto Capelleri maiorem habent authoritatem: Nam habita quali informatione oretenus de huiuſmodi ſceleſtibus viris, ſi reperiantur ab eis, ſtatim captis, & genuflexis delicta confitentibus amputant eorum capita, quæ ferunt ad illum iuſdicentem ſub quo degunt, & cadauera ſinunt in aruis, & via publica, ita vt ſine proceſſu, executio fiat ſtatim contra hos facinoroſos ob frequentiam iſtorum latronum, ſed Foller. vbi ſupra numero 41. videtur quod in dictis criminibus teſtes non repetiti probant quo ad torquendum: vnde ſi Reus fateatur non ſit opus alia repetitione, ſecus ſi neget. Boſſ. in tit. de conuic. per tot. non enim quis poſſet ex teſtibus, vti conuictus damnari, niſi ipſis ritè receptis, & ita practicatur quotidie.

Quid ſi Reus fuerit poſitus in Banno, ſed ante ſententiam diffinitiuam compareat, an etiã ſit neceſſaria repetitio, & dico quod ſic, quia ex illo banno adhuc non dicitur omnino bannitus, vt haberi poſſit pro confeſſo, & conuicto, ſed requiritur ſententia diffinitiua, vt per Clar. qu. eſt. 44. verſic. quæro nunc, & ibi Add. Baiar. & Cartar. de execut. ſentent. capt. Bannito, §. fin. numero 174. & ſub numero 175. allegat Rim. iunio. conſil. 647. numero 49. volumine 6. & ratio eſt, quia tale bannum extinguitur per compatitionem ante ſententiam. Soc. in cap. qualiter, & quando il ſecundo, numero 994. de accuſat. & non poteſt ex tali banno torqueri ſine alijs indicijs. Foller. pract. in 3. par. in ver. & ſi confitebuntur, num. 8. vſque ad num. 32. vbi plures tradit limit. ſed quando eſt bannitus, & in banno per ſententiam diffinitiuam confirmatus, tunc non ſit repetitio quando eſt captus, vel ad nouas defenſiones admiſſus. Clar. d. §. fi. d. q. 44. verſ. quæro nunc; & ratio eſt, quia poſitus in banno ſimpliciter habetur pro confeſſo reuocabiliter, ſed poſt ſecutam ſententiam habetur pro confeſſo irreuocabiliter, pulcrè Caſtrenſ. conſ. 3. ſuper primo quæſito, vol. 3. vbi de materia huiuſmodi banni. Sed nunquid dictum Socij criminis, iterum parte inſtante ſit repetendũ poſtquam eius dictum fuerit in tortura repetitum (vt fieri ſolet) antequam Reus conſtituatur, ad hoc, vt faciat indicium contra conſocium, vt ſupra dixi in 4. p. ſub nu. 68. & reſolutiue hoc dictum non valet etiam quod in tortura depoſuerit, & cum iuramento, niſi parte citata. Marſ. ab omnibus ſequutus in ſua prac. §. Diligenter ſub nu. 59. cum mul. ſeq. idem in conſ. 65. nu. 64. Bertazol. cõſ. 342. nu. 30. cum ibi per eum adduct. lib. 2. pulcre Burſat. conſ. 201. num. 144. verſ. 8. Gomeſ. var. reſol. tit. de Delict. c. 12. nu. 88. Qua de re ſi pars non citata repetitionem teſtium fieri requiſiuerit, concedi debet; idem quando ſuper ſuis interrogatorijs Socium repeti requiſierit, alioquin eius dictum nõ tenet. Homod. conſ. 101. nu. 26. cũ ſeq. vt. inf. de Brach. Reg. & Bertazol. conſ. 359. nu. 23. lib. 2. & Viui. co. opp. 26. Maſcar. de probat. concluſ. 336.

Rurſus

200 Rurſus in materia repetitionis ſi Iudex fuerit requiſitus examinare etiam ad inſtantiam Rei teſtem, qui fuit examinatus ad inſtantiam Actoris, remota probabili ſubornationis ſuſpitione tenetur concedere, vt in iudicio ſeruetur æqualitas, l.fin.C.de fruct.& lit.expenſ. in iudicijs de regul.iur.non enim debet licere actori, quod Reo non permittitur, ſimiliter teſtes producti pro fiſco qui ſint, ſiue idonei, ſiue non, & ſiue ſuper capitulis, ſiue ſuper interrogatorijs Reorum ad eorum inſtantiam debent examinari. Homod.conſil. 101. numero vigeſimoſexto, quia in hoc fiſcus non inuenitur priuilegiatus, ſed quod ei licet, vtique Reo permittitur. Peregr. de iur. fiſc. vnde ſi ex aliqua cauſa vrgenti Pater contra filium, frater contra fratrem, vxor contra maritum, & econtra, & ijs ſimiles fuiſſent examinati, ſiue ad inſtantiam actoris, ſiue inſtante fiſco pro fundanda eorum intentione, vtique pro Reis recipi poterunt, ſed iudex vtroque caſu arbitrabitur quãta fides eis adhibenda erit, iux.l.3.de teſt. & capit. Iudicantem, tertia quæſtione quinta, ſed an iſti ſint admittendi, dixi ſupra in tertia par. Nec teſtes deberent iterum admitti ad deſtruendum de directo eorum dicta, quando maxime ſubeſt timor ſubornationis, per ſupradicta; ſed ad fauorem defenſionum pro Reis, teſtes recipi poſſent ad defenſam, etiam ſi non eſſent omni exceptione maiores, Mazol. conſil. ſeptuageſimoſeptimo, numero decimo, Maſcard. de probation. concluſ.904, Gabriel. concluſ. vigeſimoſecundo, Viui. comm. opp. 960. ſed in ſocio criminis nullo modo procedit, niſi, vt ſupra Maſcard. concluſ. 1311.& 1357. verum Bertazol. conſil. 538. volumine ſecundo, contrarium tenet, tamen remittendum eſſe cenſeo religioni recti iudicis, & ſi admittuntur contra Reum (quod magis eſt) cur non deberent admitti, pro & ad defenſam, per ſupradicta. ad repulſam tamen admitti non debent, quamuis defenſiones reſpiciat, quia repulſa eſt res odioſa. Doc.in l.parentes, vbi Bald. & Salyc. C.de teſt.& dixi ſupra, in quarta par. Item in cauſa reconuentionis teſtis pro Actore recipi poterit etiam pro Reo, immo ſi cauſa fuerit annexa, dictum teſtis examinati pro Actore, poterit exhiberi pro Reo (ſi petierit) at ſi cauſa erit diuerſa, denuo teſtis pro reo examinabitur eo inſtante, Bar.in l.nimis graue, & Fely.in cap.de teſtibus, eo.tit.vi.ſupra in ver. teſtis qui contra aliquem, &c.

201 Modo redeundo ad ipſam repetitionem dixi illam in cauſa criminali penitus neceſſa-
202 riam, quoniam antequam nomen delinquentis receptum ſit inter reos, ſumuntur informationes ſæpenumero ex officio, vt docet Saly.in l.fin.in fin.ff. de quæſtio, & ibi Blanc. numero 335. qui dicit, tunc nomen receptum fuiſſe inter reos, quando citatur delinquens, vt ſtatim dicam: immo aliud eſt eſſe Reum, vel quod nomen rei ſit receptum inter Reos, primo caſu ſit Reus per citationem, ſecundo caſu per contumaciam, ſed penes me hæc ſubtilitas non tenet; ſolum attenditur quod nomen rei ſit receptum inter Reos, & facit Grãmat. conſil. crimin. 15. numero primo, & ſe-
204 quent. & ita in effectu practicatur. Et quia hæc dicta recepta ad informandum tanquam ante litem conteſtatam non tenent, vt dixi ſupra numero trigeſimoſeptimo, in ſecunda parte, & melius in tertia par. ſub numero ſeptuageſimonono, lit. B. & vide de conteſtatione litis in cauſa crimin. Farinac. de Inquiſit. quæſtione decima, numero quinquageſimo-
205 ſeptimo, fo. 82. & dicitur lis conteſtata quando nomen rei eſt receptum inter reos,
206 ideo fit, quod citato reo, & comparente, ſi neget delictum iam indiciatum, tunc opus eſt fieri repetitionem teſtium, deinde teſtium, & rei adinuicem confrontationem: & repetitio
207 nil aliud eſt quam noua examinatio ſuper eodemmet examine iam facto, ar.l. repetendi, ff.de quæſtio. pulcrè Octa. Pedamon. deciſ. vigeſimooctauo, vbi dicit quod quando facta eſt propalatio, ſiue in iudicio ſummario, ſiue coram iudice eccleſiaſtico metu cenſuræ eccleſiaſticæ, tunc repetitio teſtium debet fieri cum pleno examine, & non per ſolam relationem, videlicet remittere ſe ad iam per eum depoſita, ſed extensè, ac ſi non fuiſſet alias examinatus iterum examinari debet coram Iudice cauſæ. Doct. Menoch. de arb. iud. caſ. 109. vi. Bal.in l.fin. C. de teſt. & hoc quotidie euenit. Boer. deciſ. 108. numero quarto, & nono, eſt verum quod ſi teſtis petat ſibi legi totum eius examen, & illud de verbo ad verbum confirmet, ſat erit, d.caſ. 109. num. 11. & Marant. de ord.iud.6.par.de produ ctione teſtium, numero vndecimo. Petr. Grillan. inter tractat. crimin. diuerſ. de modo procedendi, artic. 215.& 221. ſed ſi iudex vult recipere iterum dictum teſtis extenſe poteſt inuito teſte. Cautela eſt ad euitandum falſitatem, quòd teſtis petat ſibi exhiberi ſuam primam depoſitionẽ, vt poſſit recte informari, et bene conſiderare, & rememorare ea quæ item depoſuit, nec incidat in errorẽ in ſecundo examine, et ſi eam habere non poteſt, vt quia depoſuit corã alio Iudice, alia cautela vtatur proteſtando qđ ſi aliter dicere in repetitione acciderit contra, vel præter id quod prima vice depoſuit, intendit ſe conformare cum primo dicto, & ex nunc ſe corrigere ſi aliter iam dixiſſe apparebit. Bart. in l.ſi cum §.a me, ff.de public. Tind.de teſt. capit.10. Doct.in authent. ſacramenta puberum de iureiurando, vi. Barto.in l.eos, ff.de falſ. vbi dat cautelam, vt teſtis dicat ſe referre ad eius primum examen, quæ relatio eſt Admittenda, vt inquit Natta conſilio 537. numero octauo, D. Menoch. de arbitr. caſu centeſimodecimonono. Ego autem non admitterem hanc reſponſionem, ſiue in teſte, ſiue in Reo; in teſte niſi factum eſſet antiquum, vel non de recenti, quia ſæpe imbecillitas memoriæ vacillare facit, vt dixi ſupra numero centeſimoquinquageſimoſecundo: vel quando Iudici veriſimile videretur teſtem non recordari, per ea quæ dixi in quarta parte, ſub numero ducenteſimononageſimoſeptimo, & ducenteſimononageſimooctauo, vel quando ageretur de cauſa graui, vel ardua, & teſtes eſſent de recenti recepti & repetitio coram eodem iudice eſſet fienda, vel coram alio iudice ad quem cauſa eſſet delegata ob ſuſpicionem iudicis ordinarij, vel quia Principi, ita magis opportunum viſum ſit. & ſic tota hæc materia pro maiori parte eſt arbitraria, & negari non poteſt quin teſtes qui ita reſpondent, non ſint valde ſuſpecti.

Nec valet ſi vnus teſtis dixerit ſe referre ad
dictum alterius teſtis, quia de ſua propria, &
non alterius ſcientia deponere debet. Rebuff.
eo. tractat. numero decimooctauo, & vi. Viui.
co. op. fo. 270. & repetitio fit etiam ad alium
effectum, Nam inter teſtes ſunt quidam alij
nominati qui ſciunt, aut ſcire præſumuntur,
& ſunt nominati in proceſſu ab alijs teſtibus,
& examinati, negant ſcire; tunc iterum voca-
tis teſtibus, qui eos nominauerunt, & ſcire di-
xerunt repetuntur, conuincant teſtem negan-
tem ſcire, dato iterum ambobus iuramento,
& quatenus opus ſit in cauſa graui adhibetur
etiam tortura. Boſſatt. de tortu. & Bru. de in-
dit. & tor. quæſtione quarta, par. ſecunda, nu-
mero decimo, vndecimo, & duodecimo; ve-
rum ſi iste teſtis, qui negat, allegabit aliquod
obiectum quod obſtare videatur, tunc debet
ei dari terminus ad probandum, & ſi proba-
bit exceptionem propoſitam, ob quam non
ſit danda fides teſtibus ei contrarijs, tunc iſte
teſtis non debet torqueri, quod no. Guid. de
Suz. in d. tract. cri. diuerſo. co. tit. de indic. &
tor. numero 81. ſic Bar. in l. vnius, §. iudex, ff.
de queſt. Nam poteſt eſſe quod teſtes affirma-
rent talem teſtem ſcire, vel interfuiſſe, non
quia eſſet verum, ſed per calumniam, vel ob
aliam cauſam data opera illum nominaue-
rint, & eod. modo teſtes poſſunt inter ſe re-
peti, & confrontari, & cum Reo compelli.
Cartar. in eius pract. interrog. teſt. cap. pri-
mo, numero 93. & 95. vbi in crimine hęreſis
(ait) non poſſe compelli, & quòd ſi plures te-
ſtes erunt confrontandi, ſinguli ſingulariter,
& paſſim ſunt confrontandi, & non omnes
ſimul, & quando teſtes dicunt cognoſcere ali-
quem ad effigiem, ſed ignorare nomen, & co-
gnomen, debêt diligenter interrogari de qua
litate perſonæ, de vultu, de barba, de ſtatura,
de indumentis, ac alijs conditionibus, & po-
ſtea Reus inter plures perſonas eſt oſtenden-
dus teſti. Cartar. vbi ſup. c. 3. nu. 33. & hæc eſt
208 practica ab omnibus obſeruata. Practica eſt,
quod vocato reo, & citato teſte, datur teſti de
nuo iuramentũ ſuper veritate dicenda, dein-
de interrogatur de facto ſuper quo alias, & ſic
prima vice depoſuit, & ſi dicat non recorda-
ri, remittendo ſe ad ſcripta in eius prima de-
poſitione, illa depoſitio debet legi ipſi teſti de
verbo ad verbum, aptè, clarè, & ſi affirmet
quicquid iam depoſuit, tunc vocato reo, co-
ram iudice, datur & ipſi reo pariter iuramen-
tum de veritate, & rurſus interrogatur ſuper
delicto, qui reus ſi perſiſtit in primo examine,
eo quia adhuc negat delictum, tunc fit con-
209 frontatio rei & teſtis, quia ſi plures ſunt te-
ſtes contra eum, ſinguli ſeparatim confrontan
di ſunt, ſicuti etiam repetẽdi facta mutua per-
ſonarum recognitione. Qua confrontatione
ſecuta, aut vterque, ſcilicet reus, & teſtis per-
ſiſtit in ſuo dicto, aut reus totum, vel aliquali-
ter fatetur delictum, & terminus datur ei ad
210 ſuas faciendas defenſiones, ſed prius imme-
diate poſt confrontationem citatur accuſa-
tor, & fiſcus ad ſubminiſtrandum alia inditia
ſi quæ habent contra ipſum reum, & ſi in ter-
mino alios teſtes produxerint, debent exami-
nari, & confrontari ſi opus erit, nec repetendi
211 ſunt iſti, quia poſt li. cõt. ſunt producti, poſt
ea verò datur terminus congruus, vt ſupra
reo ad ſe defendendum, qui terminus ſemper
eſt dandus reo, nec eſt properandum ad con-
demnationem, vt multi mali iudices faciunt,
contra quos inuehit Pariſ. de Put. tract. ſind.
in verb. ad condemnatio. cap. 4. nu. 13. Hæc
212 omnia ſunt notanda, & comendenda per nos
Iudices iuuenes, quia quotidiana ſunt, & ſatis
clara, & iſta eſt mera practica.
E Inſuper ſi teſtis antequam repetatur mo-
riatur, tunc loco repetitionis legitur eius di-
ctum Reo, & deſeruit pro repetitione, & ita
obſeruatur. Clar. d. q. 45. verſ. ceterum. Caſtr.
in l. fin. C. de teſt. Mille. pract. fo. 84. num. 17.
quod verum extimo quo ad procedendum, &
etiam quo ad condemnandum in contuma-
tiam, vt per Sfor. Od. quem adducit. Baiar. ad
Clar. d. q. 44. ſub num. 28. vbi dicit contuma-
tiam cauſam eſſe quod fiſcus non egeat plena
probatione, & licet teſtes ſint mortui, tamen
repulſari poſſunt eorum dicta, ſecundum tex.
in l. fi. C. de teſt. vbi Bal. & Mille. pract. verſic.
vicario, numero 18. & refert Carauit. Rit. 73.
in fin. ea ratione, quia cauſa repulſæ non fit
cum teſte, ſed cum parte, & Bald. d. l. fin. dicen
tem repulſam nõ fieri ad effectum puniendi,
ſed ad fidem rei teſtificatæ, & quo ad repeti-
tionem Clar. admonet eam non fieri ad in-
ſtantiam partis, quia ſæpenumero inuoluunt
proceſſus, quod verum eſt ſi non aduertatur
bene ad interrogatoria, quæ à parte dantur, &
ſuper quibus teſtes repetendi ſunt, vt eſt de
iure. Cartar. de interrog. Reis lib. 3. cap. 11.
numero 56. cum ſeq. Alber. eo. tractat. de teſt.
cap. 8. doc. in cap. præſentium, §. teſtes, & Ia-
nuæ, & Mantuæ ſeruatur: non ſic in ſtatu Me-
diolani, oportet, enim vt interrogatoria illa
reſecantur, quæ de directo deſtruerent di-
ctum teſtis iam examinati, & illa interrogato-
ria, quæ haberent vim capitulorum quaſi per
indirectum fierent defenſiones Reorum, vt
per Farinac. de teſt. quæſt. 73. num. 72. tanto
minus non ſunt admittenda quando ſunt con
tra propriam rei confeſſionem, vt per Baiar.
ad Clar. e Farinac. loc. cit. admittenda interro
gatoria, quę concernunt declarationem dicto
rum teſtium, & circunſtantias; cætera verò
tanquam impertinentia ſunt reijcienda, vid.
Bal. in l. edita, C. de eden. & circa interrogato-
ria vi. Farinac. quæſt. 73. per tot. vbi more ſo-
lito latiſſime tractat. eod. tit. noſtru car. 297.
ſed ſi coram Iudice teſtis examinatur, poſſet
interrogari etiam ex officio tam in ciuili,
quam in criminali cauſa iuxta occaſionem
tunc adiecto teſtis emergentem, & ſumere (vt
fertur) conſilium in Arena, licet multi ſint,
qui per interrogatoria exiſtimant habere vi-
ctoriam, ſed quandoque interrogatoria ſunt
cauſa amittendi, & ſuccumbendi: & ideo, hęc
ars non quadrat ineruditis, inexpertis, & iuue
nibus inconſideratis, vi. Bal. in d. l. teſtium, C.
de teſt. Gail. obſer. 95. ſi igitur inquiſitus vult
ſe defendere, exhibeat capitula, & alios te-
ſtes, quia non deficit alia via iuridica ſe de-
fendendi, quod no. in practica poſſet etiam
repetitio nocere parti petenti eam fieri, pro
qua iam teſtes depoſuerunt; nam ſi contra-
rium dixerint in repetitione, ſtandum erit
huic ſecundo dicto, & ſibi imputet pars, cap.
damnum de reg. iur.

Non tamen eſt neceſſaria teſtium repetitio
quan-

Digitized by Google

quando Reus proteſtatur habere teſtes pro
ritè,ac rectè repetitis,& co nfrontatis;ſed non
obſtante hac proteſtatione ,ſi adhuc non fue-
rint publicati, vel copia no n ſit edita, poſſet
Reus penitere reuocando d ictam proteſtatio
nem, nam adhuc re integra reperendi erunt.
Homod.conſil.101.numero 33.vbi alleg. Hie
ro.Gabriel.conſil.178.nume ro 17.lib.primo,
vbi ait non ſufficere talem proteſtationem,
vel oblationem, niſi pro repe titis habiti verè
fuerint. Vulpell.conſil.32. inq uiſitio.numero
ſexto,& no. quod aliud eſt, quod Reus offerat
ſe habere teſtes pro repetitis, & aliud eſt prote-
ſtare,quia proteſtatio acceptata nocet protc-
ſtanti. Roland. à Vall. conſil.69. numero 46.
volumine quarto. Ille verò qui iam proteſta-
tus eſt habere teſtes pro repetit is, ſi ante re-
ceptam copiam dixerit penitere, debet doce-
re cauſam iuſtam ob quam peniteat, vt eſt do
cere de errore,ſicut in teſte. Fely.in cap. præ-
terea,de teſt.cog.Capic.deciſ.61. num.12. ne
fortè videatur deludere iudicium. Nec in iure
inueni in aliquo loco, quòd in proteſtatione
ſint omnino neceſſaria illa duo verba, ritè,
rectèque,pro vt in d.conſil.101. Homod. ſub
numero 33.videtur innuere, quia etiam quod
omiſſa ſint, verbum ſimpliciter prolatum,
vt eſt,pro repetitis,intelligitur cum effectu,&
in eius potentiori ſignificatu, l. prima, §. pri-
mo, quod quiſque iur. nam qui vult conſe-
quens, videtur & velle antecedens cum om-
nibus qualitatibus requiſitis, l. illud de Her.
inſtitu.Caualca.deciſ.38.num.7.par.1.
Vnum volo tibi dicere in materia repeti-
tionis,quod teſtes appoſiti in vno inſtrumen-
to, cum altero annexo in quo omiſſi ſunt,
præſumuntur in iſto repetiti ac appoſiti, & in
ſtrumentum valet ſecundum Bald. Angel. &
Imol.in l.patris,& filij,ff.de vulg.ſubſt.
213 Verum ſi teſtis(vt ſæpenumero contingit)
in repetitione negat id, quod in primo exami
ne depoſuit,fortè quia ſubornatus,vel timet,
tunc dicitur eſſe inter duo iuramenta, & po-
teſt, & debet torqueri, & illud attenditur di-
ctum, quod ratum habet in tormentis, vt ſu-
pra latè dixi in materia torturæ,numero 147.
in proxima præcedenti par. & addo Bal. in l.
3.C.de adult.idem in l.fin.C.de quęſtio.& An
ge.Dulcet.in ſuo paruo trac.ſind.numero 39.
214 & 40. & nota etiam, quòd confrontatio fit
quotieſcunque dictum teſtis de directo con-
trariatur aſſertioni rei examinati, ex qua op-
215 poſitione veritas magis fulget propter vir-
tutem oppoſitorum.arg.l.vnicę,§.ſed cum tri
plici in prin.C.de cad. toll. quam confronta-
tionem laudo plurimum, ſicuti plurimum eſt
216 neceſſaria. Rurſus memoriæ repeto, licet ſu
pra dixerim,quòd ſi teſtis ſit eius conditionis,
quod non admittatur ſine tortura, pariter in
repetitione, & confrontatione tortura adhi-
betur,vt eſt videre Clar.§.fin.q.45.verſic. cæ-
terum, quæ pract. eſt modernorum, & anti-
F quorum aſſeſſorum, Facit Marſ. in ſua pract.
§.teſtat.numero 9. diffuſe more ſolito de Re-
petitione trad. Farinac.d.tract. de teſt. q.66.
numero 255.vſque ad num.316.vbi quid in ci
uili, quid in criminali, & quid ad inſtantiam
partis,quid ex officio,& quid ante publicatio
nem,& quid poſt tenēdū, & ſi aliquis teſtis re
darguitur de falſo,tūc retardatur ſentētia ſup
cauſa ciuili, donec excuſſa ſit cauſa falſitatis.
Clar.d.§.fi.quæſt.2.verſi.ſed quæro, vbi idem
dicit quando agitur criminaliter cōtra Reum
tanquam teſtium ſubornatorem facit Capic.
deciſ.25.& ſic no. quod pendente iudicio cri-
minali, ſiuę principaliter, ſiue incidenter in-
tentato,ciuilis cauſa ſuſpenditur. Doc.in l.edi
217 ta,C.de eden.& pulcrè Clar.d.quęſt.2. Item
aliud ſciendum eſt, quod teſtis qui falſum de-
poſuit coram iudice,alias incompetenti, pro-
pter periurium efficitur de eius foro, & per
eundem iudicem de falſo poterit puniri; quæ
opinio adeo communis eſt, vt nullus in con-
cluſione audeat diſcrepare, præter Bal. qui de
communi teſtatur in l. nullum, vbi alij om-
nes, C.de teſt. & in l. ſi lis, C.ad leg. Corn. de
falſ.tenet idem Bald.in l.hociure, §.aqua, C.
de aqua quot.& æſtiua. Abb.in cap.1. col.fin.
de crim.fal.Spec.eod.titu.§.primo,colum.ult.
verſic.ſed qualiter.Vant.tract.null. ex defect.
iuriſd. nume. 48. & 49. & 50. ſecus eſt in cle-
218 rico, qui licet coram iudice laico deponat,
tamen ad ſuum iudicem eccleſiaſticum debet
remitti,cap.ſi diligenti de foro compet. & iſta
eſt magis communis opinio, & ſeruatur, vt te
ſtatur Bar. in l. Diuus pius, in fi.ad leg. Corn.
& Cano. omnes in cap. verum de foro com-
petent. Marſ. in tit. ad leg. Corn. de falſ. nu-
mero duodecimo, Marant. Spec. aur. actu 12.
numero quarto, & Zilet. ib.in addit. lit.A. &
ita debet intelligi Bar. in d. l. Diuus pius, &
Matth.de Afflict. idem tenet, qui tres princi-
pales opiniones ponit in hoc articulo deciſ.
220.Capic.deciſ.5.vi.Aſin.pract.§.20.cap. ſe-
ptimo,numero primo,& qualiter teſtis falſus
219 ſit puniendus ponit Guid.Pap.quæſt.42. te-
ſtis, & vide Ange. tract. malef. in verb. falſa-
rio, verſic. quæro, & ſi teſtis citatus noluerit
comparere habebitur pro confeſſo, ad quod
vi. Follerian eius pract. in verſic. & ſi confite-
buntur 4. par. 3. par. ſub numero 90. primo,
quod ſit de ipſa falſitate accuſatus; ſecundo,
quòd in iudicio falſum depoſuerit; tertiò
quòd ex actis, & proceſſu de falſitate appa-
reat; quarto quod ſit examinatus coram iudi-
ce,& non coram actuario, niſi iudex vices ceſ
ſerit, & cedere potuerit; quinto quod depo-
ſuerit per verbum affirmatiuum, & non per
verbum credere; ſexto, quod ipſe ſcienter fal-
ſum depoſuerit; ſeptimo, quod dolosè falſita-
tem dixerit; octauo, quod ſit ſagax, & non
ignarus; nono, quod falſitas noceat, vel no-
cere poſſit; decimo, quod falſum depoſuerit
ſuper capitulis,vel articulis ad inſtantiam par
tis productis; vndecimo, quod falſitas ſit ſu-
per ſubſtantialibus, & non accidentalibus;
duodecimo, quod falſitas non reſultet ex di-
ctis hinc inde teſtium ad inuicem contrarian
tibus, ſed ex ipſiuſmet dicto: alioquin, vt alias
dixi hæc eſſet repugnantia, & non falſitas, vt
per Grammat. deciſio. 60. tertiodecimo, re-
quiritur quod teſtis ſit citatus cum inſertione
eius falſæ depoſitionis, quod nil aliud eſt,
quam tranſmiſſio inquiſitionis; quartodeci-
mo, quod in vltimo peremptorio, nec teſtis
citatus, nec alius pro eo comparuerit; quin-
todecimo, quod teſtis fateatur eius depoſitio-
nem in iudicio: alioquin ſi dixerit aliter dixiſ-
ſe quam ſcriptum ſit, de falſo non punietur;
ſextodecimo, quod eius confeſſio non ſit re-
pro-

Digitized by Google

probata contrarijs depoſitionibus; decimo-
ſeptimo requiritur quod contumacia ritè, re-
ctèque proceſſerit, & in materia huius contu-
maciæ, vi. Cartar. de execut. ſentent. capt. Ban.
cap. finali, numero 272. poſtremò No. quod
teſtis, qui in primo examine tacuit aliquam
veritatem, vt quia interrogatus reſpondit ne-
ſcire, & in ſecundo examine contrarium di-
xit, poteſt puniri de falſo, niſi ruſticitas, vel
ruditas, vel defectus memoriæ illum excuſet,
220 de quo eſt pulcrum conſil. Bertaz. 246. vo-
lumine primo. Immo ſi iudex laicus vellet
non remittere teſtem clericum ad iudicem Ec
cleſiaſticum, caderet in cenſuram excommu-
nicationis, vt in ſimili dicitur de occupanti-
bus bona Eccleſiaſtica, cauetur per Concil.
Trid. cap. 1. ſeſſ. vigeſimaſecunda, cap. ſi quis
ſuadente, decimooctauo quæſtione quarta,
trad. Put. de ſynd. in verb. remiſſio. cap. pri-
mo, numero primo, & ibi dicit qualiter fieri
debet talis remiſſio, quæ non debet eſſe iniu-
G rioſa, nec ludibrioſa, in conſpectu populi, &
No. quod ſi teſtis poſt eius depoſitionem di-
xerit ſe falſum depoſuiſſe, ei non creditur ſi
habet conteſtem, & hoc intelligendum eſſe
iuxta diſtinctionem de qua per Gabriel. com.
concluſ. de teſt. concluſ. trigeſimaſecunda,
libro ſeptimo, vbi in materia delictorum lo-
quitur.
221 Examinatis tandem teſtibus, iudex publi-
cat proceſſum, & decernit copiam parti ha-
bere volenti, vt dictum eſt ſupra numero 124.
222 proxima præcedenti par. Aſt curent iudi-
ces, ne ante aperturam teſtium depoſitiones
eorum videre faciant, quia tenerentur pœna
falſi, & l. prima, in princip. C. ad leg. Corn. de
falſ. & faciunt adducta per Put. de ſind. in
verb. iudices, cap. primo, pract. Stiac. cap. de-
cimooctauo, numero 63. idem de notarijs
223 quos auaritia excæcat. Hippocr. de Marſ. in
224 l. pœna legis, §. ijs, qui peruerrit, numero
tertio. Pœna qua plecti debent, eſt extraordi-
225 naria, vt per Caball. Milleloq. 937. in ſecun-
da par. vbi ait ſi pars aduerſa aperiat atteſta-
tiones tanquam falſarius punitur, non pœna
falſi, ſed arbitraria, & illas impugnare poſtea
non poterit, cap. cum olim, vbi Doct. de offic.
226 delegat. & rationem aſſignat, quia atteſta-
tiones debent eſſe partibus ſecretæ, l. mul-
tum, C. de teſt. Lanfranc. in dicto cap. quo-
H niam contra, de probat. Immo teſtis ipſe non
debet teſtimonium ſuum propalare in crimi-
nalibus ante aperturam. Decia. de delict. tom.
ſecundo, lib. ſeptimo, numero decimoquinto,
& per to. illum tit. ait de reuelantibus ſecreta,
& aperientibus literas, vbi pulcrè, & latè, &
de Sacerdote, qui confeſſionem reuelat habe-
tur in cap. ſi ſacerdos de offic. ord. vbi punien
dus eſt, non tamen valet eius dictum in foro
fori. Crot. de teſt. numero 350. Rip. tractat. de
peſt. tit. de remed. numero nonageſimonono,
& centeſimo, qui dicit hoc in caſu non offi-
cere cenſuras, & numero centeſimoſeptimo,
fallentias ponit in caſu Matrimonij, & in No
tario, & quando cum licentia penitentis, de
quo ſup. dixi, & in genere vi. ibi. vi. ſup. ſub nu
mero 195. pariterque teſtibus debent eſſe ſe-
cretæ, ne vnus ſciat, quod alter depoſuit, tex.
in l. minime, de leg. & ſunt arcana, quæ in pe-
227 ctore iudicis debent cuſtodiri ne reuelen-
tur partibus propter maximum ſubornatio-
I nis periculum contra autem reuelantes ſecre-
ta Curiæ, vi. de Brachio Regio, in quinta par.
ſub numero 175. ſed de conſuetudine quo-
rundam locorum, vt etiam in Ciuitate Ianuæ
obſeruari vidi, quod in cauſa criminali ad of-
fenſam, tradi ſolet copia iudiciorum quære-
lanti, vel aſſiſtenti accuſationi ad ſubmini-
ſtrandum alia inditia ante examen Rei, & ali-
quando poſt, ſed ante aperturam teſtium, ſu-
preſſo tamen nomine teſtium, quod in cauſis
grauiſſimis, maxime ſubſiſtente Brachio Re-
gio de quo dicam in fi. huius partis fieri po-
teſt, per l. prima, de teſt. & per ſupradicta nu-
mero tertio, hac eadem par. ſimiliter dictum
teſtis illi teſti edi poteſt ante aperturam. Tin-
da. eo. tractat. cap. vndecimo, Boer. deciſ. 108.
numero octauo faciunt, quæ ſupra dixi nu-
mero 200. et ſup. numero 207. lit. x. circa med.
& Clar. §. fin. quæſtione quadrageſimanona,
verſic. danda eſt autem, vbi non eſſe dandam
copiam accuſatori ait, niſi in atrociſſimis de-
228 lictis. Idem dicitur, quando iudex reuelaret
ſententiam, quam laturus eſt, vt per Angel. de
Peluſ. eod. tract. numero decimoquinto, cum
ſeq. quo caſu tanquam ſuſpectus poſſet recu-
ſari, vt pulcre per Hon. D. Caualca. fratrem
meum, in deciſ. vigeſimooctauo, in ſecunda
par. vbi ponit omnes cauſas ſuſpitionis. Pu-
blicatis atteſtationibus habita copia atteſta-
229 tionum terminus ad reprobandum dicta te
ſtium peti debet, vt ſuperius dictum eſt, in
prox. præcedenti par. numero 183. in qua re-
230 probatione ſeruatur ordo, qui talis eſt, & vt
rectè intelligatur dico, practicam eſſe quod
poſtquam actor citare fecit reum ad viden-
dum recipi, & examinari teſtes, vt fieri debet,
reus poterit opponere aliquam exceptionem
contra perſonam teſtium, quæ obiectio regu-
lariter, antequam ad vlteriora procedatur de
bet probari, & cognoſci, iuxta ea quæ ſup. di-
ximus numero 199. & ſi ſit de illis, quæ ipſo
iure teſtem repellant, & de quibus iudex præ-
ſumitur habere ſcientiam abſque eo quod
probatur obiectio, teſtis actoris non eſt vltra
examinandus, idem quando obiectio eſſet
probanda, & in effectu probaretur, & hoc di-
ctum ſit, quo ad reprobationem teſtium, ante
publicationem proceſſus. At facta dicta pu-
blicatione eo debito modo quo ſupra dictum
231 fuit, reus habita copia proceſſus, in termino
petito ad repulſam, & à iudice conceſſo, tene
tur probare exceptiones ſuas idoneas, & con-
cludentes neceſſario, ſicut & probatio, l. ne-
que natales, & l. ad probationem, C. de pro-
bat. Caball. milleloq. 941. numero tertio, in ſe
cunda par. & ſupra dixi numero 199. in præ-
ceden. proxima par. & intra debitum termi-
232 num à iudice præſtitum, quo elapſo, intelli-
gitur eſſe facta publicatio dictæ repulſæ te-
L ſtium, ſed pendente termino ad contradicen
dum teſtibus, non poteſt iudex examinare di
ctos teſtes repulſandos, l. ſiue pars, vbi Bar. &
Bal. C. de Dilat. cap. ſignificante de appellat.
poſtea verò ſic. Nam atteſtationes nulliter re
ceptæ etiam poſt publicationem recipi poſ-
ſunt. Abb. in cap. ex tenore de teſt. Fely. in
cap. per tuas, eo. ſed antequam iudex admit-
tat partes ad reprobandum, multa conſidera-
bit, ſecundum Rebuff. eod. tract. de teſt. glo. 1.
nu-

numero trigeſimoſeptimo; primo, an ſit ne-
ceſſe reprobare, quia ſi actor non probaſſet e-
ius intentionem, fruſtra fieret reprobatio.
Nam non creditur teſtibus, quorũ repellũtur
Anthores, c. licet, de teſt. Rimin. Iunior, conſi-
lio ſexageſimo, numero tertio, libro primo, ſi-
cut non creditur plus copiæ, quam originali.
actor vero repellitur, qui ſuam intentionem
non probauit, l. qui accuſare, C. de eden. ſecun
do conſiderare debet an reprobatio ſit con-
cludens, & excluſiua iuris agentis. Item & ter-
tio, ſi ex actis conſtat de exceptione, non expe
dit probare. Item, & quarto, quãdo repulſans
non iurauit de calumnia, de quibus ſatis dictũ
eſt ſupra in tertia parte, ſub numero ſexto. A-
ctor autem qui cognouerit ſuos teſtes fuiſſe re
probatos per teſtes rei reprobatorios, pariter
233 petet terminum a iudice ad repulſam repul-
ſæ, ideſt ad improbandum teſtes qui ſuos re-
probauere, & per conſequens ad coadiuuan-
dum ſuos teſtes, ad ſuam intentionem proban
dam productos, & ſic denuo alios teſtes pro-
234 ducet iuxta regulam vulgarem, quæ de no-
uo emergunt nouo indigent auxilio notiſſi-
mo, text. l. de ætate, §. ex cauſa, ff. de interrog.
actio. cum ſimil.
235 Quo facto ne in infinitum lis protrahatur,
contra text. l. inter diuinum, C. de Sacroſanct.
Eccleſ. & l. properandum, C. de iudic. & Felyn.
in cap. licet tertio, de probat. Lancellot. de Pe-
ruſ. inſtitut. Canon. titu. de probatio. lis debet
terminari, & illi qui continue litigant, appel-
lantur litium Redemptores, a Farinac. eo. tra-
ctat. de teſt. quæſtio. quinquageſimoſexto, nu-
mero 461. & ij repelluntur a teſtificando ad
inſtar calumniatorum, quia tales præſumun-
tur. Menoch. de præſumptio. libro quinto,
præſumpti. vigeſimaquinta, numero ſeptimo.
Rom. ſingul. 318. Crott. de teſt. in quarta par-
te, numero centeſimooctuageſimotertio, &
alios adducit Farinac. vbi ſupra, numero 461.
car. ſexageſimanona, illud autem non conce-
ditur reo, quod iterum reprobare poſſit te-
236 ſtes, ſiue primos, ſiue ſecundos actoris. nam
ſat eſt ſemel reprobaſſe probando exceptio-
nes ſuas, adeo quod actor duas habet teſtium
productiones, & reus vnam tantum, ſecus ſi
reus efficeretur actor, vt ſupra dixi, quoad ne-
gocium principale, & non quoad exceptiones
237 probandas, vt eſt videre in tertia parte, nu-
mero centeſimonono, cum ſequen. quia tunc
duas reus productiones habebit, & actor vnã
tantum, quia ſubijt locum actoris, cap. licet di
lectus, de teſt. & iſta eſt vera, realis, & vbique
locorum practica ad vnguem explicata, ſecun
dum etiam Maran. Specu. aur. in actu repulſæ,
par. ſexta, & Lanfranc. de Oria. eodem tracta.
de teſt. numero quinquageſimoſecundo. Nec
238 omittam, quod terminus ad reprobandum,
& omnes alij, vt dixi regulari ſecundum ſtatu
ta locorum, & quot dierum velit dare dilatio-
nes, vel abbreuiare eſt in arbitrio iudicis. De
iure communi terminus ad reprobandum eſt
dimidium eius, quod datum eſt actori ad pro-
239 bandum. Non tamen vos fugiat, quod ſuc-
cumbens in exceptione, aut in replicatione,
vel ſuper aliquo emergenti, ſit actor, ſit reus,
ſtatim eſt condemnandus in expenſis illius ar-
ticuli, vt eſt videre practic. Sriac. cap. ſecundo,
numero decimoquarto, & tranſactis terminis
& probatis probandis, reprobatiſque repro-
240 bandis, iudex ſuam ſententiam tulit ſecun
dum acta, probata, & allegata, vt per Dec. con
ſilio quinquageſimoprimo, numero nonageſi
moprimo, & ſequen. volum. ſecundo, car. 391.
D. Caualcan. deciſio. trigeſimaquinta, fol. 278.
in prima parte, Aegid. eodem tractat. de teſt.
in principio, & qualiter, & quomodo iudex ſe
241 habere debet in iudicando, & ſententiando,
vltra alios, ponit practic. Sriac. cap. vigeſimo-
quarto, per tot. vbi multa bona dicit, & eſt re-
currendum ad text. iam allegatum in cap. iu-
dicantem, trigeſima quæſtione quinta. Lata
M igitur ſententia, reliquum eſt videre, an ſen-
tentia, ex falſis teſtibus lata, vel per falſa in-
ſtrumenta, ſit ipſo iure nulla, vel annullanda.
hæc eſt materia, l. falſam, cap. ſi ex falſo inſtru
mento, de qua Barto. in l. Diuus, ff. de re iudic.
Canon. in cap. licet, de probatio. hanc quæſtio.
excitat Capell. Toloſ. Deciſio. ducenteſimao-
ctuageſimaſecunda, vbi plures allegat, & di-
ſtinguit: aut ſententia eſt lata contra præſen-
tem, & non eſt ipſo iure nulla, ſed retractan-
da, per reſtitutionem in integrum, ex clauſula
generali, ſi qua mihi iuſta cauſa; aut contra ab-
ſentem dolo aduerſarij, & tunc eſt ipſo iure
nulla; aut ſine dolo, & tunc retractanda, vt ſu-
pra. ſed ſi per ſordes, aut gratia tantum, con-
tra minorem eſt lata, ipſo iure nulla dicitur,
ſi contra maiorem, venit reſcindenda, late Vã
ti. de nullitat. ex defect. proceſſ. numero cente-
ſimotrigeſimoſecundo, & ſequent. vi. Sforz.
Odd. de reſtitut. in integr. quæſtione ſeptuage-
ſimaſexta, per tot. vbi pleniſſime hanc mate-
riam examinat; idem Capell. Toloſ. deciſio.
ducẽteſimaoctuageſimatertia, vbi proſequen
do ait quid probare oportet, an ſufficiat proba
re tantum teſtes falſum dixiſſe, an etiam cor-
ruptos extitiſſe, iuxta ea quæ dixi ſupra in ſe-
cunda parte, numero ſexageſimoquinto, lit. q.
& concludit ſat eſſe probare, quod teſtes fal-
ſum depoſuerint. Barto. in l. Diuus, de re iudi-
cat. diſtinguendo pariter ait, quod ſi in vna o-
ratione, hoc eſt in vno capitulo vtrunque ſit
capitulatum, vtrũque probandum fore. ſecus
ſi in diuerſis capitulis, vi. Pap. in form. libell. an
act. reall. glo. non ſe aſtringens, & pulcre Clar.
ſed ſi falſitas ex actis oculis, Clar. falſum, verſ.
quæro nunquid pateat, quia notorie ex actis
conſtare dicitur, cap. quoniam, contra de pro-
batio. tunc ſat eſt dicere ſententiam nullam
ex falſis teſtibus retractandam eſſe abſque a-
lia probatione, ſed allegare tantum quod in a-
ctis falſitas patet, Lap. allegatio. octuageſima-
ptima, numero tertio, & quinto, & ad hoc vi.
omnino Gabriel. commun. concluſio. titul. de
ſenten. concluſio. decima, per tot. & Boſſ. in ti
tu. de publica. proceſſ. numero ſeptimo, & pro
prius in titu. ſi ex falſ. inſtrum. vel teſtibus, &
numero tertio, vbi ait, quod coadiuuantibus
alijs probationibus nouis, ſententia retracta-
ri poterit; ſed re vera ſi ſententia fuerit lata
in cauſa criminali, & teſtes ex actis manifeſte
falſi apparuerint, executioni non demandabi-
tur, ſed iudex emendabit, Marſ. in pract. §. op-
portune, numero decimo, cum ſequen. & a nu
mero vigeſimoprimo, vſque ad numerũ vige-
ſimũſeptimũ, vbi pulcre loquitur, & ideo iudi-
ces cauere debent exactiſſime antequam deci
dant, ne litem ſuam faciant; ſequendo mores
ſutorum, qui prius reiteratis vicibus menſu-
rant, & poſtea cædunt, Bald. de ſindicat. nume-

ro

ro ſecundo, & in l.obſeruare, §.proficiſci, ff. de offic.proconſul.& legat. Et etiam executio dictæ ſententiæ retardabitur pendente diſputatione ſuper oppoſitis contra teſtes, vt dixi ſupra in tertia parte, ſub numero ducenteſimovigeſimoſecundo, lit.g. vbi vide. Nec executio ciuilis fieri poteſt in ſtatua debitoris ad eius honorem erecta, vt l.Aunidius, ff.de priuileg. credit. niſi eſſet ſidifragus, & dolo ſe fallitus, quia reatus omnem decorem tollit, & in tantum eſt verum, quod ſententia lata ex falſis teſtibus poterit retractari, etiam ſi tranſierit in rem iudicatam, per l.querelam, vbi Bart. & alij, C.de falſ. & text.in authent. de reſt. §.quia vero, Specu.de probatio. §.videndum, numero vigeſimoquinto, quando præcipue non fuit cognitum de falſitate in primo iudicio ad effectum, vt ſententia ſequi non poſſit carens veris probationibus, Barto.in l.prima, C.ſi ex fal. inſtrum. ſed hoc remedium non competit ſine reſtitutione, vt de commum teſtatur Iaſ. in d. l.Diuus, columna penultima, ff.de re iudi. quæ reſtitutio de iure concedi debet, ex dicta clauſula generali, de qua Doct.in l.doli clauſula, de verb.obligat. & debet peti intra quadriennium, vt pulcre Boſſ.in dict. titu.ſi ex falſ. inſtrum. vel teſtibus, n. ſecus ſi exciperetur tantummodo contra teſtem ad damna, & intereſſe ob eius falſitatem, Boſſ.vbi ſupra, numero ſeptimo, & ſequen. & ratio eſt, quia crimen falſi ventilatum cum teſte tantum, vel cum tabellione, iuxta ea quæ dixi ſupra in ſecunda parte, numero ſexageſimoſecundo, lit.o. non officit parti, quæ ſententiam obtinuit, nec fiſco. & ideo executio ſententiæ non ſuſpenditur, ſecus ſi accuſetur teſtis, & pars ſimul, quia quæſtio eſt præiudicialis, vt not.Cyn.in l.prima, C.qui accuſ.non poſſ.Bald.in l.Lucius, columna ſecunda, ff.de iis, qui not.infam.Boſſ. dicto titulo, vbi concludit hoc remedium competere ſpacio viginti annorum. Et hæc pro viribus dicta ſint ad laudem Omnipotentis Dei, Glorioſæque Deiparæ Virginis Matris Mariæ ac Beati Franciſci, Sanctorumque omnium Cœleſtis curiæ. Quibus hocce opus, meque ipſum commendatum facio.

SVMMARIA CONSILII.

1 *Arbor agnationis probat contra producentem in iudicio.*
13 *Aliud eſt vocare proximiorem de domo, vel agnatione, aliud eſt dicere de linea, vel colonello teſtatoris.*
23 *Appellatione proximioris, Nepos non concurrit cum Patruo*
27 *Attenditur gradus exiſtens tempore purificatæ conditionis*
45 *Amicitia ſuſcipit magis, atque minus.*
47 *A proprietate verborum, non eſt recedendum.*
63 *Allegare maius fuiſſe dicitur, quam ſcriptum ad præiudicium tertij non licet.*
88 *Aliud eſt honorare, aliud eſt onerare, & de vno non infertur ad aliud.*
91 *Affectionem in genere, vel in ſpecie habere erga agnationem, quid refert.*
Agnatus proximior infra. Proximior.
10 *Agnatio, & domus, an idem ſint.*
17 *Clauſula ordine ſucceſſiuo, vel ſaluo gradus prærogatiua, quid importat, & nu 19.*
29 *Coniectura odij eſt debilis, & parum operatur, & num 31.*
30 *Coniectura affectionis quando militat.*
32 *Ceſſante cauſa odij ceſſat effectus.*
39 *Cauilloſi & phantaſtici, qui vere dicantur.*
69 *Cauſa pauperum eſt diligenter, & charitatiue tractanda.*
14 *Differentia inter coniunctos ex vno latere tantū, vel vtroque, in ſucceſſione tranſuerſalium, poſt fratres, ſublata eſt.*
49 *Declaratio facta circa diſpoſitionem teſtatoris, ſine eius ordine expreſſo non valet.*
Declaratio mentis teſtatoris facta ab eo, quem teſtator elegit ad declarandum tenet, il idem
Declaratio, quæ mutat, & alterat ſenſum, & verba, non dicitur declaratio, ſed Diſpoſitio, ibi.
51 *Declaratio mentis teſtatoris per teſtes facta ante, vel poſt teſtamentum an teneat, & numero 38.*
52 *Declaratio ſtans in puris, nil noui dat.*
Declaratio egrediens ſuos terminos, tranſit in diſpoſitionem.
53 *Declarare quid ſit, & qualiter declaratio non diſponit, ſed diſpoſitum detegit ab conditum.*
58 *Declaratio quæ aliunde obuenit, quam a teſtamento, & extra verba teſtatoris, non admittitur.*
60 *Declaratio, quæ alterat qualitatem ſubiecti, & ſubſtantiam verborum dicitur diſpoſitio, & non declaratio.*
86 *Diſpoſitio fideicommiſſaria eſt accipienda pro vt loquitur.*
47 *Dictio, magis quid præſtat.*
54 *Diſpoſitio quando ab initio retenta verborum proprietate verificari poteſt, nunquam ad ſenſum improprium recurrendum eſt.*
10 *Domus, & agnatio idem ſonare videntur.*
66 *Errorem allegans in teſtamento, vel in alio contractu tenetur illum probare*
95 *Exceptio ita, de re non loquitur ſubſtitutio, ſemper proponi poteſt.*
80 *Falſitas quoad pœnam excuſari poteſt, ſed non quoad conualidandum dictum teſtis*
18 *Filius quando perſonam patris repræſentat.*
20 *Fictio repræſentationis, non habet locum, ſed gradus proximitas.*
93 *Fundamentis ſublatis, corruit ſuperædificatum.*
85 *Hæredes inſtituti, an mentem teſtatoris declarare valeant.*
44 *Incertitudo an vitiet legatum.*
46 *Inter duos amicos ſi militatur à Titio amicus hæres, de quo ſit intelligendum.*
48 *In claris, ceſſant coniecturæ, præſumptiones additiones, ſuppletiones, communis vſus loquendi, conſuetudo, & teſtes.*
94 *In dubio ſemper eſt iudicandum pro teſtamento, & non pro dictis teſtium contra teſtamentum.*
94 *Illa dicitur tutior via, in iudicando, quæ inhæret teſtamento, & verbis in eo ſcriptis.*
37 *L.hæredes palam, § ſi quid poſt, ff de teſta. & l. duo ſunt Titij, ff. de teſta. tutel. declarantur, num.43.*
42 *Legatum factum perſonæ incertæ, an teneat, & 44.*
27 *Mors omnia ſoluit.*

50 *Mors,*

50 *Mors, & vita in manu Dei.*
81 *Mendacium (præter obliuionis cauſam) nunquam eſt excuſabile.*
33 *Nemo præſumitur immemor ſalutis æternæ, præſertim dum cogitat ſe moriturum.*
87 *Non ſufficit velle, niſi fiat, & qui non facit dicitur nolle, ibidem.*
79 *Notarius in examine teſtium redditur ſuſpectus ſi ſcripſerit eãdem reſponſionem valde prolixam tam de vno teſte, quam de alijs.*
12 *Oratio coniuncta reſoluitur in diſiunctam, vt diſpoſitio locum habeat.*
31 *Odij coniectura, in dubio ceſſat, ſed odioſi non includuntur in generali teſtatoris ordinatione.*
34 *Odium in dubio non præſumitur, multo minus, in confeſſo, & contrito.*
82 *Obliuio præſumitur tranſacto decennio.*
90 *Ordo ſcripturæ quando operatur in teſtamento.*
2 *Proximiore vocato ad fideicommiſſum ordine ſucceſſiuo, ille dicitur vocatus, qui tempore purificatæ conditionis reperitur proximior.*
3 *Proximior dicitur, quem nullus alius præcedit.*
4 *Proximior in fideicommiſſo tranſuerſalium, in quocunque latere admittitur.*
5 *Proximiore vocato, an intelligatur de proximiore teſtatoris, vel grauati.*
8 *Proximiore vocato, in dubio intelligitur, de proximiore teſtatoris.*
9 *Proximitas grauati, non attenditur, quando non eſt coniunctus ſanguine teſtatori.*
Proximiorem vocare indefinite, vel terminanter poſt deficientiam lineæ multum differt.
10 *Proximiores ab inteſtato regulariter ſunt potiores in fideicommiſſo.*
11 *Proximior de agnatione, dicitur quoque, qui eſt ex vno latere tantum agnatus.*
17 *Proximiore vocato, remotior intelligitur excluſus.*
22 *Proximiore vocato ordine ſucceſſiuo: ſeruata gradus prærogatiua: & ſecundum iuris ordinem: multum differt a vocatione ſimplici, et multum operatur.*
25 *Proximior vocatus, eſt, ac ſi expreſſe nominatus eſſet ille, qui tempore purificatæ conditionis proximior reperitur, & ſub nu 41.*
34 *Præſumptio, quæ magis fauet animæ teſtatoris, eſt fortior, & receptior.*
41 *Paria ſunt, aliquid eſſe certum ab initio, vel ex poſt facto.*
42 *Paria ſunt, quem proprio nomine ſuo vocatum eſſe vel per aliam demonſtrationem, quæ vicem proprij nominis habeat, & illius nomen ſignificet, ibidem.*
43 *Paria ſunt, aliquid ab initio eſſe tale, vel ex poſt facto, ibidem.*
64 *Proximior teſtatori vocatus, etiam abinteſtato per ſucceſſorum aditum teſtatori ſuccedere poterat.*
28 *Qui non ſuccederet, vt i remotior abinteſtato, nec ex teſtamento ſuccedet vocato proximiore.*
41 *Quod a iure declaratum eſt, non eget alia declaratione.*
48 *Quando diſpoſitio eſt clara, opus non eſt vt declaretur.*
83 *Quod non eſt veriſimile, falſitatis imago eſt.*
87 *Qui non eſt vocatus, intelligitur conſulto omiſſus.*
89 *Qui eſt tantummodo grauatus, nullo modo dicitur vocatus.*
20 *Repræſentatio, quando locum non habet.*
21 *Repræſentatio, non habet locum, niſi in duobus caſibus tantum.*
16 *Singularitas reſoluitur in pluralitatem, & pluralitas in ſingularitatem pro conſeruanda diſpoſitione teſtatoris.*
26 *Sermo indefinitus, qui alias vniuerſali æquipollet, quãdo vim expreſſæ ſpecificationis habeat.*
37 *Subſtitutio vulgaris, quando non contineat pupillarem, & qualiter pupillaris tacita excludat matrem.*
50 *Scriptura eſt inuenta ad perpetuam memoriam regulariter.*
7 *Teſtatoris clara diſpoſitio, non eget interpretatione per coniecturas.*
Teſtator in dubio præſumitur voluiſſe ſe conformare cum ſtatuto ſuæ patriæ.
35 *Teſtium virtus, & efficacia ſtat in dicto, bona, & concludenti ratione vallato.*
40 *Teſtator vocando proximiorem non dicitur ambigue diſpoſuiſſe, & incertam perſonam nominaſſe.*
55 *Teſtator non poſſet poſt teſtamentum, recedere a proprietate verborum, & nouum ſenſum dare, niſi noua diſpoſitione id fecerit.*
56 *Teſtator qui clarius loqui potuit, ſibi imputet.*
57 *Teſtator, ſi non vocauit illum de quo in teſtamento memoriam fecit dicitur noluiſſe reuocare illum.*
58 *Teſtator qui primum teſtamentum mutare potuit, & non mutauit, dicitur uoluiſſe decedere cum primo teſtamento.*
64 *Tantum valet oppoſitum in oppoſito, quantum valet propoſitum in propoſito.*
67 *Teſtis de proprio ſenſu probat contra producentem.*
69 *Teſtes contradicentes teſtamento debent eſſe omni exceptione maiores.*
70 *Teſtes ſingulares nullo modo probant, & in quo conſiſtat teſtium ſingularitas.*
73 *Teſtes vt probent contra teſtamentum debent eſſe idonei, conteſtes & bonam reddere rationem.*
74 *Teſtes in dicto, & facto diſcordantes non probant.*
75 *Teſtis de auditu alieno non probat.*
Teſtes varij non probant, ibidem.
75 *Teſtis ignarus conditionis teſtatoris illius verba, recenſendo, ad deſtructionem teſtamenti non probat.*
76 *Teſtes loquentes per verbum* Credo, *uel mihi uidetur, uel pro certo, & indubitato habeo, & huius modi, non probant.*
77 *Teſtis nimium animoſe deponens reddit ſe ſuſpectum.*
77 *Teſtis qui utitur uerbis nimium fauorabilib. pro producente redditur ſuſpectus.*
78 *Teſtes contrarietatem implicantes non probant, ibidem.*
79 *Teſtes deponentes per unum, & eundem præmeditatum ſermonem non probant.*
80 *Teſtis impoſſibilia, uel non ueriſimilia deponens nullo modo probat.*
Teſtis mendacium dicens, in totum repellitur, ibidem.
81 *Teſtes mendaces tenentur ad intereſſe uerſus partem.*
84 *Teſtes non faciunt teſtamentum, ſed teſtator.*
94 *Teſtes producti contra teſtamentum, quamuis cõtradicant teſtamento, tamen ſi tandem ſe referunt teſtamento, illud comprobant.*
84 *Teſtamentum impugnantes in re clara, dicuntur*

caullosi: & fodiunt in aqua, ſeminant in arena.
Teſtamentum quod non dicit, nec nos dicere debe mus, ibidem.

90 *Tutoris officium eſt publicum, & dicitur habere onus & honorem.*
47 *Verbum, proximior, non recipit magis, neque minus.*
54 *Verba tunc improprìantur, quando ſine tali itern pretatione diſpoſitio non valeret.*
61 *Verba teſtatoris extra teſtamentum prolata, non diſponunt.*
71 *Verba teſtium contraria teſtamento non tenent.*
72 *Verba directa, obliqua, uel communia differunt in re, & ſubſtantia.*
73 *Verba teſtium repugnantia non tenent.*
92 *Verba diuinatoria teſtium non probant.*
24 *Vocatus poſt lineam, ſi moriatur ante purificatam conditionem habetur, ac ſi non eſſet uocatus.*
36 *Voluntas teſtatoris coram teſtibus ante, uel poſt teſtamentum declarata, an tenet.*
62 *Vbi opus eſt facto, uerba non ſufficiunt.*
86 *Voluntas teſtatoris non eſt aliunde ſumenda, uel interpretanda, quam à teſtamento quatenus illius uerba patiantur.*

DE VLTIMA VOLVNTATE interpretanda, & de verbis teſtatoris ante, vel poſt teſtamentum dictis, & an ſtandum ſit teſtamento, aut Teſtibus, & de materia, l. hæredes palam, ff. de teſt. luculenter, & vtiliter tractatur.

Adſit Deus omnipotens.

DVm cauſa fideicommiſſi agebatur in poſſeſſorio inter D. Claudium de Tolomeis ex vna parte & Iacobum Andreæ ex altera parte, pro Claudio amico noſtro reſpondi veritati conſulẽdo, ne proditor amicitia & veritatis dicerer, iux. c. nolite timere, 11. q. 3. nõ deſertores ſermones, ſed veriores amplectendo, c. ſedulo, 38. diſtin. Itaque exiſtimo, d. Claudium fouere iuſtitiam, vti in gradu teſtatori proximiorem, et ad eum ſpectare bona fideicommiſſo ſubiecta, Cùm teſtator poſt nominatim vocatos in prima, & ſecunda Inſtitutione, vocauerit proximioré in gradu de domo, et agnatione de Tolomeis, d. Teſtatoris ordine ſucceſſiuo, per fideicommiſſum, & omni meliori modo.

Nam præſuppoſita arboris deſcriptione, & deſcendentia omnium in ea nominatorum, apparet quod Claudius præcedat Iacobũ Andreæ in vno gradu Teſtatori. Claudius nempè eſt in quarto gradu, & Iacobus in quinto gradu, vt Inſtit. de grad. cogn. §. quarto gradu, & §. quinto gradu. Nec de hoc eſt dubitãdum
1 cum arbor ipſa agnationis exhibita in iudicio fuerit ab eodemmet Iacobo, quo fit vt Claudius releuatus fuerit ab onere probandi gradum ſuum proximiorem cum in ea appareat deſcriptus, arg. l. Pomponius, ff. de neg. geſt. Nam exhibens ſcripturam in iudicio pro ſe, vtique & contra ſe illam approbat. Bat. & alij in l. Aurelius, §. idem quæſijt, ff. de liberat. legat. ſcrib. in l. 1. §. æditiones, ff. de eden. Bal. in l. ſi quis teſtibus, C. de teſt. Rot. Gen. deciſ. 133. nu. 3. deciſ. 77. nu. 15. Sed & à teſtibus gradus Claudij comprobatur, vt in proceſſu, car. 47. 54. 55. 56. & 65. Et quod per arborem affinitatis, vel agnationis probetur gradus, trad. Simon de Pret. de vlt. volunt. lib. 5. dub. 4. ſub nu. 161 car. 124.

2 Et clarum eſt in iure quod vocato proximiore in gradu ad fideicõmiſſum ordine ſucceſſiuo, ille qui tempore purificatæ conditionis reperitur proximior, potior eſt in iure, d. fideicommiſſi, l. vlt. & ibi Doc. de verb. ſig. l. cũ
3 ità, §. in fideicommiſſo, ff. de leg. 2. vbi co. Doc. & ille dicitur proximior quẽ nullus alius præcedit. tex. in l. 2. §. hæreditas, & §. legitima, ff. de leg. agn. ſucceſſ. Doc. in l. proximus, de ver. ſig. Rol. conſ. 38. nu. 9. & 33. cum mult. ſeq. vo. 4. Didac. Coua. lib. Prac. q. c. 38. ſub nu. 4. verſ. Tertio. Caualc. deciſ. 9. ſub nu. 35. verſ. Quarto, & nu. 36. & 37. par. 2. eſt etiam tex. in §. admonendi, vbi gl. in verb. proximus. Inſtitu. de hær. quæ ab inteſta. deff. & in §. cæterum ibi. ſi
4 neque de leg. agn. ſucceſſ. Et maximè in fideicommiſſo tranſuerſalium ad quod proximior ex quocunque latere admittendus eſt, l. 2. §. hęreditas proximo, ff. de ſuis & leg. l. 1. §. ſi quis proximior, vnd. cogn. cum alijs iuribus adduct. per Decia. conſil. decimoſeptimo, numero primo, volumine primo, & ità ſentiunt Doct. in diſpoſitione hominis quos allegat Caualcan. deciſ. 9. numero trigeſimotertio, &
5 ſequent. par. ſecunda. Minuſque dubitandum eſt in caſu noſtro, an intelligatur de proximiore teſtatoris, an grauati (de qua re vltra alios latè per Bolog. conſil. fi.) quoniam, cum voluntas teſtatoris clara fuerit, & poſt eius filium & deſcendẽtes, fratrem ſuum vterinum de alia agnatione vocauerit cum ſuis deſcendentibus, & demum redierit ad proximiorem in gradu, domus, & agnationis dicti teſtatoris, clarè apparet vocaſſe proximiorem ſibi teſtatori, Surd. conſil. 31. num. 33. volumine 1.
6 Peregr. de fideicom. Ar. 20. ſub nu. 14. & hoc operari illa verba dicti teſtatoris, quæ reſtrictionem importare videntur, l. final. C. de hæred. inſtitu. & ſic non poſſunt dici ſuperflua, l. ſi quando, de leg. primo facit in propoſito Menoch. conſil. 106. num. 279. volumine ſecundo, vltra alias rationes, quæ adduci poſſent ad tollendum obiectum ſuperfluitatis, præſertim quia in terra Petraſanctæ (vbi eſt teſtator, aliæ familiæ de Tolomeis adſunt, quæ tamen non ſunt de linea ipſius teſtatoris quod in facto non negatur, & circumcirca dictam terram per plures ciuitates, & loca, tale
7 cognomen de Tolomeis reperitur, vnde cum teſtator clarè locutus ſit vocando proximiorem ipſius teſtatoris, non eſt vagandum circa coniecturas, l. continuus vbi Bald. de verbor. obli. Illuſt. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 1. tit. primo, num. 11. car. 4. & lib. octauo, tit. 12. num. 30. & 31. Quamuis in dubio Florentiæ ſemper interpretatum fuerit pro proximiore grauati, quotieſcunque de hac re dubitare contingit, forte per ea, quæ tard. Vaſq. de ſucceſſ. lib. tertio, §. vigeſimoſeptimo, numero ſexto, limitat. trigeſimaprima, & recenſet. Marz. de fideicomm. quæſt. trigeſimaquinta.

Non

Non obſtante quod in dubio de proximiore teſtatoris intelligendum ſit, ſecundum diſtinctio. Decia.conſ.9 nu.19. vol.2. quem Craſ. adducit d. §. fideicommiſſum quæſt. 18. ſub nu. 1.

9 Et quod non attendatur proximitas grauati, quando grauatus, non eſt coniunctus ſanguine teſtatori, tenet Peregr. de fideicomm. d. articulo 20. numero 14. & 26. vbi etiam in relicto cognatis teſtatoris, propinquiores tantum admittendos eſſe ait iuxta notata per Bart. in l. ſi cognatis in fine, ff. de rebus dub. ſed vi. per Theſaur. deciſio 65. & Rimin. iunio. conſilio 283. volumine primo, & Ozaſc. conſilio 72. Gabr. commun. concluſio. de fideicomm. concluſio. 3. Anton. Petr. de fideicomm. quæſt. 11. numero 8. cum ſequen. in hoc enim caſu noſtro teſtator non vocauit proximiorem in infinitum, (de qua materia in l. Boues, §. hoc eſt ſermone, vbi Tiraquel. de verborum obligatio.) ſed deficientibus linea ſua, & ſuorum deſcendentium, ac linea dicti Baſtiani de vanis, quibus omnibus lineis deficientibus, locus fuit fideicommiſſo purificato, reſoluto, & extincto in perſona dicti Claudij de Tolomeis proximiore dicti teſtatoris prout obtinuit à Magnifica Rota Florentina, Anno 1606. de Menſe Iunij me patrocinante, & pondus diei, & æſtus ſine lucro ſupportante, ſed ipſo alienæ libertalitatis, & laboris gaudente hac de cauſa Scutos decem millia.

10 Hinc dicitur quod in dubio proximiores ab inteſtato regulariter, ſunt proximiores, & potiores in fideicommiſſo. tex. in §. penult. inſtit. de ſucceſſ. cogn. l. vlt. & ibi gloſ. & Doctor. C. vnde legipt. Decia. conſilio 1. numero 340. & 344. volumine primo, & Domus, & cognatio idem ſonare videntur, vt per Curt. iunio. conſilio 19. numero 6. Mantic. d. tract. de coniect. vlt. volunt. d. libr. 8. titu. 12. numero 17. vtique Claudius de domo, & cognatione teſtatoris proximior ſolus inuocatione comprehenditur, cùm non habeat æqualem, nec alium qui illum præcedat, immo, & idem eſſet quando eſſet differentia inter domum, & agnationem.

11 Nam quod Claudius ſit de agnatione: quia proximior non ambigitur, eſt enim de Tolomeis deſcendens à Iacobo primo de Tolomeis, à quo deſcendit quoque teſtator, & eſt text. in §. 2. inſtitut. de legipt. agnat. ſucceſſ. Sumendo agnationem pro ſanguine, & accipiendo domum pro cognomine de Tolomeis. In vtroque enim verificatur gradus proximior, in perſona Claudij.

Similiter dicitur quod ſi intelligeretur ſtrictè de domo ipſius tantum teſtatoris, ſi Claudius nõ eſſet talis, nec Iacobus eius aduerſarius remotior in vno gradu, eſſet talis; quo caſu ſolum eſſet attendendus gradus proximioris, ſed ſed re vera tàm Claudius, quàm Iacobus deſcendunt à dicto Iacobo primo, & hac de cauſa contendunt, verum Claudius, vt in gradu proximior fuit admiſſus per ſupradicta, & facit reg. cap. vtile per inutile de regul. iur. in ſexto, & in propoſito Capr. conſilio 66 numero 7. & 8. vbi ait quod oratio coniuncti reſoluitur in disiun-
12 ctam, vt diſpoſitio locum habeat: circa quod plura allegat Caualca. Deciſio. 25. ſub nume. 6. parte tertia, nec illa dictio dicti teſtatoris reſtringitur ad coniunctos ex vtroque latere tantum teſtatoris, ſed operatur quod intelligatur de domo teſtatoris, & non de alijs domibus de Tolomeis quæ non deſcendunt a dicto Iacobo primo, quoniam vt ſupra diximus cognomen de Tolomeis in Petra ſãcta habet tres Ramos, Primus Taddei; Secundus Nicolai; Tertius Iacobi prædicti. à quo deſcendunt teſtator, Iacobus aduerſarius, & Claudius noſter, & ſic ad differentiam aliorum ſupradictorum ramorum de Tolomeis proculdubio dicta verba dicti teſtatoris ſunt poſita, & reſoluunt quæſtionem paulò ante elicitam, an intelligatur de proximiore teſtatoris, aut grauati, ſecus eſſet ſi dixiſſet de linea vel de collonelo dicti teſtatoris, vel appoſuiſſet copulam, & vocãdo proximiorem, domus de Tolomeis, & dicti teſtatoris, per ea quæ tradit Bart. in l. 1. C. de ſumma trinita. & fid. cath. & alios allegat. Peregr. d. tract. art. 16.

14 Nec quicquã facit quod Iacobus ſit ex vtroque latere coniunctus, & Claudius ex vno latere tantum ipſi teſtatori, cum Claudius, & ipſe ſit coniunctus ex latere patris; quoniam in ſucceſſione tranſuerſalium differentia iſta inter coniunctos ex vno, vel vtroque latere poſt fratres, ſublata ſit, tùm à iure communi, tùm à Statuto Petræſanctæ, & de iure communi eſt tex. in d. §. 2. inſtitu. de legipt. agnat. ſucceſſ. l. 2. §. Agnati, ff. de ſuis, & legipt. hęred. Bart. in l. 2. §. legipt. ff. eodem. Alexan. & alij in authen. Poſt fratres, C. de legipt. hęred. Capr. conſ. 104. nu. 1. Peregr. de fideicomm. ar. 22. per tot.

15 Hinc eſt quod in hoc præſumitur teſtatorem voluiſſe proximiorem ſuccedere iuxta diſpoſitionem, nedum iuris commun. vt ſup. ſed ſtatutorum Petræſanctę, quia quiſquis naturaliter affectionem habet ad patriam ſuam, l. peto, §. fratre, & ibi Doctor. l. cum ita, §. in fideicommiſſo, de legat. 2. Socin. in l. gallus, §. quidam recte. colum. 4. in princip. de lib. & poſthu. vnde dicimus. *Dulcis amor Patriæ, dulce videre ſuos*; vt not. in l. qui habebat in verb. dulciſſimè patriæ. de leg. 3. Et ideo ſiue proximior Claudius noſter ſit ab vno latere tantum, ſiue à duobus, admittitur ſublata tali differentia. vt per Bart. in l. re coniuncti. verſic. tertio quæro. de leg. 3. Didac. lib. pract. quæſt. cap. 38. ſub nu. 1. & ſub num. 4. verſi. ſecundo. Et tandem cum teſtator magis conſiderauit domum & agnationem ſuã quam perſonas horum altercantium, quos nõ expreſſit cum exprimere potuiſſet: ideo proximiori verè de dicta agnatione ſtanendum eſſe, vt in propoſito. per Anchar. conſi. 27. colum. 4. ſub numero ſexto, vbi in fortioribus terminis quando teſtator ſuos proximos vocauit, hic verò vocauit proximiorem, adeo quod res caret omni prorſus difficultate.

16 Et ex abundanti dicitur, quod ad tollendam omnem dubitationẽ, ſi quæ oriri potuiſſet (circa verbum proximior) inter duos æquali gradu proximiores, dato caſu quod teſtator vocauerit in numero ſingulari proximiorem; vt in caſu iſto lex ipſa voluit prouidere, vt ſingularitas conuertatur in pluralitatem, & quòd ambo ad fideicommiſſum admittãtur, vt decidit tex. ad literam. in §. ſi plures Inſtitut. de leg. agnat. ſucceſſ. & in l. 2. §. hæreditas, ff. de ſuis, & leg. hær. Peregr. de fideicom. d. art 22. num 65. Iaſ. conſi. 215. colum. 3 vol. 2. Dec. conſil. 50. Rol. conſil. 38. à nu. 44 vſque ad num. 53. volum. 4. Crauet. conſ 180. & conſ 161. num. 4 Mant. de coniect. lib. 8. tit. 12. ſub nu. 23. ver. illud autem

dubium, quamuis Doctо. aſſerunt, verificari in vno qui ſit maior natu. Simon de Prę. de inter preta. vlt. volunt. lib. 3. ſol. 4. num. 11. cum ſeq. car. 128.

17 Et cum teſtatoe vocauerit proximiorem in gradu ordine ſucceſſiuo, certum eſt quod remotiores excludere intellexit, argumen. l. cum pretor, ff. de iudic. cum ſimil. & l. 3. §. fina. ff. de liber. & poſth. & de eo. teſtatur Pariſ. conſilio nonageſimo, numero quadrageſimo octauo volumine 2. refertque Graſſ. de vlt. volunt. §. fideicommiſſum. quæſt. 11. verſic. quidam, numero 9. Caualca. Deciſ. 25. numero 8. par. 4. Et eſt, ac ſi teſtator dixerit Salua; gradus prærogatiua. vt plura adducit Peregr. de fideicommiſ. art. 21. nu 1. 2. & 3. & 3. & multa dicit Simon de Pret. de interpretatio. vlt. volunt. libro 3. folui. 4. numero 11. cum ſequent. Capr. conſil. 64. num. 17.

18 Dubium tamen facere videbatur, an dictus Iacobus in caſu noſtro ob mortem Andreæ ſui patris repręſentet eius perſonam, Nam ſi hoc verum eſſet concurreret ad fideicommiſſum cum d. Claudio. per tex. in §. ſi plures, inſtitu. de leg. agn. ſucceſſ. & per ea quæ dicta ſunt in verſic. & ad tollendam. Et quod filius repręſentet perſonam Patris in ſucceſſione eſt tex. in §. reliquum in Authent. de hęr. quæ ab inteſta. differ. & in authen. vt fil. fratrum. §. 1. Col. 9. & in fideicommiſſo ad quod Teſtator vocauit proximiorem ordine ſucceſſiuo, nempe quod filius ſubintret in locum Patris, prima fronte videtur tenere Couarr. lib. Pract. quæſt. cap. 27. ſub nume. 4. Peregr. de fideicomm. Articu. 21. numero vigeſimo, vbi ait dictam Clauſulam,
19 ordine ſucceſſiuo, referendam eſſe ad mentem iuris. de quo vi. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 4. titu. 18. ſub numero 68.

Veruntamen cũ agatur non de Diſpoſitione legis, aut ſtatuti, ſed hominis, & de hæreditate trauerſalium ex teſtamento, & maxime in quarto, & quinto gradu, certè repręſentatio
20 locum non habet, vt in §. poſt fratres, in dicta Authentica de hær. quæ ab inteſta. defer. Deci. conſilio primo, numero ſexto, conſilio 444. numero ſecundo, & tertio, Decia. conſilio nono, numero ſexageſimoſeptimo volumine ſecundo, Caualca. Deciſio. 9. numero 37. pag. 2. & Deciſio. 24. num. 2. & Deciſio. 25. numero octauo, pag. 4. Graſſ. de vlt. volunt. §. fideicommiſſum, quæſtione vndecima, numero quinto, Mantic. de coniectu. libro octauo, titulo nono, numero nono. Et ità tenet Coarru. loc. ſupracit. in fine, vbi ait quod opinio Gloſſ. in ver. proximo. d. l. cum ita. §. in fideicommiſſo, de leg. 2. eſt repellenda, & reprobanda.

21 Et quod filius non repręſentat perſonam patris, niſi in duobus caſibus a iure expreſſis, videlicet in hæreditate aſcendentium, & Patrui, iux. §. cum filius. Inſtitu. de ſucceſſio. qualit. inteſta. & in §. ſi plures, de leg. agn. ſucceſſ. tenet pulchrè Goxad. conſilio 59. ſub num. 5. Ceph. conſil. 16. nu. 32. & ità etiam declarat Peregr. de fideicomm. articulo vigeſimoprimo numero vigeſimoprimo, vigeſimoſecundo, & ſequent.
22 inquiens quod ſi teſtator vocaſſet proximiorem ordine ſucceſſiuo, ſeruata gradus prærogatiua, & ſecundum iuris ordinem ijs prægnantibus verbis, aliud ſentiendum eſſet. & alleg. Menoch. conſilio 124. numero trigeſimoſeptimo, & 215. & Couarr. dicto capitulo 38. verſicu. octauo. eſt aduertendum; vna cum alijs ſub numero 21.

Sed hæc verba omnia nõ ſunt ſcripta in hoc fideicommiſſo, nec verſamur inter perſonas de quibus Docto. affirmatiuam tenentes (vt ſupra) loquuntur.

23 Quinimmo vocato proximiore Nepos non concurrit cum patruo. l. libertus. §. libertas, ff. de bo. liberto. Aret. in d. §. cum filius. inſtitu. de hær. quæ ab inteſta.

Qua de re dictus Iacobus excluſus tanquam remotior à d. Claudio viro proximiore, videnſque in ſũmariſſimo poſſeſſorio penitus ſe ſuccubuiſſe, & non habere locum ius repręſentandi perſonam patris, tentauit per coniecturas excludere Claudium, quem aſſerit odio proſecutum fuiſſe à Teſtatore, & Andream patrem dicti Iacobi actoris pręddilectum fuiſſe. & Teſtatorem intellexiſſe vocare Andream vti proximiorem, & non Claudium, ſicut aſſerit Teſtatorem declaraſſe ante & poſt teſtamentum hanc ſuam mẽtem coram duobus vel tribus teſtibus quos examinari fecit, & de quibus, & illorum dictis infra latè diſcutietur.

Verum enimuero vana eo magis videtur prætenſio dicti Iacobi ex perſona Andreæ eius Patris: Nam eſtò quod Andreas fuiſſet expreſſe vocatus ſub d. conditione, de qua in teſtamento poſt Sebaſtianum, & eius deſcendentis. Si
24 Andreas mortuus eſt antè Sebaſtianum, & ſic ante purificatam conditionem, certum eſt quod quo ad eum extinctum penitus remanſit fideicommiſſum, l. prima, §. dies, ff. de condi. & demonſt. l. Statius, §. Cornelio Felic. vbi Doct. ff. de iur. fiſc. & dicitur caducatum taliter ac ſi vocatus non fuiſſet, vt in l. vnica, C. de caduc. tollen. & cum eo perijt ſpes, & ius tranſmittendi ad filium, vt in d. l. vnica §. ſin autem. dixi ſupra verſicu. minuſque, & eſſe omnium ſententiam teſtatur Graſſ. §. fideicommiſſum, quæſt. ſexageſimaſeptima, numero ſexto, & habetur per Caualca. deciſi. 19. numero 36. par. 3. vbi declarat qualiter hoc procedat in extraneis: latè Dec. conſil. 465. numero quintodecimo, cum alijs adduc. per Cęphal. conſi. 131. numero 2. 3. & 10. volum. 1. Craſſ. §. fideicommiſſum, quæſtio 67. ſub num. ſexto, vbi diſtinguit ex mente aliorum, & quæſt 68. aſſignat 4 coniecturas ex quibus fideicommiſſum conditionale dici poteſt tranſmiſſibile.

25 Et teſtator vocando proximiorem, intelligitur vocaſſe nominatim Claudium, qui verè, & nõ per fictionem ſolus reperitur proximior; nam ſermo indefinitus, qui alias vniuerſali æquipollet, vim expreſſæ ſpecificationis habet, ſi in vno ſolo verificari poteſt, & eſt perinde ac ſi nomine proprio vocaſſet Claudium, tempore purificatæ conditionis, & non Iacobum qui remotior eſt, D. Menoc. conſ. 97. numero 155. p. 1. conſi. 206. numero 18. & 19. p. 2. qui Iacobus perſonam patris repræſentare minime poteſt, per ſupradicta.

26 Nam fictio in hoc caſu locum non habet, vt dicunt infraſcripti Doctor. & proximitas vera attenditur tempore purificatæ conditionis, vt per gloſ. in l. eum qui. de condit. & demonſtratio. l. interuenerit, de legat. præſtan. Bartol. in l. qui ſe patris, numero quinto, C. vn. lib. Alexan. conſil. vigeſimoſexto, cir. fi. volumine 3.

Dec.

Dec.conſilio 299.numero octauo, Caſtr. con-
ſilio 164.colum.5.verſic.ad ſecundum,volum.
ſecundo. Pariſ.conſi.40.numero 17. cum plur.
ſequen.& conſ.74.num.12.& 13.& conſil 83.
ſub numero 15.volum.2.Simon.de præt.de in-
terpret.vlti.volunt.lib.3.dub.3. ſolut.4. nu.16.
& ante conditionis euentum actio non com-
petit.l.Thais ancilla,§.ſtichus,ff.de fideicom.
liber. Bar.in l.quibus diebus,§.termilius.nume
ro 6.ff.de condit.& demonſt.& in propoſ.Sur.
deciſ.44.nu.12.

Et dato etiam quod Andreas tempore teſta-
menti fuiſſet proximior,&Claudius remotior,
vel quod Andreas fuiſſet magis dilectus, &
Claudius minus dilectus, nihilominus mors
27 Andreæ omnia ſoluit,§. deinceps.in authent.
de nupt.Socin.iunio.conſi.112.par.4.& ſolum
attenditur gradus illius perſonæ, quæ tempore
aduenientis conditionis reperitur proximior,
prout eſt Claudius.Caſtrenſ.d.conſil. 164. ſub
numero quinto. verſi,ad ſecundum, volum.2.
Couarru. Pract.quæſt.cap.28.per Pologn. con-
ſilio fin.per tot.Roland.a Vall. & alios de qui-
bus per D.Menoch.conſil.106.numero 73.74.
cum ſequen. volum.2.vbi in caſu noſtro latis
in propoſito loquitur,& Couarru.ſub numero
4.verſiculo ſecundo contra gloſ. & ſupradicta
proculdubio procedunt in diſpoſitione homi-
nis,vt dicunt ſupradicti Doctor.& habetur per
Bald.in l.penult.ff.de teſtam.tut. ſed parum cu
rādum de hac diſputatione in caſu noſtro, cum
Claudius, tùm tempore conditi teſtamenti,
tùm conditionis purificatæ proximior extitit,
quo fit vt concludendum ſit quod Iacobus nō
poteſt ſuccedere d.teſtatori cum non ſit proxi-
mior,tanto minus cum nec ab inteſtato vti re-
motior,& ſuccedere poſſit,§.eadem,in fin.in-
28 ſtitu.de hær.quæ ab inteſta. Vaſq.de ſucceſſ. li-
bro ſecundo,de exemplar.ſubſtitut.§.17.num.
85.ſed ille qui ſuccedit ab inteſtato vocatus
præſumitur,vt ibi.

Quo verò ad coniecturam prædilectionis er
ga Andream,& alteram coniecturam odij cō-
29 tra Claudium, huiuſmodi coniecturæ locum
non habent (vt ſup.dixi) in diſpoſitione & vo-
luntate clara teſtatoris per l.ſi is qui ducenta,in
prin ip.vbi Bald.& alij,ff.de rebus dub. Illuſt.
Mantic.de coniect. libro 3.titu.4. ſub numero
6.& fortè hæc coniecturæ locum ſibi vendica-
rent,ſi mens teſtatoris eſſet dubia,& coniectu-
ræ affectionis. & odij concludenter probatę ex-
30 tititiſſent, quod factum non eſt : & licet conie-
ctura affectionis ſit valde potens ; ar. l.ſi ſeruos
plurium,§.vlti de leg.1 D. Mantic. in d.tract.
libro quinto,tit.11.cir.princip.tamen in claris
dicit non militare : nec procedere in caſu iſto,
ſed procederet quando diſceptaretur inter a-
ſcendentes,& deſcendentes,aut inter fratres,&
pares in gradu,& quando verba interpretatio-
nem paterentur. Peregr. de fideicomm.d.arti.
21.ſub numero 12. & ante art.18. ſub numero
quarto. Illuſtr. & Reuerendiſſimus Mantic. d.
tract.libro 6.titu.11.numero 9. quæ coniectu-
rę caſui præſenti non adaptantur,vt infra pate-
bit, ſed quando eſſent duo proximiores ęquali
gradu, vt puta ſi Andreas viueret concurreret
cum Claudio, tamen non eſſet diſputandum
circa affectionem, quoniam lex ambo admit-
tit : vt in §. ſi plures,inſtitutio. de legat.agnat.
ſucceſſ.

Et quo ad coniecturam odij prætenſi contra
Claudium equidem eſt iàm vana, ſicut vanę
ſunt nuces: vt. Crot.conſil.363.numero nono,
& decimo, volumine ſecundo : licet verum ſit
quod odioſi teſtatori in dubio non intelligan-
tur vocati, l. Lucius Titius, ff. de legat.2. Alex.
conſilio 138.numero vigeſimoquinto, volumi
ne primo, nec odioſi includantur in generali
teſtatoris ordinatione, vt not. Bartol. de Salyc.
in l.in ipſas.C.famil.herciſ. Pereg.de fideicom
miſ.artic.u. 22. ſub numero 99. D. Mantic. de
coniect.libro ſexto, titu. vigeſimo,numero vi-
geſimo.

Nihilominus inter teſtatorem,& Claudium
hæc coniectura omnino ceſſat, cum nulla fue-
rit controuerſia nec ciuilis, nec criminalis in-
ter teſtatorem,& Claudium;eſto quod inter il-
lorum authores aliquando ex cauſa ciuili con-
trouerſum fuerit, tamen nec probatum hoc
32 fuit, qua de re cauſa odij ceſſante, vtiq; odium
ceſſaſſe præſumitur, l.ſecunda,vbi Bald. C.qui
ad liber.perue.non poſſ. Quinimmo præſum-
ptio eſt, quod, ſi aliquod odium inter eos fuiſ-
ſet, quod teſtator illud remiſerit, dùm teſtan-
do,& in actu recōmendandæ animæ ſuæ Altiſ
33 ſimo creatori cogitat ſe moriturum : nemo
enim præſumitur immemor ſalutis æternæ. l.
vlt.C.ad leg. Iul.repet.facit Eccleſ.capitu.ſepti-
mo, non peccabit in æternum qui cogitat ſe
moriturum; vti ſciens, quod ſi non remittit
de corde odium, dignus eſt æterni ſupplicij.
Matth.capitu.ſexto,& ſeptimo, & iſta præſum
ptio remiſſionis odij, vti Chriſtiana,eſt etiam
magis veriſimilis ; & ideo amplectenda,capit.
quia veriſimile.de præſ.

34 Nam illa præſumptio quæ magis fauet ani-
mæ teſtatoris dicitur fortior, & receptior, &
magis præualet D.Mantic. de coniect.lib.duo
decimo, tit.decimoſeptimo, numero ſeptimo,
& trigeſimoprimo, facit Menoch. de præſ.lib.
6.præſ.64. numero quadrageſimoſexto. Alex.
in conſilio 103. numero quintodecimo. Ange.
conſilio 141.in fi. & odium præſumitur ſubla-
tum per confeſſionem & cōtritionem : vt per
Mantic.d.lib.6.titu.11. numero 20. qui etiam
titu.2.numero ſexto lib.1. ait quod huiuſmodi
coniecturæ tanquam temerariæ omnino ſunt
reijciendæ.

Sed quorſom hæc,cum de illis non fuerit
quidquam probatum, nec de eo vllam cauſam
dignam, nec ſufficientem teſtes adduxerunt;
& certum eſt quod virtus depoſitionis teſtium
35 ſtat in dicto, & in bona, & concludenti ratio-
ne,l.cum pater,§.dulciſſimis.de leg.2. Alexan.
conſil. 120.columna tertia, volumine quinto.
Dixi in pract. de teſtam.par.3. numero 87 88.
& ſequen. dictum namque ſine ratione dicitur
eſſe tanquam corpus ſine anima, l. cum ratio,
ff. de bo.damnat.

Cæterum quo ad aſſertam teſtatoris volun-
tatem declaratam antè, & poſt teſtamentum,
prout teſtes aſſerunt, licet varij, & ſingulares,
& non concludentes,nec quidquam probantes
quod releuet,ad excluſionem Claudij, & inclu
ſionem Iacobi,vt ſuſ.

36 Dicitur quod voluntas teſtatoris coram te-
ſtibus duobus vel tribus declarata ante vel poſt
teſtamentum valet quando eſt ambigua,l.hæ-
redes palam,§.ſi quid poſt.ff.de teſt. l.duo ſunt
Titij.ff.de teſtam.tut. Bar.Bal.Saly.& alij in l.

precibus, & in lege ſecunda, C. de impub. &
alijs ſubſtitu. Iaſ. in lege ſi quis in fundi voca-
bulo, numero trigeſimo octauo de lega. primo,
Oldra. conſilio 297. per tot. Alexander conſi-
lio 100. volumine quarto, Cephal. conſil. 144.
Decia. conſilio 37. numero 33. volumine 3.
Cæphal. conſi. 144. Deciao. conſilio 37. nume
ro 33. volum. 3. & conſi. 56. numero vigeſimo
quarto, volumine 2. pulchrè Illuſtriſ. Mant. de
coniectur. libro 3. titu. 1. in terminis. Surd. de-
ciſio. 54. ante numero ſexto, cum alijs in pro-
poſ. adducit per Gabr. comm. conclu. titu. de re
gul. iur. conclu. 3. vbi late hanc rem explicat, &
tangit.

Sed concluſio iſta in duobus tantum caſi-
bus locum habere reperitur, de mente ſupradi
ctorum Doctor. primus caſus eſt ad tollendam
tacitam illam voluntatem; nempe quod ſubſti
tutio vulgaris non contineat pupillarem, vel
37 quod ad augmentum ipſius tacitæ, quod pupil
laris tacita excludat matrem, vt dicunt Bal. Sa-
lyce. & alij in d. l. precibus, C. de impub. Secun
dus caſus eſt ad declarandam teſtatoris ambi-
guam voluntatem, & diſpoſitionem teſtamen
tariam, vt per eoſdem Bartol. Bald. Salyc. Ale-
xand. & Iaſ. in l. quamuis. C. de impub. & Do
ctor. in l. hæredes palam, §. ſi quid poſt. de teſta.
Symon. de Præt. de interpret. vlti. volunt. libro
1. dub. 3. ſolut. 5. nu. 32. D. Mant. de coniect. lo.
ſupra cum alijs cit.

Veruntamen quando concluſio affirmatiua
38 ſit in ſe vera, primo limitatur, quod voluntas
teſtatoris ante vel poſt teſtamentum declarata
coram duobus, vel tribus teſtibus locum ſibi
vindicat, ſi declaratio fiat, vt mox dixi ſuper
mente ambigua, & verbis dubijs teſtatoris, vt
per Angel. in l. iuris gentium, §. quod ferè. ff.
de pact. & ita limitant Doctor. in dicto §. ſi
quid poſt. ſecus quando voluntas clara eſt, &
verba ſimul teſtamenti non habent aliquam
dubitationem, vt in l. continuus, de verbor.
oblig. tio. & ità tenet Dom. Mantic. d. tract. li-
bro primo, titulo primo, numero vndecimo.
Nam certitudine poſtergata, & veritate negle-
cta eſt imbecillitatis intellectus contra Teſta-
toris claram voluntatem quærere indicia, &
coniecturas, vt ait Bal. in d. l. continuus, Ca-
39 uilloſique, & phantaſtici appellantur illi qui
euidenter veris, per breuiſſimas mutationes di-
rigunt diſputationem ad ea quæ euidenter falſa
ſunt, vt l. ea eſt natura, ff. de reg. iur. vbi Cagn.
in princip. & hanc ſupradictam limitationem
firmat multis iuribus, & authoritatibus Gabr.
Gabr. dicta concluſione tertia numero 26. 27.
& ſequent. facit Maſcar. de probatio. concluſio.
174. numero vigeſimoſexto, & concluſ. 1422.
numero 24.

40 At cum teſtator proximiorem de ſua domo
& agnatione vocauerit, non ambiguè, ſed clarè
locutus eſt, cum, vt prædixi verbum proxi-
mior non egeat declaratione, quia ſatis de per
ſe clarum eſt. Roland. d. concluſ. 38. nume. 33.
& ſequen. volum. 4. in terminis Couarr. Prac.
quæſtio. capit. 38 ſub numero 4. verſicu. ad in-
telligentiam gloſſæ. Mantic. de coniect. vlt. vo-
lunt. libro 8. titulo 12. numero 34. cum ibi per
eum adducti, quia de re, quod verè à iure decla-
ratum eſt non eget alia declaratione, ſicuti
quo iam diffinitum eſt, non licet nobis diffini
re. Damaſ. regul. cano. 90. vbi multa iura pro
41 hac reg. adducit, & quando ſimpliciter vocatur
proximior eſt, ac ſi vocatus quis eſſet expreſſe
ſuo proprio nomine. Aleiat. in d. l. cum ità. §. in
fideicommiſſo, ſub nume. 14. verſ. etenim pro-
ximior, de leg. 2. Graſſ. in §. legatum. quæſt. 65.
facit, quia paria ſunt aliquid ab initio eſſe cer-
tum, vel tempore aduenientis conditionis eſſe
certificatum, arg. l. aſſe toto, ff. de hære. inſtitu.
Doctor. in l. certam, ff. de acquiren. poſſeſſio.
Graſſ. vbi ſupra quæſtione 64. numero ſecun-
42 do. Vbi dixit valere legatum factum perſonæ
incertæ, quando perſona certificanda venit. &
eſſe commun. opinio. teſtatur Bartol. Soci. in l.
quidam relegarunt, numero duodecimo, ff. de
rebus dub. trad. ſcrib. in dicta lege ſi ità, ff. eod.
& paria ſunt quem ſuo proprio nomine voca-
tum eſſe, vel per aliam demonſtrationem quę
vicem proprij nominis habeat, & illius no-
men ſignificet. tex. cum gloſ. in l. hac conſultiſ-
ſima, C. qui teſta. fac. poſſ. Simon de Pret. de
interpretat. vlt. volunt. lib. 3. Dub. 3. ſolutio. 4.
nume. 18. & 35. eat. 131. & paria ſunt aliquid
ab initio eſſe tale, vel ex poſt facto tale effici,
l. nec intereſt. ad leg. Falcid. l. penult. de actio.
empto.

43 Nec exemplũ, d. l. hæredes palam, §. ſi quid
poſt. de teſtam. & d. l. Duo ſunt Titij, ff. de te-
ſtam. tut. & ſimilia, adaptari poſſunt caſui no-
ſtro, niſi à contrario, & tunc pro Claudio fa-
ciunt. Nam ibi ratione dubitandi, circa lega-
tũ Titio amico ſuo factum, cùm teſtator duos
Titios amicos haberet, opus fuit declaratione,
videlicet de quo Titio teſtator ſenſerit, ne for-
tè ratione incertitudinis vitiaretur legatum,
44 per l. ſi fuerit, de rebus dub. tex. in l. ſi frumen-
tum, & l. idem Pomponius, ff. de rei vendi-
catio. §. incertam inſtitu. de legat. Bartol. in l.
Quintus. La ſecunda, §. 1. numero tertio, ff.
de aur. & argen. lega. idem in l. ſi ità, de rebus
dub. Gomeſ. varia. reſolutio. de vlt. volunta.
tom. 2. capitulo vndecimo, numero octauo, &
Domin. Mantic. de coniect. lib. 3. titulo 2. nu-
mero decimoſeptimo, & lib. 8. titulo quarto,
ſub numero 4. & 5. Nimirum, quia amicitia
45 ſuſcipit magis, atque minus, vt apud Aull. Gel.
legitur, Amicus Socrates, amicus Plato; ma-
gis amica veritas, hinc dicitur quod ille, qui de
Duobus amicis probat ſe eſſe magis amicum
Teſtatori, obtinere debet. Simon de Pret. de
interpretatio vlt. volun. lib. 3. Dub. 3. ſolutio. 4.
numero 2. hinc etiam dicitur quod ſi duo ſint
Titij, quorum vnus ſit hæres inſtitutus, is in-
telligitur hæres inſtitutus qui ſpeciali amicitia
46 coniunctus eſt ipſi Teſtatori, quoniam ſpecia-
lis amicitia nominis obſcuritatem declarat in
teſtamentis, vt per Rom. in d. l. hæredes palam.
numero quinto de teſta. qui ità reſtringit. d. l.
Duo ſunt Titij, ff. de teſta. tut. & eum refert.
Mantic. d. tract. lib. 4. titu. 6. numero ſecundo.
Secus eſt de hoc verbo proximior, quod non
poteſt ex ſua propria ſignificatione recipere il-
lud magis, cum tanquam comparatiuum il-
47 lam dictionem (magis) in ſe contineat, vt ſup.
& in eis ſuis omnis ſuperfluitas reijcitur. l. ſi plu
res, ff. de teſta. tut. nec à propria ſignificatione
verborum recedendum eſt, quando diſpoſitio,
eſt clara, & valida. l. non aliter, de lega. 3. im-
mò tenet Iaſ. in l. quoties, ff. de verb. obligatio.
non eſſe receden. à clara diſpoſitione, quamuis
actus periret. Crauet. conſil. 288. columna ſe-
cunda

Digitized by Google

cunda Cephal. conſilio 138. numero 2. 3.4. &
5. volumine primo. Hinc eſt, quod in elatis
coniecturę ceſſant, non admittuntur ſupple-
tiones, nec teſtes in contrarium, nec opus eſt
recurrere ad vſum communem loquendi teſta-
toris, nec poteſt allegari non ius conſuetudo
Cephal.conſil.199.num.6.7.8.9.& 10.Mantic.
de coniect.lib.1.tit.1.

Secundo principaliter limitatur diſpoſitio.
d.§.ſi quid poſt. non habere locum, quando de-
claratio non eſt facta de ordine expreſſo teſta-
toris, qui ad hooc effectum illos elegerit iuxta
terminos, l. Theopompus, ff.de dot. præleg. &
l. qoem hæredem, ff.de conditio. & demonſtr.
dummodo noo trãſeat io nouam diſpoſitionẽ,
vt io ſimili trad. D. Mantic. de coniect. lib. 3.
titulo primo ſub nnmero 15.16.17.18.& 19.&
de fide illius qui data opera ad effectum decla-
randi mentem teſtatoris electus ſit formiter
trad. Simon.de Prę̨t.d.tract.lib.1.dub.3. ſol.5.
numero 23.

At ſi teſtator non elegerit, ſed antè vel poſt
teſtamentom perfunctorie, & obiter per tran-
ſennam aliquid ſuis amicis dixerit ſe feciſſe, aut
diſpoſuiſſe, nihil de huiuſmodi aſſertione cu-
randum eſt in terminis, Surd.d. Deciſio.54.nu-
mero 7.8.& 9. nec poſt tantum temporis, talis
teſtium declaratio prodeſſe poteſt. Menoch.
de arbit.quæſtio.73. nomero 23. 24.25. & ſeq.
Nec ipſimet teſtes valent atteſtari de commiſ-
ſione eis facta a teſtatore ad declarandum eius
mentem, niſi appareret ſcriptura valida in ter-
minis Capr. conſilio centeſimoſexageſimoſe-
cundo, numero ſeptimo.

Nec teſtator erat ſecurus, quod teſtes tam-
diu ſuperuiuere deberent, vt adueniente caſu
ipſi parati eſſent ad declarandam eius men-
50 tem: Mors enim, & vita in mano Dei ſunt;
nec ſemper viuere poſſumus, niſi virtus clara
ſit, & ideo io ijs, quæ à futuro euentu depen-
dent, ad perpetuam rei memoriam opus eſt ſcri
ptura. iox. Doctor. Bartol. in l.final. ſub nume-
ro quattodecimo, C.de re iudic.ſimiliter teſta-
tor per ſcripturam hac in re, ſuam mentem de-
clarare oportebat, vt ſentiunt Doctor. in d.§.ſi
quid poſt. & oportebat etiam talem declaratio
oem formiter fieri cum iux.teſtium dicta illa
51 diſpoſitionem, & non ſimplicem declaratio-
nem ſapiant, vt text. in ſequen.lim.clarius do-
cebitur, & niſi declaratio fiat incontinenti nõ
tenet, vt limitat. Gabriel.d.concloſione tertia,
ſub nomero trigeſimotertio, verſiculo 1.limit.
de reg.iur.

Tertio limitatur principaliter diſpoſitio, d.
52 §.ſi quid poſti noo babere locum, quando de-
claratio egreditur terminos puræ declarationis
cuius natura eſt nil noni dare, vt innuit text. in
d.§.ibi, & puto poſſe, & per Tiraquell. de re-
tract.conſangu. §.primo, gl.decimaoctauo, ſub
oumero ſeptuageſimoſeptimo, vbi per decla-
rationem, non acquiritur maius ius, quàm
quod ex contractu quis habet per Caſtrenſ. in
dicto §. ſi quid poſt: & per alia iura ibi addnc.
per glo.in verb. ſignificat, & facit text. in ca-
pitulo primo, de ſumm.trin.& fid.catho. vt per
Dec.in l.cum hær.ſub nu.3.4.& 5.C.de impu-
ber. vbi ait quod ſi verba ſint dubia tunc inſur-
git propriè declaratio; ſi vero ſunt clara, tunc il-
la declaratio tranſit in diſpoſitionem; verũ.n.
vero teſtes dicentes, quod teſtator aſſeruit velle
hæredem facere Andream, vel qood hæredita-
tem relinquere volebat Andreæ, & Iacobo, &
quod ipſi erant eius proximiores, vel quod
eius bona ad eos peruenire volebat, omnia
iſta verba important diſpoſitionem, non au-
tem declarationem: vt per Alexander conſilio
quinquageſimoſecundo, volumine quarto, &
Dec. pulchrè conſi. 158. numero primo. Nam
53 declaratio eſt veluti excutere granum à ſpicis,
& eſt deregere illud quod in abſcõdito manet,
ſicut dicit Fulgoſ. conſilio 148. columna final.
quem in prop. adducit Roland. conſilio quinto
decimo, numero vigeſimoſeptimo, volumine
tertio. Simonc. de præt. de interpret. vlt. volun.
libro primo, dnb. quinto, numero ſecundo, car.
66. dicens quod declaratio non diſponit, ſed di
ſpoſitum detegit.

Verum Iacobus actor ex dicto borum te-
ſtium, videtur velle reſuſcitare Andręam eius
patrem, quod ad Deũ ſpectat. & Dei oĩpoten-
tis eſt miracula facere, & cõtra naturã eſt, quod
granũ iam motiuõ renaſcatur; vel Iacobus an-
tumat à ſpicis tritici velle eruere fabam, quod
eſt contra rerum naturam, cum ipſe non ſit gra
num, ſed faba, & Claudius granum, vti proxi-
mior, & ille remotior in gradu teſtatori. Sed
54 re vera quando diſpoſitionis verba retenta pro
prietate ab initio verificari poſſunt, nunquam
ex poſt facto ad ſenſum improprium exten-
duntur. l. verbis, ff.de vulgar. & pupilla. nam à
proprietate verborum receditur quando diſpo
ſitio alias eſſet ambigua, Paol. Caſtr. d.§.ſi quid
Ped.& Dec. d.l.cum hæres. numero tertio, C.
de impub.& niſi verba impropriarentur, teſta-
menti diſpoſitio redderetur nulla, l. Sceuola, ff.
ad Trebell. l.non aliter. vbi Doctor. de leg.3.gl.
ordin. in l.gallus, §. quidam rectè, & ibi Docto.
55 ff.de lib.& poſthu. †Quinimmo ſi teſtator ip-
ſe reſuſcitaret non valeret nouum ſenſum da-
re dicto verbo proximiori, l.nemo poteſt. de le
gat. primo, niſi per aliud teſtamentum, de quo
in teſtamento, & verba quæ propriam ſignifi-
cationem habent, nec declarari, nec interpreta-
ri valent, l.minime, de legat. Nec Princeps hoc
facere de iure poteſt, l.non dubium, C.de legat.
præſertim ad prę̨iudicium tertij. Gabriel.d.con
cluſi. tertia, numero tertio, & octuageſimo octa
uo. faciunt Menoch. de arbit. quæſtio. ſeptuage
ſimatertia, numero vigeſimoſexto. Ruin. con-
ſilio trigeſimooctauo, numero 10. libro primo,
Calcan. conſil. ſextodecimo, numero quadrage
ſimotertio. Caſtr. conſilio 338.& Dec. conſilio
533. in fine, niſi noua fiat diſpoſitio ſolemni-
ter, l. nihil tam naturale.

56 Imputandumque eſt teſtatori qui ante &
poſt teſtamentum, & in ipſo teſtamento cla-
rius, & apertius loqui potuit, & vocare expreſ-
ſe Andream, & eius filios, & noluiſſe colligi-
tur ex dicto tertij teſtis, *che il teſtatore diſſe non
già nell'atto del rogo del teſtamento, ma ſi bene ò
poco prima, ò poco dopo, che tenea per il ſuo piu
proximo de Tolomei Andrea, & non Claudio.*
Sed cum poſt teſtamẽtum teſtator multo tem-
pore ſuperuixerit meritò ei imputandum, ſi cla
rius ad beneficium Andreæ non diſpoſuerit,
Socin. in l. vbi not. quinta, ff. de rebus dub. Per
regr. de fideicomm. articu. vigeſimoprimo, nu-
mero trigeſimoſexto. Caſtren. in l.ſi pluribus.
§.ſi eadem de legat. primo, Marzar. conſilio ſe-
ptimo. At cum teſtator vocare potuit, & ta-

57 men nõ vocauit nec Andream, nec Iacobum,
dicendum quod conſultò omiſerit vocare il-
los l.commodiſſime, ff. de liber. & poſthum.
Peregr. articulo vndecimo, numero trigeſimo-
quinto. D. Menoch. conſilio 106. numero ſex-
to, volumine ſecundo. Nec quidquam allegari
poteſt, nec debet contra verba claré demon-
ſtrantia voluntatem Teſtatoris. Nam declara-
tio quæ aliunde venit quam à teſtamento, & à
verbis ipſius teſtamenti, (quando declaratio-
nem minime patiuntur) non eſt recipienda pul
chrè Viuia. deciſio. 281. numero ſeptimo, octa-
uo, & nono, & decimo, libro ſecundo, & deciſ.
300. in fine, eodem libro. Et cum teſtator teſta-
mentum facere aut mutare potuerit, & non fe
cerit, illud facere noluiſſe dicitur, Surd. deciſi.
88. nu. 4.

59 Quarto limitatur diſpoſitio. d. l. hæredes pa
lam, §. ſi quid poſt. de teſtamen. non valere de-
clarationem à teſtatore factam antè vel poſt te
ſtamentum coram duobus vel tribus perſonis,
quando illa alterat qualitatem ſubiecti, & ſub-
ſtantiam verborum, quia non dicitur propriè
declaratio, ſed magis Diſpoſitio alterando ſen
ſum proprium, verborum, & claram teſtatoris
mentem, vt ſupra dictum eſt, in tertia limitat.
& per Bald. in d. §. ſi quid poſt verſicu. tertio
60 not. vbi ait, quod quando declaratio dat no-
uum ſenſum, & alterat ſubſtantiam quali-
tatis ſubiecti reijcitur, idemque tenet. ibid.
Aretin. Not. quarto, Angel. Caſtr. Cuman. &
alij paſſim in l. edita, vbi Dec. numero qua-
drageſimoquinto, C. de eden. Ancharan. con-
ſilio centeſimo vigeſimotertio, numero tertio.
Gabriel. dicta concluſi. tertia, numero quadra-
geſimo octauo, & ſeq. de reg. iu.

61 Nec talia verba, quæ teſtatoris dicere ſolent
extra teſtamentum diſponunt, ſed adulatoria
vocantur, l. Iulianus, §. primo, de legat. tertio,
plura adducit Illuſtriſs. Mantic. de coniect. li-
bro tertio, titulo duodecimo, ſub numero ſe-
cundo. Nam ſæpè verba præter intentionem
loquentis proferuntur, capiti. dilecti, de appell.
idem Mantic. in propoſ. libro quinto, titulo
quintodecimo, vbi dicit, quod ſi teſtator in ea-
dem voluntate perſtitiſſet credendum eſt quod
multò magis in teſtamento expreſſiſſet.

62 Sed vbi opus eſt facto verba non ſufficiunt,
& facta ſunt potiora verbis, l. de pupillo, §.
meminiſſe. de op. no. nunt. hinc dicitur, verba
volunt, facta verò tenent, vt l. patre furioſo, ff.
de ijs qui ſunt ſui vel alie. iur. at ſi teſtator ali-
ter ſentiebat diſponere, vltra ea quæ diſpoſuit,
tenebatur diſponere coram quinque teſtibus,
vt in codicillis i iux. l. final. C. de codicill. aut
coram ſeptem teſtibus, vt in teſtamentis per
l. prima, C. de teſtam. pulchre Ceph. conſilio
centeſimo ſeptimo, numero vigeſimoquarto,
& ſequen. parte prima, ideoque non valuit ta-
lis declaratio pſtunctorie coram duobus aut tri
bus teſtibus non conteſtibus facta, quia ea-
63 dem ſolemnitates requirebantur cum Nota-
rio, & teſtium numero de quibus ſupra, & ita
tenent Doctor. in dicto. §. ſi quid poſt. de teſta-
men. facit Capr. in ſimil. conſilio ſexageſimo
quinto, numero vndecimo, & duodecimo, &
conſilio ſeptuagintaquinque. Paul. de Caſtr.
conſi. 253. volumine 2. Gabr. d. concluſione 3.
numero 29 cum ſequen. de reg. iur. & per Do-
ctor. in l. fideicommiſſa. §. primo de leg. 3. tan-
git Caſtrenſ. in conſilio 308. ſub numero ter-
tio, vſque ad finem, pulchrè Simon de Præt.
de interpret. vlt. volunt. lib. 1. Dub. 3. ſolutio. 5.
nume. 28.

Vnde poſtquam teſtator claré ſuam volun
tatem in teſtamẽto manifeſtauerit, ex qua ſpes,
d. Claudio erat acquiſita cũ fuerit vocatus pro-
ximior in quo gradu vſque ab initio conditi te-
ſtamenti natus erat Claudius, & ſic per ſucceſ-
ſorium edictum teſtatori ſuccedere poterat, §.
placebat. inſtitu. de leg. agn. ſucceſſ. Caſtren.
conſ. 17. num. 3. p. 4. ſi nolebat Claudium ſuc-
cedere, vel aliter, diſponere debebat, vel poſt-
quam in diſpoſitione illum comprehendit ſub
illo verbo proximiore, apportebat, reuocare ex
preſſe talem diſpoſitionem per aliam ſolemnẽ
diſpoſitionem, per tex. in l. nihil, tàm naturale,
ff. de reg. iur. vt tantum valere poſſet oppoſitũ
in oppoſito, quãtum propoſitum in propoſito,
l. ſi. §. fina. de leg. 3. Graſſ. de vlt. volunt. §. teſta-
mentum, q. 36. & 40. intelligere integra.

Nec ad correctionẽ verborum, & ad tertij
præiudicium poſſet allegari maius fuiſſe dictũ,
quàm ſcriptum, à Notario, Nam in dubio præ-
ſumitur quod Notarius non ſcripſerit minus,
aut plus, quàm quod à partibus ei iniunctũ fue-
rit. pulchrè Maſcar. de prob. concl. 645. nu. 74.
& ſeq. l. error, C de iur. & fact. ignor. & præſu-
mitur quod Notarius appoſuerit illa verba tan
tum quæ mentem teſtatoris ad vnguem ſignifi-
cant. Menoch. de præſ. lib. 4. præſ. 79. nume. 40.
Vital. de Gamba. tract. Clauſul. verſ. De Erro-
re Notarij, nume. 4. car. 201. Vnde qui allegat
66 errorem in teſtamẽto, illum probare debet per
totidem teſtes, quot interfuerunt teſtamento,
& per eoſdemmet teſtes, l. errore, C. de teſt. vbi
Iaſ. & per Maſcar. d. concluſ. 643. num. 1. & per
tot. qui error minus allegari poteſt à D. Iacobo,
cum ipſe produxerit teſtem, qui deponit quod
teſtator ei dixerat, ante vel Paulo poſt teſtamen
tum, quod Andreas Patr. d. Iacobi erat eius pro
ximior; *ma che ciò non diſſe già nel rogo di detto teſtamento*. Et is teſtis cum deponat de proprio
ſenſu, cum præſens fuerit d. teſtamento in hoc
plenè probat contra producentem. Rom. ſing.
104. in fi. Crauet. conſ. 100. numero 13. Socin.
iun. conſilio 69. numero 11. lib. 1. Gabr. con-
cluſio. 1. numero 14. de teſt. Farinac. eod. titu.
quæſt. 62. numero 137. immo plus probat vnus
contra producentem quàm duo ex aduerſo exa-
minati, per l. Pomponius, ff. de negot. geſt. &
ſupra dixi.

68 Tandem dicitur quod declaratio horum te-
ſtium non conuenit diſpoſitioni teſtatoris, nec
conuenit verbis: ideò non tenet ad trad. per
Bar. in l. ab executione, verſic. quandoque, ff.
appellat. Angel. in l. ſi quis intentione, ff. de iu-
dic. Doctor. in l. 1. ff. de reb. dub. Gabr. d. con-
cluſio. 3. numero 87. & 88. in de reg. iur. & præ-
ſertim cum per dicta teſtium magna detur re-
pugnantia in verbis teſtamentis, & teſtatoris, l.
Labeo, ff. de ſupellect. leg. l. ab omnibus. de le-
ga. 1. Crauet. conſil. 160. numero 13. Decia.
conſilio 2. nume. 69. & Peregr. de fideicomm.
d. Art. 11. numero 34. car. 89. & ridiculoſa res
eſſet, quod diſpoſitio clara obumbraretur per
coniecturas, & diſpoſitio dubia tantummodo
patiatur declarationem a coniecturis per ſupra
dicta.

Reliquum eſt, vt ad examen dictorũ teſtium

Digitized by Google

deueniatur, & cum agatur de re ardua, quam-
uis ciuili, de ſumma ſcutorum octo, aut decem
millium, & vltra, ſine quibus Claudius noſter re-
putaretur, immò eſſet pauper. meritò cuncta
punctualiter ſunt ponderanda. Menoch. de
arbit. caſ. 110. numero quarto, & quinto, & fa-
cit tex. in l. 3. de teſt.

69 Et primò opportet quod teſtes contradicen-
tes teſtamento ſint omni exceptione maiores,
vt not. gloſ. in cap. tertio loco circa finem, de
probat, & ibi Aret. & alij. Bal. & Ang. in l. 2.
§. ſi quis neget, ff. quemadmo. teſta. app. præ-
ſertim in petitorio. Gabr. de teſt. concluſio. 1.
numero 65. & 66. Boer. Deciſ. 18. numero 26.
& 27. in terminis Nat. conſilio 305. per totum
volum. 2. & Capr. conſil. 162. in fi. ſed ij teſtes
non ſunt tales, ergo.

Præterea multiplices patiuntur defectus, &
primo, quia ſunt ſingulares in perſona, in lo-
co, & tempore, ac in ratione eorum dicti. In
perſona, quia non dant aliquem in conteſtem,
in loco, & tempore; quia vnus deponit Petra-
ſancta alius in itinere inter Piſas, & Petraſan-
ctam, alius de Piſis, vt lit. A. B. H. & T. &
licet primus teſtis nominet in conteſtem ter-
tium Teſtem: tamen tertius teſtis dicit non
recordari quibus præſentibus, & dicit ea quæ à
Teſtatore ipſe audiuit in Domo ipſius teſtis
Piſis, & primus teſtis qui illum dat in conte-
ſtem dicit quod itinerando è Petraſancta Piſas
verſus depoſita audiuit à d. Teſtatore, & cer-
tum eſt, quod Tertius teſtis non erat ibi. Qua
de re cum quilibet ſit in ſuò dicto ſingularis
nullo modo probat. capit. licet, & c. literis, vbi
Fely. de teſt. & tantum valent mille quantum
vnus. Bal. in l. iuſiurandi, colum. 2. de teſt. Petr.
de fideicomm. quæſtio. 12. numero 485. & nu-
mero 675. Porc. concluſio. 34. immo minus
valent mille, quàm vnus ſolus. Ict. prac. de teſt.
p. 4. num. 136.

Sunt etiam ſingulares in Dicto. Nam pri-
mus teſtis lit. A. dicit, *che il teſtatore gli diſſe,*
che volea laſſar Andrea, & ſuoi figliuoli, & lit.
B. dicit, *mi diſſe, che volea far herede Andrea, &*
Iacopo ſuo figliuolo. & lit. C. *che diſſe, che la ſua*
robba andaua à Andrea, & à Iacopo comparente.
Deinde lit. D. *che vdì da più perſone in Pietraſan-*
ta, & anco da dicto Teſtatore, che mancando Ni-
colao ſuo figliuolo, & Baſtiano Vani ſuo fratello,
ſuccedeuan nella ſua heredità Andrea, & Iacobo
Tolomei, An ergo iſta verba ſint eiuſdem qua-
litatis, vel diuerſæ ſubſtantiæ, & numquid im-
portent declarationem, vel diſpoſitionem, qui-
libet prudens cognoſcere poteſt. Et quid com-
mune habeant cum teſtamento, & cum verb.
proximior: vnde cum verba teſtium ſint peni-
tus deuia à verbis teſtamenti nihil valent, mul-
tò magis ſi in ſubſtantia teſtes diſcordent inter
ſe, ad quæ vi. Cephal. conſilio 134. nume-
ro 25. volumine primo, equidem ſunt verba,
directa obliqua, & communia, de quibus Bar-
tol. & ſcrib. in l. Centurio, de vulga. & pupilla.
& non poſſunt verificari in teſtamento, & pro
pterea, vti teſtes ſingulares non probant ferè
in puncto. Capr. conſilio ſeptuageſimoquinto
numero decimo octauo, vſque ad nume. 26.
27. & 28. & per totum illud conſil. pulchrè
etiam Dec. conſilio centeſimoquingenteſimo-
octauo, numero octauo, vſque ad fin. d. conſil.
volum. 1.

Simi-

Similiter ſecundus teſtis eodem morbo in
ſuo dicto laborat. Nam lit. G. deponit de audi-
tu alieno, & quod neſcit quem teſtator hære-
dem inſtituerit. & lit. H. dicit, *che il teſtatore,*
prima che partiſſe da Pietraſanta per andare su le
Gallere a nauigare, le diſſe più volte, che volea
far teſtamento, & voleua laſſar la ſua heredità à
Nicolao ſuo Figliuolo, & dopo lui a Baſtiano, &
dopo Baſtiano, volea che andaſſe a Andrea Tolo-
mei, & a ſuoi figliuoli come più proximi parenti.
deinde lit. I. dicit, *che crede che habbia fatto quel-*
lo che hà detto di volere laſſare la ſua robba à An
drea, hic de Iacobo, & alijs Andreæ filijs teſtis
nihil dicit, Demum lit. L. deponit, quod procer
to, & indubitato tenet, quod teſtator rem ſuam
reliquerit Andreæ, & Iacobo eius filio vt pro-
72 ximioribus, equidem iſta verba ad inuicé non
conueniunt, quippe quæ ſunt ſingularitate ple-
na, & diſcordant in caſu, numero, & in perſo-
na: atque in ſubſtantia & qualitate verborum,
vt in terminis per Capr. d. conſi. 75. num. 24. &
25. cum ſeq. vſque ad fi.

At tertius teſtea deponit quod fuit præſens
teſtamento: vt lit. O. & quod ante & poſt teſta-
mentum teſtator dixerit, quod Andreas poſt
Nicolaum & Baſtianum erat eius proximior,
vt lite. P. at quid inde? non negatur hoc, ſicuti
per hoc non excluditur, quod Claudius non eſ-
ſet pariter in eodem gradu; deinde teſtis dicit,
quod teſtator dixerat, *non già nell'atto del rogo*
del teſtamento, ma ſi bene ò poco prima, ò poco do-
po, che tenea per il ſuo più proximo Andrea, & nõ
Claudio. Ex ijs apparet de diſcordantia & con-
trarietate iſtius teſtis: nam primo dicit quod te
ſtator illa verba dixerat ante & poſt teſtamen-
tum, nunc autem dixit, *che le diſſe ò poco prima,*
ò poco dopo del teſtamento; item ſupra explicat
tantummodo de Andrea, hic verò explicando
excludit Claudium: vt lit. R. demum. lit. S. ad-
dit quod deficientibus Nicolao, & Sebaſtiano
ſine filijs hærede, *doueſſe eſſere Andrea, & il fi-*
gliuolo, & aſcendenti, *& non Claudio*, heu quan-
tum hæc verba in ſe habeant repugnantiam à
diſpoſitione clara teſtatoris quantumque va-
riant à diſpoſitione aliorum teſtium. ergo qui
73 legit intelligat, & ideò tanquam teſtes ſingula-
res, & varij nullam fidem merentur, ſiluj in c. li
cet. colum. 4. de teſt. Anto. de Butr. in cap. nihil,
in princip. de verbor. ſign. ſed vbi agitur de ma
gno præiudicio, teſtes debent eſſe idonei, conte-
ſtes, & in omnibus in ſubſtantia cõcordantes,
cap. nihilominus. 3. q. 9. gloſ. in l. ob carmen. §.
fin. in verb. aſſiſtit, vbi Bartol. ff. de teſt. Cap. d.
conſi. 74. numero 35. plures per Farinac. eod.
tract. quæſt. 64. numero 72. Peregr. in propria
74 materia fideicommiſſi. ar. 11. numero 38. Cra
net. conſil. 161. numero 16. Ex horum enim
dictis teſtes illi diuerſitatem inducunt in dicto,
& in facto, qua de re nil curandum eſt de eorũ
diſpoſitionibus. Crauet. de Antiquit. tempo. 4.
par. numero quinto, numero 40. Alber. in d. l.
ob carmen. §. fin. numero 7. verſicu. hoc tamen
glo. ff. de teſt. & ita per Farinac. d. quæſt. 64. nu.
79. & 80. Maſc. de prob. concl. 469.

75 Secundo principaliter teſtes ſunt varij ne-
dum in eorummet dicto verum etiam vnus
contra alium, & adinuicem, vt ſupra adnotaui,
vnde nihil probant. Bald. in cap. præterea, nu-
mero quinto, verſic. mihi videtur. de teſtam. la
tè Farinac. de teſta. quæſtio. 66. per tot. Dixi in

pract.

practi.de teſtam.par 4. numero 139. cum plur. ſequen. Item vbi primus teſtis lit. D. & ſecundus lit. G. dicunt audiuiſſe dici ab alijs, nõ probant, vti de auditu alieno deponentes, cap. licet ex quadam. de teſtam. & omnes citat Farinac. d. tract. quæſtio. 69. ſub numero 2. cum ſequen. aliqua per Crauet. de Antiquit. tem. par 1. verſicu. viſo de fama. numero 1. 2. & ſequen. & notauit in Prac. Hor. de teſta. par. 5. numero 158. cum ſequen. Item ſecundus teſtis, qui lit. H. dicit neſcire quem teſtator inſtituerit hæredem, is dicitur ignarus voluntatis, & diſpoſitionis teſtatoris circa ea quæ in facto conſiſtunt, & non probat, l. 1. ff. de iur. & fac. ign. & l. 1. de teſtam. quomodo ergo valere poteſt eorum dictum ad declarandum verba teſtamẽti, cum ſint varij. Simon. de præt. de interpret. vlt. volunt. lib. 1. Dub. 5. numero 3. car. 66. non interfuerunt teſtamento, nec à teſtatore electi fuerint ad declarandum verba, & mentem ſuam.

76 Tertio ij teſtes loquuntur per verbum credulitatis, & quod ita tenent, & quod pro certo, & indubitato habent, & tenent, vt lit. D, E, I, L, M. verba enim iſta ſunt ambigua, & adeò perplexa quod non probant. l. 2. vbi gl. in verb. meminerint, ff. de acquiren. plu. atcen. & trad. Docto. in d. l. teſtium. C. de teſt. & ij teſtes non merentur habere nomen teſtium, vt ait Farin. d. tract. q. 68. cit. princip. vbi etiam ſi teſtes dixerint pro certo, & indubitato tenere, aut firmiter credere. Iaſ. in rubr. numero 2. ff. de iur. iur. & Farinac. d. quæſt. 68. numero 67. Quoniam credere, & videri ſpectat ad iudicem, & non ad teſtes, quando circa eorum peritiam non deponunt, vt per Hor. d. pract. par. 5. num. 144. verſ. item ponderanda ſunt verba, & numero 145. cum ſequen. de teſt. confert Crauet. de antiqu. tem. p. 1. verſ. viſo de fama. car. 218.

77 Quarto teſtes iſti nimis animoſe deponunt, cauſamque alienam, propriam facere vidẽtur, ibi lite. D. dum primus teſtis dicit quod mens expreſſa, & voluntas teſtatoris sẽper fuerit; nimirũ quaſi ĩ corde teſtatoris teſtis oculos ſemper habuerit, & ſcrutator cordis fuerit; & in illis verbis pro certo, & indubitato tenere, vt lit. D. & L. & ibi dum ſecundus teſtis ad pũctum honoris, & duelli vult reſtringere liberam teſtatoris voluntatem diſponendi, dicendo, *che Vincentio Teſtatore era Soldato d'honore, & che quello dicea attendea, & che hauendo detto, che volea laſſare la ſua robba à Andrea così crede che egli habbi fatto come hà detto.* vt lit. I. & L. & vltimus teſtis addit, *che il teſtatore diſſe, che il ſuo più proſſimo della linea de Tolomei era Andrea, & non Claudio, & che la ſua robba douea eſſere di Andrea, & del ſudetto ſuo figliuolo, & aſcendenti, & non di Claudio,* vt lit. R. S. T. vnde Not. eſt
78 verbum *aſcendenti* per quod implicatur contrarietas in iſto caſu, tùm in mente, tum in verbis teſtatoris, qua de re non valet talium depoſitio. Crauet. de Antiq. temp. 4. par. num. 5. car. mihi. 440. & ſecundus teſtis lite. N. dicit, *che il teſtatore amaua Andrea, & portaua odio à Claudio per quanto dal parlare ſi accorgeua.* Ex ijs certè nimium fauere cupiunt ij teſtes. d. Iacobo, & ideo ex ſupradictis omnibus ſuſpecti, & nõ ſunt fide digni. ad. trad. per Crauet. conſi. a. nu. 5. & 6. volum. 1. & nullo modo probant per ſupradicta, & per Cale. conſ. 5. cit. med. Farinac. q. 60. ſub nu. 33. 34. & 35. & ſequen. Emilian. tract. de teſt. p. 1. in ver. affectionem habens ad cauſam. num. 25.

